

0067346XXXX




VILLANOVA COLLEGE LIBRARY
Villanova, Pennsylvania



This book was donated
3-4-49

by
Rev. M. Sullivan, O.S.A.



ACTA
SANCTORUM

PARISIIS. — EX TYPIS V. GOUPY, VIA GARANCIÈRE, 5.



Dedit illi scientiam
Sanctorum. Sap. 10.

In plenitudine Sanctorum detentio mea.
Eccl. 24.

ACTA SANCTORVM
MAII
collecta, digesta, illustrata,
A GODEFRIDO HENSCHENIO
ET DANIELE PAPERBROCHIO
e Societate Iesu.
TOMVS III.
quo dies XII. XIII. XIV. XV. et XVI.
continentur.
*Præ-mittitur Historia Chronologica
Patriarcharum S. Hierosolymitanæ Ecclesiæ
Parergis curiosis XIII interpolata.
Subiunguntur Acta Græca,
ad eosdem dies pertinentia.*
EDITIO NOVISSIMA
curante
IOANNE CARNANDET

ERVDITIO

VERITAS

ANTIQA REDVCO.

OBSCVRA REVELO.

PARISIIS & ROMÆ. APVD VICTOREM PALME. M. DCCC. LXVI.

ACTA SANCTORUM

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur

EX LATINIS ET GRÆCIS, ALIARUMQUE GENTIUM ANTIQUIS MONUMENTIS
COLLECTA, DIGESTA, ILLUSTRATA A

GODEFRIDO HENSCHENIO ET DANIELE PAPEBROCHIO,

E SOCIETATE JESU.

EDITIO NOVISSIMA, CURANTE JOANNE CARNANDET

MAII TOMUS TERTIUS

QUO DIES XII, XIII, XIV, XV ET XVI CONTINENTUR

PRÆMITTITUR HISTORIA CHRONOLOGICA PATRIARCHARUM S. HIEROSOLYMITANÆ ECCLESIE PARERGIS CURIOSIS XIII INTERPOLATA.
SUBJUNGUNTUR ACTA GRÆCA, AD EOSDEM DIES PERTINENTIA.



PARISIIS ET ROMÆ
APUD VICTOREM PALMÉ, BIBLIOPOLAM

1866

BX
4655
.A2
v. 16

REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO

DOMINO

D. FRANCISCO WILHELMO

LIBERO BARONI DE FURSTENBERG

ARCHICOMMENDATORI

ORDINIS TEUTONICI PER WESTPHALIAM,

COMMENDATORI IN MULHEIM ET AD S. GEORGIUM MONASTERII WESTPHALIE,

CELISSIMI PRINCIPIS PADERBORNENSIS CONSILIARIO INTIMO.

3-4-49 Copy of Rev. Mr. Sullivan's

Nondum desierant insonare auribus nostris, ILLUSTRISSE ET REVE-
RENDISSE DOMINE, gratulantium civium lætæ voces, quibus nupero
auspicatissimo Novembri soLEMNBUS WESTPHALIA GRATULANTE IDIBUS,
exceperunt Celsissimum ac Reverendissimum Principem FERDINANDUM
Monasteriensi in Urbe, altera Episcopatus Principatusque sui Sede;
cum aliunde novi plausus usque in Belgium perferuntur, revertente
feliciter Te Paderbornam, ab obita per Hassiam legatione. Visa hæc
nobis epportuna occasio gratulationem ex gratulatione nectendi, no-
strumque officium, a Fratibus Tuis germanis in priorum duorum
TORIORUM Maji dedicatione cœptum, proseguendi in REVERENDISSE ET
ILLUSTRISSE DOMINATIONE TUA, cui cum utroque, sed præsertim cum
FERDINANDO ab ætate prima incessit honestissima æmulatio, qua hunc
vincere te posse sperares, victus gloriareris non nisi quam proxime
ab eo abesse. Ut enim primum salutare Phœbum Musasque licuit, si-
mul ambo Parnassi collem adivistis alaeriter, viam præiens alter,
alter non segniter vestigia subsequens præeuntis, atque in altissi-
mum Aonii montis verticem eveci simul ambo, cœpistis canere,
quæ possent æternum placere, carmina. Valuit ad profectum quidquid
alter amabat mirabaturque in altero : perinde enim comparatum ho-
minibus ac lusciniis est, quas audimus tunc flectere suavius et con-

Maji T. III

I tentius

tentius vocem attollere, cum adest socia cantus æmula. Quoties ergo vel Poemata FERDINANDI, vel ejusdem versibus illustrata Paderbornensia Monumenta posteritas leget, ita FURSTENBERGICUM nomen efferet, ut illum commendans ob ea quæ scripsit; cogitet fieri vix potuisse ut scriberet tam eleganter, nisi in palæstra litteraria socium æmulumque FRANCISCUM WILHELMUM habuisset. Tali ratione utrique vestrum ut comparata est Facultas poetica, aureo etiam seculo invidenda, acquisita simul ambobus est flexanimæ orationis gratia summa et proxima Tullianæ. Huic maturior ætas Prudentiam addidit, FURSTENBERGICÆ GENTIS domesticum plane ornamentum, et Progenitoribus vestris communis laus. Quid enim FRIDERICUM, istius nominis apud Vos Quintum, superiori seculo (nolumus enim repetere altius, etsi possimus) apud Electorem Coloniensem? quid FRIDERICUM deinde sextum, apud quatuor alios ejusdem Archiepiscopatus Antistites? quid GASPARUM, apud Paderbornensem unum, Moguntinos tres, Colonienses quinque? quid denique FRIDERICOS septimum et Octavum, hunc Patrem, illum Avum Tuum, apud eos sic commendavit, ut habere voluerint secretiorum suorum participes et CONSILIARIOS INTIMOS, quam illa nota cunctis passimque probata FURSTENBERGIORUM Prudentia, qua præ ceteris pollere sciebantur, ad publicam rem sacram profanamque, fulciendam si nutaret, sustentandam si labasceret, erigendam etiam si forsitan alicubi corruisset? Plane ut dici hic apte possit, quod alicubi in sacris Litteris legitur, Sapientiam ædificasse sibi domum in FURSTENBERG, id est, HEROUM-MONTE, unde tot viri, consilio magni, perspicacia lyncei, providentia solertes, in publicam utilitatem prodierunt. Sed et hanc Domum conspiciere nobis videmur exornatam digestis per atria Majorum statuis, et per parietes depictis egregiarum virtutum exemplis undique convestitam, Posterorum studia, atque imprimis Tua, FRANCISCE WILHELME, ad imitationem extimulantibus. Hic Tritavus repræsentatur HERMANNUS, quam strenuus in juventute militum ductor, tam gloriosus postea sui victor, diversa in cœnobia opes suas largo sinu et fronte exporrecta dispartiens. Hic Atavi, par nobile pietatis, WENNEMARUS FURSTENBERGIUS et CORDULA VAN GALEN, ille curvatis genibus oculisque sublatis in adorando deprecandoque Numine jugiter defixus; ista nudipes duriterque vestita, ad notum Domini patientis sacellum iter tritum identidem emetiens. Hic Abavus FRIDERICUS, manu prætendens Instrumenta Beneficiorum, variis in Ecclesiis a se munifice constitutorum. Hic Frater ejus JOANNES, Abbas Sibergæ factus, ubi latere elegerat, seculo penitus abdicato. Neque tabulæ, tum aliæ multæ insignes hic desunt, locorum piorum per FURSTEN-

BERGIOS restauratorum, auctorum, dotatorum memoriam commendantas : inter quæ ceteris spectabiliora elucent templum atque Academia Societatis JESU, THEODORO Patruo tuo magno, et Franciscanorum cœnobium, FERDINANDO Fratri, Episcopis ac Principibus Paderbornensibus, ut fundatoribus suis inscripta. Talibus stimulata et instructa exemplis Munificentiae Tuæ Pietas, REVERENDISSIME ET ILLUSTRISSIME DOMINE, quam ampliter sese largiterque effundat erga eos, quos vel nascendi conditio miseros, vel calamitosos fortuna, vel professæ paupertas fecit auxilii indigos, nemo digne explicuerit. Hac enim virtute id obtinuisti, ut dicaris esse in FURSTENBERGICA DOMO velut jugiter scaturiens beneficiorum fons, omnibus abundans ; iis tamen præcipue, qui eidem Tecum sacræ auctorati Militiæ, Tuæ sunt curæ specialius commendati, Tuo ARCHICOMMENDATORIS regimini subditi. Horum Domus, gravi alieno ære obstrictæ aliæ, eodem a te exemptæ narrantur ; aliæ collabascens ævo atque in ruinam pronæ, resartæ servatæque ; aliis novæ factæ accessiones, aliis census grandes donati per Te. Quæ omnia cum animos Tibi eunctorum devinciant, eosdem arctius arctiusque adstringit ipsa amabilissima indoles Tua, plena benignitatis, suavitatis, comitatis ; dum nemo est tuo unquam dignatus congressu, qui vel aspèrioris verbi aculeo, vel contractioris frontis ruga, vel oculi obliquati jaculo læsum se offensumque meminerit. Serenitas vultus, ad hilaritatem compositi, palam explicat animi Tui candorem ; et virtutum Tuarum gratia longe lateque diffundit conversationis suavissimæ odorem. Hic vero intra patriæ terminos claudi nescius, sed delatus ad supremum Ordinis Teutonici Magistrum, ad dispersos per Hassiam Ordinis ejusdem Equites, ad Italos etiam longius positos, desiderium tui apud omnes et fecit et reliquit omnino maximum. Frustra simus, si post hæc voluerimus dicendo assequi, vel etiam cogitando, quantam æstimationis ac gloriæ mensuram bellando Tibi acquisieris. Non enim manu tantum strenue, ut multi ; sed mente et consilio provide agebas præ multis. Militasti in Mediolanensi Ducatu, duxisti turmas, ditionem pro Rege Catholico defensasti. Seu res ageretur velitatione partium, seu propugnatione murorum, seu pede plena in acie collato, dexteram ubique sentiebat hostis ac metuebat Tuam : sed cum in istis excelleres quam qui maxime, magis tamen excellebas virtutibus Christiano ac Religioso Milite dignioribus ; per ea quibus junior excolueras animum Sapientiæ sanctioris studia sic comparatus, ut hostium omnium aliorum contemptor, solas exhorresceres illecebras voluptatum, èt in summa castrorum licentia nihil tibi amplius licere putares aut velles quam domi : tam impense res suas servans colonis, quam cupide

plerique

plerique eas rapere consueverunt. Ergo eruditus in museo, sapiens in consilio, fortis ac moderatus in bello, triplici quodammodo via ad summa quæque enixus, FURSTENBERGICO nomine ac culmine sic evasisti dignus, ut nesciamus an pluribus titulis dignior alius : et tali constitutus in fastigio, præ multis conspicuis genere ac virtute Equitibus, Commilitonibus Tuis, lectus es a Supremo Magistro unus, qui cum potestate Legati adires Hassiam, curaturus omnia quæ Teutonici Ordinis salutem, augmentum, decorem spectarent. Ab hac Legatione revertenti Tibi, dum plaudunt summi infimique; patere, REVERENDISSIME ET ILLUSTRISSE DOMINE, nos quoque venire in gratulationis partem, et Mensis Maji tertium huncce Tomum, Nomini Tuo inscriptum offerre. Continet ille, tum aliorum multorum illustrium gesta Sanctorum, tum Martyrum nomina sigillatim expressa longe plurima, quorum numerus plerumque ex Romanæ Militiæ sectatoribus increvit, dum integras quandoque legiones, Christi fidem professas, exercitui reliquo mactandas objiceret immanis crudelitas imperantium Tyrannorum. Illos inter ad XIV diem Maji, ipso nomine gloriosus S. VICTOR, in Ægypto miles, triumphalis agonis sociam habet, nomine etiam suo memorabilem S. CORONAM. Annis fere mille posterior, ordine tamen cultus prior, præcedenti die XIII occurrit Beatus ille GERARDUS, a Villa-magna prope Florentiam nominatus, et in Ecclesia Equitum Hierosolymitanorum S. Joannis ibidem venerationem, crebris a morte miraculis promeritam, obtinens, ut qui sacræ illius Militiæ Heroes semel iterumque secutus in Palæstinam, cum iis et vincula aliquando pertulit, nec nisi in habitu ipsius Ordinis depictus invenitur, crediturque eundem professus; ut eo titulo præ aliis videatur ad Te, sacrorum similis Ordinis Equitum in patria tua ARCHICOMMENDATOREM, propius pertinere. Quod si etiam in ea quam offerimus parte FRANCISCUM requiras, ejus virtutes imitando æmuleris, ut a cognomine Divo expressas; ecce Tibi in fine libri, Senensem Beatum, Mariæ Virginis Dominiæ nostræ professione et appellatione SERVUM, FRANCISCUM; ex ejus demortui ore prognatum lilium, Mariani hominis litteris inscriptum folia, Parthenophilis protenditur, lingua quantumeumque diserta potentius ad persuadendum, quod Deo grata acceptaque sit Servitus, cui Te a puero mancipasti, totus in Deiparæ famulatum transscriptus. Tutelaribus hisce tribus, si placet, ita Te committe, ut privatæ religionis pietatisque arbitrum optes FRANCISCUM, publicis negotiis ubivis gerendis comitem GERARDUM, tractandis feliciter armis VICTOREM : qui denique, una cum cæteris hoc in Tomo memoratis Sanctis aliisque Cœlitibus universis, ad æternam faciant Te pervenire CORONAM, postquam longo inter nos tem-

pore felix et incolumis vixeris, Præsidium Westphaliæ, Ornamentum
Ordinis, Mæcenas bonarum artium ac litterarum. Ita vovemus. An-
tuerpiæ, anno MDCLXXX.

REVERENDISSIME ET ILLUSTRISSIME DOMINE

minimi famuli et clientes Tui

GODEFRIDUS **HENSCHENIUS**
DANIEL **PAPEBROCHIUS**
CONRADUS **JANNINGUS**

e Societate Jesu.

JUDICIUM PATRUM REVISORUM

GENERALIUM
SOCIETATIS JESU

de sequenti Tractatu præliminari.

Legimus Tractatum Præliminarem P. Danielis Papebrochii de Episcopis et Patriarchis sanctæ Hierosolymitanæ Ecclesiæ: censemusque vulgandum in justam Auctoris defensionem, quem adversarii de variis criminibus, perperam et injuriose, scriptis etiam libris, postularunt: quibus ni respondeatur, silentium pro confessione interpretabuntur. Est autem responsio modesta; nulliusque offensionis, quæ rationabilis sit, concitatrix. Actum in Collegio Romano S. J. XX Julii MDCLXXX.

JOSEPHUS MA. DE REQUESENS
IGNATIUS TELLINUS
MARTINUS DE EZPARZA
FRANCISCUS DUNELLUS,

AD TOMUM TERTIUM MAJI
TRACTATUS PRÆLIMINARIS
DE EPISCOPIIS ET PATRIARCHIS

SANCTÆ HIEROSOLYMITANÆ ECCLESIAE

Continens eorum Chronologiam et Acta cum Parergis nonnullis ad Orientalis historiae notitiam, et solutionem questionum quarundam nobis propositarum spectantibus.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 1*

PRÆFATIO AUCTORIS D. P.

Patriarchatum trium in Oriente Thronorum primus antiquitate originis, licet ordinis dignitate postremus, Hierosolymitanus est; a Jacobo Apostolo Fratre Domini dictus Apostolicus et Theadelphicus. Hujus Praesules, Episcopos primum, deinde Patriarchas, usque ad S. Sophronium nominatos quidem, certa satis serie; non tamen sigillatim omnes habebamus per sua quemque tempora definite digestos: ceterorum vero nomina, nec omnia, nec certa, usque ad Latinorum in Terram sanctam seculo XI adventum: cum interim in tota Orientali historia nihil sit, quod magis conducere valeat ad hanc nostram Sanctorum Acta, quorum partem bonam implent Monachi et Sancti, in Syria ac Palaestina conversati, velut lilia inter spinas, ad solatium et exemplum Christianae gentis, sub Barbarico Saraceno iugo gementis per quinque integra secula. Contigit autem annis abhinc aliquot, ut certa de causa intentos mentis oculos semper habens in hanc partem, paulatim collegerim insignem copiam notitiarum, quibus illustrari haud mediocriter posset quadruplex istius Ecclesiae status, sub Imperatoribus Regibusque, primum Gentilibus, tum Christianis, deinde Saracenis, ac rursus Christianis sed Latinis, quemadmodum tractatu hoc praeliminari praestare sum conatus, ad publicum (ut spero) commodum nequaquam contemnendum. Placuit certe similis opera circa Romanos Pontifices in Aprili, et profuit multis: quare etiam haec ut prosit placeatque futurum confido; nec gravandum lectorem adjunctis parergis, quae importunitas extorsit aliquorum, indignantium nobis, quia suas Origines non invenimus in tota primorum undecim seculorum historia: quos tamen ibi quaesivimus studiosissime, nihil unquam facturi libentius, quam eas ad summæ antiquitatis fastigium evchere, siquidem id salva veritate liceat.

EPISCOPUS PRIMUS

S. JACOBUS FRATER DOMINI.

Ecclésiæ Hierosolymis constitutæ Episcopus, inquit Eusebius in Chronico, Jacobus ὁ Ἀδελφός-θεός ordinatus est; utique eodem quo Christus crucifixus fuit, resurrexit et in cælum ascendit anno, quem fuisse Duobus Geminis Consulibus notatum, et respondere anno vulgaris Æræ XXIX, demonstratum est in Tractatu Præliminari ad primum Tomum Aprilis, idque ex antiquitatis fere totius consensu. Hoc etiam confirmatur ex S. Hieronymo, qui in libro de Scriptoribus ecclesiasticis elogium Jacobi concludit his verbis, Triginta annis Hierosolymis rexit Ecclesiam, usque ad VII Neronis annum, qui utique est annus vulgaris Æræ LX. Ordinatio autem ejus celebratur XXVII Decembris. Atque huc spectat,

quod jam dictus Eusebius habet Hist. Eccl. lib. 7 cap. 19, Jacobi illius cothedram, qui prius Hierosolymorum Episcopus ad ipso Servatore et ab Apostolis est constitutus, et quem Fratrem Domini fuisse cognominatum divina testantur volumina; ad nostra usque tempora conservatam Fratres illius Ecclesiæ jam inde a majoribus magna prosequuntur reverentia. Ubi cum dicitur, ab ipso Servatore et ab Apostolis constitutus Jacobus, mihi videtur indicari specialis Christi apparitio, post ejus gloriosam Ascensionem, coram plus quam quingentis Fratribus (uti passim Interpretes intelligunt Paulum 2 Cor. 15, 8) facta Jacobo, ac deinde Apostolis omnibus, completo, scilicet per Mathiæ subrogationem duodenario eorum numero:

Apostolus
creatus ut
Paulus.

A numero : quarum quidem apparitionum prima *Jacobus* creatus sit *Apostolus*, eodem quo ceteri jure ad totius Ecclesiae regimen, æque ac postmodum *Poulus*, *Apostolus* (uti ad Galatas scribit) non ab hominibus neque per hominem, sed per *Jesus Christum* : secunda mandatum sit ceteris, ut per Palæstinam se dispergerent, et *Jacobus* maneret Hierosolymis, primogenitæ ibidem Ecclesiae *Episcopus*. Passio ejus in Martyrologio Hieronymiano peracta dicitur xxv Martii, Passionis Dominicæ anniversario die : atque ita supra xxx annos sederit menses fere tres. In genere mortis nonnihil antiqui variant. *Hegesippus* e templi pianaculo præcipitatum a Judæis, et fullonio fuste in caput impacto mactatum scribit : *Eusebius* judicio damnatum ab *Anano Pontifice*, et populo traditum lapidandum asserit, atque reipsa lapidibus oppressum.

B 2 Hunc ostendit *Henschenius*, non tantum a filio *Zebedæi*, *Joannis* fratre (quod notum est omnibus) sed et a filio *Alphæi*, fratre *Matthæi* (in quo passim erratur) distingui debere : utpote filium *Cleophæ* et *Mariæ*, ejus quæ *Soror Deiparæ* nuncupatur ; a qua et filius habuit, ut *Frater Domini* appelletur. Quomodo autem *Mariæ* ambæ dicantur sorores (cum vulgatio longeque verosimilior opinio habeat, neque *Joachimo* neque *Annæ* ex communi aut diverso thoro liberos ullos fuisse, præter unicum istud benedictionis germen, unde *Verbum caro factum est*, non poteris commodius explicare, quam si ex fratre aut sorore alterutrius nata sit *Maria*, *Cleophæ* uxor, et *Jacobi mater*. Nam si *Jacobus* per patrem potius quam per matrem Christum attigisset, neque hæc dicta fuisset soror sed cognata, sicut vocatur *Elisabeth* nupta *Zachariæ* Sacerdoti, ex ipsius *Annæ* fratre aut sorore nato ; neque mortuo Christo tam plene extincta fuisset stirps illa per *Nathan* deducta, quæ in *Salomonidarum* pridem emortuorum locum successerat, sicut eam extinctam libentius crederem, quo major confusio Judæorum fuerit, iterum coactorum ad aliam ex *Davide* stirpem quærendam, unde *Messiam* expectarent.

C 3 Porro inter eos qui *Fratres Domini* nominantur a *Matthæo* et *Marco*, *Jacobus*, *Joseph* et *Judas* et *Simon*, libenter hoc discriminis posuerim ; ut *Judas* et *Simon* fuerint quidem filii *Cleophæ*, sed non ex *Maria* sicut *Jacobus* : *Joseph* vero, qui cognominatur *Barsabas*, filius *Mariæ* et frater *Jacobi* uterinus ex patre *Saba* : unde fiat ut in *Evangelio* vocetur *Maria*, *Jacobi*, et *Joseph* mater : *Judas* vero in sua *Canonica* satis habeat se vocare fratrem *Jacobi*, non audeat autem dicere *Domini* : *Simon* quoque seu *Symeon*, de quo mox, simpliciter vocetur filius *Cleophæ*. Fuerunt autem omnes ex *Nazareth Galilæi*, quemadmodum censebatur etiam ipse *Christus*, non nisi fortuito natus in *Bethleem* ; videturque dici posse, quod communis utriusque *Mariæ* avus *Heli*, dimissa *Bethleem* atque *Judæa*, *Nazareth* in *Galileam* migravit, cum domo et familia sua. Porro *Cleopham* ipsum quoque fuisse ex *Tribu Juda* verosimilius est : huic enim tribui *Fratres Domini* adscribit *Chrysostomus* : quidni etiam ex domo et familia *David*, sed a *Nathanitis* diversa?

II SYMEON qui et SIMON

Cæsario et *Petronio Coss.* SYMEON filius *Cleophæ* *Thronum Hierosolymorum* excipit, inquit *Eusebius* in *Chronico* ad annum *Neronis* septimum, qui deinde ad annum *Trajani* x, *Sosio* et *Sura Coss.* vulgaris æræ cvii *Episcopatus* sui xlvi, martyrium subisse dicitur et xviii *Februarii* colitur, ubi plenius de eo *Bollandus*, tunc necdum distinctionem triplicis *Jacobi* edoctus, neque eam quam probavimus in *Martio Jo-*

sephi et *Joachimi* germanitatem. Quod autem *Hegesippus*, ex eoque *Eusebius*, *Cleopham* *Symeonis* patrem (addo ego et *Jacobi* et *Judæ*, sed ex alia uxore) vocent fratrem *Josephi Sponsi* et *Christi patrum*, sic intelligo, ut mutuo se attinuerint in secundo consanguinitatis gradu *Joseph* et *Cleophas*, ex aliqua filia *Heli*, *Josephi* sorore, *Mariæ* amita natus. Quod si filius ejus *Symeon* erat annorum cxx cum crucifigeretur, sicuti post eosdem *Hegesippum* et *Eusebium* scribunt *Usuardus* et *Martyrologi* ceteri, etiam *Romanum* hodiernum ; fuerit is senior *Jacobo*, quem, uti et ceteros *Apostolos*, fuisse credimus juniorem potius quam seniore *Christo*. Hoc enim nascente anno vi prævio ante æram vulgarem, cum censum ageret *Centius Saturninus*, fuisset septennis ille vel octennis ; atque ita facilius apparebit, quomodo *Symeon* ex priori *Cleophæ* matrimonio sit natus, *Jacobus* vero ex secundo. Et hic potiori jure quam ille *Frater Domini* ; uterque tamen consanguineus ; si quidem et ipse *Symeon* accusatus est, quod a *Davide* originem duceret : utique per lineam masculinam, nam matres hic non considerabantur. Accusati tunc similiter sunt etiam alii, ex genere unius eorum orti qui *Fratres Salvatoris* habentur, cui *Judas* nomen ; qui etiam ipsi præsidebant, *Hegesippo* vivente, *Ecclesiis* ut *Martyres*, sub *Domitiano* ; et *alta* in *Ecclesia* pace facti, ad *Trajani* usque *Imperium* superstites fuerunt. Cum his vero et *Symeone* tunc defunctis morte, vel naturali vel violenta, emortua quoque videtur fuisse tota carnalis *Christi* affinitas et consanguinitas, quatenus illa per *Christi* proavum *Heli* referri poterat ad principalem eatenus familiam *David*, ex *Nathan* productam.

PARERGON I

De oraculo Dei Carmeli et Basilide Sacerdote, tempore hujus Episcopi.

Ad annum *Symeonis* viii, qui fuit *Neronis* xiii et *Ære* vulgatæ lxxvii, pertinet initium belli Judaici, a *Vespasiano* cœpti per insignem victoriam, ad *Taricheam* *Galilææ* oppidum prope lacum *Genezareth*, de rebellibus relatam die vii *Octobris* postquam pluribus *Judææ* urbibus captis, videtur ille occasione oblata excurrisse ad *Carmelum*, utpote superstitiosus imprimis Princeps, cui longo tempore ante regnum multis proliquis somniisque significatum, ex *Dione* epitomator ejus *Joannes Xiphilius* scribit ; et *Tacitus* *Hist. lib. I cap. 10*, occulta, inquit, lege futi et ostentis ac responsis destinatum *Vespasiano* *Imperium* post fortunam credidimus. In hac ergo pridem concepta spe, apud *Judæam Carmeli* Dei oracula consulentem ita confirmavere sortes, ut qui quid cogitaret voveretque animo, quantumlibet magnum id esset, proventurum pollicerentur ; sicut scribit *Suetonius Tranquillus* in *Vesp. cap. 5*. Quod distinctius explicans *Tacitus* *lib. 2 Cap. 78*. Est, inquit, *Judæam* inter *Syriam*que *Carmelus* : ita vocant *Montem Dæumque*. Nec simulacrum Deo aut templum (sic tradidere majores) ara tantum et reverentia. Illic sacrificante *Vespasiano*, cum spēs occultas versaret animo, *Basilides* Sacerdos, inspectis identidem extis : Quidquid est, inquit, *Vespasiane*, quod paras seu domum extruere, seu prolatare agros, sive ampliore servitia, datur tibi magna sedes, ingentes termini, multum hominum. Hæc legens, et *Carmelitanæ* antiquitatis zelatores, ex præconcepta semel opinione de sui Ordinis continua ab *Elia* successione in isto monte, totis viribus id agere videns, ut persuadeant, verum ibi veri Dei oraculum constitisse, in oratorio quod sub invocatione *Deiparæ* istic fuerit, ab *Apostolorum* ætate consecratum frequentatumque ; non potui

D frater Jacobi senior ex alia matre

uti et Judas.

E

F

Sortilegiis addictus Vespasianus

etiam Carmelitas consuluisse dicitur.

AUCTORE D. P. usque ad an. 60

filii Cleophæ ex Maria, Deiparæ consobrina,

ejus ex alio thoro fratres,

VIDE APP. TOM. VII MAH NOT 2^a

Sedit annos 16 usque ad 107

A potui non animadversum relinquere; quod rem, in omnibus cum quibus proponitur circumstantiis profanam, totamque ex haruspicum disciplina descriptam; ita ad se traherent, ut non viderent eadem opera Tacitique auctoritate everti, quod tantopere stabilitum cupiunt Deiparæ vetus in Carmelo sacellum: atque hoc paucis indicavi ad viii Aprilis, agens de B. Alberto eorum Legislatore num. 60.

6 Talia dum commentarer, contigit etiam in Hispania disputationem nasci circa idem argumentum, inter Gregorium de Argaiz Benedictinum, auctorem librorum quibus titulus Populatio Hispaniarum ecclesiastica; et Hermenigildum a S. Paulo, Apologias scribentem pro sua Hieronymiana Religione, per librum sub titulo Defensionis editum anno 1672 Acceperam quidem ex Hispania et hunc et illos: sed vides præcipuam controversiam in eo versari, uter, Ordo verius descenderet ab Elia, et utrosque iisdem hypothesibus nixos continuationem monachatus ex libro de institutione monachorum ceterisque eodem spectantibus auctoritatibus centies recoctis probare; non magis putavi quærendum mihi in Hermenigildo, quid de Carmelo ipso Basilideque haberet, quam id quæsiveram in Præsidio Romano Petri Crescentii, quod adeo non legeram, ut nec habere quidem me scirem. Postquam autem a R. P. Francisco Bonæ Spei accusari nos vidi, quasi ex hoc libro haussemus alienas a Carmelitica antiquitate opiniones; inspexi eum quidem, sed idem ab eo agi quod ab Hermenigildo intelligens, seposui librum, nolens in eo tempus perdere: quippe cui æque peregrinum accidebat, Hieronymianam quæ in Hispania et alibi floret religionem, a S. Hieronymo velut institutore accersere, quam si Paulini in Hungaria, vel Antoniani in Gallia niterentur probare, ab ipsis Sanctis Paulo Eremita et Antonio institutos fuisse Ordines suos.

7 Ignoravi igitur utrumque auctorem, quatenus hac in parte Carmelitis adversabatur; usque post editum Aprilem, neque adhuc animus est discere quid habeant de Basilide, aut quomodo singuli suum probent intentum. Postquam enim scripserunt illi, scripsit etiam P. Mag. Fr. Laurentius Angelus Espin, Ordinis Carmelitarum Calceatorum; et librum Cæsaraugustæ publicavit cui titulus, *Ruina idoli Carmelici, quod somniavit Reverendiss. P. Fr. Hermenigildus a S. Paulo*. Quid alii de eo libro in Hispania judicaverint nescio, moderatis ingeniiis displi-
cuisse titulum, fastus atque arrogantia scriptore religioso indignæ plenum, patuit per libellum anno 1678 impressum Hispali, quem nuper accepi, qui-
que inscribitur, *Explicatio cujusdam loci Suetoniani et Examen Divinitatis quam Vespasianus in Carmelo consuluit*: plenum multa et solida eruditione opusculum, quemadmodum et reliqua Auctoris Excellentissimi Opera, Domini, inquam Gasparis de Mendoza, Ibagnez de Segovia et Peralta, Equitis Alcantareni, qui magnis nuper juribus auctus, per eaque ex duplici capite Magnatibus seu Grandibus Hispaniæ adnumerandus, salutatur Marchio de Mondexar Valhermoso et Agropoli, Comes Tendillæ, Dominus Provinciæ Almoqueranæ, oppidorumque Corpæ, Mecí, Fuente-nobillæ, Loranæ, Azugnonis, Vianæ etc. Hic mihi solus abunde sulcicit, ut meum iudicium paucis hic tuear, contra Auctorem Armamentarii. Neque tamen totus mihi ex Hispanico, quo et alii scripserunt, Latine faciendus erit: sufficet delibasse pauca, atque imprimis cum eo quæsivisse, quis et enjas fuerit *Basilides* iste, per quem responsum in Carmelo Vespasiana datum scribitur.

8 Marcellus Donatus inter alios Taciti commentatores Parisiis editus an. 1608, post collecta et indicata Scripturæ loca in laudem Carmeli, cum ex lib.

1 Regum retulisset quod *Saal* pacta victoria de *Amalec* in Carmelo erexit sibi fornitem triumphalem, et obtulit holocaustum Domino de initiis manubiarum (quod tamen loco alius intelligitur Carmelus) sic scribit. *Ex his mihi conjici posse videtur Deum, quem Carmeli dicit Tacitus, fuisse Deum, qui siue sine vivit et regnat, cui Hebræi illo in monte sacrificium offerebant, eumque ibidem venerabantur, aram et reverentiam habentes, minime vero templum, hoc enim solum in Jerusalem; inominatum vero, quia non illi particulare nomen ut ceteris diis Gentium. Basilidem vero Sacerdotem Hebræum fuisse conjicio: quia Suetonius ea de re verba faciens, meminit Josephi cujusdam captivi Hebræi, ea felicia Vespasiano vaticinati, ob idque vinculis soluti. Ita conjectator iste, nihilo melius Basilidem cum Josepho, quam Carmelum Eliæ maritimum cum mediterraneo Nabalis conjungens, nec animadvertens quod Hebræis grande crimen et legi suæ contrarium imponat, alibi quam in Jerusalem eos faciens offerre sacrificium et aram habere. Hoc enim si semel fecit Elias 3 Reg. 18, ex dispensatione divino fecit, uti cum Abulensi sentiunt Interpretes, nec consequentiam habuit.*

9 Quanto verosimilius Lævinus Torrentius, Antuerpiensis postea Episcopus? Componit is inter se geminum eadem de re Taciti ac Suetonii locum, et ut ab hoc removendam suadeat appellationem *liberti*, ad nomen Basilidis temere adscriptam in Suetonio per aliquem sciolum; Tacitus, inquit, *Basilidem huac e primoribus Ægyptiorum, et quidem Sacerdotem fuisse narrat; et alioqui non nomine tantum, quod Regale est, sed in specie ipsa ac functione Sacerdotis, Imperii amem est. Accedit quod Carmeli quoque, sive Montis sive Dei, de quo ante, Sacerdotem Basilidem vocat, eundem nimirum qui in Serapidis templo apparuit. In eandem sententiam conveniunt Philippus Beroaldus, Justus Lipsius, Theodorus Marsilius, Isaacus Casaubonus, et præter Carmelitas atque Marcellum Donatum, neque ex horum mente neque prudenter conjectantem, invenias alicujus æstimationis antiquarium qui dubitaverit. Taciti verba lib. 4 cap. 82 hæc sunt, de Vespasiano sic loquentis *Arcei templo cunctos jubet: utque ingressus intentusque numini, respexit pone tergum e primoribus Ægyptiorum nomine Basilidem, quem procul Alexandria plurium dierum itinere ægro corpore detineri haud ignorabat. Percunctatur Sacerdotes num illo die Basilides templum ivisset: percunctatur obvios: denique missis equitibus explorat illo temporis momento octoginta milibus passuum abfuisse. Quid autem Suetonius? Cum de firmitate Imperii capturus auspiciis, ædem Serapidis summotis omnibus solus intrasset, ac propituito multum Deo tandem se convertisset; verbenas, coronasque, et panificia (ut illic ossolet) Basilides... obtulisse ei visus est: quem neque admissum a quoquam, et jara pridem propter nervorum valetudinem vix ingredi, longæque abesse constabat.**

10 Nihil erit in tota profana historia tutum a depravatione, si unicuique liceat, ex præjudiciis quibusdam propriis, sic torquere auctores Gentiles, ut ubi quam maxime utuntur vocibus phrasibusque idololatricis, idque cum summa rerum atque verborum consonantia, ibi credantur de Christianæ fidei mysteriis a Christiano Sacerdote celebratis loqui. Interim cum Basilidem lego e primoribus Ægyptiorum, et Sacerdotibus Serapidis ac civibus Alexandrinis ita familiariter notum; non dixerim eum etiam Sacerdotem Dei Carmeli cum Torrentio et Marsilio, sed Sacerdotem Serapidis aut certe Vespasiani, qui auspiciorum et haruspiciæ capiendæ causa, quoties ei visum esset, comitabatur castra; et tunc cum Alexandriam Imperator accessit, post tergum relictus erat æger in via. Pro voce autem *libertus*,

quæ

Contradictibus Hieronymianis quibusdam,

1;

reponunt illi injuriosum libellum;

C

quem modeste refutans Marchio de Mondexar et Agropoli,

D
AUCTOR D. P. ostendit Basilidem ne quidem Judæum fuisse,

E
sed Ægyptium et Gentilem Sacerdotem,

qui postea in templo Serapidis apparuit,

F

A quæ Torrentium torsit et alios fugit inobservata, si quis liberius substituatur, id est familiarius quam tali loco ac tempore decere videbatur, fortassis integer et geminus sensus Suetonii habebitur. Primus quod equidem sciam Polyeonidorus, ea utique ætate scribens, qua inculta prorsus jacebat Romanæ antiquitatis eruditio, opinioni suæ fulciendæ idoneum Basilidem istum censuit: quem alii deinde alique ex suo Ordine secuti, in eam demum animi obfirmationem induruerunt, ut pro vindicando sibi retinendoque illo ita nunc certent, ac si in eo agatur summa prætensionis suæ: quod merito miratur Excellentissimus, quem dixi, scriptor, censetque ea ratione plus officii causæ, cui tam debilia adhibentur fulcimenta, ut ea vir prudens non possit non contemnere etiamsi alias de re ipsa non dubitaret.

Non præjudicat antiquitati Carmelitarum prætensæ,

B Certe nihil noceret Carmelitis neque eis detraxerit detractus Basilides. Quid enim prohibet, eodem in monte, utique spatioso et amplo, antra quædam et speluncas circa fontem Eliæ occupari ab eremitis Christianis, si qui tunc fuerint, eosdemque ibi suum habere sacellum, seu oratorium, quocumque demum nomine appellatum, id que jam inde a temporibus Eliæ; et una abinde leuca (tantum enim spatium indicare videtur Antonius Gonzales in suo Hierosolymitano Itinerario lib. 3 cap. 30) in summo montis vertice, idololatricum viguisse cultum istic ubi Elias suum obium obtulit sacrificium? ex quo scilicet translatis in Assyriam decem tribubus, Samaria et quidquid-ei suberat regionum traditum est alienigenis, superstitiones suas cum Israelitica religione mixturas: sicut hodieque Turcæ ipsi prædictum sacrificii Eliani locum in summa veneratione habent, juxtaque Mosqueam seu fanum suum, uti scribit Gonzales. Licet autem usque ad tempora Vespasiani nuda dumtaxat ara ibi steterit; cum hoc tamen optime consistit, in ascensu montis, istic ubi sola illa rudera Bertholdus invenit seculo XII, sicut scribit Joannes Phocæ, fuisse ædificium amplum, pro usu tam ministrorum quam adventantium, superstitionis causa primum, deinde post loca sacra repurgata etiam religionis; quamvis ut dixi ea religio diuturna non videatur fuisse, occupantibus cito locum opportunum et natura satis munitum barbaris, ex quo factum sit, ut jam inde ab ætate S. Hieronymi desierit is inter sacra numerari frequentarique.

C 12 Ceterum non debet insulsum videri, quod Tacitus dixerit, Carmelum vocari Mantem Deumque. Nam ut Prudentius lib. 4 contra Symmachum v. 297, Gentilibus exprobrat,

quod Carmelus a Gentilibus pro Deo sit cultus,

Quidquid humus, quidquid pelagus mirabile gignit
Induxere Deos: colles, freta, flumina, flammæ.
et Rabbi Moses Maimonides in Sepher Akam cap. 8 § 1 Gentiles venerantur montes. In quem sensum et ad Taciti locum respiciens Vossius, de Idololatria lib. 2 cap. 62, ait; Mons Carmelus, in quo templum nullum, ipse quasi templum erat numinis, ino et carpus ejus: nam Carmelus Deus constabat genio loci et vasta montis corpore: quomodo et de ceteris suis idolis sentiebant Gentiles. Sic Scylaci Caryandensi in Perplo, qui ante Alexandrum magnum et Aristotelem tempore Darii Nothi scripsit, pag. 40 editionis Vossianæ, enumeranti loca Tyro vicina nominatur Ὄρος Θεοῦ πρόσωπον Mons Dei: facies: et paulo infra Carmelus ipse, Ὄρος ἱερὸν Διὸς, Mons templum Jovis. Neque enim ἱερὸν Græcis dumtaxat significat templum manu factum, quale in loco oraculi, de quo nobis quæstio, nullum erat; sed quidquid Divi attributum est, uti Scholiastes Græcus Aristophanis in Plutum recte observat, ἱερὸν ἐστὶ πᾶν τὸ ἀναθημένον τοῖς Θεοῖς.

13 Itaque quando in Vita Pythagoræ apud Jam-

blicum cap. 3 legitur, quod ab Ægyptiis quibusdam nautis opportunissime in littora, quæ subnunt Carmelo monti Phœnicæ, transvectus fuit Pythagoras, ubi solus κατὰ τὸ ἱερὸν ut plurimum debebat, non debuit Latine scribi in templo, sicut fecit Jamblici interpres Arcearius; sed in loco sacro. Quid autem ibi didicerit, et utrum cum Deo an cum dæmone sit versatus, definiunt auctores qui eum pro celeberrimo Mago habuerunt et laudarunt; inter quos Plinius et Diogenes Laertius; et hic quidem ex sententia Timonis, Satyrici Græci perquam vetusti. Porphyrius autem, allegato Antonio Diogene Alexandri Magni pæne cœvo, dicit, quod ad Ægyptios et Arabes, Chaldaeos et Hebræos accessit, apud quos et somniorum interpretandorum scientiæ accuratissime operam dedit, tum divinatione quæ sit thure primum ipse usus est; Isocrates vero in laudatione Busiridis ait de eo, quod cum in Ægyptum profectus illorum disciplinæ se tradidisset, tum reliquam Philosophiam primum in Græciam intulit, tum sacrificiorum et consecrationum in templis magis quam ceteri studium habuit.

)) et profanis superstitionibus occupati

14 Talis cum esset Pythagoras, quando ex Ægypto in Carmelum appulit priusquam rediret in Græciam, si non alios ibi quam veri Dei ministros reperisset, non utique diu moratus fuisset, neque facultatem habuisset adeo libere ac solitarie manendi. Atque hæc sufficere puto, ut credatur, quod Eliani sacrificii locus, sic fuerit Gentilibus venerabilis, ut ibi ab annis ante Christum quingentis et amplius profanæ sortes consulerentur, et idololatræ exercerentur sacrificia per extorum inspectionem, secundum haruspicum disciplinam; esto aliquid Judaicorum rituum ceremoniarumque iis fuerit admixtum, pro eorum usu, qui Christi ætate vocabantur Samaritani, circumcisi æque ac veri Judæi, quemadmodum et Ægyptii illi Magi, propter quos etiam Pythagoras fuit circumcisis, ut adyta ingrediens, Ægyptiorum mysticam disceret Philosophiam, uti scribit Clemens Alexandrinus: quod ipsi quoque potuit profuisse in Carmelo ab liberiore ibidem commorationem. Et hæc omnia, ut dixi, nihil Carmelitis præjudicant, si modo hypothesim ipsi suam possint aliunde probabilem facere: quod ego intelligi et nunc volo et volui semper, quoties aliquod eorum assumptum, ad illius probationem adhiberi solitum, adduxi in controversiam.

quando in eo morabatur Pythagoras. E

III JUSTUS qui et JUDAS.

A Anno Trajani x, C. Sosio Senecione iv, et L. Licinio Sura iii Coss. Christi annum cvii notantibus post Simeonem tertius factus est Hierosolymorum Episcopus Justus, ex circumcissione. Ita Eusebius, et quidem Græce etiam Ἰουστὸν scribens. Epiphanius, quem sequitur Georgius Syncellus, Judam appellat. Vetus membrana, ante annos circiter dccc scripta, mihi que a Cl. V. Evaldo Rulæo IC. Harlemio communicata περὶ τῶν Πατριάρχων Ἱεροσολύμων, sic habet Ἰουδᾶς ὁ Δίκαιος; ut alterum velit esse cognomentum: quemadmodum et S. Jacobus dicitur ὁ Δίκαιος Justus. Existimo potius nomen Judæ, propter memoriam Proditoris abominabile Christianis, in nomen Justum commutatum fuisse cum ordinaretur, et sic utroque nomine dictum; quemadmodum infra Judas-Cyriacus, et inter Apostolos Judas-Thaddæus. Episcopatus hic secundum Eusebium triennis dumtaxat fuit, finitus anno Trajani xiv Christi cxi. Et in his potior fides habenda Eusebio, in vicinia scribenti annosque per Consules digerenti, quam aliis spatium temporis indicantibus per solos litterales numeros, in quibus nimis quam facile errari, patet ex diversitate exemplarium prælo vel manu curatorum. Nam in ea quam dixi Membrana, anni pro Jacobo et Simeone singulis

F Sedit ab an. 107

ad an. 111

Non fuit
Martyr.

A singulis 25' 26 signantur; pro *Juda* 15', 17 apud Georgium et Nicephorum *Simeoni* solum 27', 23. *Judæ* seu *Justo* 2', 7 dantur, et priores numeri ad Trajani initia ægre pertingunt: quem tamen constat non nisi anno x Imperii sui tertiam Christianis persecutionem suscitasse. Itaque quamdiu licebit sequi præeuntem per Consules Eusebium numerorum sic varie notatorum ab aliis non magnam habebimus rationem.

16 Theodoricus Pauli in Chronico universalis hoc elogium textit. *Re et nomine Justus, Judæus natione, audiens salutiferam prædicationem sanctissimi Apostoli Jacobi et S. Simeonis, licet Princeps Judæorum, conversus fuit et baptizatus a S. Simeone Præfuit autem tertio loco Ecclesiæ Hierosolymitanæ, valde egregie et laudabiliter; ita quod non solum Judæos, sed etiam multos Gentiles sua prædicatione et miraculorum coruscatione convertibat et baptizabat. Præfuit vero annis quinque. Tandem anno Domini cxxiii feliciter quievit in Christo.* In libro autem Bellorum Dei, in pace Ecclesiæ migravisse *Justum* dicit, anno jam notato, v die *Maji*: ad quem diem ejus quoque meminit Florarium Sanctorum MS. addito titulo *Martyris*. Atqui anno B cxi jam plane cessaverat persecutio. Cetera quæ nulli certiori historiæ repugnant, accipiat unusquisque ut volet; nobis satis non fuerunt ut huic Episcopo inter Sanctos daremus locum, sed inter prætermittos retulimus tomo 2 *Maji* fol. 2 litt. F: ubi correctum cupimus lin. 2 et pro *lib. 4 Hist. Eccl. cap. 4*, substitui in *Chronico*: nam qui ibi nominatur *Justus*, non Hierosolymitanæ sed Alexandrinæ Ecclesiæ fuit.

PARERGO II.

De Essenis sive Essæis, per quos aliqui monachismum ab Elia usque post Christum continuatum volunt.

Ad hujus Episcopi tempus pertinet locus Eusebii in Hist. Eccles. lib. 4 cap. 22 ex Hegesippo scribentis, quod *Ecclesiam*, scilicet Hierosolymitanam, hactenus virginem vocabant, propterea quod vanis sermonibus nondum corrupta fuerat. Primus autem *Thebuthus*, indigne ferens quod non esset creatus Episcopus, eam occulte vitare est aggressus. Fuit hic e septem illis sectis in *Judaico* populo prosemnatis.... adversus tribum *Judæ* et adversus Christum, quas idem Hegesippus recenset, nominans *Essæos, Galilæos, Hemerobaptistas, Masbothæos, Samaritas, Sadducæos, Phariseos*. Videant ii, qui tanto strepitu *Essenos*, Josepho Solinoque descriptos, laudant ut Monastici status ab Elia instituti propagatores conservatoresque in lege nova, an eos satis verosimiliter ab *Essæis* jam dictis discernere possint. Mihi *Ἐσσαῖος* et *Ἐσσαῖος* idem esse videtur, sicuti idem est *Ἐδεσσαῖος* et *Ἐδεσσαῖος* civis *Edessæ*, et alia hujusmodi infinita, invenienda apud Stephanum de Urbibus. Videri possent quæ de *Essenis* erudite commentatus est in Plinianis super Solinum Commentationibus Claudius Salmasius, Parisiis impressus duobus prægrandibus Tomis anno 1619, cum adhuc optime Catholicus esset, postea in transversum actus non hæreticæ factionis studio, sed tædio patriæ, ubi se dolebat supremo Divionensis Parlamenti Præsidentu jam certa spe prehenso frustratum, neque postea sic a Catholica religione alienus, quin fateretur cuiquam mihi noto, hac sola cogitatione se retineri in *Hollandia*, quod bis mutare partem turpe nimium esset viro erudito, cui facile esset ut in forensibus causis, sic et in questionibus de fide partem utramlibet tueri.

18 Ceterum in Solini commentatore parum re-

ferre puto, quam ille multum vel parum solide Catholicus fuerit, ubi de causa religionis non agitur, sed de sola auctoris mente cum alijs cœvis conferenda; juxta quam a Salmasio lector inveniet accurate explicatos *Essenorum* mores, ritus, religionem, Græcicis superstitionibus permixtam; atque mirabitur propter nonnulla, quæ videntur cum monachis postea subortis habuisse communia, cum ea fuerint quam benignissime sumpta, dignos esse visos quos monastici status zelatores aliqui vellent agnoscere pro majoribus suis; tantum ne cogantur assentiri Hieronymo, sic scribenti de S. Hilarione: *Necdum tunc monasteria erant in Palestina, nec quisquam monachum ante S. Hilarionem in Syria noverat. Ille fundator et institutor hujus conversationis et studii in hac Provincia primum fuit.* Satis notus erat Hieronymo Josephus, nec fugisse eam poterant quæ de *Essenis* habet: non tamen ipsi vel per somnium incidit cogitare illos Monachos fuisse. Quod sane si fuissent, non potuissent illi non magnam præbuisse materiam Eusebio de *Martyribus* *Palestinae* scribenti, et tamen nec semel quidem unum vel *Essenum* vel *Monachum* in certamen adducendi, toto quo persecutio quam tractat duravit decennio; cum de *Ægyptiis* Monachis illustrium aliquot Martyrum Passiones extant, inprimis S. Cyri xxxi Januarii, atque universim de omnibus testetur S. Athanasius in Vita Antonii num. 61, tantam eorum fuisse alacritatem una cum magistro suo palam se tyrannis objectantium, ut motus *Judæ* ob Antonii sociorumque constantiam, præceperit nullum penitus monachorum aut observare judicium aut in civitate manere: quo tamen non obstante legimus in S. Petri Alexandri Vita *monachos* quoque religiosos viros cum suo Episcopo in custodia carceris permanere voluisse.

19 Non equidem negaverim horum disciplinam, in suis quæ habuit sub S. Marco principiis occasionem dedisse Philoni, ut quomodo *Lucas* narrat *Hierosolymis* credentes omnia habuisse communia, sic et ille *Alexandriæ* sub Marco fieri Doctore cernens, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conversatione scripserit, quin et *Essæos* eosdem nuncupaverit; sed hoc nomen in *Ægypto* fuisse, vel hos originem suam a præmemorata inter *Judæos* hæresi sumpsisse neque dicit Philo, nec si diceret posset probare: sed præsumi deberet eadem vanitate ipsos sic appellasse, propter quamdam institutorum similitudinem, qua voluit primos *Alexandriæ* Christianos, credi et appellari *Judæos*.

20 Jam quod ad *Enoch* de *Amuthim* attinet, de quo Pakeonydorus in Fasciculo tripartito lib. 2 cap. 3, quasi is in monte *Carmeli* Fratrum Rector ac Præpositus constitutus, et ad prædicationem Joannis cum quibusdam Fratribus suis Christo junctus, septimusque in numerum LXXII discipulus ordinatus.... inde ab Apostolis *Nicopoli* Episcopus, tandem cum S. Marco profectus in *Ægyptum*, constructis ibi monasteriis Fratribusque religiose institutis, post martyrium Sancti reversus sit in montem *Carmeli*, defunctusque VII mensis *Julii* anno Domini LXXI: ad istum, inquam, *Enoch* quod attinet, talia de eo, sine idoneæ antiquitatis teste dicta, nemo hoc tempore prudenter admiserit. Nec enim allegata a Pakeonydoro *Historia Alexandrina*, cum libro de institutis Monachorum et supplemento *Sigeberti* de illustribus viris, ipsius Pakeonydori ætatem, id est seculum Christi xv videntur superare; nec fidem apud veræ antiquitatis studiosos invenirent predicta, licet etiam absque *Carmeli* et *Carmelitarum* mentione apud ipsummet *Sigebertum* legerentur; sed ceteris, quas plurimas suo Chronico intexuit, fabulis annumerarentur, propter tot præcedentium seculorum silentium: sicuti iis adnumerantur quæ de S. Servatio Tungrorum Episcopo temere

D
AUCTORE D

nec agnoscit
Hieronymus monachos in Syria ante S. Hilarionem;

E

nec eorum
Eusebius meminit,
sed bene
Ægyptiorum,

quos Philo
mala fide
Judæos et
Essæos fecit

F

Eorum institutorem
Enoch Carmelitam
ante sec. 15
nemo dixit

Hegesippus
eos inter
hæreticos
sui ævi recenset,

AUCTORE D. P. **A**mere credidit, tamquam hic ex S. Joannis Baptistæ consobriino natus, ipsius Christi in tertio gradu consanguineus fuerit, licet certum sit vitam prorogasse usque ad an. cccclxxxiv. Egimus nos de S. Marco ejusque in Ægypto Apostolatu die xxv Martii, tamquam mortuo circa annum Christi lxxviii; et scrutati omnia, nullum istius Enochii vestigium in antiquis de illo monumentis potuimus deprehendere.

IV. ZACCHÆUS vel ZACHARIAS.

V. TOBIAS.

VI. BENJAMIN.

VII. JOANNES.

VIII. MATHIAS vel MATTHÆUS.

IX. PHILIPPUS.

Post Justum
ab an. 111
Episcopi ser,

B Anno Trajani xiv Christi cxi L. Calpurnio Pisone et Vettio Rustico Bolano Coss. ordinatus est Hierosolymorum Episcopus post Justum quartus ZACCHÆUS (Epiphania et Nicephoro ZACHARIAS dictus) post quem quintus fuit TOBIAS, sextus BENJAMIN, septimus JOANNES, octavus MATHIAS (Georgio et Nicephoro MATTHÆUS vocatus) nonus PHILIPPUS. Episcopatum Joannis usque ad decimum nonum annum Trajani extendit Epiphanius: Eusebius simul omnes perducit usque ad annum octavum Hadriani, et sic inter ordinationem Zachæi mortemque Joannis, relatam ad ann. Christi cxvi, anni essent dumtaxat sex; atque hinc ad mortem Philippi, an. Christi cxxv adscriptam, fluxissent universim anni quatuordecim inter duos Episcopos dividendi, quibus aliorum calculi solum tres quatuorve annos concedunt. Theodoricus Pauli longius extra chorum saltat, quando Justum obiisse dicens anno cxiv, cum Zacchæo eique attributis sex annis pervenit usque ad annum cxx: sed prudentior deinceps abstinere a notando numero annorum et Christi. Causa autem tam celeris intra tam paucos annos successionis refundi poterit in proprium quemdam illius Ecclesiæ usum, ex memoria grandævæ quam in S. Simeone suspexerant senectutis, non nisi annosissimum quemque et diutissime in ecclesiasticis officiis versatum tali gradu dignum censentis: neque enim gravis aliqua persecutio a Gentilibus incubuisse in Judæos scitur, ipsique Judæi, in Ægypto Assyriaque tumultuantes identidem, Hierosolymis videntur satis quiete egisse: ut proinde difficulter in illas causas refundi possit tam crebra mutatio Episcoporum.

usque ad
an. 125.

C 12 Elogia a Theodorico Paulo singulis attributa si referri operæ pretium quis putat, hæc habeat ex utroque libro collata. ZACCHÆUS Sanctus quarto loco succedens, postquam egregie et clarissime sex annis Hierosolymorum ecclesiam rexisset in Christo quievit xxiii Augusti.

Elogia ex
Theodorico,
Zacchæi,

TOMAS Sanctus, natus de sancta civitate Jerusalem, et ex circumcissione ad fidem Christi signis et doctrinis perductus, et Christiani nominis caractere insignitus, quinto loco Hierosolymorum Patriarcha divinitus præsignatus successit, tempore Trajani, et multos Judæos convertit: qui postquam aliquanto tempore præfuisset, migravit. Cujus festum colitur xvii die Septembris.

BENJAMIN Sanctus, Sancto succedens Tobie, Sacerdotium summum sanctæ Hierosolymitanæ Ecclesiæ digne et laudabiliter assumens electione superna, rexit irreprehensibiliter; multosque ad fidem sua prædicatione attrahens, baptizavit. Tandem completo ministerio suo, Sacerdotium simul et vitam feliciter finivit. Cujus festum colitur...

Benjamin,

JOANNES Sanctus, septimus Patriarcha subrogatus S. Benjamin, Hierosolymitanæ Ecclesiæ moderantiam feliciter gubernans, divinum cultum per totam Judæam augmentavit, constantissime palam cunctis Evangelium

prædicando. Tandem plenus virtutibus et miraculorum gloria clarus quievit in Christo. Cujus festum colitur...

D
Joannis,

MATHIAS Sanctus, octava successione sequens, et Patriarchatui Hierosolymitanæ Ecclesiæ præsidens, vir erat strenuus in opere verbi Dei; de quo mira et plena fide gesta narrantur: qui multa pro Christo perpessus, ultimo in pace vitam finivit. Ipsius festum celebratur iii Kalend. Februarii.

Mathia,

PHILIPPUS Sanctus, canonice nonus Patriarcha inthronatus, postquam pauco tempore Ecclesiæ gubernaculis functus fuerat; feliciter quievit, multis miraculorum signis et virtutibus tum in vita quam post mortem clarus: cujus festum colitur iv die Augusti.

Philippi;

23 Simili modo Florarium MS. suum quibusque diem assignat, præterquam PHILIPPO; et quidem ex eodem, uti verba significant, fonte, diversum tamen; scilicet ZACCHÆO xxiii Augusti, TOBIE xvii Decembris, BENJAMIN xi Decembris, JOANNI xxiii Augusti; pro quo tamen in Indice notatur dies x Maji; Quæ miramur unde definiti potuerint, cum neque in Græcorum neque in Latinorum fastis ullis occurrant. Solus MATHIAS, cum eodem quo supra relatuselegio, Usuardo innotuit, et ex hoc ceteris Martyrologiis Latinis: in cujus fide de ipso egimus xxx Januarii; sed non sine formidine, quia mira illa et plena fide gesta quæ illegat, nulli Græcorum cognita, vehementer nobis suspecta sunt: nunc autem etiam multo magis, cum videmus Theodoricum Pauli utroque libro dicere, quod festum celebratur iii Kalendas Februarii sive xxiii die Februdrii. Atqui hi dies valde discrepant, et ultimus proprius est S. Mathiæ Apostolo, cujus corpus prope Treviros servari creditur, in sui nominis ecclesia, eaque fides revelationibus et miraculis confirmata habetur: cum interim etiam Romani dicant corpus ejus se possidere in ecclesia S. Mariæ majoris sub lapide porphyretico, et caput ejusdem adhuc ostendent. Unde autem Episcopus Mathias, Græcis præteritus, cultum apud Latinos jam olim meruerit, si quærat aliquis; non aliam verosimiliorem causam inveniet, quam quod corpus ejus (sicut et S. Judæ Cyriaci infra nominandi) Hierosolymis translatum fuerit in Europam, ac forsitan Romam; quod nunc habeatur pro corpore Apostoli Mathiæ, ut in similibus sæpissime contingit. Sicut autem confusa est notitia corporum; sic potuit etiam confundi notitia Actorum; et ista quæ Usuardus vidit tam mira sub nomine Mathiæ Episcopi, sumpta esse ex Actis Apostoli, sed apocryphis, ommissa ea parte quæ hunc proprie spectabat. Imo quod Trevirensis monachus, in opere de Vita et Translatione S. Mathiæ Apostoli, seculo xii scribens, crediderit ipsum Roma missum Treviros; fortassis aliud fundamentum non habet, quam quod duos illos nequiret distinguere, nec sciretur quomodo revera Treviros allatum esset id, quod ibi anno mcccxxvii per revelationem inventum est.

dies etiam
cultus nota-
ti in Flo-
rario.

E

Ex his Ma-
thias videtur
cum Apostolo
fuisse con-
fusus.

Cum hujus
corpus sit
Treviris,
Romæ erit
corpus Epi-
scopi.

F

Habemus nos Breviarium vetustum, ante annos trecentos et amplius manuscriptum ex usu Ecclesiæ S. Sepulchri in Jerusalem, quod fuit Domus S. Joannis Baptistæ in Harlem Hollandiæ oppido, nescio utrum ad Equites an ad Regulares Hierosolymis propagatos pertinentis, ubi ad iii Kal. Februarii notatur S. Mathias Episcopus Jerusalem, sicuti et in impressis dictorum Equitum S. Joannis et antiquis Patrum Carmelitarum eundem usum sequentium, cum Officio de communi Confessoris Pontificis, quod Carmelitæ denique mutaverunt propter S. Telesphorum, a v Januarii per Vigiliam Epiphaniæ occupato huc translatum, postquam impetrarunt ut is sibi adscriberetur, quia ex Anachoreta factus fuit Papa.

Hujus cultus.

A

PARERAGON III.

An pro certo credi debeat, quod hoc seculo **II** scriptus sit liber Josephi Antiocheni de perfecta militia primitivæ Ecclesiæ, cujus unicu-
sus dumtaxat locus allegatur ab auctore seculi ut minimum XIII.

In antiquis
editis Ordinis
Constitu-
tionibus,

Anno MCCCXCIX Venetiis per Lucantonium de Junta Florentinum, diligentia Vener. Bacalaurii Fr. Joannis de Poluciis de Novalaria impressæ fuerunt, quas habemus, Constitutiones Fratrum Ordinis Beatissimæ Virginis de monte Carmelo, verosimiliter juxta exemplar earum, quæ fuerunt antea anno MCCCCLXVI ordinatæ et publicatæ a Vener. P. Joanne Soreth: harum autem Rubrica prima docet, Qualiter respondendum sit quærentibus, quando et qualiter aut quomodo Ordo noster sumpsit exordium, et quare dicimur Fratres Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo. Sic autem habet: Cum quidam Fratres nostri Ordinis juniores, quærentibus a quo vel quomodo Ordo noster sumpsit exordium, vel quare dicimur Fratres Ordinis Beatissimæ Dei genitricis et Virginis Mariæ de monte Carmeli, nesciant satisfacere competenter. Iluc est quod in scriptis formam talibus respondendi volumus relinquere: et testimonium veritati perhibentes dicimus, quia a tempore Eliæ et Elisæi ejus discipuli, montem Carmeli, qui non longe ab Achon distat, devote inhabitantium, multi sancti Patres, tam veteris quam novi Testamenti, solitudinis montis ejusdem pro contemplatione cælestium veri amatores, ibidem juxta fontem Eliæ in sancta penitentiâ, sanctis successibus continuata, sunt procul dubio conversati laudabiliter ac religiose, prout testatur quarti Regum historia [Cap. VI.] et Josephus Antiochenus libro de perfecta militia primitivæ Ecclesiæ Cap. XII dicens: Perfectorum militum Christi Apostolorum coadjutores surrexerunt, strenuissimi viri, solitarii, contemplationi dediti, sanctorum Prophetarum Eliæ et Elisæi sequaces: qui de monte Carmeli descendentes per Galilæam, Samariam et Judæam fidem Christi constantissime sparserunt; quique in Mariæ Virginis honorem in montis Carmeli declivio fabricantes oratorium, Salvatoris Matri specialissime servierunt. Et hac ratione ipsius titulum elegerunt, ut dicerentur Fratres B. Mariæ Virginis de monte Carmeli; et ita deinceps per Apostolica Privilegia sunt vocati.

prescripta
forma respon-
dendi de ortu
et Regula Car-
melitarum,

cum mentione
Alberti Patr.

B 23 [Quos Albertus, ecclesiæ Hierosolymitanæ Patriarcha et Sedis Apostolicæ legatus, ante Concilium Lateranense in unum Collegium congregavit, scribens eis certam Regulam, approbatam per Papam Honorium tertium, anno sui Pontificatus primo, scilicet anno Domini MCCXXVII: et per Gregorium nonum, anno sui Pontificatus secunda, scilicet MCCXXVII; et per Innocentium quartum, anno MCCXLIV; et per Alexandrum quartum, MCCLV, Pontificatus sui anno secundo; et per Urbanum quartum, anno suo primo, scilicet MCCCLXII. Similiter per Nicolaum IV, anno suo secundo die 1 Julii, anno Domini MCCCLXXXII; et per Bonifacium Octavum, anno sui Pontificatus secundo, scilicet anno MCCXCIV] Et multas Indulgentias dicto Ordini multi Pontifices concesserunt, atque plurimo privilegia dederunt [ut patet in Mari magno]. Primus quoad Indulgentias fuit Leo Papa quartus, anno Domini DCCCXLVIII; et Adrianus secundus, anno DCCCXXIII; et Papa Stephanus quintus, anno DCCCXCII; et Sergius tertius, DCCCXCIV. Ex antiquitate tantorum Pontificum privilegiorum et Indulgentiarum facillime excerpitur antiquitas et approbatio Ordinis nostri, atque origo Fratrum nostrorum: et per plures alios summos Pontifices, qui ipsum Ordinem et titulum approbantes, tutissime confirmaverunt: in

et Mariæ
magni Pri-
vilegiorum,

Maji T. III

cujus Regulæ et Ordinis professione, nos eorum se-
quaces usque in hodiernum diem, auxiliante Virgine
benedicta, in diversis mundi partibus Deo famulamur,
cui est honor et gloria in secula seculorum.

D 26 Hactenus primum Caput Constitutionum, quod post pauca sequitur Caput secundum statuens quod in Ordine sint Provinciæ viginti duæ, et earum decima Hispania, ultima nominatur Aragona: de quibus Lezana, post explicatum Capitulum Generale anno MCCCXXVII in Conventu Balneolarum Provinciæ Narbonæ celebratum, ait: Divisa fuit in hoc Capitulo Provinciæ Hispaniæ in duas, quarum una vocatur Castella, retinens locum Provinciæ Hispaniæ, et altera Aragoniæ, ultimum locum inter provincias tenens; tunc scilicet quando Patribus Carmelitis primo visum est dignum et justum, ut Fratres prædicti Ordinis, qui sub unius Regulæ professione vivunt, uniformes in observantiis ceremoniarum inveniantur.... et ideo decreverunt Præcessorum instituta, secundum quod Regulæ consonant et vitæ Fratrum convenire videntur, in scriptis commendare: Quæ sic deducta legens aliquis, numquid existimaret Præfationem istam compositam fuisse manu vel mandato electi tunc Generalis Joannis Grossi, vel saltem in aliquo Generali Capitulo, in Europæ partibus celebrato, cum jam divisus in Provincias plures esset Ordo, seculo XIV; cujus verbis aliquid addiderit Grossus, ut suo tempori Præfationem istam aptaret? Ita mihi videbatur, dolebamque id fecisse Grossum, quo primigenius contextus, qui de sua ætate optimum testimonium præbere potuisset, degeneravit a sua puritate; sic ut, cum nequeat nunc definiri quot Provinciæ fuerint cum is scriberetur, sciri etiam præcise non possit quandonam primo compositus sit; præsumi tamen merito debeat, ea omnia ab initio continuisse, quæ [] inclusi de Alberto et Pontificiis approbationibus; ac proinde Constitutiones illas cum sua Præfatione ad annum circiter MCCCXX pertinere, quando jam aliquam æstimationem in Ordine habere poterat Josephi Antiocheni in eadem citatus liber. Quantum autem additamenta Grossi incommodant definiendæ certius Chronologiæ; tantum laudandi veniunt Sorethus atque Poluccius, qui textui, qualem a Grosso acceperant, nihil addere præsumserunt, licet multa possent; imprimis nomina octo provinciarum ad viginti duas priores additarum intra proximos quinquaginta quinque annos, uti apparet ex Lezana, eas ad annum MCCCCLXXII enumerante.

D
AUCTORE D. P.

ac divisione
Provincia-
rum 22,

E

quæ tamen
fuerint
pauciores
cum illæ
primum
scribeban-
tur,

puta circa
an. 1320.

F 27 Nihilominus R. P. Daniel a Virgine Maria, tom. I Speculi num. 522. Caput supradictum producit, ut excerptum ex antiquis Ordinis statutis, a S. Brocardo circa annum Christi MCCCX scriptis, et ex Libro sermonum Richardi Ardmachani Primatis Hiberniæ. Richardi Sermones nominatos invenio in bibliotheca Gesneri, simulque quod anno MCCCCLXX claruerit, scripseritque varia contra monachos mendicantes. Ipsum non habeo, nec scio ubi reperiam; nam RR. PP. Carmelitæ Antuerpiæ, quibus libros ex nostro Museo petentibus etiam hoc anno prompte exhibui, excusant illum esse apud se. Aveo certe videre quid Antimonachus iste scripserit in favorem Carmelitarum. Atque ecce Waldensem, qui desiderio nostro faciat satis, tom. 3 de Sacrament. tit. 9 cap. 89. Hic apud Lezanam in Apparatu Cap. 6 num. 4, sic inducit locutum Richardum in sermone de Conceptione Virginis, habito Avenione anno MCCCXLII, Dicunt fide dignæ historiæ, quod a tempore Eliæ et Elisæi, qui sæpius morabantur in monte Carmelo, juxta Nazareth civitatem Dominiæ nostræ ad tria milliaria, solebant homines devoti secretius habitare usque ad tempora Salvatoris: et tunc illi Eremitæ prædicantibus Apostolis inter ceteros sunt conversi: et in uno latere montis ipsius primo Ecclesiam con-

Illarum
præfatio non
habetur
apud Richar-
dum Ar-
machanum,

nec eadem
hic quæ Jose-
phus dicit.

III

struxerunt,

A *struxerunt, in loco illo scilicet in quo didicerant ipsam in vita sua cum sodalibus virginibus cohabitasse. Et ob hæc nimirum inter omnes Religiosos Dominæ nostræ primitus sunt adscripti, ut vocarentur Fratres B. Mariæ de monte Carmelo.* Hæc vero neque sunt Statutorum verba, qualia tamen nobis ut a Richardo descripta proponuntur, neque verba Josephi Antiocheni ibidem relata de oratorio in montis Carmeli declivio fabricato; cum Richardus loquatur de eo quod constructum fuisset a Fratribus, *in loco in quo didicerant Dominam nostram cum sodalibus Virginibus cohabitasse in latere montis; a Nazareth ad tria milliaria dumtaxat distantis.* Injuriam porro faciunt Brocardo, qui eum inducunt allegantem *quarti Regum cap. 6,* cum ibi nec semel quidem nominetur Elias; in toto vero isto libro nusquam dicatur Elisæus in Carmelo, nedum ad fontem *Elisæ* universæ Scripturæ ignotum, invenisse habitantes discipulos, intelligendo *Filios Prophetarum*: sed, ut legitur *cap. 2, v. 15, in Jericho,* unde *cap. 6, v. 2* egressi sunt ad *Jordanem,* ut tollerent ligna in ædificium domus.

B 28 Ceterum quod ad eundem Brocardum attinet, cupio discere, ubi et quo loco, inveniatur exemplar statutorum ab eo originaliter scriptorum, si enim tale extat alicubi, pessime consuluit Ordini suo auctor Speculi, quod *Monumenta antiqua* colligere rogatus et pollicitus, istud omiserit efferre in lucem, quod præ aliis omnibus fuisset æstimatum ab iis, qui solidam rerum præteritarum scientiam in suo quærunt fonte: nec enim parvi refert intelligere, quid in quoque Ordine vel statu fuerit successive mutatum. Si nullum exemplar ejusmodi habuit P. Daniel, sed secutus est exemplaria seculo xv scripta vel impressa, ex quibus ipse quæ voluit sumpsit, omissis aliis quæ his [] inclusimus, quæque non potuisse ex Brocardi calamo proficisci palam est; quæro qua certitudine possit asseverare istam, quam præcise servavit, partem esse Brocardi. Scripsit, inquit, *Statuta Brocardus.* Hoc primum mini incertum: quia apud Sanvicum, Ribotum, et Grossum nihil tale lego; qui autem id feruntur asseverasse seculo xvi vixerunt. Quando autem scripsisset? *Circa annum,* inquit, *mxcxi.* Ergo ante Regulam ab Alberto præscriptam. Consequens igitur erat, ut illa Statuta antea pro Regula fuerint, et hæc si eorum epitome erat, debebat ad eorum observantiam Carmelitas hortari, aut saltem ipsorum meminisse. Meminit, inquit, petierant enim hi sibi dari Regulam *juxta propositum suum.* Non potuerunt ergo illi habere propositum eremiticæ vitæ, sub obedientia unius ducendæ, nisi scriptum et variis statutis ordinatum? Quod si habebant; cur non petebant ipsamet Statuta auctoritate Legati Apostolici confirmari, eorum deinde compendium ipsi sibi pro suo arbitrato descripturi? Demus tamen Brocardum, etiam ante acceptam Regulam, scripsisse aliqua, eaque reliquo corpori aliarum post additarum Constitutionum sic nunc esse permixta, ut discerni primigenia a post additis nequeant: an inde consequitur necessario etiam scripsisse Præfationem, quam ejus esse, nequeas ipsemet sustinere, nisi simul fatearis interpolatam? Quæ autem conclusio certa et evidens potest ex opere interpolato haberi? nam quidquid inde sumpseris Interpolatori tribui poterit, nec a te probari ejus non esse.

C 29 Cum bene considero editionem Venetam anni mccccxcix, in calce libri lego hæc verba: *Explicunt sacræ Constitutiones novæ Fratrum et Sororum B. Mariæ de monte Carmelo... quarum quidem Constitutionum nulla bona vel mala charta aut minima littera apud eundem impressorem vel alium secularem remansit.* Si hac fiducia R.P. Daniel omisit quæ voluit, cetera sub nomine Brocardi edidit (quod et alibi eum

fecisse notavimus, mutilatis qua displicere poterant textibus in Vita S. Angeli et Viridario Grossi) nolim quidem accusare eum fraudis malignæ, cum possim excusare intentionem, id sibi licere arbitrati pro causa sua, neque cogitantis fieri posse ut aliquis integro textu producto nudam veritatem palam exponat: non tamen possum non suspendere fidem, donec integre producta videam quæ ipsi placuit truncata dare. Interim nec ipsi nec alteri cuiquam injuriam facere me existimo, si dicam mihi non constare, quod Præfationem istam scripserit Brocardus; adeoque nec alterum, quod inde eductum cupit, istum Josephi Antiocheni librum, ætate Brocardi priorem esse. Illi vero etiam amplius petunt, exiguntque ut credam, Josephum illum *proximum temporibus Apostolorum vixisse sub annum Christi cxxx.* Quo autem teste? *Teste,* inquit *Lezana, Possevino in apparatu.* Ad pœnam libri. Possevinum sic lego: *Josephus Antiochenus, vetustissimus fertur fuisse auctor. Vixit anno 130. Philippus Ribotus.* At Ribotus alique qui multi allegantur lib. 5 Speculi cap. 8 nihil de anno neque de ætate: Possevinus, ut apparet, id solum retulit quod fama ferebatur, nihil sollicitus quam ea fundata esset: et forte alicubi pro 1300, Cyfra una per fraudem extrita vel per errorem omissa, invenit scriptum 130, quod ad alia festinantem decepit: quem ejus lapsum prudenter dissimulans Bellarminus, in libro de Scriptoribus ecclesiasticis, Josephum tacitus prætermisit.

30 Ipsum opus, quod, ut ait Lezana, *tempus edax rerum absumpsit vel sub bibliothecarum latebris abscondit,* licet non affirmaret Emanuel Romanus in *Elucid. Carm.* se in Universitatis Salmanticensis bibliotheca vidisse et legisse, vel ex sola tamen Riboti attestatione satis credimus, extitisse: sed vehementer dolemus, nec ipsi nec alteri venisse in mentem ut illud luci daret. Quam multi præter eum id legerint nescio, cum enim omnes non nisi unum eundemque locum transcribant, potuerunt invicem ovium instar fuisse secuti, et alter transcripsisse ex altero, nulla adeundi fontis cura assumpta. TRIUMPHATORI interim tam asseveranter dicenti, *Carmelitanam historiam veram esse aut nullam,* et hunc auctorem tamquam e præcipuis testibus unum identidem appellanti, incumbit probare, non ex unius Possevini *FERTUR,* sed ex irrefragabilis certitudinis documentis, quod seculo Christi secundo revera floruerit inter Ecclesiasticos scriptores aliquis *Joseph Antiochenus,* quodque ille scripserit librum *de perfecta militia primitivæ Ecclesiæ,* denique quod liber iste qui nunc citatur revera sit talis per omnia, ut credi debeat verus ac sincerus antiqui illius Antiocheni Josephi fœtus esse. Conclusio enim historice evidens, qualem TRIUMPHATOR intendit, non potest elici nisi ex præmissis historice evidentibus. Tantum autem abest ut de prætenso Josephi libro habeatur ejusmodi certitudo, ut S. Hieronymi et totius antiquitatis de eo silentium, et impossibilitas examinandæ veritatis propter defectum exemplarium, suspensum cogant hæere eum, qui novit quam multa opera, de quibus antea vel pauci vel nulli dubitabant, quia ejus auctoris ac temporis essent quod præferebant, hoc critico et omnia explorante seculo, non solum in suppositionis adulterationisve suspicionem adducantur, sed evidentissime convincantur. Obvia ubique exempla sunt, etiam in his nostris Actis; et tot Decretales, Romanis Pontificibus per summam imposturæ impudentiam suppositæ, quod videre est in nova Conciliorum editione justissima censura damnatas, fidem faciunt nullum esse tam sanctum argumentum, quod non attrectaverint consarcinatores fabularum. Denique res tantæ consequentiæ credi non debet ex alieno arbitrio et judicio, quod quam solidum sit non

D et Josephum vult vixisse an. 130.

E quod non debet incertæ famæ credi,

F sed efficaciter esse probandum

potest

Eadem præfatio gratis adscribitur Brocardo et sec. 12,

qui nec debet dici ante Regulam scripsisse,

nec quid scripserit discerui potest:

quod tamen facere præsumpsit auctor Speculi,

A potest ulla ratione comprobari, donec prodeat liber ipse de quo præjudicarunt homines, in aliis non recte judicasse comperti.

Interim apparet ex illa Præfatione ignotam fuisse auctori- bus originem Ordinis,

31 Ceterum ex primo antiquissimarum quas hactenus novimus Constitutionum Capite, integre fideliterque hic representato, sigillatim autem ex illa, quam P. Daniel omisit parte, luce meridiana clarius innotescit, quanta in Carmelitanum Ordinem obrepserit propriæ originis ignorantia, intra unum aut sesqui seculum ab obitu Brocardi; eum scilicet credebatur primus *Albertus in unum Collegium congregasse Fratres*. Duravitque similis de eodem Alberto ignorantia usque ad hoc præsens seculum, prot infra patebit ex litteris a Generali Stratio ad Aubertum Miræum atque ab hoc ad nostrum Bollandum datis: ut facile ignosci debeat iis qui deinde laudabili conatu incubuerunt ad eruderandas sui Ordinis historias, si veterum errorum occupati præjudiciis non omnia recte sunt assecuti. Sed quemadmodum hæc venia non gravata datur, sic nec debent Socii eorum ægre ferre, si quis ab ipsis rogatus imo coactus, et ab instrumento ad id necessario rerumque istiusmodi tractandarum experientia multo luculentius instructus, neque iisdem respectibus quibus isti impeditus a discernenda melius veritate, aliquid adferat, quod non viderint. Nam quod dicunt *Stultum plus videre domi propriæ quam sapientem alienæ*, aut ad rem nihil facit, aut nimis crasse acceptum veritati repugnat et quotidianæ experientiæ. Non ita Franci responderunt Henschenio, postquam eis medium inter duos Dagobertum, annis jam mille ab historicorum memoria abolitum, eruit ex indubitabilibus istorum temporum monumentis; sed gratulati peregrino homini, id assecuto foris, quod eorum nemo domi invenerat, etiam hodie continent plausus, studentque inventam ab eo semel certioris chronologiæ viam novis novisque monumentis numerorum, diplomatum, historiarum expeditiorem reddere. Nescio quomodo excepturi illi sint temeritatem TRIUMPHATORIS, *Dagobertum II ab Henschenio confictum* non dubitanter asserentis, quia tali Regeposito, *contradicitur Chronicis de gestis Francorum, Ironi Carnotensi et Trithemio*, quasi id curandum esset in re evidenti, et ex monumentis cœvorum scriptorum longe certius quam ex multo post natorum hallucinationibus discenda.

32 Porro sicut in Speculo, sane non tam fideli quam prædicatur, omnia illa caute omisit P. Daniel, ex quibus præjudicium aliquod intento a se fini creari poterat, si tam profundam historiæ propriæ ignorantiam observari contingeret, in eo, quod totum Ordinem representabat, et cujus definitione compilatæ primum Constitutiones fuerunt Capitulo Generali; sic et deinceps relaturus partem alteram primi Capituli de Indulgentiis, abolevit mentionem *Maris magni*, hoc enim manifestum additamentum erat Joannis de Novelaria, quia non plures anni quam xxiii effluerant a tempore datæ Bullæ, quam eo nomine Carmelitæ appellant. Bulla autem ista nihil continet de Indulgentiis: quare nec trahi huc debet allegatio *Maris magni*. Quod autem sub eodem nomine laudatur ab aliis, velut antiquiores istas Indulgentias continens; id supposititium esse alibi docuimus, sicut et fictitiæ sunt Indulgentiæ omnes, sub ea quæ prætextitur forma ante seculum x. Tale esse agnovit ipse Lezana, quando neque in peculiari de Mendicantium Ordinum Privilegiis opere, nec in suis Annalibus ausus est illud referre, aut ejus vel minimam facere mentionem, eo ubi id maxime exigebatur loco, videlicet ad annum mcccclxxvi Sixti Papæ quarti iv, quo ipsum fuisset datum.

- X SENECA.
- XI JUSTUS.
- XII LEVI.

quæ adhuc possit melius eruderari,

quam sit in Speculo non satis fideli.

VIDE APP. TOM. VII MAJI NOT. 3^{ra}

XIII EPHREM.

XIV JOSEPH.

XV JUDAS qui et QUIRIACUS.

D
AUCTORE D. P.
Ab an. 124
Episcopi sex,

Hadriani Imperatoris anno VIII, Christi cxxiv, *Manlio Acilio Glabrione et C. Bellicio Torquato Coss. Hierosolymitanæ Ecclesiæ Episcopus decimus SENECA* (Georgio HENECAS, in MS. Membrana SENTHYAS nuncupatus) *undecimus JUSTUS alius, duodecimus LEVIS sive LEVI, decimus tertius EPHRES sive EPHREM, decimus quartus JOSES sive JOSEPH, decimus quintus JUDAS: quorum omnium ex circumcissione existentium numerus ad quindecim pertingit, usque ad Judæorum defectionem ab Hadriano: pro quo Hieronymus, Eusebii Chronicon Latinum faciens, substituit, usque ad eversionem quam ab Hadriano perpessa est Jerusalem.* Rebellerunt autem Judæi Anno Hadriani xvi, qui contra eos ipsam Judæam depopulantes exercitum misit sub ducatu Tinnii Rufi: et anno xviii ejusdem Imperatoris, Christi cxxxiv debellatum est. *Ex quo tempore etiam introcundi eis Hierosolymam potestas ablata est, primum Dei nutu, tum mandato Romanorum, suntque in omnes regiones dispersi.* Anno inter duos jam dictos medio. *C. Julio Servilio Urso Severiano II et C. Vibio Juventio Vero Coss. Cochebas, Dux Judaicæ rebellionis, Christianos, nolentes secum pugnare contra Romanos, variis modis excruciat, sive, ut Hieronymus Eusebium interpretatur, omnimodis cruciatibus necavit.* Quem autem prius ac potius quam eorum Episcopum? Itaque cum Eusebio hic potius mortem ejus colloco, quam eam differo usque ad annum Antonini XI Christi cxxix cum Epiphano.

usque ad an. 133:

34 De *Juda* mox dicturus congruum censeo præmittere elogia, decessoribus ejus a Theodorico scripta; non quia ea magni momenti sint, sed quia satis verosimiliter excogitata, et quoad *Judam* saltem magnum in certiori historia fundamentum habent. Sunt autem hujusmodi.

E

eorum Elogii ex Theodorico,

SENECA Sanctus, *B. Philippo succedens, rexit decimo ordine saluberrimæ Ecclesiæ Hierosolymorum, et post cursum hujus Vitæ quievit in Christo, cujus festum colitur x die Januarii.*

Senecæ,

Justi,

JUSTUS Sanctus, *Sacerdos Deo dignus, præfuit feliciter: fuit quippe vir omnium virtutum merito conspicuus et Sanctus. Qui tandem consummato felicis certaminis cursu, summæ præmiæ brevium a Deo gloriose accepit: cujus festum colitur xxiv die Novembris.*

Levi,

LEVI Sanctus, *Principatu Ecclesiæ Hierosolymitanæ aliquo tempore perfunctus, migravit in caelestem Jerusalem, victus omnibus Babylonicis. Fuit enim vir scientiarum divinarum solertissimus indagator atque egregius prædicator, quique in præsentia multorum Judæorum mortuum suscitavit in nomine Jesu, atque multos eorum propterea ad fidem Christi convertit. Cujus festum colitur prima die Martii.*

F

Ephrem,

EPHREM, *vir inclitus ac prædicator egregius, rexit Ecclesiam suam, tempore Ælii Hadriani Romanorum Imperatoris, aliquanto tempore. Qui postquam in vinea Domini fideliter laborasset, et veluti egregius pugil Domini constanter certasset, fidem Christi enuntiando tam Judæis quam Gentilibus, magnam catervam ex eis fidei jungendo et baptizando, tandem martyrio coronatur. Cujus festum colitur iv die Aprilis.*

Joseph,

JOSEPH Sanctus succedens, rexit Ecclesiam suam valde magnifice: fuit enim Sanctus in omnibus operibus suis, et multorum operator miraculorum. Tandem infinita sustinens a Judæis incommoda et tormenta, propter constantiam prædicationis suæ contra eos, licet fuerat Judæus natus et circumciscus, martyrii corona coronatus cælum perpetim regnaturus intravit; cujus festum colitur vi die Augusti.

Judæ.

JUDAS Sanctus Martyr, decimus quintus Patriarcha electus et consecratus, in maxima tribulatione et persecutione

A *cutione tam Ecclesie quam Civitatis Sancte, tam a Judæis quam a Gentilibus, felicissime rexit. Qui dire tormentatus a Judæis, et sæpius diversis panis in lacessitus propter fidem Christi, quam non solum Jerusalem verum etiam in circumvicinis civitatibus et oppidis ferventissime prædicabat, tandem sub Hadriano Imperatore capitis obruncatione coronam martyrii meruit accipere: cujus festum colitur x Aprilis.*

Hunc putamus etiam Quiriacum dictum,

35 Hactenus Theodoricus Pauli, cui quoad dies singulorum hic notatos consentit Florarium MS. excepto quod Judam ultimo nominatum omittat. Hunc autem ad diem iv Maji opiaati sumus ipsum eundem esse, qui hujus mensis Kalendas obtinet in omnibus Hieronymiani Martyrologii egraphis aliisque vetustioribus Usuardo, his verbis: *In Hierosolymis natalis S. Judæ sive Quiriaci Episcopi, alibi S. Quiriaci qui et Juda, et S. Judas qui cognominatus est Quiriacus.* Et quia certo demonstramus, eam qui ab Usuardo iv Maji notatur cum duplici isto nomine, tanquam Dominicæ Crucis index sub Constantino et Martyr sub Juliano, nullum fuisse in rerum natura, sed cum tota suæ Passionis historia purum putum esse figmentum; ideo existimavimus verosimillimum esse, eum quem i Maji Hieronymus Martyrologio suo adscripsit, esse hunc ex circumcissione ultimum, quam etiam Martyrem obiisse, etsi non scriberet Theodoricus, quod parvi faceremus, persuaderent, tamen verba Eusebii de Cocheba, superius recitata.

in Martyrologio Hieron. i Maji.

B

PARERAGON IV.

De Auctoribus elogiorum Patriarchalium apud Theodoricum, et dierum etiam in Florario MS. notatorum.

Jam sæpe laudatus Eusebius, Cæsariensis in Pælestina Episcopus, non nisi xxvi leucis ab Hierosolyma, Chronicon suum, quo utimar, finivit in vicennialibus Constantiæ Augusti, anno cccxxvii Nicomediæ cœptis celebrari: ac deinde Historiam Ecclesiasticam edidit, in hujus Historiæ lib. 4, cap. 5 de omnibus hactenus nominatis et recensitis sic loquitur: *Episcoporum tempora, qui Ecclesiam Hierosolymitanam rexerunt, quoniam (ut fertur) vitam ad breve admodum temporis spatium propagabant, nusquam scriptorum monumentis servata reperio. Tantum tamen ex quorundam scriptis animadverto Episcopos numero quindecim, ad obsidionem Adriano regnante contra Judæos factitatem, gradatim succedendo illic fuisse. Quos universos ex Hebræorum stirpe (totum namque eorum Ecclesiam ex Hebræis fidelibus coaluisse constat) salos memorant, atque adeo Christi cognitionem ingenue verique amplexatos; ita ut ab illis qui jam tum de rebus ejusmodi recte judicium ferre poterant, revera officio et ministerio Episcopali digni judicarentur. Qui quidem ab Apostolorum tempore ad eam tum obsidionem, in qua Judæi, iterum a Romano Imperio desciscentes, fuere non exiguis præliis afflictati, serie successionis continuata eam Ecclesiam rexerunt. Atque hinc luce meridiana clarius patet, eos qui vel annorum numerum definire singulis, vel mortis diem determinare; vel de eorum virtutibus miraculisque in particulari scribere aliquid præsumpserunt, id fecisse ex sui capitis phantasia propria; ac proinde in iis, quantumcumque verosimiliter excogitatis, nullam haberi fundamentum ad aliquam solidam in re historica conclusionem. Dies autem singulorum festi; notati apud Theodoricum et Florarii auctorem, æque gratuitum esse inventum aliquorum, qui ipsos ab Eusebio sic laudatos, colendos sibi esse putarunt; et verum cujusque natalem ignorant, pro suo commodo cuique assignarunt diem aliquem beneplacitum.*

Eusebio negante Episcoporum tempora definita ex stare,

C

non est findendum defmentibus ea recentioribus,

37 Hoc ut possit intelligi erit operæ pretium animadvertere, quo loco et tempore jam sæpe citatum

*Florarium Sanctorum scriptum sit. Hoc autem in Conclusionem libri, ubi sui operis finem et causam reddit auctor, sic indicatur: Nos in Occiduo constituti Sanctorum Pontificum (scilicet Clementis, Anteri, Fabiani et Gaii, qui passiones Martyrum scribi curarunt) laborem pariter et diligentiam considerantes, seculares historici de cetero conscribere out chronica colligere sine necessitate postpasimus, od quas colligendas ordore quodam ab meunte ætate nostra ferebamur: et adjuvante Altissimo hoc Promptuarium Sanctorum breviter et succincte collegimus, et ad finem per nos conceptum duximus, ad vitæ nostræ emendationem et legentium ædificationem, anno salutis mccccclxxxvi die S. Lucie Virginis gloriosæ. Sequitur post Conclusionem Catalogus Sanctorum Ordinis Canonorum Regularium qui in hoc Florario Sanctorum continentur. Hoc nobis iudicio est, ex eo Ordine ipsam auctorem fuisse: et quoniam in tota hujus libri scriptura nihil occurrit earum mendarum et emendationum, quæ passim deprehenduntur in libris non autographis, sed ab alio originali transcriptis; non possumus dubitare quin idem auctor sit qui scriptor: hic vero nomen suum in fine sic scribit: *Istud Florarium Sanctorum pertinet Ven. D. Henrico de Eyck Canonico ecclesie B. Catharinæ Eyndoviensis. Investito Parochialis ecclesie de Weeld manu sua propria scriptum.* Denique eadem manu, sed atramento multo magis vivido ac recentiori additur, *Datum Domino Gerardo, Abbati monasterii Averbodiensis, consanguineo suo, cui tenetur ipse Dominus Henricus in xvi Florenis Renensibus et xvii stuferis ex mutuo.* Iste autem Abbas Gerardus, Ordinis Præmonstratensis in Brabantia, iastallatus an. m̄i bibliothecam iastauravit, et vixit usque ad ann. m̄xxxii. Loca vero hic nominata, scilicet Everbode Abbatia, Eyndhovia Municipium, Weeld Parochia, ita in triangulo se respiciunt, ut septem horariis leucis ab se iavicem distent.*

aut diebus notalis in Florario:

quod scriptum fuit an. 1486

E ab Henrico de Eyck Can. Reg. in Brabantia,

38 Rursum Theodoricus Pauli, quem ex serie Abbatum S. Michaelis Antuerpiæ, usque ad Olardum Teerlinch et Joannem II perducta, scimus post ann. mccccli scripsisse, in Chronico fol. 22 originem et seriem texens Dominorum de Borssalia, vocat se *Vicedominum ecclesie Collegiæ Sanctorum Martini et Vincentii in Gorinchen partium Hollandiæ Trajectensis diæcesis (Ultrajectensem nunc vocamus) quod oppidum vulgo Gorcum, Eyndhovia et Weelda distat circiter decem leucis. Ad Mosanum quoque universum tractum in Leodiensi agro, Ducatibusque Brabantie, Geldrie, Limburgi ac Clivie fuerant plura, suntque adhuc non pauca monasteria Canonorum Regularium; quorum aliqui Sepulcrini dicuntur, utpote deducti a Canonis, tempore Arnulphi Patriarchæ ad sancti Sepulchri custodiam deputatis; alii Crucigeri, a Cruce quam gestaant in vestibus, caput Congregationis suæ habentes Hui, qui etiam ipsi, tamquam Hierosolymis deducti Patroam ac Fundatorem appellant S. Cyriacum, Dominicæ Crucis (uti credunt) indicem sub Helena Regina. Ab alterutris horum, non solum scriptam dixerim eodem seculo, quo Theodoricus et Florarii auctor vixerunt, istam Patriarcharum seriem, sed etiam iis (quos omnes ut Sanctos laudat Eusebius) attributum fuisse cultum aliquem, definito cuilibet die magis commodo. Neque enim putes quod ita acceperint a majoribus suis ex Terra saacta: quia si hoc foret, apparerent nomina in Calendariis Carmelitarum et Rhodensium, secundum usum Ecclesie S. Sepulchri descriptis; sicut docui in Aprili, ubi de B. Alberto, cap. 9. Visum igitur ipsis fuerit in aliquo apud nos Provinciali Capitulo instituendum ejusmodi cultum ipso illo seculo xv, quo potissimum inter religiosos Ordines, eos præsertim qui videri volebant Minoribus et Prædicatoribus*

cum Theodorico scriberet Gorcomi,

F

et Sepulcrini Crucigerique ad Mosam florabant.

A dicatoribus antiquiores, cœpit certari de antiquioribus Sanctis in partes suas trahendis.

Illius Theodorici opere cum discretione utimur.

39 Ista porro omnia nequaquam otiose hic dicta sunt, sed juvabunt ad amolienda offendicula, quæ occurrent in Patriarcharum Hierosolymitanorum serie, prout ea ab auctore suo, ex apocryphis novitiorum scriptorum somniis, non uno loco interpolata habetur apud prædictum Theodoricum. Qui vir diligens magis quam doctus, omnia, ut reperit, sic descripsit, nullo cum discrimine; ut plane nobis sit instar sagenæ illius Evangelicæ, ex omni genere piscium congregantis, quam educentes et secus littus inexhaustæ antiquitatis sedentes, conamur pro modulo nostro bonos in vasa operum horum colligere, malos autem foras ejicere. Sic Vitam S. Caroli Magni Imperatoris in libro Bellorum Dei transcriptam, repudiavimus ut farraginem ineptissimarum fabellarum, sub nomine Turpini Remensis Archiepiscopi imperitis obtrusam; Legendam autem B. Petri Thomæ Carmelitæ, in eodem volumine nobis oblatam, non dubitavimus dare in lucem, tamquam vere compilatam ab auctore cœvo et familiari, atque ut plurimum socio et secretorum ejus omnium conscio: neque dubitamus quin nostrum de utraque judicium æquis iniquisque probaverimus.

quod qui nequit vel non vult capere,

40 Probavit certe totus Ordo Fratrum B. Mariæ de monte Carmelo, et tamquam beneficium æterna gratitudine dignum extulit; sed quid aut quare probarent, non æque omnes intellexerunt. Nam qui nostros in Martio et Aprili de sui Ordinis Sanctis Commentarios, quatenus præjudicatis opinionationibus suis minus favebant, suscepit exagitandos TRIUMPHATOR ante victoriam, capere non potest, quomodo ad vi Martii daturi Vitam S. Cyrilli Prioris in Carmelo tertii, ut erat a Pakeonydoro et Bostio edita, non sine scrupulo id fecerimus; sed lectorem monuerimus, quod quando vixerunt auctores isti (vixerunt autem in confiniis seculi xv et xvi) *effluerant anni circiter trecenti a temporibus illis, quibus gesta fuissent quæ de S. Cyrillo ab illis narrantur, tam præclara et illustra ut reverentur antiquorum scriptis confirmari; nihil autem tale notaverimus ad Vitam B. Petri Thomæ, a cujus obitu, qui contigit an. MCCCLXVI, usque ad annum editionis nostræ, totidem etiam anni circiter effluxere. Negat etiam se capere posse, cur enumeratis recentioribus Ordinis historicis, qui relata a Pakeonydoro et Bostio ut historiam certam transcribunt, adeo ut ex ea formandas curarint pro divino Officio Lectiones, novarum narrationum curiosum lectorem ad vos remittimus; non æque latari, si alius quispiam sub tali appellatione lectorem suum remitteret ad prædictam B. Petri Vitam, quæ ut est a nobis edita, videtur ipsi potiori jure dicenda Narratio nova. Non oportet tam multis annis studuisse Historiæ quam ipse Theologiæ, ut quis respondeat, ingens esse auctoritatis discrimen inter scriptores cœvos et longe serius natos; quædam etiam in se ipsis tam grandia tamque illustra esse, ut eo loco ac tempore gesta cui accuratissimorum scriptorum copia suppetebat, si ab eis præterita, diu post efferrantur sine teste idoneo, apud prudentem historia-rum æstimatorem vel nullam vel exiguam fidem obtineant, donec invenierit quibus ea confirmet: denique non a tempore quo quid imprimitur, sed ab eo quo scriptum esse probatur, ipsis rebus gestis prope vel longe remoto, sumi appellationem novæ aut veteris narrationis. Et hæc ignorans, laudatur ut *Historicus profundissimus, Solidus, Solers, Accuratus, non nisi veritate triumphante Triumphans.* O judicia!*

XVI MARCUS.

Hadriani Imperatoris anno XIX Christi cxxxv, Pom-

peiano Luperco et L. Junio Attico Aciliano Consulibus Hierosolymæ primus ex Gentibus constituitur MARCUS, cessantibus post eos qui ex Circumcisione fuerant, et sedit usque ad Consulatum Silvani et Augurini, id est usque ad annum Christi clvi. Hic sub Antonino Imperatore obiisse dicitur apud Eusebium, Usuardum, Adonem, secutis reliquis cum hodierno Romano, ornaturque a jam dictis Martyrologiis titulo *clarissimi et doctissimi viri*, ad diem ejus Natalem, qui ponitur xxii Octobris. Errant autem et ipsi et alii post eos, dum scribunt, quod non multo post Ordinationem suam *Martyri meruit palmam*: nam ab Hieronymo dantur anni XXI, qui a Nicephoro aliisque anni ut minimum VIII numerantur.

Theodoricus Pauli sic loquitur: *Capit iste S. Marcus Ecclesiam Hierosolymitanam, grandi terrore dispersam, fide et industria sua congregare et regere: quia civitas Jerusalem, in Romanorum jus conversa, ritum peccatis mutavit et nomen, scilicet a domitore suo Ælio Hadriano Ælia nuncupata. Sed quod de martyrio S. Marci omnes dicunt, præter Eusebium, difficilem fidem invenit; tum ob illius silentium, qui sollicitissime Martyrum passiones requirens, Hieronymiano Martyrologio conscribendo materiam suppeditavit, nec tamen Hierosolymis Episcopum Marcum adscribendum suggessit; tum quia jam ante annos aliquot, publico ipsius Imperatoris edicto, cohibita fuerat persecutio Christianorum, et vix credibile est Hierosolymis pertinacius sævitum esse quam Romæ. Baronius Edictum istud retulit ad annum clv, eo quod S. Telesphorum Papam et Martyrem usque huc vixisse existimaret: sed ex antiquis Pontificum Romanorum catalogis, per Consules annuos optime digestis ante Aprilem nostrum, S. Telesphorus coronatus fuit anno Christi cxxxviii, Cæsare et Balbino Coss. Sed hæc de Marci martyrio accuratius examinanda erunt ad dictum ejus natalem diem.*

XVII CASSIANUS.

XVIII PUBLIUS.

XIX MAXIMUS.

XX JULIANUS.

XXI GAIANUS sive GAIUS.

XXII SYMMACHUS.

XXIII GAIUS.

XXIV JULIANUS.

XXV CAPITON, sive APION.

Anno Antonini Pri XIX, Christi clvi, Plautio Silvano et Sentio Augurino Coss. Hierosolymorum Episcopatum decimus septimus suscepit CASSIANUS, alii que ex ordine relati ab Eusebio, perductique usque ad Consulatum Materni et Braduæ, qui Magistratum inierunt anno Christi clxxxv: ita ut novem illi, quorum ultimum aliis Apionem dici, ait Georgius, annos non plures quam triginta inter se partiantur. Theodoricus Pauli, CASSIUM seu CASSIANUM feliciter migravisse significat: PUBLIUM laudat, ut plenum virtutum, nullo utriusque addito mortis aut cultus die. Sequitur apud eum MAXIMUS Sanctus, Doctor Evangelicus, qui rexit post Publium Ecclesiam suam doctrinis et salubribus institutis: quique suo tempore maximis persecutionibus Judæam quatientibus martyrio vitam finivit. Videtur indicari persecutio mota in Asia, quam Hieronymus quartam numerat, anno VII. M. Antonini Veri et L. Aurelii Commodi Imperatorum, Christi ccxvi; cujus etiam persecutionis anno III passus est S. Polycarpus, Episcopus Smyræ, die xxvi Januarii. Utinam de Maximo æque certo et ex æque antiquis monumentis constaret! Constaret autem, puto, per Eusebium vel Hieronymianum Martyrologium, si verum foret quod hic asseritur.

F Alii & usque ad an. 185 cum elogio Theodorici.

Cassianus, Publius, Maximus,

pro responso ulteriori est minus aptus.

A 43 JULIANUS Sanctus, praefuit fructuose Ecclesiae suae, praebens se omnibus normam et exemplar omnium virtutum. Tandem administrato Sacerdotia Hierosolymitanae Ecclesiae, civis regni caelestis, intravit nuptias Agni Paschalis VII die Aprilis. Nihil de eo Flavianum, neque nobis ad dictum diem quidquam occurrit, ratione cujus eum vel inter Praetermissos poneremus. Fuit alioqui Pascha celebratum die VII Aprilis, ipso quo persecutio suscitata dicitur anno CLXVI. MS. Rulæi Episcopum hunc nominat JULIUM.

Galanus, 44 GAIUS sive GAIANUS, Doctor egregius rexit Ecclesiam feliciter. Iste S. Gaius primus celebravit Quadragesimam et Pascha more Christianorum. Qui post multorum Gentilium conversionem migravit ad Christum, cujus festum colitur XI die Junii. Refertur hoc die etiam in Florario. Sed nec hujus nomen alibi reperimus relatam inter Sanctos. Quod additur de ritu celebrandi Paschatis eo spectat, quod teste Eusebio lib. 5 cap. 23, Omnes per Asiam (scilicet Minorem) Ecclesiae, vetusta quadam traditione nixæ, quarta decima luna salutaris Paschæ festum diem celebrandum esse censebant, quo die praescriptum erat Judæis, ut Agnum immolarent: eaque omnino luna, in quemcumque demum diem septimanæ incidisset, finem jejuniis imponendum esse statuiebant: cum tamen reliquæ totius orbis Ecclesiae alio more uterentur, ut scilicet non alio quam Resurrectionis Dominicæ die jejunia solvi liceat. Synodi ob id cæsusque Episcoporum convenere: atque omnes uno consensu Ecclesiasticam Regulam universis fidelibus per epistolas tradiderunt, ne videlicet ullo alio quam Dominico die mysterium Resurrectionis Domini unquam celebretur, utque eo dumtaxat die Paschali jejuniis terminum observemus. Exstat, inquit Eusebius, etiamnum Epistola Sacerdotum, qui tunc, id est anno Christi cxcviii, in Palestinam congregati sunt: quibus praesidebant Theophilus Cæsareæ Palæstinae et Narcissus Hierosolymorum Episcopus. Est quidem satis verosimile, quod Judaicus mos retentus Hierosolymis fuerit, sub Episcopis primis quindecim, utpote Judæis et habentibus Ecclesiam ex ea potissimum gente constantem: sed quod subeuntibus in eorum locum aliis, a jugo Legis Mosaicæ conditione nativitatibus solutis, adhuc per xxx annos continuatus fuerit ritus Judaicus, certiori eget probatione; maxime cum Romanis, Judæos prorsus exclusos volentibus, non potuerit non vehementer displicuisse ejusmodi memoria Judaismi.

C 45 JULIANUS II, alio nomine SYMMACHUS, sancto Gaio in administratione Hierosolymitanae ecclesiae subrogatus, praefuit tempore valida persecutionis Ecclesiae Catholicae. Et licet Ecclesia Hierosolymitana virgo fuerit, quo nondum adulterini verbi subreptione corrupta: tamen quia pullulaverant hæreses in multis Ecclesiis, iste S. Julianus cum multis aliis Episcopis et Doctoribus restitit, easque a sua Ecclesia eliminavit. Tandem plenus virtutibus migravit ad Christum. Ad persecutionem quod attinet, ea videtur continuata saltem usque in annum decimum Antonini, quando Melito Sardiensis in Asia Episcopus Imperatori Apologeticum tradidit pro Christianis: qui illa vexatione soluti, mox exerceri cœperunt a Montanistis, Cathrygas dictis, Encratitis a Tatiano subnatis, et discipulis Bardesanis cujusdam auctoris alterius hæresis, uti ad annum xi ac xii prædicti Imperatoris scribit Eusebius. Verum ex eodem vidimus virginittatis testimonium, ab Hegesippo Ecclesiae Hierosolymitanae datum, non se extendere ultra ætatem Justi III Episcopi.

Gaius, 46 GAIUS II Pontificatum tenuit in Jerusalem post S. Julianum: cujus eruditione et gratia, quam habebat in verbo Dei, fruebantur non ii solum populi quos re-

gendos susceperat, sed et procul positi, quos per Epistolas, aliquando per seipsum ad fidem perduxerit et confortaverat, et ad Evangelii credulitatem florentissime animando invitabat. Tandem scilicet quievit. At contra est, quod neque epistularum ejusmodi ulla sit mentio apud Hieronymum et similes scriptorum Ecclesiasticorum nomenclatores, nec appareat unde earum certa notitia potuerit post tot secula venisse ad auctorem elogiorum.

47 JULIANUS III succedens, Ecclesiae gubernacula et moderamina suscepit. Istius sancto labore et industria redivivus calor fidei per Judæam reparatus, dilatatur per omnem regionem. Tandem quievit. Georgius Syn-cellus atque Nicephorus Patriarcha CP. huic Juliano sufficiunt xxv loco ELIAM, qui duobus annis sederit: sed non aparet unde eum, Eusebio et Epiphano ignotum, tanto post accipere secure potuerint, et numerum illo interjecto augere, maxime cum Eusebius lib. 5 Hist. cap. 12 adnumerans nomina Episcoporum a Marco ad Narcissum, qui continuo successionis ordine tricesimus ab Apostolis fuit, alleget series Episcoporum, quæ in illius Ecclesiae Archivis servantur, uti vocem ἀπόστολι, illic, interpretatur Henricus Valesius.

48 CAPITO vigesimus quintus Patriarcho ordinatus, velut Lucifer splendidus enituit, quippe maximis virtutibus et optimis divinis studiis præditus, quibus ad meliorem profectum Ecclesiae suæ populus alevetur; et rectæ fidei insignia edocuit. Erat enim sollicitus erga curam plebis suæ, ac se tamquam pium et religiosum patrem singulis exhibuit. Demum consummato cursu vitæ suæ, gloriose decessit ab hac vita. Non habeo quibus hæc affirmem vel infirmem, suntque ejusmodi ut cuivis Episcopo Sancto convenient. Excellit in talibus elogiis multiplex phrasi concinnandis Martyrologii Gallicani auctor Andreas Saussayus, ista in primo flore ætatis commentus; quæ ut insigniter aures et librum implent, ita vacuum a scientia lectorem auditoremque dimittunt, et propterea merito contempnuntur ut hominis, suo et alieno otio abutentis. Ætate maturiori solidius idem auctor scripsit, dimissa cura sui illius Martyrologii illustrandi annotationibus, ad indicandos fontes et veritatem assertorum suorum probandam promissis. Videbat enim se eas non posse absque multiplici retractatione sic scribere, ut satisfaceret viris eruditis cordatisque, quorum dubitationibus objectionibusque pulsabatur undique, sæpe etiam convincebatur multa temere imperiteque congressisse. Nolim hoc sinistro alicui affectui imputari, sed ut necessario monendum pro nonnullis, qui Gallicanum istud Martyrologium suspiciunt, velut opus totius Nationis consensu elaboratum, cum displiceat pluribus in ipsa Gallia, æque ac Hispanicum Tamayi in Hispania.

XXVI MAXIMUS.
XXVII ANTONINUS.
XXVIII VALENS.
XXIX DOLICHIANUS.
XXX NARCISSUS.
XXXI DIUS.
XXXII GERMANION.
XXXIII GORDIUS.
ITERUM NARCISSUS.

Ab an. 123 per annos 80 Episcopi octo.
Anno Commodi Imperatoris VI, Christi clxxxv Triario Mafferno et M. Atilio Braduo Coss. Hierosolymorum Episcopus vigesimus sextus constituitur Maximus, cui alii prænominati octo ex ordine successerunt, Sedemque tenuerunt per annos circiter octoginta: Et tantus, inquit Hieronymus in Chronico constitutis Episcopis, non potuimus discernere tempora singulorum, eo quod in præsentem diem Episcopatus eorum anni

A *anni minime servarentur. Non possumus igitur Catalogis Georgii et Nicephori credere, suum cuique tempus definitibus; sed neque Epiphano, juxta quem JULIANUS ad undecimum annum Antonini Pii pervenit, qui esset annus Christi clix, CAIUS ad octavum annum Veri, Christi clxxviii, MAXIMUS ad annum decimum sextum Veri, Christi clxxvi, DOLICHIANUS ad Commodum usque, id est ad annum Christi clxxx, DIUS usque ad Severum, id est usque ad annum Christi cxliii; GORDIUS usque ad Antoninum, scilicet Caracallam seu Christi annum cexi; NARCISSUS idem qui supra iterum usque ad Alexandrum Mammææ filium, qui regnare cœpit anno Christi cxxxii. Eusebius enim, tanto proximior et loco et tempore, secundum Narcissi Episcopatum finit in anno secundo Antonini Caracallæ prænominato. Rulæi Catalogus, omisso secundo Narcissi Episcopatu, Gordio immediate subjungit Alexandrum. Georgius Syncellus Narcisci ejusdem primum Episcopatum præponit Dolichiano: et pro Gordio nominat SARDIANUM. Rulæi MS. tacet de reditu Narcisci ad Episcopatum, et sic in recensendis deinceps Episcopis uno numero destituitur; sicut Georgius et Nicephorus, propter Eliam loco xxv insertum, uno numero abundant. Atque hæc de ordine Catalogorum. Quod ad elogia attinet, ea apud Theodoricum Pauli sunt ut sequitur.*

B *50 S. MAXIMUS II, vir doctus et multum devotus, succedens tempore persecutionis, ordinatur Patriarcha anno Domini clxxxiv. Erat namque sanctus et tam potens in verbo et doctrina validusque in disputationibus, ut plurimos etiam nobiles viros præter populares habuerit sectatores. Nam erat zelo divino et fervore spiritus plenus: quique easdem quas Apostoli tradiderunt prædicationes divinæ fidei, integras illibatasque custodivit et suis servare præcepit. Dum post ærumnas præsentis vitæ, delicias supernorum spirituum pro merito vitæ lætus recepit. In Florario ad diem xxx Aprilis, legitur nomen alicujus Maximi Hierosolymorum Episcopi, nescio an hujus au alterius posterioris, qui in hodierno Romano ponitur ad v Maji, cum glorioso titulo Confessoris, qualis revera fuit aliquis, sub Maximino causa fidei relegatus. Tale autem nihil de hoc dicitur, sed nec persecutio ulla fuit, cum hic Maximus Episcopatum suscepit, ac ne multis quidem annis post, usque ad annum x Pertinacis, Christi cciii, quando persecutione inter Christianos facta, Leonides Originis pater gloriosa martyrii morte transfertur, uti post Eusebium scribit Hieronymus, Persecutionem quintum exordiens numerare.*

C *31 ANTONIUS succedens rexit eam rem Ecclesiam in omni puritate vitæ: erat enim ornatus sacris virtutibus, similiter et miraculorum gratia, quæ sibi a Domino Jesu Christo concessa fuerat: et sic ministerio suo feliciter completo quievit in Domino.*

32 VALENS succedens in Patriarchatu, rexit Ecclesiam cyregie, elocens subditos suas Evangelicis cohortationibus in fide persistere, et vitare hæreticorum contagia, atque Evangelica instituta antiquitus tradita a Patribus custodire et servare, et a vera fide nullatenus declinare. Post hæc migravit.

33 DOLICHIANUS Valenti succedens, rexit fructuose: quo tempore (maximis persecutionibus Jerusalem et Judæam quatentibus, per Præfectum Romanorum) constanter animavit gregem sibi commissum in fide stare, et virtutes sequi: deinde anno Domini cxcvi requievit in Domino.

34 NARCISSUS Magnus, trigesimus Patriarcha præfuit Ecclesiæ suæ, tempore Caracallæ Antonini: ordinatus fuit anno Domini cxcvii, rexit eam in omni patientia et virtute.... Diffamatus injustissime subterfugit Ecclesiæ multitudinem, et in desertis locis atque agellis secretioribus delituit annis plurimis. Cum vero

ita se abdidisset, ut ulinam degeret nullus agnosceret, D necessarium visum est Episcopis vicinarum Ecclesiarum, ut alium pro ipso ordinarent. Electus est ergo sequens S. DIUS.

35 DIUS, loco S. Narcisci ordinatus præfuit in omni sanctitate: non enim confidebat in ornatu sermonis nec in suasoriis humanæ sapientiæ verbis, sed in humilitate spiritus et sinceritate conscientiæ: sed parvo tempore præfuit. Tandem post insignia virtutum plenus virtutis operibus quievit in Christo.

36 GERMANION sive GERMANUS succedens, rexit ecclesiam insigniter: erat enim rectæ fidei Episcopus et zelator Evangelii, prædicans dogmata divinitus inspirata: Tandem quievit.

37 GORDIUS, vir potens in miraculorum opere et sermone doctrinæ, concorditer constitutus est: tandem migravit de seculo nequam.

38 NARCISSUS Magnus, trigesimus Patriarcha, qui et superius, post obitum felicem Gordii gloriosi Patriarchæ, cum Episcopi circumjacentes Hierosolymis convenissent ad ordinandum aliquem virum tanto Sacerdotio dignum; ecce subito veluti redivivus cæloque redditus ex improvviso apparuit S. Narcissus. De cujus adventu ingens lætitia facta est per totam sanctam civitatem, tam in Clero quam in populo: statimque rursus a Fratribus ad præsulendum Ecclesiæ rogatur. Igitur præfuit iterum suæ sanctæ Ecclesiæ, multis annis, docens et suadens de regno Dei omnibus suis. Tandem senex et plenus dierum, de terra ad cælum, ex hominibus ad Angelos, de miseria et ærumna ad perpetuam lætitiā migravit anno Domini cexiv, xxix die Octobris.

39 Florarium MS. retulit memoriam S. Dii Episcopi Hierosolymorum ad xi Januarii, ubi est a nobis inter prætermisissos relatus. Narcissus a Græcis commemoratur vii Augusti: sed Latini, auctoribus Usuardo et Adone, dictum xxix Octobris ei assignarunt. Et vero dignus erat, cujus, licet dies natalis ignoraretur, memoriam tamen annue faceret Ecclesia, propter virtutes et miracula fuse relata ab Eusebio lib. 6 cap. 8 et 9, quæ loca præ oculis habuit Theodoricus, annos Domini de suo calculo addens, nec multum extra viam procurrrens.

XXXIV ALEXANDER MARTYR.

Antonini Caracallæ anno ii, Christi cexii, M. Pompeio Aspro et P. Aspro Cass. Hierosolymorum Episcopus constitutus est Alexander, viventi, sed nimium seni Narcisso adjunctus: de quo legi potest Eusebii hist. lib. 6 cap. 9, 19, 20, et 39, ubi denique dicitur quod in persecutione Decii, post præclaram atque illustrem Christianæ fidei confessionem, in Præsidiali judicio editam, tandem in custodia animam exhalavit, quod et confirmatur ultimo illius libri Capite, ex epistola S. Dionysii Episcopi Alexandrini. Dignus profecto hic fuit, quem Ecclesia susceperet annuo cultu venerandum quod faciunt Latini xviii Martii, quando prolixè de eo egimus. Græci idem faciunt xvi Maji et xxii Decembris, priori tamen die sine ullo elogio: nam quod in Ambrosiano MS legitur, etsi nomen Alexandri præferat, est revera Macarii, qui Nicænæ Synodo præsens Arium damnavit, et loca sacra exornavit ecclesiis. Obiit Alexander in persecutione septima anno Christi non cclix (uti per typhothæ errorem habetur in opere nostro ad marginem) sed cclxix. Similis error Theodorico obrepit, scribenti elogium ejus, (quod hic referre nihil attinet, et melius integriusque habetur ex Eusebio) ipsumque sic finienti, Martyrizatus fuit anno Domini ccliii, in feria vi die xviii Martii, postquam xxxix annis præsedisset Ecclesiæ Hierosolymitanæ. Nempe Narcissum dixerat anno cexiv obiisse: a cujus morte qui annos solum xv xvi vel xviii relinquunt Alexandro, Nicephorus,

D
ACTORE D. P.

Dii.

Germanionis,

Gordii;

et iterum
Narcissi.

E

Ex Theodorico
Elogia
S Maximi,

Antonini,

Valentis,

Dolichiani,

Narcissi

Anno 212
ordinatus,
colitur
Martyr

F

a Latinis et
Græcis.

A Nicephorus, Georgius et MS. Rulæi, debent ipsum *Narcissum* in vivis retinere usque ad annum circiter cccxxii. Ceterum non anno cclxix habente litteram Dominicalem G, sed anno ccliii habente litteram B, dies xviii Martii concurrit cum feria vi hebdomadæ, ut saltem in notando feriæ ac diei concursu inveniat non errasse auctor licet annum alium quam debebat assumpserit.

XXXV MAZABANES.

Imperante Decio, ipsoque et *Annio Grato Coss.* Christi vero anno ccl, *Alexandro Hierosolymorum Episcopo apud Cæsaream Palæstinae ob martyrium interferto*, MAZABANES Episcopus constituitur, ut ait Hieronymus in Chronico, unde suppletur defectus Græci contextus Eusebiani. MS. Rulæi FLAVIUM appellat, et xxv annos ejus Episcopatus tribuit, aliis solum xxi ponentibus: Hieronymus vero etiam plures requirit, utpote successorem ei dans anno cclxvi. Ceterum quia Hieronymus dicit, quod *Alexandro apud Cæsaream interferto, et Antiochiæ Babyla, Mazabanes et Fabius Episcopi constituuntur*; prout in magis integro Eusebii Chronico verosimiliter legerat: hinc puto Rulæano scriptori obrepsisse, ut pro *Mazabane, Flavius* scriberet. Mihi certe agenti de S. Cyrillo ad xviii Martii num. 25 obrepsit, ut non unum, sed duos unius Sedis Hierosolymitanæ successive Episcopos *Mazabanem et Fabium, aliis catalogis ignotum*, scriberem: quod ibi corrigi velim, et *Fabium* Antiochenis relinqui. Theodoricus in Chronico *ocat virum sanctum et per omnia laudabilem, qui rexit ecclesiam suam in omni potentia et doctrina sanu, dumque eam in pace gubernabat, tandem feliciter in Christo quieverit Nonis Junii*, quando etiam inscribitur nomen ejus Florario Sanctorum. Sed credibile est quod persecutio, a Valeriano Imperatore contra Christianos mota, quæ S. Cyprianum in Africa coronavit anno cclvi, etiam Hierosolymitanæ Ecclesiæ pacem turbavit. Non tamen diuturna persecutio fuit: quia tyranno in Persidem abducto, Imperii socius Gallienus pacem reddidit Christianis.

XXXVI HYMENÆUS.

Anno xiii Gallieni, ipso vii et *Sabinillo Coss. Hierosolymorum Episcopatum tenet HYMENÆUS*, teste Hieronymo (nam hic, ut in prioribus, Eusebii Græcus textus nos destituit) qui si ab anno cclxvi sedit usque ad cccxvii, quando successorem ejus idem Hieronymus nominat, necesse est ut sederit annis xxiii, sicuti recte habet Nicephorus, aliis decennium male omittentibus. Atque in hoc Episcopo finit Epiphanius suum Episcoporum Hierosolymitanorum Catalogum, perductum usque ad *Aurelianum et Probum Imperatores*, id est ad annum Christi cclxvi, et scriptum anno cccclxxvii, annis quinquaginta post Eusebium, idque in Cypro ubi erat Episcopus, cum hic scriberet Cæsareæ in Palæstina. Theodoricus bene dicit, quod *sedit tempore maximæ persecutionis, et verosimiliter addit, quod tandem plenus virtutibus calos ascendit æternaliter victurus cum Christo*. Sane vivente eo persecutio excitata fuit a Diocletiano, mox atque Imperii collegam sumpsit Maximianum, et anno ejus xi, qui fuit Christi cccxv, magis exarsit: seipsos tamen visi sunt vicisse tyranni anno cccii. Verum non hanc persecutionem intellexerit Theodoricus, utpote ultimum *Hymenæi* annum faciens quem ex Hieronymo scimus fuisse secundum; adeo ut appareat quod ejus Episcopatum ad Decianam persecutionem retulerit.

XXXVII ZABDAS.

Anno Diocletiani xiv, Christi cccxviii *Ecclesiæ Hierosolymorum trigesimus septimus Episcopus, ordinatur Zabdas*. Ita Hieronymus in Chronico, rectissime supputans numerum: nec enim propter resumptam a Narcisso Sedem suam multiplicandus est numerus Episcoporum, sic ut idem Narcissus nominetur *trigesimus et trigesimus quartus*, sicuti fecisse videtur Eusebius, eo suo facto occasione præbens Nicephoro duos *Narcissos* ex uno faciendi, atque posteriori loco scribendi *Νάρκισσος ὁ δεύτερος*, pro quo scribi debuisset *τὸ δεύτερον secunda vice*. Idem Nicephorus non recte dat *Zabdæ* annos x: melius MS. Rulæi, ubi iv notantur ex mente Hieronymi, et (ut credo) etiam Eusebii, licet in Græco textu id modo non appareat.

64 In MS. Florario ad vi Maji habetur Memoria *Zabdæ Hierosolymorum Episcopi*, et addantur verba de Thebæis, a nobis ad istum diem inter prætermisissos relata, eademque paulo auctiora sic habet Theodoricus: *Hic S. Mauritium Ducem, cum nobili sua Legione militum, convertit et baptizatum in fide confortavit, atque ad militandum contra Paganos, non Christianos, jussu Imperatoris, informatos remisit. Qui postquam rexit xxx annis in omni bonitate et patientia, refertus multis meritis, migravit ad Christum, anno Domini cccxvii: quomodo scilicet antea scripserat, quod Hymenæus calos ascendit anno Domini cclxxviii. Quod autem ad Thebæos attinet, certum est, eos ex Asia in Europam accersitos ad conficiendum Maximiano Duce bellum Bagaudicum, quodque is de eo confecto triumphum egit anno cclxxxvi die i Aprilis. Oportet ergo ut reditus ejus e Gallia, et Sanctorum Martyrium die xxii Septembris apud Aganuum, contigerit anno præcedenti; multoque citius ipsi Christiana religionis ritum Orientali traditione a Hierosolymitano Episcopo exceperint, in Actis per Eucherium Episcopum Lugdunensem scriptis non nominato Zabda, uti verosimile est nec nominatum fuisse Romanæ urbis Pontificem, apud quem confirmaverunt eandem Christianitatis fidem quam acceperant. Sed postquam aliquis *Marcellini Papæ* nomen istic infarsit, consequens visum est ut Hierosolymitanus Episcopus fuerit *Zabdas*, in calculo Theodorici, juxta Chronicon Eusebianum Hieronymi. *Hymenæo* igitur, decessori immediato *Zabdæ*, videtur ea laus deberi.*

XXXVIII HERMON.

Anno Diocletiani xviii *Ecclesiæ Hierosolymitanæ vigesimus octavus præfuit Hermon*, ut habet Hieronymus, adeoque sedere cœpit ut minimum anno Christi cccii: et sic initia ejus inciderunt in summum furiosissimæ persecutionis æstum, a quo mirum fuit potuisse servari, cum Ecclesiarum Præsules penitus abolendos potissimum intenderet tyrannorum diligentia. Laudatur igitur a Theodorico, non solum quod *rexit Ecclesiam multum sapienter*, verum etiam quod *adveniente persecutione Catholicæ Ecclesiæ, Apostolicam quam susceperat Cathedram illibatam conservavit*. Sed male additur, *anno Domini cccci carne solutus, conjunctus est gaudiis Supernorum: cum successor ejus a S. Hieronymo referatur ad annum viii Constantini, Christi cccxiv. Ut vere Georgius Syncellus, finiens in Diocletiano suam Chronographiam, quam Theophanes continuandam exceperit, ingredienti in Sedem suam Hermoni dederit annos xii, pro quibus Nicephorus et membrana Rulæi perperam habent solum annos ix.*

AUCTORE D. P.

Sedit ab
an. 250distinguen-
dus a Fla-
vio Antio-
cheno.Sedit ab
anno 166
ad 198.

D

Ab an. 198,

E
cui male
tribuitur
conversio
Thebæorum,

F

Ab an. 302

A

PARERAGON V.

De Episcopis Apostolicis ab Hermone in Tauroscythiam missis, et Hispanicis sumentis inde natis.

Hermonis Episcopi insignem memoriam continent. Menæa Græcorum ad vii Martii, ubi eandem illustravimus enimentario et notis. Historia ipsa sic incipit. Anno sexto decimo Imperii Diocletiani (fuit is annus Christi ccc.) cum Hermou sanctissimus Hierosolymorum Pontifex ad varias gentes Episcopos ablegasset, qui Apostolico more verbum Dei prædicarent et Christum annuntiarent; missi quoque ab eo sunt in Tauroscythicam regionem Deiseri Patres nostri, Ephræm quidem in Scythiam, Basiens vero Chersonem.... Deum rursus post Basilei mortem. Eugenius, Agathodorus, Elpidius appulsi sunt Chersonem, et missi ut salutem iis annuntiarent. In hos quoque impii insurrexerunt, ac vinctos crudelissimeque verberatos mactarunt, anno uno post eadem SS. Basilei et Ephræm. Secutus eodem est post annos plures missus Hierosolymis Ætherius Episcopus, qui ecclesia benedicta constituta, cum auxilio Constantini Magni, dum Byzantium rursus proficiscitur gratias acturus Imperatori, oppressus ab impiis, in Danaprin projectus, martyrii cursum peregit vi Martii. Missa deinde ad magnum Constantinum legationem Capitonem Episcopum acceperunt. Hæc summa Historiæ, non compendio paucarum linearum, ut passim aliæ in Menæis, sed integre per duas columnas relatæ; stylo simplici et perquam accurato, prout videre est in nostro Martio; cui ad majorem auctoritatem addi possit, quod totum illius diei Officium de ipsis, Canonemque acrostichum historiæ consonum, ordinaverit ac composuerit S. Josephus Hymnographus. Quod addo, ne quis forte in Menæis parum versatus, scandalum accipiat ex verbis Bollandi nostri, in Præfatione generali profitentis, suspecta initio sibi fuisse Menæa, ne Schismaticos habeant admixtos veris Sanctis. Hoc enim ille de recentioribus inter Menæa occurrentibus nec aliunde notis dicit; minime autem de antiquis, quales sunt isti Chersonis Apostoli, quorum hactenus cultus celeberrimus etiam apud Moscos perseverat.

67 Interim fuerunt illi prorsus ignoti Latinis, usque dum Guilielmus Sirletus postea Cardinalis, ex Menæis prædictis, quondam Græci Menologii ideam opera satis levi concepit; quam tamen manuscriptam nactus Cæsar Baronius, Cardinalis postea etiam ipse, tanti fecit, ut Martyrologium Romanum recogniturus atque aucturus, præcipuam fere auctarii materiam inde acceperit. Ergo quia Sirletus, præcipiti nimis calamo dies Sanctosque confundens in Martio, diem etiam quintum sextumque transiliens sub nota diei quartæ sic scripserat. Eodem die Sanctorum Martyrum et Pontificum apud Chersonem Basilei, Eugenii, Agathodori, Elpidii, Ætherii, Capitonis et Ephrem; nihil amplius de iis sciens Baronius, mutati leviter phrasi scripsit. Apud Chersonesum passio Sanctorum Episcoporum Basilei etc.; addiditque nomina Nestoris et Arcadii, fortassis in egrapho illo suo per amanuensis socordiam prioribus juncta, cum alioqui satis distinxit Sirletus septem priores proponens, ut Martyres Chersonis; posteriores duos, ut Episcopos Trimituntiorum in Cypro, in pace defunctos. Hæc si in Martio nostro fase deducta dignatus fuisset legere TRIUMPHATOR noster, non explosisset ut futilia, neque voluisset iis præferre Dextrini Chronici novitium fabricatorem, qui Chersonesi nomen a Baronio usurpatum, ambiguum esse videns inter regionem Tauricæ et urbem anti-

Maji T. III

quã Hispaniæ, nec aliam notam temporis additam; impune futurum sibi, neque detegi posse mendacium credidit, quo omnes novem transcriberet Hispaniæ tamquam S. Jacobi Apostoli discipulos, qui singuli deinde singulos in ea Episcopatus erexerint, et Toletanum imprimis Elpidius. Quod si etiam Februarium, Martium, Aprilem pervolvisset, invenisset ad singulos pœne dies de istiusmodi turpissimis plagis convictum Pseudo dexterum ejusque sequaces, pari fide confictos; Neque magni fecisset quod adhuc aliqui in Hispania, ut veros et antiquos auctores tueantur, quos non solum exteri passim omnes, sed multi etiam Hispani eruditiores nunc abiciunt.

68 Necdum falsitas adeo explorata erat, quando Præfationem generalem ante Januarium scripsit Bollandus, inter Syrtis, quas velis remisque evitatas, in suo Opere cupiebat, tertiam nominans Chronicon Dextrii et Luitprandi Adversaria, non ita pridem tunc edita. Itaque, Hispanis ea tunc passim defendentibus, primis illius mensis diebus eorum ipse auctoritatem secutus est, sed futurus deinceps cautiior, protestari maluit, quod istorum scriptorum gratia nollet descendere in certamen cum bellicosa gente, nec etiam eorum auctoritate temere niti, præsertim si alii melioris notæ scriptores refragarentur. Ast in Februario jam securior de sensu plurium eadem in gente eruditorum virorum, deque universali Galliæ totius abnutu, fidentius protulit Cap. 4 Præfationis judicium suum de Dextrii, Maximi, Luitprandi, Juliani Chronicis Hispaniensibus; deditque rationes, cordato cuivis homini suffecturas, cur ea magnis illis auctoribus adscripta falso esse orbitaretur. Ut autem hanc initio operis formidatam sibi Syrtem paulatim didicit usu frequentique prætervecto contemnere; sic et alias duas ibidem propositas non ita nobis cavendas censebat, quin eas quoque auderemus tentare, cum exploratio esset fundus. Interim, sicuti post agnitam Carmeliticorum monumentorum incertitudinem pœnitentia ductos, quod persuaderi sibi sivilisset, ut ad v Januarii imprimi sineret ex illis sumptam S. Telesphori Papæ vitam, manu deiuceps ab ejusdem Ordinis rebus abstinent, easque totas socio Henschenio dimisit, haud paulo cautius eas tractaturo; sic et in Hispanicis istis fecit, vehementerque probavit ab socio detegi recurrentes identidem evidentium imposturarum convictiones: quarum frequentia certissimos nos reddidit, ea Chronica, non solum multipliciter vitiata esse et interpolata (quod ipsi quoque eorum patroui Bivarius atque Tamayus plus vice simplici dolent et fatentur) sed integre conficta ab homine phantastico, qui de externorum judicis nihil sollicitus, speraverit Hispanicæ nationi facile se impositurum commentis suis, per quæ tantus virorum illustrium et antiquorum Sanctorum numerus in Hispaniam adduceretur, et grande robur accederet traditioni de adventu S. Jacobi ad eas partes, deque aliis multis rebus volgo gratis, atque imprimis sententiæ piæ de Immacolata Virginis Conceptione.

69 Sed frustra fuit. Cum enim illa se habuisse diceret ex nostri Fuldensis Collegii in Germania manuscriptis; prudentiores quidam Hispani, certi non ita facile fidem ecclesiasticam inducendis, identidem recurrerunt per litteras Fuldam: idem autem responsum semper referentes, nihil simile ibi visum vel auditum fuisse unquam, dederunt operam ut in Hispania colligerentur fragmenta, ex prætenso Fuldensis Codicis apographo sparsa per manus variorum, eaque conferrent, tum inter se, tum cum Historia Toletana scripta ab ejus manu, qui ad se missum primum egraphum dixerat, aliisque persuaserat

IV verum

D
AUCTORE D. P.
Hinc a Pseudo-dextro translata in Hispaniam.

Is a Bollandi primum timide,

E
deinde liberius reprobatus,

tandem totus fictus apparuit,

F

post inquisitionem factam Fulde,

Horum historia in Menæis

et officium a S. Josepho Hymnogr. compositum.

Memoria loci obscurata a Sirleto,

et postea a Baronio,

AUCTORE D. P. et inspectas schedas auctoris chirographas.

A verum esse, et ad singulos pœne passus eo usus erat. Ea historia, pluribus tomis MSS. digesta, post mortem auctoris, una cum aliis aucteris chartis venerat in manus Comitum de Mora, atque hoc defuncto translata erat in Bibliothecam Comitum de Villa-nubrosa; uti docet laudatus in primo Parergo Excellentissimus Marchie, lectorem suum alloquens ante *Discursum historicum pro Patronatu Segoviensi S. Fructuosi, contra suppositionem S. Hierothei in Cathedralam illam, ex prætensa Dexteræ auctoritate*, impressum Cæsaraugustæ anno 1666. Idem deinde ipsum illud argumentum in majus opus extendit, cujus jam primam partem habemus excusam anno 1671, secundum cupidissime expectamus. Titulus operis est, *Dissertationes Ecclesiasticæ pro honore antiquorum Tutelarum contra fitiones hodiernas ubi Dissertatio in continet examen novi Dexteræ, fitionem ejus, et enormes disproportiones, modumque adhibendum ad conciliandum ei auctoritatem et fidem*. Hanc legat qui volet, nec enim nunc vacat Latine reddere: et jam alibi, scilicet ante Vitam S. Isidori Agricolaæ xv Maji, exhibuimus fraudem, in Chronico Juliani Petri fabricando usurpatam, et eodem prorsus modo detectam.

B 70 Simili successu, quo dexteri et Juliani figulus, usus est Fr. Gregorius de Argaiz monachus Benedictinus, tribus grandibus libris, sub titulo *Populatio Ecclesiastica in Hispania et notitia primorum ejus decorum, inventa in scriptis Gregorii Episcopi Granatensis et Chronico Auberti Benedictini*, editis Madriti an. 1667, 8, et 9: quibus hoc agit, ut prioribus illis fictionibus fidem conciliet, et novis de sui Benedictini Ordinis apud Hispanos antiquitate figmentis addat auctoritatem. Vix enim prodierant libri, cum viri eruditi, venerunt in cognitionem modi, quo etiam ista fuerunt consarcinata, declarante eum certissima fide Don Petro Fernandez de Pulgar Canonico Pœnitentiariæ Ecclesiæ Palentinæ, per epistolam scriptam Fr. Hermenigildo a S. Paulo, in verificationem testimonii, quo sibi constare dixerat de auctore Don Antonio de Zapata Lupiano. Est ea epistola valde prelixa, sed per omnes rei gestæ gradus circumstantiasque necessarias tali cum accurate deducta, ut in tanta articulorum signandorum copia brevior esse non potuerit, nec ad fidem etiam in judicio faciendam quidquam convincentius exoptari. Omnibus porro consideratis et expensis apparet has posteriores fitiones cum prioribus convenire in eo, quod sicut hæc ex Bibliothecæ Fuldensis codice fideliter descriptæ, ita illæ ex San-victorina Parisiensi Bibliotheca dicerentur esse originaliter acceptæ, utriusque Bibliothecæ possessoribus negantibus aliquam earum notitiam memoriamve apud se extare: item quod, sicut apographum ex Germania missum nusquam invenitur inter ejus chartas qui accepisse se dixerat, nec ipsum is veluit aut potius non petuit unquam exhibere; sic nec illæ originale membranæ Aubertinæ, Longobardica, ut dicitur, littera scriptæ et in Hispaniam allatæ, usquam compareant: quodque ii, quibus earum aliquid ostendere se finxit Lupianus, plane diversa testentur de forma litterarum et materia chartæ. Item quod impressa collata cum extractis ipsius Lupiani manu fragmentis, aliisque documentis ac MS. egrapho Pulgari, infinitis locis deprehendantur discrepare, prout allatis pluribus exemplis in epistola ista probatur; potestque hujus rei fides authentica quotidie sumi, æque ac de Dextrinis impressis, ad Villumbrosanæ bibliothecæ manuscripta collatis. Denique utrisque MSS. commune est, quod eadem qua primum scriptæ sunt manu, sed atramento diverso, ad margines atque inter lineas inveniantur correctæ, mutata, interpolata, cancellata et truncata: quæ omnia evidentè demonstrant, non

esse illas correctiones a librariis factas ad aliud originale: sed ab eo qui originaliter composuit singula, et suum illum factum identidem relambens successive formavit, parum memor quid exinde communicasset cum aliis, antequam quid mutaret et suam extremam compositionem Fr. Gregorio Argaiz vulgandam daret. Hanc vero partem habuisse in fitione illa, non velim dicere, haud tamen facile poterò excusare, quod tantæ consequentiæ membranas non curaverit ipse videre; cum Burgensis diœcesis, in qua Lupianus vivebat, et Matritum ubi scribebat Argaiz, non multum distent in nova veterique Castella.

71 Hæc si comperta sic habuissent RR. PP. Carmelitæ, credo non fuissent indignati, quod Societatis nostræ scriptores aliquos, ad ejusmodi fraudes cavendas minus instructos, sequendos nobis non putaverimus; quodque Pseudo-Luitprandi ac Pseudo-Auberti auctoritate moveri nos non siverimus, ut crederemus, *Elpidium* et socios, Carmelitas fuisse, fundasseque istius Ordinis monasteria in Hispania, jam inde ab initio nascentis Ecclesiæ, ac nominatim Agalliense Toleti, ubi anno cccviii S. *Columba virgo Carmelitana obiit*; anno ccc S. *Leocadia, post multa tempora in carceribus detenta, animam Deo reddiderit*; anno cccxxviii *decesserit Lubiciosa Abbatissa*: quibus etiam prægressisque ac subsecutis temporibus, in aliis ejusdem Hispaniæ civitatibus, monasteria et eremiteria Carmelitica extiterint, in iisque Abbates et Abbatissæ, Martyres ac Confessores, Monachi ac Sanctimoniales, tot quot in Chronico isto Auberti commemorantur. Omnia enim hæc fundamentum habent ruinosum, scilicet S. *Elpidium* sociosque, primo Christi sæculo, nationique Hispanæ, et Carmelitano Ordini adscriptos, contra certioris (ut ostendimus) historiæ fidem. Sed quid facias? *Opinionem quæ plebis animos semel invasit* (ut vir quidam eruditus ait) *si religio conjuncta præteritur, nunquam desunt defensores, quia defensionem nunquam deest illustris pietatis fama plebisque favor*.

XXXIX MACARIUS.

V *olusiano et Anniano Coss.* Christi anno cccxv, *Hierosolymorum Episcopus trigesimus nonus constituitur* MACARIUS apud Eusebium in Chronico, quod finitur cum Vicennialibus Constantini, Nicomediæ cœptis celebrari anno Christi cccxxvii. Eiusdem Chronici continuator Hieronymus, extremum *Macarii* annum oblitus exprimere, ambiguitatem utcumque eximit, componendo extremum annum successoris *Maximi* cum xi anno Constantii. Cum enim *Maximus* saltem viginti annis plenis Ecclesiam rexerit, consequens est, quod *Macarius* ultra annum Christi cccxxiii non superfuerit, nisi mensibus fortasse paucis. Gesta ejus deduximus ad diem x Martii, quo est Romano Hodierno inscriptus a Baronio, dignum judicante qui ab universali Ecclesia annue commemoraretur. Mirum profecto est nec Græcos quidem illius nomen retulisse in Menæa; nec aliam omissionis hujus causam mihi possum imaginari, quam quod prævalentibus mox in Palæstina totaque Syria Arianis, neglecta fuerit memoria tam insignis, etiam in ipsa Hierosolymitana Ecclesia. Quapropter non magni facimus quod Florarii auctor ad xiii Augusti scripserit, *Hierosolymis Macarii Episcopi*: et diem, quem Baronius elegerat, retinendum censuimus.

73 Gestis ejus annumerari debet, quod, ut scribit Metaphrastes in Vita S. *Charitonis* xxviii Septembris, *Lauræ* ab eo conditæ, ecclesiam consecraverit. Cum autem illa fuerit initium operum, quæ fecit Sanctus iste monasticam vitam exersus, postquam latronum

ut merito æqualiter a nobis rejiciantur.

E

Quomodo detecta est etiam fabrica Auberti Hispanen.

plane similis priori:

C

Ab an. 314 ad 333,

F

dedicavit Lauram S. Charitonis

A latronum manus evaserat; evidens fit ipsius Metaphrastis parachronismus, statim post mortem Imperatoris Aureliani subjiciens initia Charitonis, intervallo annorum minimum quadraginta, tamquam nihil foret, intercepto. Sed (uti jam ad Ephemerides Græco-moseas significavi) Aurelianus, persecutor Christianorum in Isauria ante annum Christi cxvi, sumptus pro Imperatore synonymo, persecutore etiam ipso, fecit ut duos quoque *Charitones* in unum confundens Metaphrastes, tria secula in uno homine conjunxerit; et iis qui monachos in Syria credi cupiunt quam antiquissimos fuisse, facile persuaserit Serapione seniore multo fuisse *Charitonem*, quem nos libentius dicemus annis post illum viginti circiter incepisse, non prius certe quam *Macarius* Episcopus fieret.

Theodorici
circa eum
errores.

74 Theodoricus Pauli gestis quoque illius accenset, quod ejus tempore *S. Helena Crucem Domini invenit prope montem Calvariam, cum ceteris insignibus Dominicæ Passionis, mediante Juda postea Patriarcha Jerusalem, quem et cum multis baptizavit vocans eum Quiriacum.* Sed hanc fabulam, quamvis valde antiquam, discussimus die III Maji, qua tamen deceptum Theodoricum minus miramur. Magis enormis error est, quod elogium Macarii sic finire potuerit. *Postquam compleverat cursum vitæ temporalis, incepit lætabundus arripere cum summa felicitate vitam æternalem: obiit vero Confessor anno Domini cccxiii: sed anno præcedenti scilicet cccxii baptizavit Judam.* Constat enim ex Hieronymi Chronico, tunc necdum sedere cepisse Macarium; et ex Eusebio, nihil factum esse ab Helena in terra sancta, nisi post Nicænum Concilium, sub eodem Macario, ornatum sacrorum locorum Constantini Magni jussu sumptuque curante.

XL MAXIMUS II.

Obiit anno 348,

Quadragesimus *Maximus* post *Macarium Hierosolymorum Episcopus*, inquit Hieronymus, moritur XI anno Constantii, qui fuit Christi annus cccxlviii. Cultus viri, alias sanctissimi, propter iniquitatem temporum neglectus, postea nunquam resumptus fuit, neque de eo in Romani hodiernum referendo cogitavit Baronius. Primus et solus quem novimus Florarii auctor ad xxx Aprilis posuit nomen *Maximi Hierosolymorum Episcopi*, quod de hoc potius quam de alio ejus nominis priore puto posse intelligi, sed auctoritatem certiore requiro. MS. Rulæi *Maximinum* appellat, Nicephori textus Græcus *Maximianum*.

rexit ecclesiam communiter cum S. Macario,

76 Quomodo ejus electio processerit invenimus apud Sozomenum lib. 2 cap. 20, ubi ait: *Ecclesiam Hierosolymitanam post Macarium Maximus suscepit. Hunc Diospolitani Episcopum a Macario constitutum esse memorant: sed cives Hierosolymorum eum opul se detinuisse. Nam cum confessione clarus et omni ex parte egregius esset, plebis judicio tacite designabatur, ut post obitum Macarii Episcopatum illic capesseret. Proinde cum plebs moleste ferret, eripi sibi hominem, cujus virtutem experta esset, et seditio intentaretur; commodius visum est ut Diospolitani quidem alius eligeretur Episcopus, Maximus vero maneret Hierosolymis, et una cum Macario Episcopali munere fungeretur, et post ejus obitum Ecclesiam gubernaret. Ceterum qui res istas accurate examinarunt, affirmant ex sententia Macarii hæc acta esse et a plebe summo studio postulata. Aiunt enim pœnituisse Macarium, quod Maximum Diospoleos Episcopum ordinasset: quippe qui ordinatione celebrata cogitare cepit, illum qui et recte de Deo sentiret, et ob confessionem populo acceptus esset, necessario servandum fuisse ut ipsi succederet. Etenim verebatur ne se mortuo, Eusebius et Patrophilus, Ariani dogmatis fautores, occasionem nacti, aliquem ejusdem dogmatis*

labre infectum in Hierosolymitanæ Sede collocarent. Si quidem Macario adhuc superstite res novas moliti fuerant; sed cum ab illo communionem privati essent, conquiescebant.

D
AUCTORE D. P.

77 De confessione *Maximi* idem Sozomenus lib. 2 cap. 25 iterum meminit, agens de Synodo apud Tyrum, in qua S. Athanasius anno cccxxxv damnatus fuit: cum aite communitè dici, quod *Paphnutius Confessor*, qui iudicio interfuit, apprehensa manu *Maximi Hierosolymorum Episcopi*, jussit ut surgeret; quasi non deceret ipsos qui Confessores essent, et qui pietatis causa oculos effossos et poplites succisos haberent, malorum hominum concilio sociari. Dubitavi equidem in Vita S. Athanasii num. 103 Tyrine an Hierosolymis factum id esset, multo autem magis utrum verosimile esset, quod impiæ illi damnationi *Maximus* subscripserit, sic admonitus a Paphnutio; neque adhuc deponere dubium possum, licet Socrates lib. 2 cap. 8, causam, cur *Maximus* Antiochenæ Synodo postea noluerit interesse, hanc reddat, quod *animo reputabat deceptionem se prius fuisse, et per fraudem inductum ut depositioni Athanasii subscriberet.*

Confessionis
merito claruit.

78 Atque hæc certior et omnis notitia est, quæ haberi a proximis ætati *Maximi* auctoribus potest, utpote non nisi seculo uno posterioribus: et præ hac considerari vix meretur elogium, quod apud Theodoricum Pauli scriptum sic legitur: *MAXIMUS XL Patriarcha, vir sanctus et multum devotus fuit, et exemplar beate viventium. Iste sanctissimus Maximus fuit unus Confessorum ex illis, quos Maximianus Imperator dextris oculis effossis et sinistra poplite succiso ad metalla damnaverat, inter cetera tormenta pro fide Christi sibi illata. Tandem, baptizato Constantino Magna et extinctis abusivis Imperatoribus, non solum liber abire permissus fuit, verum etiam ad Patriarchatum sanctæ Hierosolymitanæ Ecclesiæ assumptus gloriose eam rexit. Erat enim vir bonus, simplex et innocens, per quem Christus infinitis claruit miraculis. Fuit præterea in Christi fide stabilissimus, rexitque Ecclesiam suam tempore maximæ persecutionis tyrannorum, Constantii Imperatoris Romanorum Ariani hæresi depravati, et Saporis Regis Persarum, qui ultra sedecim millia Martyrum pro Christi fide martyrio coronavit. Tandem plenus virtuosis operibus et multis miraculis clarus, obdormivit in Domino. De miraculis utinam haberetur testis antiquus! Constantii et Saporis tempora conveniunt, neque causa subest dubitandi, quin in recta fide perseveraverit usque ad exitum.*

E
Elogium ex
Theodorico.

79 Eidem autem *Maximo*, non successori *Cyrillo*, convenit, quod in hujus elogio scribit Theodoricus: *Iste sanctus.... fecit ecclesiam Domini sepulcri, mediante pretio et thesauro S. Helenæ; et ecclesias Montis Oliveti, et vallis Josaphat, et Bethleem: ad quarum ecclesiarum dedicationem ex omni orbe conveniebant Episcopi et Sacerdotes, quos pridem ad earum dedicationem Constantinus Magnus et mater ejus Helena pie invitaverant.* Eusebius in Vita Constantini lib. 3 præter ecclesiam sanctæ Resurrectionis, jussu Constantini a *Macario* Episcopo ceptam extrui, a *Maximo* dedicatam, solas duas Bethleemiticam et Olivetanam Helenæ fundatrici adscribit: addit deinde cap. 45, quod sancta Regina, cum istic versaretur, cunctis videntibus in ecclesiam ventitabat, et sacras ades ætatis ornamentis decorabat, nec minimarum quidem urbium sacella despiciens. Crescens tamen paulatim fama, ut solet, credi fecit aliorum plurium ædificiorum sacrorum in Syria fundatricem ipsam fuisse: quæ qui volet enumerata sigillatim videre, legat Historiam Ecclesiasticam, annis fere mille post ea tempora scriptam a Nicephoro Callisto lib. 8 cap. 30, ubi dicitur inter alia, quod ad sacrum Jordanem conversa, circa speluncam ubi olim domicilium Baptista habuit, perpulchram ædem illi erexit; atamque ad acclivitatem

F
Templa ab eo
dedicata.

A civitatem montis, *Eliæ Thesbitæ*, atque inde *Tiberiadem* venit..... et in singulis locis diverso Apostolis construxit templa..... Idem porro in monte *Thabor* fecit... inde *Orientem* versus descendens *Nazareth* pervenit... et in *Cana Galilææ*. ... Ceterum in urbem sanctam reversa, in *Sion* amplissimum extruxit templum... quin et plures alias ecclesias in sanctis illis locis supra triginta Imperatoris mater edificavit. Hæc *Nicephorus*, in tanto circuitu tanque copiosa sacrarum ædium velut ab *Helena* extractarum enumeratione, non semel recordatus adeo vicini *Carmeli* et *Elianæ* in eo commorationis, aut loci in quo *Propheta* sacrificavit, apud *Saracenos* et *Turcas* in maxima æstimatione habiti, quorum ibi *Mosqueam* esse et jam olim fuisse credam *Quaresmio*, non item jam antea fuisse ecclesiam ædificatam ab *Helena*: auctorem enim laudat *Nicephorus* libro et capite allegatis, ubi (uti jam vidimus) tale nihil habet.

80 Ad ordinem successionis quod attinet, neque *Hieronymus*, neque *Nicephorus*, neque alius quisquam dubitat, quin *Macario* immediate successerit *Maximus*. Latini tamen recentiores, post receptam sub *Duce Godefrido* *Jersalem*, volentes texere *Patriarcharum* seriem, inter utrumque posuere *S. Quiriocum* sive *Cyriacum*: utique nihil dubitantes de fide adhibenda ejus *Legendæ*, antiquissimæ simul et fabulosissimæ, nec nisi in nostro Occidente notæ. Hic licet *Macario* mortuo, propter meritum revelatæ *Crucis*, dicatur *Episcopus consecratus* ab *Eusebio Pontifice Romano* (*Emissenus* si nominaretur, nominaretur saltem aliquis tunc temporis vivens, cum *Romanus* diu ante obierit) licet, inquam, ab *Eusebio Romano* consecratus dicatur, in sua illa legenda *Quiriacus*; quia tamen idem fingitur *Martyr* obiisse sub *Juliano Apostata*, maluit *Theodoricus* noster, post *Maximum* atque *Cyryllum*, de quo mox, collocare *Cyriacum*, de eoque concludendo scribere, quod obiit anno *Domini cccLxvi quarta die Maji*, neque advertit se procurrere ultra imperium *Juliani* ad triennium, cum tyrannus iste extinctus sit anno *ccclxiii*.

XLI CYRILLUS.

Anno, ut jam dictum *Constantii xi*, *Christi cccxlviii*, mortuo *Maximo*, ecclesiam *Ariani* invadunt, inquit *Hieronymus* in *Chronico*, quorum, non quidem errori, sed tamen communioni consentiens *Cyrillus* (causa forsitan honesta, ut ne homo prorsus hæreticus ecclesiam occuparet, non tamen ad excusationem sufficienti) cum a *Maximo* fuisset *Presbyter ordinatus*, et post mortem ejus ito ei *Episcopatus* permitteretur, si ordinationem *Marini* repudiasset, *Diaconus* in *Ecclesia* ministravit. Ob quam impietatem *Sacerdotii* mercede pensatus, *Heraclium* (quem moriens *Maximus* in suum locum substituerat, varia fraude sollicitatus) de *Episcopo* in *Presbyterum* regradavit. Horum nequaquam laudabilium initiorum labem, egregia deinde confessione sinceraque orthodoxæ fidei defensione expurgavit *Cyryllus*; adeo ut propterea fuerit ab *Arianis* ejectus e sua Sede, sicut scribit *Nicephorus*; neque semel tantum, sed tertio ejectum indicat *Hieronymus*, ipsum ab *Arianis* non distinguens, hoc modo: *Ecclesiam Ariani* invadunt, id est, *Cyryllus*, *Eutyechius*; rursum *Cyryllus*, *Irenæus*; tertio *Cyryllus*, *Hilarius*; quarto *Cyryllus*. Nos semper orthodoxam ejus fidem a *Semiarianismi* suspitione liberavimus ad *xviii Martii*, quando ejus festum, velut egregii *Confessoris*, Græca pariter et Latina, nec non *Syriaca* *Ecclesia* celebrat: ibique docuimus primum ei exilium anno *cccLxvii* indictum fuisse, substituto *Eutychio*: redire autem ei licuisse sub annum *ccclxi*, edicto *Juliani* id permittente. Mortuo *Juliano*

mox iterum ejectus videtur fuisse *Cyryllus*, pro eoque constitutus *Irenæus*, *Epiphano Erennis* dictus: sed ille a *Joviniano*, brevis temporis successore, in suam reductus *Sedem*, fortasse per citam mortem invasoris vacuam; haud diu quietem habuit, *Arianis* rursus cornua erigentibus sub Imperio *Valentis*, orthodoxos persequentis. Itaque rursus compulsus exulare *Cyryllus*, circa annum *ccclxx*, locum fecerit *Hilario* sive *Hilarioni*, qui (ut scribit *Epiphanius*) cum *Arianis* habuisse communionem accusatus est, et nunc id est anno *ccclxxvii* *Ecclesiæ* præsidet, præseditque ferme usque ad tempora *Constantinopolitanæ Synodi* anno *ccclxxxii* celebratæ; huic enim *Cyryllus*, restitutus suæ *Sedi*, *Episcoporum Palæstinæ* primus subscripsit. Inter hæc destituit nos continuatio *Eusebiani Chronici* per *Hieronymum*, finem accipiens in morte *Valentis* et anno *Christi cccclxxviii*.

82 Prædictus *Epiphanius*, illo ipso quidem tempore vivens, sed procul absens et in *Cypro* scribens, duos *Cyryllos* distinxit, fortassis credere non valens, unum eundemque hominem esse de cujus fide tam diversa fuerant nuntiata. *MS. Rulæi*, in quo *Narvissi* nomen semel tantum ponitur, bis repetit nomen *Cyrylli*, intermediis *Heraclio* et *Helludio*. His *Nicephorus* addit *Arsenium*: sed unum dumtaxat *Cyryllum* agnoscens, uti et *Socrates* et *Theodoretus* atque *Sozomenus*, imprimis vero *Hieronymus*, semel, rursus, tertio et quarto sedisse eum asserens in *Chronico*; in libro autem de *Scriptoribus Ecclesiasticis* dicens, sæpe pulsum *Ecclesia* et receptum, ad extremum sub *Theodosio Principe* inconcussum annis octo tenuisse *Episcopatum*. Idem *Cyryllus*, ut ait *Sozomenus* lib. 4 cap. 24. Cum *Episcopus Hierosolymorum* esset constitutus, velut *Sedis jam Apostolicæ Antistes*, cum *Acacio Episcopo Cæsareæ de jure Metropolitanato* dissensit. Atque hinc est quod in *Catalogis Latinis MSS. Episcoporum Hierosolymitarum* ultimus nominetur *Cyryllus*, qui construxit antiquam ecclesiam *Dominici sepulcri*, et oratorium *Calvariæ*, et ecclesiam *Josaphat*, et montis *Olveti* et *Bethleem*, quæ tamen non apte *Cyryllo* tribui supra indicavimus; deinde incipiunt Nomina *Patriarcharum*, et primus iterum nominatur *Cyryllus*. Duravit autem ea contentio usque ad *Sophronium*, qui *Patriarchalis* tituli prærogativam legitime sibi permissam ad posterum tradidit.

83 *Theodoricus Pauli*, sicut dictum est supra, duos *Cyryllos* numerat, et inter utrumque collocat *Quiriacum*, *Joannem*, et *Praylinum*. De *Quiriaco* demonstravimus nullum fuisse, *Joannes* et *Praylius*, consensu totius antiquitatis, secuti sunt. Magis deinde confudit omnia *Theodoricus*, quando de primo scripsit, *Iste S. Cyryllus vidit gloriam animæ sanctissimi Hieronymi Presbyteri*. Hoc ei scilicet persuaserant *Epistolæ*, quæ sub nomine *S. Augustini Hipponensis* et *S. Cyrylli Hierosolymitani* confictæ habentur, de obitu et laudibus *S. Hieronymi*; licet hic totis triginta annis ante *Hieronymum* e vita excesserit: de secundo autem dixit, quod *Eutyches*, quoque nominatus fuit, et secta *Arianus*, *Patriarchotu confusa cum deliberatione suscepto*, aliquando in fide, sapius in communionem variabat; quæ est *Rufini* accusatio, non de alio quam de immediato *Maximi* successore intelligenda. Denique nihil se certum habere de *Cyryllo* uno vel duobus, sed quidquid quomodocumque et apud quemcumque invenerat indiscriminim congesse, satis indicat *Theodoricus*; cum utrobique et de utroque ait, *Hic fuit spiritualis pater Ordinis Fratrum Carmelitarum*, de primo addens quod festum ejus colitur *xxviii Januarii*, de secundo vero, quod obtinuit, quod *Fratres sui Carmelitæ dicerentur Fratres B. Mariæ Virginis*. Ex quo fonte talia acceperit *Theodoricus* non multum ambiget

Cyriacus
perperam
hic confectus.

An. 348
ab Arianis
intrusus

et ab eisdem
tertio expulsus,

in duos dividitur, ab Epiphano

E

et auctore
Latini catalogi

Figmenta
de eodem
apud Theodoricum.
F

A biget, qui intelliget tertium Carmelitarum Priorem seculo xiii fuisse quemdam *S. Cyrillum*, et hunc cum Hierosolymitano Patriarcha ab imperitis summæ antiquitatis sectatoribus imperite confundi potuisse: certe in Florario ad vi Martii, quo *S. Cyrillus Carmelita* in suo Ordine colitur, notatur etiam nomen *S. Cyrilli Hierosolymorum Episcopi, qui vidit animam Hieronymi gloriose in cælum deferri, anno salutis ccccxxi.*

Obiit circa
an. 389,

84 *Cyrillum* annis totis LXII Episcopatum tenuisse indicant numeri 26' apud Nicephorum expressi, qui ducti ab anno cccxlviii, quo obiisse *Maximum* Hieronymus scripsit, pervenirent ad annum ccccx: atqui idem Hieronymus, ut jam vidimus, de *Cyrillo* scribens, solum ait, quod *sub Theodosio Principe incensus annis viii tenuit Episcopatum*, adeoque non potest dici hunc extendisse ultra annum cccclxxxix, siquidem is jam ab anno cccclxxxi ut Episcopus sederat subscripseratque in Synodo Constantinopolitana ii. Restat ergo ut dicatur sedisse annis ad summum xii, utrinque incompletis.

post lustram
a S.
Paula Pa-
læstinam.

85 Quomocumque tamen ætas *Cyrilli* definiatur, intra illam cadat necesse est adventus *S. Paulæ* in Palestinam, quam illa totam perlustravit, priusquam sese ipsa recluderet, *in sancta Bethleem perpetuo victura: viri enim hic annos viginti, mortua vii Kalendarum Februariorum, Honorio Augusto VI et Aristenato Consulibus, id est anno cccxciv. Unde consequens est eam ex Ægypto, quo ultimum excurrit, et unde per ferventissimos æstus renavigavit Maximum, nec nullo post venit in Bethleem, redivisse in æstate anni cccclxxxiv; atque adeo in Palestinam appulisse saltem anno precedenti. Iter ejus versus Hierosolimam sic notat S. Hieronymus, in ejus Vita xxvi Januarii illustrata, ut non proponat ejus hodiernicon scribere, sed ea tantum loca nominare, quæ sacris voluminibus continentur. Et antiqua, inquit, urbe Sidone derelicta, in Sureptha littore Eliæ est ingressa turriculam, in qua adorato Domino, per arenas Tyri, in quibus genua Paulus sedit, pervenit ad Coth, quæ nunc Ptolemois dicitur; et per campos Mageddo, Josia necis conscios, intravit terram Philisthiim, mirata ruinas Dor etc. usque Joppen. Cur non a Ptolemaide in Dor itura transivit et Carmelum? ibique speluncam et fontem inspexit prædicti Eliæ, medio itinere sita loca, nec nisi sex circiter leucis utrinque distantia? cum vix quidquam nominatius sit in sacris voluminibus quam mons Carmelus. Cur ab itinere recte secundum mare tenendo deflectens, longo post montem circuitu est usa, ut per campos Mageddo veniret in Dor? Cur iterum, post lustratam Jerusalem Samariamque, Galileam peragrans usque Naim, non excurrit in Carmelum, quinque solum leucis dissitum? uti videre licebit in tabella ad Vitam S. Angeh in Appendice ad tomum ii. An prorsus desolatus is erat, aut quod tristius, factus receptaculum et spelunca latronum, ut declinandus caute fuerit? Ita ego existimabam. Sed aliam causam, ex profunda sua rerum historicarum scientia, depromit TRIUMPHATOR; videlicet, quod Hieronymus *Carmeli mentionem non facit, quia cum Paula in eo Carmelitis reperisset, sub institutione Joannis Patriarchæ viventes, ne Joannem in ejus Fratribus laudaret, prætermisit; aut etiam, quia obinde verosimiliter filix suæ spirituali inhibuerat, ne montis Carmeli Religiosos visitaret.* Verum quando jam ostendimus totum istud iter prius peractum fuisse quam Patriarchatu defungeretur *Cyrillus* decessor Joannis (qui tamen non cœpit Hieronymo adversari, nisi circa annum cccxcv) aliud non superest TRIUMPHATORI, quam ut ad consuetum sibi refugium accurrat, meque argumento negativo, quod ipse pro stramineo habet, utentem explodat. Explodat sane quantum vo-*

Quæritur
cur illa
Carmelum
non adierit.

let et ipse et discipuli ejus: quoties tamen ex suo novo Breviario cantabunt, in festo *S. Lucæ xviii* Octobris Lectionem v ex eodem Hieronymo, invenient illum sic argumentatum in libro de scriptoribus Eccles. cap. 7, *Primas Pauli et Theclæ et totam baptizati Leonis fabulam inter apocryphas numeramus: quale enim est, ut individuis comæ Apostoli, inter ceteras ejus res hoc solum ignoraverit? Sulet autem vis hujusmodi arguamenti crescere, pro numero eorum, qui, si potuissent, voluissent debuissentque meminisse ejus rei, de qua an fuerit dubitatur, et tales pro singulis fere seculis produxi.*

D
AUCTORE D. P.

XLII JOANNES, PRIMUS PATRIARCHA.

S JOANNES hic cœpit Hierosolymitanam Ecclesiam regere anno cccclxxxix, juxta jam positum calculum, ad ejus in Episcopatu ætatem determinandam non modo non sufficiunt anni vi, quos ei assignat Nicephori Chronologia; sed nequidem anni xvi, in membrana Rubeana et tabulis Theophani aptatis notati. Plures autem manifeste exigunt certa rerum ab eo gestarum tempora, atque imprimis contentiones ejus cum *S. Hieronymo*, cœptæ sub annum cccxcv, et fraudulento Pelagio inpensus favor Hierosolymis et Diospoli anno cccxcv, cum in Palestina adesset Orosius Presbyter, missus ab Augustino ad *S. Hieronymum* in sanctam Bethleem. Eodem etiam anno, Consulu *Honorii decies et Theodosii sexies*, Presbytero Juliano facta est revelatio Reliquiarum *S. Stephani Protomartyris* usque adeo famosa, translationem eorum celebrante Joanne Patriarcha, vii Kalendas Januarii, ipso Sancti natali die. Post quæ sic gesta, non diu superfuisse Joannem, cogit credere successio *Praylii*, ulterius non differenda. Hac porro ratione poterit dici xxvi annis Episcopus fuisse Joannes.

Ab an 389
ad 417.

87 Ad diem mortis determinandum nullum apud antiquos fundamentum apparet, quia tamen, non obstante invidia, quæ viventem afflaverat, velut Origenistarum et tandem etiam Pelagii fautorem; mortui famam venerati Zosimus Papa et Augustinus Episcopus, Sanctum non dubitaverunt appellare; et quia ut talis dignus habitus fuit, sub quo Protomartyris corpus revelaretur; recentiores aliqui nomen ejus inter Sanctos describere. Sic auctore Florarii, quod in opere omiserat, in Alphabetico Indice post confecto sub littera I scribit: *Joannes Hierosolymorum Episcopus et Confessor, qui fuit Carmelita, et levavit corpus S. Stephani Protomartyris vi die Maji.* Palæonydorus lib. 2 cap. 6 prolixam Vitæ historiam texens (qualem scilicet vel ipse vel alius potuit de suo ingenio comminisci) nec ullum pro ea, uti pro aliis quibusdam de eodem punctis auctorem citans, addit, quod *plenus sanctitate, post paralyticorum curationem, cæcorum illuminationem, solvens debitum, viam transit universæ cornis, anno Domini cccclxxxii, pridie Idus Januarii; et Palæonydorum secuti sunt Galesinius atque Molanus in suis ad Usuardum additionibus. Sed hæc Bollandi nostro tanti non fuerunt, ut alibi eum quam inter Prætermisos locaret, antiquitatis congruæ auctore destitutus; meritoque formidans attingere argumentum prorsus odiosum, de Carmelitani Ordinis Professione; a quo etiam nos volebamus, si licuisset, abstinere calamum.*

Quidam cum
inter sanctos
referunt.

PARERAGON. VI.

De Joanne XLIV prætenso auctore libri de Institutione monachorum ad Caprasium.

Joannes, in ordine verorum Episcoporum XLII, non solum

A solum in Chronologia Nicephori (quæ ante annos non multo plures quam centum Europæ nostræ primum innotuit) sed etiam in Catalogis Latinis, post recuperationem terræ Sanctæ in Asia compositis, numeratur *Quadragesimus quartus*, nec non in Membrana Græca Rulæi: sed ubique difformiter et per errorem manifestum. Nicephorus enim huc processit *Eliam* inducens loco xxv, ignotum ceteris omnibus, et duos pro uno *Narcissos* numerans. Rulæi membrana, prætermittit xxiii *Caium*, sed defectum supplet geminando *Cyrillum*, et utrique interponendo *Heractium* atque *Hellodium*, quos a numero verorum Patriarcharum excludendos, nec Wastelius quidem in vindictis dubitat; alioqui *Joannes* non jam XLIV, sed XLVI vel VII dici debuisset. Latini denique duos consequenter *Cyrillos* statuunt, et eorum decessoribus *Maximo* et *Macario* interponunt fabulosum *Quiriacum*. Sed neque mirum neque culpandum est, si Latinos aberrantes secuti Grossus aliique Carmelitæ, suo Ordini adscriptum hunc *Joannem* cupientes, *quadragesimum quartum* nuncupaverint; idque addiderint eorum aliqui etiam titulo libri, quem ejus esse persuasum volebant. Sed de libro postea, nunc de ætate quid apud eos legam exponendum est, ut intelligatur quam certa eis sua historia fuerit.

B 89 Viridarii auctor Joannes Grossus, totius Ordinis generalis Prior, post annum mccccxi scribens, librum suum secundum sic orditur: *Quoniam Deus in Sanctis suis toties honorari, magnificari, et glorificari dignoscitur, quoties ipsi in terris recitando a fidelibus honorantur, cum laus ipsis impensa ad ipsum Deum principaliter referatur: idcirco ut Deus in novi ac veteris Testamenti sanctis Fratribus ac devotis Ordinis gloriosa suæ genitricis Mariæ de monte Carmeli, qui in vita pariter et in morte miraculis claruerunt, laudetur atque magnificetur, nec non jugiter glorificetur, ipsos sub aliquibus suis (ut decet) miraculis recitare decrevi. Tum laudatis S. Elia, S. Elisæo, S. Jona, S. Abdia Prophetis, Quintus, inquit, fuit S. Joannes Eremita montis Carmeli, qui Regulam Basilii recepit, quam Fratribus tradidit observandum [istum S. Joannem propter ipsius sanctitatem maximam Adriannus Papa primus, natione Romanus, Pontificatus sui anno octavo, assumpsit in Patriarcham Hierosolymitanæ Ecclesiæ, quam devote, generose et strenue rexit], cujus corpus in ipsa ecclesia multis claris miraculis requiescit, [unum cæcum illuminavit et in morte claudis gressum restituit.] Iste sanctus in Ecclesia sæpe dicta Hierosolymitana fuit Episcopus XLIV post B. Jacobum. His similia ipse Grossus lib. I Clavi I Viridarii paulo distinctius in hunc modum ante scripserat.*

C 90 Baptizatis, ut præfertur, ab Apostolis Eremitis montis Carmeli et dispersis in monte eodem, in porta aurea Jerusaleæ, in civitate Accon et in multis aliis locis Terræ-sanctæ; de quibus sunt propter Paganorum persecutionem jam deleti: atque ipsis prædicantibus in fide Christi et Apostolorum doctrina, accidit quod Basilii Magnus, Eremita, postmodum quibusdam magnis sibi devotis Eremitis Regulam composuit, quam aliqui præfati montis tenuerunt Eremitæ, juxta Elizæ et Elizæi vestigia, qui primo (ut præfertur) dictum inhabitarent montem, quorum isti sequaces et imitatores fuerunt. Processu autem temporis [Adriannus Papa primus, natione Romanus Pontificii sui anno VIII assumpsit in Patriarcham Hierosolymitanam Fr. Joannem, Eremitam dicti montis Carmeli, propter ipsius sanctitatem maximam. Qui dictus] Fr. Joannes Patriarcha Fr. Caprasio suo discipulo dilectissimo ceterisque Eremitis montis Carmeli dictam Regulam Basilii tradidit observandam [nullam tamen eis dedit majorem, sed] juxta Regulam eis datam et bonam conscientiam quibus Deo famulabantur: et sic steterunt usque ad annum Domini mxxxiii; et interim ab infidelibus multa passi sunt dicti Fratres.

91 Hactenus Grossus in *vetustissimo codice manuscripto Bibliothecæ Carmeli Francofurtensis, quæ ibi magis integro extant, quam in majori Ordinis ejusdem Speculo fol. 101 Venetiis impresso anno 1507, ut habet titulus egraphi apud nos servati. Qua fide in editione illa Veneta omissa sint omnia quæ his [] inclusimus, et pro anno 1023 positus 1099, viderint alii. Cur tali editione uti maluerit. P. Daniel quam integro genuinoque contextu, apparebit omissa et mutata consideranti: non tamen ut sic ageret fuit consilium PP. Bollandi et Henschenii, in Præfatione ad 2 partem Speculi allegatum. Sperabant illi originali et primigenia veritate edenda singula, et sicubi ab invicem vel manuscripta inter se vel hæc ab editis discreparent, ea indicandum sinceritate per Annotationes appositas, qua nos præbimus exemplum dantes in opere nostro. Hoc si factum fuisset, magnum nos habere thesaurum credidissemus, instrumentumque certissimum ad discernendum quibus gradibus creverint toties nobis objectæ objiciendæque traditiones Ordinis. Hac spe frustrati ex impossibilitate discernendi, quid in unoquoque opusculo sincerum, quid adulteratum sit, revolvimur in antiquam caliginem necessitatemque de omnibus fere æqualiter dubitandi: cum non debeamus præsumere hanc novam Speculi Carmelitani editionem fidiorem esse quam fuerit Veneta; quid autem hujus auctor sibi licere voluerit in singulis, possumus vel ex solo Viridario cum suis originalibus collato divinare. Plura hujus licentiæ exempla videbis infra in Parergo x de Chronologia primorum in Carmelo Priorum. Hic nota Joannem qui in MSS. Quintus Sanctus est, esse septimum in excensis; ubi v additur S. Basilii Magnus, vi S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus; rursumque additur post Joannem loco VII S. Ludovicus Rex Franciæ, facitque ut S. Bertholdus qui erat Sextus in MSS. ad nonum locum detradatur, et denique post SS. Brocardum et Cyrillum, qui sunt in MSS. Septimus et Octavus, ponitur in impressis Duodecimus S. Eusebius Comes fidelis S. Cyrilli.*

92 Interim ex prædictis apparet, Carmelitas antiquos usque ad Grossum, in ea plerosque opinione constituisse, quod majores sui ante acceptam Regulam Albertinam, non aliam habuerint quam Regulam S. Basilii; quodque eam servandam acceperint tempore Adriani Papæ I, post annum Pontificii VIII, Christi mcccxxx. Et cum hoc tempore præcise convenit, quod in Vita S. Angeli prætensus Enoch, inducit ipsum anno mccciv eligere Regulam, quam annos supra quindringentos pluribus Prophetarum successores in monte Carmelo servare susceperunt; sive, ut antiquior textus definitius habet, annis jam elapsis mcccxi, id est ab anno mcccii, qui fuisset Joannis ab Adriano ad Patriarchatum evecti annus XII; excepto quod ibi per alium multo turpiorem errorem, pro Joanne nominetur Albertus; qui quantum distat ab ætate Adriani Papæ, tantum cœvus Adriano Joannes (si quis unquam fuit) recedit ab ætate ejus Joannis, qui vere fuit post Jacobum quadragesimus secundus, sive (ut cum Catalogis vitiatis loquamur) quadragesimus quartus.

93 De hoc dicit Gennadius in lib. de scriptoribus ecclesiasticis cap. 30: quod *Scriptis adversus obtrectatores studii sui librum, in quo ostendit Origenis se ingenium, non fidem secutum. quod opus Apologeticum esse apparet et Theologicum, diversissimumque ab eo libro, quem de institutione primorum Monachorum, in Lege veteri exortorum, et in nova perseverantium, ad Caprasium monachum in Carmelo, scripsisse prætenditur idem Joannes, Fratribusque Carmelitis pro Regula servandum tradidisse; uti post Philip-pum Ribotum volunt recentiores Carmelitæ. Hi porro cum*

AUCTORE D. P.
Ab aliquibus numeratus quadragesimus quartus,

et in Viridario Grossi quintus Sanctus Ordinis Carmelit

qui eidem dedit Regulam S. Basilii,

tempore Adriani Papæ,

D juxta vetus Grossi MS.

quod mutilatum et interpolatum in speculo habetur.

E

Idem sensus de regula, olim communis in Ordine fuit

F

donec illis placuit Joanni tribuere librum de Institutione Monachorum,

A cum variis urgentur argumentis, quibus demonstrative evincitur opus istud alterius esse, et quidem Latini scriptoris; in Gallum interpretem, Ribotumque interpolatorem ea declinant; sed hoc agendo aliud non obtinent, quam ut jubeantur fidelem et non interpolatum textum Græcum exhibere, et si hoc non possint saltem Latium: nec enim aliter possumus scire quid vere ipsius auctoris sit, quod non: eademque difficultas redit circa Epistolam Cyrillo secundo Priori imputatam, qua secundum prætensæ assertionis punctum nititur: atque ita de ceteris; idque eo potiori jure quod ipsamet, ut nunc habentur, contineant evictionem falsi tum adæquatam et certam, quam videatur contra aliquod suppositivum vel adulteratum scriptum posse conferri. Quibus cum accedit totius antiquitatis de tali libro silentium, usque ad Ribotum; ipsiusque Ordinis, etiam dum is viveret, ignorantia de illo, ut patet ex Grosso et antiquarum Constitutionum Præfatione; cumque in eodem libro nullus omnino sit locus, qui indicet vel auctorem fuisse Patriarcham Hierosolymitanum, vel eo fine scripsisse ut Eremitis esset pro Regula; quis non rationabiliter cogere poterit, ut utrumque de eo credamus, idque tam certo quam necesse est, ut huic credulitati innitatur fides omnino certa totius historiæ Carmelitanæ? Sit igitur libri Auctor *Joannes* aliquis *Hierosolymitanus*, æque ac alterius, de quo in 2 Parergo, *Josephus* quispiam *Antiochenus*, sic dicti ab urbibus, ubi ex Latinis nati sint, et unde in Europam transgressi Latine scripserint, eodem circiter tempore, quo Guilielmus de Sanvico; id est sub finem seculi xiii, quando erat jam sesqui seculum elapsus ab initio Ordinis sub Bertholdo cœpti, tempusque sufficiens intercesserat ad majorem antiquitatem, comminiscendam et persuadendam vulgo, de rebus peregrinis peregrina audire et credere amanti.

94 Interim juverit animadvertisse, quod Vindiciarum auctor Wastelius, integro suo opere nihil sollicitius agens quam ut prædictum librum servet *Joanni*, Hierosolymitano post Cyrillum Patriarchæ; pro ejusdem Joannis honore usque adeo incaluerit, ut tota sect. 3, lib. 3 Vindiciarum suarum, susdeque vertat omnia, quatenus evertat Pauli Orosii Apologeticum pro libertate arbitrii humani, in hoc secutus Cornelium Jansenium Ipreensem Episcopum. Utrumque in nova conciliorum editione graviore reprehensione dignum censet Labbæus, quod *futilibus*, sed *fucatis in speciem argumentis* exitium illud opus in suspicionem *volētis*, adducere voluerunt, contranite eruditorum fere omnium exercitu. Plus sane Wastelius, cum art. 3, §. 3 fidenter pronuntiat quod *cuncta sint imposturæ, totum mendacium, et tantummodo fucus adversus veritatem, ut proinde totum illud ad usque unum numerum, velut inane quoddam idolum, ad veritatem, sicut Dagon ante arcum Domini, totaque machina vanitatis ad nihilum evanescat*: quin et Novatianæ et Nestorianæ hæreseos patronum fuisse auctorem contendit, qui Orosii nomen sibi falso assumpsit, ideoque consueta in talibus phrasi *Pseudo-Orosium* passim appellat. Mirabilis profecto genius, itaque comparatus, ut nihil possit velitque habere de suppositione suspectum quod prætensæ antiquitati suæ quomodocumque suffragatur, quantislibet eruditorum judiciis proscriptum damnatumque; nihil ex adverso probare, quod suis officiat præjudiciis, etsi aliis indubitatum ac certum. Non est orthodoxæ doctrinæ tam grande præsidium subtrahendum, ut extra omnis erroris ac culpæ reatum ponatur *Joannes*; sed nec tam desperata illius causa, quin possit excusari quadamtenus, in eo quod fecit, fraudulenta Pelagii hypocrisi, et fidei in specie verbisque Catholicæ professione deceptus; quando etiam iis ipsis

decipi potuit Papa Zozimus, successor Innocentii, qui Pelagium primus post Africanos Episcopos condemnarat, non obstante judicio Episcoporum Palæstinorum quo is fuerat absolutus, *Joanne* præsidente, et iudicis simul atque patroni partes sustinente. Ceterum quam parum cognita Jansenio Wastelioque fuerit historia Pelagianæ hæreseos, evidenter patescit ex Marii Mercatoris S. Augustino cœvi operibus, nuper feliciter illustratis a nostro P. Joanne Garnerio.

XLIII PRAYLIUS.

Post Joannem illum admirabilem mortuum, PRAYLIUS qui nomini suo pulchre respondebat, ob mansuetudinem scilicet, *Hierosolymitanæ Ecclesiæ regimen capessit*, uti scribit Theodoretus, hoc tempore vivens, lib. 5, cap. 27. Successit autem anno ccccxvi, neque enim, ut supra ostensum, prius potuit. Pridem tamen Chorepiscopum eum oportet fuisse ordinatum, cum ea potestate quam Petavius noster explicat in Annotation. ad Epiphaniæ hæc. 79. Et sic Presbyterum ordinavit S. Porphyrium anno ccccxi, cujus deinde Gazensis Episcopi Vitam, a Marco discipulo scriptam illustravimus xxvi Februarii; sed originali Græco destituti, non possumus clarius quam modo jam dicto explicare mentem scribentis, quod *Praylius* erat *Sacrorum locorum Sacerdos*, et corrigere Menæa quæ *Patriarcham* appellant. Æque autem ac *Joannes* decessor suus deceptus a Pelagio, huic et Celestio primario hujus discipulo testimonium dedit sanæ doctrinæ ad Zosimum Papam; qui de iis ad Augustinum et ceteros Africanos Episcopos scribens xi Kal. Octobris, anno (ut videtur Labbæo nostro) ccccxvii, *Ecce*, inquit, *epistolam Hierosolymitani Episcopi Praylii, qui in locum quondam S. Joannis Episcopus est ordinatus, accepimus, qui causæ Pelagii exitius stipulator odvenit*. Hoc tamen parum versipelli et vafro hæretico profuit, qui licet *occusatus apud Synodum Diospolitam* anni ccccxv, *ambiguus quibusdam se professionibus tegens, et prosequens dubia vel respondens, illam tunc videatur audientiam delusisse*, et simili fraude obtinuisse a Praylio quas diximus commendatitias et excusatorias litteras; *postmodum est evidenter deprehensus insistentibus accusatoribus a posteriore Synodo, cui sanctæ memoriæ Theodotus Antiochiæ præsedet Episcopus, utque detectus, a Sanctis quoque ac venerabilibus Hierosolymorum locis est deturbatus*: quod, inquit Marius Mercator in Commemitorio cap. 3, *ejusdem S. Theodoti ad reverendissimum urbis Romæ Episcopum, et Sanctæ recordationis Praylii Hierosolymitani Episcopi missa scripta testantur, quorum exemplaria ad documentum habemus in manibus*.

96 Fuerat Zosimus ordinatus Pontifex in ætate anni ccccxvii, et ob hanc causam Cardinalis Baronius in Annalibus atque Henschenius noster ad Vitam S. Euthymii xx Januarii, saltem usque ad sequentem annum distulerunt *Praylii* obitum. Quod omnino tenendum puto, licet Nicephori Chronologia Episcopatu ejus annos xx adscribat: contrarium enim patet ex iis quæ de successore Juvenale habentur. Itaque vel Nicephorum, vel eum qui primus catalogum scripsit a Nicephoro transcriptum, credere volo $\xi\tau\alpha$, non α' , sed γ' notasse, fuisse etiam qui scripserint $\xi\tau\eta\beta' \kappa\alpha\iota \mu\eta\nu\alpha\varsigma \zeta'$, *annos duos et menses sex*, quos in novissima Nicephori editione Parisiaca typis Luparæis seu Regiis additos invenies ad annos α' . Vixerit igitur in Sede Hierosolymitana *Praylius* ab anno ccccxvi per aliquot dies vel hebdomades inchoato, usque in ætatem anni ccccxviii; fortassis non falso, sed abque debito fundamento, laudatus a Theodorico Pauli, quod *gloriosus Patriarcha, multa pro Christi fide patiens et sustinens, multos gentiles fidei*

quem ad etudendam argumentorum vim fatentur, fuisse interpolatum.

Melius dicerent seculo 13 compositum.

Idem reputant Apologeticum Orosii,

quia Joanni contrarium,

D
AUCTORE D. P.

Ex Chorepiscopo factus Patriarcha an. 416

E
primum favel Pelagio,

postea eum damnat.

F

Obiit an. 418.

A *fidei mancipavit Christianæ suis prædicationibus et doctrinis.* Isto enim tempore Saracenorum natio cepit diffundi per Syriam: quorum multis ad fidem adductis, tandem etiam Episcopum ordinatum fuisse quemdam eorum Ducem, a S. Euthymio conversum Petrumque ex Aspebeto dictum in baptismo, in dicti Sancti Vita legimus. Consecravit autem eum Juvenalis Patriarcha, ante quam decerneret S. Euthymius in solitudine Engaddi Lauram constituere, cujus deinde templum anno ccccxviii idem Juvenalis *Prayli* successor dedicavit, ut vel hinc certum sit pridem obiisse Praylium. Porro Zosimus Papa, ad quem epistola *Prayli* delata fuit, an. ccccxvii primum inchoato factus Pontifex, ante finem sequentis anni ccccxviii morte sua vacuam reliquit Cathedram, quam denique post septem mensium schisma anno ccccxix obtinuit Bonifacius.

XLIV JUVENALIS.

Ordinatus an. 418

B Anno, ut jam dictum ccccxviii Patriarcha factus JUVENALIS, Græcis ΙΟΥΒΕΝΑΜΙΟΣ tempora habuit, præstantissimorum Monachorum atque Anachoretarum virtutibus nobilitata quidem, sed hæreticorum machinationibus haud parum inquieta, non solum in urbibus sed etiam in eremis: quæ omnia in prædicatorum Sanctorum Vitis sic leguntur, ut vix ullum alicujus nominis monasterium, quod eo tempore in Palæstina fuerit, præteritum dici possit. Nusquam tamen invenies mentionem Carmeli aut Eremitarum ex Regula S. Basilli viventium, multo minus pro Regula utentium libro de institutione monachorum, qui nobis pro veteri Carmelitarum Regula, a Joanne tradita, per summam contentionem obtruditur.

Lauram S. Euthymii dedicat an. 429

98 Inter illos celeberrimus S. Euthymius fuit, cujus vitam per Cyrillum illustravimus xx Januarii, qualem tunc habuimus ex MS. Veneto Latine redditam a Gentiano Herveto; nunc vero eandem habemus ex multo perfectiori Vaticano, unde discimus Dedicationem Lauræ, non solum factam esse anno lvi ipsius Euthymii, sed etiam die vii Maji Indictionis xi; adeoque tunc numerandum fuisse Christianæ æræ ccccxviii, non sequentem; et nativitatem Sancti non posse differri usque ad Junium ut tunc conjectabamus, sed saltem in Aprili anni cccclxxvii quarto Consulatu Gratiani, ut potuerit inense Majo prædicto ætatis annum lvi numerare. Quarto post hæc anno Christi cccclxxxi contra Nestorium, Deiparæ appellationem abolere volentem, congregata est Ephesi œcumenica Synodus, ad quam quarto post Pentecosten die Juvenalis Hierosolymorum Episcopus advenit cum Episcopis Palæstinis. Et ille quidem absens damnatus est, absente etiam ex composito Joanne Antiocheno Patriarcha, fautore illius. Cum autem latæ sententiæ, et per S. Cyrillum Alexandrinum pro Cœlestino Papa Apostolicæ Sedis Legatum confirmatæ, supervenisset idem Joannes; quoddam seorsim conciliabulum coegit ex triginta circiter Episcopis; contra quos necesse habuerunt Patres de suo cœtu Constantinopolim mittere aliquos, ad reddendam Theodosio Imperatori fraudulenter decepto actorum rationem, inter quos Juvenalis nominatur primus post Arcadium Sedis Apostolicæ Legatum. Nempe (ut hic observat Baronius num. 102) ob frequentem ex toto Christiano orbe Hierosolymam peregrinationem, majori habebatur honore et officiis dignioribus colebatur Hierosolymorum Episcopus, quam alii Palæstinorum Episcopi, etiam Metropolita Cæsariensis. Atque hinc (ut scribit Leo Papa Epist. 62) in eadem Ephesina Synodo Juvenalis Episcopus, ad obtinendum Palæstinæ Provinciæ Principatum credidit se posse sufficere, et insolentes ausus per commentitia scripta firmare: quod Cyrillus Alexandrinus Episco-

an. 431 adest 1 Synodo Ephes.

C

et Præmaturum Palæstinæ ambît,

pus merito perhorrescens, scriptis suis, quid prædicta cupiditas ausu sit, Leoni indicavit; et sollicita præce multum poposcit, ut nullis illicitis conatibus præbeat assensus. Satis autem indicat ipse Leo in eadem epistola, rem eo adductam, ut amplior numerus Sacerdotum Ephesi congregatorum Juvenali Præmaturum fuerit decreturus, per quorundam subreptionem, nisi Apostolicæ Sedis auctoritatem Cyrillus appellasset.

99 Interim occasione damnati Nestorii alia e contraria emersit hæresis Eutychetis, sic unam in Christo personam asserens, ut naturas etiam confunderet: cui controversiæ decidendæ cum alterum Ephesi Concilium anno cccclxxix Imperator indixisset eique præsidere jussisset Dioscorum Patriarcham Alexandrinum, qui totus Eutychianorum erat, rejecta est Leonis Papæ Eutychem damnantis epistola, absolutus Eutyches, Flavianus Constantinopolitanus, Eusebius Donglæi, Ibas Edessenus, Theodoretus Cyri Episcopi damnati sunt, aliique eorum loco substituti, sententiam subscribentibus omnibus quotquot aderant Orientalibus metu exilii ac depositionis intentatæ. Quæ excensatio in Chalcedonensi Synodo anni cccclxi recepta non est, sed communibus suffragiis conclamatum, omnes qui sententiam injustam tulerant esse damnandos, nominatim vero, qui principem locum in Synodo cum Dioscoro tenuerant, Juvenalem Episcopum Hierosolymorum, Thalassium Cæsareæ Cappadociæ Eusebium Berææ, Eustachium Berythi et Basilium Seleuciæ: qui deinde sessione quarta, cum eorum recta fides accepta ab omnibus atque probata esset, denuo jussi sunt Synodum ingredi, a qua ante repulsi erant, utpote rei cum Dioscoro in Synodo scelerum patratorem; conjunctique sunt Ecclesiæ a qua communicatione Dioscori facti erant extorres.

100 Venia in hunc modum impetrata, non erubuit, in dicta Synodo, ante Cæsareensem totius Palæstinæ Primotem, locum sibi principem vindicare: qui (ut Leo redarguit) nec inter Episcopos inferiores, ob violatam fidem pacemque Catholicam, locum habere dignus erat; sed bono pacis, indulgentia Romani Pontificis factum esset, ut post lapsum sederet Episcopus. Ita Baronius ad an. 454 n. 20, sed in Juvenalem plus justo iniquus, quasi in eo nihil optimo Episcopo dignum fuisset reperire. Non ita de eo censuit Synodus universa, sed ipsum in ordinem Patriarcharum suscipiens, non jam dubitavit an esset Cæsarensi Metropoliti præponendus; sed Antiocheno Patriarchæ eatenus ipsum cœquavit, ut, pro bono pacis, Provincias quæ omnes uni Antiocheno antea suberant, inter ipsos diviserit Actone 7, sic ut duæ Phœniciæ Antiocheno manerent, Hierosolymitano tres Palæstinæ attribuerentur. Finita Synodo reversisque ad sua Episcopis, quorum duo fuerant discipuli magni Euthymii, Stephanus Jammæ et Joannes Saracenorum; quieta fuissent omnia, nisi Theodosius, habitu quidem monachus, moribus vero præstigiator importunissimus, cum de Synodo quædam improbe confuzisset, quasi introduceret vel potius revocaret dogmata Nestorii, decepisset Eudociam, Theodosii junioris viduam, et per ipsam omnes fere monachos, et deinde etiam Sedem Hierosolymitanam invasisset, ut dicitur in Vita S. Euthymii, idque per absentiam Juvenalis, ad remedium contra seditiosos quærendum Constantinopolim profecti, sicut docet Nicephorus Callistus lib. 15, cap. 9. Theodosio restitit generose Euthymius: illius autem facinora plenius deducta legere qui volet, jam dictam Nicephori historiam consulat, ubi leget quod menses omnino viginti tyrannidem illam suam exercuit: donec Marcianus Imperator, Eudociæ gener, mandavit Dorotheo Palæstinæ Præfecto, ut ab Ecclesia ejectum caperet; sed hoc ille facere non potuit, propterea quod pestis illa in Synaxum montem profugerat. Post Theodosii vero fugam Juvenalis in thronum

In 2 Synodo Ephes. lapsus cum aliis an. 449

E an. 451 gratiam impetrat in Chalcedonensi

et locum inter Patriarchas.

Sede sua exatus a Theodosio,

F

A *thronum suum restitutus, omnibus, quos ille ordinaverat, dignitatem statim ademit. Eudociæ quoque, ad S. Simeonis Stylitæ increpationem compunctæ, mandavit S. Euthymius, diuissa communionis Dioscori, Juvenali Hierosolymitano Archiepiscopo omnino communicare eique consentire.*

et Synodum celebrat an. 454,

101 Idem mox ac Sedi suæ restitutus fuit, paucandæ Provinciæ omnem operam dederat, Synodo celebrata anno ccccliv, ejus extat epistolare rescriptum ad reverendos Presbyteros et Archimandritas et reliquos Monachos Palæstinæ Provinciæ: in qua primus ipse sine controversia ante Cæsareensem Irenæum subscribit, commendans fidem in Nicæno Concilio constitutam et nuper in Chalcedonensi confirmatam, ejusque calumniatores aversari monet, ut qui falsum testimonium dicere præsumant adversus tantos sanctissimos Patres, magis autem adversus cunctum terrarum orbem. Id cum S. Leoni nuntiasset, rescripsit hæc pridie Nonas Septembris, Actio et Studio Viris Clariss. Coss. gratulatorias, paternæ admonitioni conjunctas, in hunc modum exordiens. *Acceptis Dilectionis tuæ litteris... gavisus quidem sum, quod Tibi ad Episcopatus tui Sedem reducere licuisset: sed confluentibus in recordationem omnibus causis, quæ te per quosdam excessus laborare fecerunt, dolui adversitatum tuarum temetipsum tibi fuisse materiam, et resistendi hæreticis constantiam perdidisse; quia æstimant non esse tibi liberum ut eos audeas redarguere, quos tibi professus sis in suo errore plocuisse. Beata enim memoriæ Flaviani condemnatio et Eutyctis receptio, quid nisi Domini nostri Jesu Christi secundum carnem negatio fuit? quam ipse grandi misericordia sua fecit resolvere, cum detestandum illud Ephesinæ Synodi iudicium ita sancti Concilii Chalcedonensis auctoritate destruxit, ut depravatorum nullum a remedio correctionis arceret. Unde quia in tempore indulgentiæ respicientiam magis quam pertinaciam delegisti, ita gaudeo te celestem expertisse medicinam, ut fidei ab hæreticis oppugnata tandem possis esse defensor. Pergit deinde Leo, occasione Ecclesiæ cui præerat Juvenalis, Christi vitam ibidem locorum actam recolare, editaque per Crucis virtutem miracula, a quibus possit sumere præsentem veræ fidei prædicandæ festificationem. De Cæsareensi vero in jus pristinum restituendo verbum addens nullum, satis significat, se quoque pro bono pacis ratum habere, quidquid in Hierosolymitanæ Sedis favorem constitutum in Synodo fuerat.*

C moriturque non an. 453,

102 Aliud porro nihil invenio de Juvenale. Nam quod in Catalogo Latino dicitur, Apostolicæ Sedis legatione fungens Patriarcham Antiochenum Joannem deposuisse, scilicet in prima Synodo Ephesina, falsum est; æque ac illud Theodorici de eodem elogium, quod fuit principulis cum Anatolio Patriarcha Constantinopolitano in Concilio Chalcedonensi, anno Domini cccclm, et eodem anno obiit in die Maji. Neque enim contra Joannem eo usque processum est: sed ipse potius, reconciliatus S. Cyrillo, pacem Ecclesiæ reddidit; et Juvenalis necesse habuit ad pœnitentiam recipi; non obiit autem ante ann. cccclviii. Hunc vero fuisse successoris Anastasi primum, certissimo scimus ex Vita S. Cyriaci danda xxi Septembris, ubi dicitur, quod Hierosolymam venit decimum octavum ætatis annum agens, in octavo anno Patriarchæ Anastasii, et nono Magni Imperatoris Leonis, initio Indictionis, id est mense Septembri anni cccclxv, inchoante Indictionem xiii: cœpit enim Leo regnare mense Januario an. cccclvii. Concordat Vita S. Euthymii Græca, ubi dicitur, quod Octogesimo tertio anno Magni Euthymii id est cccclxii Juvenalis Archiepiscopus Vita finem accepit. Ne autem in numero annorum, quibus ille sedit, exerravisse dicatur accuratissimus ubique scriptor Cyrillus, legendum est,

Maji T. III

sed 458.

quod obiit Juvenalis τὸν τεσσαράκιστον ἐν τῇ πατριαρχείᾳ πληρώσας ἐνιστὸν quadragesimum annum in Patriarchatu implens: non vero (ut habent passim exemplaria) τεσσαράκιστον τέταρτον, quadragesimum quartum. Qui enim cœpit anno ccccxviii, et obiit cccclviii, non nisi xl annis præsedisse potuit. Nicephorus et MS. Rulæanum, et auctor tabularum Theophani affixarum, annos solum xxxviii numerant, non comprehendendo scilicet illos xx menses, quibus tyrannidem exercuit Theodosius: qui tamen in MS. Rulæano et Latino Catalogo non nominatur, vere indignus nominari; nominatur autem a Nicephoro, veluti ordine xlvii et a Theodorico etiam laudatur, tamquam vir omni sanctitate perspicuus. Unde discas quam exiguo cum iudicio rerumque peritia processerit auctor, ex quo talia Theodoricus accepit.

103 Ad diem quod attinet, etiam in MS. Florario, die similiter in Maji, post commemorationem S. Alexandri Papæ et sociorum, hoc additur: *Juvenalis, Episcopus et Confessor, colitur cum præcedenti, dicens sub uno Per Dominum; sed intelligitur Episcopus Narniensis; qui etiam hodie in Breviario Romano simul cum illis dicta die recolitur, sub hac Collecta; Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut qui Sanctorum tuorum Alexandri, Eventii, Theoduli atque Juvenalis natalitia colimus, n cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per Dominum etc.* Potuit tamen mense Majo etiam Juvenalis Hierosolymitanus obisse, si causa inveniatur curtoto Junio mense Sedes vacaverit: Successor enim ordinatus fuit initio Julii, ut mox dicemus. Porro in hujus Patriarchæ tempus incidit fabula de causa Polychronii, Episcopi, ut fingitur, Hierosolymorum, sub Xisto Papa III, coram Valentiniano Cæsare et lxxxii Episcopis Romæ audita, et Hierosolymis in Synodo, xxvi Episcoporum Præsidentibus Legatis Apostolicis agitata, Valentiniano VII et Avieno Coss. id est x annis post mortem Xisti; quo iudicio absolutus Polychronius, damnato accusatore ejus Euthymio, requirit in pace post annos Septis vii et menses vi; æque scilicet falso in seriem Episcoporum Hierosolymitanorum intrusus, quam in numerum Constantinopolitanorum pro eodem tempore Theodosius, loco Probi vel Flaviani, ejus Theodosii chirographum ad idem iudicium allatum sit.

XLV ANASTASIUS.

Anastasio quidam sanctæ Resurrectionis Clericus, idemque Scevophylax et Chorepiscopus, qui fuerat alumnus et sodalis S. Passarionis, cupiebat S. Euthymium videre: et hoc suum desiderium communicans cum Fuldo Episcopo Janninæ et Cosma Staurophyllace, cum ipsis atque juniore Fuldo, Episcopi Fuli nepote, sanctæ Resurrectionis Lectore, ibat ad illum. Ipsi autem in via positus atque ad Lauram propinquantibus, eorum adventus revelatus est Sancto, qui Chrysippum Lauræ Oeconomum accersens, ait ei: Puratus esto: ecce enim cum Fratres venit Patriarcha. Cum autem advenissent, subtilis mentis oculis magnus Euthymius Anastasium crecepit ut Patriarcham: quod qui presentes aderant mirabantur, accedensque Chrysippus in aurem ei dixit: Reverende Pater, non est hic Patriarcha, sed Scevophylax Anastasius, vident quod coloratis utatur vestibus, quibus nefas est Patriarcham indui? Ad quæ in se revertens Sanctus, Crede, inquit, fili usquequo locutus es vidi ipsum ulbis indutum. Cunctisque audientibus dixit, Non erro: sed quod præcivit Deus atque prædixit omnino fiet, sine pœnitentia enim sunt dona illius. Ita Græcus noster Euthymianæ vitæ textus, respondens num. 60 vulgatæ versionis. Deinde vero, ut jam dicere cœpi, istic ubi incipit ejusdem versionis num. 96 Octogesimo tertio anno ætatis magni Euthymii, id est

D AUCTORE D. P.

E

Nullus hoc tempore sedit Polychronius.

F Ex S. Euthymii prophetia,

ordinatur an. 458 in Julio,

A **Christi** CCCCLVIII *Juvenalis*... *vitz finem accepit*; **ANASTASIUS** vero *præmemoratus*, *consensu totius populi in D. Jacobi Thronum promovetur, initio mensis Julii. Qui eum ascendens et recordatus prophetiæ magni Euthymii, Fidum Lectorem qui cum ipso olim ad Lauram accesserat prædictionemque audierat, sanctæ Resurrectionis Divonum ordinavit, et cum Stanrophyllace misit, significaturum impletionem prophetiæ, rogaturumque ut sibi liceret ad eum venire ipsumque salutare.*

Illius funus curat mortui an. 478.

Huc usque Vita illa, laudatissima *Anastasio* principia nobis ob oculos ponens : cujus deinde anno xv obiisse Euthymium legimus in Vita S. Sabæ, ab eodem Cyrillo conscripta, idque, ut in sua vita dicitur **xx Januarii die Sabbati, anno xvi Imperii Leonis**: quæ singula incidunt in annum Christi CCCCLXXIII, non vero præcedentem, ut putavit Baronius; et egregie confirmant initium *Anastasio*, constitutum in anno CCCCLVIII mense Julio. Sic enim adhuc in cursu erat ipsius annus xv cum moriebatur Euthymius; ad cujus cadaver spectandum cum accessisset etiam *Anastasio* et congrua ei tumulando mandata dedisset; *reversus in Sanctam civitatem misit opifices ad opus et materiam, ut beatæ illæ reliquiæ convenienter ponerentur...* Postquam autem perfecta jam fuissent omnia trimestri labore, ut ait genuinus Cyrilli textus, *venit in Lauram Archiepiscopus et venerandum depositum suis ipse manibus in præparatum locum transtulit,.... septimo die Maji*: conventumque absolvens, *Martyrium et Eliam*, quos successuros in Patriarchatu Sanctus prædixerat, *secum sumpsit in sanctam civitatem, eosque Presbyteros sanctæ Resurrectionis ordinavit.*

105 Atque hactenus talia de eo omnia, ut horreat animus credere Evagrio, non optime Catholico, cum lib. 3, cap. 5 accusat *Anastasio*, quasi is post obitum Leonis Imperatoris fugamque Zenonis, tyranni Basilisci litteris subscribens, Leonis Papæ decisionem et Chalcedonense Concilium abrogasset. Calumniam putat se refutasse Baronius allegata eadem S. Euthymii Vita, ubi dicitur, quod Tyrannidem invadens *Basiliscus, conciliabulum fecit adversus divinam Synodum Chalcedonensem*: quo quidem nitens pars eorum qui erant schismatici in sancta civitate, cum sibi *Gerontium præfecissent Archimandritam, multa innovat adversus ecclesiam, nec minora iis quæ prius ausus fuerat Theodosius. Ego in ea quam vere Cyrillus scripsit Vita hoc non reperio; in alia autem, quam apud Lipomanum Latinam vidit Baronius, quamque etiam ex Florentina S. Laurentii bibliotheca descripsimus, non lego quod schismatici *Gerontium istum adversus Anastasio in Sedem Patriarchalem extulerunt* (sicuti rem explicat Baronius) sed quod eum in *Archimandritam* sibi constituerunt, eoque duce haud leviora ausi sunt contra Ecclesias, quam facta fuerant sub *Theodosio*. Monachorum ergo factio illa fuit, qui, rejecto jugo legitimorum suorum Abbatum, *Gerontium* sibi constituerunt Abbatem, non vero etiam Patriarcham; qui erat mansitque *Anastasio*. Hic vero (sive in fide constitit, sive ad extremum imbecillitate aliqua lapsus est), quinto anno post ista obiit, ut habent Græca interpolata, vel (ut melius habet Vita per Cyrillum) sexto anno post dormitionem magni *Euthymii, consummatus est Christo*, idque initio Julii mensis, non vero *Januarii*, sicut habet eadem interpolata Vita: atque adeo anno CCCCLXXIX.*

106 In quibus ne contradixisse sibi Cyrillus videatur, operæ pretium fuerit genuinum contextum exhibere, qui est talis. Τοῦ πρώτου ἐννιαυτοῦ πληρομένου, ἀπὸ τῆς τοῦ μεγάλου κοιμήσεως, ὁ εὐσεβέστατος Λέων ὁ βασιλεὺς, Λέοντα τὸν ἔργον αὐτοῦ, κοιμῶν ὑπὸν ὄντα, διάδοχον τῆς βασιλείας ἐπιλέψας, ἐτελεύτησεν ὃν τινα ἐπὶ ὀλίγους μῆνας τῇ βασιλείᾳ ἐπέχρησαντα, Ζήνων ὁ γεννήσας αὐτὸν διεδέξατο τελευτήσαντα. Τότε δὲ

Βασιλικὸς τις τυραννίσσας ἐπὶ τὴν Ἰσαύρων φυγόντος, τὴν βασιλείαν ἀρπάσας, ποιῆ ἐγκύκλιον κατὰ τὴν ἐν χαλκηδόνι σύνοδον. Ἐπὶ δὲ ἕκτῃ τῆς κοιμήσεως τοῦ μεγάλου Εὐθυμίου χρόνῳ ὁ μὲν ἀρχιεπίσκοπος Ἀναστάσιος ἐτελεύτησεν ἐν χριστῷ ἐν ἀρχῇ τοῦ Ἰουλίου μηνός. Ζήνων δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν βασιλείαν ὑπέστρεψεν Βασιλισκὸν χειρῶσπαρμος. Ἐλατὸ πρώτο post Sancti obdormitionem anno, piissimus Leo Imperator nepotem suum Ivanem, admodum juvenem, successorem relinquens obiit: hunc vero paucis mensibus in regno superstitem mortuumque excepit pater ejus Zenon. Tunc Basiliscus quidam tyrannidem invadens regnumque in Isauriam profugi rapiens, encyclicam contra Chalcedonensem Synodum facit. Sexto autem post mortem magni Euthymii anno Archiepiscopus Anastasius obiit initio mensis Julii: Zeno vero ad Imperium rediit, redacto in suam potestatem Basilisco. Quæ si ita accipias, ut prius obierit Anastasius quam restitutus est Zeno, perplexam reddent Chronologiam: nam ex epistola Simplicii Papæ ad eundem Zenonem gratulatoria, data viii Idus Octobris post Consulatum Basilisci et Armatii, constat eam restitutionem pertinere ad ann. Christi CCCCLXXVII; siu autem referas ad ea quæ sequuntur de ordinatione Martyrii, solum significabunt hanc esse factam, cum jam restitutus esset Leo. Sic ergo intelligo; atque Anastasio in suo Patriarchatu assigno viginti integros annos licet Nicephorus octodecim dumtaxat numeret. Theodoricus de eo scribit, quod fuit Vas omni virtutum charismate plenum, pauperibus munificus et coritativus, completoque ministerio suo in pace quievit.

XLVI MARTYRIUS.

Cum Leo pius et Christi amans Marciani successisset Imperio, id est anno Christi CCCCLVII, *Timothens* quidam cognomento *Ælurus* totam conturbabat Alexandriam. Hac ergo occasione, duo quidam *Anachoretæ*, quibus nomen erat *Martyrius* et *Elias*, unus quidem Cappadox, alter vero Arabs, profecti ex monte Nitriæ, ad magnum illum veniunt *Euthymium*, et unusquisque illorum in cella separata apud illum longo tempore sunt versati... Prævidit autem magnus *Euthymius* perspicaci oculo ea quæ eventura ipsi erant, fore scilicet ut unusquisque eorum *Jacobi*, inter Apostolos præclari, Sedem obtineret. Postea *Elias*, cum descendisset in *Hirricho* ædificavit sibi cellam ante civitatem, quæ accessionibus ab eo factis paulatim dilatata, transmutata est in ea quæ nunc videntur monasteria, inquit *Cyrillus* in Vita *Euthymii* n. 95. *Martyrius* autem speluncam quamdam ad Occidentem, quæ quindecim stadiis distat a *Laura*, ingreditur; et cum satis temporis in ea mansisset, magnum quoddam et insigne illic quoque construit monasterium.

108 Utrumque ut jam vidimus, *Euthymio* mortuo assumpsit *Anastasio* Patriarcha et Presbyteros ordinavit: mortuo autem ipso *Anastasio*, Sedi Hierosolymitanæ successit *Martyrius*, qui ad ipsum Imperatorem *Zenonem* et *Acucium* Episcopum Constantinopolitanum scribit de schismaticis, et illorum vitanda blasphemiam. Postea S. *Euthymii* *Laura* conversa in cænobium est: cujus ædificio absoluto, descendit illic *Archiepiscopus Martyrius* cum multo comitatu, et præchuram ibidem egit synaxim et cum lampodibus ac suffibus copiosis splendidam Dedicationem fecit, deponens sub ara quasdam partes *Reliquiarum Turaci, Probi, et Andronici Martyrum*, vii die mensis *Maji*: erat vero jam xii annus post decessum *Euthymii*, id est annus Christi CCCCLXXXIV. Interim schismatici sub *Gerontio* *Archimandrita* monachi S. *Marciani* industria ad Episcoporum, a quibus defecerant, communionem adducti sunt: Quos excipiens *Archiepiscopus* jussit faces accendi in sancta *Resurrectionis* ecclesia, et magnificam

Anno 457 in Palestnam veniens,

ibi monasterium condit,

dein Patriarcha dicitur cænobium S. Euthymii

et turbas passus a schismaticis,

obiit an. 479,

post Zenonis restitutionem in Imperium.

A magnificam celebravit festivitatem, cum universa multitudine monachorum et civium, excepto Gerontio Archimandrita, qui jam quadragesimum quintum annum B. Meluniae monasterium gubernabat, atque Romano qui apud Thervam monasterium construxerat: qui ambo vesanae suae pertinaciae inhaerentes, e suis denique monasteriis ejecti, et hac illacque oberrantes, denique excommunicati obierunt. En iterum praenominatum in Anastasio Gerontium, absque ullo invasae ab eo Cathedralae indicio.

gaudet reductione schismaticorum,

et moritur an. 486.

109 Denique in Vita S. Sabae cap. 38 legimus, quod eodem Saba jam quadragesimum octavum aetatis suae annum agente, Patriarcha Martyrius, anno sui Pontificatus octavo, excessit e vivis; et quidem, uti in Commentario praevio ad vitam S. Euthymii Henschenius, xiii Aprilis indictione ix; quae nobis ann. Christi cccclxxxvi denotant; nam et S. Sabas natus erat mense Januario, Theodosio xvii Consule id est an. cccclxxxix, Baronius ad an. 485 quo obiisse Martyrium statuit, iudicat non esse audiendum Evagrius, ex Zacharia Eutychemo assumptem, quod Martyrius Episcopus Hierosolymorum ad Petrum, Alexandrinae urbis Episcopum haereticum, Synodicas suos misit. At nondum hic Petrus pro tali se gerebat; cum autem Evagrius addat, quod postea quidam ab ejus communione se abjunxerunt, ac tum demum Petrus Chalcedonensem Synodum publice anathematizavit; non magna Martyrio infamia fuerit cum eo qui adhuc latebat communicasse, si modo nequitia cognita ab eodem recesserit, quod praesumere licet. Theodoricus sic scribit: *Martyrius, sanctus Patriarcha, admirandis virtutibus et miraculis late claruit, gregem sanctum sibi commissum devote regens; multosque perfidos gentiles (melius dixisset, haereticos) sua praedicatione convertit: ad Christum denique feliciter migrans a seculo, aeternaliter cum Christo regnat: quae utinam ab antiquiori auctore haberentur!*

XLVII SALUSTIUS.

Ordinatus an. 486.

Sedem post Martyrium accepit SALUSTIUS, inquit Cyrillus in Vita S. Sabae, anno ut jam diximus cccclxxxvi; ubi consequenter legi potest, quomodo apud ipsum accusatus a quibusdam suis monachis Sanctus, quasi praenimia simplicitate ineptus ad regimen, justo Salustii iudicio defensus fuerit. De eodem legitur apud Nicephorum Callistum lib. 17, c. 22, quod minime credere volens quae de Barsanuphio apud Gazam incluso famam vulgabat, postquam perfodere donniculum ubi homo Dei habitabat jussit, ignis alicunde exortus omnes combussisset nisi sibi fuga consulissent. Evagrius quidem multo antiquior scriptor Eustochium nominat, annis post Salustium pluribus quam quadraginta inductum in Sedem, et conveniunt tempora Justiniani Imperatoris. Rationibus tamen chronologicis convictus ad xi Aprilis, censui fieri non potuisse, ut usque ad Eustochii aetatem vixerit Barsanuphios, multumque fore quod Justiniani tempora, anno dxxvii regnare exorsi, attigerit centenarium major. Neque adhuc mentem muto, solum cupio mutatos annorum numeros, quos Salustio Eustochioque adscripsi num. 3, deceptus per tabulas Theophani insertas. Licet enim eas suspectas habendas nossem, juxta Tractatum meum praelimum ad tomum 3 Martii, sequi tamen debui, quia alium nullum tunc habebam potiore auctorem, et cum tabulis faciebant numeri annorum, apud Nicephorum Constantinopolitanum singulis adnotati, atque a Sophronio qui obiit anno dcccxxxviii sursum ducti.

Barsanuphii Reclusi propositum explorat:

111 Idem Constantinopolitanus Nicephorus de Salustia ait, quod ab eo separatus est Romanus Episcopus propter Edictum concordiae a Zenone editum. Edictum hoc fuerat anno cccclxxxii, eique acriter se

opposuit S. Felix Papa III, anno mox secuto ordinatus, quamdiu in Petri Cathedra sedit, id est usque ad an. ccccxcii. Quod si verum est ab eo excommunicatum fuisse eadem ex causa Salustium, neque id potius in Martyrium cadit; dicendum erit separationem ejus haud diuturnam fuisse. Laudatur enim in Vita S. Sabae Salustius, quod cum Anastasius post Zenonem suscepisset Imperium, ut fecit anno ccccxcii, et schismata cum summa impudentia loquerentur adversus Ecclesiam, volens liberare Fratres ab illa tempestate, primum quidem constituit ut S. Marciarius eis praesent: uliquanto vero tempore interjecto aegrotans et corpore male affectus, communi suffragio omnium qui ad se convenerant ex solitudine, statuit ut monasteriis quae erant circa sanctam civitatem praesent Sabas et Theodosius; atque hic quidem iis qui communiter vivebant, ille vero aliis qui cum nullo omnino congregiebantur et erant prorsus separati.

D AUCTOR D. P.

monasteriis contra schismaticos prospicit,

112 Fuit hic extremus Salustii morbus, quo et obiit, expletis Patriarchatus annis vii ac iii mensibus, xxiii Julii, aetatis S. Sabae anno lvi, Christi ccccxciii, juxta Henschenium nostrum in prolegom. ad vitam S. Euthymii. Theodoricus Pauli hujusmodi elogium ei textit: *Vir sanctus et Catholicae fidei extitit praecellissimus propugnator, atque tam vita quam eruditione sanctissimus: quique Jubilaeum suae ecclesiae cum omni humilitate et devotione celebrans, quemdam leprosum solo osculo sanavit, et tandem in Christo conquievit. Credat de miraculo qui volet, de Jubilaeo saltem nemo negaverit figmentum esse, ex posteriorum seculorum usu sumptum.*

et moritur an. 493.

E

XLVIII ELIAS.

Postquam Salustius migravit ex hac Vita, in Sedem illius evehitur ELIAS, cujus in Vita S. Euthymii saepe memini, inquit Cyrillus. Ubi autem factus est Hierosolymorum Episcopus, statim omni studio contendit, ut circa se congregaret bonos Monachos sanctae Resurrectionis, circa turrin David dispersos in aliquibus cellis: monasteriumque construxit apud Episcopatum, et cellas aedificavit ad illos excipiendos, unicuique eorum, qui conveniebant, abunde suppeditans necessaria. Haec dum agerentur Anastasii Imperatoris anno tertio, gravis seditio incidit inter eos qui ecclesiis praerant, Romanis Pontificibus Byzantinos rejicientibus, propter Acacii nomen retentum in diptychis, Byzantinis vero Alexandrinos non ferentibus eo quod Chalcedonensem Synodum execrabantur. Cum ergo inter eos magna esset dissensio, Elias qui praerant Palaestinae Ecclesiae, solius Euphemii, qui Constantinopoli erat, amplectebatur communionem; Euphemio autem propter rectam fidem ejecto et Macedonio substituto, cum iis qui Euphemium Sede expulerunt communicare non sustinuit; quod initio quidem turbavit Imperatorem... postquam autem intellexit Flavianum Antiochia Episcopum idem sentire cum Elia, acri ira percitus utrumque damnavit exilio et magnam Ecclesiis concitavit tempestatem. Quod cum rescivisset Elias, Sabam tunc in anno aetatis lxx constitutum (unde intelligas acta haec esse anno vulgaris aerae dxxviii) cum altis legatis misit ad Imperatorem cum epistola his verbis concepta: *Habitatores Eremiti et Sabam cum eis, qui est Caput Eremiti, ad tuam Potentiam mittimus Legatos pro Ecclesiis. Tu autem eorum laborem reveritus et sudores Dei causa susceptos, o Imperator, fac ut cesset bellum adversus Ecclesiam, et ne sinas malum progredi ulterius.*

Varie divisam ecclesiam Elias Euphemio CP. adhaeret,

F

et Flaviano Antiocheno;

114 Ivit Sabas, aegreque ad alloquium receptus, ita causam egit, ut non solum latam contra Eliam sententiam resciderit Imperator, sed etiam Patriarchae magis caverit, jussissetque eum in sua Sede retineri, a qua scilicet expellere eum nitentur adversarii, Sidone ad pseudo-synodum jussu Imperatoris congressi,

hoc ejecto etiam ejicitur,

A. gressi. Sed cum id denique expulso Flaviano, Severum Caput Acephalorum intrusissent in Sedem Antiochenam, missasque ab hoc Synodicas non recepisset *Elias*; misit Imperator cum copiis Olympium, qui cum primum Hierosolymam ascendit, *Eliam* de Sede depositum expulit in exilium; Joannem autem, filium Marcioni, qui Severi confessus erat communionem, Chalcedonensem vero Synodum anathematizaverat, in illius locum posuit.... Sed egregius pro fide pugil Sabas ad periculum accurrens, novum Patriarcham adeo feliciter aggressus est, ut ipsum a Severi communionem ad Chalcedonensis Synodi professionem adducens, irritos effecerit impiorum adversus Ecclesiam conatus. Deinde cum annum ageret LXXX (quod annum Christi DXXVIII notat) *ivit ad visitandum Eliam Patriarcham qui erat in exilio. Qui eo conspecto omnium præsentium laborum quodammodo est oblitus, et multos dies apud se retinuit, amice et sincere cum eo vitam agens. Cum itaque uno die venisset Sabas ut consueverat (is autem erat nonus Julii) cunctobatur egredi ad ipsum Patriarcham, usque ad mediam noctem; tum vero lacrymosos habens oculos et acerbe ejulans, Hen! Pater, inquit Sabam intuens, hoc hora mortuus est Imperator Anastasius, et oportet me quoque omnino decimo die post eum excedere, ut causam nostram agamus ante horribile tribunal.... Et mors quidem Imperatoris statim fuit audita: deinde etiam vita excessit Patriarcha sicut prædixerat. Ergo die XIX Julii, non autem IV, quando eum cum S. Flaviano Antiocheno, similiter mortuo in exilio, Romano hodierno inscripsit Baronius, absque ullo quem quidem nominet auctore. Certe *Elias* Latinis Græcisque factis ignotus fuerat hactenus, *Flavianum* vero non nisi in solo Claromontani Collegii Synaxario invenimus idque ad XXVII Septembris.*

exul visitatur a S. Sabas,

et ut prædixerat moritur 19 Julii an. 518.

B

115 Omnes porro anni *Eliæ*, a die Ordinationis usque ad obitum, fuerunt triginta, non omnino integri: ex quibus Nicephorus solos XXIII relinquit ejus Patriarchatui, quasi supponat depositionem ejus anno DXXII accidisse, quod nequaquam absimile vero esset, si cetera cohærent. Verum idem Nicephorus successori Joanni solum dat XI annos: hic autem primum obiit anno DCCXIV, unde sequeretur *Eliam* primum fuisse depositum anno DXXII, sed exigua hæc est differentia. Theodoricus Pauli, omnium hactenus relatorum ignarus, quia necdum prodierant Sanctorum Vitæ unde talia sciri poterant, hoc brevi elogio et ad libitum fabricato, absolvit eum, dicens: quod *Vita doctrina et miraculis illustris multos perduxit ad fidem Catholicam.*

XLIX JOANNES II.

Ut depositum a Sede Patriarchali *Eliam* pro eoque JOANNEM constitutum audit B. Sabas, nihil cunctatus, assumpto sacro Monachorum exercitu irrumpit in certamen; et... in Joannem incidens novum Patriarcham, testificatur atque denuntiat, ne Severum admittat in communionem, sed tueatur Synodum Chalcedonensem et pro ea ad sanguinem usque periclitetur: quod ille mox fecit, reveritus protestationem Potrum, et conventorum cum Olympio oblitus. Propter hæc iratus Imperator, abdicato Olympio, magistratum tradit Anastasio, eumque totius Palæstinæ Ducem constituit. Hic vero quam velle Hierosolymam veniens, ne verbo quidem dignatus Patriarcham, statim eum conjecit in carcerem, impudenter mandans ut Synodo Chalcedonensi abdicato Severi communionem amplecteretur. Sed ille callide subterfugit necessitatem, pollicitus omnia se ex Ducis voluntate facturum prompte, modo sibi a custodia libero saltem biduum concederetur, quo videri posset, non ex coactione, sed sua sponte fecisse Imperatoris mandatum. Sic dimisso extra carcerem Joanne, nocte

Per S. Sabam deductus ab hæresi.

una convenit multitudo monachorum, tamquam in templo Protomartyris Stephani Synaxim octura; aderat autem etiam Dux. ut eo teste Chalcedonensis Synodus abrogaretur. Tum vero ascendit in suggestum Joannes, utraque manu tenens Sabam et Theodosium pictatis propugnatores. Cum autem se sustinisset aliquantulum, visus est sensim aulire susurrantem multitudinem et dicentem, quod oporteret anathema dicere non recte sentientibus. Hoc ergo ille pro dato divinitus signo accipiens, et cor fiduciam plenum habens, una cum multitudine exclamavit: Si quis eo sentiet quæ Eutyches, Nestorius et Severus, anathema sit. Tunc enimvero Dux deceptum se sensit, et unanimum populi conspirationem formidans silentio fugit abiitque Cæsaream.

D eidem publice anathema dicit:

117 Sabas vero non ignorans, quomodo his auditis commovendus esset Imperator, sumpto communitate consilio sic ad eum scripsit, ut is, barbarica quadam expeditione occupatus, dissimulandum sibi ad tempus putarit. Interim, propter injustum *Eliæ* exilium, fomes quædam et necessariorum omnium verum caritas siccitasque, et locusta, et aliæ graves plagæ integris quinque annis oppresserunt Palæstinam.... Expleto autem jam quarto anno, interpellatus a Monacho Sabas, suæ primam lauræ, deinde et aliis circum monasteriis pluviam impetravit; Joannes autem Hierosolymitanus, seditionem vulgi egentis metuens, obibat sollicitus, puteos fodiens, et humiliora quæque loca proscindens, nihilque omittens quo communi succurreret necessitati: sed frustra. Cum erga secleret mastus et consilii inops; accessit ad eum solatii causa amicus quidam, Summus nomine, indicavitque de pluvia quæ deciderat ad sancti Sabæ preces, vehementerque suadet ut eum ad se accersat. Quod cum fecisset, senemque exorasset, post supplicationem triduanam, circa primam noctis vigiliam, conversis repente nubibus, et aere ex nimia serenitate in subitam caliginem mutato vehemens erupit pluvia, quæ replevit aqua fontes et torrentibus fluenta reddidit, ac totam civitatem excitavit ad gratias Deo uno ore animoque agendas.

quinto siccitatis anno pluviam impetrat:

118 Sublato deinde e vivis Anastasio Imperatore, cum successisset Justinus an. DXXVIII, Orthodoxis licuit liberius agere; et Joannes, congregata contra Severum Hierosolymis Synodo, ea fecit et scripsit, quæ in Historia ecclesiastica atque Conciliorum Actis licebit legere; insigni suo pro re Catholica zelo meritis, ut apud Hormisdam Papam pro eo intercederet Justinus, sollicitus quidem pro unione omnium Ecclesiarum, sed Hierosolymitanæ imprimis, cui omnes favorem impendunt quasi matri Christiani nominis, ut nemo audeat ab ea sese secerare. Porro cum magno Sabæ ad annos octoginta sex præcessisset ætas, ageretur autem Christianæ æræ annus DCCXIV, decessit Joannes, relicto successore Petro viro insigni. Decessit autem XXII Aprilis, juxta Henschenium in Prolegomenis ad Vitam S. Euthymii n. 15 et tertio post anno Justinus Imperator, valde jam senex et morbo oppressus, Justinianum patrualem pro se constituit Imperatorem anno DCCXVII; quæ uti in S. Sabæ vita habentur, ita cum omni temporis illius historia conveniunt optime, totamque horum Patriarcharum successionem et chronologiam reddunt indequaque indubitabilem.

E

F

119 Theodoricus Pauli, nescio quo abreptus errore, in Chronico universali huic Joanni applicavit, quod sub ipso facta est inventio Sanctorum Stephani, Gamahelis, Nicodemii et Abibon, quodque ex Regulo S. Basilii an. Domini CCCXXII scripsit Caprusio Carmelitæ discipula suo qualiter viveret. Eadem de Regula repetit in libro Bellorum Dei ad Joannem Cyrilli successorem, quem etiam scripserat ab Adriano Papa primo ordinatum. Ita vir optimus intricavit sese, dum sese aptare nititur eorum voluntati, qui de Joanne, ut volebant, suo, tam incongrua suggererant.

Circa eundem error Theodoricus.

moritur an. 524.

A bant. Multo sane fuerat facturum consultius, si de Carmelitis non fuisset locutus ante seculum XII; prout faciendum ei suggerebat Catalogus, ab ipso initio Chronici sui fol. xx descriptus. Eum non fuerit incongruum hic attexere, ut clarius appareat, hunc scriptorem nihil suo examine ac iudicio discrevisse, sed simpliciter transscripsisse omnia quæcumque putabat servire posse intento suo, quod erat Chronicon universale contexere. Multa quidem animadversione et correctione eget Catalogus iste, sed id hujus loci non est; quare eum, ut invenio, sub ejusmodi cautela accipe.

Ex hoc Catalogo Ordinum religiosorum.

Ordo Eremitarum capit anno Domini CCLXXXIX.

Ordo Regularium capit A. D. CCCC vel....

Ordo B. Benedicti anno DXXXI.

Ordo Cluniacensis anno MLXXXIV sub Odone.

Ordo Cisterciensis A. D. MCXXI.

Ordo Templariorum anno MX.

Ordo Præmonstratensis A. D. MCXX.

Ordo Hospitaliarum anno MCXXI.

Ordo Joannitarum anno MCXL.

Ordo Dominorum Teutonicorum MCXC.

Ordo S. Trinitatis anno MCXCVII.

Ordo de Sepulcro Domini anno MCXCVII.

Ordo Prædicatorum A. D. MCCIII.

Ordo Minorum A. D. MCCXVI.

Ordo Cruciferorum anno MCCXVI, sed confirmatus anno MCCXLVII.

Ordo Carmelitarum anno MCLXXVI.

Ordo Augustinensium anno MCCXXIII.

Ordo Vallis Scholarium anno MCCXXIII.

Ordo Paulinorum anno MCCCX.

Ordo Celestinarum anno MCCCX.

Ordo Wilhelmitarum anno MCCCX.

Similis Catalogus dicitur esse impressus Florentiæ an. MDXIII die XX Januarii per Philippum Giunti, impensis totius Camaldulensis Ordinis, post Vitam S. Romualdi conscriptam a S. Petro Damiano, ubi similiter singulorum Ordinum notantur principia, et de Carmelitano hæc formalia verba leguntur, MCC Ordo Carmelitarum ab Alberto Episcopo Hierosolymitana. Apparet autem quod Catalogi auctor pro nihilo habuerit qualecumque principium ante acceptam Regulam, quæ veluti anima et forma est Ordinis cujuscumque, ut ipsi scriptores Carmelitæ loquuntur.

L. PETRUS.

C Joanni, ut jam diximus, hujus nominis secundo succedens PETRUS an. Chr. DXXIV, necdum quartum in ea Sede annum expleverat, quando obiit S. Theodosius Canobiarcha, de quo ad Vitam a Theodoro Petrarum Episcopo scriptam præfatur Cyrillus, quod mors ea contigit die XI Januarii Indictionis VII. XXII mense regnantis Justiniani, cum ille annum ferme centesimum suæ ætatis attigisset: cæperat autem regnare Justinianus in cœna Domini Kalendis Aprilis anni DXXVII, ita ut mensis ejus XXII recte nos ducat ad Januarii anni DXXIX, Petrus autem Archiepiscopus, intellecta ea morte, cum aliis quibusdam aliarum civitatum Episcopis, tum forte in sancta civitate præsentibus, festinavit ad monasterium ut exequias celebraret, sicut testatur Theodorus prædictus, πνεύματος, id est Optimum seu Præstantissimum, appellans Petrum. Auctor vero alterius Vitæ, quæ Latine extat edita, laudat ut virum, cujus magna quidem fuit fama, famam autem superabat virtus.

121 Post Theodosium an. Chr. DXXXI moritur etiam S. Sabas v. Decembris Indictione X, ætatis suæ an. XCIV: cujus exequiis cur non dicatur nominatim idem Patriarcha intervenisse, sicut in genere diei-

tur de omnibus quotquot erant Episcopis, incompertum mihi est; honestius hoc certe ei fuisset, quam quod paulo post decipi se siverit ab Origenistis in præjudicium Sabaitarum; persuasus ab illis, ut Petri Alexandrini, et Joannis, cui cognomen eret Strongylus, susciperet communionem. Quanta line mala obvenirent sanctissimæ illi Lauræ pathetice satis describit Cyrillus; neque iis finis obtigit quamdiu in vivis fuit Petrus. Qui iterum facilitate nimia adduci se passus est an. DXXXV, ut Anthimum Trapezuntinæ civitatis Episcopum pateretur ad Sedem Constantinopolitanam transferri, contra quam Canones permittant, enque meruit ab Agapeto Papa per epistolam quæ extat redargui, quod istud opus, ita aperte contrarium decretis Patrum, non solum ad notitiam Apostolicæ Sedis adducere neglexit, sed et reprehensibili consensu confirmavit. Vidit igitur, et pro sua naturali bonitate etiam approbavit, deposito Anthimo susceptum anno sequenti DXXXVI S. Mennam; ab eoque cum omni reverentia accepit Concilii Constantinopolitani Acta, et suam mox ipse quoque Synodum coegit XIII Kalend. Octobris Indict. XV jam inchoata, assentientibus Sacerdotio suo sanctissimis Episcopis trium Palæstinæ sub sanctis locis venerabilissimæ Synodi existentibus, qui omnes subscripserunt Actis, hæreticorum damnationem continentibus, numero quadraginta quinque Episcopi.

122 Anno DXLII Basilio V. CL. Cos. cum Paulus Episcopus Alexandrinus, incautus agens, propter cædem, ipsius jussu ut ferebatur patratam (quod tamen negabat ille, sed negare non poterat occisionem dedisse) judicatus esset irregularitatem incurrisse, et Gazam in exilium relegatus; per Pelagium Apostolicæ Sedis Legatum, Imperatoris mandata ferentem, jussus est Petrus Gazam transire, unaque cum aliis duobus Episcopis Palliam auferre Paulo, eumque depouere, ut scribit Liberatus. Hoc sine dubio mæstissimus fecit si vere orthodoxus, Paulus iste fuit, ut credidit Liberatus: sin autem hæreticus, eoque damnatus quod Dioscori hæretici prædecessoris sui Depositionem celebraret, sicut scribit Victor Tunenensis, aut Severi Acephalorum Principis, ut habet, Theophanes; non erat quod ei compateretur. Hac occasione contigit Pelagio tradi a monachis Hierosolymitanis excerpta quædam ex Origene Capita, quæ petebant Imperatori damnanda proponi: eoque libenter annuente, quippe qui gaudebat in talibus causis ferre judicium, dictata est a Menna Archiepiscopo CP. anathematis sententia, quam ceteri Patriarchæ atque cum iis Petrus accipientes subscripserunt, teste eodem Liberato. Sed hoc in Ecclesiæ scandalum vertit; in talibus enim fori non sui causis factus inde audacior Justinianus Imperator, sicuti strictim ad aa. 546, num. 6 scribit Baronius, promulgavit edictum adversus tria Capitula Sacra sancti Concilii Chalcedonensis, ex sententia Theodori Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ, qui in odium Pelagii prænotati, cujus opera damnatus fuerat Origenes cui suis erroribus Imperatori suggessit de damnando Theodoro Mopsuesteno cum epistola Ibræ et scriptis Theodoretæ adversus duodecim Capitula Cyrilli, fore pollicitus, ut si id fieret, omnes Acephali adversarii Chalcedonensis Concilii, illud mox suscepturi essent.... Imperator autem sciens ejusmodi constitutiones nullarum esse virium, nisi ab Episcoporum subscriptione auctoritatem acciperent, primum omnium Apostolicæ Sedis Apocrisiarum Stephanum ut id faceret rogavit; sed nihil apud eum profecit: alios autem Patriarchas obsequentes sibi vel invenit vel fecit: sed frustra. Nam Mennas Constantinopolitanus fraude inductum se protestatus est, Zoilas Alexandrinus vim sibi factam excusationi prætexuit, Ephraïmus Antiochenus denunciatis depositionis futuræ ruinas succubuit. Quid autem Petrus Hierosolymitanus?

D AUCTORE D. P. PAVI AN. 531 DCEPTUS AB ORIGENISTIS,

Iterumque an. 535,

resipiscit et hæreticos damnat an. 536.

E

an. 254 deponit Paulum Aler.

F

subscribit edicto Justiniani contra 3 Capitula,

Ordinatus an. 524,

sepellit, s. Theodosium an. 529

A *Hiersolymitanus? Publica notitia refert, inquit Facundus, Hieruiianensis in Africa Episcopus, quod conveniunt ad se multitudinem monachorum juratus pronuntiavit, quod si quis eidem decreto munus consentiret, contra Chalcedonense Concilium faceret: nec tamen se ab ejus consensione suspendit. Hoc autem velut hereditarium prima illius mulieris cognovimus esse contractum, quæ prius interdictum sibi fuisse respondit, ne de ligno quod erat in medio Paradisi comederet, et postea quod ipsa illicitum pronuntiaverat usurpavit, ac viro ut comederet persuasit.*

et juxta prophetiam Georgii Sincitir,

123 Credibile est tamen Petrum, qui aliis Patriarchis fuerat socius in culpa, mox ubi sententiam Romani Pontificis intellexit, fuisse eidem participem in pœnitentia. Sane de pia ejus ac felici morte bene facit sperare, quod in Prato spiritali c. 117 narratur de Georgio Abbate montis Sinai, qui desiderio magno incensus ultimam Communionem Paschalem sumendi Hierosolymis in sanctæ Resurrectionis ecclesia, inventus est prope Archiepiscopum B. Petrum, qui præbuit tum illi tum Presbyteris sanctam Communionem: visus autem Patriarchæ et assessori ejus Mennæ, imo etiam huic locutus, cum salutasset synaxes, adorato sancto Monumento, inventus est in cellula sua: querenti autem Patriarchæ, qui eum jussit ad cibum secum sumendum remanere, quod non parvisset: purgavit seipsum Senior, scribens ac dicens; Absit a me, mi Domine sanctissime, ut sanctum Angelum vestrum contempserim. Scripsit autem idem Georgius Abbas et hoc ad eum: Ut sciat Beatitudo vestra, post sex menses Christo Domino ac Deo nostro simul occurruri sumus, et illic adorabo vos. Egressi itaque Presbyteri dederunt Patriarchæ litteras, dixerunt autem et hoc ei, quoniam senex multos annos habebat quod non venerat in Palæstinam... Sanctus vero et mitissimus Petrus, asserbat testes eos qui tunc assuerant Episcopos et Clericos... Postquam igitur impleti sunt sex menses, requieverunt in pace Senex et Patriarcha juxta ipsius Senis prophetiam. Nicephorus in Chronographia Petro annos xx dat, membrana vero Rubeana 'xx' qui potuerunt pro 'xx' irrepisse: et sic viam tenendo mediam, ut anno sui Patriarchatus XXI necdum ad medietatem producto obierit Petrus, ab Aprili an. 544 exeunte deducimur ad finem Septembris an. 545, quo Pascha celebratum fuit xxvii Martii.

moritur an. 544 in Septembri,

C non autem 546

124 Baronius omnia ad ann. 546 distulit: quippe qui eo anno promulgatum credidit Justiniani Edictum, cui cum subscripserit Petrus non potuisset biennio citius obiisse. Verum neque in ipso quod habetur Edicto, neque in Liberati Breviario de causis Nestorianorum et Eutychianorum, neque in Facundi Hermianensis libris pro defensione trium Capitulorum, quidquam invenio, quod annum istud indicet; Vigili autem Papæ profectio Constantinopolim an. 547, non modo eum non probat, sed econtra suadet longe plus temporis interponendum esse, ut post congruas ultro citroque deliberationes pro sedandis turbis ex ejusmodi Edictis concitandis, quæ denique in apertum schisma erumpentes Occidentalem Ecclesiam ab Orientali dividerunt, necessarium judicaverit Pontifex ipse ad Imperatorem se conferre, plus nimio sibi ecclesiasticas causas atque res fidei arrogantes. Quare, salvo semper respectu tanti viri, audeo ab ejus opinione recedere, et Edictum Imperatoris ad ann. 543 retrahere, ut eo quem Nicephori chronologia exigit anno obierit Petrus; cujus apud Theodoricum Pauli hoc invenitur elogium. *Iste felix Patriarcha vivit in omni puritate mentis et corporis, fuit vero castissimus, in omni humilitate et pietate vivens, compatiens, pius, et misericors; tandem æternæ felicitatis bravium ex meritis adipiscens regnavit cum Christo.*

LI. EUSTOCHIUS.

D

P *ost Petrum MACARIUS ordinatus est; sed prius quam ab Imperatore confirmaretur, expulsus e cathedra sua: dicebatur enim Origenis dogmata sustinere: post eum autem Episcopatum suscepit EUSTOCHIUS. Ita Evagrius Scholasticus, ejusdem seculi scriptor lib. 4, cap. 37, qui deinde cap. 38 narrat, quomodo, cum assertores dogmatum Origenis in monasteriis Palæstinæ, præsertim in ea quæ Nova laura dicitur, quotidie invalescerent; Eustochius omni studio in id incubuit ut eos expelleret; eodemque accedens omnes ejecit procul amandatos, tamquam communem perniciem hominum. Ita impletum est quod S. Cyriacus Anachoreta, consulenti se per Cyrillum S. Joanni Silentario, futurum prædixerat; et Nonnus quidem, totius mali inceptor paulo post turpiter periit, Georgius vero, qui Præfecturam monasterii invaserat, fœda cum nota est eliminatus, accusatus libidinis quam vel nominare linguam polleat, sicut in Vita S. Sabæ scribit idem Cyrillus. Reliquorum exulum patrocinium Constantinopoli suscepit Theodorus, Cæsareæ in Cappadocia Episcopus. Cum ergo hic Palutium conturbaret, et id quod ab Eustochio gestum erat, meram impietatem atque injustitiam vocaret; missi sunt Constantinopolim ab Eustochio Rufus Abbas monasterii Theodosii, et Conon Abbas monasterii Sabæ, qui tum virtutis suæ causa, tum ob monasteria quibus præerant, principem locum inter Solitarios obtinebant.*

Pulso Macario ordinatus an. 544,

Origenistas pellit ex monasteriis.

E

126 Hac occasione primo motam fuisse quæstionem de tribus Capitulis, Theodoro Cappadocæ alio causam tradente, scribit idem Evagrius: sed hoc jam ante factum esse, cum adhuc Petrus esset Episcopus, necesse est; siquidem is vere subscripsit Justiniani contra eos decreto, prout dicit Facundus Hermianensis. Malim igitur credere Theodorum, eadem arte, qua se ultus erat de Pelagio Romanæ Sedis Apocrisario, cujus ex Palæstina reversi suggestionem Origeniana dogmata damnata fuerant; etiam usum esse contra Eustochii legatos, effecisseque ut iis Imperator Edictum suum acceptandum offerret. Quod cum illi recusarent, tamquam rem ecclesiasticæ normæ contrariam, et in causa Imperatoris arbitrio nequaquam subjecta; Synodum convocavit Justinianus, quæ an. 547 celebrata, postmodum etiam a Romano Pontifice approbata, obtinuit ut legitima et œcumenica haberetur, quinta in ordine aliarum generalium Synodorum. Non adfuit Synodo isti Eustochius, quam tamen ipso Hierosolymitanam Sedem tenente celebratam expresse Evagrius asserit. An suos ibidem Legatos habuerit per eosque subscripserit, incertum est: neque enim quisquam aut ipsius aut Romani Pontificis nomine signasse ait. Acta tamen Synodi accipiens, suam etiam ipse Hierosolymis coegit, in qua, uti dicitur Act. 1 Concilii Nicæni II, quotquot erant Palæstiniorum Episcopi, manibus et pedibus et ore sententiam et statutum Synodi confirmare; nisi quod Alexander Episcopus Abyles contrarium sensit, quomobrem Episcopatu exutus Byzantium se recepit.

Non adfuit Synodo CP. an. 553,

F

127 Nicephori Chronologia, Macario duos annos, Eustochio unum, Macario iterum quatuor assignat. Sed incredibile est duobus annis a Macario Episcopatum gestum absque assensu Imperatoris, et hoc quoque dato, non potuisset uno solum anno sedens Eustochius pervenisse ad tempora Synodi quintæ. Utamque difficultatem tollet levis mutatio, si Macario antequam expelleretur, pro duobus annis, menses duos, μήνας β', dones; sic ut eodem quo electus est anno 547, expectarit confirmationem suam mensibus Octobri et Novembri, deinde vero sederit nova electione assumptus Eustochius: sederit autem

et post 2 annos suæ Sedis,

non

deponitur
an. 556.

A non ἔτος ἐν, sed ἔτη ἑνδεκά, annos undecim, sitque primum anno OLVI depositus, agente Theodoro Cæsariensi prædicto, qui ut loquitur Evagrius, cum Justiniano assiduus erat, eique fidus imprimis erat atque perutilis, seu verius perniciosissimus, ut qui optimum alias Principem ad res fidei per se tractandas impulerit, unde Liberato teste, publice clamavit aliquando se et Pelagium vivos incendendos, per quos hoc scandalum introivit in mundum. Latinus Patriarcharum Catalogus a Joanne II ad Zacharium transit, omissis sex mediis. Theodoricus duos interponit, Petrum scilicet, de quo supra, et inferius nominandum Joannem tertium: quid porro huic Eustochio factum sit ignoramus.

LII MACARIUS II.

Sedis post
restitutionem
annis 14,

MACARIO Hierosolymitanæ Ecclesiæ Sacerdotium possidente atque in propriam Sedem restituto, cum post depositionem Eustochii Origenem, Didymum atque Evagrium sub anathemate damnasset; Justinianus scripsit id quod Romani Edictum vocant; in quo corpus Domini incorruptibile appellat, et naturalium atque inculpabilium etiam passionum capax fuisse negat. Ita Evagrius lib. 4 cap. 39, non distinguens quanto tempore Eustochii depositio et Macarii restitutio præcesserit publicationem impii Edicti, factam anno DLXIII. Ego, si mihi liceat sicut cœpi pergere, et Eustochium Sedis suæ anno XI expulsum dicere, poterō Macaria, non solum IV, sed XIV annos invenire, quibus sederit, defunctus anno DLXX. Hoc modo nonum is egerit Patriarchatus sui annum, quando proliit Edictum; qui, qualiscumque fuerit cum morienti Petro subrogatus primum est, nunc saltem in recta fide stetit. Evagrius enim neminem excipit; sed cum dixisset universos Episcopos conspiravisse, ut ad furorem Imperatoris tantisper declinandum appellarent ad sententiam Anastasii Episcopi Antiocheni; subjungit, quod ad eorum depositionem processurus sacrilegus Rex fuerit, nisi plaga invisibili præventus ex hac luce migravisset XIV Novembris anni DLXVI. Est tamen unde suspiceris, non omnes constantiam æqualem tenuisse ad extremum, atque inter infirmiores fuisse Anastasium, solaque simplicitate animi Baronio excusabilem. Hic enim putat suspicionem ejusmodi satis fundari in eo, quod auctor Prati Spiritualis cap. 19 et 96, asserit, Abbatem Eliam et Julianum Arabem communionem Macarii subterfugisse, interimque excusari eum, quod S. Simeon in Monte mirabili (cujus Vitam dabimus XXIV Maji, quique hoc tempore vivebat) ab eodem Juliano quid agere deberet consultus; Ne recedas, inquit, neque te ipsum a sancta Ecclesia separes, neque enim illa habet male, gratia D. N. Jesu Christi. In Vita quoque S. Gregorii Agrigentini, qui XXIII Novembris colitur, crebra est Macarii mentio, veluti qui adventum sancti adolescentis in Hierosolymitanam ecclesiam divinitus cognoverit, ejusque ac sociorum nomina et vultum antea nusquam visum, ac denique Diaconum ordinaverit. Sed hæc Vita multæ fabulositatis suspecta nobis est, neque in testimonium sanctitatis pro Macario adducenda, donec se vero examine discussa fuerit.

LIII JOANNES III.

LIV AMOS.

LV ISACIUS.

Hos tres nobis suggerunt Catalogi Græci, apud Nicephorum et in membrana Rukæana, sic ut JOANNI

assignentur anni XXII, AMOS VIII, ISACIO etiam VIII, qui simul sumpti sunt anni XXXVIII, junctique anno DLXX, quo mortuum statuimus decessorem Macarium, pertingunt usque ad annum DCVIII. De JOANNE scribit Theodoricus Pauli, quod vir totus Ecclesiasticus, devotus et justus, præfuit Ecclesiæ Hierosolymitanæ in omni sanctitate, antecessoribus suis æquandus: qui cursu præsentis vitæ feliciter peracto, æternam vitam meruit intrare. Prætermittuntur ab eodem Theodorico Amos et Isacius, sed exiguo cum incommodo, quia elegia istæ ex conjectura sola composita videntur. Interim certa est ratio successionis. Etenim istius Amos (qui apud Nicephorum Callistum vocatur Neamus) epistolam aliquam ad S. Gregorium Papam vidi, nescio ubi, vilisse tamen notatum reperio in adversariis; cœpit autem S. Gregorius Romanum Pontificatum gerere anno nxc. Quod si ei scripsit Amos mox ut est Patriarcha constitutus, quemadmodum moris erat, scripserit anno DCCIII. Biennio ante, scilicet Guntramni Regis Francorum xxx, scribit Fredegarius, inventam esse Tunicam Domini nostri Jesu Christi, quæ eidem sublata est et a militibus qui eum custodiebant est sortita, prodente Sunone filio Jacobo: qui per duas hebdomadas multis cruciatibus affectus, tandem proficitur ipsam tunicam in civitate Zafad, procul a Hierosolymis, in arca marmorea positam esse: quam Gregorius Antiochenus, et Thomas Hierosolymorum (quod nomen Fredegario pro Amos obrepsit) et Joannes Constantinopolitanus Episcopus, cum aliis multis Episcopis, triduanum facientes jejunium, exinde condigne cum arca marmorea, levi effecta quasi ex ligno fuisset, ordine pedestri Hierosolymam cum devotione sanctissima perduxerunt; et eam in loco ubi Crux Domini adoratur cum triumpho posuerunt. Ea Tunica nunc Treviris religiose asservatur: sed quia ignoratur quomodo vel quando allata, invaluit opinio, S. Helenam, quam Treviris quoque natam fuisse volunt, ipsam misisse cum aliis Reliquiis: quod nequaquam crediderim. Qui enim inventæ ab ea Crucis Clavorumque adeo certam memoriam nobis reliquit Theophanes, non omisisset puto etiam meminisse Tunicæ, si ea tunc pariter fuisset reperta; neque ignoravisset Fredegarius, ipsam jam pridem Treviris coli, celeberrimo totius Galliæ Germaniæque concursu.

130 Octennio post Amos successit Isacius, neque diu cunctatus est quin ad Gregorium Papam scriberet, sicuti apparet ex responso quod Indictione IV id est anno DCI, expeditum extat in Regesto Gregoriano, estque libri 9 Epist. 40, inscripta Isacio (verius Isacio) Episcopo Hierosolymorum. Hanc exordiens sanctus Pontifex a mystica significatione fabricatæ in tempus diluvii arcæ; in hujus, inquit arcæ, id est Ecclesiæ, ædificatione vos currere, relecta Fraternitatis vestræ epistola, rectæ fidei compage gaudemus; magnasque omnipotenti Deo gratias exolvimus, qui et in mutatis gregis sui Pastoribus, fidem, quam semel sanctis Patribus tradidit, etiam post eos immutatam custodit.... Tua Fraternitas rectam per omnia fidem excolit; et spiritualiter edocta, quæ querenda erant subtiliter enarravit. Fides itaque vestra, fides est nostra: ea tenemus quæ dicitis, ea dicimus quæ tenetis. Quia vero pervenit ad nos, in Orientis Ecclesiis nullum ad sacrum Ordinem nisi præmiorum datione pervenire; si ita esse vestra Fraternitas agnoscit, hanc primam oblationem omnipotenti Deo offerat, ut a subjectis sibi Ecclesiis errorem Simoniacæ hæresos compescat..... Præterea pervenit ad me, quia in Ecclesia urbis vestræ Hierosolymorum, quæ Ælio dicitur, sæpe jurgia nascuntur: unde Sanctitas vestra debet solivite cuncta pensare, et quædam mansuete corrigere, quædam vero quæ corrigi nequeunt æquanimiter tolerare..... ut in sancta Hierosolymorum Ecclesia pacem cohabitantium

D
AUCTORE D. P.
Ab an. 570
Joannes ad
591,

tum Amos
usque ad
an. 600,

VIDE APP.
TOM VII MAJI
NOT 5**

fidei ut vi-
detur bonæ,

an etiam
sanctus?

E

F
ac denique
Isacius, ad
quem est epi-
stola Gregoris
Papæ.

A *cohabitantium per omnia conseruet..... et de his quo-*
 AUCTOR: E. D. P. *que qui per jugium perire poterant mercedis lucra col-*
ligat.

PARERGON VII.

De Jacobo pœnitente, circa hæc tempora pro-
pe Carmelum vivente, an Carmelita credi-
tus a Bollando.

Pertinet ad hoc sextum, in quo versamur, secu-
 lum S. Jacobus Eremita, in Palæstina apud Porphy-
 reonem, qui post lapsum diu in sepulcro pœnitentiæ
 causa latuit, et clarus miraculis migravit ad Dominum,
 uti scribitur in Romano Martyrologio hodierno ad
 diem xxviii Januarii. Hujus Vitam prælo pararat
 Henschenius, illustratam Notis et Commentario
 aliquo prævio; quem more suo recognoscens Bollandus,
 ibique legens Porphyreonem urbem, quæ et *Cai-*
phas dicitur, sitam esse ad mare, juxta radices *Carmeli*
montis; existimavit optimam hanc esse occasio-
 nem indicandi, quam non pro suo haberi vellet
 Zegeri Pauli Carmelitæ Commentarium de Vita S.
 Telesphori Papæ, ad v Januarii ante annos circiter
 septem excusam (nam toto octennio primus iste
 mensis sub prælo fuit) cum novus ac rudis adhuc
 in opere, ipse nesciret quid inchoasset, vix aliquid
 ultra nudam collectionem tunc cogitans. Ergo sua
 ipse manu inter num. 4 et 5 hæc quæ sequuntur,
 joco potius quam serio collocavit; dicebat enim non
 sine risu, qui ceteros omnes sibi arrogant, non de-
 bent pœnitentem peccatorem excludere. Sic ergo
 scripsit.

Bollandus au-
 hujus Sancti
 Vitam

ita miratur
 ipsum non
 assumptum
 a Carmelitis,

ut hos tunc
 fuisse non
 affirmet,

132 Merito quis mirari possit, Sanctum hunc a M.
 Antonio Alegre Carmelita non insertum esse *Paradiso*
Carmelitici Decoris, cum suo Ordini adscribat quotquot
 non solum in Syria, Palæstina et Ægypto, verum et
 reliquam per orbem monasticam vitam primis seculis
 egerunt, aut aliquomodo adumbrarunt. At, sive institu-
 tum illud vivendi inde a priscis illis temporibus assidua
 serie huc usque est propagatum, probabilius est ibi vi-
 guisse, ubi prima dicuntur a Prophetis posita ejusmodi
 disciplina cunabula; sin vero solum post subactam a
 Francis Syriam erecta ea Sanctorum hominum societas
 est, quæ Fratrum S. Mariæ de monte Carmelo appel-
 latur (ut multi de recentioribus existimant, qui undecim
 seculis integris negant usquam Carmelitarum vel no-
 men prolutum ab ullo eorum temporum scriptore; at
 contra constare, ante S. Hilarionem nec auditum qui-
 dem in Palæstina et Syria nomen monachorum, Hiero-
 nyymi testimonio firmant) si igitur capit quidem ante
 quinque solum secula, ut illi volunt, ea Congregatio,
 sed quo magis inflammaret in suorum animis studium
 virtutum, earum voluit exempla proponere in iisdem
 usurpatæ locis, et convictus similitudinem loci ac pieta-
 tis similitudine asserere; non oportuit tamen veteres
 potius illos ante Christum Prophetas aut alibi terrarum
 Monasticen professos adducere statuereque imitandos,
 quam qui tanto propius ante nostra tempora ad ipsius
 habitabant Carmeli confinio. Atque ad hanc classem
 pertinet non solum Jacobus, sed et sancta illa mulier,
 quæ antea ad ejus lubefactandam pudicitiam allegata,
 sed mox illius in prostigandis voluptatum illecebris for-
 titudinis miraculo percussa, dedit fidei manus, baptis-
 moque ablata in Virgiam deinde monasterio reliquum
 vitæ ita exegit, ut et cura Deo esset et adversus dæmo-
 nes gratiam acciperet. Illud ergo ceteraque monasteria
 certiori ratiocinatione suo possunt Ordini vendicare re-
 ligiosissimi Patres Carmelitæ, circa ipsum sita Car-
 melum.

133 Hæc ibi Bollandus, et quidem motu omnino
 proprio, molesteque nonnihil ferente Henschenio;
 qui maluisset istam chordam non fuisse tactam,

offensione eo loco ac tempore importunam reformi-
 dans. Sed vanus profectò hic timor erat; Patres
 enim illos adeo ceperat Telesphori Vita, ut ad hanc
 novam adeoque manifestam declarationem animi,
 nihil pro Carmelitica antiquitate asserenda ex suo
 illo promisso potius quam facto deduci volentis, don-
 modo non respexerint; sed usque hodie pergant
 blandiri sibi, atque eo loco allegato in suo Arma-
 mentario Speculoque et utriusque Indice, assevera-
 re, quod Bollandus admittit Carmelitam seculo vi.
 Multis deinde exaggerant injuriam, quam Magistris
 meis Bollandus et Henschenio fieri a me dicunt,
 dum hæc in lucem effero; aut etiam occasione oblata
 quædam eorum scripta retracto. Quasi scilicet illi
 potuissent ac debuissent cœpto primum operi afferre
 omnem eam scientiam, ac variarum rerum cognitio-
 nem, verique a falso discernendi experientiam, quam
 tot annis successive acquisiverunt, mihi que com-
 municare studuerunt; quemadmodum adhuc facit
 (atque utinam diu pergat facere) P. Henschenius,
 sextum jam supra quadagesimum annum in hæc
 palestra exercitus, omniumque studiorum meorum
 atque scriptorum moderator et arbiter, idemque
 certissimus testis ortus atque progressus totius ope-
 ris et cunctorum Bollandi arcanorum atque consi-
 liorum particeps per annos triginta. Hic non modo
 nullam sibi suoque Bollandus fieri injuriam existimat
 a me, si quid ultra quam viderint, ipsorum humeris
 suffultus videam; sed gaudet se eo rem adduxisse,
 unde non iners posteritas haud difficulter possit pro-
 gressus facere ampliores.

LVI ZACHARIAS.

ZACHARIAS autem captivitatem Patriarcha haud dubie
 fuit, sed quod additor in Nicephori Catalogo et
 membrana Rulæana annis xxii, vel, ut Latine quæ-
 dam versiones habent, xxiv, non potest intelligi de
 tempore ante captivitatem transacto. Captivitas enim
 illa contigit anno dcxiv Indictione ii, sicut constat
 ex Chronico Constantinopolitano, quod vulgo Ale-
 xandrinum nuncupatur, eo tempore scripto. Conti-
 git autem una hebdomade, postquam in Laura S.
 Sabæ occisi essent Sancti quadraginta quatuor Pa-
 tres, quorum memoriam Græci recolunt et post eos
 juxta hodiernum Romanum Latini, xvi Maji, licet
 apud Antiochum monachum cœvum notatus inve-
 niatur dies xv. Rem paucis describit in Chronogra-
 phia Theophanes, sed uno anno serius propter pri-
 mum Heraclii annum in duos annos divisum,
 quemadmodum pluribus demonstravimus in Exegesi
 Prælim. ad tom. 3 Martii cap. 4. Sic autem scribit
 ad annum Heraclii v, qui revera solum iv fuit. *Hoc*
anno Persæ Jordanis loco, Palæstinam et sanctam civi-
tatem armorum vi subegerunt: et manibus, ut quidam
asserunt, Julæorum ad nonaginta Christianorum millia
trucidarunt. Capto vera Hierosolymorum Patriarcha
Zacharia, pretioso etiam et vivifico Crucis ligno locis
illis crepto, captivarum hominum multitudinem innume-
ram in Persidem abduxerunt.

135 Extat Francisci Combesii opera, post li-
 bellom S. Joannis Chrysostomi de educandis liberis
 aliaque nonnulla. Parisiis anno 1656 Græcolatine
 impressa epistola, quam Viduæ sponsæ, civitati Regis
 Magni liberis orbatæ, Hierosolymitano gregi pastorem
 non habenti, sed et reliquis omnibus in Christo Eccle-
 siis, residuisque in illis filiis orphanis, Pastor humilis,
 solus, captivas, Zacharius minimus e Perside scripsit,
 suam aliorumque captivorum calamitatem comme-
 morans, et meminisse jubens, quomodo ipse qui-
 dem, quando cum illis erat in Galilæa, identidem
 dixerit: *Plane, filii, ingentem in nobis video incuriam,*
multam segnitiam, injustitiam, ignorantiam, fraternum
odium

D
 imo intendat
 cavere ne ex
 suo sensu vi-
 deatur illis
 datur Tele-
 sphorus.

E

Anno 614 a
 Persis abdu-
 ctus in capti-
 vitem,

F

scribit reliquis
 gregis sui in
 Jerusalem.

A odium, Apostolicorum Canonum transgressionem atque contemptum; nec scia quonam res nostræ evasuræ sint: ipsos vero respondere solitos, *Bonus est Deus, nec nos creavit ut perderet.* Nunc ergo hortatur eos ad pœnitentiam, emendationem morum, misericordiam erga captivos fratres, aut quibus non suppetit quod largiantur, ad preces, jejunia, humicubationes et lacrymas.

huic epistolæ lamentationem suam addit Modestus,

136 Hanc epistolam prolixiori alia, pleneque ad movendam compunctionem efficaci, ad omnes fideles exhortatione prosequitur *Modestus Zachariæ Vicariæ*; et tamquam suum testamentum condens, omnis conditionis, ætatis ac sexus fideles officii sui admonet, incipiens ab tristibus iis, quæ residui in urbe Sancta fideles, post Crucem Patriarchamque et ceteros abductos, viderunt. Laudat imprimis Nicodemum ac conjugem Magdalenam, qui postquam hostes exiissent atque in Persidem rediissent, totam circum urbem ac vicos lustrantes, fratrumque reliquias inseultas jecere conspicientes, projecta sparsim cadavera coacervarunt in specum, quæ est ante portam, ad sexaginta quinque millia. Ab iis exquiri jubet, qua forma atque habitu inveniebantur solo strati Beoti illi, qui sub id tempus meruerunt Hierosolymis accidi. Quomodo scilicet, alter a capite ad cor usque vulnus acceperat, alter ob humeris od usque ventrem, alius quinque vel decem ictus in intestinis habebat, alius dissectus medius inque duo divisus erat, alii ventre esse perfosso intestino omnia effuso fluebant, alium ovis instor in macello dirî carnifices in frusta plura conciderant. His motus S. Joannes Eleemosynarius Patriarcha Alexandrinus, sicut dicitur in ejus Vita xxiii Januarii num. 33 ad Hierosolymorum relevationem et reedificationem misit numismata mille, et mille saccos plenos frumento, et mille legumina, mille libras ferri, mille vestes siccatorum piscium, mille vascula vini, et mille Ægyptios operarios, addens per litteras ad Modestum scriptas: *Da mihi veniam, vere Christi operator, nihil dignum templis Christi mittenti. Vellem enim, crede mihi, si esset conreniens, et ego ipse venire, et ipse operarium domo sanctæ Christi Resurrectionis.* Et hic quidem Modestus per prolepsin Patriarcha nominatur a Vitæ istius auctore Leontio; sed in Vita S. Anastasii Persæ, die præcedenti num. 11, sanctissimus Presbyter et Vicarius Apostolicæ Sedis pro Patriarcha captivo, Græco ὁ Τοποτηρῆτις, Locum-tenens.

137 Sed tandem anno dcxxvii Persarum Rege Chosroe victo fugatoque, ac denique occiso, paterni regni invasor Siroes, pace cum Heraclio composita, detentos custodiis Christianos et per universam Persidem captivos restituit cum Patriarcha Zacharia et venerandis ac vivificis Crucis Lignis, quæ ex Jerusalem abducta fuerant, ut scribit Theophanes; qui deinde addit, quomodo sequenti anno Imperator inenute vere, venerandis et vivificis lignis secum latis, Constantinopoli solvens Hierosolymam perrexit.... et Patriarcha Zacharia Sedis suæ restituto, sacrisque Lignis suo loco redditis debitas grates Deo persolvit. Suidas ita reia narrat, quasi præmortuo Zacharia, Modestus jam tunc Pontifex Crucem excepisset, sed antiquiori Theophani, cui Latinae Ecclesiæ traditio consentit in lectionibus ad xiv Septembris consignata, tutius creditur. Non tamen diu superfuit Zacharias, defunctus xxi Februarii quo colitur, et nos de eo egimus, et annos Patriarchatus ipsius ab anno dcix ad dcxxxi extendendos censuimus: quod hic iterum confirmamus. Addimus tamen ad dcxxxiii extendi eosdem debere, si successor ejus uno solum anno aut biennio non integro Sedem tenuit Patriarchalem. Ipse vero ab initio suæ Ordinationis usque ad obitum numeraverit annos xxii vel xxiv, quarum primi sex captivitatem præcesserint, tredecim in eadem acti, tres aut quinque secuti sint.

Maji T. III

LVII MODESTUS.

D

Nicephorus, cui membrana Rulæana consentit, annum unum Modesto assignat: auctor tabularum Theophani insertarum duos numerat; sed nisi decessor Zacharias plus quam xxii annis post suam Ordinationem vixerit, nec hi sufficiunt; cum certo constet successorem ejus Sophronium, *wensis Maji quarta die Indictione sexta*, id est anno dcxxxiii interfuisse Synodo Alexandrinæ adhuc privatum monachum; ibique exorsum sua contra Monothelitismum nascentem certamina, cum litteris Cyri Archiepiscopi Alexandrini ivisse Constantinopolim, ad ejus urbis Archiepiscopum Sergium: adeo ut multum sit, is ante Autumnum reveri potuerit in Palæstinam. Hæc considerans aliquis, et quomodo jam inde a capta sub Chosroe Hierosolyma Patriarchæ vices gesserit Modestus; fortassis volet opinari, quod primus Catalogi istius auctor, qui in Sophronio hæsit nullos ei annos definiens, voluerit totum tempus, quo Patriarchatum administravit Modestus, eidem ut vero Patriarchæ adscribere, notatis annis, xxi; quod alii non intelligentes, nimiumque, esse videntes (siquidem post Zachariam brevi satis tempore ille vixit) omisso x' retinuerint a'; facile xxi annos reperturi, si numerare illos voluissent ab exeunte Majo anni dcxiv, ad Decembrem anni dcxxxiv.

Per annos 21 partim Vicarius partim Patriarcha,

obiit onno 634 16 Decembris.

E

139 Sed nihil necesse erit, huc recurrere, si Zachariæ velimus annos xxiv relinquere. Tunc enim a Martio anni dcxxxiii usque ad Decembrem anni sequentis, dici potest sedisse Modestus. Dico usque ad Decembrem, quia tali mense, die xvi, colunt ipsum Græci, annua commemoratione et disticho hujusmodi, in Mensis:

Φέρει, Μόδεστε πάμμακαρ, καὶ σὸν τάφον
Ἡ τὸν τάφον φέρουσα γῆ τοῦ Κυρίου.

Habet sepulcrum terra, ter felix, tuum
Modeste, Domini continet quæ sepulcrum.

LVIII SOPHRONIUS.

Hujus Sancti Patriarchæ Acta deduxi xi Martii, in quibus, præter ea quæ Modestum spectant, et annum mortis, mutatum nihil velim. Si placet ejus annos circa initium anni dcxxxv inchoare, ut existimo faciendum, Hierosolymitanæ urbis obsidio, quam Theophanes adscribit anno Heraclii xxvi (qui revera numerandus solum esset xxv) incidit in primum Patriarchatus ejus annum; sic tamen ut ante eam celebraverit Synodum contra Monothelitas, cujus Acta misit Sergio Constantinopolitano, appellans sese *inutilem servum sanctæ Christi Dei nostri civitatis*, per epistolam Actioni xii Synodo Œcumenicæ vi insertam, hoc principio *Papæ! Papæ! Beotissimi, quam mihi nunc amabilis quies, et multo quam prædem amabilior, ex quo de incuriosa silentio in causarum turbam decidi, et terrenis quibusdam fluctibus opprimor! Papæ! Deo honorabiles, quam suaviter est mihi pusillitas, et non mediocriter quam pridem suavior, ex qua de stercore et humo ad Pontificale solium ascendit! Adspirat deinde ad menses dierum anteriorum, et quoniam in eum ter afflictum peracta est illa tam injucunda mutatio, necessitate magna et vi Clericorum, monachorum, et laicorum omnium sanctæ civitatis, qui violentu mona ipsum compulerunt et more tyrannico coegerunt, petit se juvari precibus, consilio, doctrina suorum Fratrum Episcoporum, suamque fidem prolixè exponit.*

Anna 631 ordinatus

F

Synodum celebrat

VIDE APP. TOM. VII MAJI PAG. 677

141 De Saracenis verbum facit nullum, quia scilicet nondum eos senserat: advenerunt autem ea

VI ipsa

Vicarius Zachariæ,

anno 627 liberati,

et defuncti an. 631 et 633.

Anno 637
capta urbe,

A ipsa æstate, et urbem sanctam cinxerunt obsidione, quæ duravit annos duos, puta ab æstate anni DCXXXV ad æstatem anni DCXXXVII, quando *fide data* eam ingressus est Humar, ejus nominis primus, Dux Arabum sive Saracenorum, nec in ea scitur aliquid crudeliter egisse; tantum abest ut (quod Latini Catalogi, ex iisque Theodoricus habent) *expugnantes urbem Saraceni eiecerint omnes Christianos ex ea, excepto Patriarcha: quem, inquit idem Theodoricus propter reverentiam Dominici sepulcri, pacifice cum suis habitare permiserunt: quique in multa patientia eandem Ecclesiam diu regens tandem quievit. Potius credimus, quod qui ab Humaro fidem accepit pro totius Palæstina incolumitate, teste Theophane, eandem multo studiosius exegerit pro incolumitate urbis et civium Christianæque religionis. Ipse tamen in ea rerum calamitate juxta eundem Theophanem defunctus est, præclaris verbis et gestis Hierosolymorum ecclesiam amplificans, deque Heraclio et Monothelitarum ipsi addictorum pravitatibus et commentis, deque Sergio et Pyrrho confutatis clarissima trophæa referens. Testem certaminum istiusmodi luculentum habemus Stephanum Dorensem Episcopum, qui a Sophronio adjuratus ad Apostolicam Sedem proficisci (eo quod ipse, propter incumbentem Saracenorum incursionem id corporaliter, facere præpediebatur) semel et bis, ac denique post mortem Patriarchæ tertio Roman venit, sub Martino Papa ad Concilium Lateranense anno DCXLIX; atque in libello, qui recitatus fuit in 2 Secret. explicavit, quomodo beatæ memoriæ Sophronius, non acquiescens carni et sanguini, sed sola quæ Christi sunt excogitans...., temeratoribus fidei orthodoxæ Monothelitis in Oriente validissime contradixit, contestans et admonens ut ab hæresi quiescerent, dansque in duobus libris sexcenta testimonia Potrum, ad evictionem impietatis eorum et veritatis astensionem.*

142 Bargnius ad an. DCXXXVI, quo mortuum Sophronium credidit, periisse hos libros dolet ex merito: sed qui de Sergio et Pyrrho trophæa retulit, quomodo creditur obiisse, non tantum anno illo quo Baronius, sed vel DCXXXVIII, quo ego olim statui, secutus fidem tabularum, quæ solum tres annos Patriarchatui ejus assignabant, alium enim nullum invenio ejus numeri auctorem? Quomodo etiam potuit Ecclesiam suam verbis et gestis amplificasse, qui non alio fere tempore vixerit, quam quo obsessa Civitas sancta fuit? Quin igitur uno illo tam incerto calculatore contempto, laxamus spatium temporis quo Sophronius sedit, ipsique assignamus sex vel septem annos? Sergius certe Constantinopolitanus, anno dumtaxat DCXXXIX promulgavit Ethesim Heraclii, qua Læresis Monothelitarum constituta est; et Pyrrhus ei mox defuncto successit; idemque Pyrrhus in Disputatione cum Maximo habita, mense Julio Indictione ut id est anno DCXLV, accusans Sophronium, quod tempore importuno sermonem de operationibus excitans, causa fuisset turbarum in Ecclesia subortarum; appellat eum τὸν μικρὸν πρόβην Πατριάρχην γενόμενον Ἱεροσολύμων, paulo ante Patriarcham Hierosolymorum, quod recens defunctum videtur significare. Proinde nihil hactenus causæ apparet, cur non potuerit, ac fere debuerit vixisse usque ad Martium anni DCXLIV cum decimum annum Patriarchatus sui numeraret.

solymitani Patriarchatus historiam tractantibus præcipuam certissimamque lucem attulerunt pro hoc et sequenti seculo, alium de rebus in Oriente gestis auctorem non habemus antiquiorem aut meliorem Theophane; cujus Chronographiam illustravi ante 3 Tomum Martii, Vitam vero ejusdem, post egregiam Confessionem sanctæ mortui anno DCCCXX, dedi XII die mensis præfati. Hujus ergo narrationem ubi habetur ex Regia Parisiensi impressione, secutus sum, quando in Propyleo antiquario ante 2 Tomum Aprilis examinans instrumentum quoddam Florentinum, scripsi, quod Humar Hierosolyma capta anno DCXXXVI (ubi vellem suppleri typhothetæ errorem et poni DCXXXVII) nusquam legatur Christianos persecutus, cum quorum Patriarcha S. Sophronio etiam perquam humaniter egisse invenitur. Hoc vero ut novitum commentum explodit TRIUMPHATOR num. 463, conaturque eum facere auctorem sævæ persecutionis, quam per annos CCCCLXIII, usque ad tempora recuperatæ a Godelfrido Bullonio civitatis sanctæ, passi sint Christiani in Syria. Idque eo fine, ut verificetur quod in prædicto instrumento legitur, Thomam quemdam Florentinum Episcopum, anno DCXLIII, posuisse primum lapidem parvæ ecclesiæ, pro quibusdam Eremitis montis Carmeli, ex eodem sancto monte ab Arabiæ iniquo Rege, Mahometi succedere et discipula Humar, fugientibus.

144 Grave fuisse Christianis Saracenorum jugum, æque ac hodie est Turcarum, nemo negaverit, cui humanus, nedum Christianus sit sensus: sed totum tempus dominationis eorum unam continuam persecutionem vocari, et singulos Principes persecutores nominari, non fert historiæ communis stylus. Sicut enim primis tribus Religionis nostræ seculis, varias distinguimus persecutiones: Imperatoresque gentiles eos tantum vocamus tyrannos, qui passim omnes suos subditos cogebant ad immolandum idolis Christumque negandum; sic inter Saracenos ii soli videntur hæc infamia notandi, qui simili utebantur violentia. Et talem quidem inveni secundum Humar, anno DCXXXI regnare exorsum, atque post duos annos et menses quatuor ereptum e vivis, non vero primum. Arguebam autem, quod utrumque confudisse viderentur ii, qui epistolam quamdam sub nomine Cyrilli, et Florentinam chartam sub nomine Thomæ composuerunt. Qui enim hic dicitur Mahometi successor et discipulus, ibi appellatur discipulus perfidi Mahometi atque regni ejus successor tertius: et qui in Florentina charta se ab ejus iniquitate fugisse protestantur, eum utique videntur formidasse de quo in epistola dicitur, alios ex Christianis necavisse, alios ad suam perfidiam traxisse; qui etiam Barrai pallii auctor creditus, sub tabula Lovaniensi legitur, Curmetitas, Christi et albæ quam gerebant chlamydis odia, trucidasse; igne, ferro eorum monasteria vastavisse; punicis e septem millibus canobis residuis, si vivere velint, barratas ex griseo chlamydes gestare coactis.

143 Ego vero de primo Humaro aliud nihil lego, nec invenit TRIUMPHATOR quidquam gravius apud Theophanem, quam quod ingressus urbem, cilicinis camelorum vestibus iisque laceris et sordidis apertus.... templum, a Salomone constructum, in impietatis et blasphemie oratorium illud conversurus, sibi ostendi postulavit. Ast hoc contra pacta conventa erat. Fuerit sane (quamvis non erat quod eo nomine graviter quererentur Christiani, si victor barbarus, omnia alia ipsis relinquens integra, unum solum locum suæ superstitioni petierit, et quidem tam humili specie) fuerit hoc, inquam, contra pacta; non tamen erat Christianos persequi, eosque vel ad negandum Christum vel ad patriam deserendam tormentorum ac mortis metu adigere. Concludens idem Theophanes scribit,

D
AUCTORE D. P.

Ex Theophane edoctus successione et acta Principum Saracenorum

non potuit probare duos Humaros in unum confusos,

F

et primo inusitam crudelitatis notam,

pergit contra Monothelitas certare,

B

E

usque ad an. 641,

VIDE UT SUPRA

PARERGON VIII.

De Humaro Saracenorum hoc tempore Principe, eique afflicta persecutione Christianorum.

P præter Sanctorum quorundam Vitas, in Palæstina scriptas a coævis auctoribus, quæ nobis Hiero-

A scribit, Sophronium Patriarcham in ea rerum calamitate... defunctum esse : scripserat autem paulo antea, quod videns *Humarum* euntem ad templum, ingemuerit dicens ; *Hæc est vere abominatio desolationis, a Daniele prænuntiata, quæ modo stat in loco sancto ; multaque simul lacrymarum copia insignis ille pietulis propugnator Christianam gentem desolebat.* Habuit sane quod fletet Sophronius fidelem populum, jugo infidelium subjectum, atque sub oculis suis Saracenicis superstitiones cœptas vel in unico urbis sanctæ loco publice exerceri : habuit quod gemeret, seque humiliaret sub manu Domini, peccata suorum sic castigantis, eamque calamitatem inducentis : sed non habuit quod quereretur de *Humaro*, tamquam victoria suavisolenter atque crudeliter uso. Numquid autem et humanum eum erga se est expertus, quando ægre exorari se passus a Patriarcha ut acceptam ab eo *syndonem ac vestem indueret, eamque gestaret donec solita indumenta lavarentur, deinde vero resumptis propriis statim ea restituit ?*

neque Elmacinus, sed contraria omnia,

146 Audiamus nunc Georgium Elmacinum, qui Saracenorum historiam Arabice scripsit initio seculi XII. Cum Omar cepisset Hierosolimam, scripsit civibus ejus libellum securitatis, cujus est hoc exemplum. In nomine Dei misericordis miseratoris. Ab Omare filio Achitabi populo urbis *Æliæ* conceditur securitas, tum personarum, tum liberorum, tum uxorum, tum facultatum, tum omnium templorum, ne destruantur aut otiosa sint. Ingressus autem in urbem sedit in medio penetralium templi Resurrectionis, dirigitque Patriarcha, *Polo orare. Respondit Patriarcha : O fidelium Imperator, ora in loco tuo. At ille ait, Non. Et egressus e templo foras, oravit ad portam templi solus. Deinde sedens dixit Patriarchæ : Si orassem in templo, cepissent id post me Muslimi, et dirissent, hic oravit Omar: scripsitque ei privilegium, ne oraret Muslimorum quispiam ad gradum nisi solus, neque cogentur in eo preces aut publicarentur super eo.* Ecce, invitatus ad locum Imperatori proprium in templo, non modo eum non occupat ; sed ne libertati ecclesiæ tam sanctæ præjudicet, in medio penetralium orando, ultro egreditur ad gradus templi ante fores : et hoc ipsum ne noceat cavet, vetatque ne Saraceni audeant illuc turmatim accedere, sed singuli ; ac ne prætextu quidem precum pro se indicendarum, voluit quidquam ibi fieri, quod Christianæ religioni præjudicaret. Quid autem postea ?

magnam ejus erga Christianos clementiam testantia,

C 147 Hinc dixit Patriarchæ, *Indica mihi locum in quo extruam delubrum. Unde Patriarcha ei dixit de lupide, ad quem locutus erat Deus cum Jacobo. Ut autem Omar ad eum venit, invenit super eo sordes multas, deque iis in vestem suam accepit. Cumque Muslimi viderent Omarem ferre sordes, non distulit unusquisque eorum ferre veste sua sordes, unde mandatus illico est lapis : jussitque Omar ut delubrum illic ædificaretur. Abiit et Bethleemum, atque ingressus templum ejus oravit ad arcem in quo natus est Dominus Christus ; scripsitque privilegium ne orarent in eo Muslimi, nisi singuli post singulos, neque preces ibi cogentur aut publicarentur.* De anno quo hæc gesta sint, turpe sit non credere auctori certo et antiquo, præ uno incerto, de cujus ætate et auctoritate disputatur ; quique licet fuisset ipse qui dicitur Cyrillus, fuisset Theophane totis sex seculis recentior. Non tamen vel in re tam levi cedere novit TRIUMPHATOR, neque voluit auctorem prætensum excusare (ut facile poteram et feceram ego) sed vult omnino recte ab eo scriptum, quod urbs sit capta anno DCXXXIX, quia inquit duravit per biennium obsidia urbis, et Græci annum incipiunt numerare a Septembri. Quid ergo ? an non potuit dici biennium durasse, quæ secundo anno primum finita est ? Aut si biennium sumendum est integrum, numquid anno DCXXXVI ipso ex-

VIDE APP. TOM. VII MARI NOT. 7**

ad annum 637 quo capta urbs sancta,

peditionis initio cœpta, absolvi non potuit ante Septembrem anni DCXXXVIII, unde annum sequentem exorsuri erant Græci ? Sed operæ pretium non est evasiunculas istas discutere.

148 Revertor ad Theophanem, dicentem de *Sophronio*, quod *Hierosolymorum ecclesiam amplificans defunctus est.* Propter hæc verba, et libros contra Sergium ac Pyrrhum scriptos, prorogandam etiam vitam ejus censui. Numquid enim istud facere potuit *Sophronius*, invito et non favente *Humaro* ? Certe ut contrarium fuisse demonstrares, efficaciori opus esse puto argumento, quam sit traditio Carmelitarum, de violentia majoribus suis ab illo facta, ac septem millibus cœnobiorum destructis ac desolatis cum cæde plurima monachorum. Una alterave monasterii S. Sabæ invasio, non auctoritate publica seu Principis mandato, sed privato prædatoriæ unius turmae latrocinio facta, cum cæde triginta vel quadraginta Religiosorum, annuam meruit commemorationem apud Palæstinos monachos, uti in Martio ac Mayo vidimus ; et tot millia monachorum cæsa, alia coacta ad vestem mutandam, quæ vestis deinceps in usu manserit per sex integra secula, non meruerit ab aliquo Græco vel Arabico auctore commemorari, sed expectandus fuit externus aliquis, qui tandem istud scriptis Latinis mandaret ? Quid ? quod etiam hodie ostendatur Sabaitarum Martyrum conditorium : Carmelitanorum vero antiquorum, tanto majori numero eadem ætate cæsorum, nullum uspiam vestigium superest.

quibus potius credendum quam Latinis post annos 600:

D

AUCTORE D. P.

149 Quod ad Principes seu Amerumnas attinet *Humarum* secutos, æquum non erat allegato semel Theophane, qui TRIUMPHATORI æque ad manum erat ac mihi, querere (uti is querit num. 467) unde successionem istam, annos et nomina habeam. Multo iniquius est ; Theophani opponere Theatrum vitæ humanæ a Laurentio Beyerlinck, hoc seculo compositum ; aut Speculum Chronologicum Mathiæ Chefneuf Augustiniani, illo forte recentius, cum Genebrardi Chronico paulo antiquiori ; aut denique Blondi Flavii Forliviensis decades, seculo XV scriptas. Quod autem eos non curaverim inspicere, ad discendam ab iis continuationem persecutionis usque ad annum DCXXII nullo meo merito visum est num. 477 redolere meram vindictæ passionem aut magnum litteraturæ defectum. At saltem Christianos persecutus est *Humar II* ; persecutus est etiam successor *Isid*, imperii sui anno quarto et ultimo, Christianæ *Æræ* DCXXIV : cum eorum autem morte cessasse persecutionem, incumbit mihi probare. Non magis certe, quam quod Christiani a morte Neronis usque ad annum Domitiani XV nullam memorabilem persecutionem sint passi a quinque successoribus ejus : ipsoque Domitiano. Habendus enim tam diu est unusquisque probus, donec ostendatur fuisse improbus (sicut identidem, sed loco non suo clamat, TRIUMPHATOR) adeoque ad excusandos Saracenorum Principes satis esse debet, quod nulla eorum insignis crudelitas legatur apud antiquos scriptores ; haudquaquam eam prætermisuros notare, sicut notarunt eam, quam in captivos, non vero promiscue in quosvis Christianos, exercuit *Isam* anno DCXXI, regni sui XVII, sicut narrat, Theophanes : qui etiam non omiserat narrare, quomodo *Walid* ante annos triginta Christianis eriperit *Damasci ecclesiam, ob apparatus illius et amplitudinem, licet excusari hoc ipsum potuisset, et culpa in Christianos quadamtenus referri, qui oblato pro ea 40 mille aureos noluerint acceptare, sicut scribit Elmacinus.*

E

vel etiam nuper dumtaxat scribentibus,

F

nihilque inter bonos ac malos distinguuntibus.

150 Juvat autem ex eodem Elmacino discere, quam non omnino factum hoc probarit idem ipse secundus *Humar*, quem inter tyrannos patimur nominari : sic autem habet. *Narrant Christianorum historiarum ip-*

A sos instituisse querelam apud Omarem filium Abdalazizi, de templo S. Joannis, quod destruxerat Walid, et adjuverat delubro Cathedrali Damasceno, et attulisse libellum Cholidis filii Walidis, et pactum quod templa eorum neque destruerentur neque otiosa forent. Sed obtulit eis Omar quam obtulerat eis Walid pecuniam, quadraginta nempe aureorum millia. At illi noluerunt, et obtinuerunt per querelam ut traderetur eis templum eorum in limitibus suis. Hac cum agre ferrent Muslemi, dixit filius Idrisi Hulwanus; *Fædus illud de templis eorum alteram tantum Damasci partem, quæ pacifice capti erot, respicere; partis vero alterius, quæ gladio capta erat, templa omnia, tum in urbe tum extra urbem Damascenam, Muslimorum esse. Post multas tandem altercationes convenit inter eos, ut templam S. Joannis relinqueretur Muslimis, neque hi prætenderent aliquid in reliqua. Et scripsit Omar Christianis tabulas, ut nempe secure possiderent omnia Damasci templa, tam portis illius quæ gladio capta erat quam alterius, item et monasteria omnia et templa extra urbem, tum in viridario Gonta, tum in monte etolia, neque ea destruerentur vel otiosa essent, aut ulli Muslimo in ea foret potestas.* Idem Humar audita tyrannide, quam Præfectus Ægyptii Asama exercebat in subditos præsertim monachos, quorum omnium manus signari annulo jusserat, quemque sine eo signo deinceps conspexisset, manus amputatione puniri; in Ægyptum misit et comprehendit eum, et collo ejus injecit torquem ferream, manibus autem et pedibus compedes ligneos, atque ita cum portaretur sub tormento in via obiit.

B 151 Quid deinde Humarum egerit in transversum ut persequi inciperet Christianos, nescio: unum scio, cita morte impeditum ne savire pergeret, et hoc ipso terreri successores potuisse ne similia auderent. Deinde cum Isam, anno MCCXL, injuria aliqua Græcorum verosimiliter provocatus, eorum captivos per omnes sui imperii urbes trucidari jussit; si quibusdam in Syria monachis ea re tantum incussit terrorem ut trans mare fugerint; non debuerunt dicere, sicuti prætenduntur dixisse Florentiæ, se fugisse ab Humaro, ante annos fere viginti mortuo, sed ab Isamo tunc regnante. Quando denique pro tuenda sententia sua placebat aliquid comminisci, tolerabilius dicere potuisset TRIUMPHATOR, prætenso illos ex Carmelo fugitivos toto intermedio tempore erravisse vagos, priusquam venirent in Tusciam, ibique stabilem obtinerent sedem. Utatur ea excusatione qui volet: hæc dumtaxat ostendere nunc volui, quanta cum injuria arguantur primi illius ævi Saracenorum Principes passim omnes, tamquam crudelissimi et sanguinari planeque fœdifragi. Esto quod unus alterve aliquando designaverit quidpiam contra promissam Christianis libertatem, quæ non tota simul, sed paulatim pessumdata fuit a barbaris, rerum suarum successu et imperii magnitudine magis magisque insolescentibus; quo factum, ut plane intolerabiles evaderent Christianis, quemadmodum in progressu historiæ hujus Patriarchalis videbimus.

C 152 Elnacinus porro is, cujus auctoritate hæcenus usi sumus, etsi non Christianus, Christianæ tamen historiæ studiosus valde fuit, ipsique Religioni nostræ non male affectus, et quod præcipuum est sincerus scriptor, magna cum libertate exponens singulorum Principum male ac bene gesta, præsertim circa Christianos. Hic autem de Isamo prænominato ait, quod succedens Izido, qui Cruces fregerat et templum diruerat; cum Deum timeret; scripsit in Ægyptum, ut libertati suæ relinquerentur Christiani in ritibus suis et iis quæ habebant iudicibus; misitque in Ægyptum Abdallam, et commendavit ei Christianos ac subditos: paulo tamen post imperio eum dimovit, cum

rescivisset quod tyrannide etiam superans antecessorem Asamam, duplicavit tributum, et signavit Christianos nota quadam, figura scilicet leonis; ita ut quicumque incurrerentur neque notam illam in manibus haberent, eorum manus amputarentur. Tacet interim de captivorum cæde: quam videtur fama atrocior vero apud Græcos Constantinopoli auxisse supra modum. Adeo ut in his domestico scriptori, longe minores injurias Christianis factas exponere solito, major etiam haberi fides possit, quam externo Theophani. Erit forte cum Alexandrinorum Antiochenorumque Patriarcharum historiæ, eo quo hanc Hierosolymitanorum elaboravi modo, deductam dabo; quando insigni adjumento mihi erit hic auctor, præ aliis ejusdem nationis scriptoribus accuratus in componendis Califarum Ægyptiorum et Imperatorum Græcorum annis, Hegiræ item apud Saracenos et Æræ Diocletianæ apud Christianos usitate numeris: multaque ad ædificationem fideliumque correptionem præclara adnotans, puta quomodo anno Diocletiani CCCCLXVI Christi DCCCLIX, Christianorum hostis Merwan Ægyptum invadens delusus est a sanctimoniali quadam captiva, quæ ne violaretur unguentum ei promisit adversus vim cujuscumque gladii, idque in suo collo experiri jussit, prout fecit; sed eo successu, qui monstraret maluisse eam mori quam pollui: ipse vero paulo post pœnas ultori Deo dedit, in eorundem quos vexaverat Ægyptiorum manus incidens. Ab hujusmodi ergo scriptore, quem habemus Arabico Latine editum studio Thomæ Erpennii anno 1625; et non a nescio quo Mathia Chefneuf, discere nos convenit, qui Saracenorum Principes fuerint, et quando Christianis bene vel male fecerint.

teste Elmacino Historico accurato.

E

LOCUM TENENTES.

LIX SERGIUS EP. JOPPEN. intrusus.

LX STEPHANUS EP. DOREN.

LXI THEODORUS PRESBYTER.

Prælaudatus STEPHANUS, Dorensis Episcopus, et primus ejus, quæ sub Archiepiscopalis Hierosolymorum throni jurisdictione est, diæceseos, in libello præmemorato Pontificem docet, quod hæretici, attendentes perturbationem temporis, multos in Oriente per ambitionem decepisse noscuntur: asserit enim, quod SERGIUS, quondam Joppensis Episcopus, post recessum gentis Persarum, Loci-tententiam Throni Hierosolymitani sibi arripens, non quidem per ecclesiasticam auctoritatem, sed per secularem potestatem, quosdam earum, quæ ad Hierosolymitanam diæcesim pertinent, Sediæ Episcopos contra Canones præsumpsit ordinare, qui ipse minime fuerat confirmatus. Difficultas est tamen, quomodo dicatur id Sergius præsumpsisse post discessum gentis Persarum, qui saltem ante Heraclii in Persidem irruptionem anno MCCXXII non videtur accidisse; et quomodo sic ordinati, post restitutionem Patriarchæ, non fuerint statim amoti. Baronius videtur illegitimam illam ordinationem, post Sophronii mortem factam supponere, cui favet quod illi eam sibi crediderint posse confirmari, si se applicarent novitati quæ a Paula CP. Episcopo defendebatur. Sed tunc potius facienda fuisset mentio Saracenorum Hierosolymas occupantium cum reliqua Palæstina, quam Persarum inde egressorum.

Mortuo Sophronio nullus Patriarcha successit est, F

154 Ut ut est, constat saltem ex eo loco, nullum fuisse vere Patriarcham post mortem S. Sophronii: quare mutatum cupio, quod ad Commentarium de eodem num. 41 insinuavi, fieri potuisse, ut Episcopus Theodorus, pater Theodori de Hierosolyma Romani

quodam Theodori pater Theodori Papa.

et Isam qui an. 740 captivos Græcos dicitur occidisse,

Ægyptiis Christianis valde favorit,

A *mani Pontificis ordinati anno DCXLIX, fuerit successor Sophronii mediatus vel immediatus, quemadmodum a Theodorico Pauli et Florario Sanctorum suggeritur. Nam id eo minus credi potest, quod prædictus Stephanus a prædicto Papa Theodoro constitutus fuerit Apostolicæ Sedis Locumtenens seu Legatus, ad illegitimas illas ordinationes, vel abolendas omnino, vel corrigendas reformandasque, in gratiam eorum qui se orthodoxos probarent. Quis enim dubitare potest, quin si ipsius Theodori pater tunc Patriarcha fuisset, alio prorsus modo processum foret. Quemadmodum vero ἡ Τοποτηρησις τοῦ θρόνου, Locumtenentia in throno, a Sergio Joppensi præter jus usurpata, Stephano Dorensi attributa fuit a Romano Pontifice: sic et deinceps credibile est alios atque alios institutos fuisse Τοποτηριτζς Locum-tenentes, usque dum iterum resumptus est titulus Patriarchæ, Saracenis pacificam totius Orientis possessionem adeptis per Imperatorum Græcorum ignaviam.*

Locum-
tenentiam
usurpatam
a Sergio
gessit Ste-
phanus Ep.

et an. 680
Theodorus
Presbyter.

153 Interim habemus anno nCLXXX in Synodo Constantinopolitana III, Generali IV, Constantinum Pogonatum Imperatorem, exempla definitionis in ea sanctitæ cum subsignatione sua mittentem *Throno sanctæ Dei Resurrectionis id est Hierosolymorum, obtinente locum ejusdem honorabilissimæ Sedis THEODORO Deo amabili Presbytero. Hic est ergo, qui in Latinis Catalogis nominatur post Sophronium, perperam creditus pater Theodori Papæ, cui Theodoricus elogium texit quasi sedisset tempore Heraclii, adeoque ante annum DCXLI quo hic obiit, de illoque sic scribit: Iste Patriarcha fuit sanctus et devotus, creber in jejuniis et orationibus, regens Ecclesiam suam in magna pressura Gentilium: tamēn prospere multos Saracenos, in Jerusalem et in circuitu habitantes, convertēbat, et postea quievit. Cujus festum colitur XVII die mensis Martii. Claruit multis miraculis. Quæ utinam tam ab antiquioribus scriptoribus accepta probarentur quam ab auctore Florarii, easdem recentiores narrationes secuto, juxta quas etiam vocat Patrem S. Theodori Pupæ. Nos nec patrem, nec filium inter Sanctos relatos antiquitas novimus, et causam in illo errandi agnoscimus sumptam ab eo, quod Theodorus Papa diceretur esse filius Episcopi de Hierosolyma, quasi id foret idem ac Episcopi Hierosolymitani; cum debuisset intelligi Theodorus de Hierosolyma, scilicet natus, filius Episcopi, alicujus scilicet inominatæ civitatis, sub Hierosolymitano Patriarcha constitutæ.*

ITERUM PATRIARCHÆ

LXII JOANNES III.

Quamdiu post Synodum VI vixerit *Locum-tenens Theodorus*, et an alium habuerit potestatis sic diminutæ successorem, non habeo unde definiam. Primus post illam Sedis vacationem cum titulo Patriarchæ nobis sese offert in epistola S. Joannis Damasceni de Trisagio (quæ utinam Græce extaret) *JOANNES beatissimus sanctæ Christi Dei nostræ civitatis Patriarcha, homo Dei divinissimus, de cujus ætate ne possimus dubitare, facit Damascenus in eadem epistola. Nam Anastasio monasterii Eutymanii Hegumeno, de solo Filio Trisagion intelligendum asserenti, suæque opinionis auctorem nominanti Joannem; Quidnam est, inquit Damascenus, quod loquente et vivente sancto viro hæc minime de eo dicta sint? quod autem ad ejus mentem attinet, Quisnam eam melius me novit? Nemo profecto: quippe qui, ut vere loquar, nullam unquam spiritualem doctrinam efflavit, quam mihi ut discipulo non communicavit. Ubinam vero discipulo? et quando? Existimo quod Hierosolymis, idque aliquamdiu post habitum mo-*

S. Joannis
Damasceni
Magister

qui eum
Presbyterum
ordinavit,

nasticum assumptum a Damasceno: hunc vero D assumpsit sub annum DCCXXX (nisi fallor) quadragenario major; atque post paucos monastica exercitationis annos accersitus *ob Hierosolymitanæ ecclesiæ gubernacula tenente*, ordinatus est Presbyter. Atqui Epistola præcitata scripta fuit ex judicio Baronii circa annum DCCXL: tunc enim putat ille ab Anastasio suscitatum fuisse Petri Cnaphei hæresim, cui redarguendæ epistola ista servit: nec diu ante obierat *Joannes*, Damasceni magister: ipse ergo fuit qui hunc ordinavit, et discipulum exinde seu domesticum habuit.

D
AUCTORE D. P.

157 Hæc chronotaxis non male cum ea convenit, quam auctor tabularum Theophani insertarum secutus, *Joanni* huic (de quo nec verbum quidem in ipso Theophane legitur) locum fecit juxta alios Patriarchas, Episcopatu ejus totos triginta annos adscribens, eosque exordiens cum anno quo imperium Justinianus recepit, qui est annus Christi DCCV, sic enim obierit *Joannes* hic anno DCCXXXV. Videntur autem Episcopi Orientales Saracenorum Imperio subjecti, quando hoc jam plene constitutum fuit firmatumque sæderibus, etiam cum Imperatore Constantinopolitano initis, licet infideliter sæpe servatis; quemadmodum ex S. Joannis Damasceni Vita et Leonis Isaurici ad Damasci Præfectum litteris apparet; videntur, inquam, Episcopi tam Syriæ quam Palæstinæ, fortassis etiam et Ægypti, resumpsisse usum eligendi Patriarchas, electionisque suæ confirmationem ab Imperatore postulandi, non invitis Saracenorum Principibus; ita tamen, ut, sicut illi sæpe sibi arrogabant licentiam nominandi eum quem elegerint; sic et hi non raro, maxime in Ægypto eandem sibi sumebant licentiam. Atque id confirmari potest, non solum eo facto, quo, post amissam iterum seculo XII exeunte Hierosolymam, Isacius Angelus misit quos voluit Patriarchas (utique eo jure quo sui majores fecerant ante dominatum Latinorum) sed etiam ex proximiori hujus seculi exemplo, Constantini scilicet Copronymi circa annum DCCCL, de quo narrat Elmæcinus, quod *tempore Saffahî XXI Califæ, jussit constitui Patriarcham Antiochiæ et Orientis Isacum, mandans ut quicumque ei resisteret interficeretur: et occisus est ejus causa Matraninus. Misitque ipse synodicum ad Abnachelem Patriarcham Alexandrinum et epistolam, qua jubebat ut eum admitteret aut ad se veniret; verum is neque admisit eum et nec ad iter se paravit. Venitque rumor in Ægyptum Isacum obiisse Antiochiæ, Sedemque occupasse quemdam nomine Athanasium, idque subito factum fuisse ante solis occasum. At hoc secundo die mortuo, constitutus est Antiochiæ alius nomine Georgius: quem aliquanto post, in gratiam Episcopi cujusdam sibi amici removit Abugiofar, Episcopo in ejus locum suscepto, atque hic non scripsit Synodicam ad Patriarcham Ægyptiacum.*

ordinatus
ipse an. 705.

E

et cerosimiti-
liter confirma-
tus ab Imp.
CP

F

PARERAGON IX.

*An ex prætensa Thomæ Florentini attestatio-
ne satis constet de antiquitate tituli B. Ma-
riæ de monte Carmelo.*

Attestationem in titulo propositam continet et examinat Pars I Propylæi antiquarii ante tomum 2 Aprilis: eadem hic iterare non est operæ pretium, sed nec expendere singula quæ in defensionem illius scripturæ vulgavit auctor Armamentarii. Faciendum hoc sibi sumperat Reverendissimus monasterii Pistoriensis Abbas Tiberius Petraccius, antea totius sui Vallumbrosani Ordinis Procurator in urbe, scripseratque Commentarium bene longum, quo suam meamque tueretur sententiam: sed occultis quibusdam

Ad abolendam
notitiam evi-
sionem,

A quibusdam machinis abductus vel absterritus ille a proposito, differt exhibere promissam apologiam : nec habet amico facessere molestiam importunius exigendo, quod forte commodiori tempore vulgaturus ipse per se est. Satis habeo hoc Parergo ostendere, quod Attestationis illius propugnatores, nihil minus egerint ac ne conati quidem sint, quam quod operosissime videntur velle, etiam cum strepitu formæ judicialis et testibus coram Notario publico juratis.

ex quatuor capitibus probatum,

159 Rem paucis absolvo. Argumentorum meorum summa ad hæc quatuor capita reducebatur. Primo, quod scriptura, quæ originalis et authentica esse prætenditur, atque adeo exarata anno MCCXIII, testimonio ejus qui vidisse se scribebat Petracii, constaret litteris non Latinis, non Longobardicis, sed plane barbaricis, id est prorsus talibus qualibus scripsisset advena quispiam intra hos ultimos centum annos. Secundo quod præpensæ istius scripturæ antiquitati refragaretur quidquid tunc erat hominum eruditorum Florentiæ, qui sane sunt plurimi iique nobilissimi, exemplo suorum Principum Magnorum Hetruriæ Ducum, scientiis omnibus excultissimorum : quorum primarios nominabam, Ferdinandum Ughellum Italiæ sacrae auctorem, et Carolum Strozium Senatorem commune urbis istius oraculum, utrumque tota eaque longissima vita in patriis monumentis scrutandis versatum. Tertio quod stylus ac dispositio seu forma totius contextus prorsus ejusmodi sit, qualis hodieque in usu est Notariis Florentinis, dissimilis ei quem antiqua VIII ac IX seculi instrumenta præseferunt. Quarto quod eadem novitas deprehendatur in singulis pæne formulis seu phrasibus, prorsus aliis quam quibus utebantur antiqui, aut etiam uti poterant. Quid ad hæc TRIUMPHATORES ?

oportuisset specimen ipsarum litterarum exhibere,

160 Expectabam ego, nec putabam aliter facere posse, qui vellent ratione agere, ut ad specimen litterarum in controversiam adductarum primas ultimasque lineas æri incisas darent, cum aliis ejusdem fere ævi ac loci comparatas, sicut ego feci in prima parte Propylæi, prætensi diplomatis Horreensis specimen comparans cum vero Dagoberti Regis privilegio : quo facto si convenirent specimina, nec alinde fraus appareret, evicta esset prima primæ objectionis difficultas. Profecto non convenit certare verbis, cum rebus ipsis in conspectum allatis finiri controversia potest. Interim dimissa rei controversæ substantia, maluit TRIUMPHATOR Franciscus ad circumstantiam illam venire, quam addiderat Petracius, significans nobis audivisse se D. Antonium Contalberti dicentem, quod Florentini Carmelitæ diploma illud curaverunt scribendum in membrana a quodam Fratre Polono, qui tunc in Florentino degebat Carmelo, tunc scilicet, cum lis esset inter Senenses et Florentinos de primatu suorum conventuum. Hoc testimonium ut evertant, ipsum qui allegabatur Antonium induxerunt, ut coram Notario ac testibus sic loqueretur. *Ego Antonius d'Alberto et ex Antonio de Comitibus Alberti, dico et confiteor, quod cum hic annis præteritis essem in conversatione quorundam, qui profitentur et ambiunt antiquitatis intelligentiam habere ; sermoque fuisset institutus de memoria collocata in claustris Ecclesiæ Carmelitarum Florentiæ, me dixisse, quod videram quemdam Patrem Polonum, qui Romam iter agens aliquamdiu in præfato conventu steterat, Bullam in dicta memoria specificatam conscribentem : et hæc dixi, quia ipsum videram, dum dictam bullam scriberet, sicut etiam me nunc ipsum vidisse scribere, dico et affirmo. Verum non dixi quod Præfatus Polonus dictam Bullam composuerit. Atqui hoc non dixerat de eo Petracius. Fateatur autem nobis Antonius, quo fine dixerit, quod scribentem vidis-*

potius quam testimonium hominis

verbu sua in alium sensum torquentis :

set ? Numquid non ut aliorum confirmaret sententiam, qui unanimiter judicabant novitium figmentum illud esse, de cujus auctoritate quærebatur ? Ita certe intellexit eum qui adhuc superest Capitaneus Cosmus de la Rena, ita Petracius, ita (nisi vehementer fallor) alii omnes. Præsumebant enim Antonium, ut sapientem, loqui apposite ad id quod quærebatur ; adeoque de ipso originali, quod jactatur esse annorum nongentorum, non vero de exemplo seu copia, quam scribi vidisse vel non vidisse, nihil ad rem fariebat.

161 Pergit Antonius : *Non etiam dixi quod id factum fuerit, quia lis erat inter Carmelitas Senarum et Florentiæ de primatu suorum conventuum, et quod ob hanc rationem Florentini composuerunt diploma : quia nunquam audivi a dictis Patribus quod cum Patribus Senensibus de dicto primatu litigarent, neque unquam vidi ullum processum prædictum primatum concernentem etc.* Neque hoc de Antonio Petracius dixerat. Unde hic ergo istud habuit ? Ipsum interrogate : ætatem habet, nescio an libertatem dicendi quod novit. Dum ea adhuc plena potiretur, scribebatque Commentarium mihi promissum, significavit per Illustriss. Antonium Magliabechium, quod controversiæ istius testem esset addicturus auctorem impressum ex Ordine ipso Carmelitarum. Possitne id facere an non possit, ad substantiam nostræ quæstionis non attinet : quare non volo in argumentum sumere diligentiam, a Senensibus in contrarium factam anno MDLXXIII, qua sub Notarii publici fide curaverunt ex Chronica Mag. Pyrrhi Landucci, perducta usque annum MCCCXLII, describenda antiquiorum quarundam Chronicarum Senensium, lingua vulgari compilatarum, verba, pro Senensis conventus antiquitate facientia ; eaque sic authentica miserunt Romam. Substantia quæstionis nostræ in eo versatur, ut doceatur scriptura, de qua agitur, esse vel non esse originaliter scripta ab annis nongentis. Hæc quæstio non potest decidi certius, quam ipsamet ante oculos fideliter per sculpturam producta. Producere ipsam ego non possum, quia postquam innotuit Patribus Florentinis rem haberi suspectam, frustra fuisset omnis amicorum conatus pro obtinenda illius fidei expressione. Restat igitur ut ipsi, quorum magis interest, hoc faciant : quod ut expectavi, sic pergam expectare, prius quam in hac tantæ consequentiæ causa iis credam.

neque de causa fictionis altercari :

E sed ipso facto ostendere nullam subesse :

162 Ad secundum quod attinet, ipsorummet scilicet Florentinorum de re tota iudicium ; intelligo ex litteris inde ad me datis, non defuisse Patribus Florentinis curam hujus rei, ipsosque eum in finem adivisse varios, quos sibi sperabant esse fautores, accedente præsertim Reverendiss. P. Generalis commendatione scripto exhibita. Nolim ego alienæ fidei præstare me vadem circa hoc punctum, quia qui hæc scripsere nominari non volunt ; ne videlicet maledicentiæ hinc sibi paratæ gratis sese objiciant ea in urbe, ubi cum dictis Patribus non solum pacem volunt, sed etiam amicitiam, tum sua tum uxorum ac filiarum causa, occasione sacri Scapularis sacro isti Ordini pie affectarum. Sed quanto ii magis amici sunt et haberi volunt, tanto facilius esse debuisset permovere saltem aliquos eorum, qui doctrinæ et antiquariæ scientiæ fama excellunt, ut antiquam vere scripturam prædictam videri sibi testarentur, contra Ughellum, Strozium, Petracium, et alios, quos ibi notos nihil hic attinet nominare. Ornem porro admirationem superat, quod ne quidem poterint adducere præfatum Dominum Contalberti, nescio qua ratione persuasum ut verba sur ad alienam voluntatem, ab obvio quem habebant alique intellexerant sensu, detorqueret, etiam cum suæ æstimationis jactura non levi. Mirum est, inquam,

F item audire sententias antiquariorum Florentinorum,

quod

A quod nec eum saltem potuerint inducere, ut antiquitatem prætentam confirmando, amplioem sibi gratiam promeretur.

163 Nonnemo illorum, quos ita dixi favere veritati a me productæ, ut ejus tamen causa nolint in contentionem venire cum viris sibi alias caris, mihi suggestit, ingens præjudicium ad alias certiores rationes posse ex *Compendio Historico Carmelitani ducti, cum indulgentiis et privilegiis ejusdem Ordinis, composito ab Adm. R. P. Mag. Petro Lucio de Bruxellis, Sacræ Theologiæ Doctore, atque ex lingua Latina in vulgarem traducto per R. P. Franciscum Minucci de Ruldo S. Th. Cursorem in eodem Ordine, et dedicato Reverentissimæ Magis Ducissæ Petruræ, impresso denique Florentiæ apud hæredes Jacobi Juncti anno 1595 in duodecimo. Ibi enim pag. 103 leguntur hæc verba, ex Italico a me Latine reddita: Anno MCLXVIII die ultima Junii, in Sabbato mane fuit solvuta ecclesia Carmeli Florentini, tempore Nicolai Gallici Generalis. Pag. 135 ad Generalatum Joannis Grossi: Ejus tempore et anno MCCCXXII in octava Paschæ, quæ tunc cadebat in diem XIX Aprilis, Reverendissimus Americus Corsinus, primus Archiepiscopus Florentinus, consecravit nostram ecclesiam Carmeli Florentini, assistentibus sibi Reverendissimis Bennozia Federighi Episcopo Fesulono, et Antonio del Fede Carmelitano Episcopo Suanensi.*

164 Notandum est autem quod Lucius iste, licet origine Belga, multis tamen annis Florentiæ vixerit, ibique impresserit tum alia opuscula, tum Bibliothecam Carmelitanam Trithemii, suis illustratam annotationibus et partibus pluribus auctam: qui profecto, inquit amicus iste Florentinus, uti et interpretis ejus Franciscus, si quid de prætensu antiquitate et fundatione anni DCCXLIII cognovissent, non omisissent illam: sed magno cum apparatu et pompa voluissent *Compendio isti Historico insertum. Quod cum non fecerint, illique vixerint sub finem seculi præcedentis, merito præsumitur, eam tunc necdum fuisse notam; recteque fecisse Reverentiam vestram, quod parte 2 Propylei antiquarii capite primo, proposueris examinandum Florentinæ fundationis antiquitatem, ut primum hoc seculo excogitatum: nec esse absimile vtro, quod circa idem tempus composita fuerit, quo ipsam scribi vidit Antonius Contolberti.*

165 In tertio quartoque puncto nihil repugnant TRIUMPHATORES, neque negare audent hujus omnino ævi esse stylum ac formulas: quod perito cuivis antiquario satis esse ad convictionem solet. Constat enim annorum decursu, uti linguas et vestes aliasque res omnes humanas, quæ in perpetuo fluxu sunt, sensim sine sensu, sic et notariæ praxim mutari; adeo ut intra lapsum paucorum seculorum ingens, si non in toto, saltem in parte appareat mutatio; quæ inter similia longo usu versatis indicium pœne infallibile præbeant ætatis suæ: sic ut vix possibile sit aliquid vere antiquum scriptum produci, cui non inveniantur alia ejusdem fere loci ac temporis in plerisque similia, unde probari possit illius sinceritas. Tale nihil faciunt TRIUMPHATORES, sed intricatissima gradientes via, sibi lectorique suo offundunt tenebras (quas imputant mihi, et quibus discutendis immorari non vaeat) toti in eo, ut meam crisin circa veri falsique discrimen suspectam reddant Fratribus suis, et si possint etiam aliis quibuscumque. Sed quoad alios adeo proficiunt nihil, ut vel nunc maxime viri in ecclesiastica ac seculari potestate eminentes, meum de ejusmodi rebus exquirant iudicium; quos inter nuper fuit Reverendissimus sacri Palatii Magister ex Eminentissimi ejusdam Cardinalis voluntate, nunc Cardinalis etiam ipse, Eminentissimus Capisuecus ex Ordine Prædicatorum. Ego tamen eos malle ad principia a me deducta

recurrere, quam invidiosæ plenum opus aleæ, in quo consultius sæpe sit veritatem tacere quam promere, mihi imponere consulendo de singulis. Quo loco TRIUMPHATORES crisin meam habuerint, haud magni facio. Piæ memoriæ Petrus Antonius Peckius, Carthusiæ Liraniæ et Antuerpiensis ac rursus Liraniæ successive Prior, Commissariusque ad inspicienda sui Ordinis per Belgicas provincias vicinasque Germanicas constitutus, idemque Cancellarii Geldriæ filius, atque a prima juventute versatus in Jurisprudentiæ studio et usu forensium rerum, post Aprilem editum sic ad me scripsit Lira XVII Aprilis: *Dum exemplarium in refugio nostro Antuerpiensi depositorum expectatur compactura, nostræ interim curiositati facere licuit satis per inspectionem exemplaris compacti P. Bollio missi: ubi mihi præ ceteris lectu jucunda fuit doctissima solidissimaque refutatio Florentinæ fundationis Carmelitarum, ab ipsis pro suæ antiquitatis assertionem ridicule productæ; atque in posterum ab eruditis (ut reor) omnibus pro fabula habenda, nec facile reperturæ inter illos ipsos Patres, qui ad comparandam ei fidem stringere calamum audeat. Ita vir ille a singulari eruditione, virtute, prudentia, atque modestia laudatissimus in suo Ordine, qui modum posset videri excessisse, nisi excusaret evidentia agnitæ falsitatis.*

LXIII EUSEBIUS vel BASILIUS.

Priæentibus hactenus antiquorum Patriarcharum Catalogis, et coævorum fere auctorum Orientalium scriptis, satis commode progressi; ex primæ ætatis claritate descendimus in mediæ ævi tenebrarum caliginem: quia gementibus sub duro Saracenorum jugo Ecclesiis Syriæ et Ægypti, atque imprimis Hierosolymitana, nemo fuit qui Patriarcharum in hac successione investigaret, nisi postquam victoriebus Latinorum armis liberata urbs sanata est, et sacrorum Christianorum cultus ibidem cepit caput attollere. Ex hoc tempore turmatim efflorescere Scriptores Belli sacri, ex iis fere qui testes oculati aut etiam pars magna rerum ageandarum fuerant, nec omiserunt aliqui inter memorias, quas diuturna calamitas Hierosolymis reliquas fecerat, scrutari notitiam præcedentium Patriarcharum, nonnullamque eorum seriem texere. Sed hoc non ita plene consequi potuerunt, quin aliqui eorum diligentiam fugerent, quos aliud agentibus, fortuna non minus, quam sedula curiositas obtulit, quemadmodum in consequentibus apparebit: eo enim profectum est, ut paucos desiderari credam qui ad notitiam nostram non venerint. Catalogorum istiusmodi unum habemus in Collegii nostri Brugensis Codice insigni membraneo, ubi post Roberti et Fulcherii Hierosolymitanam historiam, invenitur *Descriptio locorum circa Jerusalem adjacentium, et ad hujus calcem recensentur nomina, primo Episcoporum ac Patriarcharum usque ad Fulcherium, deinde Regum Judæorum ac Latinorum usque ad Babuinum III, tum Principum Edessanorum, Galiliæ ac Tripolitæ. Qui omnes cum finem habeant circa annum MCL, nihil mirum est si in tota præcedente Terræ-sanctæ descriptione de Carmelitis verbum sit nullum, utpote non nisi sub Amalrico, Fulcherii successore, congregari cæptis. Atque hæc in transitu dicta sint occasione Catalogi Latini, sæpe nobis appellandi indiscreto Brugensis aut Rubicæ-vallensis MS. nomine, cujus ætatem necesse fuit describere, et vel ex illo de Carmelitis silentio prout fuit confirmare. Nunc ad Patriarchas Joannem III subsecutos progredior, prout eos potero undecumque corrudere; corriget doceri petens a quocumque, qui forte invenerit aliquem vel prætermissum, vel non suo loco ac tempore positum.*

D
AUCTORE D P

E

Intermissa
continuatio-
ne Catalogi
Patriarcha-
lis Græci per
4 secula.habemus Latini-
num scriptum
sec II

F

pro quibus
facit Carme-
litarum de
tali anti-
quitate si-
lentiumusque ad hoc
seculum:et stylus ac
formule om-
nes recentes,
Cin quibus vi-
deor non
male fun-
dasse senten-
tiam meam.

A 167 Prædicti Catalogi, initio prosecutionis tentatæ, in nostris illis MSS. perquam imperfecti sunt: quippe qui præteritis *Locum-tenentibus*, et eo quem dixi *Joanne, Damasceni magistro*, ordinem suæ successionis resumunt in *Theodoro*, eique successorem subjungunt *Eliam*: utrumque vero Theodoricus Pauli ad altiora quam par sit tempora subvehens, primum quidem confundit cum patre *S. Theodori Papæ*, secundum vero dicit adhuc tempore *Heruclii præfuisse Ecclesiæ, cum magno incremento subditorum suorum*: quæ omnia ex jam positis refelluntur. Sed neque *Joanni*, sub annum MCCXXXV mortuo, immediate potuit successisse *Theodorus*. Extat enim illius Synodica epistola de sua fide et electione, probata in Actione in Synodi in Nicænæ, prout directa fuit ad Patriarchas alios Orientales duos, *Cosmam Alexandrinum et Theodorum Antiochenum*, qui non nisi circa annum MCCXLII ordinationem suam ipsinet acceperunt. Huic ergo annorum VI aut VII hiatus supplendo *Eusebium* quemdam nobis offert *Vita S. Madalvæi Verdunensis Episcopi*, qui colitur die IV Octobris quemque ab anno MCCXXXV ad MCCXLII Cathedralam illam tenuisse satis evidenter demonstrat *Richardus Wassenburgius*, lib. 2 Antiquitatum Galliarum Belgicarum; quantumcumque alii aliter senserint, quia ex *Vita ipsa*, non valde accurate nec a cævo scripta, nihil certi elici quoad tempus potest. Dicitur enim quod Sanctus iste, postquam *Sedem illam, dissensione Principum et turbine bellorum plurimum desolatam, mirabiliter reformavit, sepulcrum Domini in Hierusalem devotissime visi'avit*. Hoc autem cum faceret, intellexit *Eusebius Patriarcha adesse virum Dei: quem ad se uocatum cum magno accepit honore. Qui cum sanctitatem conversationis ejus miraretur, et eum secum retinere cogitaret quumdiu moreretur in vivis; revelatione divina est admonitus, ne propriis intentus, aliorum invideret utilitatibus; nec detineret peregrinum, cum jam ejus filii indies Patris sui præstolarentur recursum. Dimisit ergo eum Patriarcha, dans ei calicem crystallinum, opere mirifico sculptum, in mutui pignus amoris una cum multis aliis Reliquiis.*

vel *Basilium* usque ad 742.

C 168 Prædictus quidem Wassenburgius iter istud *S. Madalvæi* usque ad extremam fere senectutem ejus annorumque circiter MCCLVII differt, sed nulla cur id faciat ratione allata, multo minus cur pro *Eusebio* velit substitui *Basilium*; et quidem sic, quasi ad id coactus ratione chronologica, quæ convicerit, Sanctum Episcopum multo citius e vivis excessisse, quam statuat *Hugo Flaviniacensis Abbas*, qui sub finem XI seculi scribens *Chronicon Verdunense*, mortem istam usque ad annum MCCXXXVI differendam contendit, atque sub *Hadriano Papa*, adeoque post annum MCCXXXI peregrinationem istam factam dicit. Hujusmodi *Basilium* necdum mihi innotuit; qui si inveniatur Hierosolymis sedisse ante *Eusebium*, locum ille suum per me non amittet: donec tamen aliter probatum fuerit, dicam *Eusebium* immediate successisse *Joanni*. Cum autem jam inde ab anno MCCXXXIV *Leo Isauricus* cœperit imagines oppugnare, edito de iis abolendis decreto; eamque impietatem continuaverit filius ejus *Constantinus Copronymus*, et nepos *Leo Chozares* usque ad annum MCCLXXX; Orientales Episcopi turpissimam hæresim execrati, ab eorum se communione segregaverunt: unde consequens fit, quod in eligendis Patriarchis eorundem vel nullam vel exiguam habuerit rationem.

LXIV THEODORUS.

Mortuo Leone Copronymi filio, ad abolendam Iconomachiarum labem, Constantinopolitanus Patriarcha electus *S. Tarasius*, ejus Vitam deduximus XXV Februarii, sub Christianissimo Constantini et matris

Monachi Syriæ ad Synodum 2 Nicænam

ejus *Irenes imperio*, censuit concilium Œcumenicum in urbem Nicæam convocandum, annuente Romano Pontifice: eumque in finem etiam ad Orientales Patriarchas direxit Legatos suos, non obstante periculo vitæ quod eis poterat a Saracenorum nequitia obvenire. Sed monachi Syriæ, in quos primi incidere, sibi ipsisque et suis Patriarchis ab ea legatione metuentes, utpote facile datura ansam suspicacibus et crudelibus Barbaris, ad novam aliquam afflictionem addendam satis superque afflictis; consilio inter se inito, ipsorum Patriarcharum nomine, cum Legatis remittendos ad Synodum censuerunt eorum Syncellos, quibus et litteras suas tradiderunt cum hac conclusione, sicuti legi potest Actione in prædictæ Synodi: *Ad munitionem humilium litterarum nostrarum satisfactionemque Beatitudinis vestrae atque Imperatorum nostrorum; censuimus etiam exemplar Synodiarum Theodori, sanctæ memoriæ Patris nostri et Patriarchæ Hierosolymorum, subjecerimus his quæ scripta sunt a nobis. Hunc autem libellum, secundum solitum Ecclesiæ ritum, idem sanctæ recordationis scripsit beatis et alii termini Patriarchis, Cosmæ scilicet Alexandriæ et Theodoro Antiochiæ Theopoleos, qui et reciproca Synodica eorum, dum adhuc viveret, accepisse noscuntur.*

170 Hinc porro facile erit intelligere, quo anno *Theodorus* sedere cœperit. Etenim *Elmacinus* lib. I cap. 17; Anno inquit *Hegiræ cxxviii obiit Alexander Patriarcha Jacobitarum Alexandriæ, in cujus locum substitutus est Cosmas, qui ut menses sedit quindecim, vita quoque defunctus est die ultimo Bannæ, id est xxiv Junii. Dicitur quoque Patriarcha factus anno ultimo Leonis Regis Romanorum, videlicet Isaurici, defuncti xviii Junii anno MCCXLI; cœpit ergo Cosmos circa finem Martii anni jam dicti, et sedit dimidio anno sequenti. Quod ad Antiochenum Patriarchatum attingit, dicit quidem *Elmacinus*, quod post mortem *Joannis*, constituti anno I Isami, id est Christi MCCXXVI, mansit ecclesia sine Patriarcha usque ad tempora *Abdallæ Safahi*, qui cœpit regnare MCCXLIX; et cum hoc convenit, quod deinde lib. 2 cap. 2 dicitur *Copronymus Antiochiam misisse Isacum, tempore ejusdem Safahi; sed hoc non impedit, quo minus, sicut ante hac Hierosolymis, sic et tunc Antiochiæ fuerit Locumtenens sedis Patriarchalis Theodorus, quem Iconomachus Leo noluerit confirmare, quemque nihilominus Episcopi Syriæ veluti Patriarcham habuerint. Manet interim quod Hierosolymitanus Theodorus ordinatus fuerit saltem MCCXLII. Quando autem obierit non æque facile est definire; sicut nec dicere, utrum qui tempore Synodi Nicænæ in vivebat Elias Princeps Pastorum Eliæ, sicuti nominatur in *Vita S. Tarasii*, mediate vel immediate successerit *Theodoro*. Quare hic etiam locus esset *Eusebio*, si hunc sedisse post *Theodorum* constaret, pro anno MCCXXXI, sicut vult *Hugo Flaviniacensis*: et ante eundem *Theodorum* dari posset locus *Basilio Wassenburgii*, si de eo etiam certius aliquid haberetur. Sit ergo tantisper ad supplendum locum, forte alias vacaturum, et sub restrictione gratiosa, Hierosolymorum Patriarcha.**

LXV BASILIUS vel EUSEBIUS.

LXVI ELIAS II.

THEODORUS intrusus et ELIAS iterum.

Monachi Syriæ, legatos suos (ut jam dicere cœpimus) sub annum MCCLXXXVII missuri ad Tarasium Constantinopolitanum, in Epistola quæ fuit Nicænæ secundæ Synodo exhibita, sic eos alloquuntur: *Notis, Fratres, qualiter, per pusillum accusationem, exul factus*

Elias fraude Theodori ex-pulsus,

mittunt Synodicos Theodori ad Theodorum et Cosmam,

quorum hic Alexandriæ an. 741 Episcopus,

iste Antiochiæ saltem Locumtenens fuit

VIDE APP. THOM. VII MIII NOT 8"

A factus sit a nobis ad duo millia milliarum, is qui regendum Thronum Fratris Domini suscepit, videlicet Elias : quomodo autem id contigerit, narratur in Vita S. Stephani Sabaitæ, danda ad xiii Julii. Hic enim Sanctus, consultus a pseudo-monacho quodam Theodoro, an successurum sibi esset votum, quod habebat in animo, nec tamen verbis volebat exprimere; quale id esset explicavit homini de superbia increpito; sed futurum quoque eidem prædixit, ut in occupato majore Patriarchali Throno, nec requiem nec diurnitatem haberet. Et ille quidem hoc contemnens, ea qua per fratrem medicum valebat apud Protosymbolum Saracenorum gratia, tantum effecit, ut Elias relegeretur, substitueretur autem ipse; sed ad breve tempus. Quia, uti sanctus Senex prædixerat, Superbus ille atque arrogans Theodorus, suo jam voto potitus, seipsum in profundum peccatorum barathrum voluntaria præcipitatione dejecit; dirisque et execrationibus quas meruerat obnoxius, in Perside male vitam suavit : sanctissimus vero Patriarcha Dominus Elias ad proprium remeavit Thronum, festive honorificeque remissus; et Patriarchali dignitate multipliciter fruens per annos complures, sancte ex hac vita migravit, successoremque in Theadelphico Throno accepisset Syncellum suum Dominum Georgium.

codem dyrecto restituitur,

et moritur post an. 797.

172 Sed ut cito commeritam pœnam retulerit Theodorus, non tamen etiam cito restitutus Elias fuit : antea enim in eadem Vita dictum fuerat, quod beatus ille Pontifex per injustas fraudes falsasque calumnias delatus ad Protosymbolum fuerat : qui confestim eum in Persidem transferens, vinculis et custodiæ traditum ad multos annos, ἐπὶ γρόβου ἐξυπόθε, inclementer conclusit. Ex actis porro Martyrum Sabaitarum, datis et illustratis xx Martii, constat, eundem Eliam, ejus reditum prædixerat Stephanus anno dccxcv mortuus, biennio post, cum Lauras invaserunt prædones barbari, adhuc in vivis fuisse. Dicitur enim num. 3 bellum civile inter Saracenos, quod istam latronibus occasionem peperit, suscitatum anno ab orbe condito series millesimo ducesimo actavo... inductione v, id est, anno vulgaris Æræ dccxcvii, cum Hierosolymitanæ ecclesiæ beatissimus Patriarcha Elias præsideret : qui tamen aut eodem aut sequenti mox anno obiit. Ut igitur aliquammultis annis suæ restitutioni supervixerit, neque omnino breve exilium fuerit, videntur hæc tempora sic ordinanda, ut Patriarcha factus ante annum dclxlx, post septimum vel octavum Sedis annum abductus in Persidem sit, subintruso in ejus locum Theodoro, ibique manserit usque ad tempus Nicæenæ Synodi cui per Syncellum suum Joannem adfuit : mox autem reductus cum gloria, adhuc octo vel novem annis tenuerit Cathedram; annis ferme quadraginta partim in Patriarchatu partim in exilio expletis. Theodorus autem debet fuisse intrusus anno dclxlvi; siquidem Synodica ejus, ad Romanum Pontificem scripta ex more, missaque per Constantinum Presbyterum, non nisi mortuo Paulo (hic autem obiit mense Junio) perlata est Romam in manus Pseudo-Papæ Constantini, sicut ipse ad Pipinum Francorum Regem scribit. Et hæc epistola scripta erat Græce et Latine, ut qualis fervor esset in Orientalibus Ecclesiis pro Imaginum conservatione cognosceret Apostolica Sedes, quemadmodum videre est apud Baronium ad eum annum num. 7; meminitque etiam istius Epistolæ Hadrianus Papa super eodem argumento ad Carolum Magnum : quæ res Theodori intrusi nomen in historia ecclesiastica conservat, licet in Latinis catalogis non habeatur expressum, uti nec merebatur.

Theodori intruso spectat ad an. 767.

173 Qualis autem absente adhuc Elia esset Christianorum status in Syria, præfatorum monachorum declarata epistola, quam exordiantur testando, quod

Muji T. III

legentes Constantinopolitanæ Ecclesiæ libellos de extinguenda hæresi Iconomachorum, quæ fuerat dominata, tremore et gaudio fuerint repleti, Tremore quidem, inquit, propter timorem eorum quibus ob peccata nostra servire decreti sumus, quique vere sunt impii ac per singulos dies occasiones requirunt ut nos morti tradant : gaudio vero, propter veritatem orthodoxæ fidei, quæ fulget in vis solarium more radiorum, et luculentissimam explanationem Apostolicorum dogmatum et paternorum. Narrant deinde qua ratione duo Legati, circumspicte et prudenter agentes, quam secretissime ad ipsos accesserint, causamque adventus sui significaverint, præhabita silentii fide, propter formidinem inimicorum Crucis. Quibus intellectis, relatisque Deo pro miraculo tantæ mutationis gratiis; Consideravimus, inquit, contaminatæ nationis cognoscentes contra nos infestationem, retinere eos qui missi sunt, et prohibere appropiare his ad quos missi sunt, videlicet Patriarchis; ducentes eos in medium nostrum, et admonentes plurimum ne iaducerent turbationem, imo ut specialius dicimus, exitium quiescentibus et Dei gratia pacificatis Ecclesiis, vel populo mirabiliter iugo servitutis afflicto, et importabilium illatione tributorum oppresso. Erat ergo pax ecclesiis Orientalibus, quoad doctrinam, prout declarare jussi sunt, qui cum Legatis remittebantur, Patriarcharum duorum Syncelli; sed afflicto populo, non quidem ab exercitio suæ religionis prohibito, sed gravibus oppresso exactionibus et serviliter habito.

D
AUCTORE D. P.

Miser status Christianorum in Syria hoc seculo 9.

E

LXVII GEORGIUS.

Ita nomen legimus certissime expressum in præcitata S. Stephani Sabaitæ Vita. MS. Brugense, vicino nomine et facile alternabili, Gregorium scribit, MS. Rubicæ-vallis Sergium, quod et Theodoricus sequitur; addens quod fuit vir magne sanctitatis et litteraturæ, qui post multa sanitatum et doctrinæ insignia quiescit in pace. Certius nobis est ex Annalibus Francorum Metensibus, seculo x scriptis apud du Chesne, quod huic Patriarchæ, circa annum dccxcix ordinato, cura fuerit Christianos Principes ad Terræ-sanctæ liberationem excitare : nam eodem anno Monachus quidam de Hierosolymis veniens, Reliquias multas obtulit Regi, scilicet Francorum et Longobardorum Carolo, ex parte Patriarchæ Hierosolymitani : quem anno mccc idem Rex absolutum remisit, et cum eo Zachariam Presbyterum de Palatio suo, et per illum multam pecuniam, dispertiendam per illa loca sancta, ubi Dominus noster corporaliter est conversatus. Revertens autem Hierosolymis in Occidentem idem Zacharias, Carolum Romæ invenit, Idibus Decembris ejusdem anni; adducens secum monachos duos, sibi a Patriarcha adjunctos. Erant autem monachi isti, unus de monte Oliveti, alter de Bethleem : qui benedictionis causa claves sepulcri Domini ac loci Colvarie, clavem etiam civitatis cum vexillo detulerunt. Eos autem Rex benigne suscipiens, aliquot dies secum detinuit, et mense Aprilis remuneratos absolvit.

Ordinatus an. 799

1°

1°

a Carolo Magno petiit subsidia.

175 Theodoricus Pauli post Georgium (sive, ut ipse appellat, Sergium, successorem Eliæ, male ab ipso relati ad tempora Heraclii, ut ad Caroli Magni ætatem perveniat) quatuor ex ordine Patriarchas numerat, Leontinum, Athanasium, Christodulum, Agathonem, quibus sous locus infra dabitur; tandemque longam texit de S. Joanne Patriarcha ex Ordine Carmelitarum narrationem : quem ait ab Adriano Papa ordinatum, eadem scilicet hic omnia repetens, quæ antea minus apto tempore dixerat de Joanne xliiv : et deinde addit, quod hic Joannes, per sepe a Saracenis expulsus cum ceteris Christiculis, et restitutus sit mediante pio Constantino Imperatore, qui septies expulserat ab Hierosolymis Payanos, sed eo re-

Fabula de Joanne Patriarcha, quem ordinavit Adrianus 1

VII ecdente

A *cedente praxauerant... Tandem ex toto expulsus, venit*
 AUCTORE D. P. *Constantinopolim ad Constantinum et filium ejus Leonem, et cum eo Joannes Neapolis Sacerdos, et David Hierosolymitanus Archipresbyter, quos ille ad Carolum misit... qui Regem Parisiis invenerunt. Litteris vero lectis quas hi attulerant, per Turpinum Remensem Episcopum Imperatoris, expeditioneque in Terram-sanctam indicta, ivisse dicitur Carolus cum exercitu Constantinopolim, et inde Hierusalem, ubi cum ad ultimum venisset, infidelibus partim occisis et partim effugatis, S. Joannem Patriarcham in Sedem suam recollocavit, et Terram-sanctam Christianis restituens in bono statu eam reformavit. Præterea habitam et victu Jerusalem, Xenodochium ibi construi jussit, et bibliothecam ingentis expensæ compegit et inde reparavit. Meræ nugæ omnia, ex apocryphis Pseudo-Turpini scriptis accepta, quæ retulisse refutasse sit. Quis enim non videat, ut cætera taceam, quam impossibile fuerit Joannem istum fuisse Patriarcham a tempore Constantini Copronymi (egregii scilicet pro Ecclesia pugilis, qui septies recuperaverit urbem sanctam) usque ad tempora Adriani Papæ, per annos ut minimum quadraginta, quando noti certique sunt quos deduximus tot alii Patriarchæ? Ignoscimus tamen libenter Theodorico, ignoscimus et Joanni Trithemio, Scriptores Carmelitas sine examine secutis, ut dicerent quod istum Joannem Adrianus Papa I, propter eximiam doctrinam et vitam excellentiam, de monasterio Montis Cormeli sustulit, et in Patriarcham sanctæ urbis sublimavit: cui etiam Trithemius addit, iisdem auctoribus eademque fide, quod nonnulla præclara syntagmata edidit, de quibus extat volumen insigne de Principio et profectu Ordinis Carmelitici, et claruit anno Christi DCLLXX.*

et Carolus restituerit.

VIDE APP. TOM. VII MAJI NOT. 9**

LXVIII FORTUNATUS.

In præcitatæ Metensibus Annalibus ad annum DCCCLXXIII, narratur, quomodo eodem anno XIII Kalendas Augusti, venit Isaac cum Elephanto et ceteris muneribus, a Rege Persarum missis, in præsentiam Imperatoris, videlicet Caroli, a Leone Papa ante sesqui annum coronati. Anno autem DCCCLXXIII venit quoque Fortunatus Patriarcha de Græcis, afferens secum inter cetera dona duas portas eburneas, mirifico opere sculptas. Rex ille Persarum sive Saracenorum Califa erat Abugiofar Haron Rasjidus, qui et dictus fuit Abu-Muhammed Haron, et Califatum tenuit ab anno DCCCLXXXVII ad annum DCCCIX, perquam amicus Principibus Christianis, et humanus erga Episcopos sibi subjectarum Provinciarum, uti ex Elmacini historia apparet. His autem inter sese hoc modo congruentibus; verosimilior fit prolixa de Fortunato Hierosolymitano Patriarcha narratio, contenta in libello de successoribus S. Hildulfi, ex Archiepiscopo Trevirensi Abbatis Mediolacensis in Vosago, ubi dicitur, quod prædictus Fortunatus, animadvertens apud Aaron Regem Persarum pluris haberi amorem Caroli quam quorumcumque Principum (quod etiam patefecerat dirigendo ei solum quem habebat Elephantum) per Diaconem Reliquias Ligni Possionis transmisit, illique multa prece contestatus exegit, ut prædicto Aaron legationem per suos inferret hujusmodi: Omnimodis tuam Clementiam precor, pro loco Resurrectionis Domini Dei mei et sancta Sion, ne tuo luxamento a gentibus possim calcetur; neque Religionis Christianæ Pontifici, debitum cultum ibidem exequenti, contradicatur. Qui cari sibi Principis amabili suggestionem adeo delibutus est, quatenus dispositioni ejus adscribi reverendum locum juberet.

177 Hac de causa Diaconem suum ad Corolum iterato cum munusculis destinavit: tertio autem ipsemet veniens mutua visione satisfacere communi affectui,

offendit Principem, de sedandis Mediolacensis monasterii turbis et electione Abbatis consultantem: qui ob id divinitus sibi destinatum illum existimans, sua suorumque Episcoporum qui aderant multa suasionem ac prece, eum inducit, quatenus susciperet curam istius monasterii. Cujus sanctitatis excellentia priorisque Apicis reverentia stirpitus est sopita claustralis discordia. Fuisse equidem dicitur recalcitrans hic Domini famulus, corpore exilis et exiguus, facie et conversatione Angelicus, barba sublonga canisque respersa decoratus. Prædica in augmentum loci in diebus ejus collata sunt numerosa, chartarum monumentis huc usque notissima... Beatus autem Fortunatus, meritis tandem et ætate consumptus, huic temporalitati IV Kalendas Martii est subtractus, atque ad perpetuum stantium dierum infinitatem perductus. Hujus veneranda gleba post bases altaris beati Papæ Gregorii decenti sepulturæ est tradita: anni vero regiminis ejus Mediani monasterii reperiuntur viginti. Ita libellus iste, paulo ante annum Christi millesimum compositus; juxta quem Fortunatus in Galliam advectus anno DCCCII saltem usque ad DCCCXXIII vixit; existimarique poterit factus anno DCCCII Patriarcha, Græco fortassis nomine Euty chius vel Macarius, sumpto consilio remanendi in Europam, quietique monasticæ inhærendi, renuntiasset Clero Hierosolymitano ut alium pro se Patriarcham eligerent.

suscipit curam Mediolacensis Abbatiæ,

defunctus an. 821.

LXIX THOMAS.

Annales Francorum ab anno DCCVIII ad DCCCVIII deducti, et tomo 2 Francorum àu Chesne ex Joannis Tillii MS. editi, confirmant nomen successionemque hujus Patriarchæ, in Catalogis immediate post Georgium relati, prætermissis Fortunato; forte quia male Græcos habuit, eum a patriis ritibus ad Latinos transisse; nisi quis dubitare malit utrum vere Patriarcha fuerit, creditus tamen sit, eo quod esset Patriarchæ Syncellus seu Chorepiscopus. Dicitur autem in præfatis Annalibus, quod anno DCCCVII ad Imperatorem pervenerunt monachi de Jerusalem, Georgius et Felix, qui legatione Thomæ Patriarchæ fungebantur. Vix autem dubitamus quin hic idem sit, qui in Actis Martyrum Sabaitarum laudatur num. 24 ut optimus medicus idemque pierrissimus Abbas, posteaque ordinatus veteris Lauræ Regumenus. Nam ab auctore Vitæ S. Stephani Sabaitæ, scriptæ intra decimum aut duodecimum ab obitu Sancti a Theoctisto discipulo ejus, nam. 136 dicitur is, qui, tunc cum Vita scribebatur, id est circa annum DCCCV, Theadelphici Throni gubernaculis præsidebat Dominus Thomas, ante annos aliquot (cum vivebat Sanctus amitamque Leontii infirmam non morituram prædixit) in civitate curam gessisse infirmorum, utpote qui medicus esset peritissimus, doctrinaque et experientia plurima exornatus; qui que secundum Deum vivens, Sanctorum Cosmæ et Damiani imitaretur conversationem, gradum obtinens Diaconatus. Diu autem Patriarchatum Thomas tenuit, siquidem post Leonis Armeni mortem anno DCCCXXI, pacata aliquantum Ecclesia et Iconomachorum furore tantisper mitigato, regressus Constantinopolim S. Theodorus Studita, gratulatorias ab eo accepit litteras, ad quas ille respondens (ut est apud Baronium anno jam dicto num. 55) Quanto, inquit, nos humiles affecti fuermus gaudio, ex sapientissima qua per nos epistolam dignoti estis allocutione, perspicere licet supremæ Beatitudini Tuæ, qui Apostolico gradu supereminentes et Fratris Domini per legitimam successionem personam agentes, vel nudo assatu honorare nos inglorios poteratis. Atque post alia, Quid hoc rei est, inquit, quod fervente hæresis persecutione convenit sublimium Sedium Antistites, tamquam Spiritus adjutores et Apostolicis

Loco Fortunati substitutus,

legatos mittit an. 807

Anno 203 veniens ad Carolum M.

* an Summum?

cui antea bis legatos miserat,

F

et an. 821 scribit S. Theodoro Studita.

A *Consiliis plenos, fraterno onimo commoverri, manumque pro veritate certantibus computiando porrigere?* Indicatur denique, quod non sic essent res Constantinopoli, quemadmodum opinabatur Thomas, quoniam hiems quidem transit, nonnumquam tamen ver exoptatum, sed solum serenitas quædam affulget, et hæc per nebulam ab aurora. Itaque ait factum esse, ut nec collectæ quidem, quemadmodum cupiebat, factæ sint, nisi admodum tenues. Hinc intelligitur quæ fuerit summa litterarum Thomæ, qui non diu postea supervixit.

LXX BASILIUS.

Mortuo Michael Balbo, qui Leonis Armeni tyrannidem extinxerat, non aboleverat hæresim, succedens filius ejus Theophilus anno DCCCXXIX, eandem cœperat profiteri, sicut et fecit quoad regnavit, totis duodecim annis sacrarum Imaginum cultores persequens, cum tres simul Patriarchæ Job Alexandrinus, Christophorus Antiochenus, et BASILIUS Hierosolymitanus ipsi scripserunt, longa dissertatione divinas Imagines sanctas adstruentes ac veneratione habendas. Testatur hoc Constantinus Porphyrogeneta in in Oratione de Christi imagine Edessena, quam in Manipulo originum rerumque Constantinopolarum, post Allatii Diatribam de Symeonum scriptis, vulgavit Combefisius: in quo etiam Manipulo dictam Orationem sequitur jam indicata Sedium Orientalium Synodica ad Theophilum Imperatorem, male præferens nomen S. P. N. Joannis Damasceni, pridem mortui: sed initio mutila, sic ut in ea non legantur ipsorum Patriarcharum nomina. Interim in ea legere est, quod *Divinus Apostolus atque Evangelista Lucas, divinum ac venerabilem castissimæ Dei matris Mariæ, adhuc in carne Hierosolymis viventis, atque in sancta Sione morantis, imaginem, temperatis coloribus manu et penicillo effluxit in tabula.* Hoc testimonio ægre invenias antiquius aliud ad vulgarem de S. Lucæ picturis credulitatem probandam; est autem minime contemnendum; æstimandum tamen magis est, quod Epistolam conclusuri, *Ad ejus, inquit, quam docuimus divinæ doctrinæ confirmationem, venerandum quoque sanctissimæ Dei genitricis Mariæ ex eaque incarnati atque infantis Dei-verbi imaginem, velut fidei gloriationem et coronam decoris sceptrumque regium, in capite confessionis nostræ expressimus; ut divinæ vestræ atque a Deo doctæ Majestati divinum ac cælestem rectæ fidei sensum totius diæceseos significaremus.* Atque hinc constat, quo tempore sederit Basilius, etiam in Latino Catalogo nominatus, licet ignoretur quando præcise cœperit finieritque. Theodoricus eundem ignoravit.

LXXI SERGIUS.

LXXII SALOMON.

LXXIII THEODOSIUS.

Hos tres Patriarchas consequenter Latini Catalogi suggerunt. De SERGIO et SALOMONE nihil alibi comperimus: THEODOSIUS notus est, tum ex vita S. Ignatii Constantinopolitani Patriarchæ, tum ex Actis Synodici œcumenicæ VIII sub illo habitæ, ad abrogationem schismatis inducti a Photio, anno DCCCLXIX; cui cum Thoma Metropolita Tyri, pro Antiocheno Patriarcha Michael, adfuit Helias Presbyter et Syncellus Throni Hierosolymorum sanctæ Christi Dei civitatis, locum et personam tenens Theodosii Sanctissimi Patriarchæ Hierosolymorum: quem deinde anno proximo DCCCLXX Hierosolymis reperit Bernardus monachus Francus, cujus eo anno loca sancta visitantis Itinerarium ex Bibliothecæ Remi-

gianæ MS. vulgavit Joannes Mabillon, Seculi Benedictini 3 tom. 2, fol. 423. Hic cum Alexandriam appulit, erat in ea civitate Dominus Michael Patriarcha, super totam Ægyptum disponens gratia Dei ordinem omnium Episcoporum, monachorum et Christianorum: Hierosolymis vero Patriarcha Theodosius, qui ob meritum devotionis a Christianis fuerat raptus de suo monasterio, quod distat ab Jerusalem XV millibus, ibique Patriarcha constitutus, super omnes Christianos qui sunt in terra Promissionis.

LXXIV ELIAS III.

Non solum in Catalogis Latinis nominatur hic successor Theodosii, cujus vicem verosimile est eum gessisse in prædicto Constantinopolitano Concilio: sed etiam Epistola ejus extat ad Carolum juniorem Imperatorem et ad cunctos Episcopos et Principes ac nobiles regni Galliarum, anno Dom. DCCCLXXXI Indictione XIV, in tomo 2 Spicilegii Acheriani pag. 372. Est autem hujusmodi: *Tribulationes multas et magnas, quas a nefanda et Deo perosa gente perpetuamus, necesse habemus scribere vobis: quas ipsi satis abundeque per multas hinc illuc venientes cognoscitis. Sed unum est, quod nos nimium premit et vehementer excruciat, quodque caritati vestræ his nostris litteris aperimus. Siquidem cum diuturna vetustate omnes ecclesias nostras partim dirutas partim casuras aspiceremus, nec ullum penitus ausum ad has erigendas vel corrigendas haberemus; magnis gemitibus et assiduis votis Domini misericordiam cæpius implorare, ut nobis ad laudem sui nominis magnifici auditum reseraret, quod has possemus nostris sudoribus ac nostro tempore restaurare. Tum divina providentia gestum est, ut Princeps hujus climatis, ordine quem vobis isti nostri Missi possunt referre, Christianus factus, hanc primitus legem dederit, ut ecclesiæ Dei a Christianis reedificarentur atque recuperarentur. Quam rem divinitus ordinatam atque decretam audientes, nec debuimus nec potuimus utcumque contemere; quippe quæ nobis semper in voto erat, et quam cœlitus postulatum et indulgentiam luce clarius videbamus. Quapropter erecti et in Domino corroborati, ad has renovandas atque resarciendas totius virtutis animum prorsus armavimus: et quoniam sumptus, ad tantum perficiendum opus, nequaquam nostros habere potuimus; alienos quærsivimus. Sed quia nemo pecuniam suam sine pignoribus nobis mutuum dare consensit, et nos quod tribuere loco pignorum possemus aliud non habuimus, oliveta vel vineas, atque ipsa earundem sanctarum ecclesiarum sacra vasa, in pignora tradidimus; et adhuc tantam pecuniam non accepimus, unde saltem illas utcumque resarcire valeremus. Quod de re actum est, ut his qui tantam pecuniam commodaverunt, olivæ et vineis nostris fruuentibus, nec non et Deo sacratis vasculis abutentibus, oleum ecclesiis ad luminaria concinnanda desit, et pauperes et monachos fame tabescant, atque in captivitate multi non redempti deficient. Nos quippe nec tanto beneficio gratia Dei collato abuti potuimus, nec huic rei congruum seu tandem indulgentiam tempus postponere, vel inaniter tamquam ingrati Dei muneribus præterire debemus. Itaque auxiliante mundi totius Opifice, tam dirutas quam jam jam casuras ecclesias nostras, magna ex parte de commoilitis nobis sumptibus, utcumque restauravimus: sed unde pignora nostra, oliveta scilicet et vineas atque sacra vasa Ecclesiarum, quæ pro his dedimus, recolligimus, minime possidemus. Quapropter visum est nobis pax in Christo generalitati seu carissimæ paternitati vestræ dirigere, ut nostris doloribus compatientes... vestræ benignitatis viscera circa nos paudatis, et pias manus vestras et sæcunda largitate decoratas usque ad nos extendatis. Hactenus Elias, servus Domini nostri Jesu Christi et Patriarcha Hierosolymorum. Subnectens Deinde*

VIDE APP.
TOM. VII MAJ
NOT. 10*

Scribit in
Franciam
an. 881,

E
quod conversa
Saracenorum
in Syria
Principe,

restauravit
ecclesias,

F
appignoratis
earundem
tonis,

ad quæ redi-
menda jurari
petit.

Scribit Theo-
philus Imp.
an. 829,

pro cultu
imaginum.

Theodosius
vixit an.
869,

et 870.

A deinde rationes ac preces, quales putabat ad persuasionem valituras, mittit Epistolam per *Gisbertum et Rainardum venerabiles monachos, qui ad hoc recipiendum pro Christi amore compulsi sunt, dum illi quietam vitam ducere Deoque famulori remotius elegerunt, ad hoc videlicet ex Francia in Palæstinam advecti.*

extremum Nicephori Phœcæ annum, Christi DCCCCLXIX D narrat, Saracenos, suorum cladibus efferatos, post expugnatas in Syria et Cilicia urbes, Archiepiscopum Hierosolymitanum Joannem, vivum combussisse, quod scilicet ipsius monitis putabant fore ut ipsos Nicephorus Imperator invaderet. Fluxerant ad anno DCCCLXXXI, quo in Franciam Elias III scripserat, usque ad Joannis martyrium anni LXXXVIII; qui quomodo dividi debeant inter septem jam nominatos Patriarchas, annumerando iis ipsum Eliam, non est meum divinare. Satis est quod verosimilitudinem non excedat, omnes eos isto annorum intervalla sedisse.

Joannes an. 969 exustus a Saracenis,

184 Hunc porro Joannem eum fuisse existimo, qui sancti Joannis Damasceni vitam, ab alio, ut potuit, Arabica lingua et litteris simpliciter scriptam, consecutus, in Græcum sermonem curavit vertere ad memoriam posterorum, multo cum ambitu elegantiaque verborum, qualem dedimus vi Maji. Dedimus etiam x Aprilis Vitam S. Macarii Antiochem, incertum an Patriarchæ in Syria, an Archiepiscopi in Pisidia, apud Gandavenses post longam peregrinationem mortui anno MXXI. Quem si velimus florenti adhuc ætate, honorem et curam Pastoralem fugisse venisseque Hierosolymiam, annis ante mortem suam circiter quinquaginta; nihil obesset quo minus in Urbe sancta Patriarcham invenerit Joannem, de quo agimus; nec propterea opus foret alium inducere in hunc Catalogum, qui sederit initio seculi XI. Certe longa ejus peregrinatio non debet necessario paucis annis concludi, potuitque patissimam vitæ partem varias regiones oberrando duxisse; et extrema demum ætate perlatus Gandavum, ibidem proximo postquam advenit anno obiisse. Sed quam hoc incertum mihi est, tam etiam illud, quod ex Carmeliticis scriptoribus de aliquo Joanne accepit Theodoricus, huicne, an alteri alicui, vere possit applicari, quod Regulam S. Basilii suscepit, quam Fratribus suis tradidit observandam. Si autem vere Joannes aliquis prædictam Regulam servandam tradidit monachis Terræ sanctæ (neque enim illius uspiam in præmemoratis sanctorum Abbatum ac Monachorum Vitis ulla fit mentio, unde nec credibile est eam ab istis observata fuisse) si, inquam, monachis illam tradidit aliquis, tales monachi gratis dicuntur fuisse Carmelitæ, quoadiu hi non docentur in rerum natura ante seculum XII fuisse. Est alioqui satis credibile, circa Joannis Martyris tempora, et seculo isto X, Monachos omnes ritus Græci in Palæstina et alibi, Basilianas institutiones sibi accepisse pro Regula; cum antea propriis quique institutis vixissent, aut etiam sub Regula S. Pachomii, prout indicat Constantinus Acropolita in sermone de S. Joanne Damasceno, Græcè latine edito a nobis num. 46.

scripsit Græcè Vitam S. Joannis Damasceni.

forte etiam S. Basilii Regulam induxit in monasteria.

VIDE APP. TOM. VII MAJI NOT 11^o 12^o

LXXV SERGIUS II.

LXXVI LEONTIUS.

LXXVII ANASTATIUS vel ATHANASIVS.

LXXVIII CHRISTODORUS.

Hec ordine quatuor istos nobis exhibent Catalogi Latini, eosdem fere nominat Theodoricus, sed *Sergium cum Georgio Eliæ III successore confundens, omnes anteriores facit tempore Adriani Papæ, a quo fictitium suum Joannem ordinatum fuisse scribit. Laudat autem prædictus Theodoricus singulos; SERGIUM quidem, ut supra dixi, quod fuerit vir magnæ sanctitatis et doctrinæ, qui post multa sanitarum et doctrinæ insignia quievit bono fine: LEONTIUM, quod vir bonus et virtutibus adornatus, rexit Ecclesiam suam in sanctitate vitæ, et tandem feliciter quievit: ANASTASIUM, quem ipse ATHANASIUM nominat, quod vir vita et doctrina illustris rexit Ecclesiam Hierosolymitanam in augmento fidei aliquanto tempore, multas pressuras a Saracenis sustinens, postea feliciter quievit. Ultimum in Brugensi MS. CHRISTODORUM, in Codice Rubeavallis Christophorum, ipse Christodolum appellat, et ait quod vir in rebus ecclesiasticis sublimiter instructus, gratia Dei et virtute admirandus, bonum finem sortitus est. Quæ omnia vera esse potuerunt; ut tamen fidem obtineant, ex antiquioribus scriptoribus sumpta esse, non gratis excogitata, probare oportet. Horum autem Patriarcharum aliquis probavit quartas Leonis Imperatoris Philosophi nuptias, circa annum MCCCCI contractas, invito Nicolæ Mystico Patriarcha Constantinopolitano. Cum enim is Leonem propterea arcuisset ab ingressu ecclesiæ, Scripsit Imperator, inquit Elmacinus lib. 2, cap. 7 od Patriarchas in omnibus Christianorum regnis, et rem iis significavit, oc responsum accepit ut uxorem duceret. Potius dixisset, ut jam ductam, filiæque Constantino genito matrem, Zoem scilicet, haberet ut legitime ductam. Erant autem Patriarchæ, Romanus quidem, Joannes Papa IX; Alexandrinus vero, Michael jam ab anno circiter DCCCLXXVIII ordinatus, nam hic XXV annis sedisse dicitur. Antiochenus quis fuerit, necdum comperi. Plures quoque doctissimos viros ad id opem contulisse, ut Imperator legem perferret, qua viro etiam tres quatuorve uxores, successive scilicet, ducere liceret, testatur Leo Grammaticus; non ideo tamen minus hæresim vocat, eo quod tertium quoque matrimonium, nedum quartum, apud Græcos illicitum crederetur. Vide quæ XV Maji diximus ad Vitam ipsius Nicolai Mystici, inter Sanctos relati.*

Elogia apud Theodoricum

aliquis eorum probat quartas nuptias Imperatoris an. 901.

LXXIX AGATHONUS.

LXXX JOANNES IV.

Neuter horum in Catalogis Latinis invenitur, apud Theodoricum vero solus AGATHONUS, cum elogio, quod *Doctrina et sapientia insignis, omnibusque virtutibus ornatus, mirabiliter effulsit; atque post signa virtutum, Deum Deorum devote desiderans videre in Sion, migravit feliciter. De JOANNE certius testimonium habemus ex Curopalate, seculi XI scriptore; qui ad*

Etiam CHRISTODORUM hunc, Catalogis præteritum, suggerit Theodoricus, *Christodolum* vocans hujus nominis *Secundum*, eo quod *Christophorum* vel *Christodorum* nullum noverit. Dicit autem de eo, quod *rexit Ecclesiam suam feliciter, infinitas tribulationes a Paganis sustinens: nam sua melliflua prædicatione multos convertēbat, et tandem felici fine quievit. De THOMA vero, quem Catalogi immediate subjiciunt unico (quem nominant) Christodoro vel Christophoro, ait Theodoricus; quod sub eo inventa est Tunica Domini, verbis acceptis e Fredegario: quæ constat ad longe antiquiorem Thomam pertinere, cum res gesta*

Quid de his Theodoricus?

A gesta sit anno xxx Guntramni Regis, seculo Christianæ Æræ vii, et seculo viii floruerit ipse Fredericianus. Adeo infelix Chronologus Theodoricus est. De JOSEPHO autem ait quod fuit *vir sanctus, et in marina persecutione rexit Ecclesiam Hierosolymorum in multis bonis, floridus in largiendis eleemosynis. Fuit in negotiis ecclesiasticis valde fervidus et egenis largus, tandem plenus virtutibus migravit.* Sed hæc tempestas in magnam tranquillitatem eo moriente mutata videtur, per successorem, gratia maxima in aula pollutem.

LXXXIV HIEREMIAS seu ORESTES.

Cur unus
idemque videatur
esse
Hieremias,

Diversis hæc nominibus, quorum altero Elmacinus, altero utuntur Catalogi, unum eundemque hominem significari vix ambiges. Et Elmacinus quidem lib. 3, cap. 5, sic loquitur de Azizo Ægypti Soldano, *Azizus Billa, Dominus Ægypti, uxorem duxerat Christianam Melphiticam, ex qua et filiam susceperat: erant autem ei mulieri duo fratres, quorum alterum, nomine Hieremiam, constituit Patriarcham Hierosolymitanum; alterum autem Arsenium nomine, Patriarcham Melchitarum Alcahiræ et Mitzæ: atque hi cum Azizo aliquam habebant familiaritatem, quod avunculi filix ejus essent.* Regnavit Azizus (quem Glaber Rodulfus infra ait occulte Christianum fuisse) ab anno dcccclxxvi ad annum dcccxcvi, et moriens filium reliquit tredecennem, Hakemum nomine: hoc enim colligitur ex prædicto Elmacino, qui cap. 6 ejusdem lib. 3 ait, quod anno Hegiræ ccccxi (quem interpres Erpennius cum anno Christi mxx comparat) occisus fuit Hakemus, cum regnosset annos viginti quinque et dimidium mensem, et natus esset annos triginta septem. Cum igitur in Latino Catalogo lego Josephi successorem Orestem, tempore cujus Achim Soldanus nepos ejus, Hierosolymam veniens, Ecclesias destruxit et quatuor millia hominum avunculique suum Patriarcham duxit in Babylonem et occidit, inducor ut credam, non nisi unum hominem utroque nomine signari, cujus apud Theodoricum Pauli, ex nescio quo auctore, hoc extat elogium verisimillimum;

et Orestes
Martyr circa
an. 1006,

187 Orestes sanctus et Martyr pretiosus, illustris genere, qui coaversus ad fidem Christi ex Saracenis, profecit in omnibus virtutibus, ita ut ad summum gradum Sacerdotii proferretur. Erat enim filius præpotentis Ducis Abellinæ, qui defuncto S. Joseph prædecessore suo, electus in Patriarcham Hierosolymitanæ urbis, strenue vixit; exemplum dans cunctis sublitis suis bene vivendi. Cum igitur gradatim de virtute in virtutem indies iret, iratus Soldanus Achim nepos ejus Jerusalem potenter intravit; ac ipsum S. Orestem Patriarcham, nolentem fidei Christianæ renuntiare, flagellatum, lampadibus ustum et a trochleas tormentatum, tandem post diversa tormenta constanter toleratum crudeliter martyrizatum, decollavit: cujus festum celebratur xv die Maji. Florarium autem Sanctorum manu scriptum, eodem quo Theodoricus scribebat tempore, xv Maji habet hæc: *Hierosolymis Oresti Ep. et Mart.* Babylonem autem, quo abductum Patriarcham dicunt Catalogi, non aliam intellexerim quam Ægyptiam, Alcairam Saracenis, Cairum Europæis vulgo dictam: nam et Rodolphus Glaber infra, *Ammiratum Babylonis* eum vocat, cujus ut mox dicetur jussu eversa est ecclesia Dominici sepulchri; et matrem ejus ait fuisse *Christianissimam mulierem, utique sororem Orestis seu Hieremix.* Onuphrius Panvinius in Chronico refert ejus martyrium ad annum Christi mvi; sed verosimilius est ipsum differri posse ad mxx, quando Tyrannus ille, in quo (ut paucis Elmacinus absolvit) concurrebant atheismus et insania, sævire cœpit. Afflavit autem non solum Christianos sed et *Judeos, et templi horum*

sub Achemo
nepote suo,

Christianorum
hoste infes
tissimo;

seu Synagogas potius, æque ac illorum Ecclesias diruit, unde multi ex iis Islamismum sunt amplexi. Et Judæi quidem maximo suo merito eundem passi sunt persecutorem, quem ad divexandos Christianos calumniosis delationibus et proditoriis commentis suscitaverant, Aureliis ex Gallia per occultas litteras ei significantes, quoniam nisi celerius domum Christianorum venerabilem subverteret, sciret se in proximum, Christianis regnum ipsius occupantibus, omni penitus dignitate carere; uti refert Glaber Rodulfus, istius seculi scriptor, lib. 3, c. 7. Nec Achemium tantum persecutorem passi sunt Judæi, sed omnes pæne Europæ Principes Totum autem rei in Oriente et Occidente gestæ seriem describit loco præcitato Glaber, narrans qua occasione, anno nono post millesimum, ecclesia, quæ apud Hierosolymam sepulchrum continebat Domini ac Soleatoris nostri, eversa est funditus, jussu Principis Babylonis: a quo missi cum imperata fecissent, ipsum quoque concavum sepulchri tumulum ferri tudibus quassare tentantes, minime valuerunt... Everso autem templo, inquit Glaber, post paululum patuit, quoniam Judæorum nequitia tantum nefas sit patratum: utque divulgatum est per orbem universum, communi omnium Christianorum consensu decretum est, ut omnes Judæi ab illorum terris vel civitatibus funditus pellerentur; sicque universi odio habiti, expulsi de civitatibus, alii gladiis trucidati, alii fluminibus necati, diversisque mortium generibus interempti, nonnulli etiam sese diversa cæde interemerant: ita scilicet, ut digna de iis ultione peracta, vix pauci illorum in orbe reperirentur Romano.

D
ALCATOR D P.

et ad templi
Hierosol. ever-
sionem inducto
a Judæis,
ob id merito
punitis.

E

188 Ceterum Christianorum persecutio maxima fuit in Ægypto sub ipsius Achemi oculis: nam ut scribit alius quidam Chronologus Arabicus, natione Coptita, seculo circiter uno quam Elmacinus junior (quem Abraham Echellensis Maronita Latinum fecit vulgavitque) Zacharias suffectus est apud Alexandrinum Patriarcha, anno dcccxxviii Martyrum (Æra hæc Diocletiani est, cujus Epochæ constituitur in anno Christi cclxxxv, adeo ut hic signetur annus Christi mxx) hunc vero crudeliter persecutus est Athachemus (idem hic est quem alii, ommissa articula Achim et Hakem nominant) ut septennio lute coactus fuerit, quamolli scilicet vixit tyrannus. Aliquando leonibus fame laborantibus projectus est, nullam tamen ipsi intulerunt noxam: ecclesiæ vero sub eo clausæ sunt multo tempore, nec quisquam Missam celebrare audebat nisi in ecclesia S. Macarii: et plurimis ærumnis affecti sunt Christiani ab Athachemo: qui etiam appendi jussit cruces collis Christianorum, et vituli caput collis Judæorum. Juvat autem hic pariter describere ex eodem Chronologo immediate sequentem historiam, specimen fervoris Christiani, etiam tunc Alexandriæ ardentis, quæ talis est. Tandem comprehendit Athachemus Scribas antæ et nobiles Christianorum, eisque proposuit aut fidem amplecti Moslemanicam aut neci se parare. Qui responderunt ei, Omnes sequemur seniore Abunagiahum: quoniam ipse est noster primas et major. Cui accersito Moslemanicam proposuit Athachemus religionem. Respondit ipsi senior Abunagiahus: Permittat mihi Calipha concedatque hanc noctem, ut animum meum consulere possim: cras autem dabo responsum. Ille autem ad suam profectus domum, valedixit uxori ac liberis, et quas eleemosynas ac sacrificia post ejus obitum essent facturi commendavit, totamque noctem illam in orationibus persolvendis transegit. Illucescente die sese Athachemo sistit. Cui ait ille: Quid tibi, senior Abunagiahe, dixit animus tuus? Domine mi, respondit, animus meus optimus ac fortissimus est in mea fide, et religione patrum meorum. Tunc præcepit Athachemus ut toris bubulis mille ictus acciperet absque ulla intermissione. Cum itaque septingentis ictibus percussus esset, dixit, Sitio. Tunc milites id ad Calipham retulerunt

sub quo et
Zacharias
Patr. Alex.
multa passus
an. 1013,

et Senex Pala-
tinus crude-
liter cæsus,

usque ad
mortem.

A runt, qui ait ipsis, Si Molesmanicam amplectatur fidem, date ei bibendum. Qui dixerunt ei: Moslemanicam amplectere fidem, et dabimus tibi bibendum. Qui respondit eis: Non. Jam Dominus meus Jesus mihi bibendum dedit. Et viderunt milites barbam ejus et labia aqua madentia; statimque tradidit spiritum. Quod cum relatum esset Caliphæ, dixit: Percutite illum donec complebuntur mille ictus: et percusserunt eum trecentis ictibus post ejus mortem.

LXXXV THEOPHILUS.

LXXXVI NICEPHORUS.

Oresti proximus successor in Catalogis ponitur THEOPHILUS, de quo ait Theodoricus quod rexit feliciter sanctam suam Ecclesiam, in grandi pressura et paupertate: cujus tamen vita, virtutibus et miraculis plena, per totam Terram-sanctam refulsit. Post Theophilum NICEPHORUS, in MSS. catalogis perperam Nichipolus et Achiaphilus: qui similiter laudatur ut vir præclarus, qui Ecclesiam venit in magna sanctitate, ac multos gentiles ad fidem perduxit. Memorabilis et certius etiam est, quod in utroque Catalogo dicitur, quod *Hic reedificavit præsentem Dominici sepulcri Ecclesiam, Achim Soldano fovente.* Etenim Elmacino teste, erat Soldanus inconstans in omnibus suis negotiis: præcipiebat rem aliquam, et diligentissime in eam incumbere: mox autem ab ea recedens, pari diligentia destructioni ejus insistebat. Et similiter agens circa Christianos ac Judæos quos vexaverat, mutata deinde sententia dedit eis qui ad Islamismum defecerant, eidem renuntiare, et permisit eis restaurare templa sua. Cum autem Rudolphus Glaber scribat, quod eodem anno mix destructa fuerit sancti Sepulcri Ecclesia, et cæpta reedificari; recte dicitur Theophilus, qui Oresti successit, perquam brevem habuisse Episcopatum, paucorumque annorum; sic ut sub eo cæpta restauratio, a successore Nicepharo potissimum promotæ perfectaque fuerit, unde huic etiam tota adscribitur. Quomodo autem id factum sit, describit hinc verbis Glaber. Eodem anno divina propitiante clementia cæpit mater ipsius Principis, videlicet Ammirati Babylonis, mulier Christianissima, nomine Maria, reedificare Christi templum, jussu ejus filii cæsum, politis et quadris lapidibus: nam et vir ipsius, quasi alter Nicodemus, pater hujus scilicet de quo præsens sermo est habitus, occulte Christianus dicitur fuisse. Tunc quoque de universo terrarum orbe incredibilis hominum multitudo exultanter Hierosolymam pergentes, domui Dei restaurandæ plurima detulerunt munera.

LXXXVII ARSENIUS.

LXXXVIII JORDANUS.

Desunt hi duo Latinis Catalogis, æquè ac Theodrico, non ideo tamen minus nobis constat de eorum ætate: siquidem, proxime post restauratam Hierosolymitanam Ecclesiam, sedisse in ea debuit Reverendissimus Arsenius Hierosolymorum Patriarcha ante annum MXXVI. Tali anno etenim sub septimo Kalendarum Augusti, Indictione XIV, Mutinæ obiit S. Symeon Armenus, post eremiticæ vitæ sub S. Basilii Regula exercitationem in Palastina, paulo ante transgressus in Europam, cum ipsius Arsenii Formatis, ut vocabant, hujusmodi tenoris. In nomine D. N. Jesu Christi Nazareni, atque sanctissimi ejus Sepulchri, a me in ligno famulo suo custoditi. Ego Arsenius, non meis meritis Patriarcha Hierosolymitanus, firmo signo sancti sepulchri, omni Ecclesie Catholicæ salutem et pacem: precor autem ad quorum partes Symeon iste, monachus et sanctissimus Christianus atque Eremita

iverit, ut ei beneficiat, quia bonus atque electus est. D [Ad Sepulcrum enim Domini ivit, inde venit ad Ecclesiam B. Petri Apostoli, post hinc ad liminum B. Jacobi Galicæ perrexit, atque sic more Apostolorum Deo ac Domino nostro Jesu Christo servientium circuit totum orbem, et non habuit comitem nisi Jesum Christum. Ut magis stupeas panem non manducavit, nec carnem, nec adipem, neque caseum, nec ovum.] Quicumque ergo Imperator sive Rex vel Regina, sive Episcopus sive Abbas, seu Comes seu Marchio, vel quicumque Christianus, amore Christi sibi benefecerit vel eum defenderit et viam ei ostenderit, quia non scit linguam, sit benedictus a Patre, Filio, sanctoque Spiritu. Conservet eum Dominus in omni opere bono, benedicit, et sanctificet Pater; in die judicii ad dexteram Christus collocet cum electis, quatenus possit audire, Venite Benedicti Patris mei etc.; confirmet Spiritus, et verbum Dei corde perceptum atque incommutabiliter teneat, ut ab iniquissimo diabolo non possit avelli. Qui vero sibi malefecerit, vel eum injuriaverit, cum damnatis pereat in æternum.

191 Has litteras credo Symeonem Græco sermone scriptas habuisse apud se, cum moreretur; quas qui deinde Latine reddidit, videtur de suo adjecisse peregrinationis ab eo susceptæ ordinem ac modum, quem propterea secrevinus a contextu reliquo per hæc signa []. Cum autem ille jam claresceret miraculis, ac dignus videretur ejus canonizationem Mutinensis Episcopus Varinus et Bonifacius Marchio apud Bonifacium VIII postularent; unus ex iis, qui causam Romæ egerant peregrantque, Vitam conscribens, Parentes, inquit, Sancti non norimus; sed sicut reverendissimus Arsenius, Hierosolymorum Patriarcha, sibi notus et familiarissimus nobis per epistolam retulit, Magistri militum filius fuit. Et caput primum finiens, Huc usque, ait, de beati viri Symeonis digna conversatione, qualiter imprimis hujus seculi pompas deseruit, vel qualiter monasterium petiit, referente nobis per epistolam venerabilis vitæ Arsenio Hierosolymitano Patriarcha compendiose digessimus. Vixit ergo post Symeonis mortem, fortassis et post canonizationem Arsenius: sed ejus venerabilis Vita laudatur, hunc suspicari possis ea functum fuisse, cum auctor scriberet.

192 Porro sicut Arsenium hunc ex S. Symeonis vita erimus; sic ex Glabri Radulphi cævi historia lib. 4, cap. 6 habetur indubitata notitia JORDANI. Verba ejus sunt: Anno incarnati Verbi MXXXIII. ex universo orbe tam innumerabilis multitudo capit confluere ad sepulcrum Salvatoris Hierosolymis, quantam nullus hominum prius sperare poterat. Primitus enim ordo inferioris plebis; deinde vero mediocres; post hæc permaximi quique Reges, Comites ac Præsules; ad ultimum vero, quod nunquam contigerat, mulieres multæ nobiles cum pauperioribus illuc perreperunt... Eodem tempore Odolricus Aurelianorum Præsul illuc pergens, quid viderit nobisque narraverit non prætermittendum videtur miraculum. Die igitur magni illius Sabbati, quo ignis mirabili Dei potentia veniens ab universo populo præstolatur, ibi cum ceteris idem Præsul adstabat. Jamque die ipsa in vesperum transeunte, repente penes horam qua sperabatur ignis adfuturus, unus Saracenorum, scurra impudentissimus, ex plurima illorum multitudine, quæ annuatim una cum Christianis semper adesse solet, exclamavit, ut Christianis mos est cum primum videtur, Agios Kyrie eleison, et cavillanter cachinnum emisit, extensaque manu arripuit cereum de manu cujusdam Christiani, an fugere tentans. Qui illico arreptus a dæmonio, turpiter nimium verari cæpit; quem prosequens Christianus cereum abstulit: ille vero tortus acerrime, protinus inter Saracenorum manus expiravit. Quod factum omnibus in communem terrorem immisit, Christicolis tamen gaudium et exultationem præbuit.

Statim

Restauratur
Ecclesia sancti
Sepulchri ipso
quo eversa
an. 1009.

B

C

In Europam
transeunt,

ipsoque mor-
tuo rescribit
quid sciat
de ejus ge-
nere et vita.

E

An. 1033
sub Jordano,
F

sacer ignis
cælitus im-
petratur.

A *Statim vero, ut ossolet, Dei virtute erumpens ignis ex una Impudalarum, quæ septem ibidem pendere cernuntur, cursim eructuando ceteras inflammavit. Quam etiam cum suo oleo præfatus Episcopus emens auri libra a Jordano, qui tunc præerat Patriarcha, secum detulit, atque in sede propria reponens plurima infirmis contulit beneficia.*

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 13**

LXXXIX SOPHRONIUS.

LXXXX EUTHYMIUS.

SOPHRONIUS, inquit Theodoricus, *rexit Ecclesiam Hierosolymitanam in omni perfectione sanctitatis. Sub ipso efferbuit gravissima persecutio Christianorum in Hierusalem et Terra sancta. Sed ea res non cessit impune Saracenis: siquidem (ut Catalogi Latine expresse hic scribunt) hujus Patriarchæ tempore, Turci expugnantes Jerusalem Saracenos occiderunt. Christiani remanserunt. Elmacinus, huic cladi testis coævus, ad annum Hegyræ Saracenicæ CCCCLXIX, qui Christiano MLXXVI respondet, scribit quod Isarus, Emissa Damascoque et subjectis regionibus potitus, in Ægyptum ipsam magno ausu moverit; sed populus Alcahiræ, cum militaribus copiis junctus, contra Isarum prodiit, eumque superatum in fugam vertit, etiamsi multo secum agmina duceret. Grassatus tamen fuit in itinere Romulæ et quemcumque superare potuit, occidit. Tum Hierosolymus concessit, ubi trin hominum millia peremit, et ex improvise Judicem et Noturios, cum coram eo venissent, interfici jussit, inleque Damascum profectus rediit. Pari ergo quo prior Sophronius fortuna, etiam hic secundus vidit mutatum Urbis sanctæ statum, ne jure diu videretur superfuisse; siquidem post eum adhuc duo sederunt, priusquam Latini Principes sacra arma intulerunt in Syriam, seculo hoc XI exeunte, ductu Godefridi Bullionii. Successit autem Sophronio mortuo primus juxta Catalogos EUTHYMIUS; de quo merito et verissime dixerit Theodoricus, quod in grandi tribulatione rexit Ecclesiam suam. Atque hic et Theodoricum et Catalogos tantisper missos facimus pro sequenti Simone, Græcorum ante Latinos ulti-*

Sub Sophronio an. 1076
Jerusalem capitur a Turcis

B *mo, et octo primis Latinorum eorundem Patriarchis, liquidiorum veritatem ex ipsis hausturi fontibus, bellorum scilicet sacrorum scriptoribus simul et actoribus: qui tamen quia unicuique ad manum sunt, solam fere chronologiam proponentes ob oculos, abstinemus a prolixiore rerum a singulis gestarum acquisitione.*

LXXXXI, SIMON.

Certabant inter se Saraceni ac Turci de imperio Orientis, interim dum Occidens consilia, pecunias, arma, viros conferebat certatim ad natalem Christi terram a turpissimum gentium servitute liberandam. Sed tantorum apparatus fama difficulter potuit consolari eos, quibus propter id ipsum majores indies fiebant angustiae, omnia suspectantibus barbaris: maxime cum jam non fama audiri tantum, sed ipsa Principum Christianorum virtus ac fortitudo videri coram et sentiri cœpit; debellataque Nicæa et Antiochia, Hierosolymis immineret; uti ea fuse describuntur ab illius belli historicis coævus et plurimum rerum testibus oculatis. Tunc, scilicet anno MXXVIII, Simon, ultimo in Catalogis nominatus, ut Albertus Aquensis lib. 6, §. 39 scribit, *Vir sanctissimus utilito adventu Christianorum et sede circa mœnia Antiochia, profectus est ad insulam Cyprum, propter minas Turcorum et importunitatem Saracenorum. Fuit quippe vir grandævus et fidelis Christi servus: qui a prædicta insula plurima caritatis dona Duci Godefrido ceterisque Principibus misit, initio obsidionis Jerusalem... sperans sub iisdem adhuc pacifice et secure ad Sepulcrum Domini nostri Jesu Christi præesse ac deservire. Sed illo tempore obsidionis, in prædicta insula ex hac luce subtracto, Ecclesia suo Pastore viduata remansit. Quapropter consilio inter Christianorum Principes habito, et sæpius discusso quis tanto viro succederet, non est repertus aliquis tanto honore et tam divino regimine dignus: ideoque dilatio facta est. Tantum Arnolfum de Robes, Cancellarium sanctæ Hierosolymitanæ Ecclesiæ, Procuratorem sanctarum Reliquiarum et Custodem eleemosynarum constituerunt.*

Simon Græcorum ultimus
1098 in Cypro moritur.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 14**

E

Urbe a Christianis recepta.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 15**

PATRIARCHÆ LATINI.

C

I DAYRERTUS.

F

Variant de Arnulfi principiis, uti affectus, sic et judicia scriptorum, quæ nolumus examinare. Hoc certum est, vitio natalium et itineris non satis pudice facti nota diffamatum, etsi ab aliis protruderetur ut Patriarcha legitime electus, a plerisque tamen toleratum dumtaxat, tamquam Vice-patriarcham, donec Romanus Pontifex Ecclesiæ illi provideret; postmodum autem ita se gessit, suscitandis inter Reges Patriarchasque discordiis, ut omnium linguis calamisque perstringi meruerit. Absit igitur ut primum inter Patriarchas Latinos locum demus ei, qui utinam neque tertium tenuisset! Primus nobis erit Daybertus, aliis Daumbertus, aut etiam Dagobertus, Pisanus Episcopus, Sedis Apostolicæ Legatus: qui ut eligeretur, auctorem fuisse ipsum Arnulphum, scribit Guibertus, Abbas monasterii S. Mariæ Novigentii, historiæ suæ Hierosolymitanæ lib. 7 § 13. Ab hoc Hierosolymitani Regni investituram suscipiens Rex Godefridus, constituit novo Patriarchæ dotem, eidem a sua morte consignandam; cujus caussa Daybertus adversarium mox sensit Balduinum, Godefridi fratrem et successorem, compulsus in montem Sion se privatim reci-

Arnulphus Patriarchæ vices gerit.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 16**

Primus consecratur Daybertus,

VIDE UT SUPRA
NOT. 17**

pere. Idem, conciliata utcumque pace, honoratus fuit illustri illo accepti divinitus luminis miraculo, quod sacra Paschali die propemodum desperatum, tandemque multis lacrymis ac precibus fuis in sacri Sepulcri ecclesia obtentum, prolixè describit qui adfuit, Fulcherius Carnotensis.

196 Recrudescētibz postea inter Regem et Patriarcham simultatibus, tandemque in apertas inimicitias et mutuas accusationes erumpentibus, Antiochiam ad Boamundum profugit Daybertus anno MCIII. Rex autem, prædicti Arnulfi seductus malitia, apposuit ut pejus faceret. Quemdam enim simplicem et religiosum circumveniens Sacerdotem, Ebreumarum nomine, in Sedem intravit Episcopalem; cunctis quidem honestæ conversationis merito acceptum, sed qui in hoc crassam nimis et supinam inventus est habuisse ignorantiam, quod vivente Domino Patriarcha licere sibi credebant sedem ejus usurpare. Ita Willelmus Tyrius, lib. 10 § 26. Navigat interim Roman Daybertus, et Pontificia sententia restituendus revertitur anno MCV. Quo audito Ebremarus quoque Romam properat: ubi aliud impetrare non potuit, quam ut secum mitteretur Gobelinus Arelatensis Archiepiscopus, tamquam

eoque pulso anno 1103 intruditur Ebremarus,

et hoc deposito anno 1105

A quam Legatus Apostolicus, de tota causa cognitus. Qui quidem Legatus, miræ *Ebremari* simplicitati indulgens, Cæsariensem Ecclesiam ei habendam concessit: Patriarchatu autem illum voluit omnino cedere, licet Daybertus in itinere mortuus Messanæ nuntiaretur.

II GOBELINUS.

III ARNULFUS.

Sufficitur
Gobelinus;

tum Arnul-
fus an. 1111

Postmodum vero, cum de substituendo Hierosolymitanæ Ecclesiæ Patriarcha Clerus ac populus disceptaret, in Dominum Gobelinum unanimiter conveniunt. Hoc etiam malitiose prædictus Arnulfus dicitur construxisse, ut homo senex et decrepitus in illa Sede diu vivere non posset, quemadmodum scribit idem Willelmus Tyrius lib. 11 § 4. Moritur ergo anno MCXI Gobelinus aliis Gibelinus, ei que Arnulfus ipse substituitur. Hic una quidem parte religiosi zeli laudem captans, Ordinem, quem primi Principes studiosè et cum multa deliberatione constituerunt in Ecclesia Hierosolymitana, Regulores Canonicos loco secularium introducendo, commutavit: ex altera parte hypocrisim suam manifestam fecit, nepti suæ, nupturæ Eustachio Grener, Sidonis ac Cæsareæ Domino tribuens ecclesiastici patrimonii optimas portiones, Hiericho cum omnibus pertinentiis suis, cujus redditus quinque millium dicitur aureorum: Regem etiam ad hoc impellens, ut vivente uxore sua aliam duceret. Ita malis artibus quæsitum Patriarchatum, pejoribus stabilivit. Licet enim ab Arausicensi Episcopo, cum potestate Legati a latere ad vitam ejus examinandam misso, judicialiter depositus fuerit anno MCXV: tamen, in suis solitis præstigiis futuciam habens, ad Romanam pervexit Ecclesiam: ubi Domini Papæ religionem blandis circumvenit verbis, remeansque ad propria, Sedem obtinuit Hierosolymitanam, eadem vivendi licentiâ, qua prius meruerat depositionem, inquit Tyrius lib. 11 § 26. Obtinuit autem eam usque ad obitum Balduini I: cujus mortem anno MCXVIII obitum sua ægritudine subsecutus, spatio trium hebdomadarum male habuit; et quamvis æger, ipsa Resurrectionis die Balduinum II consecravit in Regem, paucosque post dies-expiravit, ut plenius exponit Albertus Aquensis lib. 12 cap. 29 et 30.

quamvis
indignus:

VIDE UT SUPRA
NOT. 18"

IV GORMUNDUS.

V STEPHANUS.

dein an
1118 Gor-
mundus,

Mortuo Balduino et Arnulfo Patriarcha, sicut idem Albertus prosequitur, Gormundus, vir bonæ conversationis, ab omni Clero et populo in Patriarchom eligitur: et consecratus a sanctis Pontificibus, Cathedram Episcopalem Jerusalem meruit obtinere. Tyrius quoque lib. 12 cap. 6, Mortuo Arnulfo Hierosolymorum Patriarcha, viro inquietissimo et officii sui sanctimoniam negligente, substitutus est vir simplex ac timentis Deum, natione Francus de Episcopatu Ambianensi de oppido Pinqueniaco: cujus diebus et meritis etiam, ut creditur, multa magnificè ad Regni consolationem operari dignatus est Dominus: inter quæ merito censerî debet Ordinis Templariorum institutio, ab ipso facta et a Tyrio descripta ejusdem libri cap. 7. Guârimundum vocant aliqui: ipse se Gormundum propria manu subscribit pactioni inter Venetos et Principes Hierosolymorum, initâ anno MCXXII, quæ apud Tyrium in fine libri 12 extat. Mortuus est autem quinto post anno, scilicet MCXXVII, ex morbo, contracto in obsidione cujusdam castri, quod prædones quidam, Ecclesiæ ereptum, violenter tenebant.

VIDE UT SUPRA
NOT. 19"

127 Ste-
phanus,

199 Hic substitutus est, inquit Tyrius lib. 13 cap. 25, vir quidam, secundum carnem nobilis, sed vita et

moribus multo nobilior, Stephanus nomine, Abbas S. Joannis de Valleio, qui locus in Carnotensi urbe habetur, Ordinis D. Augustini, ab Ivone Episcopo institutus anno MCXIX sub primo Abbate Alberto, cui mortuo successit hic Stephanus per Ursum Abbatem S. Dionysii D. Bernardo scripserat, suggeri sibi a cogitationibus, deserere patriam domumque cui præerat, peregrinare Hierosolymam, vacare deinceps Deo, vivere sibi. Ideoque vir sanctus scribens epistolam LXXXII, frustra suadere conatus erat, ne putaret a Deo esse desiderium tantum, neve vellet spe incerti boni certum inire malum, et æquè certum deserere bonum. Nempe ut Michaeli Archangelo, liberationem populi Judaici petenti, restitit coram Deo Angelus Persarum, populi sibi commissi utilitatem attendens; ita et sanctis viris non raro accidit, diversis utrosque ferri studiis, sed eventu demum ipso monstrari, utrius consilium destinationi divinæ conformius fuerit.

VI WILHELMUS.

VII FULCHERIUS.

Anno deinde MCXXX mortuo Stephano, successit D. Wilhelmus, Prior ecclesiæ Dominici sepulcri, vir simplex, modice litterotus, forma decorus, moralitate commendabilis, Flamingus natione, de loco qui dicitur Mecine, Regi regni que Principibus et populo universo plurimum carus, uti eum describit Tyrius libri præcitati cap. 26. Hic est ille Wilhelmus, de quo Historia Prælatorum monasterii de Fontanis, anno MCC scripta a Peregrino ibidem Abbate, et nuper in Tomo 10 Spicilegii Acheriani edita, narrat, quomodo ipse vir religiosus ac Clericus, et Lambertus quidem Miles Flandrensîs, alique nonnulli ibidem nominatim expressi, adhærentes Gaufrido cuidam, primo ad Fontanas Eremitæ in Turonia, dederint initium loco illi, in quo anno MCXXXIV instituta est Ordinis Cisterciensis Abbatia. Dicitur autem ibidem de eo quiddam dignum solenni recordatione. Quod scilicet inspiratione divina, tactus amore cordis intrinsecus, petiit licentiâ a Domino Gaufrido et a Turonensi Archiepiscopo evadi Hierosolymam; et sicut petiit habuit et abiit. Quando venit ergo socii celebratio sabbati Paschæ, accessit cum ceteris fidelibus ad Sepulcrum Domini, volens interesse consueto miraculo, quo datus ignis divinitus illa die præsentibus solebat omni anno revivare: et cunctis viventibus qui aderant et præ gaudio mirantibus, cereus ejus divina virtute ardens et lucens apparuit. Inquisitus autem a majoribus, quis esset et unde advenisset, confessus est et non negavit, se esse de Gallia, et huc advenisse a Turonia, et quod esset de Fontanis eremita. Hæc Peregrinus, utique ex relatione eorum, qui viventibus Gaufridi sociis fuerant ad religionem admissi. Corrigi porro debet quod sequitur: quia vero nuper obierat Patriarcha et adhuc vacabat Sedes illa, tanto miraculo commoti Clerus et populus, unanimi concordia eum in Patriarcham protinus elegerunt. Si miraculum prædictum immediate præcessisset electionem, nulla illud historia tacnisset. Existimo ego illo miraculo factum esse, ut a Canonicis Regularibus Sepulcri Dominici susciperetur, inter quos Sacerdotio initiatus, primum eorum Prior, deinde post annorum aliquot spatium factus sit Patriarcha. Quo audito Fratres de Fontanis gavisî sunt gaudio magno valido... Post hæc prædictus Lambertus, causa visendi sanctâ loca, adiit Hierosolymam, cum desiderio videndi Dominum Wilhelmum Patriarcham: a quo cum Reliquiis muneribusque ad Fontanas redire jussus, rediit paulo ante quam sollicitantibus Fratribus acquievit Gaufridus, ut se et suum locum transferrent ad aliquem Ordinem tunc disciplina florentium, quod (ut dixi) anno MCXXXIV factum

E
1130 Wilhel-
mus, qui antea
Eremita cum
Gaufrido,

In primo
Hierosolymas
adventu
miraculo
honestatus,

F

Canonicis S.
Sepulcri se
adjunxerat:

A factum, confirmat, prædicta omnia intelligenda esse de nostro *Wilhelmo*, sed sub ea quam indicavi correctione.

hic Fulconem
R. coronavit
1132,

201 Porro secundo hujus Patriarchæ anno, Balduinus II Rex *decidit in gravem nimis infirmitatem, et habitum religionis assumens et vitam regularem professus si viveret, tradidit spiritum. Successitque in regno Dominus Fulco gener ejus, Comes Turonensium, Cenomanensium et Andegavensium, cui prædictus Rex filiam suam primogenitam Melisendam dederat uxorem, et cum eadem, in die Exaltationis sanctæ Crucis in ecclesia Dominici sepulchri, a Domino Wilhelmo solenniter et ex more coronatus et consecratus est*: ita Tyrinus in fine lib. 13 et initio 14. Idem Tyrinus hujus libri 14 fine et initio 15, narrat, quomodo per hujus ejusdem *Wilhelmi* Patriarchæ manus, anno MCLXII, Rex Fulco tumulatus; ejusque filius Balduinus III, annorum tredecim adolescens, fuerit cum matre coronatus. Denique ipse *Wilhelmus*, ut dicitur cap. 17 *Obiit v kal. Octobris, Pontificatus ejus anno XV: cui postmodum, subsequente Januario, anno MCLXV substitutus est Dominus Fulcherius, Tyrensis Archiepiscopus*. Hujus consilii adhortationibusque effectum potissimum est, ut Christiani rem aggressi arduam ac pæne impossibilem, Ascalonem urbem, per annos quinquaginta et amplius, postquam Dominus Terræ promissionis partes reliquas eis tradiderat, adhuc resistentem et æmulam, obsederint, et septimo demum mense, die Augusti XII, ceperint anno MCLIV.

VIII AMALRICUS.

Anno Patriarchatus sui XII, Christi MCLVII viam universæ carnis ingressus *Fulcherius* vacuam morte sua sedem fecit. *Convenerunt ergo Hierosolymam Ecclesiarum Prælati, ut de substituendo tantæ Sedis Antistite, secundum statuta Canonum, tractaretur. Factum est autem ut dicitur, quod contra Juris regulas, tam per interventum Domine Melisendis quam Domine Flandrensium Comitissæ Sibyllæ, sororum Regis, electus est. D. Amalricus, ecclesiæ Dominici Sepulchri Prior, natione Francus, de Episcopatu Noviomensi, de oppido Neella; vir commode litteratus, sed simplex animi et pæne inutilis. Promotus est autem contradicentibus et appellationem vocis exhibentibus Cæsarensi Archiepiscopo et Episcopo Bethleemita; tandemque Sede potitus, D. Federico Aconensi Episcopo negotium committit qui ad Romanam accedens Ecclesiam, apud D. Hadrianum, absentibus adversariis.... eidem gratiam Romanæ Sedis obtinuit; et Pallium, plenitudinem videlicet Pontificalis officii, secum retulit rediens. Hæc Tyrinus lib. 18 cap. 20. Sed si ad majora Ecclesiæ et Regni negotia tractanda vel promovenda parum idoneus fuit *Amalricus*, fuit in parvis suæque tenuitati congruentibus minister fidelis. Nam inter epistolas Principum, quæ inter Gesta Dei per Francos excusa Hanoviae typis Wecheliani fol. 1172 inchoantur, duæ inveniuntur, scilicet v et vi, quas A. *Dei gratia sanctæ Resurrectionis ecclesiæ Patriarcha*, scribit *carissimo in Christo filio Ludovico, eadem gratia illustri et victorioso Francorum Regi*; jam inde ab anno MCLXVII, quo hic Hierosolymis fuerat, sibi noto; apprecans illi *servari ab eo qui dat salutem Regibus, et cunctorum hostium triumphum. Et per primam quidem dictarum Epistolarum commendat Fratrem, quem pauperes leprosi extra muros Jerusalem pro sua necessitate transmittunt*: altera vero I. Episcopum Pancadensem, ad genua Regis accedentem, ut calamitatem et mendicitatem tantæ et tam reverendissimæ Ecclesiæ eidem insinuet. Sed et decimam nonam dictarum epistolarum ipsi invictissimo Francorumque piissimo Regi scribit ipse A. *Sanctæ Dominicæ Resurrectionis ecclesiæ Patriarcha, una cum**

Maji T. III

VIDE APP.
TOM. VII MAH
NOT. 20*

et Balduinum
3 anno 1112:

succedit
Fulcherius
an. 1145,

et an. 1157
Amalricus

in promovendis piis operibus sedulus,

N. *Priore et universo Canonorum inibi Deo famulantium Conventu, salutem et debitas orationes in Christo offerens, rogansque ut S. Canonico epistolæ latori, ob reverentiam Dominici Sepulchri, auxilium largiri dignaretur, eique concedere Hospitale quoddam, sub protectione alarum suarum, ubi ipse Patriarcha sive Canonici refugium habere possent. Postea anno MCLXIII, pro Balduino absque liberis extincto, Regem coronavit ejus fratrem et sibi cognominem Amalricum; eundemque cum Maria conjugæ Constantinopoli adducta, rursus munxit an. MCLXVII. Hujus Regis Amalrici variæ etiam epistolæ extant una cum epistolis ipsius Patriarchæ: qui rursus, prædicto Rege defuncto, Balduinum IV, illius filium ex priori conjugæ; propter affinitatem priusquam ille Rex fieret separata, annorum tredecim adolescentulum consecravit anno MCLXIII.*

D
AUCTORE D. P.

atque Balduinum
i coronat.

PARERGON X.

Latinorum in Carmelo Priorum initium, ad principia hujus Patriarchæ referendum.

Seu verum sit, quod Sacer Ordo Carmelitarum ab Elia Propheta institutus fuerit, et ad hæc usque tempora per successivas generationes propagatus, sicut volunt ipsi et ego libenter probarem si possem; sive, quod plerique malunt credere cum Cardinali Baronio, suum exordium sumpserit seculo XII; extra controversiam est, quod status is, quem Ordo habere cœpit in Terra Sancta sub Latinis Prioribus, ad hanc ætatem omnino pertineat. Quæritur annus et Patriarcha, cui tale initium adscribi debeat: et utrum ego in Aprili recte Chronologiam ordinarem, incipiens ab anno circiter MCLV, quando Antiochia pulsus Antiochenus Patriarcha Aymericus, cujus auxilio rem actam scribunt Carmelites, honoratum exilium ducebat in Patriarchatu Hierosolymitano, carus Principibus et Prælatibus omnibus. Si Joanni Grosso in Viridario credimus, nimis serum id fuerit. Nam secundum ipsum, in suo genuino contextu Francofurtensi lectum, *sanctus Prior*, post Bertholdum, Brocardum, Cyrillum, Bertholdum, alterum, atque Alanum, *fuit Fr. Simon Stok natione Anglicus, qui [anno Domini MCC, tempore Innocentii Papæ III, anno suo III. Ordinem incepit regere, quem] quinquaginta laudabiliter vixit annis, et in ætate centum annorum obiit, multis claris miraculis in vita et in morte. Obiit autem anno MCLXV die XVI Maji*, quando pluribus de eo agendum erit si ad manus nostras perveniat Vita quæ dicitur, scripta a socio Joanne Swainghtono, in tablino Conventus Burdegalensis extare. Idem porro Grossus, sicut Simoni dat annos regiminis L; ita Alano decessori adscribit annos VI, Bertholdo secundo annos XXVI, Cyrillo XXVII, Brocardo XXXIII, Bertholdo primo XLV, quibus simul sumptis et ab anno MCC sursum ductis, habetur numerus CLXXVI annorum ante Simonem: itaque perducitur initium Bertholdi primi ad annum MXXXIV: quod tam est cogitatu absonum, quam consonum ipsius Grossi Chronologiæ, qua statuit Carmelitas usque ad annum MXXXIII mansisse in priori eo quem descripserat statu, et sub regula S. Basilii, quam tempore Adriani Papæ I, servandum eis dederat Fr. *Joannes Ermita montis Carmeli, Pontificatus anno VIII, id est Christi MCCXXXIX, ab eodem Papa assumptus in Patriarcham Hierosolymitanum.*

E.

Jo. Grossus
dum 6 Priorum
Simonem

anno 1200
adscribit,

F

initium omnium
retrahit
ad an. 1023:

204 Omitto cetera infelicis istius historici et chronologi errata, sed omittere non possum, quin moneam Lectorem, nihil fere illorum comparere in Novo Speculo R. P. Danielis a Virgine Maria, sed in tota 2 Viridarii Clave multa alterata, multa omissa, omnia fere dissimulata, quæ offendiculo esse VIII poterant.

quo errore
in editione
nova dissimulato,

VIII poterant.

A poterant. In qua utrum secutus ille sit editionem Venetam anni MDVII, equidem nescio, quia hæc mihi ad manum non est: unum scio quod Francofurtense MS. ipsemet nobis laudavit ut *magis integrum*, proinde non potuit ignoravisse ea omnia ibi haberi quæ dixi. Neque satisfacit quod, ad excusandam numerorum omissionem in quatuor Simonis decessoribus, dicat, *irrepisse in eos menda, quæ non constat qualiter emendari debeant ex mente auctoris*: de hac enim satis constat per annum MXXIII ab eo assignatum, et ceterorum numerorum ab anno MCC usque illuc accuratam partitionem, ita ut nullus hic locus sit accusandi librorum socordiam. Multo minus placet, quod verba Grossi, annos quinquaginta tribuentis Simoni, sic torqueat, ut velit tanto tempore fuisse partim Vicarium Generalem in partibus Occidentalibus, partim Generalem totius Ordinis. Nam (ut de aliis regionibus nihil dicam) de Anglia certe probari potest (quidquid alii dicant) nullos ibi fuisse Carmelitas, adeoque nec eorum Ordini adjunctom esse Simonem, ante annum MXXIV. Nam de illorum adventu primisque foundationibus antiquos hosce versus legimus, sub nomine unius ex fundatoribus scriptos, et forte in lapide sculptos titulo:

B *Anno millesimo ducenteno qua tragesimo.
Olim Carmelita: copinet ad tempora vita,
Cucinis cessi primus, in Boream loca Vesci:
Richard* in claustris Grei primo fuit in Austro.*

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 21"

nihil melius
excusatur
anni 50 Simo-
ni attributi
* Les
Concessis
Ricardus

Indicantur scilicet *Abnewicum*, in Northumbria, Anglicanarum Provinciarum ad Boream ultima, ubi Joannes Vesci collocavit Fratres, qui primi navibus advecti fuerunt in Angliam; et *Aylesfordia* in Cantia, Australium Provinciarum prima, ubi alios, tunc pariter advectos, collocavit Richardus Grey, et ubi anno MCCXLV celebratum esse Capitulum, ac Simonem Priorem Generalem electum, nemo nunc dubitat. Fuerit tunc quidem hic, juxta illum calculum solum ab annis quinque factus Carmelita; sed hoc non obstante, potuit homo, ætatis grandævus ac fere octogenarius, idemque eximie sanctitatis fama toti Angliæ notissimus et adhuc vegetus (nam ad extremum vitæ Provincias lastrans Burdegala defunctus est) quasi cœlitus Ordini ad hoc datus videri, ut noviter tractum in Europam sua sapientia et auctoritate promoveret. De Vicariatu autem quem antea gesserit nullum extat argumentum, nisi quod auctoritas Grossi nequeat aliter salvari: quod nobis curandum non est: qui credimus hunc ideo solum dedisse Simoni annos quinquaginta, ut posset pertinere ad annum quem sibi præscripserat MXXIII.

C 205 Moderator Grosso Palæonydorus, veròtamen tempus etiam ipse prævertens, Capitulum in quo electus Generalis est Simon anno MCCXV constituit, et Alano annos V, Bertholdo secundo annos VII, Cyrillo solum III assignat; itaque cum annis Brocardi XXXIII, et annis XL Bertholdi primi, pertingit ad annum MCCXX, quo, inquit, anno tempore Calixti Papæ II Aymericus de Samiliaco Apostolicæ Sedis in Terrasanta Legatus a latere, Antiochenus Patriarcha factus est, et sequenti anno venit in montem... et quia universalis Fratrum Rector ab hac vita discesserat, de omnium consensu præposuit Fr. Bertholdum. Hunc deinde mortuum dicit tempore Eugenii Papæ III, suffectumque Brocardum, qui anno MCLXVI Regulam acceperit ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano, et obiit anno MXXVII. Sed etiam hic (ut alia dissimulem) Regulæ datæ tempus ad annos ut minimum quadraginta prævertitur; quemadmodum demonstravi ad diem VIII Aprilis, in Vita prædicti Alberti, et R. P. Daniel sociique ultro concedant. Errorem hi omnem correctum putant, si inter Bertholdum primum atque Brocardum, perplexos annis aliquot Fratres teneant circa successorem instituendum, Alanum vero faciant

ordinem regere annis XIV, atque ita pertingant D ad annum MCXLI, quo cœperit Bertholdus. Verum quæ sine teste ac sine evidenti necessitate asseruntur gratis, sine cujusquam injuria negantur; maxime si alia via commoda suppetat, qua possit omni difficultas tolli.

206 Hanc vero invenisse me credideram, a noto jam confessoque Simonis principio, per eos ipsos annorum numeros, quos Palæonydorus prænotaverat, ascendens ad Bertholdum I. Per hos enim veniebam ad annum MCLV, quo tempore, ut dixi, Antiochenus Patriarcha Aymericus in Patriarchatu Hierosolymitano vivebat, magnæ vir auctoritatis et opulentia; qua utraque multum conferre poterat ad inducendam Bertholdum, non consanguineum ex familia de Malafaida in Francia, sed e Calabria oriundum et Antiocheni Principis conterraneum, in possessionem Fontis Eliani in Carmelo, quem ille ex Prophetæ revelatione vallo per parvo cingeret, temploque non ingenti extracto, Fratres ferme decem colligeret: cum quibus ibi repertus est anno MCLXXXV, etiamnum sanctum illum ambitum colens. Repertus est autem a Joanne Sacerdote piatissimo Phoca, ad videnda loca sancta veniente: qui quæ, non dico audivit diu postea ab aliis, sed suis ipse oculis conspexit, descripta reliquit, sicuti ea dedimus ante Tomum secundum hujus Maji, cum ante aliquos annos in montem appulisset is, quem ipse describit *monachus*; quemque esse Bertholdum, primum Carmelitarum Priorem, neque P. Itaniel neque discipulorum quisquam negare ausit; licet indignentur Joanni, et tamquam nullius fidei Græculum contemnant; quod contra tot recentiorum scriptorum torrentem, procedentem ex Epistola quadam, Cyrilli Prioris III nomen, sed falso, præferente, tam exiguum fecerit numerum sociorum; cum illi plura ac numerosa per Terram sanctam monasteria eidem velint ut Priori generali foisse subjecta a prædicto Aymerico, Apostolici Legati auctoritate, quam habuisse alius nemo dixit, ad id uso.

Ego a certius
noto Simonis
principio,

ad an. circiter
1155 Berthol-
dum adducens,
E

207 Interim arguor ego Chronotaxim Generalium instituisse non bonam; moneorque, quod non posset ipsa opportunitas locum offerre opportuniorem, quam sit *S. Simonis Stockii vita*, ut postulata *palinodiam* canam, præstemque fidem protestationibus meis, ante singulos Aprilis tomos recurrentibus, de prompte corrigendo, sicubi monitus fuero deviasse a veritate. Quod sane non de qualicumque monitione, sed ea quæ veritate subnixa esset, volui debetque intelligi. Videamus ergo quid isti meæ Chronotaxi desit, ob quod debeat retractari. Dic, inquit auctor Armentarii num. 242 Aymerum Episcopum Podiensem, Bertholdum, et Aymericum Antiochenum fuisse tres fratres, quorum medius simul cum primogenito Parisiis lauream doctoralem accepit, et ad Terræ sanctæ expeditionem ivit, uti ante annos trecentos scripsit Bostius (etsi in chronologia turpiter erravit)... alioquin enim, natus anno circiter MLXXIII fuisset octogenarius, cum factus est montis Carmeli incolæ, et vixisset ad annum MCC: cum tamen obiit anno circiter MCLXXXVII. Quæ omnia speciem veritatis non habent. Sic argumentatur R. P. Franciscus Bonæ Spei Ord. FF. B. Maria Virginis de monte Carmeli Provinciæ Flandrobegicæ bis Exprovincialis, ejusdem Provinciæ primus Definitor, et in ultima universalitate Lovaniensi S. Theologiæ Professor emeritus. Respondet veterano atque in isto argumento optime exercitato pugili, jamque etiam TRIUMPHATORI declarato, Novellus hallucinator Papebrochius, quod ista omnia vere nullam habent speciem veritatis: quodque suo hallucinanti oculo nullam etiam speciem videat æquitatis in eo quod hypotheses facere jubeatur, quibus debeant everti quæ dixit omnia; quodque a se exigatur, ut sequatur auctoritatem

depravate
chronologicæ
arguor:

F

eosdem etiam
retinens
Palæonydorus
in alius
moderatione

annis 40
prævertit
tempus datæ
Regulæ.

quia coarctum
scriptorem
sequi malo
quam 300
annis januo-
rem.

A tatem Bostii, in chronologia turpiter errantis et hypotheses istas ponentis annis plus quam trecentis post rem gestam; obiit enim anno mcccxcix ut ait Lezana ad dictum annum: non etiam videt quare fidem istius Bostii debeat præferre fidei testis oculati Joannis, in cujus toto opusculo nihil hactenus inventum ab adversariis, quod auctorem faceret suspectum, præter quam quod fuit Græcus, quodque sit excusus in Hollandia; licet interpretem nactus Leonem Allatum, postea Bibliothecæ Vaticanæ Custodem; editorem Bartoldum Nihusium, probum doctumque Sacerdotem. Nihil hæc omnia *Joannem* juvant apud auctorem Protreptici, ante Speculum Carmelitani positi, quin concepta contra me ipsum que bilis in hos versus erumpat.

*Quis pudor ELIAM Carmelo auferre Parentem,
Ipsius et QUEMDAM subdere velle loco?*

*Indignor referens. QUEMDAM? Sine nomine QUEMDAM
Carmelitarum dicere velle Patrem?*

*Quis pudor auctores tot, qui præiere, negare;
Proque illis unum substituisse Phocam?*

*Suspectumque Phocam? Batavis, qui excusus in oris,
Ac Grajæ fors quid nescio mentis habet.*

B *An non, Bellarmine, doces, Ne fido Grajis:
Commaculant, rodunt, fulsificantque libros?*

*Tolle Phocam. Popebrouck; non tanti Græculus unus,
Auctores ut tot, qui præiere, premat.*

Auctores istos expendimus, nec invenimus qui in explicanda Carmelitarum origine Phocam præcesserit.

208 Arguor præterea, *Chronologiæ difficultates non minuere, sed augere; dum Generalatum errorih et finis annos, seu primos et ultimos, non determino; cum in his determinandis præne tota sit difficultas; licet hunc bene excusem dicens, quod contingat sæpe, idque in Romanorum Pontificum Catalogis viderimus; de annorum quo quisque vexit numero firma haberi documenta, sed in iisdem ad Æram communem applicandis fluctuare opiniones.* Quid ergo? An divinare me volunt? Aliter certe nequeo definire, quantum quisque Generalium excesserit vel defuerit a pleno qui nominatur annorum numero, quotque inter diem mortis unius et electionis alterius intercesserint dies. Id quidem magnam adderet chronologiæ claritatem, si ab antiquioribus proditum memoriæ fuisset: sed his tacentibus, quid facerem? *Davus*, inquit ille, *sum, non OEdipus*: et audio Poetam monentem, quod sit etiam ponendus diligentiae modus: quia

Est aliquo prodire tenus, quo non datur ultra.

Neque vero magni mea intererat, habere istæc tam præcise definita. Satis videbatur, si subducta numerorum assignatorum summa, annus inde exurgens quam minime excederet annum mclxxx: sic ut vere dici tunc potuerit, in desertum ac desolatum pridem Elianæ anachoreseos locum venisse *Bertholdum* ante aliquot annos: quod fere tantumdem est ac si dicas *non multos*. Hoc vero de triginta annis, a quibus *Bertholdus* cœpisse videbatur, commodius dicitur, quam de multo pluribus. Quod si propter excessum vel defectum mensium dierumque, apud auctores plenis numeris usos notari neglectum, contingeret uno alterove anno citius vel serius id accidisse; manebat tamen verum id quod mea chronotaxis intendebat. Nec erat mihi curandum, quomodo id congrueret cum eo anno, quo natum fuisse *Bertholdum* deberet dici, juxta *Bostium* ceterosque auctores, de ætate, prosapia atque familia *Bertholdi* æque contraria veritati scribentes, quam de patria et domo natalibusque *Alberti Hierosolymitani Patriarchæ* legislatoris sui; certe non majori fide circa unum quam circa alterum dignos.

209 Istic sic positus probatisque nulli propius

certiusque videntur mihi attigisse initia Carmelitani Ordinis, sive (ut phrasi minus ingrata utar) Latino-rum in Carmelo Priorum, quam auctores illi, quos secutus Continuator Belli sacri Joannes Heroldus lib. 5 cap. 3, scripsit, quod *Almerico Hierosolymitano Patriarcha, Anachoretæ, qui sparsim circa montem ogitabant; tandem coiverunt ad fontem qui Eliæ dicitur.... uni qui honesta parebat humiliter parendo.* Unus ille *Bertholdus* fuit, nominatim quidem non expressus a Joanne Phoca, ita tamen clare descriptus, ut nequeant de alio verba ejus intelligi. Qui licet advenerit adhuc vivente *Fulcherio*; longiori tamen tempore opus habuit, ut aliqua sanctioris eo loco conversationis opinionem adeptus socios colligeret, et sic melius omnia *Almerici* sen *Amalrici* Patriarchatui adscribuntur. Sub hoc enim statum aliquem cœpit habere cœtus iste. Forte etiam intercedente *Aymerico Antiochæno*, idem Patriarcha eundem recepit et approbavit ut veram Religionem, cum facultate recipiendi novitios eosque ad religiosæ obedientiæ professionem admittendi. Hoc enim ad illius jus spectabat tunc temporis, quo necdum erat lege cautum, *ne quis absque Apostolicæ Sedis licentia novam Religionem inveniret* etc., quod postea in Lateranensi IV est constitutum. Idem jus deinde agnosces in *Alberto* Patriarcha *Bertholdi* immediatus successor *Brocardus*, post dimidium circiter seculum, eidem cœtui, jam verosimiliter auctori, Regulam ab eodem poposcit et impetravit: prout alibi plenius est explicatum. Primos *Bertholdi* socios decem fuisse ait Joannes Phocas: de quibus eorumque successoribus *Jacobus de Vitriaco*, in *Historia Hierosolym.* cap. 52 dicit, quod *ad exemplum et imitationem sancti viri et solitarii Eliæ Prophetæ, in monte Carmelo, et maxime in parte illa quæ supereminet civitati Porphyriæ, quæ hodie Cayphas appellatur, juxta fontem qui fons Eliæ dicitur, non longe a monasterio beatæ Virginis Margarietæ, vitam solitariam agebant in alvearibus modicarum cellularum, tamquam apes Domini dulcedinea spirituatem mellificant.* Ita ille, pie juxta ac eleganter describens varios devotorum hominum cœtus, per quos, post Hierosolymitanum regnum constitutum, cœpit *Oriens Ecclesia revalescens florescere, et cultus religionis in partibus Orientis ampliari.* Quod tamen in eo, qui Historiam scribendam non vero Annales deducendos suscepit, non debet ita accipi, sicut accipere video aliquos, quasi omnes isti aut simul inceperint, aut statim suam perfectionem habuerint: sed paulatim ac successive. Et sic non repugnat *Jacobus* dicentibus, quod

ex iis qui antea sparsim circa montem ogitabant, aliqui sub Almerico Patriarcha ad fontem Eliæ tandem coiverunt. Ino vero, inquit *Triumphator* num. 94, quia, auctore *Coria* in suo *Etudario* lib. I cap. 23, tempore *Gregorii VII* circa annum m edulit *Sigisbertus Gemblacensis Historiam Hierosolymitanam, in qua sic scribit: Cum Carmelitæ a tempore SS. Eliæ et Elisæi Prophetarum, tandem Christum prædicantem audierunt, etc.* Respondeo, quod *Chronicon Sigeberti Gemblacensis* noverim, scriptum post tempus *Gregorii VII*, quod se ad imitationem *Eusebii* digessisse a loco intermissionis ejus usque ad annum mxi, dicit ipse in ultimo suo de *Scriptoribus ecclesiasticis* libro, ubi et cetera sua scripta enumerat: sed nusquam ejusmodi Hierosolymitanam historiam, ignotam similiter *Sixto Senensi*, *Conrado Gesnero*, *Josie Simlero*, *Auberto Miræo*, *Gerardo Vossio*, *Roberto Bellarmino* et *Philippo Labbe*, qui omnes catalogum operum ejus texuerunt. Sed nec alicujus *Sigisberti Hierosolymitanam historiam* invenerunt uspiam, qui compilarunt ingens illud opus, ex auctoribus cœvis undique conquisitis, quod inscribitur *Gesta Dei per Francos, sive Orientalium expeditionum et regni Fran-*

D
AUCTORE D. P.
quod erat
initium
Priorum
Latinorum

componere
cum Patriar-
chatu Amal-
rici,
E

nihil repu-
gnante Vi-
triaco,

F
nec juvante
supposito
Sigeberto,

Arguor etiam
non præcise
definisse
uniuscujus-
que initium
et finem,

licet absque
eo intentum
obtinere;

A *corum Hierosolymitani Historia* inclusive usque ad Marinum Sanutum, seculi xiv scriptorem. Nullius igitur fidei est testimonium hominis, qui, quando, ubi, et quid scripserit ignoratur. Ubi autem suum *Sigisbertum*, quem male cum *Sigeberto* confudit, invenerit Coria, viderint ii qui æque ac ipse ædificant sine palea, et parietem liniunt absque temperatura.

suadente autem Joanne Phoca;

210 Atque hic eosdem monitos velim, cum irascuntur Joanni Phocæ, quod primum eorum Priorem designans, non addito nomine, dicat, *Monachus quidam*, pari omnino jure, id est nullo, eos posse succensere Jacobo, qui sic eos comparat apibus, ut tamen nec hoc quidem indicet, utrum in sacris illis alvearibus pro Rege fuerit aliquis, tantum abest ut eum vel suo nomine exprimat, vel saltem genere, ætate, dignitate definiat. Rogatus aliquando Ex. P. Mag. Jacobus Emans Carmelita Coloniensis, quod fuerit nomen illius Patris ex cujus ore scripserat miraculosam gratiam, concessam nobili viro Gaudentio Botsch, invocato B. Simone Stok, Bolzani in Tyroli; respondit *Pater, qui mihi historiam illam de Nobili sacelli illius fundatore narravit, fuit Ordinis S. Dominici et gremialis conventus Bolzanensis, ad quem hospitii causa divertimus. Oblitus sum vero dicti*

B *Patris nomen inquirere, ideoque quo nomine vocatus fuerit ignoro. Idem respondisset credo Joannes jam sæpe dictus, si quis eum interrogasset, quo nomine vocaretur iste quidam monachus, quem invenit Elianæ anachoreseos instauratorem; neque credidisset indefinito illo appellandi articulo quidam, injuriam a se factam viro Sacerdoti, abundeque a se pro instituta brevitate laudato. Et vero familiaris istæ excusatio hominibus est, quæ peregre viderint commemorantibus, ut rerum potius quam nominum vestigia menti impressa referant, raro etiam quærant vel quæsitæ curent mandare memoriæ nomina eorum, quos semel visos, numquam amplius a se videndos confidunt. Quare vehementer miror R. P. Danielis discipulos adeo acerbo animo ferre, quod fidem Joanni habeant. Quid enim? An Exim. P. M. Emans fidem non obtineret, si, uti oblitus est interrogare nomen Patris Dominicani Bolzanensis, sic neque nomen ejus, cui contigit narratus ab eo favor, audivisset, simpliciterque scripsisset, *Vir quidam nobilis, Archiducis Leopoldi Marescalcus Tirolensis, ante aliquot annos votum fecit? Ego vero existimo apud æquos judices tanto plus fidei habiturum Joannem, quanto persona ejus minus potest esset suspecta de favore aut odio: quippe qui Carmelitas**

cui male obicitur non expressisse nomen Bertholdi.

C antea nullos noverat, neque postea reversus in patriam Cretam, nosciturus erat, proinde ab iis nihil sperabat, formidabat nihil; quemque pronius erat, consueto peregrinis res a se visas narrantibus more, augere potius laudando, quam minuere aliquid detrahendo: in laudem certe tam Carmeli montis quam incolentis eum Monachi tota propendet et inclinatur narratio, si oculis minime malignis legatur.

IX HERACLIUS.

Tandem, ut habet Marinus Sanutus lib. 3 parte 6 cap. 24, anno mclxxx Patriarcha Amalricus moritur: cujus simplicitas parum Ecclesiæ profuit: cui successit Heraclius, tam perniciosi vir exempli, ut in ejus electione publicè dictum fuerit, sub Heraclio amittendam esse Crucem, sicut sub Heraclio Imperatore recuperata fuerat. Hic jussu Balduini Regis leprosi, ideoque uxorem ducere recusantis, anno mclxxxii innoxii Balduinum puerum, Regis ex sorore majori Sibylla nepotem: deinde anno mclxxxiv mare transgressus Heraclius cum Priori Hospitalis transmarino, inquit Guilielmus de Nangis in Chronico apud Dacherium tom. n. Spicilegii, venit in Franciam ad Regem Phi-

Succedit an. 1180 Heraclius,

lippum pro succursu Terræ sanctæ: quos Rex multum honoravit; et quia tunc heredem non habebat, consilio Prælatorum et Principum misit ad Terræ-sanctæ subsidium ingentem multitudinem tam militum quam pedum armatorum, sufficientes sumptus eisdem propriis redditibus administrans. Anno sequenti mclxxxv in Angliam trajecit Patriarcha, ubi, sicut in alio Chronico inter monumenta tomo 8 Spicilegii prædicti scribit Nicolaus Trivetius Dominicanus: *Baldewinus Cantuariensis Archiepiscopus convocatis per Regem Prælatibus et Proceribus, ad præsentiam Heraclii Patriarchæ Hierosolymitani, nuper ad ipsum Regem missi pro subsidio Terræ-sanctæ, verbum exhortationis proposuit coram eis: quorum multi corde compuncti Crucis characterem acceperunt. Rex vero per manum Patriarchæ et Militum Templi in subsidium Terræ-sanctæ tria millia marcarum dicitur transmisisse, promittens nihilominus Patriarchæ succursum celerem affuturum. Deinde idem Rex Anglorum cum Patriarcha, Episcopo Dunelmensi et Magistro Hospitalis mare transiens, diem Paschæ Rotomagi celebravit. Rex in Francia hæsit, Patriarcha in Terram sanctam rediit, ibique mortuus Balduino leproso ejusque nepote Balduino puero, anno mclxxxvi secundum Sibyllæ prænominatæ maritum Guidonem sublimavit in Regem. Secundo autem ab hujus coronatione anno, qui fuit Christi mclxxxvii mense Julio, capta a Turcis Hierosolyma est; secutæque sunt clades, quas describit et deplorat Marinus Sanutus libri 3 parte 9. Heraclius autem, ut scribit Theodoricus Pauli, Clerusque universus et de monasteriis diversorum Ordinum professores, turbaque cujuslibet ætatis et sexus miserissima, ab Jerusalem recesserunt: universisque pene Latinis urbem deserentibus, Suriani et diversarum sectarum homines, utpote Georgiani, Jacobitæ, Armeni remunerunt ibidem sub Turcorum dominio. Addit Guilielmus de Nangis, *Sybilla Regina, cum Heraclio Patriarcha Templariis et Hospitalariis, oze immenso exultantium catu apud Antiochiam est profecta: alii vero apud Alexandriam, vel in Siciliam navigaverunt.**

D qui cum subsidiis ex Europa reversus,

an. 1186 Guidonem Regem coronat,

E et Hierosolymam amittit an. 1187,

VIDE APP. TOM. VII MAJ. NOT. 22*

212 Capta urbe Hierosolymitana, cum Guido Rex, dimissus intra annum e Damascena captivitate, se transferre Tyrum niteretur; a Conrado Montis-ferati Marchione, asserente suam esse civitatem, exclusus portis; ut vidit quia sibi in sua civitate non licebat hospitari, et quod in toto Hierosolymitano Principatu nec unum habebat casale, ubi caput reclinare valeret... ostendit quam potens res sit desperatio; ipsaque ætate qua sanctæ Jerusalem amissionem secuta est, cum admodum paucis, quos colligere potuit, Ptolemaidem civitatem obsedit, cum essent in ea pro uno Christiano quatuor Saraceni. Ita Marinus Sanutus lib. 3 parte 10 cap. 2. Erat autem Ptolemais sive Accon totius barbarici imperii munimentum. Ibi Christianorum reliquias, obsessas magis quam obsidentes, cum subito posset opprimere Saladinus; maluit expectare adventum fratris sui, interimque occupare urbes et loca munita Antiocheni Principatus. Sed brevi, sero tamen, expertus est, quantum noceat differre paratis. Etenim cum esset in Europa auditum quanti animi superessent victis; tam stupendæ fortitudinis exemplo stimulata virtus Christiana, paravit subsidia; quæ primum Fridericus Imperator collegit, in ipsoque victoriarum cursu moriens, filiorum suorum uni Sueviæ Duci commisit porro perducenda. His accessere novæ Flandrensium, Brabantinorum ac Frisionum copiæ, ac demum Philippi Franciæ et Richardi Angliæ Regum classes; quibus id effectum est, ut anno mxcxi, xii Julii, coacti sint ad deditio-

R. Guido an. 1188 ausus Acconem obsidire,

F

eandem an. 1191 potitur.

A

X Sulpitius.

Constituitur
Patriarchum
Accone

in quo Sulpi-
tius Heraclio
successit,

an loco S.
Cyrilli se
excusantis ?

Profuit prædicta victoria non tantum Episcopo Acconensi, per eam suæ Sedi restituto; sed etiam Hierosolymitano Patriarchæ, tutum quærenti receptum, ubi juxta suæ dignitatis eminentiam resideret tantisper, et supremum reliquæ Christianitati jus diceret, donec placeret Deo sanctam urbem restituere Ecclesiæ. Itaque die xvi præfati mensis, expiatis ecclesiis, Patriarchiam Accone designatum est. Sed cui? De *Heraclio*, ubi vel quando obierit, incompertum est, propter auctorum silentium: Catalogus MS. Rubæ-vallis cura ipso clauditur; Brugensis Codex jam pridem cum Fulcherio desierat. Solus nobis superest Theodoricus Pauli, Sulpitium suggerens, *Heraclii* successorem. Palæonydorus, in Vita S. Cyrilli, tertii Prioris Carmelitarum (magna quidem correctione egente, a nobis tamen, quia melius offerebatur nihil, data ad vi Martii) scribit num. 4, quod *Cælestinus Papa anno Domini mxcxi, anno suo primo, uudita Cyrilli funa, admonitum habuit, ut Patriarchatum suscipere Hierosolymitanum: quod ille omnino renuit, sic rescribens; Beatissimo Patri Cælestino, pedum oscula Cyrillus famulus Christi. Sufficit mihi thesaurum Domini mei, id est, animam, pro qua magnus ille mereator advenit, proprium sanguinem fundens, portare in hoc vase fictili. Quæ veremur ne æque incerta debeant haberi, atque magnifica illa gesta Iconii et in Armenia: quæ quidem hanc famam potuissent Romæ conciliare Cyrillo, si vera fuissent, sed etiam vix potuissent propter magnitudinem suam ab illius ævi scriptoribus præteriri: ideoque optavimus ut ea possent haberi confirmata ab auctore antiquiori. Eo deficiente fatemur suspecta nobis manere omnia; sicut etiam suspecta nobis est, tum epistola ejusdem ad Abbatem Joachim, qua petit interpretationem Oraculi sibi per Angelum traditi, tum responsio ejusdem ad jam dictum Cyrillum hoc exordio, *Stellæ manenti in ardine sanctitatis, in formula honestatis, in nidulo parcitatis, orbem opacum, deformem et squalidum virtutibus illustranti, moribus informanti, exemplis ornanti, Cyrillo Presbytero in monte Carmelo etc.* Quæ Joachimi stylum, ex ejus operibus cognoscendum, nullatenus sapiunt, neque congruunt sanctæ simplicitati; ut de ipso, quod ad Cyrillum delatum dicitur oraculo, nihil pronuntiem.*

C

XI Monachus.

Anno 1194
pro Michaeli
electo

Patriarcha
fit Monachus
Archiep.
Cæsarien.

Exolantium Hierosolymis Patriarcharum, seriem Theodoricus Paulus sic prosequitur. *Anno mxcxiv Michael, Parisiensis Decanus, vir in regendis scholis Parisiensibus eximius, et in largiendis elemosynis et in aliis pluribus bonis floridus, in Patriarcham Hierosolymorum est electus: sed post quindecim dies a Clero Senonensi electus et in Archiepiscopum Senonensem est consecratus: et sic alius electus in Patriarcham fuit: cujus nomen non reperi.* Ita ille: sed forte, reperisse se ignoravit, quando *Monachum* reperit; non intelligens id proprium ei nomen fuisse. Hujus tamen, ut Cæsariensis Archiepisci, plus vice simplici mentionem reperias in citatis jam sæpe Scriptoribus. *Monachum* natione Etruscum, patria Florentinum fuisse Joannes Villanus historiæ Florentinæ auctor scripsit, et Ecclesiæ illi, in qua Clericus servierat legasse brachium S. Philippi Apostoli. Dedimus i Maji translati brachii historiam, nostra manu descriptam ex antiquis Ecclesiæ Cathedralis membranis, ubi tota Monachi Patriarchæ vita compendio exponitur, atque inter cetera hæc habentur. *Cum videret Patriarcha sibi diem mortis, superveniente fu-*

ure, imminere; Rainerio, olim ecclesiæ sanctæ Resurrectionis in Hierusalem, tunc autem Joppensis Priori, qui de Florentina diocesi fuerat, et Capellanus steterat in ecclesia de Pulvento, in virtute Spiritus sancti et obedientiæ veræ præcepit, ut beati Apostoli Philippi brachium, juxta suum votum, Florentiam destinaret, et in fumoso Joannis Baptistæ templo faceret magnifice collocari. Postmodum autem reverendæ memoriæ Patriarcha, Domino vocante, debitum humanitatis exolvit... Hactenus MS. istud, unde etiam intelligitur mors illa accidisse anno mcmii.

XII ALBERTUS.

Tumulato corpore tanti Patris, inquit idem qui supra scriptor Florentinus, *Cardinalis Offredus* (imo *Goffredus*, vel *Siffredus*), qui tunc in partibus ultramarinis Legationis officioungebatur, fuit in Patriarcham electus: sed ille postea electioni renuntiavit. Verum universi ad quos spectabat electio, de consensu Regis elegerunt Episcopum Vercellensem, ad quem reducendum jam dictus Prior fuit Legatus principaliter constitutus. Multa de hujus ALBERTI, ex Regulari Canonico Vercellensis Episcopi, priori vita et vocatione ad Patriarchatum, rebusque in eo gestis dicenda forent, nisi id accuratissime factum esset ad viii Aprilis diem. Sufficiat ergo paucis verbis dixisse, annum mxcvi fuisse ei primum in Patriarchatu; et hunc anno mxcxiv conclusum esse per mortem, martyrio comparandam, xviii Kalendas Octobris.

D
AUGTORE D. P.,
qui morturus
anno 1203
legat Floren-
tius brachium
S. Philippi.

Post Offre-
dum Card. se
excusantem

electus Alber-
tus Ep. Ver-
cellensis, ma-
ritur 1214.

E

PARERGON XI.

De cultu hujus Sancti Patriarchæ apud Carmelitas et Canonicos Regulares Congregationis Lateranensis in Italia.

Licet de hoc argumento satis etiam videamur egisse ad prædictum diem viii Aprilis, in Commentario de ipso Alberto cap. 4, est tamen aliquid quod hic insuper animadversum, aliquid etiam quod correctum mutatumque velim; non quia id mereatur expostulatio TRIUMPHATORIS, occasione iudepta immodice efferentis sese; sed quia propositum mihi semper fuit, atque etiam nunc est, et (sicut spero) erit semper, nihilo indulgentius mecum ipso quam cum aliis agere, quoties, ut homo, fuero vel proprio ratiocinio lapsus, vel infirmatione aliena in errorem protractus. Ut autem ab iis exordiar, a quibus cultus prædictus sumpsit exordium, iterum dico; quam certum est Carmelitanum Ordinem vitæ Regula informatum esse ab Alberto, tam æquum fuisse, ut eum, si in ecclesia Hierosolymitana aliquando habitus est ut Sanctus, colerent etiam ipsi ut talem, et quidem specialiori cultu; maxime si id liceret per sacram Congregationem Rituum, per quam id ipsis licuit sub Ritu officii duplicis de Comuni Confessoris Pontificis, saltem ab anno mdcxxix. Cur autem tunc etiam postulatum non fuerit, ut de eo velut de Martyre facere liceret, quod sane æquius fuerat, quam id faciunt de S. Petro Thoma xxix Januarii, non alia facile dabitur causa, quam quod famæ crediderint, hunc, dum Religionis Catholice propagandæ et contra infideles propugnandæ conatu fortius instaret, telis infidelium vulneribus multis confossum esse: de illius autem obitu, qualis fuerit, nemo ipsis eatenus indicavit.

217 Accidit quidem ut eodem tempore, quo istæ Romæ agitabantur a Patribus Discalceatis, suum Bononiæ Menologium cuderet ex Ordine veterum Carmelitarum Fr. Petrus Thomas Saracenus de Bononia, professus se *Sanctorum originaria proprio stylo recudere, robusta et constanti fide, e genuinis fontibus,*

F
Quod Carme-
litæ non
petierint
Officium de
Martyre

fecit ignoran-
tia de illo
apud Discal-
ceatos an.
1628,

apocryphis

A *opocryphis omnino exulare jussis: sed hic conatus Discalceatos latuit. Cum autem in eorum venit manus, coeptaque sunt vulgo legi et examinari quæ scripserat, licet non sint agnita omnia illa gravissima errata in Alberto, quorum aliqua postea Lezana in Annalibus cori exit, ego longe plura adiunxeravi toto Capite 2; apparuit tamen relatio tota adco male consuta esse, ut nihil sinceri posset ex ea sperari. Itaque sexto post anno, cum Patres Antiqui cuperent propriarum Lectionum defectum suppleri, horum generalis Theodorus Stratus, ab Alberto Miræo Cathedralis Ecclesiæ Antuerpiensis Decano, qui in opusculo de Origine Teresiarum c. p. 1 nonnullam Alberti mentionem fecerat, auxilium consiliumque petiit per litteras, datas anno MDCXXXIV, quarum hic erat tenor.*

et apud Anti-
quos an 1634,

218 *Controvertitur his diebus in hac alma Urbe, apud sacram Congregationem de Ritibus, de officio B. Alberti, Hierosolymitanæ Patriarchæ, jam pridem ab eadem sacra Congregatione nobis Carmelitis concessi: et principalis ratio controversiæ est, quia non bene constat, quæ aut qualis personæ sit iste Albertus, quem colimus.*

Si etenim dixerimus istum Albertum illum fuisse qui nolis Regulam tradidit; premimur hac difficultate, quod Regula nostra tradita nobis est anno MCLXXI, quo tempore nullus erat Albertus Hierosolymitanus Patriarcha, quia iste inthronizatus fuit MCCIV. Prædicto autem anno MCLXXI solum in Syria vigere poterat Albertus Bethlermita Episcopus, qui cum Guiljelmo Tyrio venit postea ad Concilium Lateranense sub Alexandro III, ut ipse Guiljelmus et Baronius referunt. Vidimus quæ Perillustris et Reverenda Dominatio vestra de hoc puncto scribit in suo illo tractatu de Origine Carmelitani Ordinis, et veram credimus esse hujusmodi solutionem; quod scilicet eadem persona fuerit Albertus ille, Bethlermita primum, et postea Patriarcha Hierosolymitanus, ut a vestra Rev. Dominatione, in prædicto tractatu edocti sumus: verumtamen quia nonnullis non placet hæc opinio, nec satis constare potest, quomodo ille Bethlermitanus, Hierosolymitanus postea effectus fuerit (cum constet ex tabulis Ecclesiæ Vercellensis, quæ habentur in libro a Joanne Stephano Ferrerio de Vitis Episcoporum Vercellensium, Albertum illum, qui Patriarcha Hierosolymitanus constitutus est, fuisse primum Bobiensem et postea Vercellensem Episcopum, patriæque Parmensium) propterea humiliter coram Perill. ac Rev. Dominatione vestra, quatenus pro sua benignitate velit scribere vobis ea quæ circa hoc habet in mente, cum testimoniis aut monumentis ad confirmandum cum sanctitatem prædicti Alberti, tum identitatem personæ in prædictis Episcopatibus, tum etiam aliqui (si in promptu habuerit) pro corroborando quod prædictus Albertus ex Ordine nostro Carmelitico aliquandiu fuerit. Quæ si fecerit, ut speramus, majori vinculo adstricti erimus pro V. Revv. Dominationis in utroque homine felicitate Deum esse deprecari.

E
quam hi fa-
tentes Miræo

optant aliqui
certi discerni:

C *Quid ad hæc responderit Miræus nescio, unum scio, quod epistolam prædictam communicarit cum nostro Bollandæ, per idem tempus magnum suum opus exorso; qui XII Maji ad illum Bruxellis agentem rescripsit, nullam se idoneam expedire posse solutionem propositæ quæstioni: Trithemium dicere, quod Regula condita sit anno MCCCII: Theodoricum Pauli sic habere; Albertus Patriarcha Hierosolymitanus, Apostolicæ Sedis Legatus, succedit anno MCCVI tempore Innocentii Papa III et Frederici Imperatoris II. Iste certam vitæ Regulam tradidit observandam Fratrum Ordinis B. Mariæ de monte Carmeli, et Ordinem Carmelitarum instituit in monte Carmeli. Addebat Bollandus, esse qui Albertum istum velint Patriarcham Syrum fuisse, cum alius esset Latius, alius Græcus schismaticus: sed nullum ab eis auctorem præferri, nec verosimile id esse, cum Regula sit*

hic Bollandum
consultit,

Accone scripta, ubi Latinus Patriarcha residebat: denique nihil certi occurrere quod pronuntiet. Ita tunc ille: qui si habuisset, uti quarto demum post anno habuit, Vitas Patrum Occidentis impressas anno 1623 Lugduni opera et studio Benedicti Gonnii, haud dubie ex relata ibidem fol. 227 S. Angeli Vita adjecisset, Enochum Hierosolymitanum Patriarcham, S. Angeli illius socium (ut se fert) ita loqui, ac si dictus S. Angelus ac frater ejus *statuant Regulam observare, quam S. Albertus fecit Carmelita, prædecessor Nicodemi Patriarchæ, nutritoris eorum, annis jam elapsis ccccxii; id est (juxta rationem temporis quo istud ipsi statuissent) an. Christi MCCXCII; quodque mox in eadem Vita, conformiter consilio jam sumpto, dicantur Sancti recepti in Fratres Ordinis Eremitarum de monte Carmeli, secundum Regulam S. Alberti Patriarchæ.*

220 *Sed nihil hic præsidii invenissent boni Patres ad suæ perplexitatis solutionem; multo autem magis fuissent confusi, si intellexissent Albertum Vercellensem, primum ipso anno MCCIV quo sic locutus foret S. Angelus, postulatam Patriarcham fuisse, et ante MCCVI vix pervenisse in Palestinam, attentis iis quæ post nominationem suam in Italia egit. Fortassis etiam incidisset iis cogitare, ex Trithemii, annum MCCXII signantis, errore, verum datæ Regulæ annum elici posse, unius litteræ haud incongrua mutatio, e. scribendo MCCXII. Sed necdum eo usque profecerant, ut auderent falsificationis suspectam habere notam anni MCLXXI, quam sub Regula sua inveniebant; neque etiam hoc suspicantes, fuissent ausi suam istam suspicionem indicare Sacre Congregatione Rituum. Nam cum circa annum MDCLXVII R. P. Daniel a Virgine Maria suavisset, antiquum S. Petri Thomasi cultum ut Confessoris in Ordine resumendum, omisso titulo Martyris; responsum ei Roma est, sicut P. Heuschenio fatebatur, quod minime expediat movere quidquam, et occasionem eo motu dare Congregationi sacræ plura alia ad examen vocandi. Acquiescimus libenter rationi huic; sed vicissim nobis indulgeri petimus, quod ista sic agi scientes, non adhibeamus tam certam fidem singulis officiorum Ordini concessorum verbis, quam aliqui optarent.*

221 *Quod interim ad Lectiones proprias de S. Alberto obtinendas attinet; post prima illa tentamenta irrita, nihil porro actum est, quia nulla satis secuta via ad id se offerebat; donec alii, quibus per sua Privilegia licebat independenter a sacra Congregatione Rituum componere et in usum adducere Officia propria quorumcumque Ordinis sui Sanctorum, præirent exemplo; prout anno MDCLXVI fecerunt Canonici Regulares Lateranenses, impresso Mediolani libello priorum Officiorum enormiter aucto. Numerus enim Sanctorum, qui tempore Pii V, anno MDLXXX proprium de iis fieri concedentis, solum quindecim fuerant, excrevit ad nonaginta circiter; interque eos etiam Albertus compervit, cum Oratione et Lectionibus propriis, ex Menologio Carmelitano acceptis: quod quia totius Ordinis Carmelitani assensum habere præsumebatur, earum auctori nulla fuit cura consulendi Annales Lezanæ vel Episcopos Vercellenses Ferrerii, ex quibus discere potuisset, quam nulla fides habenda esset Menologio isti circa Albertum. Sic autem composita omnia, impressa sunt Mediolani, ac deinde Venetiis, tanquam ex speciali Sanctiss. D. N. Pii Papæ V concessionem recitanda; exemplo ceteris ejusdem Ordinis Congregationibus in Gallia, Belgio et Hispania, eadem quæ Lateranenses Privilegia habentibus, neutiquam probato; prout patet ex earundem Officiis, similiter propriis, et ejusdem Pii V concessionem præferentibus, juxta postremas eorum editiones factas Parisiis,*

D
qui difficultati
propositæ nullam
reperit idoneam
solutionem

E
propter male
notatum annum
datæ Regulæ,

E
qui forsitan
fuit 1212.

F
Cum autem
Regulares
Lateranenses
an 1666
per se assumpsissent
officium
Alberti.

G
cum Lectionibus
et Saracenis
acceptis,

A risiis, Montibus, Conimbricæ, ac novissime anno MDCLXXXI Bruxellis: quarum editionum curatoribus visum fuit pareius utendum esse Pii V nomine, jam ab annis centum vita functi.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOI. 23 *
petierunt
Carmelitæ
antiqui eas
etiam sibi
concedi an.
1672.

222 Ut ut erat, novis illis et qualitercumque compositis Lateranensium Officiis insertum fuisse Patriarcham Albertum, perquam commodum fuit Patribus Carmelitæ: quibus jam non foret necesse ancipitem subire aleam coram sacra Congregatione novum aliquid petendo; liceret autem declinare periculum, id solum postulando, quod jam aliis indultum videbatur. Id ergo postularunt anno MDCLXXI sub hac forma: *Eminentiss. ac Reverendiss. Domini. Fratres Carmelitæ recitant officium S. Alberti Patriarchæ Hierosolymitani die III Aprilis, ex concessione facta ab hac sacra Congregatione XII Junii anno MDCLXXXVIII, quod etiam recitant Canonici Regulares Lateranenses. Et quia Carmelitæ non habent Orationem nec Lectiones proprias secundi Nocturni, humillime supplicant ut VV. EE. eis velint concedere facultatem recitandi Orationem et Lectiones annexas, desumptas ex Officiis propriis dictorum Canoniorum Regularium, auctoritate felicit recordationis Pii Papæ V compositis.* Indultum facile,

ut editas
auctoritate
Pii V.

B quod petebatur: sed Patres illi, optime scientes, Lectiones eas, quas Lateranenses recitant, multipliciter repugnare veritati historię, certius aliunde cognitæ; non eas, quas sibi postulaverant concedi, Lectiones induxerunt in novum suum Breviarium; sed alias, multo prudentius veraciusque conceptas, eidem inseruerunt, quas hodieque recitant; optimo jure, ut quibus illius sic mutati Officii usus, una cum reliquo prædicto novo Breviario, concessus est a sacra Congregatione, referente Eminentiss. Cardinale Bona.

Hoc ergo tunc
capere non
potui,

223 Nihil equidem hic reprehensum volo, vel in suspicionem fraudis adductum: ignoscendum tamen mihi puto, quod procul ab Italia, eodem quo ista agebantur tempore, scribens Commentarium de B. Alberto, opponendum primæ parti Armamentarii editi anno MDCLXXIX, gratius quam par fuerat judicaverim de iis, per quos credebam in errorem inductos Carmelitas. Videbatur enim sine alicujus fraude fieri non potuisse, ut in manus venissent Lectiones de Alberto, velut auctoritate Pii V compositæ ad usum Lateranensium, cujus nomen nec in illius Pontificis Bulla apparebat, nec in tot quot habebamus editionibus, etiam Romæ per annos sexaginta post mortem Pii curatis. Accedebat, quod, cum super ea quæstione hæsitarem ego et R. P. Daniel a Virgine Maria, et ambo bis terve scriberemus Roman, ipse ad suos Transpontiuos Patres, ego ad P. Carolum Alexandrum a Manderscheidt, Pontificium in S. Petri Basilica Pœnitentiarium; ille nullum congruum responsum acciperet, quo explicaretur Privilegium Congregationis Lateranensis in ejusmodi rebus a sacra Rituum Congregatione independentis; mihi vero ex ore Procuratoris Generalis Canoniorum Regularium identidem responsum fuit, hos de Alberto nihil scire, nec nomen quidem, nedum ejus Officium recitare.

quia Roma
scribebatur
Regulares nil
scire de Al-
berto,

C

224 Sed denique post Aprilem editum, multamque ultra ac citro quæstionem, patuit erroris mei causa. Procurator ille, ut scribebatur, Generalis Regularium Canoniorum, Congregationis erat, non Lateranensis, sed Gallicanæ, Asselina nomine; annum quidem circiter vigesimum in Urbe et officio illo agens, sed diverso a Lateranensibus tecto habituque utens, et (quod bonus Pater Carolus nesciebat) etiam Officiorum propriorum diverso libro. Mirum ergo non fuit eum ignorare, quid procul ab Urbe in Lombardia non ita pridem innovatum esset in Officiis, quibus etiam in Urbe Lateranenses utebantur; et excusabilis videtur culpa P. Caroli, cui nec minima

nunc intelligo
illos alterius
Congregatio-
nis esse.

quidem cogitatio suggerebat, eos, qui dicebantur uti Officiis a Pio V concessis, iisdem uti tam diversis, ut aliis ignoratos Sanctus colerent alii. De me, ut quisque volet, sic statuat: si cui videor fecisse injuriam, reparatum eam omni modo cupio, sincera et candida rei ut acta est declaratione, et in prædicto Commentario meo expunctam vel mutatam bonam partem numeri 38.

225 Restat ut de Vercelleensi Ecclesia, cujus Episcopus Albertus fuit, prius quam ad ordinem Patriarchalem eveheretur, verbum addam, ex instructione Lezan e tomo 4 Annaliura edito sub annum 1656 sic scribentis pag. 208. *Si dicatur, Cur Ecclesia Vercellensis, de aliis Episcopis suis festum agens, B. Albertum non colit? Dicimus hujus negligentie forsitan causam fuisse, quod extra Episcopatum Vercellensem, in Patriarchatu scilicet Hierosolymitano e vita decerserit. Deinde dicimus Illustriss. ac Reverendiss. D. Jacobum Garium, modernum Vercellarum Episcopum, prædecessorum negligentiam corrigere volentem, proximis his annis petuisse a sacra Congregatione Rituum, liceret sibi addere Officiis propriis Ecclesie et Diocesis suæ Officium S. Alberti Episcopi et Confessoris; qui de Episcopo Vercellarum factus Patriarcha Hierosolymitanus, primam Regulam composuit et dedit Carmelitæ, qui propterea illius Officium de Communi recitant ritu duplici. Ad quod respondit sacra Congregatio; Doceatur quod S. Albertus fuerit Episcopus Vercellarum. Quod cum evidenter constare possit ex dictis, intentum suum idem Illustrissimus habere potuit, etsi an de facto habuerit mihi nondum constat. Mihi constat, non habuisse, et hoc quoque anno scriptum inde esse, quod nihil dum ibi de Alberto fiat. Viderint ii, quorum interest istud curare, Deoque et Sancto de tam facile parabili ipsi honore neglecto reddere rationem. Desiderio pro ipsis meo magis officit, quod Episcopii istius archivium adeo conturbatum sit, ut nemo velit magno incertoque labore scrutari tantum chaos, ad requirendas originales de Vita S. Alberti membranas, historiamque miraculi in liberatione Principissæ Parmensis patrati, cujus epitomen dedi num. 6; integram hic daturus, si sæpius petitam potuissem nancisci.*

Vercellenses
circa an 1655

E
Alberti cul-
tum optantes,
deinde egerunt
negligentius.

XIII RODULPHUS.

XIV LOTHARIUS.

Marinus Sanctus, lib. 3 Secretorum fidelium a Crucis, parte II cap. 5, cum dixisset, quod anno MCCCXIV Albertus Patriarcha Hierosolymitanus in Processione mortuus est (hoc autem Italica phrasi idem est ac Latina, occisus) addit, quod ei successit Rodulphus, pro quo Thomam Agni nominat Heroldus in Continuatione belli sacri lib. 3, cap. 2, velut unum ex duobus nobilissimis Patriarchis, qui adfuerunt Lateranensi Concilio, quod anno MCCCXV die XI Novembris celebratum est. Sed cum nesciamus unde nomen istud habere Heroldus potuerit, non extantibus uspiam Concilii subscriptionibus, potior nobis est Sancti auctoritas, qui proximo post hæc seculo floruit ac scripsit, et per seipsum res Terræ sanctæ scrutatus est. Sed nec diuturnus Rodulpho Patriarchatus fuisse potuit, cum Ferdinandus Ughellus tom. 3 Italiae sacrae in Archiepiscopis Pisanis, agens de LOTHARIO, quem abiturus Albertus pro se Episcopum Vercellensem consecravit, facto sub annum MCCCXIX Archiepiscopo Pisano, scribat, quod cum demum in Orientem, illic bellantibus Christi fidelibus ap. m laturus, cum suis Pisanis transit, Patriarcha Hierosolymorum creatus est anno MCCCXVI. Hic autem annus vel inde confirmatur, quod apud eundem Ughellum mox referatur instrumentum, ipso eodem anno confectum scilicet:

F
Alberto Ro-
dulfus an.
1211 succedit,

et huic aa.
1216 Lothu-
rius.

A scilicet *Honorii Papæ III* anno 1, mense *Decembris* die XVI, *Indictione v*, per Archipresbyterum et Canonicos Pisanos duos, apud *Apostolicam Sedem* constitutos, pro *confirmatione electionis Domni Alexandrini, factæ ad Ecclesiam Pisanam*: unde necessario consequitur illo ipso anno vacuum *Sedem Pisanam* fuisse per *Lotharii prædicti* promotionem. De *Rodolfo* nihil magnopere dignum relatu inveniri haud equidem miror: de *Lothario* omnino: siquidem usque ad annum MCCXXIV neminem reperio; quem dicam ei successisse.

XV GERONDUS vel GIRALDUS.

Fuit hic *Valentinus* in *Gallia* Episcopus; et anno MCCXXIV adhuc præsens *Valentiæ*, acceptavit donationem, suæ isti *Ecclesiæ* factam a *Guidone Adamaro*, cujus donationis *Sanmarthani* in *Gallia Christiana* meminerunt. Anno deinde sequenti expeditæ sunt eidem, jam ad *Patriarchatum* promoti, commendatitiæ ab *Honorio III* litteræ illæ, quæ lib. 9 epistolarum ejus notantur num. 319 320, 321 et et 363 apud *Odoricum Raynaldum*. Ipse autem iis egregie usus, ad concitandos pro induendis armis juventutis *Gallicæ* animos, transmisit in *Syriam*; indeque anno MCCXXVII misit *Gregorio IX* Epistolam, ab aliis septem Prælati signatam, pro accelerando subsidio. Hanc Epistolam ipse *Gregorius* omnibus *Christi* fidelibus communem fecit, et *Matthæus Paris* integram transcripsit. Idem *Gerondus* anno MCCXXIX scripsit aliam, querens de treuga cum *Soldano* inita ab *Imperatore Friderico*, cum maximo *Christianitatis* damno atque dedecore: quam epistolam apud eundem *Matthæum Paris* legere est. Capitula autem turpis treugæ, a jam dicto *Patriarcha* ad *Pontificem* missa, vide sis apud *Odoricum Raynaldum*. Satis hic fuerit indicasse, primum, quod fuit in speciem gloriosum, reipsa impiissimum, propter adjectam conditionem de relinquendo *Saracenis* templo *Salomonico*, aliasque haud minus probrosas pactiones: scilicet, quod *Sultanus Hierosolymam Imperatori* ejusque *Præfectis* tradat, ut de ea quomodocumque pro arbitrio disponat communitate. Communire autem eam tantum abest at caraverit *Imperator*, ut omnia in eo relinquens statu ad quem *Turci* redegerant, imo restaurari prohibens atque impediens, totam *Terram sanctam* *Saracenorum* furori expositam dimiserit. Itaque non tantum nequivit *Gerondus* *Sedem Patriarchalem* suo loco restituere; sed etiam ipsam civitatem, propter *Imperatorios* eam obtinentes, coactus fuit subijcere *Interdicto*.

228 Quamdiu deinde et ubi *Gerondus* vixerit, incertum est. Constat ex *Regesto Epistolarum Gregorii IX*, lib. 14, ep. 54, vacante dudum *Hierosolymitana ecclesia* ad eam fuisse postulatam bonæ memoriæ *Tusculanum Episcopum*, videlicet *Jacobum de Vitriaco*: sed quod is *Romæ* necessarias putaretur, merito non concessum. Venerat sanctissimus hic Prælati *Romam* anno MCCXXVII post scriptos *Ogniaci* in *Belgio Occidentalis Historiæ* libros in quos cum forte incidissem eo tempore, quo multiplicatis præhs et operis absolvebatur editio *Aprilis*, jamque imprimabatur *Propylæum antiquarium* pro secundo Tomo, certis de causis reservatum ad finem totius impressionis; vidi plurimos religiosos Ordines sigillatim describi, nulla facta *Carmelitani Ordinis* mentione. Hoc in eam rem quæ sub manu ac prælo erat credens vehementer convenire, raptim scripsi partis 2 numerum 31 ultimumque, et argumento jamjam imprimendo subjunxi; non animadvertens, non solum *Carmelitarum Ordinem*, de quo erat mihi quæstio, istic præteriri; sed etiam *Ordinem Prædicatorum*, qui juxta *Ordinem Minorum* ævo isto sur-

rexerat, nec poterat ignotus fuisse *Jacobo*. Affertar deinde recens a prælo folium, a mendis typographici emaculandum: lego nomina religiosorum Ordinum, sicut ex libro ipso descripseram: video deesse *Prædicatores*: miror si sint a *Jacobo* præteriti, ne que in auctore defectum, sed in me fuisse cogito, cui festinanti nomen unum exciderit. Recarro nihilominus ad ipsum librum; et compendium facturum temporis requiro indicem; pro quo offertur pag. 471 ab *Andrea Hoyo* descriptus syllabus eorum Ordinum, quorum meminit auctor. Quid plura? Celeri oculo paginam percurrenti offertur ultimus *Ordo Prædicatorum*: neque pluribus opus putavi, ut defectum animadversum mihi ipsi imputarem, atque ante *Minores*, in aversa pagella notatos, scriberem *Prædicatores*. Infelici profecto casu! Nam si tantillum ultra legissem, totum illum de *Vitriaci* silentio paragraphum aboleri jussissem. Vidissem enim sic ibi scribi: *Ordo Prædicatorum a B. Dominico inchoatur in Tulosatibus anno MCCIII sub Innocentio III, confirmatus est ab Honorio III anno MCCXVI, cujus nullum fieri ab auctore coævo synchrono mentionem, est cur miremur.*

229 Habes *Lector* ingenuam confessionem causamque erroris, propter quem omni occasione ac loco proscindor ab adversariis, ut *Mendax et Falsarius*, nullaque fide dignus in cunctis quæ circa *Ordinem Carmelitanum* scripsi. Tu, ut affectus es, ita judica. Interim observa iugens esse inter *Ordinem* utrumque, a *Jacobo* prætermissum, discrimen. De *Prædicatoribus*, qui tunc fuerant, vix ullus istius temporis historicus tacet; de *Carmelitis*, qui pariter in *Europa*, non in uno nec paucis, sed plurimis locis fuerint, nec unus quidem auctor tunc vivens adducitur. Scribebat *Jacobus*, abdicato *Acconensi* *Episcopatu* solitariam fere vitam ducens, apud sepulcrum *B. Mariæ Ogniacensis* filicæ quondam suæ spiritualis, in *Brabantia* nostra *Gallicana*; scribebat autem circa annum MCCXX, cum adhuc ipsum *Prædicatorum* nomen ignotum fere esset in *Belgio*, conventus certe vel nulli vel paucissimi inchoati: *Carmelitas* vero in *Oriente* et viderat et laudaverat, ut supra diximus; prætenditque *Triumphator* parte 2 *Armamentarii* n. 685, ex instrumentis ante a se productis satis esse probatum, quod *Ordo* suus, dia ante ibidem fuerit multiplicatus quippe qui (ut prætenditur) anno MCCXXX in *Provincias* distinctus in *Alemannia* (sub qua et *Belgium* comprehenditur) domos habebat longe lateque diffusas.

230 Atque hæc occasione *Jacobi de Vitriaco*, ad *Patriarchatum Hierosolymitanum* postulati, licet non concessi, dicta sunt; quem qui anno MCCXLIV primam vita functum fuisse scribit *Andreas Hoyus*, *historiarum* ejus ex *Ogniaciensi MS.* acceptarum evulgator *Duaci*, *Ciacconium* quidem, *Ughellum* atque alios sequaces habuit in eodem anno notando: ex præcitata tamen *Gregorii Papæ IX* epistola corrigendus est: illa enim ejus, ut jam mortui, meminit per titulum *bonæ memoriæ*. Est autem, teste *Odorico Raynaldo* in *Annalibus*, epistola data n. *Idus Maji* anno *Pontificatus* XIV, atque adeo ære vulgaris anno MCCXL. Itaque jam obierat *Jacobus*, de quo post annum MCCXXVII nihil in *Ecclesiæ Romanæ* monumentis *Ciacconius* potuit reperire.

XVI ROBERTUS.

Idem qui supra *Gregorius* *Papa IX* in eadem Epistola: Cum, inquit, processu temporis ad nos fuisset præfatæ *Hierosolymitanæ Ecclesiæ* provisio devoluta, ne diutina vacationis deprimeretur dispendiis, venerabilem Fratrem nostrum *Patriarcham Hierosolymitanum*, tunc *Episcopum Nannetensem* (*Robertum* vocant *Albertus le Grand* et *San-Marthani*) eidem providimus in

D non solum *Carmelitas*, sed et *Prædicatores omisit*,

quod me latuit.

E

F Obiit ille non an. 1244 sed post 1236,

VIDE APP. TOM. VII MAH NCI. 24*

An. 1224 ordinatus,

an. 1227 queritur de treuga cum Saracenis facta,

eo mortuo, eligitur de Vitriaco;

qui in Hist. Occidentali enumerant Ordines Religiosos,

A *in Pastorem.* Sed hic anno MCCXLIV, irruentibus super Christianos ex improvise Chorasminis, perfidæ gentis metu, de civitate Hierosolymitana, una cum Magistris domorum Hospitalis et Militiæ templi et universis habitatoribus civitatis ejusdem, tamquam de humano præsidio desperatis, versus Joppen abscessit (ut significat suis in litteris Fridericus Imperator) Accionemque delatus, inde die xxv Novembris dedit lamentabiles ad Cypri Regem et Principes Europæos litteras, quæ apud Matthæum Paris extant: eam cladem meritis, si ipsius quoque negligentia factum est, ut Innocentii Papæ IV mandatum, de restaurandis Urbis sanctæ mœniis anno præcedenti directum, executioni non daretur. Anno MCCXLV, celebratum Lugduni ab eodem Papa Innocentio est Concilium universale, ad quod de Terra sancta, quæ multo patebat discrimini nullus potuit advenire, sed nec advocari: occasionaliter tamen illuc advenit Episcopus Berytensis, totius Syriæ Nuntius generalis, mandatum bajulans lugubre de exterminio ibidem patrato. An etiam Patriarchæ Roberti nomine, tunc adhuc viventis, nescimus divinare. Anni certe ab hac legatione, usque ad tempus electi successoris Jacobi Pantalconis, decem effluerunt. Cumque nemo alius sit, qui intervallo illo sedisse dicatur, præsumi potest, quod Robertus vixerit usque ad ætatem anni MCLV: missus enim Jacobus primum in Syriam est mense Decembri.

B
moritur an.
1255.

PARERGON XII.

De usu zyfrarum numeralium, hæc primum ætate Europæe communicato.

Pulcherrimum arithmeticæ artis commodissimumque ad supputationes quantumvis numerosas instrumentum, sunt notæ illæ decem, quas quia primi Arabes pertulerunt ad nos, Arabicas dicimus; proprio autem nomine vocamus Zyfras, eo ipso significantes, Orientalium illas esse inventum. Siquidem jam inde a tempore Josue in Palæstina notum erat vocabulum istud, licet in ampliori significato; quando litteræ universim nominabantur *Sepher*, unde *Cariath-Sepher* id est *Civitas litterarum* redditur Josue xv. Usum illarum apud nos minime antiquum esse, ita notum esse credebam omnibus, ut non esset opus nominare auctores qui id docent; neque vel per somnium suspicatus fueram unquam, aliquem invenendum tam imperitum, ut multorum seculorum ætatem auderet velletve arrogare scripto, in quo illæ reperirentur. Sed mea me sefellit opinio. Inventus est qui non antiquas tantum, sed antiquissimas in Europa zyfras esse sustineret, et ab initio Christianæ Ecclesiæ usitatas (pudet dicere, quo argumento) atque pro ea qua valebat auctoritate suis etiam discipulis persuaderet. His ergo melius instruendis cum forte ad manum libri non sint, unde possint discere veritatem, quam mihi noluerunt simpliciter asserenti credere; ex Athanasii Kircheri nostri *Arithmologia*, excusa Romæ anno MDCCLXV, non gravabor transcribere partis I Caput ultimum, de *zyphrarum sive numerorum hodierna die usitatorum origine*, omissis iis quæ ibidem de earum fabrica apte innexuit; eo quod id parum faciat ad nostram quæstionem, et ab originaria illa ac prima forma, valde deflexerit usus noster, ut in communibus alphabeti litteris aliisque rebus omnibus, sic in numeralibus zyfris nonnihil mutationis jure suo inducens. Sic autem disserit,

233 Brachmanis vicini Arabes, advertentes insigni numerorum compendium, quibus illi veluti arcaneis notis utebantur, successu temporis id suum fecerunt. Ita Abenragel in suo de introductione ad Astronomiam libello, ubi loquitur de zyfris: *Et hi,*

Maji T. III

inquit, sunt numeri Indiani, a Brachmanis Indiæ sapientibus ex figura circuli secti inventi. Id quomodo factum accurate explicat et ad oculos ostendit Kircherus, deinde ait: Zyfras itaque Arabum, quas illi *Haraph el End*, id est, *Litteras Indicas* vocant, ab Indis processisse, non solum dicti Arabes, sed et Græci fatentur, uti postea videbimus. Quo autem anno hæc translatio facta sit, magnum est omnium silentium: quantum tamen conjecturis assequi possum, contigit id Hegira ccc, anno vero Christi dccccxii quo annorum circulo, sicuti Arabes juxta Saracenicam historiam, totam illam Persiæ, Carmaniæ, Indiæque oram suo subiciebant imperio, ita ex Indorum ceterarumque regionum commercio hæc notas seu zyfras primum suscepisse putamus: quæ postea per Ægyptum, Lybiam ceterasque Africes regiones ad Occidentalem usque oceanum propagatæ, inter Arabes nullo non tempore vigerunt; donec irruptione in Græciam et Hispaniam facta, intra terminos proprios contineri nesciæ, tandem ad dictas nationes traductæ, non Europæ tantum, sed et toti orbi publici juris factæ sunt. Quod ut exactius comperirem, vetustissimos codices tum Græcos tum Latinos Arabicosque consulendos duxi, quibus discussis, certe nullum unquam harum notarum ante annos cccccxxx comperire vestigium licuit.

234 Inter Græcos primus fuit, qui hoc numerorum genus in sua quam edidit *Arithmetica* usus est, Maximus Planudes; ejus liber etiamnum in Bibliotheca Vaticana, sub antiquissimi codicis forma, continetur, ubi et has notas *zyfras* vocat, et ab *Indis* profectas dilucide ostendit. Libri titulus est, *Τὸ φιλοσοφώτερον μυστικὸν Κυρίου Μαξίμου Πλανούδη φιλοσοφία καὶ Ἰνδῶν ἢ λεγομένη, μετ' ἄλλους οἱ τῶν ἀστρονόμων φιλοσοφώτεροι κατὰ νόσον ἀκριβεστέρως καὶ εἰς τὰ σχήματα ἕνεκα.* *Sapientissimi Philosophi monachi Domini Maximi Planudis calculatoria, nuncupata secundum Indos, qui præ aliis periti Astrologiarum disciplinarum illam subtiliter excogitarunt. Sunt autem figuræ novem, non adnumerata scilicet decima O, quæ non tam zyfra esse censetur, utpote per se nihil significans, quam cyfrarum in decuplum multiplicandarum complementum.* Dixi primum inter Græcos, quantum nobis constare potuit, celeberrimi nominis Maximum Planudem fuisse, qui *Arithmetica* suam hisce zyfrarum notis descripserit: cum ante eum nec Psellus, nec Plethon, neque Ptolemæus, neque Diapbantus, nec alii antiquiores *Arithmetica* et *Astronomica* sua opera iis adornasse comperiantur. Cum vero Planudes nonnulla sua opera Michaeli Palæologo Orientis Imperatori inscripserit legatur, ex eo luculenter sane patet tempus quo vixerit, quodque pereruditus Leo Allatius invenit fuisse circa annum MCLXX, cui et historiæ tum Græcorum tum Latinorum consentiunt. Hi itaque anni subducti a præsentis anni curriculo MCLXV relinquunt annos cccxcv, quibus abhinc supradictus Planudes vixit. Illo videlicet tempore, quo declinante paulatim monarchia Græcorum, Saraceni et Turcæ, qua data porta, uti in alias, ita et in Græciæ Africæque maritimas provincias sub Bajazete irruerunt. Josephus Scaliger, uti curiosissimus hujus rei indagator fuit, ita hanc quoque veritatem evoluit in epistola quadam, ad Marcum Freherum data, nummum Constantini Magni sibi oblatum, multorum instinctus precibus explicans, his verbis. Nummus ingens argenteus clarissimi viri Marquardi Freheri, quam recens sit, argumento sint characteres arithmetici 2. 3. 4. 2. 3. 5. qui ante trecentos aut paulo plures annos ad nos transierunt: ac primo quidem dissimiles his nostris hodiernis, postea memoria præavorum hæc forma interpolati quæ hodie in usu est. Itaque nummus hic cusus aut confusus est, non

D
AUCTORE D. P.
a Brach-
manis Indis,

ad Arabes
traductæ an.
900.

E
Græcorum
primus iis
usus Planudes

F
circa an.
1376:

Zyfra inven-
tum Orientale

sicuti docet
Ath. Kircher
in *Arithmo-
logia*,

A illo seculo, quo ii a Christianis recepti sunt, sed illo quo interpolati, hoc est memoria pravorum.... Characteres autem illos primi omnium Christianorum Hispani a Mauris, ab Hispanis reliqui Latini Christiani, ab illis Græci acceperunt,.... Nobis igitur constat recentissimam quidem nummi conflatam esse, formas autem inclusas et veteres esse et ex aliquo vetusto libro aut pictura ecclesie alicujus desumptas, cujusmodi multas hodie videmus in gemmis, novitie quidem cælaturæ, sed vetustissimi argumenti. Ex notis itaque zyfrarum, posticæ nummi faciei inscriptis, colligit Scaliger illum Constantini Magni tempore minime cūsum fuisse, sed posteris temporibus, jam dictis zyfris communi omnium Christianorum consensu acceptatis. Et in epistola quadam ad Albertum Pighium expresse dicit, se discussis omnibus veterum manuscriptis, numquam hæc zyfrarum notas ccc. annis superiores comperisse. Cum vero Scaliger tempus annumque, et qua occasione hæc zyfræ primum Europæ innotuerint, præcise non determinet; nostrarum partium esse rati sumus, negotium paucis notum ex Chronologia Astronomica, eo quo fieri potest studio, quantumque comperire licuit, exacte enotare.

B 235 Anno salutis nostræ mclx Alphonsus Princeps Hispaniæ, et Ferdinandi sanctissimi Regis Castellæ filius, cum litterarum tum potissimum Astronomicarum disciplinarum, ad quas veluti naturæ quodam pondere ferebatur, amore stimulatus, uti jam incredibiles in iis progressus fecerat, ita quoque animos omnium in admirationem sui traxit. Interim confluentibus ad eum, tamquam ad oraculum, undique et undique Astronomis Mathematicisque, cum jam a multis annis desiderum motibus, a Ptolomæi temporibus in eum usque diem interruptis et oppido defectuosis, tum per seipsum tum per alios certior factus, errores cognosset; intenta mentis applicatione eos ponderans, de remedio quantocius adhibendo deliberavit. Quoniam vero inaudierat summos in Africa Astrologos tum Arabes tum Judæos florere, qui et emendatissimas de siderum motibus tabulas possiderent; ut concepta jam dudum animo molimina educeret, quotquot eo tempore in Astronomica facultate magna nominis celebritate florerent, ingentibus sumptibus evocavit: quos inter fuisse dicuntur, ut in Astronomica Historia Christmanni traditur, et Augustinus Riccius in præfatione ad Almagestum Ptolomæi fuse prosequitur, Alfarabios, Abenragel, Profatius, Mahumed, Hoamar et inter ceteros princeps Isaac Hazan, Synagogæ Toletanæ Cantor Hebræus. Qui omnes, allatis secum tabularum Astronomicarum codicibus, emendationis veterum tabularum initium fecerunt: quorumque opera postea celeberrimum illud opus, quod Tabulas Alphonsinas vocant, primum in lucem exiit; tantæ apud omnes æstimationis, ut ex eo Rex Alphonsus immortalis nominis sui gloriam non immerito comparaverit. Sapientis titulo apud posteros obtento. Atque hujus Astronomicæ Synodi occasione zyfras arithmeticas, quibus Arabum tabulæ constabant, quasque jam ante nonnulli ex Hispanorum Astronomis et Mathematicis a Mauris acceperant, primum in Latina tabularum descriptione introductas fuisse, omnes fere Astronomicarum rerum scriptores consentiunt, cum anteharum editionem tabularum, non nisi Latinis notis tabulæ conscriptæ reperiantur. Tempus vero, quo Rex Alphonsus hoc opus inchoavit, Mariana teste, fuisse dicitur annus post Christum natum mccxl; et anno mclii, quo patre Ferdinando satis functo Hispani, ipse regni gubernacula adiit, in lucem editum fuisse, Chronicum Astronomicum P. Joannis Riccioli scite ostendit, queis et Arabum historici consonant. Opus itaque vere Regium, utpote

per Alphonsum sapientem an. 1240, tabulas suas componentem.

C in quo quadraginta aureorum millia expensa dicuntur, uti novitate sua omnium Latinorum animos vehementer accendit, ita ex novitate curiositas, famam operis identidem per Europam crebrescentem secuta, hoc præstitit, ut beatum se quispiam diceret, cui describendi copia concederetur. Itaque intra paucos annos multiplicatis exemplaribus manuscriptis (nam typographia necdum inventa fuerat, sed anno mcccc Moguntia primum per Joannem Faustum orbi innotuit) factum fuit, ut novæ hæc notarum notæ, tum ad scribendum facillimæ, tum ad computandum aptissimæ, ab omnibus acceptatæ, non ad privatam dumtaxat, sed ad publicum bonum converterentur.

236 Quotquot scriptores; lxx abhinc annis, harum notarum mentionem fecerunt, earum ad Hispanos translationem intra ccc aut cccc abhinc annos præter propter constituunt. Scaligeri verba supra allegavimus, quem secuti Gruterus et Hermannus Hugo; ille in suis, quos Fax artium vocat, inscriptis libris; hic in suo de scribendi origine libello his verbis, *Barbaricæ Arithmeticonum notæ, quibus hodie utimur, ante trecentos circiter annos tantum ad nos venire ab Arabibus: et Hispani quidem primum eas acceperunt a Mauris, Latini denique omnes ab Hispanis.* Quibus non abnuat Matthæus Hostius in libro de recta numerandi ratione. Theatrum Vitæ humanæ tomo N fol. 64 *Notæ barbaricæ, quas zyfras vocamus, recentiores sunt, quam quidam existimare possent; a Mauris in Hispaniam primo introducta, et ab his ceteris Europæ provinciis communicata.* Certe a Mauris primum communicatas vel ipsæ notæ ostendunt: idque instituta characterom tam Latinorum nunc quam barbarorum collatione accurate ostendit Kircherus. Deinde sibi objicit typos tres, qui nostris 4, 5, 7, respondent, ante annos ccc in Anglia inventos, a modernis nonnihil discrepare; et respondet, has notas nullam specificam differentiam involvere. Addo ego tres illas, quas ille Anglis tribuit notas speciales, in nostro quoque Belgio fuisse usitatas; illæ enim, pro signando quaternario quinario ac septenario numero, reperiuntur in libris apud nos seculo quinto supra decimum exaratis, quos multos in bibliothecis Belgicorum monasteriorum vidimus, varios habemus ipsi, ac nominatim in Florario Sanctorum MS. sæpius nominato ac nominando. Omnium vero, quos sic notatos possidemus, veterrimus Codex membraneus, continet Polychronicon Ranulphi Cestrensis, perductum usque ad obitum Eduardi Regis hoc nomine primi, id est usque ad annum mcccxxxvii, cujus Polychronici non nisi epitome hactenus habetur excusa.

237 Pergit deinde Kircherus ea quæ dixerat pluribus testimoniis stabilire, atque audiri in primis jubet Petrum Ramum lib. 4 Scholarum Mathematicarum fol. 117, quæ huc usque de barbaricis notis dicta sunt, veluti anacephalæosi quadam confirmantem his verbis: *Numeri seu notæ, quæ hic describuntur, recentes sunt: his enim Euclides vel Theon numquam usi sunt, nusquam Archimedes aut veterum quisquam. Denique apud veterum neminem notare potui has notas 1. 2. 3. Alii eas referunt ad Phænices, alii ad Indos. Joannes a Sacrobosco, cujus sepulcrum est Lutetia in comitio Maturinensi, refert ad Arabes; nec opinio a vero est... Quicumque autem fuerit inventor decem notarum, laudem magnam meruit. Res ipsa certe tantum placuit, ut omnium gentium consensum meruerit.* Huc usque Ramus: obi nota, Joannem de Sacrobosco primum fuisse qui in Francia libros suos hæc notis insignierit, et sphaeram suam vulgavit Parisiis anno mclvi. Confirmat hæc eadem Lucas Gauricus, in oratione quadam de laudibus Astronomiæ Ferrariæ habita. Verba ejus sunt: *Nec minus nobis in scribendo*

D

Ita affirmant quotquot de hac re scriperunt,

E

Scaliger, Gruterus, Hugo, Hostius,

Beyertinck,

F

Ramus,

Gauricus,

bendo

A bendo profuerunt Arabes cum plerisque recutitis Sabbatariis, qui suas ad nos inventiones induxerunt: quorum plerique in Hispania Alphonso Regi auxiliares in Astrologia instauranda manus porrexerunt. Petrus Nonius in præfatione ad sphaeram Joannis de Sacrobosco, hasce in Occidentem ab Arabibus translatas hic verbis confirmat. *Nam etsi, inquit, Arabes desertam a Graecis possessionem magna vi invaserunt, adeo ut has artes in Occidentem et Hispaniam usque propagarint; tamen eorum scripta ostendunt, curiosam gentem non tam laborasse in observandis motibus quam in divinationibus per numeros. At nostri, numerosis Arabum suffulti praesidiis, post modum multo excellentius Astrologiam tractasse censeri debent.* Atque hæc abunde puto suffectura cuius non pertinaci, ut deinceps sciat, pro veris originalibus et ante seculum XIII confectis non esse habenda, quantamcumque speciem vetustatis præferentia monumenta, scripta vel sculpta, in quibus ejusmodi zyfras reperiet. Quod si de sepulchralibus titulis aliisve similibus, deque Notarialibus instrumentis est quæstio, longævos omnes Notarios et curiosos epitaphiorum inspectores credo in hoc conventuros unanimiter, ut dicant multo etiam serius irrepsisse illas in stylum curialem et ecclesiasticum, in quo etiam hodie Latinarum litterarum numeralium frequentior quam zyfrarum usus est. Ego certe superiori anno Hoogstratanæ insignis parochiæ tumulos omnes otiose perlustrans, nullos reperi ante annum MCCCCLX insculptos zyfris, præter duos, quos apparebat olim extritos recentiori sculptura fuisse reformatos, ita ut ex iis nullum sumi argumentum possit. Alibi non vacavit rem minime dubiam examinare sollicitius, cum mihi esset quæstio de solo seculo XIII, et annis famosam Carmelitarum migrationem prægressis; ante quam nullas alias migrationes eorum agnosco, nedam tales quæ integris Provinciis constituendis sufficerent.

XVII JACOBUS PANTALEON
postea URBANUS PP. IV.

Hic Trecensis origine atque per omnes ecclesiasticorum Ordinum gradus successive proventus, prima non Laudunensis (ut vulgo scriptores) sed Leodiensis Archidiaconus, nominatus in Vita S. Julianæ Corneliensis v Aprilis, occasione operæ quam illi contulit ad promovendam Leodii institutionem novæ festivitatis in honorem venerabilis Sacramenti; deinde Viridunensis Episcopus anno MCLII; cum a Pomeranica Legatione feliciter administrata revertisset ad Alexandrum Papam IV, creatus est ab eodem Hierosolymitanus Patriarcha an. MCLV, missus in Orientem, et Christianis ibidem degentibus commendatus per Epistolam, anno i Pontificatus, VII Idus Decembris datam, hoc principio: *Venerabili Fratri nostro J. Patriarchæ Hierosolymitano, viro utique morum honestate conspicuo, litterarum scientia prædito, et providentia circumspecto, quem carum habemus suorum exigentia meritorum, plena Legationis officium tam in Provincia Hierosolymitana, quam etiam in exercitu Christiano, ubiunque pro subsidio Terræ-sanctæ in dicta Provincia fuerit, de Fratrum nostrorum consilio, durimus committendum: spe nobis firma proposita, quod cum ei adsit puritas conscientiæ, et præsto sit iudicium rationis, malitiam odiat et innocentiam tueatur, quod recta regens et dirigens indirecta, aspera convertet in plana.* Sexto post hæc anno, cum prædictus Patriarcha Viterbium accessisset ad Curiam pro suæ Ecclesiæ negotiis promovendis, dum istic de successore Alexandri IV eligendo consultarent Cardinales, concorditer ad apicem Apostolicæ dignitatis assumptus est: itaque factus de petitore concessor, de sub-

dito dominus, de filio pater, Urbanus IV meruit nominari; ut scribit Sicularum rerum auctor anonymus MS. cui de eadem electione consentiunt auctores ceteri, novi veteresque, ad annum MCLXI.

XVIII GUILIELMUS.

XIX THOMAS AGNI.

Cujus rei causa ad Curiam venerit Jacobus Patriarcha, utcumque colligere possumus ex eo quod fecit mox atque creatus est Papa, providens futuro post se Patriarchæ, ne in subjecti sibi Episcopi diœcesi diutius velut hospes agere cogeret et vivere. Quomodo autem id fecerit et quem substituerit sibi, utcumque docebunt nos Sammarthani Fratres in Archiepiscopis Arelatensibus tom. I Galliæ Christianæ, ubi agentes de Florentiæ, sub annum MCLXI ab Acconensi in Syria Episcopatu ad Arelatensem in Gallia Archiepiscopatum translato, addunt, quod ejusdem Acconensis Ecclesiæ in partibus Orientibus Pastore vacantis cura commissa fuit Guilielmo, Episcopo Agennensi, Patriarchæ Hierosolymitano. Cujus sui asserti utinam antiquum aliquod proferrent testimonium! tenebras enim sibi et nobis faciunt, cum deinde in tomo 2, agentes de Episcopis Agennensibus deque hoc Guilielmo, nullam ejusmodi promotionis faciunt mentionem; imo dicunt, ipsum in membranæ tabulari Regii memorari ad annum MCLXIII, eodemque anno obiisse, humatum apud S. Martinum de Campis. Interim de translatione Florentiæ e Syria in Galliam cum nullum sit dubium, neque obsit aliquid quo minus hinc illic Agennensis transierit GUILIELMUS, locum ei hic facimus; credimusque causa negotiorum Terræ-sanctæ venisse Parisios, ibidemque suum diem obiisse, ac successorem accepisse THOMAM, eum ipsum cui Heroldus tempore non suo dedit cognomentum AGNI, quod alibi non invenimus; retinemus tamen, quo facilius eum distinguamus a suo ejusdem nominis successore. Hic igitur erit ille Thomas, cui a Messanensis Ecclesiæ administratione in Sicilia ad Patriarchatum Hierosolymitanum promotus, statim a morte Guilielmi, Urbanus IV scripserit Epistolas quatuor, in Regesto anni MCLXIV relatas, sub numero 13, 120, 121 et 122, quorum hoc fuit argumentum, teste Bzovio ad dictum annum num. 10; *Ut deferentes prohibita Saracenis anathemate percelleret, utque una cum suis Suffraganeis festivitatem corporis Christi celebraret, atque pacem inter Cruce signatos nec non reliquos Christianos in Syria procuraret.* Verum quidem est quod S. Antoninus, quem alii Ordinis Prædicatorii scriptores cum Panvinio et Rocheo Pyrro secuti sunt, hunc Thomam a sequenti non distinxerint: sed distinguendum esse omnino constabit ex mox dicendis de altero.

XX THOMAS DE LENTINO.

XXI ELIAS.

Horum duorum successionem, et prioris de Acconensi Ecclesia dispositionis confirmationem suggerit Nicolaus Papa IV, constitutum a se Patriarcham Nicolaum infra nominandum alloquens his verbis, per epistolam quæ est 50 in ejus registro: *Cum felcis Recordationis Urbanus Papa IV primo de Fratrum suorum consilio Ecclesiam Acconensem, de qua bonæ memoriæ Mag. Florentium ad Arelatensem Ecclesiam tunc vacantem duxerat transferendam, Patriarchæ Hierosolymitano, qui erit pro tempore, decreverit committendam; et ab eo una cum dicta Hierosolymitana Ecclesia tandem in temporalibus et spiri-*

D
ACCTORE D. P.
Et Papa
an 1261.

Et Agennensi
Ep. factus Pa-
triarcha et Ad-
ministrato
Eccl. Arconen.

E
obiit an. 1263:

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 25 **
succedit ei
Thomas
Agni diversus
a sequenti.

F

Creatus a
Gregorio X

Nonius.

Eadem multo
serius assum-
pta a Notariis
publicis.

B

Ordinatus
Patriarcha
an. 1255,

Auctoritate D. P. *autibus gubernandam, donec eadem Hierosolymitana Ecclesia, bonis ejus recuperatis, possessionem haberit eorundem: et postmodum etiam piæ memoriæ Gregorius X, primo Thomæ; et subsequenter Nicolaus III, Romani Pontifices, prædecessores nostri, Eliæ, Patriarchis prædecessoribus tuis, de Fratrum suorum consilio duxerint committendam; prout hæc in Regesto ipsius prædecessoris nostri Nicolai plenius continentur. Nos eandem Ecclesiam Acconensem, similiter nunc etiam vacantem, tuæ circumspectioni committimus, per te, una cum dicta Hierosolymitana Ecclesia, plene in omnibus gubernandam; donec eadem Hierosolymitana Ecclesia, bonis suis recuperatis, de adepta ipsorum possessione latetur. Datum Romæ apud S. Petrum u Kal. Maji anno I, id est Christi MCLXXVIII. Habemus hic ergo, præter non nominatos qui sub Urbano IV fuerunt sub Gregorio Papa X Thomam, sub Nicolao III Eliam Scimus deinde Thomam de Leutino fuisse ex Ordine Prædicatorum: in quo cum esset Prior Conventus Neapolitani anno MCLXII, teste Bernardo Guidonis, suscepit ad Ordinem S. Thomam Aquinatem. Idem, fortassis Provincialis Lombardiæ, anno MCLIII vel paulo post, scripsit Vitam et Passionem S. Petri Martyris ex eodem Ordine, anno superiori ab hæreticis occisi, prout ad XXIX diem Aprilis vidimus, eandemque dedimus, sed miraculis aliunde acceptis a Taegio auctam. Deinde in Terram sanctam profectus, et Bethleemiticus factus Episcopus, functus ibidem est munere Apostolicæ Legationis, insigni cum satisfactione Romanæ Curia, uti apparet, tum ex epistola Gregorii X, de eo jam Patriarcha Hierosolymitano scripta ad Philippum Regem, quæ apud Ughellum extat tom. 7, col. 297, ubi laudatur, ut vir profundi pectoris, alti consilii, virtutum claritate conspicuus, et multa experientia probatus; in cujus manibus alias virtus Altissimi statum Terræ sanctæ dixerit; tum quod Romam reversus assumptus sit ad Cusentinum in Calabria Archiepiscopatum a Clemente IV, anno Pontificatus ejus in Christi MCLXVII, in locum Bartholomæi Pignatelli ad Messanensem in Sicilia Archiepiscopatum translatis. Hoc autem brevi Vita functo, ab iisdem Messanensibus hunc quoque Thomam fuisse postulatum, scribit Ughellus: sed pro eo datum fratrem ejus, ex eodem Prædicatorum Ordine, tunc Episcopum Marsicarum, nomine Reginaldum sive Raynaldum. Quidquid autem sit de illa Messanensium postulatione, certum est Gregorium Papam X (cui, antequam Pontifex fieret in Syriam peregrinato, alte inhæserat cura juvandi rem Christianam, ibidem in maximo constitutam discrimine) neminem potius habuisse, quem vacanti per alterius Thomæ mortem Patriarchatui Hierosolymitano cum Legati Apostolici auctoritate præficeret, quam hunc Thomam, in rebus ad statum Terræ-sanctæ spectantibus apprimè versatum. Ex præcitata autem Epistola ad Philippum, quæ anno Pontificatus primo signata invenitur, constat ipsum eo directum fuisse anno MCLXXII.*

241 Mortem ejus Ferdinandus Ughellus accidisse ait anno MCLXXVI: adeoque vacavit Patriarchatus usque ad electionem Nicolai III, exeunte anno subsequenti factam. Huic Pontifici cum inter primas curas esset Terræ-sanctæ necessitas, cassata Aiglerii (Angelum vocat Spondanus) electione (fortassis quia Archiepiscopatus Neapolitanus, quem jam inde ab anno MCLXV felicissime probatissimeque regebat, non posset tali viro carere) nominatus continuo ad Patriarchatum Hierosolymitanum est, non Fr. Hieronymus Asculanus Minorum Minister Generalis, ut quidam perperam credidero; cum hunc Nicolaus fecerit Cardinalem anno MCLXXVII (nisi hunc quoque petitum, non tamen consentire persuasum existime-

mus) sed Joannes de Vercellis: Ordinis Prædicatorum Magister Generalis. Neque Papa, post longiorem responsi moram, onerosum istum honorem recusanti, omnique ad eum juri renuntiare volenti, principio acquievit; sed datis ad eum litteris die Kalend. Octobris anno MCLXXVII, quas apud Odoricum integras vido, vehementer exiguum ejus zelum obelientiamque redarguit, omninoque mandavit, ut pro Electio Hierosolymitano se gerens, ipsum regimen et administrationem ejusdem Ecclesiæ prosequeretur diligentius, ad ipsius et terræ prædictæ utilitatem; etiam, dum ab illis eum abesse contingeret, sollicitas, quantum pateretur absentia, operas impensurus. Tandem tamen importunius instanti, missio indulta est, per Breve quod allegat Bzovius, ut anno Pontificatus II, pridie Nonas Februarii datum: et in Patriarchatus Hierosolymitani jure atque Acconensis Episcopatus administratione confirmatus fuit ELIAS, de quo supra, et de quo alibi nihil legimus. Quoniam autem a Nicolao IV nominatur, tamquam Patriarcharum antecedentium ultimus; credimus eum usque ad annum MCLXXXVII vivendo pertigisse.

XXII NICOLAUS DE ANAPIS.

ANNO sequenti, II Kalendas Maji, dedit Pontifex prænominatus Bullam, num. 240 citatam, Firma credulitate tenens (ut ibidem ad novum Patriarcham loquitur) quod per tuæ virtutis ministerium Hierosolymitana ecclesia in prosperitatem optatam consurgat, et brachio tuæ consolationis subnixæ, spiritualibus et temporalibus, octore Domino, proficiet incrementis. Huic fiduciæ occasionem et fundamentum dederat, Tartarorum Regis Argonis ad Catholicam fidem recens conversio: qui Pontifici per suos legatos significaverat, quod si regnum Hierosolymitanum de manibus liberari contingeret impiorum, in civitate Hierosolymitana renasci desideraret lavacro baptismatis. Nam licet baptismi dilationem providus Pontifex dissuaderet, excitabatur tamen promissione auxilii grandis, ab eodem potentissimo Rege sibi facta, promptaque illius voluntate ad rem continuo aggrediendam: cujus viribus si Armeniæ Rex Catholicus suas vires junxisset, et Occidentales Principes bene gerendæ rei occasione non defuissent, poterat insignis aliquis de Saraceno hoste triumphus referri. Sed his in mutuas cædes versis, propter dissensionem ex Siculorum perfidia ortam; isti quoque bene cogitata dimisere; et spes illa grandis in fumos abiit. Nomen novo Patriarchæ, Nicolao de Anapis fuit: quem ex Ordine Prædicatorum Provinciæ Franciæ, Remensis diocesis, extitisse scribit Leander Albertus lib. 3 de viris illustribus Ordinis Prædicatorum: et hunc quo electus est modum narrat. Cum esset in Romana curia Penitentiorius, et ab omnibus ob ejus vitæ integritatem, modestiam et sanctimoniam dilectus; Nicolao IV Pontifice Maximo singulis Cardinalibus imponente, quod postridie ejus diei tres viros, pro dignitate prædicta idoneos quilibet proferret; non sine divino nutu is venerandus Pater a singulis protolus fuit: sicque per eundem Pontificem ad præsidentiam sanctæ civitatis Hierosolymæ evehctus est. Mortem obiit plenus bonis operibus anno Domini MCCI. XXXVIII. Imo tunc fuit creatus Patriarcha: obiit autem anno MCCXI, die VIII Maji in excidio urbis Acconensis. Genus mortis Marini Sanutus lib. 3, parte 12 cap. 21 explicat, postquam narrasset, quomodo oppugnata et tandem capta a Saracenis urbe, Rex et Capitanei et quotquot fugere potuerunt, galeas ascendissent: explicat autem ut sequitur. Patriarcha solus, quasi pastor bonus, sollicitus erat de ovibus: et cum propinqua illi esset galea ad recipiendum parata, ut gregem salvaret commissum, cunctos per aquam ambulantes ad se in

excusantur;

et constituitur Elias.

E

Tum an. 1288 Nicolaus ex Ord. Præd

F Cardinalibus in eum mirabiliter consentientibus,

qui an. 1291 in excidio Acconen. submergitur.

parvo

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 26**
ex Ordine
Prædicatorum,

anteo Archiepiscopus
Cusentinus,

Obiit an.
1276.

An. 1277
electi varii

A parvo suo navigio recofligere cupiebat, donec nimia fuit repletionem submersa : sic animam pro ovibus suis, et simul cum ovibus suis dedit ; solusque evasit, qui portabat Crucem et Crucifixi imaginem ante eum.

Amissa tota Syria diffugiunt Catholici omnes,

243 Pergit deinde sequenti capite describere Sanutus, quomodo Tyrus, Sydon, Berytus ab incolis Christianis desertæ, et reliquæ munitiones omnes fuerint a Saracenis occupatæ : ac denique concludit : *Tunc omnis Syria amissa est, cunctique Christiani habitatores Terræ Promissionis aut morte extincti sunt, aut profugi exulesque suis deieceritis, inde ad insulam Cyprum habere refugium : illicque secum habentes, quam secum in conscientia portaverant, sarcinam peccatorum et causam desolationis præfatæ, in multa angustia, multoque tremore miseram vitam agunt.* Inter eos qui capta urbe evaserunt, se quoque fuisse ait *Guilielmus de Sanvico, Eremita montis Carmeli*, cui ea quæ vidit scribenti major habenda fides, quam aliis, totalem exterminationem Ordinis, ex prima sua præcipuaque commoratione imo ex toto Syria, adscribentibus anno MCLXXXV, sicut facit Belli sacri Continuatur Heroldus : cum Guilielmus solum id factum dicat post urbem captam. Adde quod nec subsistere possit chronologia Heroldi, si vere propter cappæ mutationem ex Barrata in albam, jussu, seu potius permissu Honorii Papæ IV factam, iratus Melechsaitis odisse cepit, quos ante coluerat ; sicut ipse narrat, conformiter Villanio et S. Antonino. Etenim de illa mutatione primum fuit actum in Capitulo Mon-pessulano anno MCLXXXVII ; nec scio an ea, licet permissa ab Honorio, plenæ fuerit executioni data ante annum MCCCXV, quando Bonifacius VIII Honorii decretum confirmavit. Viderit igitur, si quis volet tali causæ adscribere Carmelitarum expulsionem, an etiam velit decennio serius, factam credere, et decennii omissionem supplendo Heroldum excusare.

et denique expelluntur omnino Carmelitæ, non antea,

B

244 Nos quoad principale punctum auctorem habentes cœvum, nihil curamus quid ille dixerit ; sicuti nec ad definiendam aliter formam barratæ cappæ, quam ea definiatur in epistola Cyrillo III Priori attributa, induci possemus ullis auctoritatibus longe posteriorum scriptorum, nisi ipsamet manifestæ suppositionis se damnaret, de nomine *Carpitæ*, tamquam jam exoleto, loquens pro eo tempore, quo illud maxime in usu erat ; aliæque multa in modo ejus conficiendæ peccans contra certam et notam usurpationem vacuum, in tali materia antiquitus usurpatam. Sed rursus cum circa processionem Ordinis ab Elia, primorumque in Syria conventuum initia ea lego in Sanvico, quæ vel antiquitatis totius silentio refutantur vel Joannis Phocæ certiori relatu repugnant ; non tanti ipsum diu postea scribentem facio, ut ejus causa putem dimittendos illos, qui melius scire potuerunt. Cujus discriminis arbitrium ut lectori liberum sit, non gravabor opusculum huic loco Sanvici intexere : idque eo minori cum scrupulo, quam proferrem alia collecta a Riboto, aut Venetiis edita in Speculo, quod illud habeatur seorsim manuscriptum in conventu Gaudavensi, cumque eoque diligenter collatum exhibeat P. Daniel, annotata ad marginem lectionum varietate, quam satis est ibi inveniri. Abjicerem autem scrupulum omnem, si in Viridario Grossi P. Daniel accuratiorem se probasset, nec dissimulasset gravissimorum punctorum omissiones et discrepantias editionis Venetæ ab antiquioris MS. magisque integri ac sinceri contextu : sit ergo nobis.

juxta Chronicon Sanvici tunc viventis,

quod hic damus.

PARERAGON XIII.

Chronica Guilielmi de Sanvico, Eremitæ montis Carmeli, de multiplicatione Religionis Carmelitarum per provincias Syriæ et Europæ, et de perditione monasteriorum Terræ sanctæ.

Religiosi Carmelitæ, sicut in Terra sancta exordium suæ Religionis sumpserunt, ita in sola illa patria dudum habitare consueverunt, tam in urbibus quam in eremis. Anno autem Domini sexcentesimo trigesimo nono, quidam profanus Rex Arabiæ, nomine Humar, discipulus perfidi Mahometi, dominium Terræ sanctæ a Christianis abstulit, et eam potestati Saracenorum subjugavit. Quamobrem dicti Religiosi, propter graves molestias quas patiebantur a Saracenis, compulsi fuerunt tunc mansiones, quas in urbibus habebant, dimittere, et solum in monte Carmeli et in quibusdam aliis Terræ-sanctæ solitudinibus residere a. Post hæc autem anno Domini millesimo nonagesimo nono, Godefridus de Bulyon Dux Lotharingiæ, et Exercitus Christianorum Cruce signatus, civitatem Jerusalem de manibus infidelium recuperaverunt, et eam totamque Terram-sanctam, infidelibus hominibus paulatim exclusis, ad dominium et potestatem Christianorum reduxerunt : propter quod cœpit tunc cultus hujus Religionis iterum in Terra-sancta dilatari. A diversis enim mundi partibus multi devoti Christiani, desiderantes Terram illam videre, in qua Dominus noster Jesus Christus fuit conceptus, natus, conversatus, baptizatus, tentatus, transfiguratus, passus, mortuus, sepultus, resuscitatus, et in cœlum assumptus ; accedebant ad eam, lustrantes tunc secure, non solum loca sancta in quibus sancti Patres veteris Testamenti magnifica egerunt, sed præcipue illa in quibus Christus Jesus sacramenta redemptionis generis humani adimplevit. Hos itaque devotos diversarum nationum advenas sancta conversatio et abundans justitia illorum Religiosorum montis Carmeli ita ædificabat, et ad contemplationem cœlestium trahebat, ut multi ex ipsis advenis intuentes dictos Religiosos, in pulchritudine pacis internæ, et in mentis requie virtutibus opulenta, in antris Carmeli montis residere, se felices putarent, cum per devotionem, relictis mundi oblectamentis, poterant eorum consortio aggregari. b

CAP.

n
E Post recuperatam a Latinis Jerusalem,

multi ex peregrinis.

F

b

247 Qui cum ita multiplicati fuissent, ut in monte Carmeli omnes commode recipi non possent, repleverunt desertas Terræ-sanctæ solitudines, in quibus prædecessores eorum antiquitus habitaverant, quarum famosiores hic commemorabo. Aliqui enim eorum sequentes vestigia sanctorum Patrum hujus Religionis, videlicet beati Joannis Baptistæ, et Filiorum Prophetarum, construentes sibi modica tabernacula, in solitudine Jordanis latuerunt : quidam autem ipsorum desertum montis Quarentenæ elegerunt, ut illic vitam solitariam in modicis cellulis Domino ducerent prope fontem, cujus aquas steriles et amaras Elisæus Propheta sanavit, et in quo deserto Dominus Jesus Christus quadraginta diebus et quadraginta noctibus jejunavit. Alii vero eorum, in eremo illa quæ adiacet mari Galileæ, in qua Jesus frequenter turbis prædicavit et ex quinque panibus hordeaceis duobusque piscibus multitudinem magnam hominum saturavit, et variis miraculorum signis illustravit, solitariam sibi elegerunt habitationem. Nonnullos quoque eorum duxit Aymericus Patriarcha Antiochenus in solitudinem montis c Nerai, qui alio nomine Montana nigra appellatur, ubi in antris absconsam

vitam eremiticam in Palastina suscipiunt.

c

A absconsam vitam Domino servabant. Qui omnes, quamvis essent locis sejnuncti, eandem tamen vitam solitariam servare satagebant, quam servabant Eremitæ montis Carmeli.

CAP. II

d
Albertus
Regulam
Carmelitis
scribit :

247 Tempore autem procedente cum dicti Religiosi a Domino Alberto Patriarcha Hierosolymitano Regulam vivendi monastice suscepissent; dictus Patriarcha Albertus anno Domini mxcix d in monte Carmeli prope fontem Eliæ Prophetæ monasterium, quod Aymericus inceperat, eis ædificavit, secundum formam figure in prædicta Regula descriptæ. Propter quod ex tunc, juvante munificentia virorum nobilium et largitate hominum fidelium, cœperunt dicti Religiosi in diversis eremis et urbibus Syriæ monasteria suæ Religionis similiter construere, apta et comoda ad vitam solitariam in eis observandam secundum memoratam Regulam. Horum autem monasteriorum nobiliora nunc exprimam. Quippe in Provincia Syriæ, quæ appellatur Phœnix, a monte Carmeli procedendo versus mundi partem Aquilonarem, ad quatuor milliaria est Accon, civitas magna supra mare sita, quæ alio nomine in sacra Scriptura vocatur Ptolomaida, in qua dicti Religiosi ædificaverunt et habuerunt monasterium sui Ordinis. De

qui secundum hanc
varia monasteria
condunt,

B Ptolomaida vero procedendo ulterius ad decem leucas, est Tyrus civitas munitissima in corde maris sita, cujus exterior planities rigatur rivis procedentibus ex Puteo aquarum viventium, cujus meminit Salomon in Canticis canticorum, qui nec per leucam distat a Tyro. In hac civitate ædificaverunt etiam dicti Fratres, et habuerunt monasterium suæ Religionis. Porro de Tyro procedendo ulterius ad quinque leucas est Sarepta Sidoniorum, supra mare sita, civitas quondam gloriosa, nunc autem vix habet octo domos; ante cujus portam australem Fratres hujus Religionis olim ædificaverunt capellam quamdam ad honorem Virginis Mariæ, quæ adhuc exstat in eodem loco in quo Elias obviavit mulieri viduæ, apud quam in Sarepta mansit, et cujus filium e Jonam a mortuis resuscitavit. Ulterius autem procedendo de Sarepta, ad viginti sex leucas est Tripolis, civitas nobilis in corde maris sita, cujus planities rigata est flumine procedente de Fonte hortorum, cujus etiam meminit Salomon in Canticis canticorum: est enim paradiso voluptatis assimilata. In hac etiam civitate similiter ædificaverunt, et habuerunt monasterium suæ Religionis prædicti Fratres. Sed de Tripoli procedendo ulterius quasi contra

in Phœnicia,

C Orientem ad tres leucas, occurrit mons Libani, in cujus pede ibidem oritur abundanter Fons hortorum, fluens impetu de Libano: ex quo fonte subito nascitur invalescens flumen magnum, quo rigantur horti, et tota planities civitatis Tripolitane, cujus aquæ sunt lymphæ, dulces, frigidæ, et optimæ: et ibi in solitudine prope montem Libani ædificaverunt dicti Fratres, et habuerunt juxta Fontem hortorum monasterium appellatum Belli loci, propter pulchritudinem dicti loci.

Calesyria,

248 Prædicta autem omnia monasteria fuerunt ædificata in Provincia Syriæ Phœnicia. In Provincia autem Syriæ, quæ Comagena dicitur, est Antiochia, civitas nobilis et gloriosa, distans a monte Carmeli per duodecim diætas versus Aquilonem, in qua professores hujus Religionis ædificaverunt solenne monasterium sui Ordinis, et habuerunt. In eadem quoque Provincia, ab Antiochia procedendo versus Aquilonem, occurrit mons dictus Neroi, id est aquosus, qui est rivis et fontibus totus irriguus: Neros enim Græce f, dicitur Aqua Latine: sed quia vulgares Neros interpretantur Neyre, id est nigra; ideo dictus mons vulgariter appellatur Montana nigra. In hujus montis solitudine ædificaverunt Fratres nostri Ordinis, et habuerunt suæ Religionis monasterium. Quoniam autem hæc

f

provincia Comagena est extra terminos Terræ sanctæ, ideo Fratres nostri plura monasteria non ædificaverunt in ea; neque prædicta ædificassent, nisi quoque Aymericus Patriarcha Antiochenus aliquos eorum duxisset in solitudinem montis Neroi. In provincia autem Syriæ quæ Palæstina nominatur, habuerunt dicti professores antiquitus in omnibus pœne locis mansiones suæ Religionis. Sed duplici ratione non potuerunt hoc novissimo tempore monasteria construere in locis et urbibus, in quibus solebant olim habitare. Primo quia propter dissipationes crebras hujus provinciæ, aliquæ dictarum urbium sunt funditus eversæ, ut Samaria; et aliæ sunt quasi ad nihilum redactæ, ut Bethel, et Galgala, et Jericho, quæ vix habent orto domus numero. Secundo quia Saladinus genere Turcus, Rex Syriæ et Ægypti, nuper, anno Domini scilicet millesimo centesimo octuagesimo septimo, post celebrem victoriam quam de Christianis obtinuit in bello apud Cephorum commisso, in quo fuit sancta Crux amissa, et Rex Jerusalem Guido captus, cum Magistro Templi et innumeris Christianis, occupavit fere omnem Palæstinam, auferendo a Christianis ejus dominium. Propter quod ex tunc difficile fuit dictis Religiosis in hac provincia ædificare monasteria sui Ordinis, vel diruta reædificare. Veruntamen, juvantibus devotis peregrinis Christianis, Sepulchrum Domini visitantibus, ædificaverunt ipsi in eadem provincia in Regione Judææ, et habuerunt monasterium suæ Religionis in civitate sancta Jerusalem, quæ a monte Carmeli distat per triginta duas leucas versus Austrum. In eadem quoque provincia in Regione Samariæ, inter Galgalam et Jericho, et desertum Quarentenæ, distans a monte Carmeli per viginti leucas versus Nothum, ubi dicti Religiosi ædificaverunt prope fontem Elisa i, et habuerunt monasterium suæ Religionis, quod fuit appellatum Domus in eremo Quarentenæ. In eadem etiam provincia in Regione Galilææ ad duodecim leucas de monte Carmeli contra Orientem est eremus illa, in qua Christus frequenter prædicavit, de qua dictum est supra, ubi prædicti Religiosi ædificaverunt et habuerunt monasterium sui Ordinis, quod fuit appellatum monasterium Valim; quia fuit constructum sumptibus cujusdam nobilis viri, qui dicebatur Valim. Omnia autem prædicta monasteria sumpserunt institutionem et Regulam a monasterio montis Carmeli, et fuerunt subjecta dicto monasterio et ejus Priori g.

et Palæstina.

E

F

g
CAP. III
Invalescentibus iterum
Saracenis.

249 Præsciens autem Dominus Deus, demeritis nefandorum Christianorum, suis sceleribus Terram sanctam sordidantium, sacram hanc Religionem de Terra-sancta eradicandam, immo totam Terram a Christianis auferendam, et in dominium et potestatem Saraccorum penitus reducendam, providit Religionem istam non delere, sed eam alibi transplantare. Propterea quidem voluit Deus, sicut revelavit B. Cyrillo Eremitæ montis Carmeli, quod in novissimis diebus istis viri diversarum nationum profiterentur sacram hanc Religionem; ut cum adveniret persecutio, propter quam oporteret eos de Terra-sancta fugere, tanto patientius tolerarent Religionem istam de Terra illa eradicari, quanto amplius ex hoc viderent eam in diversis mundi Regionibus, et maxime in suis propriis nationibus, copiosius multiplicari; sicut per B. Cyrillum eis prophetice prædixit. Igitur cum Joannes Rex ultimus Hierosolymitanus unicam filiam suam, dicti Regni heredem, dedisset, cum omni jure Regni ipsius, in uxorem Imperatori Romanorum Frederico II, mortuo dicto Joanne Terra-sancta non habuit succursum consuetum a Sede Apostolica, impediendo dictum succursum Imperatore Frederico II, qui adversus Romanam Ecclesiam grassabatur, et Concilium generale, quod

omnia pessum ire videntes

A quod Papa Gregorius nonus volebat inter cetera pro subsidio Terræ-sanctæ celebrare, conatus fuit modis omnibus impedire. Quamobrem ceperunt Pagani Terram-sanctam efficacius solito invadere, plerosque milites, et aliquos nobiles, multosque alios Christianos, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo septimo, prope Gazam interfecerunt et ceperunt.

*deliberant de
transfere
Ordine in
Europam,*

250 Propter quod aliqui infirmiores professores hujus Religionis conturbati, et perterriti de frequentibus incursibus Paganorum quos patiebantur, maxime in monasteriis quæ erant in eremis, optabant Terram-sanctam deserere, et, si fieri posset licite, ad regiones proprias, unde venerant, redire: desiderabant enim in suis regionibus monasteria hujus Religionis construere, in quibus possent secure Domino Deo, et ejus Matri Virgini Mariæ jugiter deservire. Super qua re, an licita, congregatum fuit Capitulum in monasterio montis Carmeli, et habitum concilium ibi. Et quamvis essent ex Fratribus qui dicerent, nullo modo illo tempore Terram-sanctam fore ab aliquo Fratre deserendam, neque extra eam mansiones hujus Religionis esse construendas: oppositum tamen horum esse licitum, fuit tunc in Concilio ostensum, tam Christi præcepto, quam ejus et fundatoris hujus Religionis exemplo; præcepto quidem quo Christus ait. Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam (melius enim est persecutionem fugiendo Catholicam fidem servare incorruptam, et valde malum, persecutionem incidendo, ex timore persecutionis, negare fidem Christianam) exemplo autem, quo Christus, qui non erat missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel, dum Herodes eum persequeretur, Terram-sanctam deseruit, et in Ægyptum fugiens ibidem usque ad Herodis obitum morabatur; exemplo denique fundatoris hujus Religionis Eliæ, qui propter persecutionem Achab et Jezabel Terram-sanctam dereliquit, et ad montem Oreb fugiens, illic in spelunca mansit. Prior itaque monasterii montis Carmeli, attentis rationibus istis, et considerata persecutione quam in Terra sancta Pagani inferebant huic Religioni assidue, admonitus a Christo et a Beata Maria Virgine ejus genitrice in somnis, licentiam aliquibus Fratribus concessit Terram-sanctam deserendi, et ad proprias regiones redeundi, illicque monasteria hujus Religionis ædificandi.

Matti. 10

idque decernunt facieduman. 1237,

251 Anno ergo Domini millesimo ducentesimo trigesimo octavo, aliqui ex dictis Fratribus natione Cyprii, ad insulam Cypri transfretaverunt: alii vero natione Siculi, ad insulam Siciliæ navigaverunt: quidam autem natione Provinciales, apud Massiliam Civitatem Provinciae applicuerunt. Qui omnes, et post eos alii, hac intentione Terram-sanctam desererebant, et ad illas ac varias regiones accedebant, ut Religionem istam in illis regionibus noviter plantarent. Igitur qui ad Cyprum transfretaverant, mansionem huic Religioni congruam in Eremo Frontaine construxerunt. Qui vero ad Siciliam navigaverant, habitationem huic Religioni commodam in suburbanis Messanæ erexerunt. Sed illi, qui apud Massiam applicuerant, domum isti Religioni opportunam in Eremo Aqualatarum, distanti per unam leucam a Massilia, ædificaverunt. Denique anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo, Christianissimi milites Dominus Joannes Vescei, et Dominus Richardus Grey, natione Anglici, cum Richardo Comite Cornubiæ, Fratre Henrici Regis Angliæ, ad Terram-sanctam transfretaverant; post multos vero actus bellicos in Palæstina contra infideles strenue peractos, de Terra-sancta ad Angliam remeantes, quosdam hujus Religionis Fratres Anglicos, de licentia Prioris monasterii montis Carmeli, secum ex devotione ad Angliam duxerunt. Quibus Fratribus

executionique mandant an. 1238

Dominus Joannes Vescei in Silva de Holne juxta Alnewicum, et Dominus Richardus Grey apud Eylesfordiam in Cantia, mansiones huic Religioni commodas ædificaverunt.

DUCTORE D. P. 2

252 Considerantes autem Fratres prædicti, regiones ad quas pervenerant esse aptas et idoneas ad multiplicandum in ipsis sacrum hanc Religionem, plures viros ad eam receperunt. Sed priusquam præsumerent eam quoad monasteria in dictis regionibus notabiliter multiplicare, prudente ducti consilio, ad summum Pontificem Innocentium quartum, tunc Lugduni commorantem, accesserunt: cui rationem fugæ eorum de transmarinis partibus, et causam adventus eorum ad prædictas varias regiones et remotas exposuerunt: eique supplicaverunt, ut dignaretur eis impendere favorem, quo possent in dictis regionibus multiplicare suam Religionem. Pontifex autem prædictus, adversitatibus eorum compatiens, et de multiplicatione hujus Religionis per cunctas fidelium partes gaudens, litteras eis duodecimo Kalendas Julii anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto concessit, per quas universis Christi fidelibus scripsit, ut dictos Fratres benigne reciperent, et eis de opportunis locis, in quibus possent secure Domino famulari, liberaliter, et caritative providerent *h*. Obtentis itaque a summo Pontifice Innocentio quarto litteris præmissis, ceperunt dicti Fratres per regiones ad quas pervenerant, juvantibus eos Christi fidelibus, loca Religioni eorum opportuna in diversis civitatibus et villis per incrementa temporum construere, in quibus possent Domino Deo et ejus Matri Virgini, sicut desiderabant, secure deservire: Qui enim ex eis ad Cyprum accesserant, in quibusdam civitatibus et locis Cypri monasteria huic Religioni commoda ædificaverunt. Qui vero ad Siciliam perrexerant, non solum per civitates Siciliæ hanc Religionem plantaverunt, sed inde per Apuliam, et per ceteras Regionem Italiæ sensim in diversis civitatibus, et locis eam auxerunt. Qui autem ad Provinciam profecti fuerant, nedum per civitates et loca illius regionis, sed per Narbonensem provinciam et Aquitaniam atque Hispaniam, in diversis civitatibus, et villis ac locis, Religionem istam paulatim multiplicaverunt. Illi vero qui ad Angliam secesserant, non tantum per insulam Angliæ, sed per Scotiam et per Hiberniam, in multis civitatibus et villis ac locis, Religionem pedetentim dilataverunt.

CAP. IV.

Rationem fugæ exponunt Innocentio 4

cui supplicant pro favore,

E

h et in variis Regionibus mansiones accipiunt.

253 Interea dum hæc prædicta a Fratribus agentur, invidens diabolus bono eorum operi, et hujus Religionis multiplicationi, nisus fuit eam impedire. Quamobrem incitavit Rectores et Curatos Parochialium Ecclesiarum adversus Fratres prædictos: qui Fratribus non permittebant in eorum monasteriis divina celebrare; nec sepulturam Fratrum sui Ordinis habere. Cumque Fratres ad Dominos Dæcesanos, pro compesendis Rectoribus et Curatis a gravaminibus prædictis, recurrerent, supplicantes eisdem, ut de licentia eorum et gratia possent in locis suæ Religionis divina celebrare, et sepulturam Fratrum sui Ordinis habere, respondebant Prælati: quod, cum hæc Religio esset eis ignota, gratiam postulata Fratribus non concederent, donec super præmissis intentionem summi Pontificis scirent. Ea propter dicti Fratres iterum ad summum Pontificem Innocentium quartum accesserunt, cui humiliter supplicaverunt, ut dignaretur Prælati scribere, sibi non esse displicibile, sed placibile, si licentiam Fratribus concederent celebrandi divina in eorum locis, et habendi liberam sepulturam Fratrum sui Ordinis. Pontifex autem prædictus, humili Fratrum petitione annuens, super præmissis, sexto Kalendas Augusti anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo

F CAP. V. a Curatis gravati

sexto,

A sexto, Archiepiscopis et Episcopis scripsit. Cum autem predictas summi Pontificis litteras Fratres Dominis Diocesanis ostenderent, quidam Prælatorum renuebant eis concedere licentiam celebrandi divina in locis quæ habebant in ipsorum Diocesis, et habendi in dictis locis sepulturam Fratrum sui Ordinis. Alii autem ex Prælati, compatientes Fratribus, hujusmodi licentiam celebrandi divina, in locis de quibus erat Fratribus provisum in ipsorum Diocesis, et habendi in dictis locis liberam sepulturam Fratrum sui Ordinis, eis favorabiliter concedebant.

254 Beatus autem Ludovicus, Francorum Rex Illustrissimus, dilatationem fidei Christianæ ardenti desiderio cupiens, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo contra gentem incredulam Cruce signatus, cum magno exercitu transfreta vit. Qui cum apud Ægyptum applicuisset, famosam illam civitatem Ægypti quam Damiatam vocant, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono cœpit. Ulterius autem procedens, ipse cum suis captus fuit a Saracenis. Reddita itaque eis Damiatam, et copiosa pecunia pro sui et suorum redemptione data, de captione liberatus, ad Terram-sanctam peregre est profectus. Qui sepulcrum i Domini visitans, et cetera religiosa Terræ-sanctæ loca perquirens, ad montem Carmeli ascendit, et propter laudabilem conversationem Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmeli ibidem commorantium, eorum monasterium ex devotione visitavit. Postmodum vero audita morte Reginae matris suæ, Baronum suorum consilio redire in Franciam acquievit. Et dum esset in mari, tertia nocte prope diloculum, navis deferens Regem, retrocedendo ad Biralassum, juxta montem Carmeli, bina impulsione tam fortiter est collisa, quod a nautis et aliis fracta et protinus submergenda credebatur. Tanta ergo concussione excitati et perterriti Clerici et alii, sanctum Regem genibus flexis Deum devote orantem invenerunt: cumquæ omnes submergi indubitanter crederent, campanam monasterii Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmeli, pro Matutinis dicendis sonantem, in auribus suis resonare senserunt. Qua audita, pius Rex, cujus loci campana esset navarchom diligenter interrogans, eam esse monasterii Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmeli, ex navarchi responso percepit. In devotione ergo Genitricis Dei accensus Rex, ejus monasterium tunc visitare promisit, si ipsa ab illa gravi tempestate eom cum aliis liberaret. Tranquillitate ergo ejus meritis et precibus in mari subito facta, B. Maria eos a prædicto mortis periculo liberante, mox mitis Rex in montem Carmeli ascendens, Matutinas Fratrum magna cum devotione audivit. Quibus dictis, pius Rex locum illum humiliter contemplans, ac prædictorum Fratrum, titulo Beatæ Mariæ Virginis in toto orbe terrarum quoad Ordines approbatos singulariter insignitorum, fama laudabili et religiositate pernotus, quosdam eorum natione Gallicos a Priore dicti monasterii postulavit, qui ideo desiderabant sanctum Regem sequi, et fugere de loco illo ante faciem persequentium Paganorum; quia propter graves Paganorum incursus frequenter oportuerat eos hactenus monasterium illud deserere, et se interdum in saltu montis Carmeli abscondere, interdum vero in civitate Cayphas se includere. Quos numero sex, a Priore sibi concessos, Rex secum in Franciam doxit, et eis in civitate sua Parisius monasterium ædificavit. Qui alios ad soam Religionem recipientes, in diversis Franciæ et Germaniæ partibus monasteria sui Ordinis paulatim construxerunt.

255 Videns itaque diabolus, quod quanto plius multiplicationem hujus Religionis impedire co-

nabatur, tanto magis ipsa in diversis mundi regionibus multiplicabatur, sæviens ille acrius adversus eam, concitavit fortius Rectores et Curatos parochialium ecclesiarum contra ipsam. Aliqui enim ex dictis Curatis non permittebant quod in eorum parochiis Fratres ædificarent ecclesiam, nec haberent campanam, neque cœmeterium ad opus ipsorum. Alii autem ex Curatis, qui præmissa non poterant Fratribus vetare, exigebant ab eis et ab eorum monasteriis servitotes graves et insupportabiles, quas nunquam Fratres in monasterio montis Carmeli nec etiam in aliis Terræ-sanctæ monasteriis consueverant exhibere. Cum Fratres ad Dominos diocesanos recurrerent, ut a prædictis gravaminibus Curatos compescerent; e contra plures Diocesanis partem Rectorum foventes, quasdam sophisticas rationes allegabant, quibus Curatos ducere causam justam adversus Fratres asserebant. Videntes ergo Fratres, quod super præmissis non poterant cum Prælati favorem invenire, Virginem Mariam eorum Patronam humiliter deprecabantur, ut quæ ipsos ad regiones illas pervenire fecerat, a præmissis diabolicis tentationibus eos eriperet. Virgo itaque Maria Priori eorum revelavit, ut ad summum Pontificem Innocentium intrepide Fratres sui accederent; quia ab eo salubre remedium contra præmissa gravamina reportarent. Ad ipsum ergo tunc Perusii commorantem accedentes Fratres, ipsi exposuerunt gravamina quæ Curati eis inferebant, et favorem modicum quem super præmissis Prælati eis impendebant. Pontifex autem prædictus Fratribus compatiens, scripsit Prælati Idibus Januarii anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mandans eis, ut super præmissis pium favorem Fratribus impenderent, et molestatores eorum per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescerent. Dum autem Fratres Innocenti Papæ quarti litteras Dominis Prælati præsentabant, Prælati illi qui Fratribus fuerant prius favorabiles, multo magis tunc se eis favorabiles reddebant: et subditos suos, qui præstabant Fratribus impedimentum ædificandi in eorum parochiis ecclesiam, et habendi campanam et cœmeterium ad opus Fratrum, dicti Prælati a præmissis gravaminibus efficaciter compescerent: cohibebant etiam Curatos illos, qui a Fratribus et ab eorum monasteriis servitotes graves et insupportabiles exigebant. Similiter Prælati, qui fuerunt prius Fratribus duri, visis prædictis litteris dicti summi Pontificis, subditos suos a præmissis gravaminibus cessare faciebant. Propter quod Fratres, a prædictis diabolicis tentationibus liberati, in monasteriis, quæ jam receperant, Divina in pace celebrabant; et nihilominus nova monasteria sparsim hinc inde facientes, recipiebant: sicque paulatim hanc Religionem in diversis fidelium regionibus per Europam multiplicabant.

256 Quando autem hæc sacra Religio incepit de Terra-sancta ad cismarinas partes per modum prædictum transplantari, tunc etiam cœpit ipsa in Terra-sancta de Palæstina eradicari. Propter quidem frequentes incursus, quos in Christianos Saraceni, et Christiani in Saracenos tunc in Palæstina exercebant, aliqui ex Fratribus hujus Religionis fuerunt a Paganis interfecti in monasteriis eorum, et maxime in monasteriis Quarentenæ et Valim. Idcirco oportuit Fratres hujus Religionis totaliter illa monasteria deserere; quia non poterant ibi secure habitare, quæ postmodum ab infidelibus penitus diruta fuere. An. Dom. millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, Pagani Chorasiani, post triumphum quem in Terra-sancta de Templariis et Hospitalariis aliisque innumeris Christianis obtinuerunt, ad sanctam civitatem Jerusalem accesserunt, et tam

intra

ab eodem remedium obtinent.

CAP. VI

S. Ludovicus Rex

rediens in Franciam periclitatur circa Carmelum,

sequit B. V. Mariam commendat:

indeque sex Religiosos assumit,

CAP. VII.

D Auctore D. P.

Curatis iterum vexantibus Ordinem,

E

iterum rogatus Pontifex

tempestatem sedat.

F

CAP. VIII.

An. 1244 multa passi a Chorasianis

A intra quam extra eam plurimos Christianos occiderunt. In diebus autem illis nulla audebat fieri peregrinatio Christianorum ad Sepulcrum Domini: propter quod Fratres hujus Religionis, qui in monasterio Hierosolymitano solebant de eleemosynis peregrinorum sustentari, tunc fame periclitabantur. Ea igitur necessitate compulsi, monasterium illud Hierosolymitanum dereliquerunt, et se ad monasteria Phœnicis transtulerunt, dimissis monasteriis Palestinis; et sic Religio ista fuit de Palestina prorsus eradicata. Post hæc autem ascenderunt vehementius ante conspectum Domini Sabaoth scelera nefandorum Christianorum, Terram-sanctam sordidantium, quorum corda Deus effeminavit, et animos infidelium adversus eos corroboravit. Qui cum potestate magna contra nobilem civitatem Antiochiæ venientes, et eam obsidentes, tandem anno Domini mccc. lxxvii eam vi armorum ceperunt: in qua innumerabilem Christianorum sanguinem effundentes, non solum solenne monasterium quod Fratres hujus Religionis in ea habebant, sed totam civitatem in solitudinem redegerunt. In eadem quoque tempestate perdiderunt Fratres hujus Religionis monasterium Montanæ nigrae, quod ab infidelibus fuit dirutum. Et sic Religio ista fuit de Provincia Comagena penitus eradicata. Cum autem Dominus Deus Christianos Phœniccos ad penitentiam diutius expectasset, quos studia profana dilacerabant; videns quod illam agere remeabant, iratus in eos, induxit ad Phœnicem innumerabilem Paganorum multitudinem: qui gloriosam civitatem Tripoli obsidentes, tandem eam anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo nono obtinuerunt, et tam monasterium, quod Fratres hujus Religionis in ea habebant, quam ipsam civitatem diruerunt, captis in ea et interfectis infinitis utriusque sexus Christianis. Tunc quoque temporis Pagani per planiciem Tripolitanam discurrerunt, pervenerunt ad monasterium Belli-loci hujus Religionis prope Fontem-hortorum, quod etiam funditus subverterunt. Proinde contra Tyrum ascendentes, munitissimam civitatem illam eodem anno ceperunt: in qua multorum Christianorum sanguinem effundentes, civitatem illam, cum monasterio hujus Religionis quod in ea erat, destruxerunt.

237 Biennio autem fere lapsa, Saraceni contra opulentissimam civitatem Accon venerunt, et post multos actus bellicos a Saracenis peractos qui eam deforis impugnabant, et a Christianis qui eam intus defendebant, tandem Saraceni in mense Majo, anno

C Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, civitatem obtinuerunt: in qua fuerunt ultra triginta millia Christianorum cæsa et capta, præter eos qui per mare evaserunt, ex quibus fui ego unus: multi enim Christiani de civitate Accon, et de civitatibus Tyri et Tripolis, per mare fugerunt. Saraceni autem civitatem Accon, cum solenni monasterio hujus Religionis quod in ea erat, ita devastaverunt, ut eam totaliter inhabitabilem reddiderint. De qua egredientes, et ad sanctum montem Carmeli, qui ab ea non longe distat, ascendentes, monasterium Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmeli ibidem commemorantium, de quo ego nuper ad Accon perrexeram (quod frequenter invaserant, sed nunquam destruxerant) tunc igne cremaverunt, et omnes Fratres, ibidem repertos et Salve Regina cantantes, gladio trucidaverunt. Et sic Religio ista fuit de Provincia Phœnicæ, et per consequens de tota Terra-sancta, prorsus eradicata. Professores itaque hujus Religionis, qui in monte Carmeli tempore Eliæ et Elisæi Prophetarum continue et incessanter, in contemplatione Dei perstiterunt per annos circiter bis mille ducentos viginti unum, in hac persecutione montem illum ex toto amiserunt. Quod ideo totum fa-

ctum puto, ut adimpleretur, quod vaticinatum fuerat per Jeremiam Prophetam dicentem: *Aspexi, et ecce Carmelus desertus, et omnes urbes ejus destructæ sunt a facie Domini, et a facie iræ furoris ejus. Jam enim lætitiâ et exultationem, quibus contemplationis dulcedine in eodem monte professores hujus Religionis recreabantur, non esse perpetuo ibidem permansuros, Isaias dudum prophetaverat dicens: Auferetur lætitiâ et exultatio de Carmelo. Ab illo tamen monte dilatati fuerunt professores hujus Religionis, sicut dictum est, in diversas mundi partes. Qui etiam novissime, scilicet a diebus beatissimi Papæ Innocentii quarti et sanctissimi Regis Francorum Ludovici, ab eodem monte Carmeli in partibus Occidentalibus multiplicati sunt in multas provincias, provinciæque in domus, in personas multas sufficientes et idoneas, per orbem virendo florent, et florendo multum fructum afferunt, augmentum fidei Catholicæ, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui cum Patre et sancto Spiritu est honor, virtus, et gloria, per infinita secula seculorum, Amen.*

ANNOTATA AD SANVICUM.

Vita S. Angeli, sub nomine Enochii Patriarchæ Hierosolymitani edita, et a nobis in Appendice ad v. Maji examinata, ad hoc saltem proderit spero, ut, si ab ægris pridem animis non abstergatur amaritudo omnis contra me contracta, tamen haud obstinatissimis persuasum fiat, non omnia sine causa mihi esse suspecta, quæ ad firmandas prætensiones suas zelatores summæ antiquitatis tam secure jactant, ac si nihil illis optari possit convincentius. Fecit etiam eadem Vita (ut existimo) palam, quam non multis ætatibus opus fuerit, ut Ordini, primo post Bertholdi initia sesqui seculo nullam vel exiguam curam litterarum habenti, nec nisi confusam præteritarum rerum memoriam, imponeretur fictione aliqua, eatenus verosimiliter excogitata, quatenus id patiebatur istorum temporum ignorantia. Etenim a morte S. Angeli fortassis vix effluerant anni centum et quinquaginta quando talis Vita conscripta est, et in hunc usque diem a Carmelitis habitata pro historia usquequaque certissima. Cum igitur Sanvicus pari temporis intervallo abfuerit a Bertholdi initiis, circa annum mccc aut etiam serius scribens; nec mirum nec grave videri potest, quod Fratres, nihil certi scientes quod requirerentibus de instituti sui auctore responderent, Eliam Prophetam peculiari quadam ratione ad se pertinere voluerint; neque hoc tantum, sed etiam persuaserint sibi, ab ejus ad sua usque tempora, in Carmelo viguisse aliquam religiosioris vitæ formam: quæ qualis medio illo spatio fuisset, continue an interpolata, non deberet exquiri scrupulosius. Hanc opinandi loquendique moderationem si tenere omnes potuissent, credo neminem futurum fuisse, qui voluisseteis contradicendo se opponere, quamdiu nemo propterea cogeret veri nominis monachos in Syria et Palestina ante Hilarionem agnoscere: et quamdiu credi possent Eremitæ illi, Syri aut Græci, qui forte ante Bertholdum in Carmelo habitare cœperint, post monachismum in illis regionibus exemplo Hilarionis propagatum; tunc cum Bertholdus cœpit, aut penitus desiisse, aut nihil novis incolis communicasse præter locum. Sic enim non obligamur antiqua omnia totius Orientis monasteria cum suis Sanctis adscribere ei, quem nunc habemus, et ut ceteros veneramur, Ordini Carmelitano: saltem non diceremur huic injuriam facere, ab ea appellatione abstinendo istis, ubi ea usi antiquiores scriptores non sunt. Eandem moderationem si non te-

D
AUCTORE D. P.

E

Ex Vita S.
Angeli patet
quod intra
sesqui seculumpotuerint
aliquæ fictio-
nes in Ordine
recipi,
Ftolerabiles
quamdiu
moderata.et amissa
an. 1267
Antiochia,dein Tripoli
et Tyro.ac denique an.
1291. Accone,Ordo ex
Terra-sancti
eradicatus.

A neat, saltem non operose prohibet *Sauvicus*; quem vel propterea amo; et, si quid in illo suo sensu abundantius dixit, quam per summum examinandi rigorem probari possit; dignum vena iudico, ac præ ceteris Carmelitanarum originum scriptoribus lectu dignum. Panculas tamen Annotationes subiungo, quibus intelligi commodius possit.

a Varias ac graves molestias a Saracenis passos Christianos omnes, ac singulariter monachos, jam satis patet ex hac nostra historia. Sed quod ii se pro majori parte ad Carmelum receperint, gratis assumitur; et verum non esse satis probatur ex continua illa desolatione Carmeli, quam demonstrat perpetuam omnium in Terra-sancta peregrinatorum silentiam. Si cui nihilominus aliud videatur, suum sibi sensum habeat, mihi meum relinquat: nec moveat quæstionem de cappa Barrata, de cujus origine ad Humar referenda forte necdum cogitaverat quisquam, cum scriberet *Sauvicus*.

b Similia scribit de adventantium peregrinorum frequentia Jacobus de Vitriaco, ex cujus historia Orientali hæc et quæ sequuntur accepta fuere, et applicata Eremitis, sparsim in Carmelo habitantibus; sed (ut existimamus) absque ullo alio inter se vinculo, quam simplicis propositi vitæ in solitudine degendæ; nihil alter curantes de altero, adeoque absque forma alicujus religiosi Ordinis. Gratis etiam puto assumi, quod ab advenientibus in Terram-sanctam Latinis inventi sunt ibi aliqui, a quibus ceteri formam sumpserint vivendi: sed hos potius eam ex Europa attulisse, qualem viderant observari a solitariis Europæis, tunc quam nunc frequentioribus, et nulli certæ Religioni adstrictis.

c Cum hic *Aymericus* plurimum contulisse credatur ad stabiliendum in Carmelo Bertholdum, qui forte eum fuerat ab Antiochia secutus, ipsius Prophetæ Eliæ, istam ei sedem designantis, admonitu; perquam verosimile fit, quod ille, post quinque vel sex annos exilii, revertens Antiochiam, ex noviter adveniens sub Bertholdo Eremitis unum alterumve duxerit secum, qui ex Latinis adveniens simile ibi eremitorium colligeret, ad normam Carmelitani. Huic præfectus postea Eusebius aliquis, propter memoriam communis originis, potuit petiisse et accepisse a Cyrillo Priore III Regulam, quam iis ab Alberto traditam audierat; licet non cum ea quæ prætenditur epistola.

d Si jam tunc ita varie varii supputabant tempora Alberti et Regulæ datæ: quid mirum tam confusam eorundem notitiam ad hoc usque seculum perdurasse in Ordine, qualem ex litteris Stratii Generalis cognovimus? Nempe, ut (meo quidem iudicio) rectissime et ingenue inter causas tenebrarum, Carmelitanaas origines involventium, fatetur Joannes Hildeshemensis, *Incolæ vetusti montis Carmeli fuerunt eremite simplices, non litterati, pauperes, membronas forte non habentes, nec scriptores; orare potius quam scribere consueti; de quibus non est dubium, quod juxta doctrinam Pauli anteriorum et præteritorum obliti, præstantiori cura tendebant ad futura*. Loquitur ille quidem de Syro-Græcis, quos jam olim putat sub Saraceis fuisse; sed nec excludit Latinos posteriores, de quibus nos agimus: alteram enim causam petita desolatione monasterii post captam Acconem, in qua perierint si quæ erant scripturæ, una cum pallio Eliæ, ad id usque servato scilicet. Sed hanc causam non recipio: cum ab annis quinquaginta et amplius ante cœperint Carmelite migrare in Europam, per otium et citra festinationem; qui, sicut servaverunt Regulam et Brevia quædam a Romanis Pontificibus obtenta, sic etiam poterant ac debebant, prævisa imminente perditione totius Terræ-sanctæ, ceteras quoque majoris momenti scripturas trans-

ferre in totum, imo et earum exempla pluries sibi transcribere in varias deferenda provincias, si tantam cura apud illos fuisset.

e Non puto injuriam facturum Prophetæ, qui noluerit credere ipsum fuisse filium viduæ Sareptanæ: sed videri possunt quæ in Commentario de Vita et scriptis S. Epiphaniæ xii Maji diximus num. 58 et 59, ubi docuimus quam parvi faciendâ sicut istæ commenta Rabinorum: quibus non magis credimus de Jona, cum eum faciunt origine Sidonium, quam aliis qui ex diversa longe regione Philisthæum nobis fugunt, ex *Cariathmao gentiliū urbe, prope Azotum ad mare*, et patrem ejus *Amathem* similiter fuisse Philisthæum ex *Geth*: sicut habent Menæa, utramque sententiam inepte combinantia. Tutius fuerit, quamdiu aliud Scriptura non dicit, Judæum aut saltem Israelitam credere hunc Domini Prophetam.

f Sicuti Joanni Hierosolymitano in libro de Institutione monachorum infelicitè cessit Græcæ linguæ notitiam affectasse, reddendo etymon nominis *Melota*; ita etiam huic scriptori accidit. Græci, ut ex Joanne Phoca apparet, τὸ μῦρον ὄρος vocabant, id est *Montem nigrum*: id sua lingua Italica exprimebant Europæi, *Nero*. *Sauvicus* vocem, non sensum, a Græcis petendam putavit: et, nescio quo docente, credidit, quod νερός sit aqua, rem Lexicographis omnibus ignotam. Horum præcipui dicunt, voce adjectiva νερός, *cavum* aut *humilem* significari, aut etiam *humidum*; non ita tamen, ut probent dici νερὸν ὕδωρ, *humidum aquam*: et sic dicuntur *Nereus* et *Nereides*, marina nomina apud Gentile, ac νερός ἰχθύς; quæ omnia, una cum adjectivo νερός, quidam derivare malunt ἀπὸ τοῦ νεῖν *natare*.

g Utrumque credo verissimum esse: sed non propterea recedo a mente, quam explicui in Vita S. Alberti num. 110; scilicet usque annum mcccxxx Montis Carmeli Priori alios subditos non fuisse, quam quos ibi habebat; esto ex Carmelitis, Albertina Regula informatis, aliqui traduces accepti fuerint ad propagationem Instituti. Id enim mihi probant Pontificum Bullæ, de sola *Carmeli eremo* singulariter usque ad id tempus loquente. Libenter autem hanc gloriam dederim S. Cyrillo, quod unius Regulæ Eremitaria, in unius etiam Ordinis compagem adunavit; et sic potuerit non jam solum *Prior*, sed *Prior Generalis* vocari. Id certe ad Religionis conservationem gubernationemque magnam habuit utilitatem, etsi primi videantur fuisse Cluniacenses, per quos tam utile inventum apud Latinos incepit: et sic credo eos etiam, qui in Antiocheno Patriarchatu erant, fuisse ad eandem cum ceteris unionem invitatos, facileque adductos. Notandum est autem, quod juxta *Sauvicum*, omnia fere hæc monasteria excitata fuerint post annum datæ Regulæ.

h Illic vel ipse auctor vel Philippus Ribotus Innocentii Bullam inseruerat, quod et deinceps fecit: sed cum ex Bullæ minus necessariae sint, et alibi possint inveniri, brevitatis causa transilire malui.

i Voluisset quidem id facere Pius Rex, nec prohibuisset Saraceni qui urbem tenebant; sed quia præter ejus majestatem esse videbatur, ut qui pro recuperatione illius arma sumpserat, eo ingredereur ante quam id effecisset, cohibuit ipse se, uti scribunt cœvi auctores rerum ab eo gestarum.

APOLOGIA PRO SANVICO

Contra prætensam Ordinis in Europa diffusionem ante tempus ab eo notatum.

Nihil ambigo, Lector, quin obstoperis, tertium quartumque

Toties et
tam clare
asserunt
Sanvico,

traditionem
Ordinis de
sua migra-
tionis in-
telligo,

opponuntur
fundationum
antiquiorum
pretensiones :

11 quartumque Caput hujus Chronicæ legens; simulque commemorans, quam vehementer adversum me insurgant TRIUMPHATORES, eo quod negaverim, Carmelitanum Ordinem, ante tempus a Sanvico signatum, in Europa nostra fuisse diffusum. Fieri etiam vix potuit, quin considerata Sanvici ætate, judicaveris alia documenta quæcumque contrarium probantia, contemnenda tibi esse, licet ad ea erroris fictionisve convincenda deessent alia argumenta omnia. Quid enim haberi certius, qui distinctius potest, quam quod narrat, qui forte eo ipso tempore, quo cæpta migratio, jam vivebat, aut etiam Novitius erat in Ordine? quique prænotatum argumentum quam distinctissime tractandum susceperat? Excusat primum hic cap. 2, quod in *Provincia Comagena non plura monasteria ædificaverunt Fratres; neque prædicta, inquit, ædificassent, nisi Aymericus aliquos eo duxisset: quoniam scilicet hæc Provincia est extra terminos Terræ sanctæ.* Eodem Fratres Cap. 3 facit dubitare, sitne *res licita* inde emigrare; et aliquos eorum inducit sentientes, *nullo modo extra eam mansiones hujus Religionis esse construendas.* Rursum Cap. 4 ipsos laudat, quod *prudenti ducti consilio Pontificem sibi adeundum statuerunt, priusquam præsumerent Religionem suam quoad monasteria notabiliter multiplicare.* Denique Cap. 5 ait, querentibus contra Curatos Fratribus respondisse Prælatos, *quod cum hæc Religio esset eis ignota, gratiam postulatam non concederent.* Dictis autem consonat utraque Innocentii Papæ Bulla. Istis tamen omnibus non obstantibus, jam non amplius paucos aliquos ac raros Conventus, qui antea fuerint, vobis objicit TRIUMPHATOR, sicut in prima parte Armamentarii fecerat: sed tam multos, ut oportuerit eos dividere in Provincias. Tali assumpto etiam istud consonat, quod *B. Simon Stock*, mortuus anno MCLXV, dicatur (sicuti supra vidimus) totis quinquaginta annis Ordinem gubernasse. Cum enim id non potuerit cœpisse in Oriente ab anno MCCXV, propter eos qui tunc et deinde nominantur Carmeli Priores; additur explicatio, quod usque ad annum MCCXLV id fecerit, *tamquam Vicarius Generalis, seu Generalis quasi secundarius in Partibus Occidentalibus*, ut ait P. Daniel parte 1 num. 579.

259 Idem P. Daniel prolixissimas Annotationes texti ad Sanvici Chronicon, ita ut simul cum ipso contextu impleant totas viginti columnas: nec tamen quidquam hic invenit difficultatis, quæ discussione indigeat: sed satis habet num. 423 paucis dixisse, quod *præteritis quidem temporibus, olim et nuper, ad varias Europæ partes transmigraverant (videlicet in Italiam, juxta fluvium Arni haud longe a Florentia, atque etiam Senis; in Germaniam, prope Rhenum Boppardiam; et in Galliam, Burdigalâ) sed hæc, inquit, transmigratio, universalis fuit, ad omnes fere Europæ partes.* Ita ille, sub annum MDCLXX imprimens Speculum, quod postea multiplici additamento auctum, hoc primum anno in lucem venit: utique vel securus de veritate atque evidentia instrumentorum, quibus nihil posse opponi credidit; vel existimans futurum neminem, cui talia luberet examinare, aut saltem publice confutare. Quod postremum omnino factum non fuisset (quantum quidem ad nos attinet) si humiliter amanterque rogatus abduxisset auctorem Armamentarii, a nobis nominatim trahendis in controversiam, quod, inquit, *nec lubet vobis, nec vobis expedit.* Sed ea fuit fiducia causæ licet adeo paratam in Sanvico contradictionem habentis, ut quasi nullus foret hic auctor, omnium fortassis Carmelitarum primus qui aliquid circa historiam scripto mandarit, eadem nobis multo distinctius permiserit objici in prima parte Armamentarii, Nihilque moderatior factus evidenti satis Florentinæ atque Boppardiensis prætensionis inanitate, ante se-

cundum tomum Aprilis demonstrata: in secunda quoque parte ejusdem Armamentarii voluit eadem aliaque offendicula operosius explicari, atque in rationibus meis refellendis per se aliosque multipliciter fatigari.

260 De Florentina Attestatione, quam sine examine ullo in Appendice post Ribotum adjecerat nura. 506, sicuti anno MDCLXII fecerat in Vineâ Carmelitum. 469, jam vidimus, quid actum sit, et quam nihil responsum ad causam quæ præcipue agebatur. Senensis Conventus probationem aliam pro se non allegat, quam transsumptum quoddam Notariale, anno MDLXXXIII acceptum *ex quibusdam antiquis Chronicarum libris et codicibus*, qui tunc reperiebantur *penes et in mantus magnificorum virorum D. Francisci de Thomasiis, D. Orlandi de Malavoltis, D. Alexandri de Biringucciis, et D. Pyrrhi de Landucciis, nobilium civium Senensium, collectarum per se et eorum ante natos*: idque vulgari Italica lingua: in quibus, tamquam ex uno aliquo eoo muni fonte, iisdem ubique Italicis verbis, nec nisi ætatem seculi XV referentibus, scribitur, quod anno DCCXCVII, *redierunt omnes Fratres S. Mariæ de monte Carmelo prima vice ad ecclesiam S. Nicolai, ubi antea habitaverant Eremitæ*: item, quomodo iidem Fratres, anno MCLXXXVII *Senis laborantes penuria aquæ, puteum foderint eo successu, qui fuse narratur.* Cum producti fuerint istorum temporum annorumque scriptores, ex quibus Magnifici isti Domini talia acceperunt; tum licebit examinare, an æque certum sit tales esse, quales prætenduntur, quam certum est in Chronica Sanvici nihil inveniri ob quod contrarium asserens debeat esse suspectum. Si vero suspectum eum non habent Carmelitæ, de illis non possunt non merito dubitare; cum palam sit pro illis non adferri testimonia seculum XVI excedentia; fieri autem facillime potuerit fiatque centies, ut cum locus aliquis inquilinos mutavit, ut nihil perpetuum est sub sole, traditio vulgi (qua nihil incertius) postremis notisque sibi iacolis applicet, quæ olim contigerunt aliis alterius conditionis ordinisque.

201 Ex Boppardiensi prope Rhenum epitaphio, qua scripto, qua sculpto, nihil hactenus extendi potuit, quod probaret Carmelitam esse, qui sub eo olim sepultus fuit: sed nec ex ulla Boppardiensium antiqua scriptura verificari, quod fuerit ibi conventus hujus Ordinis anno MCCXX, id est multo prius, quam ille Metis Trevirisque [in Lotharingia, et in Franconia Francofurti atque Moguntiæ] suos instituisset conventus, quorum mutuæ inter se communicationi opportuna Boppardia erat. Ita scripseram 2 parte Propylæi num. 29: sed socors typhotheta, et non satis attentus inter urgentissimas tunc occupationes oculus meus, non nisi a puero simul legente adjutus, inobservatum dimisere defectum, quem hic appositis signis [] suppleo, quique nonnullos haud immerito conturbavit, verba (ut videbatur) clara legentes, nec tamen valentes credere, quod ego qui per Rhenum navigans Boppardiæ fui, et cum Boppardiensi Priore tum ipse per litteras immediate tum mediate per nostros Patres Confluentibus Collegii non multum remoti a Boppardia sæpe egeram, adeo fuerim hebes; ut oppidulum istud collocarem Treviros inter ac Metas, Mosellæ adsitas civitates. Sed hoc dictum sit causa erroris undecumque nati: quid ad postulatum meum TRIUMPHATOR, rogatus probare id quod querebatur? Non enim puta satis probationis esse in eo, quod locus sit Carmelitarum, quodque non possit positive doceri quæ præcise anno illi eo advenerint: nam si contingeret ibidem nummos aliquos servari ante Christi nativitatem cunos, vellentue dicere, se quoque ibidem tam antiquos esse?

D
AUCTORE D. P.

1 Florentinæ,

2 Senis pro
an. 797

et an. 1177
ex Chroni-
ca seculi 16,
E

3 Boppardiæ,
ex Epitaphio
nihil ad rem
faciente,

F

A 262 Quid ergo ad quæstionem TRIUMPHATOR? Æque ac ad primam de Florentina Attestatione, de substantia nihil: sed dilabitur ad explicationem Epitaphii, in cuius lectione frustra laborantem Generalem Sylvium, cum socio Provinciali Neapolitano Provana, conatus fueram juvare, pro nonnulla quam habeo rerum talium experientia, cum docui unde incipienda lectio, quo ordine esset pertextenda. Deinde quia iidem sibi erant imaginati, Henricum Priorem ibi sepultum, eo sepulcri elegantioris honore dignum habitum veluti Sanctum; addidi, quod mihi ad manum erat, Venerabilis Yolandæ tumbam, simili lamella expressam, unde intelligi posset, quid potuisset ex antiquitatis more addi, si sanctitatis titulum eo epitaphio denotatum voluissent auctores; effigies scilicet animulæ diadematæ, et ab incensantibus utrimque Seraphinis subvectæ in cælum. Ne ergo obmutuisse videretur, quæ ego, a supremæ oræ centro incipiens, docueram legere, apices nonnullos extremo margine attritos supplendo, juxta exigentiam versus rhythmi seu Leonini, in talibus isto seculo usitatissimi, in hunc modum:

*Floribus ornatum virtutum fac tibi gratum,
Rex pie, sic ratum facies ejus famulatum.*

B *Henricus, dictus Prior Hein, non crimine victus,
Horrens conflictus fit, dum nitent necis ictus
Anno milleno cum vicenis nonageno
Et trino pleno, prostravit corde sereno,
Octobris sine talis memor esto ruinæ.*

sive ut
alius minus
apte vertit,

Hæc, inquam, quæ ego sic haud incongrue legeram, a signo manifeste notato lapidem circumiens. et congrua metaphrasti prosaice explicueram; ille, nullo indicio apparente, exorsus sub fuem dextri lateris, neque metri neque rhythmici rationem ullam habens, sis invertit:

*Henricus decennis Prior hibi, non certamine victus,
Horrens conflictus fuit, dum nitent necis ictus
Anno milleno cum Boppardis viceno, nonageno
Ætatis terno pleno, prostuit corde crucifixo:
Floribus ornatum virtutum fac tibi gratum,
Rex pie Henrici Solvator; ratum facies ei famulatum:
Sereno Octobris sine, talis memor esto ruinæ.*

Tum lineamenta corporis exhibet, fortasse accuratius quam ego illa accepi, et in epitaphio supplet aliquas litteras, sane opportunas, quæ fuerant omissæ in eo quod ad me missum est ectypo, quodque alias fidelius esse quam sit ectypon ipsius præsumere possum: eo quod qui meum pinxit, litteras dedit quales reperit, nec præsumpsit extritos apices supplere; sicut is, qui pinxit ectypon novum, fecit in litteris variis. Addidit etiam cifras, ut possit inveniri ordo verborum a se excogitatus, quasi non essent verba legenda naturali suo ordine, quemadmodum leguntur in aliis omnibus epitaphiis, quæ nemo hactenus ænigmatica esse credidit, uti credi vult ille.

lectionem
meam im-
probans,

C 263 Juvat ergo iterum exhibere ectypon illud nostrum, in nonnullis ectypon secundo aptatum: quo inspectu, atque ad meam ipsiusque lectionem collato, tuum erit, Lector, considerare singula, et definire utra lectio sit melior. Deinde, quia TRIUMPHATOR, dum non potest ex verbis, ex forma vestitus conatur eruere probationem sententiæ suæ, et persuadere quod lineæ per vestem ductæ expriment barras seu strias Carpitæ Carmelitice, perpendiculariter ductas; vide, obsecro, an illæ aliud notent, quam plicas ipsius vestis, qualiter eæ exprimentur in aliis quibusvis istius generis sculpturis, quas plurimas vidisse potes, omni conditioni sexuique positas. Item an propter H. et I, quæ extrito angulo imo nunc supersunt, tantum plausum meruerit, qui legi jussit *Henricus Decennis Prior hibi*: ego vero tam grande vituperium, quia conjectavi quod legi

deberet *Henricus, dictus Prior Hein*: et utrum D usque adeo insulsum sit, in epitaphio addere Latino nomini nomen vulgare: quod etiam in Notarialibus instrumentis haud insolitum esse scimus. Tale quid certe exigunt litteræ nec, quæ ut rhythmum faciant cum sequenti voce victus, non possunt aliter quam dictus legi, maxime cum hujusmodi abbreviatio satis nota per se sit. Si tamen omnino id nolis, legatur, ut alii ante nos legerunt, prior nec, licet in apice recto superius posito nullum sit vestigium litteræ C; vel, quod facilius capi potest, legatur PRIOR HIL, ut intelligatur, Prior iste, dictus seu nominatus fuisse HENRICUS HIL, id est *Henricus o Colle*. Fiat denique aliquid, quod neque metri mensuram neque rhythmici consonantiam tollat: mihi enim perinde est, dummodo sensus et versus subsistant.



264 Sed cur ego hæc? Nihil (ut dixi) ad principalem causam facit, recte ego an secus legerim epitaphium antiquum, si nihilo plus ipse, quam ego, potuit in eo reperire, unde doceretur illud ad Carmelitas spectare, vel continere sensum hujus paraphrasis, quæ sola in Vineâ Carmeli legitur, velut si ipsummet vetus Epitaphium foret.

nec tamen pu-
raphrasim
Boppardiz sa-
ctam probans,

*Dum sol mille suo cursu compleverit annos
Virgines a partu, centum simul et duo lustra
Et tres exactos, fatalis terminus instat,
Octobris, nigro vere signanda lapillo,
Ultima lux. Rapuit virtutum luce coruscum
Parca severo virum. Rara virtute Priorem
Ordinis agnoscit sacri sententia, nomen
Qui sibi Carmeli divino munere poscit,
Atque urbs fausta colit sancte Boppardiu. Saxum
Ossa tenet. Jacet hic gelida tumulotus arena
Virtutum exemplar fulgens Henricus: at astra
Meas tenet, et Superum felici sede locatur.*

Hanc paraphrasim, cum absque ulla vetustioris epitaphii mentione legissem in jam dicta Vineâ Carmeli

A meli num. 476, tamquam idoneum tantæ vetustatis testimonium; scripsi num. 26, quod nulla hic apparet forma epitaphiorum, seculo XII usitatorum; quodque non dubitarem quin periti verum iudicaturi forent, ipsum hoc seculo primo esse compositum. TRIUMPHATOR autem censuram istam refert, sub fine: num. 709, tamquam de ipso veteri epitaphio, de quo nondum loqui cœperam, ut mea legenti palam est. Hoc interim sit specimen exiguæ attentionis, seu magnæ in animo perturbationis, cum qua meum Commentarium ille legit, quando eum confutandum sumpsit: et possem infinitas hujusmodi verborum meorum alterationes, toto Armamentario sparsas, proferre; sed non id ago; quin et libenter excuso, si factum non possim, fidem bonam, qua eum credo processisse, et alia aut aliter quam scripseram legisse.

265 Superest ex quatuor locis Sanvico objectis, Burdigala in Gallia: pro qua Lezana in Annalibus ex Archivis Conventus Burdegalesis Carmelitarum, nec non ex monumentis lapideis ecclesiæ dicti Conventus indicat extracta sequentia. Conventus Burdegalesis Carmelitarum tribus vicibus constructus est, in diversis locis civitatis Burdegalesis, intra tamen ambitum ejusdem Parochiæ, quæ dicitur S. Eulaliæ Virginis et Martyris. Prima fundatus fuit anno Domini MC, vi

4 Burdegala,
ex Romancia
familie
Landensis,

B
quasi an. 1100
B. M. V. de
Carmelo to-
tum faciens,

voti facti, in honorem B. M. Virginis de monte Carmelo per Illustrem D. de la Lunde, eo sine ut victoriam obtineret contra giganteam seu hominem proceræ staturæ, qui ex parte inimicorum Burdegalam obsidentium, ad singulare certamen cum aliquo Burdegalensi iuvenulum, destinatus erat, ut de summa belli discerneret. Obtena victoria ope Deiparæ, Conventum Carmelitarum extruxit: quem deinde alius ejusdem familiæ Gagliardus de la Lande reedificavit in alio loco, anno Domini MCCXVII. Tandem tertio extractus fuit dictus Conventus anno Domini MCCCXCVII, liberalitate D. Catharinæ de la Lande. Postremæ foundationis tempus ex dictis monumentis probari efficaciter posse, facile credam, etsi ea non exhibeantur. Landensi quoque familiæ deberi principium istius conventus, admittam libenter. Potuit etiam Gagliardus de la Lande, ipso quo dicitur anno, sacellum aliquod intra urbem condidisse: cujus administratio successu temporis Carmelitis cesserit, ad Missas, ibidem fundatas, statis diebus temporibusque dicendas. Verum debellatus ille gigas, ex vi voti facti B. M. Virgini de monte Carmelo, tanto prius quam hoc nomine nosei ac colui cœpit Deipara, cumque adhuc desolatus sine incola mons sacer squaleret, nec nisi

quidam D.
de la Lande

C
structurarum, quæ eo loci antiquitus fuerant, vestigia monstraret, ut scribit Joannes Phocas: ille, inquam, ab Anonymo Landensi debellatus anno MC Gigas, si est ex Annalibus Burdegalesibus haustus, eodem Annale istis apud me loco sunt, quo Romani de Enæa et Turno, sive (ut aliquid notitiæ nostræ vicinius dicam) quo Clivenses illi a Teschenmakero memorati, descripti autem a Theodorico Pauli in Chronico universali, ubi Ducum et Comitum istius nominis historia inchoatur modo: *Elias de paradiso veniens, ut fertur, in navicula (trahente illam rygno, aurea catena navi connexa colloque cygni circumdata, per Rheni fluenta sic ducente) ad castrum appulit Noviomagium, in quo virgo unigenita, Beatrix nomine, residebat: quam duxit in conjugem, et ex ea genuit tres filios etc.*

gigantem
debellavit

266 Datur hæc venia antiquitati, inquit Livius Annales ab Urbe eondita exorsurus, ut miscendo humana divinis, primordia urbium angustiora faciant. Eam licentiam Romani a Græcis, a Romanis provincie passim et civitates atque familiæ illustriores mutuatae sic sunt, ut paucas reperias de quibus non quædam poetis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum gestarum monumentis tradantur. Atque uti-

nam id in rebus sacris, ad suas origines revocandis, non etiam sæpe locum haberet! Nobis ea, si affirmare jubeat nemo, refellere in animo plerumque non est; ne scilicet imperitæ multitudinis clamores contra nos Opusque nostrum gratis suscitemus. Sed cum viri, opinione hominum prudentes ac graves, temeritatis impietatisque nos arguunt, quia similibus non credimus, neque recipimus ut solidas Carmelitanæ antiquitatis probationes, uti facit auctor Armamentarii parte I. n. 160; quomodo possumus non respondere, patentemque fictionem vanitatis non redarguere? Quod igitur ad gigantomachiam prædictam attinet, nihilo veriore ea, quæ nostræ Antuerpiensi urbi nomenclaturam dedisse narratur; quero, quæ sit illa urbis Burdegalesis obsidio, antiquis et modernis Francorum historicis ignota? ipsi etiam qui Burdegalense Chronicon compilavit Joanni Darnal, et historicæ Aquitanicæ scriptoribus ejusdem nominis Beslyo et Bucheto? Tantis eo tempore, quo urbs sic dicitur fuisse obsessa, prælebat Aquitania viribus, ut (teste Orderico Vitale ad annum MCI) vexillum Guilielmi Ducis secata ferantur trecenta armatorum millia. Mahnesburiensis lib. 4 cap. 2 sexaginta millia militum, id est equitum, et multo plura peditem numerat. Vetus auctor apud Urspergensium Abbatem pag. 237, Aquitanos, quibus Guilielmus Pictoviensis præerat, ait, fuisse præter vulgus ad triginta millia loricas. Nisi hic mea me vehementer fallit conjectura, fabulator aliquis, volens Familiæ Landensis Romanciam verius quam historiam texere; cum aliquid intellexisset de Normannica invasione, qua constat anno MCCXLVIII captam concrematamque Burdegalam, similem aliam posteriorem commentus est, quæ fuerit a Landensis familiæ progenitore per miraculum coercita: quod quidem miraculum ideo retulerit ad B. M. Virginem de monte Carmelo, quoniam sciebat ab hujus familiæ heroe aliquo, ex Terra-sancta regresso, adductos Burdegalam Carmelitas.

obsessa urbi
insultantem,

267 Finieram: sed aurem rursus vellicat Sanvicus, monetque in 2 parte Armamentarii a num. 681 ad 687 multa diei de conventu Coloniensi: quæ nisi refellantur, ægre possit subsistere clausula ultima sui Capituli 6, ubi ait, quod fratres, a S. Ludovico Parisiis fundati, alios ad suam Religionem recipientes, in diversis Franciæ et Alemanniæ partibus monasteria sui Ordinis constituerunt. Ad tempus etiam redeuntis ex Syria sancti Regis, conventus sui originem videntur retulisse ipsinet Colonienses Patres, qui totam Historiæ Carmelitanæ seriem, novemdecim distichis in camera Hospitum descriptis intexuerunt, hoc modo concludentes poema:

Victores Asiæ, patriam plerique petentes,

E sacro secum monte tulere vivos:

Miles, Agrippinam deductis, Bruno reversus

Atria fundavit, auspice, nostra, Deo.

Sicque Palæstinis remeans Ludowichus ab oris,

Gallica nostrates regna per usque lacat.

Cur ultimum distichon omiserint omnes, qui priora duo ubique efferunt, non est difficile iudicatu: credebant enim Brunonis istius et Ludovici tempora nimium enormiter distare ab invicem, neque ex re sua erat composita legi. Unde autem probatur tanto senior fuisse Bruno, Carmelitarum Coloniæ fundator? Ex quodam, inquit, libro Germanico, cujus initium Latine versum fol. 4 pag. I est hujusmodi: *Liber Provisorum pauperum domesticorum S. Jacobi, Originis Parochialis ecclesiæ S. Jacobi pariter et fundationum ac duorum monasteriorum conventuumque in ea situatorum.* Immediatè autem post in eadem pagina sequitur: *In anno post Nativitatem Jesu Christi, cum in Romano regno inscriberetur sexcentissimus quadregesimus primus, tempore Dagoberti Christianissimi*

5 Colonia

ex Chronica-
quodam,

Christianissimi

A Christianissimi Regis Franciæ et Austriæ, qui tunc temporis civitatem et Coloniensem districtum obtinebat. Tuum eodem fol. 4 pag. 2 continetur hæc Clausula : Cum inscriberetur annus 1220 Carmelitarum Ordo, circum ope et ejusdem Equitis dicti Bonnerhoff, edificavit domum unam Dei et cœnobiura : ac Ordinis Fratres ceperunt in eodem variegatas, albos et nigras capas aut pallia deferre, fueruntque nuncupati Variegati Fratres B. V. Frouen-Bruder.

quam seculo
16 scriptam
esse

268 Licetne videre librum ejusque auctoritatem ex antiquitate æstimare? Toto biennio hoc jam egerunt Coloniensis urbis Notarii quidam ex senioribus, jam sæpe antea ab Apostolico Nuntio ad similia judicia in transumptis ejusmodi Romam mittendis adhibiti: sed quidquid per se aliosve egerint, orando, suadendo, nunquam potuerunt ab his qui Archivium istud servant obtinere ut librum exhiberent, aut etiam faterentur cum ibi esse. Habent ergo ipsi suspectam rem totam, censentque, ex grandi illo saltu ab anno DCXLI ad annum MCCXX in eodem folio, verosimile reddi, quod alius iterum fiat in sequenti annorum ducentorum aut trecentorum; nihilque dubitant, quin reliqua quæ librum complent instrumenta ac documenta finem habeant post annum MD, et tunc primum conscriptus sit liber. Sic enim eorum unus argumentatur; *Erhardus Winheim in suo Sacrario Agrippinæ sacellum S. Jacobi erectum fuisse ait a S. Annone post annum MIV. Ut illud in ecclesiam Parochialem excresceret, quæ suos jam Provisores haberet, videtur fieri non potuisse, nisi multorum annorum decursu. Quam multa interim scriptura digna debuissent occurrere, quorum causa mutatum est sacellum in Parochiam, circa fundationem donationemque illius et contractus varios ea causa intus, legata, obligationes, anniversaria et similia alia? Qui igitur omnia ista paucis lineis decurrere potuit, ut veniret ad Carmelitanae ecclesiæ fundationem, nihil magno opere ad ecclesiam S. Jacobi pertinentem; profecto debuit scripsisse ea ætate, qua ista omnia, multas alioqui paginas impletura, abolita erant a memoria hominum. Fortasse nec mysterio vacat, quod cum aliorum extracta appereant apud auctorem Armamentarii in sua originali Italica lingua; non etiam hoc producat in sua Germanica, unde facillimum fuisset de ætate scribentis iudicium ferre. Recentioris enim elegantia est 70 Frawen-Bruder, et superioribus seculis, quibus lingua nostra plurimum Westphalismi habebat, scriptum fuisset Frawen-Broers; aut accuratior aliquis posuisset Frawen-Broiders vel Frawen-Broeders. Quid? quod nec tunc quidem, cum huc advenerunt Carmelitæ, vulgo sic vocati sunt; si vera est, quæ pro anno 1231 obtruditur, donatio Alexandri de Ripa, sed Fratres Stripetiti; id est (quantum ego conjicio) virgulati seu striati, a voce Teutonice Strepe, striam notante, unde verbum Streipen, strias ducere, virgulare, et participium Gestreipte. Denique, si numerus anni, sive in hujus donationis instrumento, sive in libro S. Jacobi, expressus est per zyfras, uti nobis offertur; nemo Notariorum Coloniensium, in Protocolis antiquis aliquantulum versatorum, dubitabit, quin utraque scriptura sit recentior eo qui prætrahitur anno ad duo vel tria seculo.*

per varia
indicia col-
ligunt Notarii periti:

et cui fidem
derogant ipsi
Patres Car-
melitæ,

269 Hactenus vir Religiosus, in seculo Notarius et Notarii filius, non ex suo tantum, sed et ex patris sui jam valde senis expertissimique iudicio; cuius tamen nomine abstineo, ne cum ipso totum ejus monasterium obijciam indignationi eorum, quibus parum favet ejusmodi iudicium. His interim ipsum, quod nunc pro se allegant, testimonium ex libro S. Jacobi, adeo ignotum fuit ante annos triginta, eum Admiranda Coloniae suæ scriberet Ægidius Gelenius, ut eidem suggererint, quod Bruno de Bonnerhoff anno MXXVIII Religiosos Carmelitani montis incolumis secum in Agrippinensem Coloniæ deluxit, quodque

anno MCCXIX temporibus S. Engelberti Archiepiscopi extracta est eis ecclesia. Factum id fuerit tempore Engelberti alicujus, sed non Sancti, verum Falkenbergii, anno MCLXI ordinati: et consueti infirmitas hominum, ex pluribus synonymis consuetorum ordinarie accipere famosorem, quem plerumque solum noverunt, occasionem dederit opinioni, fundationem Carmeli Coloniensis justo antiquiorem facienti. Sed quid agimus? Frater Joannes de Lennia Prior Generalis Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmeli, universis Prioribus et Fratribus ejusdem Ordinis in Provincia Alemanniæ existentibus... longe luteque diffusis... pro Fr. Brunone ejusdem Ordinis Professo nec non et ejus uxore de Jatta, Ordinis matre et filia, propter collata in Ordinem beneficia indicit Collectam, Deus qui caritatis dona, quoad vivent: et post mortem; Inclina Domine, aliasque preces et sacrificia, per litteras datas in Domo nostra Coloniensi anno Domini millesimo ducesimo trigésimo in die Trinitatis.

270 Est hic Bruno diversus a priori, sicuti ex proprio ejus scripto patet, in quo se appellat Brunonem de Banregassen: sed nullo apposito anno, ut prætensi Vicarii Generalis epistola nequeat hinc vel confirmari vel infirmari. Objectioni tamen contra Sauvicum hinc sumptæ facilis datur solutio, ex illo communi scholarum effato, Quod nimium probat, nihil probat. Erat tempore Honorii Papæ III, ad Pontificatum Romanum evecti sub annum MCCXVI, ignotus Ordo in Europa, et ob id apud eum non pueri pro illius extinctione instabant, uti legitur in Officio Commemorationis solennis B. Mariæ de monte Carmelo; in Officio, inquam, reformato, cum antea legeretur nomen Honorii quarti, primum creati anno MCLXXXV. Tempore Innocentii Papæ IV, anno MCCXLVI, Carmelitarum e Syria transmigrantium adhuc aspirabat affectio, ut per Apostolicæ potestatis auxilium statum consequi valerent; sicut habet Bulla, ex ipsorummet supplicantium verbis de more formata, atque ad hoc petita, ut haberent quod responderent Prælati, dicentibus, quod cum hæc Religio esset eis ignota, gratiam postulatam Fratribus non concederent, donec super præmissis intentionem summi Pontificis scirent: et tu mihi dicis fuisse eum longe lateque diffusum per Alemanniam, divisum in Provincias, Capitula Provincialia celebrasse etc.? Nimium hoc esse, adeoque nihil, fatearis necesse est. Præterea quid de B. Simonis Stockii Vicariatu generali fiet, si anno MCCXXX Vicarius Generalis fuit Joannes de Lennia? Non est, mihi crede, nec potest esse ejusmodi epistola Joannis autographa, sed apographa, in qua ducesimus annus pro trecentesimo, vel suppositus sit per fraudem, vel (quod malim) obrepserit per errorem. Pateret hic, si ad diem Trinitatis additus esset etiam dies mensis, et pro xviii Maji, quem annus MCCXXXI requireret, legeretur xxvi Maji, quem requirebat seculum alterum. Sed id fortassis omissum de industria a transcribente, prodi metuente.

271 De fundatione Gedanensi, quam fecisse dicitur Sabistans Dux Gedanensis, Pomeraniæ etc. anno Domini 1186 juxta copiam authenticam, secundum verum originale privilegium ex protocollo de verbo ad verbum transcriptum Stetini, anno 1536 die 26 Septembris: deque fundatione Viennensi, quam Joannes Cuspinianus in Austria sua, impressa Basileæ et recensa Francofurti anno 1533, adscribit Henrico I Duci Austriæ, S. Leopoldi filio, sub annum 1172 vita functo: de his, inquam, duabus fundationibus aliud non habeo nunc quod pro Sanvico respondeam, quam quod Cuspiniano æque facile imponi potuerit post tria et dimidium secula scribenti, quam Gelenio; et quod Protocollo præfatum, licet in arcibus Buthoriensis registro servatum, suam in fronte damnationem

D
cum an-
1198 venisse
Coloniæ se-
dicunt,

et allegant
instrumentum
anni 1230,

E

juxta quod
jam tum fuis-
set longe late-
que dilatatus
Ordo in Ale-
mania,

F

G Gedan
et Viennæ,

A damnationem præferat, si est per zyfras, ut præfectur, notatum, Scilicet seculi xvi ruditas ad fraudes ejusmodi dignoscendum, facile tres illos Philippi Ducis Pomeraniæ Secretarios excusabit, quod vitiatum apographum in anni numero, pro vero originali acceperint; vitiandi autem numeri occasionem dederit aliquis posteriori *Subistans*, sicut in *Engelberto* Coloniensi factum vidimus. Denique certo certiora et meridiana luce clariora deberent esse testimonia, quæ in hoc puncto everterent cœvi Sanvici auctoritatem. Abstineo ab aliis in Hispania, Italia, Cypro originibus examinandis, quia nec tanto cum apparatu obijciuntur, neque difficile est ex jam refutatis cognoscere, qua ratione possit contra illas excipi. Quædam etiam nobis antea per expostulatorias litteras indicata, nec producuntur quidem in Armamentario, nominatim Bononiensis membrana de anno mccc, quia qui eam mihi laudavit Reverendissimus P. Mag. Ludovicus Torellus, Ordinis Eremitarum S. Augustini Historiographus, velut de qua nullatenus dubitandum sit (utpote similima scripturis istius temporis, quarum plurimus viderit) ingenue mihi fassus per epistolam, numerum *villesimi non litteralem sed arithmeticum esse*, videtur, mutata sententia etiam Carmelitis Bononiensibus suasisse, ne suum istud instrumentum exauani exponerent: quod comparentibus in eo zyfris defendi non posset pro originali, quantumvis ad vetustatis similitudinem belle confictæ sint litteræ.

7 in aliis
provinciis.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 28**

PATRIARCHÆ TITULARES.

Captæ anno mccc Ptolemaid, Latinorum reliquiis a tota Terra-sancta exterminatis, non diu supertuit Nicolaus Papa IV, sed infra undecimum a ferali nuntio accepto mense expiravit, sequenti anno, die iv Aprilis. Nec ibi malum stetit. Nam sicut uno præcipuo corporis membro violenter avulso, totus periclitatur homo; sic amisso tam insigni Pontifice, languere videbantur omnia. Certe intestino dissidio, tamquam letifera febrî occupati ii, quorum erat novum Ecclesiæ Pontificem sufficere, toto biennio peregerunt nihil: donec tandem suos miseratus Deus, Cardinalibus cunctis mentem inspiravit unam, ut S. Petrum de Morono, cujus festum agitur xix Maji, ex eremo sua protractum, anno mccciv die vii Julii extollerent in Cathedram S. Petri, et Cælestinum V nominarent. Ille inter primas curas assumens recuperationem Terræ-sanctæ, Patriarcham pro eadem ordinari fecit, qui comitaretur novas Christianorum copias illuc mittendas. Sed ut ipse brevi sex mensium Pontificatu perfunctus, eo se munere abdicavit; sic novo Patriarchæ ordinatio sua nihil profuit, quia ut scribit Guilielmus de Nangis, *RADULFUS DE GRANDIVILLA, Frater Ordinis Prædicatorum, qui jussu Cælestini Papæ apud Parisiis in Patriarcham Jerusalem consecratus fuerat, Romam veniens, fuit a Bonifacio Papæ degradatus*. Neque quod scitur, substitutus est alius.

degradavit
Bonifacius 8.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 29**

An. 1305
ordinatus
Antonius,

273 Bonifacio Benedictus XI octimestris Pontifex Benedicto successit Clemens V: qui anno mcccv ANTONIUM Dunelmensem Episcopum, cum Cruce signatis aliis militiam sacram professum, Patriarcham Hierosolymitanum creavit, eximium ejus zelum multis commendans, et tam ipsius quam sociorum bona, interim dum abesset, in clientelam Apostolicam suscipiens, variisque eum privilegiis ornans. Idem ex decreto Viennensis Concilii Crucem prædicari jussit; ad quam ex omnibus nationibus multitudo magna confluit anno mcccxi; sed ab eodem Pontifice voto suo absoluta est, tamquam inutilis eo tempore, quo Principum Christianorum vires animique ad alias longa curas distrahebantur. Cum autem

Ecclesiæ Hierosolymitanæ titulus mortuo Antonio iterum vacaret, anno mccciv, Pontificatus sui penultimo mense, idem Pontifex eam dignitatem PETRO Rutenensi Episcopo contulit: cui, ob Hierosolymas ab infidelibus oppressas, Ruthenensis Ecclesiæ vctigalibus potiri, ejusque administrationem gerere permisit. Erepto quoque e vivis Petro, Clementis V successor Joannes XXII anno mcccxxiv RAIMUNDUM, Dominicane familie virum religiosum, eo titulo exornavit, eique contulit Nimosiensis Ecclesiæ administrationem, cum Hierosolymis ob infidelium tyrannidem sedere non posset. Atque hæc successio innotescit nobis iisdem fere verbis, ex Annalium Baronianorum Continuatore diligentissimo Olorico Raynaldo, ad præcitatos annos. Post Raymundum anno mcccxxix ut scribit Continuator Guilielmi de Nangis *Fr. Petrus de Palude de Ordine Prædicatorum, vir utique magnæ vite et fame, Doctor in Theologia, Avenione existens, Patriarcham Hierosolymitanum per summum Pontificem ordiatur: qui circa principia Julii una cum Episcopo Munotensi et nuntius Regis Cypri, ducentes secum filiam Comitis Claromontis, filio Regis Cypri desponsandam, cum multis aliis peregrinis, accepta licentia a Domino Papa, per portum Marsiliæ ad insulam Cypri tendunt, sperantes, D. N. Jesu Christi auxilio, ab illo loco usque ad Jerusalem transfretare, ut D. N. Jesu Christi verum Deum adorent in loco ubi steterunt pedes ejus*. Ivit deinde Legatus ad Ægypti Soldanum Petrus, ad sciendum, utrum via posset inveniri, qua Terra-sancta recuperaretur, sin minus indiceret bellum Philippi Regis nomine: indeque reversus accepit a Pontifice litteras, inscriptas sibi universisque Archiepiscopis et Episcopis per regnum Franciæ constitutis, datas Nonis Decembris, anno Pontificatus xvi, ad prædicandam Crucem pro expeditione sacra, post biennium ab instanti mense Martio computandum. Quibus litteris etiam ordinatur specialis Missa, ad eum finem dicenda, cujus hæc est Collecta: *Deus qui admirabili providentia cuncta disponis, te suppliciter rogamus, ut terram, quam Unigenitus tuus proprio sanguine consecravit, de manibus inimicorum Crucis evipins, et eam in Christiana religione tuo nomini deservire concedas*.

13
AUCTORE D. P.
AN 1314
Petrus,

an. 1324
Raymundus,

an. 1329
Petrus de
Palude.

2

274 Sed in fumam abiit etiam hic conatus, per bellum quod Rex Angliæ Eduardus Franco intulit anno mcccxxvi: et maximus, si alias unquam apparatus, cui Aragoniæ, Majoricarum, Cypri et Hungariæ Reges, Respublice item Venetæ et Genevensis vires jungendas promiserant, inutilis hæsit: neque deinceps de Terra-sancta recuperanda cogitatum est: sed de obstruendo totius mali fonte, per occupationem Ægypti. Quæ res felicissime cœpta, anno mcccxxv occupata Alexandria, infelicissimum habuit exitum. Post hunc vero unice curandum fuit, quomodo averteretur Ottomanicæ potentie torrens, post occupatum anno mcccii a Mahometo II Constantinopolim, Hungariæ, Græciæ, Italiæque formidabili successu imminens. Quæ gens denique ab Europa conversa in Asiam, victo Soldano, Babylonis, occupavit Syriam anno mxxvi eandemque suo sub jugo continet usque in diem hodiernum. Quare non est operæ pretium perquirere studiosius omnes, quibus deinde nudus titulus, absque spe recuperandæ possessionis, datus est in Ecclesia Romana, prout usus obtinet usque in tempus præsens. Et enim a tempore amissi Orientis, Apostolica Sedes jus, quod semel assumpserat, providendi Ecclesiis ibidem constitutis, tam Patriarchalibus quam Archiepiscopalibus et Episcopalibus, perrexit usurpare; et sicubi vel Chorepiscopo opus erat, vel Episcopo Apostolico ad infidelium conversionem ordinando, eidem conferre titulum alienjus Ecclesiæ in partibus

Post hæc
abjecta spe
Syriæ recuperandæ,
17

mansit tamen
titulus nudus
in Ecclesia
Romana.

A partibus infidelium constituta, donec hi sibi ipsis Sedem certam constituerint in iis ad quas mittuntur nationibus.

VIDE APP.
TOM. VII M^o II
NOT. 30^{**}
uti et alii
aliarum eccle-
siarum amissarum tituli.

VIDE UT SUPRA
NOT. 31^{**}

275 Ad Petrum quod attinet, a-serit Michael Pio lib. 2 de viris Illustribus sui Ordinis § 17, obiisse in Cypro, miraculis clarum; et Nicosiæ, ubi requiescit, haberi colique ut Sanctum. Quod autem non defuerit ei successor aliquis, potest vel ex Sixto Senensi probari; qui in Chronico ad ann. mcccxxx nominat tres consequenter Archiepiscopos Tyrenses, omnes ex Ordine Prædicatorum, *Nicoluum, Bonucarsium et Petrum de Conflictu*. Si enim hujus Ecclesiæ titulus non est permissus vacare, multo minus permissus sit vacare titulus ipsius Ecclesiæ Patriarchalis. Atque hanc causam (videlicet quod titulus hic occupatus esset) fuisse puto, ob quam S. Petrus Thomasius Carmelita, ad Orientalem Legationem cum Crucesignatis profecturus sub annum mcccxliv, non Hierosolymitanus, sed Constantinopolitanus Patriarcha sit creatus. Interim occasionem præbuit talis titulus Menologii Carmelitani auctori Saraceno, comminiscendi, quantum vir ille Sanctus in urbe Byzantina laborarit, quinquennio toto: qui Byzantium in vita sua numquam vidit, fortassis nec videre cogitavit; uti nec pilum capitis ejus aut fimbriam vestis stinxerunt sagittæ Saracenum, quibus eum in foro Alexandrino confixum idem scribit, de hoc et de aliis quibusdam Ordinis suis Sanctis æque portentosas narrationes, ac de Alberto Patriarcha, contexens eo in opere, in quo summam fidem accuratioris et adhibitam proficitur. Quare mirum est ab iis ipsis, qui pridem hæc agnoverunt, adeo ægre ferri, quod errores istius Menologii paulo enucleatius exposuerim, eo solum fine, ut fidem detraherem aliis quibusdam ejus assertis, ipsum solum auctorem habentibus, et tamen, velut si exploratissima forent, in Lectiones proprii Officii relatis, atque (ut mihi videbatur) nequaquam veris.

Saracenis Asiæ
victoribus
ferociores ii
qui ex Africa
in Europam
reuerunt,

276 Porro quamvis ejusdem et superstitionis et originis fuerint Saraceni, qui Ægypto occupata ex ea sese in Asiam universam ac potissimum in Syriam effuderunt; et qui per Africam transgressi in Europam; Hispaniam, Siciliam, Corsicam atque Sardiniam seculis aliquot obtinuerunt, nonnullam etiam Italiæ partem et aliquam Galliæ; ingens tamen inter utrosque discrimen fuit respectu Christianorum. Illi enim plerumque positus sub imperio suo religionem, ecclesias, Episcopos relinquebant; civitatibus autem etiam opera nova munitionesque addebant non raro: isti vero omnem Religionis nostræ cultum proscriptum abolitumque cupiebant, et neque Sacra neque Præsides tolerantes, subvertebant, quas superstitioni suæ non addicebant, ecclesias; urbes etiam plerasque aut destructas funditus transferebant alio, aut semel eversas non patiebantur resurgere. Hinc fit ut in Provinciis et Regionibus Occidentalibus, quas nominavi et in quibus illi Sedem fixerunt, toto miserabilis illius servitutis tempore nullos invenias fuisse Episcopos, nisi quos nuper in Hispania confinxerunt Dextrinarum fabularum continuatores. Imo nec si alio aliquo casu contingebat Episcopales urbes alias excindi desolarique ad notabile tempus, disperso fugatoque penes quem solum tunc jus electionum erat Clero populoque, mortuo Episcopo sub quo clades contigerat non prius substituebatur successor, quam illa esset quadamtenus reparata: sed ipsa diœcesis manebat viemis Episcopis commendata. Ita Genuensis civitas, quinto ac sexto aëræ Christianæ seculo, Archiepiscopi Mediolanensis curæ derelicta, sub eodem adhuc diu mansit, etiam cum jam iterum civibus opibusque pollebat; et circa annum dlxix Alboino Ligoriam ingrediente refugium præbuit Fortunato Archiepiscopo, fugienti

non permittebant
Christianis
habere Episcopos,

qui etiam
passim ces-
sobant ever-
sis suis ur-
bibus:

a servitute Longobardorum, et Mediolanensibus primum quidem invitis, deinde et consentientibus, Sedem ibi habuit; adeo ut non ipse solum sed etiam successores ejus quatuor, Laurentius, Constantius, Densdedit, atque Asterius ibidem sederint atque sepulti sint, non nisi post octoginta annos relata Mediolanum Sede: quo facto civitas quidem Genuensis cœpit proprios habere Episcopos, sed a Rothari Longobardorum Rege desolata eversa, rursus iisdem aliquandiu caruit.

277 Ferdinandus Ughellus, Italiæ sacræ auctor, longa tot annorum, quot operi illi suo impendit, experientia persuasus, negavit anno mcccxliv fuisse Florentiæ (quæ tota pœne tunc jacebat diruta populusque dispersus) Episcopum Thomam, qui potuerit, ad totius Florentini populi placitum et concursum, posuisse (uti præ tenditur) primum lapidem ecclesiæ Carmelitane, idque coram Raynerio Simconis a Signa, Apostolica et Imperii auctoritate Notario (eo scilicet tempore, quo nulla apud Hetruscos, Longobardis subjectos, auctoritas agnoscebatur nisi Regia) qui potuerit, inquam, signasse Attestationem prætentam, Florentiæ, in Palatio Episcopali. Dederat ille quidem, ante annos xx, inter Episcopos Florentinos locum Thomæ isti, reperto in antiquissimo Codice MS. Abbatæ S. Salvatoris Montisamiatæ, continente Canones Concilii Romani sub Zacharia Papa, cum attexta eidem historica relatione: sed hanc, uti in omnibus codicibus mendosissimam reperisse se testatur Baronius, sic nihilo saniozem in Montisamiatæ MS. reperiri prudenter postea judicans Ughellus, optasset ex illius historie fide minus fidenter a se positum Thomam Florentinum, forsitan scriptum pro Ferentino. Quidquid tamen de hoc esset, certum ei videbatur ejus esse non posse Attestationem prædictam, in quam tot indubitabiles suppositionis notæ confluerent, atque imprimis cæ quas modo attigi, ad nonnullam dumtaxat defensionem illius, qui, propter sententiam de jam dicta Attestatione clare distincteque perscriptam ad me, exploditur velut delirus senex, cui diuturna stultitia multa negotia memoriam excusserint.

ut merito
Ughellus
dubitarit
de Floren-
tino Thoma
pro an. 743.

PATRIARCHIÆ GRÆCI

post ejectos Latinos, capta iterum a Saracenis urbe.

Remanentibus in Urbe sancta Syro-Græcis Christianis, post urbem anno mclxxxvii captam, usque adeo benigne usi sunt Saraceni, ut excepto Templo Salomonis, ecclesias eis suas, ac nominatim ecclesiam Patriarchalem sanctæ Resurrectionis cum Sepulcro Domini, reliquerint liberas; quin etiam potestatem fecerint more antiquo Patriarcham petendi ab Imperatore Constantinopolitano (erat is ab an. mclxxxv Isacius Angelus in schismate pervicax) aut saltem electo Hierosolymis confirmationem ab eo postulandi. LEONTIUS hic fuit, a Niceta Choniata laudatus, tamquam vir eruditus et virtute celebris: post cujus obitum Hierosolymitanus Patriarcha designatus est monachus quidam Studiensis, *Dositheus nomine, genus trahens ex Venetis, id est Ceruleis* (quibus opposita factio altera, *Prasinorum, id est Viridium, dicebatur) summo apud Isacium honore florens, utpote cui privato adhuc Imperium prædixerat. Hic autem cum esset ab Hierosolymitana Cathedra ad Constantinopolitanam contra Canones traductus, tumultuantibus contra eum primariis ex Clero, semel iterumque ejectus, eodem modo quo canis Æsopicus, et Pontificatum quem tenuerit amisit (nam alius Hierosolymis electus erat) et majori Sede excidit, magno Vasorum custode Xiphulino Georgio Patriarcha Constantinopoli*

F
Anno 1187
capti Pa-
triarchæ
ab Imp.
CP peti
aut dari,

Leontius,

tum abli,
forte Nico-
denus etc.

Constantinopoli

A *Constantinopoli designato.* Ita Nicetas : qui utinam etiam nominasset Hierosolymitanum, pro Dositheo jam dicto Electum ! Dum tamen nemo nominatur, licebit gratiose supponere, eos qui nominantur in Vita S. Angeli Carmelitæ, Dositheo successisse; videlicet NICODEMUM, ONUPIRIUM, JOANNEM atque ENOCIUM : sed successisse primum anno MEXCII, non autem ante annum MCLXXXV, cum adhuc urbem Latini tenerent; quod tamen, sequeretur ex prædicta S. Angeli Vita, si ea fideliter esset descripta, et auctorem haberet, quem titulo præfert, *Enoch Patriarcham.*

279 Vix equidem dubito, quin ex eo deducta Series Patriarcharum inveniatur Hierosolymis : sed eam inde ad me mitti facilius possum optare, quam curare. Si quis tamen habere ipsam nos fecerit, poterit alias pertexti historia, quam hactenus deduxisse satis est intento nunc a nobis fini. Ferdinandus Ughellus tom. 4 Italiæ sacræ col. 1098 allegat suum *Hierosolymitanorum Episcoporum Catalogum, quem in libello Orientalium Episcoporum concinnavit.* Sed hic libellus publicam lucem neque vidit adhuc, neque visurum sperari potest, quia latet inter manus ignotas, aut inter eas fortasse jam periit. Interim non vacat studiosius perquirere illorum nomina, qui forte erui possent ex auctoribus Græcis seculi XIII ac XIV. LAZARUM tamen, quem Joannis Cantacuzeni, ex Constantinopolitano Imperatore monachi facti, historia suggerit, eo minus possum præterire, quod initio quidem pertinax in schismate, in fide tamen Christiana constantissimus, denique in unionem Ecclesiarum cum aliis duobus Patriarchis consenserit an. MCCCXLVII; sicuti patet ex Epistola, ab Urbano IV ad ipsos directa, sub hac epigraphe, *Prudentibus viris, Philotheo Constantinopolitanam, Nifon Alexandriam, et Lazaro Hierosolymitanam Patriarchales Ecclesias more Græcorum regentibus.*

280 *Hic Patriarcha* (ut lib. 3 cap. 14 Cantacuzenus narrat) adhuc *Andronico Imperatore superstite, circa annum MCCCXXXVIII, a Coepiscopis in sancta civitate, ut mos est, electus, Byzantium venit ab Imperatore confirmandus. Tum Gerasimus monachus, cum aliis quibusdam audaciæ suæ satellitibus Patriarcham in eis calumniose accusat, ob quæ loco movendus videbatur.* Dum causa discutitur, moritur Imperator; Lazarus Cantacuzeno favere creditus, a Joanne Constantinopolitano Patriarcha degradatur, et ordinatur *Gerasimus.* Ille non tantum ignominiose dejectum se, sed extrema rerum omnium penuria pressum videns, Peram fugit ad Genuenses. Ab his, quia Romanam unionem, cum multa honoris ac commodorum pollicitatione oblatam, acceptare recusabat, Præfecto urbis Constantinopolitanæ eundem repescenti vinctus traditur, ac pro constantia in schismate admirationi etiam habitus laudatusque, inde ad Cantacuzenum se retulit : qui ei Bizyensis Ecclesiæ administrationem commisit, ab eodemque vicissim Adrianopoli coronatus Imperator, postquam in Regiam receptus est, inter alias curas hoc sibi sumpsit, ut eum Sedi suæ restituendum curaret, missa legatione ad Ægypti, Syriæ et Judææ Sultanum, aliter quippe non erat licitum quemquam Episcoporum, per urbes hisce barbaris subditas, restituere. Annuit benigne postulatis Sultanus, mandavitque Lazarum Hierosolymis recipi, et velut antecessores Patriarchas observari. Ceterum *Gerasimus* (ut cap. 15 dicitur) throno ejectus, ad Sultanum ire, mendacisque persuadere depositionem Lazari properavit : sed decimo quo Urbe sancta egressus erat die, spiritum in itinere edidit.

281 Ita diu satis Patriarcha suos honores gessit, donec auctore quodam Sichunte, infestissimo Christianorum hoste, Sultanus, alioqui minime malus,

Maji T. III

consensit in eorum persecutionem : a quo soli Jacobitæ excusabantur, propterea quod illius sectæ essent Abyssini omnes, alioque avertere Nilum possent si gravius irritarentur. Tum scilicet comprehensus Patriarcha est, cujus exemplum ad seducendos reliquos valde posset conducere. Cumque is nec minis nec promissis cederet, dictata quidem in eum mortis sententia est, sed Sultani jussu commutata in plagas; quas Sichunte jussit nudato corpori quinquaginta inferri nervis bubulis, sub iis expiraturum credens. Carnifices, postquam seductum flagellarunt, defecerunt illi quidem, non tamen athleta Christi, nihil abjectum dicens aut faciens ob verberum acerbiter. Quare tyrannus, majori succensus ira, totidem alias plagas infligi mandavit. Quod cum dicto citius fieri capisset, totum pavimentum rubescebat sanguine, et carnes dilaceratæ disfluebant, fatiscensque compagibus patebant ossa. Inter hæc deficiens Patriarcha et paululum adhuc spirans, interrogatur a barbaris, num Sultani mandatis obtemperans, Christi fidei deserere et cum ipsis communicare velit. Libereque recusantem ac dicentem, *Nihil me a fide in Christum separare poterit, in carcerem quendam, morte damnatis destinatum, asportantes proficiant, si non ex plagis, certe post gladio periturum.* Sed Jacobitarum Episcopus, ab odio in amorem Patriarchæ tanta ejus constantia versus, ministrare ei in vinculis cœpit, sollicitaque eum fovit, et post intervallum longius, Sichunte extincto, eundem a Sultano impetratum e carcere eduxit, donatum etiam potestate colendæ religionis Christianæ... Lazarus porro, cum post flagellationem creditum sibi Gregem diu pavisset, a Sultano postea ad Joannem Palæologum Imperatorem legatus missus est. Hactenus Cantacuzenus, verbis partim suis partim meis compendii causa expressus.

282 Labet credere, Lazarum quod religiose proposuerat, quoad subjectionem Romanæ Ecclesiæ præstandam, fideliter executum esse; maxime postquam ipse Imperator Joannes anno MCCCXLIX Romam profectus, Latinam fidem professus est; et Cantacuzenus, in monasterio dictus Joseph, Catholicæ unionis cœpit præconem agere. Quamvis autem ea non habuerit successum, nihil tamen est quod nos credere cogat Lazari successores fuisse in schismate pertinaciores, quam fuerint Constantinopolitani Patriarchæ, identidem in hoc puncto vacillantes cum suis Imperatoribus, saltem Turcarum metu et spe subsidiorum a Latinis contra eos impetrandorum. Nolim igitur a numero Catholicorum excludere tres illos, quos nobis pro XV seculo Theodoricus ita suggerit : in fine sui Catalogi. *Abraham vir Christianissimus præfuit Ecclesiæ Hierosolymitanæ Patriarcha, in maxima pressura paganorum tempore Pii Papæ, scilicet anno MCCCXLVIII. Tandem feliciter migravit. Jacobus, Doctor sacræ pagine, Abraham succedens, et in magna egestate regens Patriarchatum, ceteris Christianis, in Terra sancta tum sub tributo degentibus, erat majum solamen, adjutorio Regalis Ducis Philippi de Burgundia : qui pridem consensu Soldani renovavit ecclesiam sancti Sepulchri, et annuatim magnam gazam isti Patriarchæ transmisit. Istius tempore Turcorum Imperator, pro parte Arabiam occupavit : quare necessitate coactus Episcopus monasterii montis Sinai, in quo corpus requiescit sanctissimæ Catharinæ Virginis et Martyris, debuit dare annuatim trecentos ducatos in tributum, et aliam summam pecuniæ in ænium. Quare præfatus Patriarcha misit quemdam monachum ejusdem monasterii ad Reges et Principes Europæ, cum magnis Reliquiis et cum uno dente S. Catharinæ, ad congregandam illam summam pecuniæ. Tandem iste Patriarcha obiit anno Domini MCCCCLXXXII. Marcus Catholicus et pius, miseratione divina Archiepiscopus Bethleem, et Patriarcha sanctæ urbis Hierosolymorum*

1) AUCTORE D. P.

et pro fide Christi ad mortem flagellatus.

E

Exinde credi possunt satis Catholici fuisse,

F Abraham, an. 1468,

Jacobus, 1472,

et Marcus. **A** *et sanctæ Sion, Syriæ et Arabiæ et trans mare Jordanis præfuit salubriter, quando scilicet ipse Theodoricus Pauli suo universali Chronico istum adscribebat; sicuti ego nunc possem ultimum, et adhuc (nisi nuperrime obiit) viventem scribere DOSITHEUM: qui anno MDCCLXXII Synodum Provinciam celebravit, pro asserenda contra Calvinistas reali præsentia Christi in Eucharistia, ude Acta Parisiis impressa Græcolatine habentur. Certe anno MDCCLXXV Antwerpæ excepi mærcatorem Armenum, qui ab eodem Patriarcha exhibebat impressas litteras, peractæ Confessionis et Absolutionis receptæ testes, cum facultate cuivis Sacerdoti confitendi. Erat harum litterarum tenor impressus typis Græcis, quales Menæorum Venetiis excusorum typi sunt, sub hoc titulo:*

Nunc Dositheus sedet.

ΔΟΣΙΘΕΟΣ ΕΛΕΩ ΘΕΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΗΣ
ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΠΟΛΕΩΣ ΙΕΡΟΥΣΑΛΗΜ
ΚΑΙ ΠΑΣΗΣ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗΣ.

Titulo, uncialibus litteris expresso, hinc inde adjunctæ erant tessellæ duæ, quarum altera Resurrectionem Christi, altera S. Jacobum repræsentabat;

eo fere modo, quo in Pontificum Romanorum Decretis impressis cernuntur Apostolorum Principes Petrus et Paulus. Subtus erat impressum sigillum, quali usum ante annos cccclxviii S. Albertum Patriarcham Latinum vidimus in Commentario de ejus Vita num. 77, exploso fictitio alio sigillo, quod præter illius seculi usum contraque veritatem afflictum ei diximus. Ipsum hic iterum considera, et intellige ne nunc quidem alio sigillo uti Hierosolymitanos Patriarchas.



PINIS.

VIDE APP.
TOM. VII BAJI
NOT. 32 *

INDEX SANCTORUM

TOMI III MAJI.

A

- A**bdas Episc. M. in Perside. *Ex MSS. Synaxariis Græcis* 371
- 16 Abdiesus Episc. M. in Perside. *Ex MSS. Synaxariis Græcis* 371
- 12 Achilles Martyr Romæ. *Ex Martyrologiis* 26
- 15 Achillius Ep. Larissæ in Thessalia. *Ex Menol. Basilii Imp. Synaxario et aliis* 464
- 12 Achilleus cum Nereo eunucbus Domitillæ. Acta scripta 4. Cultus sacer. Cœmeterium, Ecclesia Romæ. Translatio. Reliquiæ variis locis. Acta Martyrii 6 *Cap. 1 et 2* Matrimonii incommo-
do et virginitatis pulchritudo proposita S. Domitillæ 7 *et 8 Cap. 3* Exilium in Pontiana insula. Certamen cum discipulis Simonis Magi 9 *Cap. 5* Martyrium n. Historia translationis ad Ecclesiam propriam *Ex MS.* 13. Caput translatum ad Ecclesiam Vallicellanam 16 e
- 16 Adamus Abbas Firmi in Piceno. *Ex Ferrario* 623
- 14 Adactus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 283
- 14 Adeodatus M. in Africa. *Ex Martyrologiis* 283
- 14 Ægidius Ordinis Prædicatorum Scalabi sive Santarenæ in Lusitania. Cultus cum Officio Ecclesiastico. Memoria in variis 400. Vita Auctore Andrea Resendio Ord. Prædicat. Præfatio editoris Stephani de Sampayo 402. Prologus Auctoris 403. *Cap. 1* Adolescentia et conversio Ægidii : Vita in Ordine usque ad obitum acta 403. *Cap. 2* Amor ejus erga Deum extaticus frequenti raptu testatus 407. *Cap. 3* Visiones Sanctorum et futurorum prædictiones 410. *Cap. 4* Miraculosæ sanationes ad præsentis vel absentis invocationem impetratæ 413. *Cap. 5* Revelationes de ejus sanctitate ante et post ejus obitum 417. *Cap. 6* Miracula primo post obitum ejus anno patrata 420. *Cap. 7* Aliæ miraculosæ curationes 422. *Cap. 8* Reliqua libri tertii miracula 426. *Cap. 9* Miracula libro quarto comprehensa 431
- 14 Aframus M. in Africa. *Ex Martyrologiis* 283
- 13 Ager Martyr Polentiæ. *Ex Martyrologiis* 201
- 13 Agnes Abbatissa secundum Regulam S. Cæsariæ Pictavis in Aquitania : Vita *ex Læctionibus propriis et versibus Fortunati* 237
- 13 Agrippa M. Alexandriæ. *Ex Martyrologiis* 201
- 13 Agrippa Martyr Polentiæ. *Ex Martyrologiis* 201
- 12 Alexander Martyr Romæ. *Ex Martyrologiis* 26
- 13 Alexander Romanus Martyr Driziparæ in Thracia. Varia elogia 192. Acta Martyrii *ex Lipomano et MS. Græca. Cap. 1* Genus. Professio fidei. Tolerata Romæ tormenta 193. *Cap. 2 et 3* Iter Roma Berœam, et Driziparam. Martyrium, sepultura 195, 198. *Appendix* Templi S. Alexandri in Thracia. Ob Reliquias dissipatas Chaganus Rex Avarum punitur 200
- 13 Alexander Martyr Polentiæ. *Ex Martyrologiis* 201
- 14 Alexander M. in Africa. *Ex Martyrologiis* 283
- 14 Alexander M. CP. honoratus. *Ex MSS. Menæis* 285
- 15 Alexander Martyr. *Ex Martyrologiis* 454
- 16 Almarus M. in agro Carnotensi. *Ex Vita S. Emami* 592, 593
- 16 Aluobertus Ep. Sagionensis in Normannia. *Ex Officio Ecclesiastico et Actis S. Evermundi* 622
- 14 Ampelius Eremita Genuæ 362 Vita Auctore monacho Olivetano 363. *Cap. 1* Res in vita gestæ : felix obitus 363. *Cap. 2* Inventio et translatio corporis 363
- 15 Andreas M. Lampsaci. *Ex Fastis Græcis et Latinis* 450. Acta Martyrii *ex 5 MSS.* 450
- 13 Antoninus Hungarus 3 Ordinis S. Francisci Fulginii. *Ex Jacobillo, Waddingo et aliis* 250
- 13 Aphrodisius M. Alexandriæ. *Ex Martyrologiis* 201
- 12 Aphroditus M. Romæ. *Ex Martyrologiis* 26
- 14 Aprunculus Episc. Lingonensis, dein Claromontanus. *Ex epistolis Sidonii Apollinaris et Ruricii Episcopi Lemovicensis et Chronico Lingonensi* 368. Aliqua in Appendice 681
- 15 Aquilinus M. in Portu Romano. *Ex Mroll.* 456
- 15 Aquilinus M. in Isauria. *Ex Martyrologiis* 568
- 16 Aquilus sive Aquilinus M. Cortonæ. *Ex Mroll.* 569
- 14 Audactus M. in Africa. *Ex Martyrologiis* 283
- 14 Augia Martyr Apte-Julis. *Ex Saussayo et Ferrario* 284

B

- B**achtisoes M. in Perside. *Ex Menol. Basilii Imp. et aliis* 464
- 14 Barbarus M. Methonæ Venetias delatus. *Ex Mroll.* 285. Acta apocrypha *ex Petro de Natalibus* cum Censura 285
- 14 Barbarns M. CP. honoratus. *Ex MSS. Menæis* 285
- 12 Barontius bubulcus Bettonæ in Umbria 22 c
Martyrium 25 c d
- 15 Benedimus M. Athenis. *Ex Menol. Basilii Imp. et aliis* 452
- 14 Benignus monachus et eremita Perusiæ. Acta *ex Jacobillo.* Ecclesia illi dicata cum cœnobio addito. Pars Reliquiarum in Cathedrali 369
- 15 Bertha Mater S. Ruperti Ducis Binghiæ. *Ex hujus Vita* 501. Ejus sanctitas. Conjugium et viduitas 502. In visione præmonetur de obitu filii, apud quem sepelitur 505
- 14 Bonifacius Ep. Ferentinus in Hetruria. Cultus. Corpus an Viterbii an vero in Hernicis? Tempus vitæ 370. Elogium *ex Dialogis S. Gregorii Papæ* 370
- 14 Bonifacius Romanus M. Tarsi in Cilicia 279. Vita *ex MSS. Latinis Cap. 1* Conversio a vita libidinosa. Iter Tarsense. Obsequium Martyribus præstitum. Comprehensio 280. *Cap. 2* Varia tormenta illata. Martyrium, Corpus Romam delatum 282
- 14 Bonifacius M. Beneventi, ubi Corpus adservatum 280
- 15 Boninus M. Papiæ. *Ex Inscriptione et Ferrario* 456
- 14 Bonosius Ep. Salernitanus. Corpus in altari. Tempus Sedis. Festum. Aliqua *ex Caracciolo et Ughello* 373
- 16 Brandanus Abbas Cluainfertensis in Hibernia. *Cap. 1* Ortus, educatio, institutio, monasteria constructa. S. Furseus instructus 396. *Cap. 2* Illustria apud alios Sanctos gesta. Fabulosa Acta rejecta. Cultus miracula 598

INDEX SANCTORUM

C

- C**æcili et sociorum adventus in Hispaniam. Hymnus antiquus 440. Acta *ex antiquo Breviario* 442
- 13 Cæsarea Virgo prope Castrum in Calabria. Sacellum Luconiani et Francavillæ 496. Vita *ex MS. Italico vetustiori* 497. Alia *ex MS. Ital. recentiori* 499
- 16 Carentocus Ep. Abbas in Wallia et Hibernia 582. Vita de fabulositate suspecta. *Ex MS. Exordium antiquius* 583 *Posterius* 583. Historia Vitæ 583
- 14 Carthacus seu Mochuda Ep. et Ab. Lismoriensis 374. Vita *ex duplici MS. Legendario* 374. Alia Vita *ex antiquo MS. Hibernico. Cap. 1* Ortus, juvenus 377. *Cap. 2* Discessus in Mediam. Monasterium Raithin constructum. Miracula patrata 379. *Cap. 3* Illustria gesta in monasterio Raithin: mortui suscitati, absentia et futura cognita: alia miracula 381. *Cap. 4* Violente pulsus e Media, discedit in Momoniam: et condito Lismoriensi monasterio pie moritur 384
- 14 Cassius M. Claromonte. *Ex Gregario Turonensi, Joanne Sovarone et aliis* 453. Acta a S. Projecto scripta desiderantur: alia apocrypha omittuntur 453
- 13 Cervolus Beneventi. Inventio. *Ex Chronico Falconis* 466
- 13 Chottia sive Chotidia Martyr. *Ex Martyrologiis* 454
- 15 Chrysanthus Presb. Papiæ. *Ex Actis S. Syri et aliis* 443
- 13 Christianianus M. Asculi in Piceno. Patrocinium contra grandinem et tempestatem ibi et in diocesi Laudensi 203
- 12 Chryspolitus Ep. Bettonæ in Umbria 22. Vita *ex MS.* 22
- 14 Claudius M. Roma Antuerpiam delatus 286
- 14 Coluthus M. CP. honoratus. *Ex MSS. Menæis* 285
- 14 Constantius Ep. in Italia depositus, Cultus et ecclesiæ, Beneventi, Capreis et Massæ Lubrensis. Compendium vitæ *ex Ferrario* 373
- 14 Corona M. in Ægypto. *In Actis S. Victoris.* Memoria in Fastis Latinis et Græcis 264. Confortat S. Victorem: constans in fide, arboribus alligata discinditur 267. Cultus et Reliquiæ variis in locis 268
- 13 Credulus M. Polentiæ. *Ex Martyrologiis* 201
- 15 Ctesiphontis et sociorum adventus in Hispaniam. Hymnus antiquus 440. Acta *ex antiquo Breviario* 442
- 12 Cyriacus Martyr Romæ. *Ex Martyrologiis* 26
- 15 Cyriens M. in Portu Romano. *Ex Martyrol.* 436
- 13 Cyrilla Martyr Alexandriæ. *Ex Martyrologiis* 201
- 13 Cyrilla Martyr Polentiæ. *Ex Martyrologiis* 201

D

- D**amianus M. in Aprutio *Ex Ferrario, Ughello et Lectionibus de Translatione* 566. Cetera sunt conficta 567
- 12 Dannius Presb. Bononiensis Amolæ. Locus habitationis et sepulturæ, Miracula 179
- 14 Demeratia M. in Africa. *Ex Martyrologiis* 283
- 15 Dimidrianus Ep. Veronæ. *Ex Augustino Valerio et aliis* 432
- 15 Dignus Martyr. *Ex Martyrologiis* 434
- 16 Dioeletianus seu Dijudicianus M. *Ex Mroll.* 569
- 15 Dionysia Virgo Martyr Lampsaci. *Ex Fastis*

Græcis et Latinis 450. Acta Martyrii *Ex 5 MSS.* 450

- 15 Dionysia M. in Portu Romano. *Ex Martyrol.* 436
- 12 Dionysius patruus S. Pancratii Martyris. *Ex hujus Actis* 17 b, 21 b
- 13 Disciola sanctimonialis Pictavis in Aquitania 237. Acta *ex Gregorio Turonensi* 237
- 13 Dominica Virgo apud lacum Comensem in Insubria. Ecclesia illius in introitu Vallis-Tellinæ. Videtur extra septa monastica Virgo Deo devota vixisse 238
- 12 Dominicus Calceatensis in Rivogia Hispaniæ provincia et diocesi Calagurritana 166. Congressus cum S. Dominico de Silos, an etiam cum S. Joanne de Urtica. Tempus obitus 167. Vita *ex antiquo Lectionario Asturicensi* a Tamayo Salazar edita 167. Miracula ex Hispanico Ludovici de la Vega. *Cap. 1* Injurie in Sanctum punitæ: captivus liberatus, suspensus innocens servatus 169. *Cap. 2* Sanitas variis collata: captivi liberati, urbs servata contra Petrum Crudelem 171. *Cap. 3* A morte liberati aut resuscitati, cæci illuminati, loquela donata 173. *Cap. 4 et 5* Miraculosæ curationes et gratiæ recentiores. *Ex authenticis instrumentis* 176, 177
- 12 Domitilla Virgo. Acta scripta 4 Cultus. Translatio. Reliquiæ variis locis 6. Acta martyrii *ex MS. 6. Cap. 1 et 2* Matrimonii incommoda et virginitatis pulchritudinem discit ex SS. Nereo et Achilleo: sacrum velum suscipit 7, 8. *Cap. 3* Exultat in Pontiana insula 9. *Cap. 6* Martyrium subit 12
- 15 Dominus Diaconus Placentiæ in Italia. *Ex Ferrario et Ruffino monacho* 468
- 16 Domnolus Ep. Cenomanensis. §. 1 Vita scripta. Cultus. Reliquiæ 600. §. 2 Tempus Sedis et obitus. Peracta circa obitum S. Leonardi Vendoporensis 601. Vita auctore Presbytero Cenomanensi cœvo 603. *Cap. 1* Iter Romanum. Episcopatus. Monasteria constructa 604. *Cap. 2* Miracula in vita patrata 605. *Cap. 3* Virtutes. Obitus, sepultura, miracula 606. Alia Vita *ex MS. Amisoleusi* 619. Testamentum 608
- 15 Dorotheus Eremita Lucæ in Italia. *Ex relatione submissa a Francisca Maria Florentino* 509
- 15 Dorus Beneventi. Inventio. *Ex Chronico Falconis* 466
- 15 Dynapua Virgo Martyr Gelæ in Brabantia 475. Inquiritur a cuiate Rege occisa sit 476 Corpus visitatum et translatum, templa illi dicata 478. Vita auctore Petro Canonico S. Auberti. *Ex MS. 478 Cap. 1* A parte ad incestas nuptias postulata, fugit in Brabantiam et Gelæ moratur 478. *Cap. 2* Quæsitæ, et inventa frustra sollicitatur 481. *Cap. 3* Martyrium et sepultura 482. Historia miraculorum 485. Miracula recentiora ab an. 1604 ad 1668 facta. *Ex codicibus Ecclesiæ Gelensis Latine translata.* 487 et seqq.

E

- E**inanus Presb. Mart. in agro Carnotensi 592. Vita auctore cœvo *ex MSS. 593. Cap. 1* Patria Cappadocia. Acta Romæ, Mediolani, Augustoduni, Miracula 593. *Cap. 2* Sacerdotium. Miracula in agro Carnotensi. Martyrium 595
- 12 Epiphanius Ep. Salaminæ seu Constantiæ in Cypro. *Caput 1* Cultus apud Græcos et Latinos. Vita sub ementito discipulorum nomine compilata

- pilata 36. *Cap. 2* Casti adolescentis monachatus. vitæ ætas, et quædam in Episcopatu gesta 38. *Cap. 3* Liberalitas erga pauperes, mutuæ inter eum et Joannem Hierosolymitanum querelæ 40. *Cap. 4* Prophetiæ donum. Ancoratus et liber de hæresibus scriptus 42. *Cap. 5* Extrema Constantinopoli acta: mors in reditu obita 44. *Cap. 6* Examinantur Acta edita, quatenus a Joanne conscripta finguntur 46. *Cap. 7* Cetera, ut a Polybio adjuncta obtruduntur, explosa. Liber de Vita et sepultura Prophetarum 48. Aliqua in Appendice 667
- 14 Erembertus Ep. Tolosæ et Fontanellæ. Natalis et duplex Translatio 387. Vita *ex MS. et editionibus Catelli et Mabillonii* 388
- 15 Euphrasii et sociorum adventus in Hispaniam. Hymnus antiquus 440. Acta *ex antiquo Breviario* 442
- 13 Euphrosina Virgo Mart. Cultus sacer 5 e. Instituitur in fide a S. Domitilla 12 d. comburitur 13 a
- 16 Eupuria Virgo Cajetæ in Latio 572. Historia miraculorum. *Ex MS.* 573
- 12 Eusebius monachus Agyrii 26. cultus 27 b. res gestæ 32 e
- 13 Eutitius Presb. apud Surianum in Hetruria 457. Vita *Ex MS.* 458. Translatio corporis 460. Analecta de ejus ecclesia et manna ibidem scaturiente 461
- Felix Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 284
- 13 Felix M. in Portu Romano. *Ex Maroll.* 456
- 15 Felix Beneventi. Inventio. *Ex Chronico Falconis* 466
- 16 Felix Martyr Urzali in Africa. *Ex Martyrol. Rom. et Miraculis S. Stephani* 570
- 16 Fidolus Presb. Abbas Trevis 585. Vita *ex 4 MSS. et Camusoto* 586
- 16 Flavianus Mart. Anconæ Patrocinium 561. Acta martyrii *ex MS. Anconitano* 562 Corpus inventum et translatum 564
- 15 Florentius Ep. cultus Camiliæ in Hetruria 469 an Episcopus Populoniæ? 469
- 16 Fortis Episc. Burdegalæ Mart. *Ex MS. Maroll. Burdegalensi et Ferrario* 570
- 15 Fortunatus Presbyter Papiæ. *Ex Actis S. Syri et aliis* 443
- 16 Franciscus Senensis Ordinis Servorum B. Mariæ Senis 652. Vita *ex Chronico Servorum Michaelis Florentini* 653. Depositiones testium super Vita et miraculis. *Ex MS. Cap. 1* Articuli propositi testibus in judicio oblatis et horum nomina 656. *Cap. 2* Pars prior de Virtutibus ejus 657. *Cap. 3* Pars posterior de insignibus sanctitatis 659 *Cap. 4* Analecta ex depositione aliorum testium. Inspectio corporis. Judicium Romani Consultoris 661
- 16 Francovæus monachus apud Nivernenses. Vita *ex MSS. Nivernensibus* 624
- G
- Gaius Mart. Cortonæ. *Ex Martyrologiis* 569
- 13 Gagus Mart. Polentiæ. *Ex Martyrol.* 201
- 16 Garanus Martyr Ephesi. *Ex Martyrologiis* 569
- 12 Gemma Virgo reclusa prope Sulmonem 180. Vita *ex MS. Italico* 181
- 16 Gennadius Mart. Uzali in Africa. *Ex Martyrologiis Rom. et Miraculis S. Stephani.* 570
- Maji T. III
- 16 Gentius solitarius Bausseti in Carpentoractensi diœcesi. *Ex notitia inde missa* 624
- 13 Gerardus solitarius 3 Ordinis S. Francisci in Villa-magna prope Florentiam 243. Vita per Bartholomæum a Quercu Parochum. *Ex MSS. Italicis* 247. Appendix *ex epistola Italica* 250
- 13 Gerebertus Sacerdos Martyr Gelæ in Brabantia. *Ex Vita S. Dymphnæ* 475. Cultus. Corpus Sonsbecæ servatum 476. Fuga in Brabantiam et habitatio Gelæ 482. Martyrium 483
- 12 Germanus Patriarcha Constant. *Cap. 1* Cultus sacer. Studia et virtutes in juventute 153. *Cap. 2* Res gestæ usque ad annum dccxx. Archiepiscopus Cyzicenus, Patriarchatus C P. 154. *Cap. 3* Acta cum Leone Isaurico pro cultu imaginum 156. *Cap. 4* Laudatus a S. Gregorio 2 Papa. Nomen diptychis inscriptum. Libri ab eo editi 157. Varia in Appendice 677
- 12 Germanus Hegumenus, fundator monasterii Cosinitres 160. Vita *ex MS. Græco Florentino* Interprete Daniele Cardono Soc. Jesu. *Cap. 1* Vita monastica in Palæstina. 161. *Cap. 2* In Europam missus, Oratorium D. Virgini extruit, aliud exorditur, prodigio geminæ Crucis animatus 162. *Cap. 3* Construit monasterium, quo perfecto moriturus suos alloquitur 164 Vita Græca 6 *
- 16 Germerius Episcopus Tolosæ 588. Vita *ex veteri MS.* 589
Joanna, filia Alfonsi Quinti Lusitanæ Regis, Virgo sanctissima, in Conventu monialium Jesu oppidi de Anecito, admirabili vitæ puritate et amore Sponsi resplendit, quam Dominus quoque multis miraculis decoravit. Ejus Acta magno volumine manuscripto sincerissima fide consignata servantur. Ita indiculus post Martyrologium Ordinis Prædicatorum Romæ excusum, in quo pag. 99 et 100 indicantur Sorores Beatæ Ordinis S. P. Dominici. Sancte mortua dicitur anno mccccxc die xii Maji, ad quem refertur in Hagiologio Lusitano Georgii Cardosi, ubi longo ordine citat Auctores, qui de ejus Vita scripserunt : inter quas primo loco citatur Mater Catharina Penheira contemporanea, a qua scripta Vita conservatur MS. in dicto conventu. At Vitam typis vulgaverunt Nicolaus Dias Lusitanus Dominicus anno 1585, Hieronymus Roman Lucroniensis Augustianus anno 1595. Joannes Lopez 3 par. Historiæ Ordinis S. Dominici lib. 3 cap. 53 et 11 sequentibus a pag. 320 ad 341. Ludovicus dos Aagos in horto Lusitano Sanctarum et Illustrium seminarum num. 107 a pag. 286 ad 306. Antonius Vasconcellus de Regibus Lusitanæ, Anacephalaxosi 17 a pag. 237 ad 262, et mortuam asserit pridie Idus seu xiv Maji, eumque sequitur Abrahamus Bzovius ad annum 1490, cum Arturo in Gyneæo sancto. At die xiii Maji mortuam tradunt Joannes de Rechac de S. Maria par. 2 capitibus 12, a pag. 25 ad pag. 66. Hilarion de Coste in Elogiis Regnarum et illustrium Matronarum a pag. 334 ad 354. Omitto plures recensere, donec mittatur aobis prima illa, quam expectamus, Vita.

Cherubinus Surrenti a Turcis occisus anno 1556

Balthasar { in Florida occisi anno 1587

Petrus {

Jacobus in territorio Firmano 13 seculo

Bernardinus Astensis 2 Generalis Capu-
cinorum.

Antonius a S. Vincentio in Lusitania
16 seculo

Sebastianus a Casis in Hispania sub finem
16 seculo

Barbara Traveria Valentix in Hispania

Maria Gomes Hispana cum dicta Barbara refertur a
Laherio.

S. Germerius, Episcopus Tolosanus, dicitur a Ca-
tello in Languedocia pag. 836 coli hoc die. Verum
in Breviario Tolosano refertur xvi Maji.

B. Guido Cortonensis, Sacerdos Ordinis Minorum,
ab aliquibus hoc die traditur mortuus. Verum ex
concessione Gregorii XIII festum ejus celebratur in
tota diocesi Cortonensi die, quo alii obiisse tradunt,
xii Junii

S. Liborii, Episcopi Cenomanensis in Gallia Trans-
latio aliqua reliquiarum Ameriam, indicata est
a Bollandi in Vita illius seorsim edita, et iterum di-
cetur

Ordinis S.
Francisci,
cum titulo
Beati re-
feruntur ab
Arturo in
Martyrol.
Francisc.
et Barba-
ra in ejus
Gyneæo.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 35 **

xxiii Julii
S. Boni

- S. Boni Martyris translatio corporis, Roma Ulyssiponem, ad conventum SS. Trinitatis, facta anno 1658, indicatur in *Hogiologio Lusitano Cardosi*, tradentis illum esse S. Bonum Presbyterum ac Martyrem *relatum* 1 Augusti
- S. Hippolyti Martyris Translatio corporis, Roma Suessionem ad ecclesiam S. Medardi, et inde Parisios ad Ecclesiam S. Dionysii, *notatur in Martyrologio Gallicano Saussagi, et tunc cessasse tempestatem vastæ mortalitatis indicatur in MS. Reginæ Sueviæ. Dies ejus natalis est* XIII Augusti.
- S. Euthalia Martyr, *inscripta Menæis Græcorum, et apud Cytheræum. Iterum cum illustri encomio, quod et Latini sequuntur,* XXII Augusti.
- S. Nonnosi Confessoris inventio corporis *inserta est Additionibus scriptis Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum. Videtur esse S. Nonnosus Abbas in monte Soracte, in Martyrol. Rom. relatus* II Septembris.
- S. Guido Confessor in Anderleete Brabantiæ *prope Bruzellas, memoratur a Greveno et Canisio. Colitur* XII Septembris.
- S. Mauritii exceptio Reliquiarum *inscripta est Martyrologio Turonensi, et in Breviario Monasterii-majoris sub annum 1534 excuso præscribuntur octo priores Lectiones de Subventionem S. Martini, et quatuor alix de S. Mauritio. In Breviario Turonensi anni 1612 totum Officium fit de S. Mauritio tam hac die quam etiam die* XXII Septembris.
- S. Andronici { Dormitio. *Græci in Menæis et apud*
S. Athanasix { *Cytheræum. Coluntur in Martyrologio Romano* IX Octobris.
- S. Antonina et sex Sociæ, Virgines et Martyres Ursulanæ, *coluntur Colonia in Ecclesia S. Joannis Baptistæ : de quibus ogendum erit ad Vitam S. Ursulæ.* XXI Octobris.
- S. Theodoretus, Presbyter Antiochenus, *refertur a Græcis in Menæis et opud Maximum Cytheræum. Est is sub Juliano Apostota passus, et alius sæpius Theodorus dicitur, coliturque potissimum* XXIII Octobris.
- S. Severini, Episcopi Coloniensis, *ordinatio inscripta est Martyrologio Colonia et Lubecæ sub annum 1490 excuso : item Germanico Canisii, et Auctario Gre-*
- veni ad Usuardum, ac Fastis Agrippinensibus Gelenii. De ea Ordinatione agi poterit ad XXIII Octobris.*
- S. Anastasiæ festum, quod Mottæ in Sicilia solenni ritu quôtannis agebatur 12 Maji Scipio Caracciolus Catanensis Episcopus in primam post festum Pentecostes Dominicam per annua reverticula transtulit celebrandum, scriptis litteris Catanæ 13 Martii 1525, ne solenniis D. Philippi Agyrensis esset impedimento. *Ita Joan. Bapt. de Grossis in sua Catana sacra §. 66. non addens cujus Anastasiæ; pleniorum proinde lucem optamus, si est a vulgo notis diversa, pro die* XXVIII Octobris, *vel Romanæ Martyris Natali* XXV Decembris. *quando de illu etiam agi poterit, nec non de altera, cujus reliquiæ, juxta Rocchum Pyrrhum in Notitia Ecclesiæ Syracusanæ, dono Principis Buterensis servantur Buterii apud Benedictinas, colunturque* XII Octobris.
- Lugæthus, filius Ængussii, *indicatur in MS. Tam-lachtensi, Est Lugadius filius Ængussii Regis Munoniæ, sed is refertur ad* II Novembris.
- Ysanus Abbas, discipulus S. Iltuti in Britannia, *cum titulo Sancti indicatur in Kalendario quodam MS. Sanctorum Ordinis Benedictini, potissimum desumpto ex Trithemio : qui libro 3 de Viris illustribus dicti Ordinis cop. 40, de Isano agit, nullo assignato obitus aut venerationis die. Quare nisi alius occurrat cum certa venerationis designatione, poterit de eo agi, cum S. Iltuto sive Eltuto, die* VI Novembris.
- S. Martini, Episcopi Turonensis, *solemne Officium celebratur sub titulo subventionis in Turonensi Breviario et Majoris Monasterii, de quo ad ejus primum festum agendum.* XI Novembris.
- B. Werrius, Prior Alnensis, Ordinis Cisterciensis, *in Kalendario sub annum 1617 excuso, item apud Henriquez et Chalemotum. In Vita MS. dicitur obiisse IV Nonas Decembris; et quam nos habemus Nonis : aliis XVII Kal. Januarii id est II aut V aut XV Decemb.*
- B. Adalsendis Virgo, filia S. Rictrudis, *occasione matris, quæ hac die colitur, memoratur a Ferrario et aliis. At proprium diem habet* XXIV Decembris.

VIDE APP.
TOM VII MAJI
NOT. 36 "

NOT. I
VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 38 "

VIDE UT SUPRA
NOT. 37 "

DE SANCTIS MARTYRIBUS

NEREO ET ACHILLEO EUNUCHIS, FLAVIA DOMITILLA, EUPHROSYNA ET THEODORA,

G. H.

VIRGINIBUS ROMANIS, TERRACINÆ IN LATIO.

Eusebius Pamphili lib. 3 *Ecclesiasticæ historiae* cap. 17 *asserit, Domitianum Imperatorem, Neronianæ impietatis, bellique et odii adversus Deum fuisse successorem, et secundum qui persecutionem in Christianos concitavit. Relata dein cap. 18 S. Joannis Evangelistæ in insulam Pathmum ablegatione, istu addit : Porro his ipsis temporibus doctrina fidei nostræ tantopere florebat ut scriptores etiam a nostra religione alienissimi, et persecutionem et martyria nostrorum monumentis suis tradere non dubitarint. Qui quidem etiam tempus ipsum persecutionis accurate notarunt. Scribunt enim anno Principatus Domitiani quinto decimo Flaviam Domitillam, Flavii Clementis, ejus qui tunc temporis Romæ Consul fuit, ex sorore neptem, una cum aliis plurimis ob confessionem Christi in insulam Pontiam fuisse deportatam. Hæc ibi.*

Unus ex his scriptoribus videtur indicari a S. Hieronymo, in Chronico Eusebiano, his verbis : Scribit Brutius, plurimos Christianorum sub Domitiano fecisse martyrium, inter quos et Flaviam Domitillam, Flavii Clementis Consulis ex sorore neptem, in insulam Pontiam relegatam, quia se Christianam esse testata sit. Fuerunt Brutii apud Romanos celebres : ex quibus Brutius Præsens cum Imperatore Antonino Pio Consulatum gessit anno cxxxix, et dein cum Antonio Rufina anno cclm. Iterum, nisi alius et forsan hujus filius, Brutius Præsens Consul fuit anno clxxx cum Quinctilio Gordiano. Præterea in antiquis inscriptionibus memorantur L. Brutius Celer et L. Brutius Primitivus. Arbitramur autem inter horum majores fuisse Brutium, qui exitium S. Flaviæ Domitillæ, cum hæc forsan adhuc viveret in Pontia insula, descripsit, neque recurrendum esse ad Erucium

et nominatum a Brutio :

SUB FIN.
SEC. I.

Exitium S. Domitillæ scriptum ab ethnicis scriptoribus.

A Erucium sive Erycium, uti Cæsar Baronius aut Erycius Puteanus voluerunt corrigere.

2 Floruerunt primo, imo et secundo Christi seculo varii rerum Christianarum scriptores, qui cum plerisque Hagiographis sua aevia Græco sermone exararunt. Ipse etiam S. Clemens Papa (qui sacrum Virginitatis velum S. Flaviæ Domitillæ consanguineæ suæ imposuit) nomine Ecclesiæ Romanæ epistolam Græce ad Ecclesiam Corinthiorum scripsit. Quo etiam modo Acta S. Flaviæ Domitillæ, et SS. Nerei et Achillei eunuchorum aliquis Græco sermone contexit, quæ alius, uti in Prologo testatur, de Græco transtulit in Latinum. Hæc Acta optimæ fidei scripta edidit Surius, sed dictione plerumque in gratiam lectoris nonnihil expolita: quam nos damus stylo genuino, ex pervetustis et optimæ fidei membranis codicibus, videlicet Trevirensi monasterii S. Maximini, Windbergensi Ordinis Præmonstratensis in Bavaria, Audomarensi Ecclesiæ Cathedralis, duplici Ulprojectino S. Pauli et S. Salvatoris, triplici Reginæ Succinæ numero 13, 81 et 482, Ruben Vallis prope Bruellas Canonicorum Regularium, et Bodecensi in Westphalia eorumdem Canonicorum, quodque potissimum astinamus, ex duplici eoque valde egregio codice nostro, quorum alter ab octingentis annis apparet exaratus, alter in magno folio continuatur in variis voluminibus usque ad finem anni. Extant eadem in monasterio S. Huberti apud Arduennates, in monasterio Capuano Sanctimonialium S. Joannis, et in bibliothecis Romanis Lateranensi, Vaticana, Vallicellensi. Nec plures codices annotare lubuit.

3 Alia Acta invenimus multo breviora, quæ in Ecclesia Terracineni (nam ibidem horum Martyrum quinque in titulo prepositi, passi sunt) solebant ad Matutinum in Lectioes distributæ recitari, et servantur Romæ in Archivio S. Mariæ Majoris, indeque descripta in bibliotheca Vallicellana Patrum Congregationis Oratorii in tomo littera F signato. Sunt ea elegantiae fluidi ductu stylo, sed nullam habere possunt ab antiquitate commendationem: quare etsi ea transcribi curaverimus, non putavimus tamen hic esse danda: digna est tamen ne omittatur, addita sub finem Oratio seu Collecta, qua utitur Ecclesia Cathedralis civitatis Terracinae in diebus feriatis totius anni et in festis semiduplicibus ac simplicibus: et est hujusmodi. Aure tuæ pietatis, piissime Deus, precibus nostris accommoda, et tuam misericordiam, quam pro reatibus nostris non meremur, Sanctorum tuorum Cæsarii, Juliani, Felicis, Eusebii, Eleutherii atque Silviniani, Ansia, Silviae, Rufinae, Domitillæ, Euphrosynæ atque Theodoræ, quorum patrocinio confidimus, meritis consequamur. Per Dominum nostrum etc. Ex his, qui primo loco ponitur, Cæsarius Diaconus sepelivit corpora SS. Domitillæ, Euphrosynæ et Theodoræ ultimo loco relatorum, et ipse postea Terracinae cum Juliano Presbytero martyrio coronatus est Kalendis Novembris. Horum duorum corpora sepeliverunt Felix Presbyter et Eusebius, et ipsi pro Christi nomine capite plexi Nonis Novembris. Eleutherius videtur esse Episcopus urbis Aecanæ, nunc Trujæ dictæ in Apulia, sed Romæ cum matre Anthia, hic Ansia, sub Hadriano Imperatore passus xviii Aprilis, ad quem diem Acta elucidavimus. Non æque facile nobis est indicare quid sentiendum de reliquis tribus Silviniano, Silvia, et Rufina. Fuerunt SS. Sulpitius et Servilianus, adhuc ethnici, desponsati SS. Euphrosynæ et Theodoræ, et ob eorum et matrem a S. Domitilla sanatos, Terracinae ad fidem Christi conversi, et sub Aniano Urbis Praefecto decollati. An ergo loco Silviniani legendum Servilianus? Verum tunc quomodo non adisset socius in conversione et martyrio Sulpitius? Demum Rufina et Secunda sorores sub Valeriano et Gulliena passæ sunt Romæ x Julii. An ergo Secunda foret, quæ in oratione Silvia dicitur? Sunt autem et Silvia mater

S. Gregorii Magni, et Silvia Virgo et Martyr Brixiana. Sed hæc relinquuntur Terracinenisbus excutienda, nobis sufficiunt ista relata, ut Acta ista secunda ostendantur fuisse a Terracinenisbus in pretio habita, et in officio Ecclesiastico recitata.

4 Edidimus ad diem x Martii Acta B. Andreae Abbatis Vallumbrosani in Hetruria, cui adjunximus § 3 Vitam Joannis Eremitæ Cellarum anno MCCCLXXXI defuncti, in qua dicitur hic vitam S. Domitillæ, neptis Domitiani Imperatoris, non incondita et tumultuaria oratione et sermone incomposito, ut quidam; verum Latino et summa dignitate ornato, cum omnibus, quæ ad officia Ecclesiastica pertinent, edidisse. Verum an sit ista Vita de qua egimus, nos latet: potius arbitramur illam aliquot seculis citius fuisse compositam. Illustrem quoque mentionem S. Flaviæ Domitillæ facit S. Hieronymus in Vita S. Paulæ viduæ; quam nos edidimus ad xxvi Januarii, in qua num. 6 ista leguntur: Delata est Paula cum filia Eustochio ad insulam Pontiam, quam clarissimæ quondam feminarum sub Domitiano Principe, pro confessione nominis Christiani, Flaviæ Domitillæ nobilitavit exilium: vidensque cellulas, in quibus illa longum martyrium duxerat, sumptis fidei alis Hierosolimam et sancta loca videre cupiebat. Hæc ibi. Est autem Pontia insula a littore et urbe Terracina dissita triginta duobus millibus passuum; sive, ut Strabo loquitur, ducentis et quinquaginta stadiis.

5 Dies natalis, qua martyrium compleverunt SS. Flavia Domitilla, Euphrosyna et Theodora, non indicatur in Actis antiquis; censetur tamen esse vii Maji, ad quam ista habet Usuardus: Nonis Maji. Apud Terracinam Campaniæ urbem natalis B. Domitillæ Virginis et Martyris, quæ cum esset Flavii Clementis Consulis ex sorore neptis, et a S. Clemente velamine sacro consecrata, persecutione Domitiani cum aliis plurimis in insulam Pontiam exilio deportata, longum inibi martyrium duxit. Novissime doctrina ac miraculis cum convertisset plurimos ad fidem Domini, incenso cubiculo a quodam Judice, in quo simul cum suis Convirginibus, Euphrosyna videlicet et Theodora clausa morabatur, cursum gloriosi martyrii sui consummavit. Plura ex Actis addiderunt Ado et Notkerus, quos secutus auctor Martyrologii sub nomine Bedæ suppositi, et passim alii recentiores, cum hodierno Martyrologio Romano, in quo sub finem additur, celebrari etiam una cum sanctis Martyribus Nereo et Achilleo die duodecima Maji: quo die sub ritu semiduplici in hodierno Breviario horum festum agitur, et illa recitatur Oratio: Semper nos, Domine, Martyrum tuorum Nerei, Achillei, Domitillæ atque Pancratii foveat, quæsumus, beata solennitas, et tuo dignos reddat obsequio. Præterea in secundo Nocturno lectio quarta recitatur de SS. Nereo et Achilleo, quinta de S. Flavia Domitilla, et sexta de S. Pancratio, sub Diocletiani et Maximiani tyrannide passu: cujus Acta infra damus. Dicitur autem xii Maji celebris est memoria SS. Nerei et Achillei etiam inscripta antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis, et genuino Martyrologio Bedæ ac Martyrologio Rabani, sed absque elogio: quod edidit Usuardus hujusmodi. iv Idus Maji Romæ via Ardeatina, natalis sanctorum Martyrum Nerei et Achillei fratrum: qui primo apud insulam Pontiam longum duxerunt exilium, et postmodum a quodam Judice verberibus gravissimis sunt attractati. Deinde cum eculeis et flammis compellerentur ad immolandum, et dicerent se a B. Petro Apostolo baptizatos, nulla ratione posse idolis immolare, capite cæsi sunt. Hæc Usuardus, quibus ista addit Ado: Quorum corpora rapuit Auspicius discipulus eorum, nutritor sanctæ Virginis Domitillæ: quæ etiam naviculæ imposita adduxit, et in prædio Domitillæ in crypta arenaria sepelivit via Ardeatina,

Acta horum Sanctorum mox Græce scripta et Latine redacta,

eduntur ex optimæ fidei MSS.

Alia Acta Terracinae legi soluta,

cum oratione de Patribus istius Ecclesiæ.

D AUCTORE G. H.

Alia S. Domitillæ Vita scripta a Joanne Eremita Cellarum:

illius mentio in Vita S. Paulæ.

Cultus sacer SS. Domitillæ, Euphrosynæ et Theodoræ 7 Maji,

c. 12 Maji

quo cæsi SS. Nereus et Achilleus.

A Ardeatina, a muro Urbis milliario uno et semis. **AUCTORE G. U.** *Similia habent Notkerus et alii recentiores cum magna approbatione Actorum tom S. Domitillæ et sociarum, quam SS. Nerei et Achillei.*

Cæmeterium SS. Nerei et Achillei,

6 *Inter Pontifices Romanos floruit sexto seculo S. Joannes I, anno dxxvi defunctus, cujus Acta illustramus ad diem xxvii Maji, et in iis ista leguntur uti et in antiquis Breviariis Romanis: Ille Papa Joannes perfecit cæmeterium beatorum Martyrum Nerei et Achillei via Ardeatina. At loco perfecit legitur apud Anastasium Bibliothecarium, fecit: in codice MS. Thuano et Freheriano altera refecit, in MS. Mazari-niano restauravit. Verum ut annotavit Baronius ad hunc xii Maji, fuit vetus Romæ titulus nomine horum Martyrum, cujus habetur mentio in registro S. Gregorii Papæ lib. 4 epist. 44, ubi idem Gregorius habuit homiliam xxviii in Evangelia. Erant ibi sepulta eorumdem Martyrum corpora simulque Flavie Domitillæ, quibus alludit cum ait: Sancti isti, ad quorum tumbam consistimus, florentem mundum mentis despectu calcarunt etc. Quæ tria sacra corpora hoc ipso anno, quo hæc denuo eudimus, mxcvii, quinto Idus Maji, ex Diaconia S. Hadriani, quo sub*

Ecclesia Romæ,

eorum et S. Domitillæ corpora

B Gregorio Nono translata fuerant, ac demum sub Sixto V ab Augustino Cardinale Cusano, ejusdem Ecclesiæ tunc Diacono Cardinale, altari majore a se magnificentius extracto, decentius collocata; nos restituto titulo, S. D. N. Clemente Octavo concedente, in suum pristinum locum celebri pompa reduximus, una cum eorum capitibus, thecis auratis inclusis. *Hæc Casus Baronius, a dicto Clemente Papa anno mxcvii Cardinalis titulo SS. Nerei et Achillei creatus: cujus liberalitate inquit Paulus Aringhus lib. 3 Romæ subterraneæ cap. 18, dignissima eximie Virginis ac sociorum Martyrum capita argento inclusa, quod eorumdem imaginem exhibet, in nostra B. Mariæ et S. Gregorii in Vallicella ecclesia, scilicet Patrum Congregationis Oratorii, trophæorum instar perhonorifice asservantur. Historiam originalem translationis cum Bullis Clementis VIII infra damus.*

post varias translationes

ad illam relata:

capita in ecclesia Vallicellana.

7 *Non desunt interim Ecclesiæ quæ gloriantur patrocinio horum Sanctorum, eo quod habeant eorum sacras Reliquias. Saussayus in Supplemento Martyrologii Gallicani ad diem vii Maji ista tradit: Lemovicis in monasterio S. Augustini, susceptio Reliquiarum sanctissimæ Christi Virginis et Martyris Flavie Domitillæ, ex Terracina civitate in Campania Romana: ubi postquam longum duxisset martyrium, quod multos doctrina et miraculis ad Christi fidem converteret, jussu Judicis incenso cubiculo, ubi cum suis Virginibus Euphrosyna et Theodora morabatur, cursum gloriosi martyrii consummavit. Hujus sacra pignora Lemovicis in dicti cænobii sacrario reverenter condita, signis et miraculis perpetim coruscant. Hæc ibi, ex auctoritate Gaufridi Prioris Vosiensis in chronica a Roberto Rege ad annum mclxxxiv deducta, edita tom. 2 Bibliothecæ Labbanæ, ubi cap. 15 agitur de Sanctis in Episcopatu preclarioribus, et hæc verba leguntur: Urben nostram, Lemovicensem post diocesim repetamus, et in monasterio S. Augustini B. Asclepii Præsulem (colitur hic xxiii Decembris) post Virginem et Martyrem Flaviam veneremur: quæ cum esset Flavii Clementis Consul ex sorore neptis, persecutione Domitiani flammis exusta triumphat. Meminit dicti Lemovicensis monasterii Thomas de Herrera, tomo 2 Alphabeti Augustiniani pag. 36, Infra autem capite ultimo describitur conversio ad fidem et martyrium SS. Sulpitii et Serviliani, quorum Acta illustravimus ad diem xx Aprilis, et adjunximus traditionem Elvacensium, asserentium sacra corpora dictorum Martyrum, gratia et auxilio Adriani I Pontificis, ab Hariolpho et Edolpho Episcopis Lingnonensibus, et Ecclesiæ suæ*

Reliquiæ S. Domitillæ Lemovicis.

ejusdem et SS. Euphrosinæ et Theodoræ Etwangi.

fundatoribus, ad eam delata fuisse. Præterea, uti anno mxcxxxix ad nos scripsit Christophorus Strebonus noster, in eadem Elvacensi ecclesia quiescunt Domitilla, Euphrosyna et Theodora Virgines et Martyres, secundariæ Patronæ, celebranturque sub duplici secundæ classis sine octava. Quarum reliquiæ a D. Hariolpho et Fratre ipsius Erlolpho Lingonum Episcopis, Elvacum in Ecclesiam collegiatam S. Viti, cujus ipsi fundatores extiterunt, translatae traduntur, ubi etiamnum pia veneratione coluntur. Ita ex Lectionibus ibidem ad Mutulinum recitari solitis Strebonus.

8 *At Lupus de Morales in libello de Inventione reliquiarum SS. Sergii et Bacchi, Marcelli et Apulei, cap. 8, inter alia scribit ista: Apud oppidum Garray, olim Numantiam, conduntur et coluntur ipsana sanctorum Martyrum Nerei, Achillei et Pancratii: ad quorum tumulos devota peregrinatione universi illius regionis accolæ oblationibus et solennibus supplicationibus confluent. Hæc illo citato Tamayus Salazar in suo Martyrologio Hispanico, addens, eorum, ut ipse refert Lupus, tam antiquam esse ananthesim, ut hominum memoriam excedat. Hinc arrepta licentia excogitandi et in Pseudo-Chronico Juliani num. 292 ista scribendi: S. Marcellus induxit in Hispanias memoriam sanctorum Martyrum Nerei et Achillei, Romæ passorum sub Lanitio Rufo Consulari, Martiali nimis amico, ad quem multa scripsit. Hæc ibi. At passi sunt Terracinæ, ac traditi Memmio Rufo, aut certe Minucio Rufo. Hinc infert Tamayus, has Reliquias in Hispanias advexisse S. Eugenium I Toletanum Episcopum, quem Marcellum Marci Consulis filium, de quo infra in Actis, audacter fingunt.*

in Hispania SS. Nerei et Achillei,

9 *Ughellus tomo 8 Italiae sacræ recenset Episcopos Ariani oppidi, a metropoli sua Benevento xv m. r. distantis, ubi, inquit, credunt tenere capita SS. Nerei, Achillei, Domitillæ et Pancratii. et Fabius Barberius in Catalogo Episcoporum Atini, Neopoli anno 1635 excuso; nulla SS. Domitillæ et Pancratii facta mentione, ista scribit pag. 51. SS. Nerei et Achillei capita summo cultu hac nostra ætate conservantur in Thesauria ejusdem majoris Ecclesiæ, cum quamplurimis aliorum Sanctorum Reliquiis. In Bertiniana quaque apud Audomarenses ecclesia asservari, magnas partes corporum Nerei et Achillei Martyrum, testatur Rayssius in Hieroglyphico Belgica pag. 101, qui allato testimonio tradit Duaci, in ecclesia collegiata S. Petri, positas fuisse sacras Reliquias SS. Nerei, Achillei et Pancratii anno mcccxl. Imo SS. Domitillæ, Nerei et Achillei Reliquios esse Bononiæ testatur Masinus, Colonix Gelenius, Venetiis in ecclesia S. Zachariæ Bucelinus, et alibi alii.*

E

*Ariani horum capita: NOT. 2 ET APP. TOM. VII MAJI NOT. 39***

alibi aliarum reliquiarum

F

*VIOE UT SUPRA NOT. 40***

ACTA MARTYRII

Ex plurimis pervetustis MSS.

PROLOGUS.

Nisi studia Catholicorum securitatis suæ somno a quiescerent, nulla posset ratione impietas hæreseos limites invadere pietatis, ad b evigilandum nos stimulis suis exulcerans. Et tamen c segni quadam evigilantia ac fastidiosa cura d strenuis et sollicitis obviantes, negligimus agnos, quos pro certo de ovili amittimus, luporum morsibus devorandos. Unde juxta eorum sollicitudinem qui ante nos fuerunt orthodoxorum, provinciæ nostræ martyria aliquanta colligens de Græco transtuli in Latinum: dans exemplum hoc diversarum provinciarum studiosis, ut sicut nos in nostra, ita illi in suis provinciis transferant consummata martyria: ut populi excolentes et venerantes eos, quos pro nomine Domini nostri Jesu Christi

a

b

c

d

Provocantur alii ad Acta Martyrum scribenda.

A Christi passos agnoscunt, sciant quo studio belli, *e* victoriarum triumphos portantes, ad Regem ovantes atque lætantes pervenire meruerunt.

ANNOTATA.

a *Surius*, torperent. at *MSS.* omnia cum *Mombritio* quiescerent.

b *MS. Windbergense* ad invigilandum, *MS. Reginæ cum Mombritio* ad evangelizandum, et ubique præponitur sed, quod expunxi ut redundans, et pro exulcerant scripsi, exulcerans.

c Ita *MS. Ultrajectinum*, *MS. Windbergense* vigilantia, aliud *MS.* segnes.

d *MS. Windb.* seculi et solitudinibus *Aliud MS.* curavimus, et sollicitis obviantes; intelligo autem strenuos et sollicitos dici hæreticos, quibus *Catholici* sequitur obvient se cis apponendo.

e *MS. S. Maximini*, victoriam triumphi. *Aliqua MSS.* victoriam triumphosque.

CAPUT I.

B *Matrimonii incommoda et virginitatis pulchritudo, S. Domitillæ proposita a SS. Nereo et Achilleo.*

Primum itaque ad ædificationem omnium, quorum est studium placendi Deo, sumamus *Domitillam* nobilissimam *Virginem*, *a* neptem *Domitiani Imperatoris*. Hæc habuit *Nereum* et *Achilleum* eunuchos cubicularios, quos beatissimus et sanctissimus *Apostolus Dei Petrus* lucratus fuerat *Christo*. Hi dum viderent dominam suam gemmis ornari, et purpureis vestibus atque auro textis indui, dixerunt ei: Quanto studio ornaris in corpore, ut *b* filium *Consulis Aurelianum*, hominem mortalem, maritum accipias. Si tanto studio ornabaris in anima, filium *Dei*, immortalem *Regem*, poteris adipisci sponsum; qui etiam teipsam æternam faceret, et nunquam tibi neque ornamentis tuis neque gaudiis tuis finem permetteret et terminum evenire. Respondit eis *Domitilla*, et dixit: Quæ potest esse melior caritas, quam habere virum; suscipere filios, per quos posteritas *c* dulcissima possit propagari; et tam generis dignitatem, quam memoriam nominis non delere? Postremo quam asperum est delectationes ipsas contemnere, et vitæ ipsius suavitate non perfrui, et quasi qui non sit natus in hac luce, quæcumque sunt corpori dulcia non amare?

C Ad hæc *Nereus* respondit et dixit: Tu delectationes minus puncti vides, et quæ sequuntur per annum totum pericula non vides. Primo enim cum te ab integritate, quæ et tecum nata est, separaveris; perditio nomine virginis, mulier nuncupaberis: et quæ nunquam ingenuitati tuæ dominari passa es nec parentes; patieris dominum tui corporis extraneum hominem, qui te quasi vilissimo abutatur imperio, ut nullius tibi confabulatio sine litis periculo vel discrimine *d* cedat: non affines, non nutrices, non vernaculi tecum nutriti, erunt tibi affabiles: periclitabitur sermo, periclitabitur aspectus, periclitabitur auditus, et quidquid simpliciter egeris malis suspicionibus coarctabitur. Respondit *Domitilla* et ait: Scio matrem meam passam patrem meum zelotypum, et in hac injuria per longa tempora difatigatam, num quidquam et ego talem habebo? *Achilleus* dixit: Omnes sponsi, antequam sponsas suas accipiant, humiles se et mansuetissimos fingunt: postea verò quales se celaverint produnt; et, si luxuriosi fuerint, ancillas diligunt, easque, dominas suas contemnentis et pro nihilo habentes, superba iracundiæ intentione defendunt; et

has non tantum verbis, at etiam verberibus ulciscuntur: et cum injuriosus sermo a pia matre dictus vix sufferri potuerit, pugni interdum, durissimis ictibus juncti calcium ingeruntur.

4 Sed esto, quod neque luxuriosus sit, neque zelotypus, sed potius probetur lenis et blandus; videamus nunc quæ pro certo mulierem incommoda subsequantur. Conceptum enim in utero pondus die noctuque portabit invita: quo pondere efficitur ægra, tumens, pallida, vix suis pedibus incedere prævalens; ciborum utilium perferens fastidia, cibis noxiis dilectatur: nonnumquam etiam sinus ipse interior aut abundantia sanguinis inflammatur, aut humoris nimietate algescit; aut siccitatis macie constringitur, aut pinguedine coarctatur: ex quibus causis intra uteri secreta concepto fœtu morbi nascuntur, ex quibus solent debiles nasci, curvi et claudi. Plerumque etiam in ortu suo positi, ab *e* itineris rectitudine versantur: et non solum mulierum oculis feminea earum occulta manifestantur, sed etiam virorum ignotorum pro arte medicinæ nudantur, ita ut soleant artibus preferri membra concepti, qui matrem suam antequam nascatur interficit, cum ipse prius incipiat occidi quam nasci. Solet etiam surdus atque mutus, aut plenus vulneribus, aut etiam cum dæmonio præcreari, ut prius quærere exorcistam necesse sit quam nutricem.

5 Respondens quoque *Nereus* dixit: O quam beata est virginitas sancta, quæ ab his omnibus est necessitatibus aliena, et est Deo amabilis, et omnibus Angelis cara: quam qui habet, similis est Deo; qui autem non habet similitudinem Dei, ideo non habet, quoniam integritatem perdidit et corruptionem invenit: cujus quidem reatum mulier per pœnitentiam evadere potest, ipsam vero integritatem recuperare jam non potest. Heu! quantæ dementiæ et velle se subdere libidini alienæ! Heu! quam nimis inconsiderationis est, ut quæ poterat, cum gaudie et laudibus hominum et Angelorum, integritatis expectare præmium et coronam perpetuam; cum planctu pœnitentiam pro ipsa pellutione necesse habeat quærere, ut queat ad indulgentiam pervenire! Omnis namque sanctitas, cum per aliquam voluntatem aut necessitatem amissa fuerit, ad statum suum per pœnitentiam et ad suam gloriam revocari potest: sola virginitas ad statum penitus revocari non potest. Reatus autem ejus per lacrymas pœnitentiæ expelli potest, ipsa vero integritas, ut diximus, penitus revocari non potest, ita ut ad statum pristinæ sanctitatis attingat. Omnia ergo perditia recuperari possunt, sola virginitas perditia recuperari non potest. Neque enim per pœnitentiam suam mulier, cum ad indulgentiam facti sui pervenerit, poterit etiam ad hoc adjungere, ut virgo fiat, cum semel amiserit integritatem cum qua nata est.

6 Satis amica Deo, Patri, Filio, et Spiritui sancto familiaris probatur esse virginitas. Nam sicut *Reginæ* persona omnium et nobilium et illustrium matronarum antefertur; ita et virginitas omnium virtutum dignitatem excedit: ita ut secundum locum post *Martyres* teneat, et sit inter virtutes ceteras prima. Serviant enim illi universæ virtutes, et quasi *Augustæ cubiculariæ* snæ, ita obediunt imperiis suis. Blanditur ei fides, amplectitur eam spes, osculatur eam caritas; et omnes quæ adstant in conspectu *Regis cœlorum*, patientia, perseverantia, constantia, contemptus mundi, vigilantia, hospitalitas, misericordia, sollicitudo, scientia, veritas, probitas, tolerantia; omnes istæ, quæ sunt memoratæ, et quæ non sunt memoratæ virtutes famulantur ei. Inter frondes *Paradisi* et vitæ æternæ immarcescibiles flores, inter nemora Angelorum et præta *g* umbrosa et sanctis odoribus exhalantia: ubi vita æterna naribus

D
EX MSS.

et ob ærumnas prægnantium,

e
et parturientium,

E
f

laudatur virginitas,

sed post amissionem non recuperabilis;

F

virtutumque prima et martyrio proxima,

g

a
SS. Nereus et Achilleus dissuadent S. Domitillæ nuptias.

b
exaggerando incommoda matrimonii:

c
ob maritorum zelotypiam.

d
et luxuriam,

EX MSS
h
et in calo
coronanda.

A ribus h assumitur, ubi aer ipsi habet odoramenti virtutem, ut qui cum naribus suis assumpserit, ultra tristis esse non possit, ultra nulla in eum possit dominationem exercere infirmitas, nullus dolor, nulla tristitia; sed semper erit gaudens, semper exultans anima, et semper de vitæ suæ perpetuitate securo.

ANNOTATA.

a Neptis ut alibi sæpe pro consanguinea sumitur. Nam, ut infra num. 9. Plautilla mater ejus fuit soror Clementis Consulis. Hic vero a Suetoniolib. 8. cap. 15 dicitur patruelis Domitiani Imperatoris.

b Aurelianus hic dicitur in Lectionibus Breviarii Romani filius Aurelii Fulvi: qui sub Domitiano Consulatum gessit anno quinto et nono supra octogesimum.

c Aliqua MSS. dilectissima, aut dulcisona.

d MS. W'indberg. credatur. MS. Bodec. concedatur.

e MS. S. Moximini a tenore recto.

f Alias, nanciscatur.

g MS. Audom. Ambrosia consita.

B h Alibi, percipitur.

CAPUT II.

Ulteriora ad Virginitatem incitamenta, veli sacri susceptio.

Ad hæc Achilleus dixit: Hæc quæ frater meus commemorat parva sunt; et quasi de fluvio immenso unum sextarium sumit, atque immerso sinu tenet, ipsius autem aquæ mesuram colligere computando non prævalet: ita et vitæ illius quæ futura sunt gaudia et delicias nullus sermo explicare sufficiat, nulla cogitatio invenire, nulla disputatio comprehendere. Volo autem et hoc non intermittere, quod etiam hic in isto seculo virginitas non perdet ingenuitatem suam, non timet virilem audaciam, non est subjecta homini corruptori qui coinquinat mundam, designat signatam, frangit integram, captivat liberam; et ingenuam a Deo factam, et ipsi Deo et omnibus Sanctis caram, libidina suæ facit violenter ancillam. Post hæc intra parietes domesticos quasi in privato carcere continet clausam, salutarum non sinit, videri etiam a suis parentibus prohibet, nutritores et nutrices et affines quasi hostes a consolatione et confabulatione excludit, nec ipsa infantum alloquia libere patitur, dum timet per eos agnosci a parentibus suas quas exercet in muliere injurias. Et hæc sunt quæ habuerat in virgine falsissima blandimenta: Mentior, si numquam est factum, et non magis minora satis memoraverim mala, quam solet exercere virilis superbia, agente Angelo Dei sancto, virginitatis patrono, eo quod hanc a se excludi permisit, cum qua nata est et lactata, cum qua a cunabulis et risit et flevit; hanc integritatem permisit projici de prædio suo, quam nascendo a Creatore suo suscepit; et locum ejus fecit inimicam corruptionem invadere, cum ejicitur inde integritas, quæ semper ibi ex quo nata est mansit, et introducit corruptio, quæ numquam ibi ex quo vivere cæpit, accessit. Et quoniam diximus Patronum habere sanctam virginitatem Angelum Domini, qui mulierem factam objurgat et increpat; faciamus vocem ejus rationabiliter objurgantis.

8 Dic mihi, o homo, in quo te læsit virginitas, ut illam a te projicias, et in locum ejus inimicam admittas? Quando de utero matris tuæ existi tecum nata est, tecum lactata; tecum fuit semper, et a tuo consortio non recessit; tecum flevit fletus infantia, tecum inter blandimenta et nutrimenta la-

ctata est, tecum cibata, tecum potata: cum tædio corporis tui tecum tædiata est, cum angustiis infirmitatum tuarum tecum angustiata est: tecum cum vigilares vigilavit, tecum cum dormires dormivit, cum surgente surrexit, cum stante stetit, cum sedente sedit: cum vestiteris vestita est, cum orneris ornata est, cum esuriente esuriit, cum epulante epulata est; tecum litteras didicit, tecum grammatico magisterio erudita, tecum oratoris imbuta facundia, tecum Christi corpore refecta, tecum facta catechumena, tecum baptizata est, tecum Christi sanguine est consecrata: simul tecum venit ad nuptias Christi et Ecclesiae, ubi thalamus ejus gemmis virtutum instructus in ornamenta mundarum mentium quotidie pulchrescit, de quarum nuptiis quotidie innumerabilis nascitur multitudo, in tantum ut pater sit nascentium Christus, et mater filiorum Ecclesia; tamen thalamus non læditur, quia pater Christus sponsus esse non cessat, et Ecclesia sponsa esse non desinit. Semper enim Christus et sponsus et pater est, semper Ecclesia et sponsa et mater est, quæ parere non desinit, et virgo immaculata esse non cessat. In amplexu enim Christi ampliatur potius integritas quam fugatur, et in partu Ecclesiae crescit potius virginitas quam decrescit. Hujus ornamenta vario gemmarum splendore coruscant, ab hujus ore procedunt melliflua legis eloquia et perpetua virginibus blandimenta. O felix et sancta virginitas! Quæ adhuc inter homines peccatores in terra posita, his tam magnis lætitiis frueris: quales putas inter Angelos post hæc habitura erit in cælis, quam carissimam eris Angelis? quam melior istis labentibus regnis, quam ornatior omnibus pretiosissimis gemmis? Omnia hora habes tecum juvenem pulcherrimum Christum, Dei Omnipotentis filium, diadematum decore, auricomum, splendidum et fulgentem, corusco cæli potius micantem lumine. Nani cum sol ejus servus probetur et famulus, quanta potest esse pulchritudo domini, cum tanta pulchritudo sit servi? Hic semper tecum erit, o sancta virginitas, tecum inter omnes Sanctos in blandimentis æternis et spiritualibus perseverat, tecum semper inter Angelos lætus exultat. Elige nunc, quem velis: an istum qui æternus est cum æternis deliciis; an hominem mortuum, cujus simul sunt cum eo et ipsæ deliciae periturae.

9 Hæc et his similia persequentibus Nereo et Achilleo, Domitilla Virgo prudentissima dixit: Utinam ad me olim hæc Dei scientia pervenisset, et nunquam ego nomen sponsi suscepissem, et potuissem sine labore titulum sanctitatis hunc assumere; et sicut baptizata idolorum culturam deserui, sic istructa carnale hoc commercium contempsissem. Nunc autem quomodo vobis Deus aperuit os ad lucranda animam meam; ita ipsum credo quod aperiat vobis consilium suum, ut possit per vos hoc quod pro ejus amore cupimus adimpleri. Tunc Nereus et Achilleus perrexerunt ad a S. Clementem Episcopum, et dixerunt ei: Licet b gloria tua tota in Domino nostro Jesu Christo sit posita, et non de humana, sed de divina dignitate glorieris; scimus tamen c Clementem Consulem patris tui fuisse germanum: Hujus soror d Plantilla nos in famulos comparavit, et tunc quando a Domino Petro Apostolo verbum vitæ audiens credidit et baptizata est, et nos simul secum et cum filia Domitilla sancto baptisate consecravimus. Eodem anno Dominus Petrus Apostolus ad coronam martyrii properavit ad Christum, et Plautilla corpus terrenum deseruit. Domitilla vero filia ejus cum Aureliano illustrem haberet sponsum, a nostra parvitate didicit sermonem, quem nos ex ore Apostoli didicimus: quia virgo, quæ propter amorem Domini in virginitate perseveraverit,

ejusque delicias in Christo explicans:

Inculcatur
durities maritorum,

et Angelus
qui virginitatis
patronus est,

f
quibus S.
Domitilla
ad illam in-
clinata,

a
b
a S. Clemente
ad id invitato,

inducitur
eam laudans

A raverit, Christum mereatur habere sponsum, cum quo in æternis deliciis et gloriis perseveret perpetuis. Hæc et his similia audiens a nobis cupit nunc virginitatis suæ votum manibus tuis velamento sacrari. Quibus Clemens Episcopus ait : Tempus est, ut video, in quo et mea, et vestra, et ipsius vocatio hac occasione ad martyrii palmam attingat, sed quia præceptum Domini nostri Jesu est, ut non timeamus eos qui occidunt corpus, contemnamus hominem mortalem, et Principi vitæ æternæ totis viribus obtemperare nitamur. Tunc sanctus Clemens veniens ad Domitillam, consecravit eam.

ANNOTATA.

a Colitur S. Clemens Papa 23 Novemb. Multa de tempore Sedis attingimus in Tractatu de Antiquis Pontificibus Romanis ante tomum 1 Aprilis.

b Videtur hæc satis congruere illorum sententiæ, qui censent S. Clementem abdicato Pontificatu, diu quasi privatam vixisse, uti loco citato deduximus.

c T. Flavius Clemens Consulatum gessit anno 95, sed mox a Consulatu interemptus jussu Domitiani traditur a Suctonio, idque ob fidem factum fuisse passim creditur. Ejus uxor etiam Flavia Domitilla ob eandem causam exul vixit in insula Pontatario, nunc S. Mariæ dicta in mari Tyrrheno in sinu Puteolano, octo milliariis ab insula Pontia. Non ideo tamen cum Ericio Puteano hanc mulierem conjugatam cum sanctissima Virgine Flavia Domitilla eandem facimus : imo habemus litteros Joannis Jacobi Chiffletii, quibus indicat sibi scriptum a dicto Puteano, quod hanc suam sententiam voluerit aliquo publico scripto revocare : FLAVIA certe, cujus nomen in Sarde Chiffletiana expressum cernitur, circum curat puellare atque innuptum nec nisi suis capillis ornatum, ante illam Puteani commentatiunculam, omnino ut virgo repræsentatur; et potest nostra hæc Sancta esse, qualem sibi habuit Aurchanus ejus sponsus, ut proci solebant dilectarum sibi virginum curare vultus, etiam gemmis insculptos : DIVA AUTEM DOMITILLA AUGUSTA, cujus fortunæ cusus argentens nummus, ab Archiepiscopo Patrano exhibitus Puteano, nupto capite spectatur, utpote Vespasianæ Imperatoris uxor : alius nummus æreus ex Huberto Goltzio, quem MEMORIÆ DOMITILLÆ DIVI VESP. F. S. P. Q. H. id est Vespasiani filiæ Senatû Populusque Romanus cudi fecit, ut habet facies circum speciosissimam bigam, a duabus mulis protractam, et PP. IMP. CÆS. DOMIT. AUG. GERM. P. M. TR. P. III. IMP. C. V. COS. X. ut habet facies altera, circum S. C. quo Senatusconsultum notatur, indicaturque ex hoc cusus nummus, Patri patriæ, Imperatori Cæsari Domitiano Augusto, Germanico, Pontifici Maximo, anno ejus Tribunitiæ potestatis III, Imperii V, Consulatus X : hic, inquam nummus, neque Sanctam nostram spectat, neque illius matrem : neutra enim Vespasiani filia Domitiani soror fingi potest sine teste. Præterea omnino rationi repugnat, ut cum eas Domitianus relegavit in insulas, alterutrinus earum obita ibi morte memoriam consecrare æterno ad posterum monumento præsumpsisset Senatus Populusque. Unum igitur solum probant nummi isti, scilicet Domitillæ nomen fuisse in Cæsarea tum familia frequens, in honorem ejus quæ Vespasiani uxor fuit : cujus filia sub fratris Imperio innupta potuit obisse, sed non potest censei obisse Christiana, ipso, quem dixi mortuæ habitum, honore obstante.

d Est Plautilla, femina Consularis, mater B. Flaviæ Domitillæ inscripta Martyrologio Romano ad diem 20 Maji.

CAPUT III.

Exilium in Pontiana insula. Certamen cum discipulis Simonis Magi : de hoc exquisitum judicium Marcelli cujusdam Romani.

Et quia longum est per ordinem singula perscribere, quæ mala sponsus ejus Aurelianos exercuit circa Domitillam furiis plenus : hic articulum ad rerum exitum transferamus. Impetravit a Domitiano Principe ut, si sacrificare contemneret, Pontianæ insulæ subiret exilium : in quo exilio se extorquere posse arbitrabatur, ut a proposito perseverantiæ animum sanctæ Virginis revocaret. Igitur cum esset in Pontiana insula exiliata, simulque ibi essent cum ea Nereus et Achilleus, erant ibi exiliati duo malefici, discipuli Simonis : unus ex eis vocabatur Furius, alius Priscus. Hi ergo duo omnem pene insulam fallendo magicis signis, fecerant Simonem magum pro Dei filio venerari et credi; Petrum vero inimicum sine causa fuisse. Cumque obsisterent eis Nereus et Achilleus, essetque copiosa multitudo quæ eos defenderet, dixerunt populis Nereus et Achilleus : a Marcellum nostis, Marci Præfecti Urbis filium? Responderunt : Quis hunc nesciat? Dicunt eis Nereus et Achilleus : Hujus testimonium admittitis de Simone et Petro? Responderunt, Valde stultus est, qui tali personæ non credit. Qui respondentes dixerunt : Præstate ergo salutem vestræ, et quousque litteras nostras accipiat et rescribat nobis, tam de beato Petro Apostolo quam etiam de Simone Mago, tollite vos a doctrina eorum : facta autem epistola nostra, eligite unum ex vobis qui ad eum deferat, quam nos in conspectu vestro cupimus recitari : ut dum ille scripserit, in vestro conspectu nihilominus recitetur. Placuit autem omnibus hoc dictum, et cum litteris Sanctorum Nerei et Achillei suam hominem direxerunt.

11 Textus autem epistolarum iste est : Nereus et Achilleus, servi Jesu Christi, fratri et condiscipulo Marcello salutem æternam. In ergastulo Pontianæ insulæ exiliati, propter nomen Domini nostri Jesu Christi, gaudemus : sed gaudium nostrum fatigant Furius et Priscus, discipuli Simonis, qui pro magicis artibus hic exiliati sunt. Asserunt enim quod innocens fuerit Simon, et Apostolus Petrus sine causa execratus sit eum. Cumque diceremus omnibus, ut nemo eis crederet; asseruimus idoneam et illustrem fidei tuæ personam, quæ possit suis eos informare scriptis, quæ et qualis fuerit vita ejus. Quoniam cum fueris ejus discipulus, universas ejus agnoveris actiones : quæ petimus ut ea scribere non moreris, ut possint innocentes ab eorum fallaciis liberari. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit tecum. Finitur scripta Nerei et Achillei. Incipit rescriptum Marcelli.

12 Marcellus servus Christi sanctis Confessoribus Nereo et Achilleo : Lectis litteris vestris gaudiosum repletus, cognovi enim esse vos constantes et fide et opere, et solícite pro veritate pugnare. Et quoniam memorastis objectum vobis hoc quod Simon innocens fuerit, retexam ex parte aliqua vitam ejus, ut ex paucis cuncta cognoscantur. Ego enim cum ejus essem discipulus, malignum et b infantici-dam et maleficum illum exfractorem agnoscens, deserui eum, et adbæsi Domino meo S. Petro Apostolo. Quem cum Simon magum diceret, et populum Romanum in ejus odium excitaret; subito in loco, in quo Petrum Simon arguebat, transibat vidua cum ingenti populo clamoribusque vocibus et luctu, efferens unicum filium suum. Tunc ait Petrus ad populum, qui credebat Simoni : Accedite ad feretrum, et de-

Exules in Pontiana insula cum S. Domitilla

ad refellendos sequaces Simonis magi,

E

a

mittunt epistolam .. Marcellum:

F

Respondet hic,

b
se u Simone defecisse ad S. Petrum

A ponite illum qui mortuus ducitur : et qui eum suscitaverit, hujus vera fides esse credatur. Quod cum fecisset populus, dixit Simon : Modo, si eum suscitavero, interficietis Petrum? Responditque omnis turba : Vivum eum incendemus. Tunc Simon invocatis omnibus dæmoniis, ministerio eorum cœpit agere, ut moveretur corpus. Quod populi videntes cœperunt clamare in laudem Simonis et in perniciem Petri. Tunc Petrus, vix impetrato silentio, ait ad populum : Si vivit, loquatur, ambulet, accipiat cibum, revertatur ad domum suam. Quod si hoc non fecerit a Simone sciatis vos falli. Ad hæc populus una voce clamabat dicens : Si hoc non fecerit Simon, pœnam quam Petro posuit ipse patiatur. Simon vero fingens se iratum, fugam petebat. Populus vero tenuit eum cum ingenti exprobratione, et custodiebat eum. Tunc Petrus, expandens manus suas ad cœlum, dixit : Domine Jesu Christe, qui nobis discipulis dixisti : Ite in nomine meo et dæmonia ejecite, infirmos curate, et mortuos suscite : excita puerum istum : ut omnis hæc turba cognoscat, quia tu es Deus, et non est alius præter te, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas in secula seculorum. Amen. Exsurgens autem puer adorabat Petrum, dicens : Vidi Dominum Jesum Christum, jubentem Angelis et dicentem : Ad petitionem amici mei Petri, restituatur orphanus viduæ matri suæ. Tunc omnis populus una voce clamabat : Unus est quem prædicat Petrus. Simon vero transfiguravit se in caput caninam, et cœpit fugere. Populus autem tenuit eum : et dum vellent eum in ignem mittere, misit se Petrus in medium, et liberavit eam dicens : Magister noster hoc nos docuit, ut pro malis bona reddamus.

13 Cum ergo evasisset Simon, venit ad me, et putans me nescire, quod factum fuisset, canem immanem, quem vix catena ferrea vinctum tenebat, hunc ligavit in ingressu dicens : Videamus si Petrus, qui solet venire ad te, poterit ingredi. Sed post unam horam venit Petrus, et facto signo Crucis solvit canem, et dixit ei : Vade obloquere Simoni. Desine ministerio dæmonum decipere populum, pro quo Christus suum sanguinem fudit. Videns autem ego tanta mirabilia, cucurri ad Petrum : et genibus ejus provolutus, excepi illum in domum meam ; Simonem vero expuli cum dedecore. Canis autem omnibus blandus effectus, solum Simonem persequabatur : quem cum misisset sobtus se, cucurrit Petrus clamans et dicens : Præcipio tibi in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut non figas morsum in aliquam partem ejus corporis. Canis autem nullum ejus contingere potuit membrum, sed vestimenta ita morsibus attraxerat, ut nulla pars ejus corporis tecta remaneret. Populus autem omnis, et præcipuè pueri, simul cum cane post eum tamdiu cucurrerunt, quamdiu illum cum ululatu quasi lupum extra muros civitatis ejicerent.

14 Post hæc autem, opprobrium hujus pudoris non ferens, per annum unum nusquam comparuit. Postea vero invenit, qui eum Neroni Cæsari insinuaret : sicque factum est, ut homo malignus malignum, imo pejorem se suis amicitii copularet. Post hæc etiam apparuit Dominus Apostolo Petro, per visionem dicens : Simon et Nero, pleni dæmonibus, adversus te cogitant : noli timere, quia tecum ego sum, et dabo tibi servi mei Apostoli Pauli solatium, qui cras Romam ingredietur : cum quo post septem menses simul habebitis contra Simonem bellum, et postquam ejeceritis et viceritis eum, et deposueritis eum in infernum, simul ad me venietis ambo victores. Quod et factum est. Nam altera die venit Paulus. Quo autem ordine se viderunt et post septem menses conflictum habuerunt cum Simone, quoniam

hic fuistis et vidistis oculis vestris, et superfluum habui vos docere quod nostis, cum S. Linus Græco sermone omnem id textum passionis eorum ad Ecclesias orientales scripsit.

ANNOTATA.

a Ito etiam Marcellus, Marci Præfecti Urbis filius, appellatur in *Historia Passionis S. Petri Apostoli, quæ perperam S. Lino Pontifici tribuitur. Hic etiam Marcellus ab Ludovico Jacob a S. Carolo in Bibliotheca Pontificia, Presbyter Sanctus et Martyr appellatur. At, quod minus tolerandum est, ab aliquibus Hispanis dicitur idem esse qui Eugenius Episcopus Toletanus, uti ex pseudochronicis Deatri et Juliani Petri assumpsit Tamayus Salazar ad diem xv Novembris, quo S. Eugenius est inscriptus Martyrologio Romano, ac tum poterit, si tamen id foret pretium operæ, fusius refelli.*

b MS. Winiberg. nefandam.

c Extant interim aliqua Acta S. Petri sub nomine S. Marcelli vulgata anno 1531 a Frederico Nausea, inter *Rhapsodias Anonymi Philolethi Eusebiani in vitas, miracula passionesque Apostolorum. Sunt eadem iterum an. 1668 excusa a Joanne Maria Florentino ante Martyrologium Hieronymianum in Indiculo Apostolorum a pag. 103 cum ejusdem Florentini Notationibus. Habemus eadem ex pluribus MSS. et hoc ubique est exordium : Cum venisset Paulus Romam, convenerunt ad eum omnes Judæi. Verum multa nobis ibi displicent, quo minus arbitremur a Marcello scripta, licet etiam sub finem nomen ejus adscriptum reperiat.*

d In *Breviario Romano jussu Pii edito ad diem 23 Septembris dicitur Linus scripsisse res gestas B. Petri, et ea maxime quæ ab illo acta sunt contra Simonem magom : quæ non sunt illa, quæ sub Lini nomine edita sunt a Jacobo Fabio Stapulensi aliisque, et inserta sunt Bibliothecis Patrum. Alia sub nomine Lini Acta reperimus in variis MSS. et in iis sunt gesta contra Simonem Magum : de quibus erit agendi locus 29 Junii ad natalem SS. Petri et Pauli, Aliqua attigimus in Tractatu præliminari ad tomum 1 Aprilis, de Samnis Pontificibus, in Lino.*

CAPUT IV.

Acta vitæ et obitus S. Petronillæ, ac martyrii SS. Feliculæ et Nicomedis Presbyteri.

De a Petronilla vero filia Domini mei Petri Apostoli, quis ejus exitus fuerit, quia interrogatis, sollicite breviterque intimabo. Petronillam itaque bene nostis, voluntate Petri paralyticam factam : nam recolo interfuisse vos, cum apud ipsum plurimi discipuli ejus reficeremus, et contigit ut Titus diceret Apostolo : Cum universi a te salventur infirmi, quare Petronillam paralyticam jacere permittis? Apostolus ait : Sic expedit ei. Sed ne existimetur impossibilitas ejus incolumitatis meis sermonibus excusari, ait ad eam : Surge, Petronilla, et ministra nobis. Et statim surrexit sana. Ministerio autem expleto jussit eam redire ad grabatum. At ubi in timore Dei cœpit esse perfecta, non solum ipsa salvata est, verum etiam plurimis recuperavit in melius suis orationibus sanitatem. Et quoniam nimis speciosa erat, venit ad eam Flaccus Comes cum militibus, ut eam sibi uxorem assumeret. Cui Petronilla ait : Ad puellam inermem cum militibus armatis venisti : si uxorem me habere vis, fac matronas et virgines honestas ad me post tres dies venire, ut cum ipsis veniam ad domum tuam. Factum est autem ut trium dierum acceptum spatium Virgo sanctis jejuniis et orationibus occuparetur, habens secum sanctam Virginem b Feliculam collectaneam suam, in Dei timore perfectam.

Tertio

EX MSS. cum puer mortuus, ab illo solum esset molus,

sed a S. Petro vere resuscitatus:

Simon, autem liberatus ne in ignem projiceretur,

aut a cane quem adduxerat

occideretur :

quem postea sub Nerone vidit Petrus,

et cum S. Paulo martyris est coronatus

c

d

E

a S. Petronilla

a S. Petro sanatur:

a Flacco Comite in uxorem,

b

A Tertio itaque die veniens ad eam S. Nicomedes Presbyter, celebravit mysteria Christi. Virgo autem sacratissima, mox ut Christi Sacramentum accepit, reclinans se in lectum, emisit spiritum. Factumque est, ut omnis turba matronarum et virginum, quæ fuerant a Flacco adductæ, exequias funeris sanctæ Virginis celebrarent.

*S. Felicula
neque nubere
Flacco neque
diis sacrificare
consentiens,*

*post dierum
14 inediam*

*in eculeo sus-
penditur :*

*projicitur in
cloacam :*

*S. Nicomedes
ob ejus corpus
sepultum*

*plumbatis
casus otit,*

d

e

16 Flaccus autem vertens animum, dixit ad Feliculam; Unum tibi elige e duobus, aut esto uxor mea, aut diis sacrificata. Cui S. Felicula respondit: Nec uxor tua ero, quia Christo sacrata sum: nec immolabo idolis quia Christiana sum. Tunc Flaccus tradidit eam Vicario, et fecit eam in tenebroso claudi cubiculo, sine cibo per septem dies, in quo dicebant ei uxores custodum; Quare vis mala morte mori? Accipe virum nobilem, divitem, juvenem, elegantem, Comitem et amicum Imperatoris. Audiens hæc Felicula, nullum sermonis objiciebat omnino responsum, nisi hoc: Virgo Christi sum, et præter ipsum nullum omnino accipio. Ejecta autem post septem dies, ducta est ad virgines Vestæ, et ibi per alteros septem dies sine cibo permansit. Nulla enim ratione potuerunt eam ad hoc adducere, ut de earum manibus cibum acciperet. Post hæc levata in eculeo clamabat, dicens: Modo cœpi videre amatorem meum Christum, in quo amor meus fixus est. Dicebant autem omnes ad eam, et ipsi qui torquebant eam: Nega te Christianam esse, et dimitteris. Felicula autem clamabat: Ego non nego amatorem meum, qui propter me felle cibatus, aceto potatus, spinis coronatus, et cruci affixus est. Post hæc deposita et præcipitata est in cloacam.

17 Sanctus autem Nicomedes Presbyter in speculis positus occulte levavit corpus, et pernoctanter in *c* birotto perduxit ad casselam suam, septimo milliario ab Urbe Roma via Ardeatina, et ibi eam sepelivit: in quo loco fructificant orationes ejus usque in hodiernum diem. Pervenit autem ad Flaccum hoc fecisse Nicomedem Presbyterum, et fecit eum teneri et duci ad sacrificandum. Qui cum diceret; Ego non sacrifico, nisi Deo omnipotenti qui regnat in cælis, non his diis qui in templis quasi in carceribus clausi custodiuntur. Cum hæc et multa talia diceret, plumbatis diutissime cæsus migravit ad Dominum. *d* Corpus vero ejus in Tiberim præcipitatum est. Clericus vero ejusdem Presbyteri, nomine et opere Justus, collegit corpus ejus, et posuit in birotto suo, et duxit ad *e* horticellum suum juxta muros via Nomentana, et illic sepelivit illud: in quo orantes Dominum, consequuntur quæ postulant interventu Martyris ejus, qui passus est pro nomine Domini nostri Jesu Christi. Explicunt scripta Marcelli, missa ad Nereum et Achilleum. Incipiunt rescripta de passione eorum.

ANNOTATA

a S. Petronilla colitur 31 Maji, ad quem diem omnia exacte explicantur: sed vel Sanctorum epistola supra proposita non habetur integra, vel alias illi de Petronilla quæsierunt, quia de ea nullum ibi verbum, vel denique diversa hæc est epistola a priori, respondens alteri epistolæ Martyrum, nunc non extanti.

b Martyr effecta S. Felicula creditur et colitur 13 Junii.

c Birotum, vehiculum duarum rotarum, pro quo in MSS. Birote, byrote et pyrode etiam legitur.

d Dies natalis S. Nicomedis est 15 Septembris. De hoc et Felicula consule quæ de tempore martyrii diximus ad Vitam S. Petronillæ.

e MSS. plerumque osticellum: pro quo credidi legendum horticellum.

CAPUT V.

Acta martyrii SS. Nerei et Achillei item SS. Eutychetis, Victorini et Maronis.

Eutyches, Victorinus et Maro, servi Domini nostri Jesu Christi Marcello. Sicut venerunt litteræ tuæ ad sanctos Nereum et Achilleum, jam transierant triginta dies, quod pervenerant ad coronam. Flavia enim Domitilla Virgo illustrissima, immo Christianissima, cum isti sui eunuchi docuissent eam credere Christo, et ipsi suam virginitatem servare; Aurelianus sponsus ejus contemptus ab ea, fecit eam Christianitatis titulo in hanc insulam religari. Ipse vero Aurelianus veniens huc, cœpit Nerei et Achillei animum attentare, putans se per ipsos Virginis animum commovere. Sancti vero execrantes dona ejus, et magis Domitillæ fidem corroborantes, ideo verberibus ab eo gravissimis atrectati sunt; atque ad Terracinam depositi, a Memmio Rufo sunt traditi Consulari. A quo cum eculeo et flammis compellerentur ad immolandum idolis, et dicerent se a B. Petro Apostolo baptizatos nulla ratione posse idolis immolare, capite cæsi sunt. Quorum corpora rapuit *b* Auspicinus, discipulus eorum, nutritor sanctæ Virginis Domitillæ: qui etiam naviculæ imponens adduxit, et in prædio Domitillæ in crypta arenaria sepelivit, in via Ardeatina, a muro Urbis milliario uno semis, juxta sepulcrum in quo sepulta fuerat Petronilla, Apostoli Petri filia. Hæc nos ipso Auspicio referente cognovimus, qui eorum corpora et rapuit et sepelivit. Erit caritatis tuæ sollicite circa nos agere, et aliquem ad nos talem dirigere, qui et nos de tua et de nostra sospitate faciat letiores. Dies natalis eorum quarto Idus Majas.

*SS. Nereus
et Achilleus*

*Aureliani
jussu cæsi,*

*Terracinæ
capite ple-
ctuntur,
a*

b
E
*et sepeliuntur
ab Auspicio
discipulo.*

19 Accepto hoc scripto, Marcellus germanum suum misit ad insulam: qui fuit cum his Confessoribus Christi per annum, postea vero ad Marcellum reversus hæc retulit. Cum Aurelianus post martyrium Nerei et Achillei ageret, ut ad Domitillæ possit pervenire consensuro; dictum est illi a quodam, quod majorem haberet caritatem, cum Eutychete et Victorino et Marone, quam habuerat cum eunuchis suis Nereo et Achilleo, qui eam docuerant Christo credere. Unde factum est ut a Principe *c* Nerva peteret eos sibi donari, si sacrificare veluissent. Qui cum viriliter agerent *d* Eutyches, Victorinus et Maro, atque minas Aureliani penitus non curarent, deposuit eos de insula, et quasi servos per sua prædia singulos divisit, Eutychem in sexto decimo ab urbe, via Nomentana; Victorinum vero in sexagesimo, Maronem vero in centesimo trigesimo, in eadem Salaria via: jussitque eos in terram fodere per totum diem, ad vesperum vero *e* cantabrum manducare. Sed Deus omnipotens dedit eis gratiam in locis peregrinis. Nam Eutyches Conductoris loci filiam a diabolo liberavit; Victorinus autem Vicedominum loci paralyticum, per tres annos de lecto non surgentem, fecit orando incolumem. Maro vero morbo hydropsis laborantem Procuratorem civitatis Septempedæ liberavit.

*SS. Eutyches
Victorinus
et Maro,*

c

d

*in agros rele-
gati ab Au-
reliano,
F*

e

*clarent mi-
raculis :*

20 Interea facientes sermonem ad populum docuerunt multos Christo credere, et facti Presbyteri populum credentium ampliavere. Tunc diabolus replevit ira mentem Aureliani, et misit qui vario genere pœnarum interficeret eos. Nam Eutychem in media via diu cædi jussit, quamdiu spiritum exharet: ejus corpus rapuit populus Christianorum, et cum honore magno sepulto, in Christi nomine super eum basilicam fabricavit. Victorinum vero apud eum locum, qui Cotilias appellatur, ubi putentes aquæ emanant et sulphuræ, in ipsis capite deorsum

*factique
Presbyteri,
occiduntur :*

*Eutyches
diu cæsus,*

A sum per horas tres teneri jussit et iterum suspendi. Hoc per triduum pro nomine Christi passus Victorinus migravit ad Dominum. Jussit autem Aurelianus corpus ejus non sepeliri. Et cum una die apud Cotylas jacuisset, venerunt, q Amiternenses populi Christiani et rapuerunt eum, et in suum territorium transtulerunt atque ibi sepelierunt. Maronem vero misso amico suo, nomine Turgio, jussit duci et saxi ingentis pondere opprimi. Unde factum est, ut immanissimam petram, quam vix ad trochleam septuaginta homines pensare potuissent, super humeros ejus ponerent. Ipse autem S. Maro quasi leves paleas portavit eam per duo milliaria sanus, et in eo loco posuit, in quo orare consueverat. Et hoc factum omnis provinciæ populus admiratus, credidit Christo, et baptizatus est. Consularis autem, accepta ab Aureliano potestate, interfecit eum. Populi autem excavaverunt petram quam humeris portaverat, et ibi sepelierunt eum, et ecclesiam Christi fabricaverunt, in nomine ejus: in qua præstantur beneficia Domini, ad gloriam nominis sui usque in hodiernum diem. h

EX MSS.

f
gVictorinus
super aquas
sulfureas
suspensus,Maro post
ingentem pe-
tram porta-
tam,

interfectus.

h

ANNOTATA.

B

a In hodierno Martyrologio Romano M. Minucius Rufus dicitur, scilicet qui Consul fuerat cum Domitiano Imperatore XIV, anno 88.

b Primus Episcopus Aptæ Juliæ est S. Auspicius, et creditur ibi esse is de quo hic agitur, et colitur 2 Augusti.

c Nerva successit Domitiano, occiso 18 Septembris anni 96.

d Coluntur 15 Aprilis, ad quem diem horum Acta illustromus.

e Cantabra, signa quædam militaria fuisse Romanis ex Minutio et Tertulliano est notum: quid ni similiter Cantabrum dixerint panem, non siligineum, quem solum urbs Romana etiam hodie novit ex pura farina; sed surfaribus, ut a mola venit, adhuc commista factum, cujus in militia et costris usus fuerit? panem secundarium seu militarem vocare etiam posses.

f Cotylæ in Sobinis, prope urbem Reate, trans Velinum flumen, unde ad tria circiter milliaria Cutillas aquas ponit Kircherus in chorographico Sabinæ antiquo-modernæ tabula, quam vide in ejus Latio illustro. Putentes hujusmodi aquas etiam invenimus transivimusque inter Sirmonetam et Privernum, dum Cassinum proficisceremur.

C

g Veteris Amiterni ruinas, decimo a Cotyliis milliario removet idem Kircherus.

h MS. Windberg, sicut initio hujus capituli interseuerat titulum, Passio SS. Eutychetis Victorini et Maronis, ita hoc loco interpolatur per alium titulum sic, Explicit de passionibus Eutychetis, Victorini et Maronis; incipit Domitillæ Euphrosynæ et Theodoræ Virginum et Sulpitii ac Serviliani: quæ forma Sylloges martyriolis egregie respondet proposito Interpretis per prologum indicato, referentis partim antiqua de iis monumenta, in epistolis expressa, partim res ut erant suo tempore notæ, ut cum meminisset ecclesiarum Sanctis erectarum etc. certe non existimo meram hic haberi interpretationem ex Græco.

CAPUT VI

Martyrium SS. Domitillæ, Euphrosynæ et Theodoræ Virginum: item Sulpitii et Serviliani.

Factum est autem, postquam omnes Dei Sanctos tulit a solatio Domitillæ Aurelianus, dixit ad Sulpitium et Servilianum, a juvenes illustres viros: Scio quia conlactaneas Domitillæ habetis sponsas, id est,

a

Euphrosynam et Theodoram virgines sapientissimas. Cum ergo Domitillam deponi fecero de insula ad Campaniam, istæ ad illam visitandi gratia vadant, et suasionem suam revocent ad gratiam meam animum ejus. Cum ergo deposita esset Domitilla de insula Pontiana ad Terracinam, et venissent ad eam Euphrosyna et Theodora, invicem habuerunt gaudium magnum. Interea ad convivium dum venissent, prandentibus illis Domitilla jejuniis et orationibus vacabat. Tunc dixerunt ei conlactaneæ ejus: Modo quia nos prandemus et maritos accipimus, non possumus colere Deum tuum. Dicit eis Domitilla: Cum habeatis vos sponsores nobiles viros, quid faceretis si vellent vos ab amore eorum aliquæ ignobiles revocare b suppressæque personæ, ut ipsi vos maritas acciperent? Respondentes dixerunt: Avertat hoc Deus a mentibus nostris. Quibus Domitilla ait: Ita et a mea mente, quia magnum sponsum habeo, filium Dei, qui de cælo descendit, et promisit virginitatem diligentibus se, earum sponsum esse, quæ propter amorem ejus custodirent virginitatem, et dare eis vitam æternam: ita ut post exitum animarum earum introducat eas in thalamum æternum in cælis, et faciat eas gaudere cum Angelis, et inter flores aromaticum in medio paradisi semper gratulari et sine fine in conviviis epulari. Cum hæc promitteret filius Dei, et nullus ei vellet credere, cœpit cæcos illuminare, leprosos mundare, omnes infirmitates curare, etiam mortuos suscitare; sicque factum est ut se verum Deum ostenderet et doceret, et omnes in eum crederent.

22 Dicit ei Theodora: Fratrem habeo juvenem, quem nosti Herodem: hic ante istum annum oculorum cæcitatem incurrit: si verum dicis, in Dei tui nomine salva eum. Dicit etiam et Euphrosyna: Tu fratrem Romæ reliquisti cæcum; ego autem hic habeo filiolum nutricis mee, quæ in ægritudine muta facta est, auditum quidem integrum habet, sed vox et sermo fugerunt ab ea. Et hæc dicens, fecit eam in ejus adhiberi conspectum. Tunc Domitilla prosternens se in oratione, diutissime flevit: exurgens autem expandit manus ad cælum, et dixit: Domine Jesu Christe, qui dixisti: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi; ostende verum esse testimonium meum. Et cum hæc dixisset, fecit signum Crucis super os mutæ, et dixit: In nomine Domini mei Jesu Christi loquere. Et statim emisit vocem magnam dicens, Verus Deus tuus, Domitilla, et omnia vera sunt quæ de tuo ore protulisti. Tunc miserunt se ambæ ad pedes ejus, et credentes mysteriis Christi consecratæ sunt. Frater etiam Theodoræ adductus cæcus, Domitillæ precibus recepit lumen et mentis et corporis. Universi autem viri et mulieres, qui Pagani ex Urbe venerant, sive servi sive ingenui, videntes hæc crediderunt Christo, et baptizati sunt. Et facta est domus, in qua manebat, quasi ecclesia.

23 Factum est autem, et venit Aurelianus cum duobus sponsis, ipse tertius cum tribus organariis, ut quasi uno die trium virginum nuptiæ fierent. Sulpitius autem et Servilianus videntes mutam loqui, et Herodem Theodoræ fratrem illuminatum; audientes autem omnia quæ dicta et facta fuerant, crediderunt. Quos cum Aurelianus instanter hortaretur, ut una die simul acciperent sponsas suas, Sulpitius et Servilianus prudentissimi homines dixerunt ei: Da honorem Deo, cujus virtute cæcum illuminatum conspiciamus, et mutam loquentem videmus. Aurelianus autem non curans de his quæ illi loquebantur; fecit per potentiam suam includi in cubiculo Domitillam, ut securus faceret violentiam. Et positus organis, post cœnam, cœpit lætus saltare inter eos. Cui saltanti more solito nuptiarum, omnibus autem

D
S. Domitilla
Terracinam
perducta,Euphrosynam
et Theodoram
ad se missas,

b

instruit in
fide Christi-
stiana.

E

cumque muta
loquendumF
cæco visum
impetrasset,ipsas et om-
nes presentes
convertit.credunt etiam
earum sponsi
Sulpitius et
Servilianus,Aurelianus
saltans inter
piras,

A autem deficientibus, ille incessanter tandem saltavit per duos dies et duas noctes, quamdiu corruens expiravit. Videntes autem quæ evenerant, omnes crediderunt.

illi capite
plectuntur,

24 Frater autem Aareliani, nomine Luxurius, petiit ab Imperatore Trajano, ut hos omnes ad sacrificandum compelleret: qui si non consentirent, pœnis eos quibus vellet interimeret. Unde factum est ut Sulpitium et Servilianum Præfecto Urbis Aniano traderet. Quos Præfectus confessos quod nuper facti essent Christiani, nolentes penitus ultra idolis immolare, decollare eos *b* præcepit. Quorum corpora Christiani posuerunt in prædio eorum Via Latina milliario secundo, in quo loco exuberat virtus eorum usque in præsentem diem.

Sanctæ tres
virgines
comburantur.

25 Posthæc Luxurius abiit ad Virgines Christi ad Terracinenensium civitatem, et nolentes penitus idolis immolare, ablati omnibus quæ habebant, in eodem cubiculo, in quo simul morabantur, clausit, et ignem imposuit. Altera namque die veniens sanctus Diaconus, nomine Cæsarius *c*, invenit corpora Virginum immacolata: in facies enim suas prostratæ, orantes Dominum, recesserunt. Quarum corpora sanctus Cæsarius in sarcophago novo simul condiens, in profundo terræ infodiens sepelivit.

c

B

ANNOTATA.

a *Dies natalis SS. Sulpitii et Serviliani est 20 Aprilis, ad quem diem eorum Acta, translationes corporum, ac venerationem lector expositam reperiet.*

b *Supprimas personas, inferioris conditionis interpretor.*

c *S. Cæsarius Diaconus et cum eo Julianus Presbyter, agente eodem Luxurio, Terracinae sacco inclusi in mare sunt præcipitati Kalendis Novembris, quando erunt illorum Acta illustranda.*

HISTORIA TRANSLATIONIS

Curante Cæsare Card. Baronio factæ.

Ex MSS. authenticis ecclesiæ Vallicellanae.

Baronius
factus Car-
dinalis 1596

C

Vitam Cæsaris Baronii, ex Congregatione Oratorii S. R. E. Presbyteri Cardinalis, et Apostolicæ Sedis Bibliothecarii, atque Annalium Ecclesiasticorum scriptoris clarissimi, anno MDCLII Romanis vulgavit typis Hieronymus Barnabæus, ejusdem Congregationis Presbyter; quem deinde illius Præpositum dignissimum, nono post anno habuimus studios nostris ita faventem, ut exiguas esse putemus gratias, quas ante 2 tonum Martii, verbis licet amplissimis, conati sumus reddere ipsi ac religiosissimo isti eruditissimorum Patrum cætui. Hic lib. 3 cap. 13 Vitæ prædictæ, ad propositam nobis materiam, sic loquitur: Vixdom ille, Baronius scilicet, ad Cardinalatam assumptus fuerat, (quod a Clemente VIII factum anno Pontificatus v, Christi MDXCVI, Nonis Junii, Creatione secunda) cum titularem sibi ecclesiam SS. Nerei et Achillei a Pontifice petiit, atque eam quidem, cujus parietes vetustate collapsi, templi formam amiserant: eo scilicet animo, ut e vestigio instauraret. Re audita Pontifex obstupuit, et subridens ait: Tibi scilicet, tamquam omnium Cardinalium ditissimo, jure optimo debetur hic titulus, continuo enimvero restituendus. Denique roganti atque obsecranti, quod voluit, concessum est. Nec mora. Cæsar operi manum admovet, quodque magno animo inceperat, intra anni spatium feliciter absolvit. Cum autem illi per eos dies ad largiendum nihil suppeteret præter voluntatem, non dubitavit pro ea re pecuniam justo funore accipere, et ad septem aureorum millia, instaurandæ atque exor-

Titulum SS.
Nerei et
Achillei petat
et impetret,

mandæ ecclesiæ, liberaliter effudit. Id quod jam, antequam Cardinalis crearetur, meditatus fuerat, ac veluti animo præsigierat. Cum enim aliquando septem præcipuas Urbis Ecclesias religionis causa obiret, aspiceretque antiquas templi ruinas, disjectos parietes, atque omnia prostrata et ruderibus plena, Hem, inquit ad socios, quo tandem Sanctorum Martyrum Nerei et Achillei templum antiquissimum redactum est. Hic S. Gregorius Magnus homiliam ad populum habuit. Hic priscis illis temporibus Titulus a majoribus erectus est et Fasciolæ appellatus. Quid dicent hæretici, qui quotidie ad Urbem veniunt, et nos undique calumniantur? Tu scis, Domine, quid ego facturus essem, si animo suppeterent vires. Igitur cum primum sese obtulit occasio, (fuit autem nondum elapso mense) ecclesiam rescindendam coravit, ac prope a fundamentis excitatam ornavit, et perfecit. *Hæc Barnabæus.*

D
AUCTORE D. P.

cujus restau-
rationem pri-
dem op'arat :

2 Proximum a restauratione tituli ecclesiæque fuit, ut utrique sui restitueretur celebratus, per annuæ Stationis instaurationem: quod rogante Baronio, per sequens Breve factum est. Clemens Papa VIII ad perpetuam rei memoriam. Cælestium Ecclesiæ munerum dispensatores in terris, quamquam inmeriti, Divina disponente clementia constituti, illa sic dispensare studemus, ut Christi fideles illis allecti, ad pia et salutaria opera exercenda, magis excitentur; cum præsertim pia S. R. E. Cardinalium vota id exposcant, ac alias in Domino salubriter conspicimus expedire. Supplicationibus igitur dilecti filii nostri Cæsaris, titulo SS. Nerei et Achillei Presbyteri Card. Baronii nuncupati, nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, ac de omnipotentis Dei miseria, et BB. Petri et Pauli Apostolorum auctoritate confisi, omnibus et singulis Christi fidelibus, qui ecclesiam SS. Nerei et Achillei, sitam e conspectu ecclesiæ S. Sixti, die quo in eadem ecclesia S. Sixti, prope portam S. Sebastiani sita, Statio esse solet, visitaverint, et alia quæ pro consequendis Indulgentiis præd. Stationis adimplenda sunt adimpleverint, easdem Indulgentias præd. Stationis ecclesiæ S. Sixti, non privative quoad ipsam ecclesiam S. Sixti, sed cumulative, perpetuo concedimus: ita ut eodem die statio in eadem ecclesia SS. Nerei et Achillei pariter atque in ecclesia S. Sixti prædicta sit; et ita ab omnibus censeri, sicque per quoscumque judices ordinariorum et delegatos, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, judicari ac defini debere; et irritum et inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus Regula nostra, de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xxii Januarii, MDXCVII, Pontificatus nostri anno v. *Obtinuit nihilominus usus in Missalibus, saltem hæcenus excusis Antuerpiæ, ut solum notetur Statio ad S. Xystum (Hic est ejus nominis secundus et colitur vi Augusti) in Feria iv post Dominicam iii Quadragesimæ.*

I;

codem petente,

Statio du-
mbrimissa
idem resti-
tuitur 1597.

F

VIDE AP. 1.
TOM. VI. MAJ.
NOR. 1177

eodem conce-
ditur farul-
tas requirendi
Reliquias
olim inde
ablatas.

3 *Hinc gratiæ addita intra mensem est alia, per Breve ad ipsum Baronium in hæc verba directum. Dilecte fili noster, salutem et Apostolicam benedictionem. Piis ac devotis tuis supplicationibus inclinati, Circumspectioni tuæ Reliquias SS. Nerei et Achillei ac Flaviæ Domitilla, qui simul martyrium passi sunt, ex quibuscumque Urbis et extra illius maros Basilicis, ecclesiis, monasteriis quorumvis Ordinum etiam Mendicantium, et piis locis in quibus repe-*

rientur,

A riantur, libere extrahendi, et ad ecclesiam SS. Nerei et Achillei, quæ Titulus tui Cardinalatus existit, transferendi licentiam et facultatem, auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus et imperitur. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ, et sub indignationis nostræ ac privationis vocis activæ et passivæ ac officiorum quæ obtinent, nec non aliis arbitrii nostri pœnis eo ipso incurrendis, dilectis filiis Præsidentibus, Capitulis et Personis earundem basilicarum, ecclesiarum, monasteriorum et piorum locorum Superioribus seu Commendatariis respective, ut dictas sanctas Reliquias, apud eos existentes, Circumspectioni tuæ libere ac omni mora, tergiversatione, exceptione, vel excusatione sublata, tradant, consignent; ac tradi et consignari cum effectu curent et faciant.

et alias insuper acqui-
rendi :

B 4 Præterea eidem Circumspectioni tuæ, ut alias quascumque Sanctorum et Sanctarum Reliquias a Præsidentibus, Capitulis, Personis et aliis quibuscumque prædictis tibi sponte dandas, ex ipsis Basilicis, ecclesiis, monasteriis et locis piis extrahere, et ad præd. ecclesiam SS. Nerei et Achillei transferri facere, libere et licete et absque aliquo conscientiæ scrupulo possis, auctoritate et tenore prædictis pariter concedimus et indulgemus. Non obstantibus etc.... Datum Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die xiv Februarii m̄xcvii. Pontificatus nostri anno vi, *ante dies scilicet quindecim inchoato. Quomodo autem facultate sibi data usus Baronius et quos Reliquias ex ecclesiis SS. Adriani, Sebastiani et Silvestri de capite extraxerit, sequenti continetur instrumento.*

qua usus 20
Febr. ex
Divconia S.
Adriani,

C 5 In Dei nomine. Amen, Hoc publico instrumento cunctis ubique pateat et sit notum, quod anno a Nativitate Domini m̄xcvii Indictione x die vero xx mensis Februarii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri D. Clementis divina providentia Papæ VIII, anno ejus vi, in mei Notarii publici infrascripti, testiumque infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum, habitorum et rogatorum præsentia, præsens et personaliter existens Illustriss. et Reverendiss. D. Cæsar tit. SS. Nerei et Achillei S. R. E. Presbyter Cardinalis Baronius nuncupatus (cui nuper S. D. N. Clemens div. Provid. Papa viii per suas in forma Brevis desuper expeditas litteras, ut Reliquias SS. Nerei Achillei ac Flaviæ Domitillæ, ex quibuscumque.... extrahere, et ad ecclesiam SS. Nerei et Achillei transferre licentiam et facultatem concessit) uti volens facultate sibi in eisdem litteris Apostolicis concessa, assumpto me Notario ad ecclesiam S. Adriani se contulit: quam ingressus, piisque ibi prius ad Deum effusis precibus, vocatis inde ad se Reverendis Patribus Fr. Ferdinando Suarez, Vicario generali Ordinis S. Mariæ de Mercede redemptionis captivorum; Fr. Ricardo Bargas, Vicario ecclesiæ ejusdem S. Adriani, Fr. Marcello Leonis, Fr. Dominico Aragonensi, Fratibus ejusdem Ordinis in eadem ecclesia degentibus, prænaratas litteras Apostolicas originales, quas manibus tenebat, in medium exhibuit, ac mihi Notario eisdem Fratibus præsentandas tradidit....

recuperat
capita SS.
Nerei et
Achillei,

6 Quibus quidem litteris per me Notarium clara et intelligibili voce prælectis, eidemque Illustriss. et Reverendiss. D. Cardinali restitutis, illarum copia penes me retenta, prædicti RR. Fratres visis et auditis litteris præd. ea qua decuit reverentia, pluribus luminaribus accensis, aperta quadam capsula in sacrario existente, pluribus clavibus reclusa, eidem Ill. ac Rev. D. Cardinali ibidem adstanti, tria capita SS. Nerei scilicet, Achillei et Flaviæ Domitillæ, thecis ligneis auratis oclusa, cum inscriptione nominum eorundem Martyrum, humiliter et reve-

renter consignarunt, asserentes in eisdem eorumdem D beatorum Martyrum capita recondi. Et insuper idem R. Fr. Ricardus, etiam medio juramento, tacto pectore more Religiosorum, affirmavit eorundem Beatorum Martyrum corpora ab Illustriss. ac Reverendiss. D. Augustino S. R. E. Cardinali Cusano de anno m̄lxxxix cum vetustis inscriptionibus in d. Ecclesia S. Adriani inventa, et sub altari majore ejusdem ecclesiæ præd. Cardinalis jussu collocata, eorumque capita dictis inauratis thecis recondi vidisse. Quæ quidem capita præd. Ill. ac Rev. D. Card. Baronius ad manus suas pie recepit, animo illa, juxta præinsertarum litterarum formam, ad ecclesiam præd. SS. Nerei et Achillei deferendi, ibique quam honorificentius et religiosius fieri poterit collocandi, ut ad divinum cultum ipsorumque sanctorum Martyrum memoriam retinendam, populo veneranda proponi possint. Actum Romæ in ipsa S. Adriani ecclesia, pie ad præmissa omnia etiam interveniente Illustriss. ac Reverendiss. D. Francisco Maria S. R. E. Card. Taarnsio et quamplurimis ipsorum DD. Cardinalium familiaribus ibi adstantibus...

7 Successive, iisdem anno, Indictione et Pontificatu, die vero xxv ejusdem mensis Februarii... præfatus Cæsar Card. Baronius, assumpto me Notario, ad ecclesiam S. Sebastiani extra muros positam se contulit, eamque ingressus est, et cum Reverendiss. D. Angelo Roccha S. D. N. Papæ Sacrista, d. ecclesiæ Administratore, ibidem existente, ad altare majus d. ecclesiæ accessit, et in vim præd. litterarum... fuerunt pluribus luminaribus accensis, coram testibus etc. eidem D. Cardinali per d. D. Administratorem consignata duo capita lignea inaurata, quæ sub clavi recondebantur supra altare majus d. ecclesiæ in nobilissimo sacello, ut ex ipsius inscriptione legebatur, sumptibus Serenissimi et Piissimi utriusque Bavaricæ Ducis constructo, cum inscriptione in quolibet eorundem capitum apposita, in uno scilicet de capite S. Nerei Martyris, et altero de capite S. Achillei, intusque asserebatur de capitibus eorundem sanctorum Martyrum Reliquias recondi: quæ idem D. Cardinalis ad manus suas pie et humiliter recepit, iteratisque precibus ad Deum illa secum asportavit, presentibus etc.

et 25 Febr.
ex S. Sebastiani ecclesia
particulas
aliquas eorumdem,
E

8 Deinde v Martii, eisdem anno, Indictione et Pontificatu quibus supra... præd. Cardinalis accessit ad monasterium S. Silvestri de capite de urbe, et advocata adm. Rev. Sorore Hieronyma Maccarana, ejusdem monasterii moderna Abbatisa, eaque certiorata de facultate sibi concessa intravit chorum ejusdem monasterii et genu flexus ante altare majus ibi existens, effudit preces Deo optimo maximo; et accensis quatuor torceis cereis albis, cum præsentia et consensu d. D. Abbatisæ et nonnullarum aliarum monialium, ibi devotionis causa adstantium, habuit per manus R. D. Pompeii Paterii Presbyteri ecclesiæ S. Mariæ in Vallicella de Urbe præsentis, et de ordine d. Sor. Hieronymæ Abbatisæ tradentis, sex petia reliquiarum Sanctorum et Sanctarum, existentium in quadam capsula plumbea, quæ quondam adstabat in altari SS. Pauli et Nicolai ecclesiæ S. Silvestri; et nunc ob restaurationem d. ecclesiæ et altaris, supra altare majus d. chori, ab anno et citra, ut d. Abbatisa affirmavit, recondita; et nonnulla alia petiola reliquiarum existentium in quadam capsula ossi albi clausa, quæ fuit aperta et postea reclusa: quorum quidem Sanctorum et Sanctarum nomina ignorantur: et demum tria petia reliquiarum SS. Innocentium, reposita in quodam vaso argenteo, sponte per dictas Moniales oblata et concessa. Quas omnes Reliquias idem Cardinalis ad manus suas humiliter recipiens, in quadam parva capsula pro nunc reponi et conservari mandavit, ad d. ejus titularem ecclesiam

ac 5 Martii
alias inno-
minatus ob-
tinet ex mo-
nasterio S.
Silvestri.
F

A ecclesiaro postmodum pro fidelium devotione deferenda....

Idem 12 Martii possessionem tituli sui adeptus,

9 Postmodum die Mercurii xii mensis Martii, anno, Indictione et Pontificatu predictis... d. D. Cardinalis, cui nuper per S. D. N. Papam predictum de titulari praed. ecclesia provisum extitit (prout in Apostolicis sub datum Romae in Monte Quirinali xi kalend. Februarii Pontificatus sui annov sub plumbo expeditis litteris plenius continetur) volens juxta facultatem sibi in eisdem litteris Apostolicis concessam, ejusdem ecclesiae juriumque et pertinentiarum illius quorumcumque, actualem et corporalem possessionem adipisci tam in spiritualibus quam in temporalibus; hac praesenti die, qua est Statio ad d. ecclesiam; multis nobilibus et dignis personis comitatus, et ad effectum illius possessionem accipiendi, in illam intravit: et aqua benedicta accepta ad altare majus ipsius ecclesiae, sumptu ipsius D. Cardinalis noviter extractum accessit, genibusque flexis devotas ad Deum optimum maximum preces effudit, Deinde sacris vestibus indutus in ciborio ejusdem ecclesiae Pontificaliter sedit: et postea litteras Apostolicas super concessionem ejusdem ecclesiae Titularis ut supra confectas mihi, ut illas populo ibi adstanti legerem, tradidit...

ibi sermonem de sanctis Patronis facit,

10 Postmodum praed. D. Cardinalis, adeptionem possessionis hujusmodi continuando, solitis orationibus decantatis, Missam in eodem altari majori solenniter celebravit, magna personarum multitudine audiente: et sacra Missa completa sacrisque vestibus exutis, sedens, ad populum ibi adstantem sermonem habuit de laudibus SS. Nerei et Achillei, sub quorum nominibus ipsa ecclesia est consecrata; ecclesiamque circumcirca aqua benedicta aspersit atque lustravit: et sic, praemissa et alios actus possessorios, veram, realem et corporalem possessionem denotantes, faciendo, gerendo et adimplendo, ecclesiae SS. Nerei et Achillei illiusque jurium, membrorum et pertinentiarum, uti Cardinalis titularis d. ecclesiae, in vim dictarum litterarum Apostolicarum, accepit, intravit et adeptus fuit praedicto et alias omni meliori modo: protestans quod per discessum ab eadem ecclesia non intendit illius possessionem dimittere, sed illam animo et civiliter semper et quaecumque retinere.

C et eorum corpora sub altari S. Adriani reperta

11 Demum ix Maji Ill. D. Cardinalis utendo facultate sibi concessa in litteris de quibus supra, existens in suprad. ecclesia S. Adriani... assistentibus eidem RR. PP. Priore et Fratribus d. Ecclesiae, ea qua decuit veneratione, sublato, ipsius Illustriss. D. Cardinalis jussu, per Mag. Bartholomaeum Bassum Florentinum lapicidam, et D. Gasparem Guerram Mutinensem Architectum, ac alios ad id adhibitos, lapide marmoreo, sub altari majori d. ecclesiae, recondi asserebantur corpora SS. Martyrum Nerei Achillei et Domitillae, fuit per praed. D. Cardinalem, sub altare, comperta quaedam capsula plumbea, in qua eorundem SS. Martyrum corpora recondebantur, ut apparebat ex inscriptionibus ibi repertis, et per me Notarium visis et lectis, illarum copia sumpta inserti tenoris, videlicet. Hic sunt conditae Reliquiae, videlicet medietas corporum BB. Martyrum Nerei, Achillei, Domitillae sociarumque eorundem, quorum corpora invenerunt, Gregorius Abbas S. Sebastiani, et Presbyter Paulus S. Adriani Clericus, anno Incarnationis Dominicæ mccciii, pridie kalendas Maji. Altera vero infrascripti tenoris, videlicet. Sixto V Pontifice Maximo, anno Domini mclxxxix die xviii mensis Julii, Augustinus Cusanus Mediolanensis, hujus ecclesiae S. Adriani S. R. E. Diaconus Cardinalis invenit in confessione medietatem corporum BB. Martyrum Nerei Achillei et Domitillae Virginis, quae in hoc

et an. 1589 ibi posita

plumbeo loculo, simul cum veteri plumbea inscriptione recondidit, et in altari majori decentius collocavit, xviii Februarii, die Dominico mdxv.

D AUGUSTORE D. P.

12 Qui Illustriss. D. Card. Baronius, omnibus his visis et lectis, cum praesentia et interventu praedd. DD. Prioris et Fratrum d. ecclesiae S. Adriani testiumque insertorum dicta beatorum Martyrum corpora, ex loco in quo recondebantur, humiliter et devote extraxit; et in alia capsula lignea, serico Damasceno rubeo cooperta, sub clavi, ipsius Illustriss. D. Cardinalis sigilli impressione pluribus in locis accurate obsignata et munita, omni cura et diligentia, propriis manibus pie et humiliter reclusit, et in sacristia ejusdem ecclesiae pro nunc servari et fideliter custodiri mandavit, ad effectum illa inde postmodum majori quo fieri poterit sumptu et apparatu solenniter et processionaliter, ad eorundem SS. Nerei et Achillei ecclesiam, sui Cardinalatus titulum, transferendi et asportandi; relicta nihilominus per praed. Illustriss. D. Cardinalem eisdem RR. Fratribus, et in eadem capsula plumbea sub altare in priori in quo aderant loco, aliqua parte Reliquiarum corporum ipsorum beatorum Martyrum. . . Actum in praed. S. Adriani ecclesia, praesentibus ibidem Magnif. D. Fabritio Paulutio et Magnif. D. Joanne Bapt. Picciolotto praed. Illustriss. D. Cardinalis familiaribus, testibus ad praemissa omnia et singula vocatis et habitis. Ego Octavius Cellius de Aqua-sparta, causarum curialium Camerae Apostolicae Notarius, de praemissis rogatus, hoc publicum instrumentum subscripsi et signavi requisitus +.

9 Maji transfert in novam capsam

particula quadam relicta in veteri loculo,

F

13 Non longa interposita mora fuit quin designata translatio perficeretur: de qua licet nullum conditum instrumentum acceperimus, neque aliam peractae solennitatis historiam, diu tamen fuisse a praedictis tertiam, ipsum scilicet Sanctorum festum, notavit Joannes Juvenalis Aucina apud Barnabæum, lib. 3 cap. 2 hoc memorabili evento et ad Sanctarum commendandam interventionem non praetereundo, his verbis addito. Lubet, inquit, bis adjungere Card. Baronium (quemadmodum ipsemet ore suo mihi narravit) calidissimis precibus obsecrasse gloriosos Martyres Nereum et Achilleum, ipsa die qua eorum corpora ex Diaconia S. Adriani ad antiquam ecclesiam relata sunt, ut adesse dignarentur Cardinali Avenionensi, in re difficillima quam tractabat, de conciliandis inter se Mantuae et Parmae Principibus, id quod humanis rationibus obtineri non posse, Purpuratorum prope omnium judicio, censebatur. Ecce autem ipsa die, qua ipsis Martyribus solenni officio gratulamur, iv Idus Majas, pacem ex improvise factam esse appruunt. Cardinalis Avenionensis intelligitur supra nominatus et infra laudandus Cardinalis Taurusius, Julii III nepos, ex Congregatione Oratorii ad Archiepiscopatum Avenionensem, deinde ad Cardinalatum erectus, et ad Senensem Archiepiscopatum translatus: de quo ad annum mdcxvii scribit Historiae Mantuae auctor Hippolytus Dovesmundi, quod copula Parmensis mente Mantuam appulerit xxvi Martii, adeoque decere tractaverit Mutinensis animum, ut eam inclineret ad honoratas quas afferebat pacis conditiones: in ejus rei gratiam cantaverit Missam sequenti Dominica scilicet xxx Martii, in ecclesia Cathedrali de Spiritu sancto; proposita plenaria indulgentia omnibus pro pacis confirmatione oraturis. Et hae confirmatio intelligitur ex Aucina facta esse xii Maji, prout postea Romae innotuisse indicat praedictus auctor, ipsa scilicet eadem die quo non tantum celebratum Sanctorum festum opportunum, sed ipsa quoque eorum corpora in ecclesiam restauratam relata.

et 12 Maji deferret ad restauratam a se ecclesiam,

F

quando ex vno Biroun inter Parmensem et Mutinensem par contul

14 Conservationi porro praedictae ecclesiae SS. Nerei et Achillei futuris quoque temporibus consultum volens Clemens

AUCTORE D. P. Eam ecclesiam 20 Junii Clemens Papa,

A *Clemens Papa, eodem anno MDXCVII die III kalen. Julii, per bullam datam ad S. Petrum, decrevit eandem Congregationi Patrum Oratorii subjiendam, sic exordiens. Clemens Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cum ex debito Pastoralis officii, humeris nostris Divina dispositione impositi, singularum ecclesiarum cura nobis demandata existat: illarum tamen quæ in hac alma Urbe existunt et quæ S. R. E. Cardinalibus in titulum concedi consueverunt, manutentionem et conservationem præcipua quadam providentia et solitudine, Domino cooperante, procurare ac ejusdem officii partes interponere nos convenit, prout conspiciamus in Domino expedire. Cum itaque ecclesia SS. Nerei et Achillei, quæ inter vetustissimos d. Urbis Titulos connumeratur, ob illius antiquitatem collapsa et fere diruta ac ad profanos pene usus reducta fuerat; et quæ per plures annos proprio caruit Presbytero Cardinale; et quam dilectus filius noster Cæsar, titulo eorundem SS. Nerei et Achillei Presbyter Card. Baronius nuncupatus; in titulum sui Cardinalatus sibi per nos concedi obtinuit; quique ecclesiam ipsam singulari pietate et non modica ejus impensa restauravit, et ad pristinum statum et ecclesiæ usum restituit, et ad quam eorundem SS. Nerei Achillei ac Domitillæ corpora, in quorum honorem ecclesia ipsa constructa fuit, quæ antea sub Confessione d. ecclesiæ recondita, ad ecclesiam S. Adriani tempore felicitis recordationis Gregorii Papæ IX Prædecessoris nostri translata fuerant, d. Cæsar Cardinalis pia ejus liberalitate, de nostra licentia, sub eadem confessione ab ipso pariter restituta honorifice reportari et recondi curavit.*

unit et committit Congregationi Oratorii:

15 Ut igitur ecclesia ipsa SS. Nerei et Achillei in hoc decenti statu conservetur providere volentes, de maxima pietate et caritate nobis admodum nota dilectorum filiorum Præpositi et Presbyterorum Congregationis Oratorii S. Mariæ in Vallicella de eadem Urbe, cum quibus antiquitus dum in minoribus constituti essemus, ut etiam dum Cardinalatus honore fungebamur, familiariter conversati sumus, plurimum in Domino confisi, decrevimus ecclesiam ipsam SS. Nerei et Achillei, de consensu ipsius Cæsaris Cardinalis, curæ, regimini et administratione ejusdem Congregationis committere et demandare, illamque eidem Congregationi perpetuo concedere et assignare. *Decernens deinde proprio motu, annum jurium et bonorum quorumcumque ad ecclesiam pertinentium valorem in præsentibus pro expresso habendum (deceverat enim alias absque hoc irritam esse beneficiorum unionem) eandemque ecclesiam a cujuscumque præterquam a Vicarii generalis jurisdictione erimens, et quæcumque contraria abrogans, salvo quod Presbyter Cardinalis Titularis ad illam in festivitatis ac stationis et aliis quibuscumque diebus accedere, et Missæ ac Vesperis assistere, illasque uti sibi libuerit celebrare possit... ipsam, inquit, ecclesiam, sic ut præfertur liberam et exemptam, eidem Congregationi perpetuo concedimus et assignamus, unimus, annectimus et incorporamus.*

16 Ita quod d. Congregationis Præpositus et Presbyteri, ecclesiæ SS. Nerei et Achillei hujusmodi, ac

illius ædificiorum, jurium et pertinentiarum quorumcumque per se vel alium vel alios, eorum etiam d. Congregationis nomine, propria auctoritate realem et actualem possessionem libere comprehendere et perpetuo retinere; ac quæcumque ipsius ecclesiæ SS. Nerei et Achillei ac alia illi donanda seu quomodolibet relinquenda bona recuperare, recipere, exigere et levare, illorumque fructus, redditus et proventus exigere, ac in eorum et d. Congregationis usus et utilitatem convertere; nec non sacrarum Reliquiarum in eadem ecclesia consistentium curam et administrationem perpetuo habere, ac Reliquias mobiles, quæ non sunt sub Confessione reconditæ, in eorum ecclesia de Vallicella custodire et asservare, ac ad ecclesiam SS. Nerei et Achillei in festivitatis et Stationis illius diebus deferre; ac eidem ecclesiæ SS. Nerei et Achillei in divinis, prout eis videbitur ac eorum arbitrio (ita ut ad aliquod onus seu servitium in d. ecclesia SS. Nerei et Achillei subeundum vel præstandum minime eogi aut compelli possint) deservire seu deserviri facere, ipsamque ecclesiam SS. Nerei et Achillei in spiritualibus et temporalibus regere et gubernare libere et licite possint ac valeant, etiam absque ipsius ecclesiæ SS. Nerei et Achillei Presbyteri Cardinalis Titularis seu d. Urbis Vicarii vel cujusvis alterius consensu seu licentia, desuper minime requisita, eisdem auctoritate et tenore similiter perpetuo concedimus et indulgemus.

Sequuntur formulæ cautionariæ ordinariæ atque extraordinariæ, ut præsentis decreti firmitati et inviolabilitati consulatur: quibus omissis hic addimus, quod juxta potestatem in eo factam, capita SS. Nerei et Achillei translata fuerint ad ecclesiam Vallicellanam ubi ea hoc XII Maji anno MDCLXI venerati sumus, Missæ sacrificium solenne ibidem celebrante Ferdinando Furstenbergio, Alexandri VII Camerario et Electo Episcopo ac Principe Paderbornensi. Fuisse autem Cardinalium Baronium usque ad finem vitæ SS. Nereo et Achilleo pie devotum, tamquam Patronis suis, non solum testatur Barnabæus lib. 3 Vitæ cap. 4, sed etiam cap. 9 addit, quod de suo ipsius funere cogitans, Franciscum Zassaram obsecravit, hoc sibi beneficii loco a Patribus impetraret, ut se in ecclesia SS. Martyrum Nerei et Achillei, omissa funeris pompa, tamquam pauperculum hominem sepeliendum curarent: ibi enim ille jam pridem, juxta tutelares Martyres, sepulcrum sibi paraverat, sola modestia atque humilitate conspicuum. Et ille quidem obiit pridie kalendas Julii anno MDXCVII: sed in eo quod petierat mos ei gestus non est; nolentibus præsentia tam cari sibi pignoris privari religiosissimis illis Patribus, qui, uti scribit idem Barnabæus lib. 2 cap. ult. quarto postquam obierat die corpus in arca plumbea, quam lignea circumdabat, inclusum in sepulcro suo communi ad sinistrum latus aræ majoris condiderunt. Cumque apud eosdem biennio post Franciscus Maria Cardinalis Taurusius extremum diem clausisset, et juxta Cæsarem sepultus esset, ibidem erecto monumento elogium, utriusque commune marmori insculpendum curarunt, id factum professi, nec corpora disjungerentur in morte, quorum animi, divinis virtutibus insignes, in vita conjunctissimi fuerant.

D libere possidendam et regendam:

capita ad ecclesiam Vallicellanam delata,

ubi et Card. Baronius, licet ad SS. Nereum et Achilleum sepeliri petierit,

cum Card. Taurusio tumulatur.

DE S. PANCRATIO MARTYRE, ET S. DIONYSIO EJUS PATRUO.

G. M.

§. I. Cultus Sacer: Acta martyrii. Ecclesia S. Pancratii.

ANNO CCXCIII
AUF. CCCLV
Memoria in
antiquis
Fastis,

Quemadmodum veneratio SS. Nerei et Achillei, Martyrum Romanorum, in Ecclesia Romana non excludit cultum S. Pancratii Martyris, quin simul eodem Officio Ecclesiastico eorum festum celebretur; ita sacra eorum memoria in antiquissimis Hieronymiani Martyrologii apographis conjungitur his verbis: Romæ Nerei et Achillei, et natale S. Pancratii Mart. Idem fit in antiquis MSS. Martyrologiis Richenoviensi, Rhinoviensi, Augustano, Cosinensi, Altempsiano et aliis. Venerabilis Beda, in suo genuino Martyrologio, hoc ei tribuit elogium: Romæ S. Pancratii, qui cum esset annorum quatuordecim, sub Diocletiano martyrium capitis detruncatione complevit. Quæ plane eadem suis Martyrologiis inseruerunt Rabunus et Usuardus cum hodierno Martyrologio Romano, sed præponitur via Aurelia, ut palæstra martyrii. Ado ista subjungit: Cujus corpus Octavilla, illustris femina, occulte noctu sublatum, aromatibus conditum sepelivit, quarto Idus Maji. Quæ eadem leguntur apud Notkerum et in Martyrologio sub nomine Bedæ supposito. Similia apud posteriores Martyrologos habentur. Ado dein ista addit: Eodem die B. Dionysii, patruj ejusdem Pancratii, cujus studio idem Pancratius et baptizatus et in timore Dei confortatus, ad martyrium animatus est. Ipse cum præmiis cælestibus carus et Deo dignus, in pace diem vitæ hujus clausit. Eadem tradunt Usuardus, Notkerus, et auctor Bedæ suppositi, alique recentiores cum Martyrologio Romano.

B

2 Acta Martyrii ex variis MSS. obtinere studimus, ob aliquam in Imperatoribus notandis diversitatem. Ex omnibus ea sola selegimus danda, quæ et ipsi in pervetusto codice nostro habemus et descripta accepimus ex MSS. Windbergensis in Bavaria monasterii ac Trevirensibus S. Maximini et S. Martini, Aulomarensi ecclesiæ Cathedralis et alio Regiæ Sueciæ. Eadem apud Mombrinium ante ducentos annos fuerunt excusa, et in MS. Cryptæ Ferratæ inter Codices Vaticanæ bibliothecæ servato sub num. 866 Græce reddita leguntur sub aliqua phrasî diversitate. Ubique autem commune cunctis $\sigma\kappa\alpha\lambda\mu\alpha$ irrepsit, dum ad titulum Papæ Romani, fortassis sine nomine positum, notatum fuit nomen Cornelii, qualis tempore Diocletiani non sedit: et pro quo, omnibus consideratis, mallems substituere, nomen Caii Papæ Romani, quod etiam incorrecte scriptum potuit præbuisse occasionem ineruditis amanuensis aberrandi. Interim horum errorem satis palpabilem secutus cum aliis est Pamphilus Monachus, Presbyter Sanctæ civitatis ordinatus et servus sanctæ Christi Dei nostri resurrectionis in encomio Græco S. Soteridis Virginis ac Martyris, quod Florentiæ invenimus servamusque pro supplemento Februarii, dandum ad diem x ejus mensis quo illa colitur. Præfuit Ecclesiæ S. Caius ab anno cclxxxiii, usque ad annum cxcvi, cujus Acta illustravimus ad diem xxii Aprilis, et nonnulla ex Actis S. Sebastiani Martyris ad xx Januarii repetivimus. Ex hisce num. 69 relatus hæc latus deduximus: Quia tutus nullus inveniri poterat locus ad latebram confovendam, morabantur omnes apud Castulum quemdam Zetarium palatii, qui Castulus ibidem in palatio in superiori loco et valde altissimo commanebat. Ideo autem hæc apta mansio probabatur, quia et ipse Castulus eum suis omnibus Chri-

Maji T. III

stianissimus erat; et lex data de sacrificiis, cum ubique sui fervore desæviret, in illis qui palatio adhærebant, quia nec suspicio de eis esse poterat, celabatur. Erant ergo, ut diximus, omnes hi morantes cum sancto Papa Caio apud Castulum Zetarium in ipsis superioribus palatii. Hæc ibi. Jam infra num. 2 Dionysius et Pancratius venerunt ad Regiam sancti Papæ, quam custodiebat Eusebius Ostiarius, vir totius sanctitatis. Ita supra palatium, hic Regia in antiquioribus omnibus MSS. scribitur, præ qua in recentioribus legitur janua. Deinde in eisdem Actis ista adduntur: Ascedebant autem ad eos occulte viri religiosi et religiosæ feminæ, et a Sanctis diversas sibi sanitatum gratias impetrabant: ibi juvenem exanimem a S. Tiburtio sanatum baptizavit S. Caius cum parentibus illius, item alios a S. Castulo conversos S. Caius omnes baptizans numero Sanctorum sociavit. Ibidem, ex Actis S. Susannæ Virginis et Martyris, referuntur conversi S. Thraso Christianissimus togatus, SS. Maximus Comes rei private, Claudius ejus frater, Prepedigna hujus uxor, Alexander et Cutias filii dein Martyres, quorum Acta illustrovimus ad xviii Februarii. His conformia sunt, quæ infra num. 2 dicuntur. Quia magna persecutio erat Christianis in illis diebus, quidam Papa Romanus latebat in vico Dionysii et Pancratii, et cum audiret Dionysius universas virtutes quas Papa Romanus faciebat, quomodo universum populum ab cultura idolorum amoveret, et ad viam rectam et ad vitam æternam perduceret; ita factum est ut Dionysius, una cum suo nepote Pancratio, ad ejus notitiam perveniret.

E

3 Hisce considerationibus permoti, nomen Caii Actis inseruimus, idque hic monemus, ne præjudicium fiat, si forsitan alia certiora monumenta reperirentur, quibus probaretur, prædictos Sanctos sub S. Marcellino Caii successore primum pervenisse Romam. Non enim primæ notæ Acta illa sunt, neque ipso martyrii tempore conscripta, ut patet ex conclusione, qua dicitur. Eodem tempore passa Virgo Sotheris, additurque, Diocletiano nono et Maximiano octavo Imperatoribus. Ubi si intelligas annum Imperii nonum et octavum, non habebis phrasim illius avi, sed posterioris, et annum Christi ccxciii. Sin autem cum interprete Græco legas $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\upsilon\sigma\omega\tau\omicron\varsigma\ \mu\acute{\epsilon}\nu\ \Delta\iota\alpha\kappa\lambda\epsilon\tau\iota\alpha\upsilon\omicron\upsilon\ \acute{\upsilon}\pi\alpha\rho\theta\acute{\iota}\varsigma\ \text{Ἔ} \text{καὶ} \text{Μαξίμια}\nu\omicron\upsilon\varsigma$, ut intelligatur passu Virgo Imperatoribus Diocletiano IX et Maximiano VIII id est nonum et octavum Consulibus, quomodo tunc temporis scriptum fuisset, indicabitur annus Christi ccciv et istorum Imperatorum ultimus, quando uterque 1 Aprilis, adeoque ante mortem S. Sotheridis, Imperium deposuit, Nicomedis unus, pridem Roma absens, alter Mediolani: proinde censeri deberent, ea quæ Diocletiano hic tribuuntur, intelligenda de Maximiano Galerio, Diocletiani et Maximiani Herculi persecutionem continuante: sicuti in similibus post scriptis Martyricorum Agonum Actis Diocletiani nomen sæpe invenimus perperam poni, quando in Diocletiani persecutione passus aliquis memorabatur. Est nobis satis verosimile item accidisse in scribendo S. Pancratii certamine: sic enim annus dicitur notatus ex aliquo illiusmet avi monumento, cetera autem pro scriptoris ingenio explicata haberi. Ex dictis interim corrui ratio aliorum, qui loco Diocletiani et Maximiani intraserunt Valerianum et Gallienum,

Tempus martyrii anno 293

F

aut forte an. 304 sub Maximiano Galerio.

Conversio an
a S. Caio
Popu facta?

A *quasi tunc S. Cornelius vixisset : qui obiit Consulibus*
 AUCTORE G. H. *Imperatoribus Gallo et Volusiano anno CCLII, biennio*
antequam in horum locum succederent Valerianus et
Gallienus. Similia Acta, in quibus hi Imperatores in-
dicabantur, passim nitidioris stylo et cum nonnullis
amplificationibus exornata, ex MS. Romana accepimus,
quæ omittuntur : uti etiam alia, quæ habemus ex codice
 MS. *Monasteriensi Bernardi Rottendorffii, et alio*
Reginæ Succix num. 13 signato. In his dicuntur parentes
S. Pancratii fuisse Christiani, et ab iis S. Pancratius
in fide Christiana educatus persuasisset Dionysio pa-
truo eandem fidem amplectendam esse : et deinde re-
liqua ex aliis Actis subjunguntur, nec satis coherentia,
ut non mereantur hic excudi.

Alia Acta
omissa.

Ecclesia S.
Pancratii in
cæmeterio
Calepodii,

4 Decollatum esse S. Pancratium via Aurelia, et
 ab Octabilla sive Octavilla in sepulcro novo deposi-
 tum, Acta habent. Erat eadem via cæmeterium S. Ca-
 lepodii, de quo ad hujus Acta egimus x Maji. Fuisse
 autem cæmeterium S. Calepodii apud S. Pancratium,
 testantur Cencius Camerarius et Petrus Manlius, in
 Cæmeteriarum Catalogo apud Paulum Aringhium lib.
 2 Romæ subterraneæ cap. 12 num. 5. Pancirolius,
 quia apud Anastasium legit in Felice 1, quod consti-
 tuit supra sepulcra Martyrum Missas celebrari; et
 in Felice 11, quod fecit basilicam via Aurelia cum
 Presbyterii honore fungeretur, ab uno conditum ara-
 torium, ab altero amplificatum sibi est imaginatus :
 prudentiar prælaudatus Aringhio num. 13 ait, incer-
 tum esse quo potissimum tempore aut a quonam
 exædificata fuerit ecclesia super Calepodii cæmete-
 rio : quod tamen de primo illius ecclesiæ initio intel-
 ligit Aringhio ; quia Anastasius Bibliothecarius de
 Vitis Pontificum tribuit istius operis perfectionem S.
 Symmacho Popæ, in cuius Vita ista habet : Hic fecit
 basilicam sanctæ Martyris Agathæ, via Aurelia in
 funde Lardario, et a fundamento cum fonte con-
 struxit, ubi posuit arcus argenteos duos. Eodem
 tempore fecit basilicam S. Pancratii, ubi et fecit
 arcum argenteum qui pensabat libras quindecim.
 Fecit autem eodem loco balneum, ubi Aringhio notat
 vocem illam, fecit, apud Anastasium frequenter, pro
 instauravit, usurpuri. Sedit Pontifex Symmachus ab
 anno ccccxcviii usque ad annum dxiv. Celebris porro
 fuit dicta ecclesia S. Pancratii, ut ab ea portam Jani-
 culensem, Aureliam antiquitus dictam, ex ejusdem
 Sancti nomine jam olim appellatam fuisse portam S.
 Pancratii, testetur Procopius lib. 1 de Bello Gothico
 Justiniani Imperatoris. In magna quoque veneratione
 fuisse S. Pancratium ejusque socras reliquias in dicta
 ecclesia asservatas, attestatur Gregorius Episcopus Tu-
 ronensis lib. 1 de miraculis cap. 39 his verbis. Est
 etiam haud procul ab hujus Urbis muro et Pancra-
 tius Martyr, valde in perjuriis ultor. Ad cuius se-
 pulcrum si cujusquam mens insana juramentum
 inane proferre voluerit, priusquam sepulcrum ejus
 adeat, hoc est antequam usque ad cancellos, qui
 sub arca habentur, ubi Clericorum psallentium stare
 mos est, accedat ; statim aut arripitur a dæmone,
 aut cadens in pavimento emittit spiritum. Ex hoc
 enim quisque fidem cujuscumque rei ab alio voluerit
 elicere, ut verum cognoscat, non aliter nisi ad hu-
 jus basilicam destinat. Nam ferunt plerosque juxta
 basilicas Apostolorum sive aliorum Martyrum com-
 manentes, non alibi pro hac necessitate, nisi tem-
 plum expetere B. Pancratii, ut ejus severitatis cen-
 sura publice discernente, aut veritatem audientes
 credant, aut pro fallacia iudicium Martyris beati
 experiantur.

unde dicta
porta S.
Pancratii :

in illa non
impune pe-
jerabatur,

et a S. Gre-
gorio Homilia
habetur,

5 Hæc Gregorius Turonensis, quo aliquanto junior
 S. Gregorius Magnus Papa hanc ipsam Ecclesiam
 tantopere veneratus est, ut ipso S. Pancratii natalitio
 die ibidem Homiliam xxvii, in Caput xv Joannis,
 habuerit, quam ita concludit : Ad Martyris tumbam

consistimus, qui ad cœleste regnum, ex qua morte
 pervenerit, scimus. Nos si pro Christo corpus non
 ponimus saltem animum vincamus. Placatur Deus
 isto sacrificio, et probat iudicio pietatis suæ victo-
 riam pacis nostræ. Certamen enim nostri corporis
 aspicit : et quo post vincentes remunerat, nunc de-
 certante juvat Jesus Christus Dominus noster. Idem
 Magnus Gregorius, lib. 3 Registri epistola 18, cum
 cultum S. Pancratii animadverteret a Clericis negligi,
 dictam ecclesiam monachis custodiendam tradidit, eo-
 rundemque Abbati Mauro commendavit, hæc præcipue
 verba illi scribens : Sed et hoc præ omnibus curæ
 tuæ sit, ut ibidem, ad sacratissimum corpus B.
 Pancratii, quotidie opus Dei procul dubio peragatur.
 Hæc Gregorius Magnus : post cujus obitum elapsis
 annis xxii præfuit Honorius, qui, teste Anastasio,
 fecit id est instauravit, basilicam B. Pancratio Mar-
 tyri, via Aurelia, milliario secundo a solo, et orna-
 vit sepulcrum ejus argento, pensante libras centum
 viginti Pancirolius existimat, eo loci a Leone X supe-
 riori seculo institutam fuisse stationem, et collocatos
 Fratres S. Ambrosii ad nemus nuncupatos; antea autem
 dixerat Ludovicum Cardinalem Torres Mortis regalis
 Archiepiscopum anno mdcviii decori ejusdem ecclesiæ
 consultum valuisse, solo æquatis ædificiis, quo utramque
 illius alam obscurabant : sed morte ejus hæsse suspen-
 sum opus; postea tamen (id est ante annum mdcxxv
 quo librum suum edidit) translationes quasdam San-
 ctorum co factas, nominotim SS. Malchi, Madiani et
 Goterix, quorum alio nulla habeatur notitia, sub uno
 altarium; sub altero, SS. Victoris et Corouæ, Damasci
 passorum, qui xiv Maji coluntur. Demum illud ex
 Aringo addimus, quod prædictam ecclesiam Innocen-
 tius X Pont. Max. cum ejus curam negligi animad-
 verteret, in Abbatialem, ut olim erat, titulum rede-
 gerit, et uni ex sacro Cardinalium Collegio commen-
 daverit : qui religiosum ejusdem ecclesiæ cultum
 sollicite curaret ac promoveret, remotis inde mona-
 chis S. Ambrosii, quibus eadem ecclesia commissa
 fuerat. Nunc autem transisse eam ad Carmelitas dis-
 calceatos intelligitur ex Sanctuario seu Menologio Ro-
 mano Caroli Bartholomæi Piazza, in lucem dato sub
 annum 1675.

eadem restau-
rata ab Ho-
norio I

E

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 42**
ab Innocentio
in Abbatia-
lem erigitur.

VIDE UT SUPRA
NOT 43**

§. II. Sacræ reliquiæ in variis ecclesiis.

Socræ S. Pancratii Reliquiæ ditantur complures ac
 pariter nobilitantur Christiani orbis ecclesias : at præ-
 cipua ossium moles, quæ Corpus ejus adhuc censetur,
 adservatur sub marmore altari prædictæ ejus ecclesiæ,
 venerabile vera Caput ejus habetur in sacrosancta eccle-
 sia Lateranensi, ubi, Officio SS. Nerci et Achillei
 translato in primam diem non impeditam, calitur S.
 Pancratius ritu duplici, et omnia recitantur de Com-
 muni unius Martyris tempore Paschali, et in Missa
 legitur Credo. Est in ea ecclesia antiquum Oratorium
 S. Pancratii, cuius in veterum Annalibus frequentem
 fieri mentionem tradit Cæsar Rasponus lib 1 Patriar-
 chii Lateranensis cap. 16. Addit Piazza sacrum caput
 in magno ecclesiæ illius incendio fuisse conservatum,
 et triduo sanguinem sudasse. Esse præterea dentem S.
 Pancratii in ecclesia S. Clementis et alius Reliquias in
 olis templis tradit Pancirolius in Thesaurio urbis Romæ.
 Sed et per viciniam ejusdem Urbis partem illarum ali-
 quam distributam atque Albanensibus nominatim com-
 municatam persuadet, quod antiquissimus illius ecclesiæ
 titularis fuerit S. Pancratius : sic enim apud Anasta-
 sium Bibliothecarium legitur in vita Leonis III : Epi-
 scopium Albanense simul cum ecclesia, quæ in
 nomine B. Pancratii fundata est, per quamdam ne-
 gligentiam vel incuriam, per submissiones diaboli-
 cas, post matutinas laudes exusta, a fundamentis
 usque ad summum tectum combustum est : sed cle-
 mentissimus

F
Corpus in
propria æde,

Caput in La-
teranensi,

Alban,

mentissimus

A mentissimus et solertissimus Pontifex Deo aspirante ex sancti Spiritus inspiratione, firmum jaciens fundamentum, mirum in modum jam præfatam ecclesiam noviter restauravit, et simul cum sartis tectis Deo juvante ad meliorem deduxit statum.

VIDE UT SUPRA
NOT. 44^o

Venetis,

7 *Petrus de Natalibus lib. 4 Catalogi cap. 56 aliquod Vitæ compendium non absque mendis tradit, et sub finem addit ista: Nunc autem dictum corpus Venetiis in monasterio S. Zachariæ quiescere ab ejusdem loci Sororibus perhibetur. Quod ob aliquas ejus Reliquias a sanctimonialibus ita asseri, arbitramur. De Reliquiis hujus ecclesiæ egimus 7 Februarii ad Vitam S. Theodori Ducis et Martyris § 2 n. 37, ubi inter alias Reliquias etiam recenseri quasdam S. Pancratii diximus ex Sabellico et Sansavina. Bononia: etiam aliquas S. Pancratii reliquias asservari in ecclesia S. Petri, S. Dominici et apud Sanctimonialibus a Jesu Maria in platea Galleria scribit Masinus in Bononia perlustrata: imo quod miramur, primo ad hunc diem tradit Caput S. Pancratii Martyris extractum ex cœmeterio S. Saturnini, et ab Alexandro VII anno MDCLX mediante Ambrosio Landuceo Senensi, Episcopo Porphyrensi, ihms Sacrista impetratum, et Bononiæ ab Antonio Ridolfo Vicario generali Archiepiscopali, rogante Carolo Vannotto Notario, recognitum anno*

Bononiæ,

ubi caput alterius Pancratii,

B MDCLXII die XV Septembris, et depositum in ecclesia Patrum Servitarum ad S. Georgium in Poggiali. *Hæc ibi, quæ melius ad dictum XV Septembris aut alium diem referrentur, et cultum obtinerent, ut posset sacrarum Reliquiarum nimia cofusio evitari. Nam S. Pancratii, de quo hic agimus, corpus fuit depositum via Aurelia, et ex ejus ibidem ecclesia caput olim delatum ad basilicam seu Patriarchium Lateranensem: et contra caput S. Pancratii Bononiam translatum, nuper extractum est ex cœmeterio S. Saturnini via Salaria: ex quo eodem aut alio aliquo extractum credi potest corpus alterius S. Pancratii Martyris Romani quo Dominus Probationis quondam Rector Treviris, piæ memoriæ P. Panhauss sanctius reddidit, ante annos circiter decem, sacellum honori S. Ignatii a se ornatum, insigni pompa istuc reliquias illas inferens, uti nobis aliquando scripsit P. Jacobus Kritzradt S. J. In ecclesia et diœcesi Mediolanensi solennem S. Pancratii venerationem olim fuisse, colligimus ex Missali anno MDXXII excuso et Breviario anni MDXXXIX, in quibus et Missa propria ejusque Officium particulare designatur. Forte hujus solennitatis præbuit occasionem S. Gregorius Magnus, qui lib. 7 Registri epistola 86 testatur se Fortunato Episcopo Mediolanensi misisse reliquias S. Pancratii, et lib. 8 cap. 63 meminit ecclesiæ in urbe Siciliæ Lilibetana, ad honorem S. Pancratii et aliorum Sanctorum consecratæ. Esse ejusdem ecclesiæ in diœcesi Colineni tradit Michael Monachus in Sanctuario Capuano pag. 502. Passim autem in topographicis Italicorum Provinciarum tabulis invenire est varios vicos a S. Brancatio nuncupatos, quomodo S. Pancratii nomen vulgus Italicum enuntiat: quod late diffusum illius Sancti cultum probat.*

uti et Treviris,

alia Reliquia Mediolanum

C 8 *Ad varias etiam Gallicanas ecclesias, fuisse aliquas S. Pancratii reliquias delatas constat. Sanssayus in Martyrologio Galliano ad hunc diem refert natalem S. Pancratii Martyris, ejus reliquiæ aliquot, inquit, dono Pelagii Papæ, cum multis aliis Sanctorum Martyrum pignoribus, in Gallias Massiliam, miraculorum cornicante fulgore, delatæ sunt: sicut S. Gregorius Turonensis in libro suo de gloria Martyrum gravi relatione commemorat cap. 83; scilicet quad virtute reliquiarum Diaconus, ex ejus relatione ista scribit Gregorius, cum ceteris mare transfretantibus, a sava, quæ ventorum vi oborta fuerat, tempestate liber evaserit. S. Gregorius Magnus lib. 5 Registri epist. 50 testatur se etiam Reliquias S. Pancratii et aliorum Sanctorum misisse Palladio Episcopo Santo-*

et in Gallias delatæ,

nensi, qui ecclesiam ad horum honorem construxerat. *Præterea S. Italianus Papa aliquas Reliquias S. Pancratii Martyris misit S. Wandregisilo, qui unum ex quatuor a se constructis templis dedicavit S. Pancratio Martyri, uti indicatur in Vita S. Wandregisili, ad diem XXII Julii illustranda. Inter Reliquias, quas S. Angilbertus Abbas Centulensis pro sua ecclesia acquisivit, fuisse aliquas S. Pancratii Martyris indicatur XVIII Februarii post ejus Vitam, in Scripto S. Angelberti num. 15.*

9 *Fuerunt etiam Belgicæ Ecclesiæ sacris Reliquiis S. Pancratii nobilitatæ, ac primo Ecclesia Gandensis, ejus rei testimonium tale præbet Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii ad hunc XII Maji his verbis: Sunt anno nongentesimo octogesimo quinto Reliquiæ ejus ex Urbe ad cœnobium Gandense delatæ, per Eremboldum tunc monachum, postea Abbatem, de quo nuperrime inventum est testimonium pene detritum, quod ad conservandam antiquitatis dignitatem subjiciam. Andreas Abbas Oduino Abbati. In nomine Domini. Istæ sunt Reliquiæ S. Pancratii Martyris, quas transmisit Andreas humilis Abbas ab urbe Roma ad Gandavi castri cœnobium, non propter pecuniam, sed pro caritate ac Dei proximique dilectione, rogante quoque Domina Tetta ancilla Dei ex Anglorum gente orta. Promisit enim nobis, ut memoratas Reliquias mittere deberet in locum sacrum, ubi magnam venerationem et quotidie Missarum celebrationem habere deberent, ut... S. Pancratii beatissimi Martyris accipiatis cum magna reverentia ac debito honore, portiones de ejus sacratissimo corpore, id est unam portionem de dorso, alteram de costa, tertiam de crure, atque recondatis in locum sacrum, ubi quotidie et sine intermissione sacrificiis, canticis et hymnis honoretur: sed et nos pro amore ejus intet nos habeamus fraternitatem, ac memores simus alterutrum, sive in orationibus sive in Missarum celebrationibus. Vale in Christo Amen. Has autem S. Pancratii Reliquias jacere in capsula S. Lamberti, constat ex visitatione Cornelii Jansenii, primi Gandensis Episcopi. Hæc Molanus. Memoratus Eremboldus, traditur vixisse usque ad annum MXXVII, sub quo ibidem vitam hanc mortalem exiit S. Macarius Archiepiscopus Antiochenus, in ejus Vita longiore, ad diem X Aprilis edita, traditur num. 63 corpus S. Macarii, ut populus liberiorum accessum haberet, delatum fuisse ad montem S. Pancratii, urbi vicinum ad viam publicam versus Teneramundam, ubi etiamnum visitur altare semirutum, in quo credimus hos S. Pancratii, depositus fuisse Reliquias, et inde cum solenni pompa ad præfatum monasterium delatas, dicta autem translatio inscripta est MS. Floraria ad diem XX Octobris.*

10 *Arnoldus Rayssius in Hieroglyphyfacio Belgico tradit pag. 411 aliquas Reliquias S. Pancratii asservari Duaci in ecclesia Collegiata S. Petri et pag. 495 etiam aliquas esse Mechliniæ in ecclesia Societatis Jesu, et pag. 263 fuisse etiam olim Ultrajecti in ecclesia collegiata S. Joannis. At Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii scribit Reliquias ejus fuisse in ecclesia S. Salvatoris, ideoque natalem ejus solere a Clero et populo diætæ diœcesis celebrari. In hac diœcesi erat Lugdunum Baturorum, in quo secundum templum fuit S. Pancratii anno MCCCXV dedicatum, habuitque collegium Canonicorum, a Jeanne Varnenburgio Episcopo Ultrajectino anno MCCCXXVIII institutum. Colonia in collegio Baturorum, SS. Willibrordo et Bonifacio sacro, esse os magnum S. Pancratii, et alias reliquias in custodia depositas, tradit Gelenius in Admiranda Colonia: qui etiam scribit ejusdem S. Pancratii Reliquias asservari in ecclesia parochiali S. Lupi, item in ecclesiis Canonicorum S. Antonii, Patrum Carmelitarum, et sanctimonialium*

D
AUCTORE G. H.

NOT. 3

item Gandavum an. 985,

E

F

sunt etiam Duaci, Mechliniæ,

Ultrajecti,

cum ecclesia Leidæ,

Coloniæ etiam,

lium

A lium S. Claræ. Præterea in *Fastis Agrippinensibus* idem *Gelenius*, uti et *Theodorus Rhay* in animabus illustribus *Julix, Cliviæ, Montium*, indicant *Dusseldorpii*, in æde principe, cum magno honore aliquas S. Pancratii Reliquias cali. Ast apud *Treviras* in ecclesia S. *Matthiæ* esse etiam S. Pancratii aliquas Reliquias in altari principali, et alia ad tumbam S. *Matthiæ*, retulimus ad hujus Acta xxiv Februarii, capite iv de Reliquiis. De prædictarum autem ecclesiarum aliqua intelligendum videtur, quod S. Pancratii Martyris translatio ad eam facta celebretur iv Aprilis, juxta additiones *Greveni* ad *Usnardum* *Coloniæ* excusus, ut dictum in *Prætermisissis* ad eum diem. In *Metropolitana Ecclesia Pragensi* esse S. Pancratii digitum, costam et alias dnas insignes partes, sed quando et per quem allatas, non constare, indicatur in *Diario Reliquiarum* dictæ Ecclesiæ. Quas annes Reliquias etsi plurium *Synonymorum Martyrum* esse nobis persuadeamus, hic tamen pariter indicare volumus: quia una hoc die honorantur, qua unus præ ceteris natus occurrit in *Fastis*. Sic *Festum* S. Pancratii Martyris Romani celebratur in conventu S. *Claræ*, in urbe *Lusitaniæ Guarda*, in districtu seu commarca *Beira*, eo quod venerandas ejus reliquias, ut asserit in *Hagiologio Lusitano Cardoso*, acceperint a *Francisco Saraiva*, Sacerdote et *Secretaria Jasephi de Mello*, Agentis *Lusitanorum* in *Curia Romana*, sub patrociniâ *Marchionis de Vilhena*, apud *Summum Pontificem* pro Rege *Catholico Legati*, anno mcccxiv e cœmeteria S. *Calixti* erutas. Has autem Reliquias seu *Carpus*, esse etiam olterius S. Pancratii, non est dubitandum.

VIDE APP.
TOM VII MAJI
NOT. 45 **

Cantuariæ
prima Eccle-
sia dicata est
S. Pancratio,

et prima
Missæ dicta
frustra obni-
tente diabolo.

Reliquiarum
missæ Oscio
Regi:

§ 3. Cultus S. Pancratii in Anglia et Bohemia.

In Angliam una cum fide Christiana introductam fuisse venerationem S. Pancratii Martyris, ex MSS. a *Spelmanno* in *Conciliis Britannix editis*, tradidimus xxiv Februarii post *Vitam S. Ethelberti Cantiorum Regis*, ubi in hujus *Historia Donationum* traditur, fanum sive idolum consilio salutari beatissimi Augustini fecisse ab inquinamentis et sordibus Gentilium purgari, et in Ecclesiasticam Synagogam mutavisse, et fecisse in nomine Pancratii Martyris dedicari: et hanc esse primam ecclesiam a S. Augustino dedicatam. Quibus ista addit *Spelmannus* pag. 114. Templum illud valde congrue de beatissimo Martyre *Pancratio* dedicatur: valde utique conveniens et rationi congruum videbatur, ut puer *Pancratius*, qui tunc *Romæ* (quæ est mundi domina) Martyr tam celebris habebatur, ab Anglicis præcipue veneraretur, quibus pueri Anglici id foro Romano lactei candoris venales, causarunt *Gregorium*, tunc *Abbatem* monasterii S. *Andrææ*, quod ipsemet ad *Clivum-Scauri* in urbe *Romana* de patrimonio S. Pancratii fundaverat, *Anglos Angelis* sociare. Dum vero beatissimas *Augustinus* primam *Missam* in eadem ecclesia celebraret, invidens hostis puritati *Anglorum*, per puerum *Pancratium* dilatandæ; et videns se de domo expulsum, quam per longa inhabitaverat tempora; dictam ecclesiam funditus evertere nitebatur: cujus unguium sculptura usque in præsens exterius evidenter in muro orientali apparet. Obtinuit itaque immediate istis peractis a Rege *Ethelberto B. Augustinus* eandem S. Pancratii ecclesiam, una cum terra adjacente, in cuius fundo Rex ejus hortatu ecclesiam in honore *Sanctorum Petri et Pauli* a fundamentis construxit. Hæc ex antiquis monumentis *Spelmannus*. Voluit S. *Vitalianus Papa* hanc S. Pancratii venerationem apud *Anglo-Saxones* promovere, dum litteris ad *Oswium Nordhumbrorum Regem* missis, et a *Beda* lib. 3 *Historiæ Anglorum* cap. 29 relatis, eidem Reliquias beatorum *Apostolorum Petri et Pauli*, et sanctorum

Martyrum *Laurentii, Joannis et Pauli*, et *Gregorii* D atque *Pancratii* fecit contradi. Ex quibus omnibus magni fuisse meriti habitum S. Pancratium, et eximia ubique veneratione cultum, certissime constat.

12 De ejusdem S. Pancratii cultu et ecclesia in *Bohemia* inter *Majales Triumphos*, anno 1669 *Litomisslii* editos, eorum auctor R. P. *Georgius Crugerius* e *Societate Jesu* ita scribit ad præsentem diem. Hujus honori, quod sciam, unicum in toto regno templam in libero campo præ *Wissehradensi* arce ejusdem exemptæ ecclesiæ, primus *Præpositus Benedictus* erexit: unde olim, ante *Hussitica* distarbia, in illud semper competiit jus *Patronatus* *Wissehradensi* Capitulo. Memorabilia de eodem habentur sequentia. Cæso profligatoque sub annum Domini mccccxx *Sigmundi Cæsaris* exercitu a *Pragensibus* et *Thaboritis*, idque in vicinia ecclesiæ *Pancratiæ*, et quidem ipsis kalendis *Novembribus*, ceciderunt inter ceteros *Bohemix* ac maxime *Moraviæ* *Barones* non pauci: quin et solenniores aliquot *Hungariæ* *Proceres*, inter quos fuit et *Bosniæ* *Princeps*: quorum omnium corpora, in vicino scilicet ad D. Pancratii cœmeterio terræ mandata sunt. Et vero uti cæso- rum in fidei *Catholicæ* defensione extaret memoria, juvarenturque pro pietate apud nos consueta, cum non possent amplius corpora, saltem animæ, liberali omnino fundatione *Hungarorum* agnati cognatique providerunt. Cujus censuales quasi pecunias, quotannis pro sacris *Missæ* sacrificiis dependi solitas, etiam nobis superstitibus *Pragam* delatas memio- mus.

13 Campanum deinde minus æs, quo ad *Missas* celebrandas evocari *Sacerdos*, easdemque audiendas populus consueverat, hoc quoque peculiare habuit, ut quoties nulla humana manu, sed *Angelica* haud dabie insonaret; toties *Pragæ* imminentem calamitatem denuntiaret. Quare cum pulsu illo ac sono extraordinario nunquam fefellerit, semper fidem prædictionis apud credulos *Pragenses* invenit. Ante proximam *Suecorum* invasionem, atque adeo minoris *Pragæ* oppressionem tacuisse omnimode deprehensa est fatalis illa campana. Quo silentio haud dabie innuere voluit *Deus*, quod *Vetere* et *Novo-Pragenses* calamitate ea ultima et bellorum triginta annis durantiam terminativa, non essent (farent quantam vellent tormentis, ac extrema omnia per tot insultus attentarent hostes) non essent tamen involvendi, multo minus evertendi. Hoc tamen ut ita dicam beneficium non exemit ecclesiam *Pancratiæ* ab ultimo exterminio, etiam post depulsum *Suecum* confectamque generalem pacem: quia prætextu nimix vicinix occasionisque recipiendorum hostium, si quando ea parte ingruerent, a *Generali Bohemix Rudolpho Coloredo* jussa est destrui, ac cum terra complanari.

14 Sed æris illius fatalis cum nemo sabinde multam curaret tam sonoram annis præter propter quingentis sexaginta aliquot memoriam, subiit denique mihi adeo inclitæ antiquitatis conservandæ cupido. Quare bona *Professorum* et *Doctorum Academiæ Carolinæ* venia, ad quos ultimo ecclesia illa spectaverat, campanam ad *Collegium nostrum S. Clementis* detuli. In cuius ecclesia, ut dicimus, *Germanica*, hodieque in illum ipsum usum, in quem extra *Pragam* pependerit sonat. An etiam extraordinaria illa prophetia admonitura sit divino sonore urbem impendentium calamitatum, me omnino ac ceteros mortales fugit. Fortassis assistens ille ac commotor *Campanæ Angelus*, bonus equidem spiritus, quia præmonebat ac ad pœnitentiam inducebat, terminato præscripto jam laboris illius tempore, cum alio translata sit campana, quiescet. Sin una *Pragam* transmigravit commovebitque illud æs ali- quando

ejusdem ec-
clesia prope
Wissehradum
in *Bohemia*,

ubi tumultati
ann. 1420
Sigmundiani
ab *Hussitis*
erast,
E

et campana
nullo pulsan-
te sonare so-
lita ad cladis
alicujus præ-
sagium,

F

quæ nunc ad
collegium
Societatis
transtata,

A quando, ut loquatur consuete mirabilia; moveat quæso e cælo Deus corda Pragensium, ut ea respondeant, per quæ non suscitetur, sed emollescat Numinis ira ac plane placetur.

similes etiam
atibi

15 In Analectis post Acta S. Thomæ Aquinotici §. 2 die VII Martii, fuisse egimus de simili tintinnabulo, quod in conventu Ordinis Prædicatorum Salerni, ex amore erga sanctum Doctorem adhuc viventem constructo sub onnum MCCLXII, in summo ipsius conventus campanili oppensum altius, quam ut absque scalis attingere quisquam il possit, pulsatur toties, quoties ibidem aliquis externus vel domesticus moriturus est, quamvis nullus ex eo funis dependeat per quem moveri humanis manibus possit. Sed et in Hispania Villelæ talum Campanom inveniri sapienter audivisse puto me, et (nisi me fallit memoria) etiam legisse in Historia naturali Nierembergii nostri, quæ dum hæc imprimuntur ad manum non est.

ACTA MARTYRII

Ex plurimis vetustis MSS.

B Temporibus illis immanis persecutio Christianis fuit, ut idolis thurificarent, sub a Diocletiano et Maximiano sceleratissimis Imperatoribus. Factum est autem b apud provinciam Phrygiam in civitate Synnada, post mortem c Cleonii et conjugis ejus Cyriadæ, qui de nobili genere erant orti, quorum filius erat Pancratius. His cum unicus esset parentibus, commendavit eum pater ejus, post obitum matris suæ, germano suo, nomine Dionysio; adjurans eum e per Deum omnipotentem et magnam virtutem ejus et omnium deorum, ut omne patrimonium suum, sive ibi sive in Urbe Roma, quidquid de facultatibus habere videbatur custodiret, et ad nullam detestabilem cupiditatem invasor videretur sui esse nepotis, sed ut dignus frater patris in omnibus piissimum se illi ostenderet. Dionysius autem ut fratrem carissimum, ita Pancratium cœpit amare et diligere.

Post mortem
parentum S.
Pancratius
manet sub
tutela Dio-
nysii patris:

ambo profecti
Romam,

f
g
h

2 Et factum est post triennium temporis ut ad urbem Romam properarent pariter. Et cum ibidem demorarentur, cœperunt habitare in f insula Cumiana in g Cælio monte cum omni familia sua in suis prædiis. Et quia magna persecutio erat Christianis in illis diebus, quidam Papa Romanus, h nomine Caius, latitabat in Vico Dionysii et Pancrati. Et cum audiret Dionysius universas virtutes, quas Caius Papa Romanus faciebat, quomodo universum populum a cultura idolorum amoveret; et ad viam rectam et ad vitam æternam perduceret; ita factum est, ut idem Dionysius, una cum suo nepote Pancratio, ad ejus notitiam perveniret. Et venerunt ad i regiam S. Caii, quam custodiebat Eusebius ostiarius, vir totius sanctitatis, et rogabant eum ut mererentur notitia ejus sublimari. Qui etiam Eusebius vadens ingreditur ad S. CAIUM dicens: Domine Pater, quidam pro foribus sunt, nescio qui clarissimi viri: et rogant, ut mereantur ad tuam beatitudinem ingredi. Adhæc B. Caius Papa cœpit gaudio magno repleti, et prosternens se in orationem dixit: Gratias tibi ago Domine Jesu Christe, Rex regum et Dominus dominantium, qui me ultimum servum tuum per Spiritum sanctum revelare eis dignatus es. Et citius jussit eos introire ad se. Qui dum introducti fuissent, mittentes se ad pedes S. Caii rogare cœperunt: ut talem Dominum mererentur colere, qualem et ipse coleret. Et erigens eos sanctus vir, cœpit eos amplecti, declarans eis et instruens eos omnem divinitatem cœlestem. Post dies autem viginti k baptizavit eos et fecit eos Christianos: qui imbuti Sacramento Christianitatis ita fervere cœperunt in timore Dei, ut se ipsi ultroneos persecutoribus offerrent.

et in fide
instructi
baptizantur:

l

3 Interea contigit ut post paucos dies abiret ad Dominum Dionysius cum præmiis cœlestibus, carus et dignus Deo. Cum ergo nimia insania esset Paganorum adversus Christianos, cœperunt nimio furore clamare dicentes, Dignissimi et Piusissimi Imperatores; tollite de hac urbe magos et crudeles Christianos, per quos universus mundus decipitur et omne Regnum vestrum subvertitur. Tunc indignatus et ira commotus Diocletianus; talem legem dedit, ut si quis hujus sectæ inveniretur, sine auditu puniretur: in quibus tenetur, Pancratius. Et cum didicissent persecutores, qui eum tenerant, quod magnis natalibus ortus esset, hæc Diocletiano Augusto nuntiaverunt: qui jussit eum cum omni celeritate adduci ad suum palatium. Et cum vidisset faciem Pancrati, cœpit obstupescere Diocletianus de tali infantia, quæ sic perseverando mori vellet propter Christum potius, quam idolis deservire. Et dicit ad eum Diocletianus: Adolescentule, tibi suadeo ut morte mala non moriaris: quia ætas tua, ut satis claret, non est plus, quam ter quini anni, et quia do nobili genere natus es, ex patre Cleonio, qui mihi satis amicissimus et carus erat. Et hoc tibi volo extorquere, ut recedas ab ista insania Christianorum, et reddas te natalibus tuis, propter quos te magnificentiorum et ditiorum faciam, ut a latere meo non sis alienus, sed veluti filium te habeam. Quod si tibi displicerint pietatis meæ verba, jubeo te interfici, et corpus tuum incendi, ne forte veniant Christiani, et ipsi te sibi Martyrem faciant. Cui B. Pancratius dixit: Noli frustra errare, Domine Imperator, quod quasi videns puerum annorum quatuordecim, credas me scientiam aut sensum minus habere. Dominus noster Jesus Christus talem intellectum nobis donare dignatus est, ut omnis terror Principum vel Judicium vestrorum tantum sit apud nos, quantum pictura ista quam videmus. Nam deos et deas tuas, quos tu exhortaris ut colam, dæmones deceptores sunt, qui parentibus suis non pepercerunt, et germanas suas stupratores polluerunt. Tales dæmones, Imperator, miror, quod non sit tibi deformatio colere: quod si hodie servos tuos scias tales, jure tuo inaudito cruciatu juberes occidere.

D
EX MSS.
post Diony-
sii obitum

Pancratius
captus ad
Diocletianum
ducitur:

ad hujus
promissa et
minus imper-
teritus,

E

4 Tunc jussit eum Diocletianus Imperator duci in viam Aureliam, et ibi capitalem subire sententiam: quia turpe illi fuit ut a tali puero superaretur et dehonestaretur. Ductus l itaque est beatissimus athleta Christi Pancratius in viam Aureliam, atque ut jussum fuerat decollatus, Martyrium constanter excepit. Tunc corpus ejus ab Octabilla sublatum est occulte noctu: et conditum aromatibus et dignissimis lintheaminibus involutum, sepelivit in sepulcro novo quarto Idus Majas. m Eodem autem tempore passa est Sanctissima Virgo, n Sotheris nomine, nobili genere orta, Diocletiano nono et o Maximiano octavo Imperatoribus, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

capite plecti-
tur.

l

m

n

o

m

n

o

m

n

o

ANNOTATA.

a In MSS. Trevirensibus S. Maximini et S. Martini, item in MSS. Ultrajectino, Audomarensi et alio Romano, et uno nostro erant intrusa nomina Valeriani et Gallieni.

b MS. Audom. et Surtus, apud provinciam Phrygiam, et additur in MS. Romano in civitate Synnada, In aliis contracte, civitate Frigia. Pamphilus monachus ex φρυγίας. MS. Cryptæ ferrate ἐκ μιᾶ τῶν Φρυγῶν πόλει.

c Cleonius, aliis Cleonius, Eledonius, Dedonius, Clonionius. MS. Cryptæ-ferrate Κλεών.

d Cyriada, aliis Cyriaca, Eridiada, Quiria, Quirina, Κυρίαξ.

e

A e MSS. Romanum et Andom. per omnipotentem et magnam virtutem deorum.
 f Insulæ dicebantur singulæ collectiones domorum, plateis undique circumcinctæ et ab aliis separatæ : in Græco scribitur Κεμύων.
 g Cœlius mons hodie a Lateranensi ecclesia et Sanctæ Crucis in Hierusalem celebratur.
 h Nomen Cornelii passim in omnibus MSS. oppositum, dedit occasionem aberrandi ad alios Imperatores, ut supra dictum : pro quo nomen Caii Pontificis arbitramur substituendum.
 i Januam seu januas habent MSS. Romanum, Rottendorfsense et aliquod nostrum cum Mombratio.
 k Pamphilus triginta.
 l In MS. Romano ista adduntur : Cumque a ministris duceretur, pervenit ad locum, ubi futura erat Martyrii ejus digna consummatio. Tunc S. Paneratus expandit manus suas ad cœlum, oravit et dixit :

Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, quia dignatus es servum tuum in hac hora, quam semper optavi, annumerari cum Sanctis tuis. Et cum hæc dixisset amputatum est caput ejus. In aliquo MS. nostro dicitur ejus corpus ibidem, canibus devorandum, fuisse relictum.

m In Græco Cryptæ-ferratæ additur : Quo in loco sanitates perspiciuntur in eos qui variis morbis tenentur, et multa beneficia curationum præstantur qui illuc cum fide sincera accedunt.

n S. Sotheris verosimiliter ea est, de qua pluribus 10 Februarii.

o Supple regni anno in Græco βρασιλεύοντος μὲν Διοκλητιανοῦ ὑπατίου θ' αὖτις Μαξιμιανοῦ, Εἰδῶν. regnante quidem Diocletiano nonum Consule et Maximiano. Idibus. supple Maji, et ita notaretur annus ccciv, quem usque ad Majum Imperatores illi non tenuerunt, sed Maximianus Hercules et Constantius Chlorus.

VIDE APP. TOM VII MAJI NOT 46 **

DE SS. CHRYSPOLITO EPISCOPO, BARONTIO BUBULCO, TUTELA ET XII MULIERIBUS, ITEM QUODAM EXPLORATORE CONVERSO,

MARTYRIBUS BETTONÆ IN UMBRIA.

SUB MAXIMIANO.

Acta ex MSS.

cultus Sacer.

corpus,

ecclesia,

varia a S. Chryspolito erecta templa,

martyrium ejus et Sororum,

sub Maximiano,

Bettona seu Bictonia oppidum seu municipium Umbriae, antiquis Vettona, infra Assisium versus occasum hiberni solis sita, Episcopum habuit S. Chryspolitum, aliis Chryspeldum et Chryspoltum : nec scimus alios ibidem postea sedisse Episcopos. Eum, uti Barontium bubulcum ac illius sororem Tutelam, aliasque duodecim mulieres, quarto Idus Maji martyrio coronatos infra habent Acta, quæ Romæ obtinimus in illustri bibliotheca Patrum Congregationis Oratorii, ex MSS. collectaneis R. P. Antonii Galloni sub nota litteræ .I. Colitur S. Chryspolitus in dicta Bettona, ut loci illius Patronus : præterea Assisii, in cujus diocesi est dicta Bettona constituta, etiam Ecclesiastico officio honoratur. Ferrarius in Catalogo generali hoc cum titulo celebrat : Vettonæ in Umbria S. Chryspolti Episcopi et Martyris. At longum elogium habet idem Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, in quo tradit Vettonæ S. Chryspolyti Abbatiam cerni, et corpus ejus in ecclesia suo nomini dicata, quam Fratres Minores tenent, quiescere. Jacobillus tomo I de Sanctis Umbriae tradit hanc ecclesiam ab ipso S. Chryspolito fuisse constructam ad honorem Deiparæ Virginis, ac postmodum ipsi S. Chryspolito dicatam. Præterea asserunt dictus Jacobillus et Ughellus in Episcopis Fulginatibus, eum plurimum laborasse apud Fulginates et Nuceros, et per totam Umbriam, ac varias ibidem ecclesias et altaria erexisse, et Fulgini duas construxisse ecclesias, unam S. Petro, quæ anno mdcxiv diruta sit, alteram Deiparæ sacram et dictam S. Mariæ foris portam, ac postea S. Mariæ infra portam quod urbi esset inclusa, eamque diu fuisse Cathedralem et Sedem Episcopalem, et hoc adhuc tempore esse Collegiatam : Nuceriae etiam extra urbem traditur edificasse ecclesiam in honorem S. Petri, itemque Vettonæ.

2 Ughellus eum nominat primum Fulginatum Episcopum, et sub Domitiano Imperatore anno xciii hoc xii Maji martyrio coronatum vit cum supra allegatis Barontio et Teutilla, in Actis Tutela aliisque : et reliqua ex Actis contraxit. Eamdem cum Ughello chronotaxin tenuit Jacobillus, initia S. Chryspoliti ad Neronem, martyrium referens ad Domitianum : cum historia Vitæ et Passionis expresse nominet Maximianum, et præcepta Principum sæpe inculcent, ac tandem

sic concludatur, Actum est hoc sub Imperio impiissimi Maximiani. Morisse videtur illos quod S. Chryspolitus cum S. Britio atque Eraclio et cum aliis plurimis dicitur a B. Petro Apostolo ad prædicandum in Italiam missus. Sed cum hanc historiam constet diu postea scriptam florere Christianitate, et forsitan post adificationem sub Sancti nomine Abbatiam supradictam : æque facile aut facilius possumus opinari, S. Petri nomine intelligi aliquem ejus successorem, quam pro Domitiano substitutum perperam fuisse nomen Maximiani : cum aliquis S. Eraclius dicatur passus Tuderti sub Diocletiano, Maximiani Collega. Nec refert quod S. Britius, Spoletinus Episcopus, a quo tamquam Metropolita consecratus dicitur S. Chryspolitus, putetur primus istius urbis cathedram tenuisse : cum enim de S. Britio et illius ætate nihil certi habeatur, potuit is ex simili errore, quo a S. Petro, id est a Petri Sede, missus dicebatur, ad primum seculum æque perperam relatus fuisse. Nihil igitur in hac qualicumque historia mutandum censeo, sed sola opus esse explicatione, quam non incommodat

3 Georgius Cardosus in Hagiologio Lusitano, nescio quo somnio abductus, transfert S. Chryspolitum in suam Lusitaniam, et Britoniæ Episcopum facit, constitutum a quodam S. Brisso de Mertola, Antistite Eboracensi. Perum similia figmentu, nulla auctoritate subnixa, ultro corrunt. Acturus du Monstier in Gynecæo sacro refert Teutillam, seu Tutelam ad diem xxiii Maji, sed qua id auctoritate faciat, non indicat.

perperam Lusitanæ affingitur.

Post Patriarchas et Prophetas,

VITA

Ex MS. Bibliothecæ Vallicellanæ.

Tempore quo Dominus humanum genus a diabolicis laqueis solvere voluit, diversis ordinibus ex una eademque propagine Doctores elegit : Patriarchas primitus, ut incultum agrum, sentibus purgatum, fructificalem facerent : misit post hos Prophetas qui eundem a suis contagiis coercerent. Sed quia nondum tempus advenerat, quod ad illorum prædicatio-

ne

A nem susciperet salutem, quotquot ad opus direxerat variis interemere supplicis; nullusque horum animabus adminiculum ante adventum ipsius conferre valuit. Nam ille ipse per suum dixit Prophetam: Frater non redimit, redimet homo. Quis enim fuit frater ille nisi Moyses, qui quamvis Domini populum a servili jugo Pharaonis corporaliter eriperet; minime tamen ei spiritaliter potuit subvenire. Sed homo, per quem Propheta redemptionem promisit, Christus Dominus noster est: qui humanam sumens naturam, velut homo isto in mundo corporaliter ambulavit: de quo David cecinit dicens: Factus sum sicut homo inter mortuos liber. Is enim pro nobis natus velut homo inter homines conversatus, ac post a terdenos annos Crucis patibulo affixus, nostrae salutis causa mortis et inferni claustra confregit, plurimos inde abstraxit, et in paradisi gaudia introrsit: tertia die resurrexit, discipulis duodenis, quos ante passionem elegerat, nec non et septuaginta duobus apparuit, et multis modis locutus est eis de aeterna beatitudine, confortans eos; ac misit in universum mundum, verbum vitae in remissionem peccatorum praedicare.

B 2 De horum collegio Chryspolitus fuit, qui a B. Petro Apostolo cum S. b Britio atque c Eraclio, et cum aliis plurimis, missus d est in Italiam, qui praedicando pervenit usque Bittoniam civitatem. In introitu vero ejus mulier quaedam, a daemone jam fere annis tredecim possessa, occurrit ei, et ingenti clamore vociferabat dicens: Homo Dei, nostrum tu venis tollere ritum, et Jesu Nazareni introducere fidem. Ad cujus vocem mox B. Chryspolitus ait: In nomine Dei Patris omnipotentis tibi dico, daemone exi ab ea. Qui statim cum terrifico fumo et oris spuma exiit. At illa repente sana facta, cecidit ad pedes ejus, fidem ipsius postulans, per cujus nomen est liberata. Tunc S. Chryspolitus sanctificavit aquam, et baptizavit eam: et omnis domus ejus credidit in Domino, et baptizati sunt die illa numero decem. In domo namque ejus oraculum construxit, et die ac nocte Deo ibidem cum Christianis clam serviebat. Nocte quadam cum in Dei persisterent laudes, audientibus omnibus Deicolis qui cum eo erant, vox personuit Domini dicens: Per Britium filium meum tibi hic Pontificalem concedo dignitatem: Nam populus tuus istius civitatis per te mihi crediturus est, et postmodum longo non tempore ad aeternum te recipiam gaudium. In eadem vero nocte B. Britio praecipit Pontificem eum constituere: quod et factum est e.

C 3 Paganus quidam de civitate, explorare a Principibus missus, in quo Christiani loco consisterent, dum venisset ad domum, ubi Sanctus manebat Chryspolitus, statim perdidit linguam: sed quos valebat mogitus ante ostium dabat: Audiens enim B. Chryspolitus vocavit ad se, ac trina invocatione ei illico reddidit loquelam. Tunc ille, cognoscens magnam esse fidem Christianorum, postulavit se fieri Christianum. Beatus vero Chryspolitus aquam sanctificavit, et baptizavit eum in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Mane autem facto requisitus ab Austerio; inventus est Deum toto corde colere. Tunc Austerius jussit eum ad templum Martis duci, ut ei holocaustum offerret. Cumque ille diabolicum negaret sacrificium, jussus est decollari; sed cum duceretur non cessabat pro modulo suae scientiae vivum et verum invocare Deum, dicens: Domine Rex omnipotens, qui hominem ad tuam plasmasti similitudinem, et deceptum ab antiquo hoste ad pristinum gradum restaurare venisti, confirma cor meum, ut in tuo amore futuras poenas mihi illatas sufferre valeam. Et haec dicens, unus de carnificibus exemit gladium, caputque amputavit ejus. Tunc S. Chryspoli-

tus venit ad eum cum Christianis, et tulit corpus ejus, et cum laudibus et hymnis sepelivit eum f.

4 Jam vero quia talis Austerius omnipotens Deus nolebat abscondere lumen sub modio, sed in propatulo ponere, ut eum Propheta vere decantare quivisset, Domine justitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam et salutare tuum dixi; ideo publice praedicare nomen Salvatoris omnibus coepit. At supradictus Austerius suis praecipit, ut si eum invenirent, ante conspectum ejus perducerent. Istius Austerii, Valerius quidam nomine, nepos erat, qui de equo cecidit, et crura et tibias confregit; cujus causa praedictus Austerius festinus ad vestigia beati viri pedum cecidit, ac misericordiam petiit ei, qui in causa mortis fuerat terminatus; et incolumem si eum restitueret, omnem cultum idolorum spondit se respuere. Cui S. Chryspolitus ait: Scio te hominem fallacem esse, ac post salutem illius corporis non crediturum. Sed quia nomen Domini omnipotentis longe lateque divulgari debet ab hominibus, ideo ipsum pronis precibus poseo, qui contractum mundum suo proprio errore restauravit, ac trinos mortuos suscitavit, mundum ex nihilo fabricavit, hominem cum non esset condidit; ut istum contractum juvenem pristinae sanitati reddat. Oratione facta cum omnes dicerent, Amen, tanta velocitate consurgit contractus de grabato, ut a cunctis videretur quasi de levi somno surgere. At ille mox sanitate recepta, ad pedes supradicti viri pervolutus, spiritaliter iterumque animae salutem postulat: et baptizatus in nomine Trinitatis, coepit magnificare quotidie Dominum, et per eum multi ad fidem venerunt, ac plebs sacra devota in Domino crescere coepit. Sed saevus Austerius, eadem hora mutatus, denegat miraculum fore factum per invocationem almæ Trinitatis, sed per auxilium Martis confirmat contractum virum restauratum. Ab illo enim die coepit observare eum, qualiter per se aut per suos interficeret. Sanctus autem vir magis ac magis Domino famulabatur, quia nec terrore convincebatur nec blandimento, suadebatur. Itaque die ac nocte psallebat Domino, dicens: Deus meus in te confido non erubescam, neque irrideant me inimici mei; et iterum, Confundatur qui me persequuntur: et item cum Propheta, Dominus mecum est tamquam bellator fortis, non timebo quid faciat mihi homo. Sic undique armatus protectione omnipotentis Dei, de saevo populo verum fecit Catholicum, ac totam Bittoniae provinciam convertit ad fidem Apostolicam.

5 Eodem quoque tempore per diversa montis latera lupi inventi sunt, qui homines comederent, in tantum ut quadam die bubulum arantem comprehenderent ac deportarent. Tunc relatum est sancto Dei viro, qui cominus juxta fontem Sambronis et g Cleotonis lupo obviavit, lupum ad invocationem Trinitatis stitit, et bubulum illaesus dimisit: et lupis praecipit ut aliam in partem irent, in qua nullum invenirent hominem quem laedere possent: locus enim constitutus erat in campo Bucaronis, ubi cum multis jam Christianis Deum colebat absconse, propter metum impiissimi b Maximiani, qui apparitoribus suis jusserat, ut ubicumque Christianos invenirent, aut sacrificarent idolis aut diversis poenis interimerentur. Vincentius collega ejus in carcere positus erat. Tunc B. Chryspolitus nocte ad eum venit, et signaculo Crucis facto omnia contracta sunt vincula de manibus ac pedibus B. Vincentii et catenae ceciderunt; et per totam noctem in Dei laudibus persistentes, lumen inter eos tam preclarum apparebat, ut homines qui in turre i Bibaniae vigilabant, caelestibus partibus in carcerem ipsum lumen venire non dubitarent. De quibus unus statim ut ad locum pervenit, et eos orantes reperit, ad terram devenit.

D
EX MS
VALLICEL.
f
Psal. 39, 11

contritum
ex lapsu,

E
et sanatum,

Psal. 24, 2

Psal. 34, 3

F
g
bubulum a
faucibus
lupi ereptum.

h
S. Vincentii
Monaviensis
vincula signo
Crucis solvit

et

Psal. 48, 8

venit Christi-

Psal. 87, 6

a
et misit Apo-
stolos per
orbem.

b c
d
a S. Petro S.
Chryspolitus
missus Bit-
toniam,

energumenam
liberatam
baptizat
cum aliis 9,

constituitur
Episcopus:

Baptizat
mulum sa-
natum de in
martyrio de-
natum.

A et Christi postulabat fidem. Tunc B. Chryspolitus cum S. Vincentio sanctificavit aquam, et baptizavit eum, ac multos qui in carcere cum eis erant retrusi. Sed sanctus vir ad Bittoniam civitatem reversus, nomen æterni Dei auctius cœpit prædicare. Quod re latum est impiissimo Maximiano ab Austerio Præfecto suo, per Epistolam scilicet continentem ita. Invectissime Imperator, cognitam tibi sit, quod ab Hierosolymæ partibus quidam venerant, qui sectam Christianorum colunt, quam vestra excellentia exterminare jussit; et unus quidem vocatur Chryspolitus, qui totam provinciam seducit, et ad Jesu Nazareni doctrinam convertit. Insuper et Deos nostros, per quos Imperialis honor pollet, dicit esse dæmones et vanas ac surdas imagines, quæ nec sibi nec cuique valeant subvenire. Ad hæc salus ubique Imperialis sit diffusa longe lateque.

EX MS.
VALLICEL.
aliquos in
carcere
baptizat :

Ad Præfectum
et nuntios
Imperatoris
adductus,

6 Tunc Imperator præcepit suis militibus ut Bittoniam pergerent quam citius possent, atque eum comprehenderent et omnes socios illius : ac in carcerem mitti, donec nova cogitaret supplicia, quibus eos perderet. Qui cum venissent, inquisitione facta quo in loco S. Chryspolitus lateret, cum plurimis Christianis inventus, adductus est ante Imperatoris nuntios; qui cum Præfecta civitatis Austerio male attractare eos cœperunt. In crastinum autem jussi sunt venire ante conspectum Præfecti, et ante Imperatoris missos : qui cum venissent, interrogavit illos Præfectus, dicens : Cujus conditionis vel ejus sectæ estis ? quidve vocamini ? Cui B. Chryspolitus cum magna constantia ait : Nos genus unum habere putamus vobiscum, nam binos opinamur primos homines esse, quos in paradiso constituit Altissimus; quæ semper ibidem manerent, si non prævaricassent præceptum sui Conditoris, de cujus stirpe omnes decimos ortum. Sed ista inæqualitas inter nos esse cœpit ab initio primi peccati. Quis enim in paradiso potentior esse cuperet, in quo cuncti uno potu atque cibo aluntur, nisi diabolus, qui jactantia sua excelsiorem esse omnibus Angelis voluit, et hæc cogitans de cælo cecidit, omnemque honorem et venustatem sæ pulchritudinis perdidit ? Ad hæc Præfectus ait : Quid nos seducis multiplici sermone ? Aut sacrificia diis, aut jussa Principum manifeste denega. Cui vir Sanctus ait : Principum jussa, si honesta sunt contemnenda non sunt : sed sacrificium dæmoniorum omnimodis respuo et contemno. Ad quod Præfectus : Ego id ipsum replico, ut sacrifices, et adores deos immortales. Ad quem ille quos deos immortales confirmas, dæmones esse cognovimus ac effigies lapidum vel lignorum.

docet huma-
num genus
ab Adamo
provenire :

diis sacrifi-
care renuit :

C 7 Tunc iratos Præses alapis jussit cædi eum, et ligatis manibus ac pedibus jactaverunt eum in terram, atque fustibus ejus dorsum cædentes dicebant : Noli blasphemare deos, per quos gubernacula regni consistunt. Tunc ille solutis manibus et pedibus erectus, viriliter ait : O impiissime et veritatis inimice, cur non potius dicis, quod per eos disperduntur homines interius et exterius, et fruges terræ ac omnia bona mundi ? Tunc Præfectus jussit eum in equuleo poni, et nudum cum spinis flagellari; et postea deposuerunt eum ac miserunt in carcerem, et dixerunt : Modo circa salutem tuam tracta qualiter vivas, et dies tuos ante terminum non dimittas. At ille missus in carcerem per dies quindecim non cessavit nomen Domini prædicare; et facultates, quas suo proprio labore habebat, erogavit pauperibus. Gentilis quidam, jam longo tempore in eodem carcere propter quoddam homicidium missus, ut audivit prædicationem ejus, postulavit ab eo se fieri Christianum. Beatus igitur Chryspolitus, delata aqua sanctificavit eum, ac baptizavit eum. Tunc milites qui custodiebant carcerem, cum vidissent quod plus in

cæditur
fustibus,

spinis flaget-
latur :

in carcere
baptizat ali-
quem eum,

eo nomen Domini cresceret, renuntiaverunt Præfecto, et Gentilem illum adduxerunt. Quemcum vidit Præfectus, dixit ei : Quia jam diu est quod pœnam habuisti, et desperatus, ut audio, aliorum sectam suscepisti; nunc tempus est quo misericordiam habeas, tantum fidem Christianorum dimitte, et ritum Principum, a quo homines salvantur, suscipe. At ille : Et si hoc in seculo pro parvo crimine lex præcepit aliquem in carcerem atque in exilium mitti, quanto magis omnipotens Deus, nostram qui fecit animam et corpus, nos condemnare habet ? quem quotidie centies offendimus; et quem timere debemus ac laudare nocte ac die, ipsum respicimus malis nostris actibus. Unde scire te volo et commonefacere tibi, ut respuas falsos deos atque sacrificia eorum, et lumen veritatis agnoscas, in quo vera vita constat et beatitudo perpetua manet. Cui Præfectus ait : In tantum te patior, ac tua vana verba, ut facias quod dixi, alias te et doctorem tuum diversis perdam pœnis. Et ille : Potius eligo tuam pœnam, quam ut gaudia paradisi perdam. Ait ei Præfectus : Per deos meos immortales, promitto quod te ac tuum gaudium perdo. Cui ille : Gaudium Christi nemo utique tollere valet, nisi malis operibus quilibet eum perdat. Tunc Præfectus iratus jussit eum ad templum Martis duci, et si non sacrificaret, ibidem decollari eum. Qui cum pervenisset ad locum, oratione facta, templum corruit, et ipse migravit ad Christum.

dein constan-
tem in fide,

usque ad
mortem.
E

8 Interim S. Chryspolitus fidem confirmat Christianorum signis ac virtutibus, expectans jugiter finem hujus seculi, et assidue orat Dominum, ut Ecclesia sancta palam ac in pace possit ei famulari. Quidam Anianus, qui longo jam tempore dextrum perdidit latus, ad carcerem venit, ac Sanctum rogat, ut ei subveniat. Ad quem Sanctus : Si credis Jesum Christum, filium Dei, verum Deum esse, poteris animæ et corporis salutem habere. Cui ille inquit : Si aliam salutem substantialem dare mihi posses, istam omnimodis respuerem, quam cum suscepero celeriter perdo. Ad quem Sanctus : Nec enim salus tantum corpori datur, et mox ut habetur cum magno dolore amittitur : sed salus æternæ beatitudinis hic requiritur, et in illo sine fine manet seculo : in ea nullus error nullusque luctus, nulla suspiratio est, nec valet aliquis ibi alium accusare; sed sic alter alteri cupit, quemadmodum sibi : omnes enim unam tenent caritatem, quia enim amarunt Deum in vita sua : illic namque quotidie inest frequentia Angelorum, et Deus facie ad faciem videtur : de illa enim decantabat Propheta dicens : Quam amabilia sunt tabernacula tua, Domine virtutum; et iterum, Elegi abjectes esse in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Illic plane nulla cupido auri vel argenti tenetur : sed, sicut ait Apostolus, Non quærit quilibet quæ sua sunt. Ad hæc Anianus. Tantum da mihi fidem Christianorum, et suavem corporis sanitatem nolo, ut hæc quæ dicis contingere possim. Tunc S. Chryspolitus sanctificavit aquam, et baptizavit eum in nomine Trinitatis, et dimisit illum. At ille quocumque ibat, nomen Domini Jesu Christi palam magnificabat.

Anianum
in fide in-
structum
baptizat :

F
Psal. 83. 2
et 11

1 Cor. 13, 5

coram Præ-
fecto consti-
tutus,

explicit lapsum Angelorum, Ez. 28, 13.

A Judæi propter eandem superfluitatem condemnaverunt, et crucis patibulo affixerunt; quod et tu patieris, si non recedis ab arte magica, et iterum illos non reducis ad nostram legem, per quam cuncta regna gubernantur. Ad quod vir Sanctus: Jam iterum meminisse te volo, quia de hac secta contentio inter me et te fuit: dixi enim quia Angelum lucis primitus omni decore et pulchritudine condidit Deus, de quo per Ezechielem dicitur, Tu signaculum similitudinis in delitiis paradisi Dei fuisti; sed superbia ductus jactavit se ponere sedem suam ab Aquilone, et esse similis Altissimo; qui sola opinione gloriam aliorum Angelorum perdidit, et omnem honorem amisit, et gloriæ nostræ immortalitatis statim invidus existit: nam more serpentis decepit primum parentem. Ab illo namque die suis persuasionibus perdere nos cœpit, et hoc agere non desinit usque in seculi finem. Hinc est quod homines suadet ad idola colendum, atque falsos deos adorandum, unde vos admoneo ut relinquatis omnem vanam superstitionem, ac solum colatis Deum omnipotentem, qui fecit cœlum et terram atque cuncta quæ continentur intra et extra. Cui præfectus ait: Ergo tu solus verum Deum colis, ac nos falsos? Respondit ei S. Chryspolitus. Vere, Præfecte, deos falsos aestima illos, qui nec sibi nec cuiquam juvare possunt, sed lædere: certe non sunt dii, sed sunt effigies manibus hominum factæ, et in quorum honore consistunt homines fuerunt pessimi, scilicet Jupiter, Hercules, Mars, Maja, Venus, ac multi alii, qui in inferno jugiter ardent pro suis sceleribus.

et inductam idololatram:

B Tunc Præfectus iratus, fornacem accendere jussit, et S. Chryspolitum cum bubulco ejus in eam mitti. Qui cum intromissi essent, extinctus est ignis, et ventus in ea spirare cœpit. Tunc Sancti per medium psallebant et dicebant: Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. Tunc aspicientes carnifices ignem extinctum, et Sanctos in medio psallentes, renuntiaverunt Præfecto. At ille continuo venit, et videns eos in media fornace psallere, misericordia motus est, et vocavit eos ad se, et ait illis: Adhuc dii faciunt misericordiam vobiscum. Ad quem Barontius bubulcus S. Chryspoliti ait: Miserrime, adhuc cæcus es, quia dicis miraculum Dei omnipotentis diabolico opere factum. At ille nimio furore repletus, præcepit eum a carnificibus in campo, ubi solitus erat arare, decollari. At illi comprehedentes eum, duxerunt in campo Bucaronis. Quem cum videret S. Chryspolitus ad martyrii coronam pergere, ait illi: Fili, gaudeo de te, quia hodie ad regna beati poli læto itinere pergis; sed tristis sum de solatio Ecclesiæ sanctæ, quia hodie apud me de te peribit. Tunc S. Barontius ait: Mi Domine Pater, tu si adhuc velis vivere, potes, ego autem finem vitæ meæ depono. Cum autem venissent in campo Bucaronis, decollaverunt eum ibi juxta fontem B. Chryspoliti, in quo primitus mirabilia fecit.

non læditur conjectus in fornacem cum S. Barontio,

de n decollato:

C Tunc Præfectus ait B. Chryspolito, Elige quod vis, aut sacrificia aut maleficia tua perdam. Respondit ei S. Chryspolitus, dicens: O Præfecte, quare sic erras, quod Dei omnipotentis, virtutes putes maleficiis patras? Tunc iratus Præfectus jussit eum tamdiu flagellari, donec expiraret. Qui cum diu cæderetur ac carnifices fatigarentur, et ipse minime

flagellatus per medium scinditur:

læderetur; jussus est cum gladio scindi per medium. Tunc carnifices, dextram lævamque tenentes, percusserunt eum in medio, et de corpore ejus duas fecerunt partes in castro Imperiali. Tunc venerunt duodecim mulieres, cum Teutela sorore B. Chryspoliti, Martyris et Episcopi, ut viderent finem ejus: quæ statim ut visæ sunt, dictum est illis ut sacrificarent idolis. Quæ cum nollent sacrificium offerre diis, jussæ sunt torqueri in mamillis, postmodum flagellaverunt eas tamdiu plumbatis, donec aliquæ ex eis expirarent. Cumque diu illas diversis suppliciis affligerent, et non prævalerent eas a bono proposito carnifices retrahere, ad ultimum decollaverunt illas in eadem die, quo et S. Chryspolitus palmam martyrii suscepit cum Barontio ejus bubulco, qui et in supradicto campo Bucaronis decollatus est. Tunc venerunt pauci Christiani de prædicta civitate, cum hymnis et laudibus et balsamis et aromatibus, et ibi sepeliverunt cadavera eorum juxta turrem inter duo flumina, quæ sunt Cleoton et Sambro. In quo loco Dominus præstat beneficia pro meritis sacris eorum, ab illo usque in præsentem diem omnibus suppliciter venientibus ibi: et in honorem B. Chryspoliti basilicam illic construxerunt, nec non et ad honorem almæ Mariæ Virginis atque omnium Sanctorum. Actum est hoc sub Imperio impiissimi Maximiani, quarto idus Majas, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

D EX MS. VALICEL. S. Teutela et 12 mulieres coronantur,

et ibidem sepeliuntur.

E

ANNOTATA.

a Generali voce indicantur 30 anni, relictis 3 annis et 3 mensibus.

b Colitur S. Britius 9 Septemb. in pace mortuus circiter annum 93, primus Spoletanus Episcopus habitus ab Ughello.

c Colitur Heraclius 26 Maji cum aliis Tuderti Martyr, quasi sub Diocletiano passus.

d Jacobillus assignat annum 36, quod nobis non probatur.

e Anno 38 inquit Jacobillus et Ughellus, ex jamposito principio.

f Utinam hujus Martyris nomen et dies natalis fuissent adjuncti! nunc eum sub nomine Exploratoris ejusdam referimus.

g Clitumnum fluvium, qui in Spoletanis finibus oriens, in territorio Vettonensi immergitur Teniæ vulgo Tartarena dictæ, ex tabulis et Geographis novimus: et hic videtur corrupto intelligi nomine Clitetonis, juxta quem Sambronem concipias licet, alibi necdum notum rivulum, qui vel communem cum Clitumno fontem habeat, vel cum eo confluat, ut confluentia utriusque hic potius quam fons intelligi forte debeat: maxime si Campus Buccaronis, de quo mox dicitur, is est ubi nunc notatur vicus Borroni inter Fulginium et Mantem-Falconis, ab hoc Tenia fluvio intercurrente divisus.

h Jacobillus accipit Neronem et in morte S. Chryspoliti Domitianum, quod etiam facit Ughellus. S. Vincentii hujus Acta erunt examinanda ad diem 6 Junii.

i Bibania vulgo Bevagna, antiquis Mevenia, 6 mill. passuum dissita, urbs olim Episcopalis.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

CYRIACO, MAXIMO, GRADO, SOTHERE VIRG. ROTHERE,
JOANNE, ACHILLE, MOISEO, APHRODITO, ET ALIIS
QUINGENTIS QUATUOR. ITEM ALEXANDRO, MOISETE,
LUCIO,

O. H.

PROBABILIUS ROMÆ PASSIS.

XII MAJI

An sint Ro-
mæ passi ?

Post relatos Martyres Romanos Nereum et Achilleum et Pancratium, referuntur sequentes Martyres in quatuor antiquis Martyrologiis Hieronymiani apographis, nulla indicata palæstra, ut videantur cum probabili conjectura etiam Romæ passi, cum nusquam solenne illud dictum alibi interponatur: exprimuntur autem nomina Cyriaci, Maximi, Gradi, Sotheris Virginis, Rotheris, Joannis, Achillis, Moisei, Afroditi, cum aliis numero quingentis quatuor, quorum nomina Deus scit. Ex his Cyriacus et Maximus sunt in antiquissimo MS. Epternacensi, desunt in aliis tribus. Verum Quiriacus et Maximus sunt in MSS. Tamlectensi et Aquisgranensi, et apud Grevenum in Auctario Usuardi. Imo et Quiriacus est in MSS. Richenoviensi et Rhinoviensi. Loco Gradi, in tribus apographis et in alio Corbeiensi indicati, est in Epternacensi nomen Gnati. Dein in MS. Blumiuno et aliquo Corbeicasi necdum excuso fit memoria Sotheris Virginis et Rotheris, quod nomen deest in Corbeiensi Parisiis excuso. In Lucensi apographo scribitur Rotheris Virginis et Soteris, uti etiam in Epternacensi. Verum Sotheris Virginis meminerunt MSS. Richenoviense, Rhinoviense et Parisiense Labbei. Ado et Nothkerus habent Passionem sacratissimæ Virginis Sotheris, genere nobili sub Diocletiano Augusto. De S. Sothere Virgine Romana accepta sunt ista ex Actis S. Pancratii jam productis: de eaque pluribus egimus ad diem x Februarii; a qua num hic relata Sotheris sit diversa statuenda, non passimus certo asserere. Inter sequentes quatuor socios, nomina Joannis et Achillis sive Achillei sunt ubique constantia: at loco Moises et Afroditi,

legitur etiam Moires seu Mores, et Afroditi sive Afroti. In MS. Richenoviensi fit mentio Quiriaci, Sotheris Virginis, Joannis, Moisei, Affioli cum aliis quingentis quatuor. Nothkerus, cum de Sothere, ut diximus, egisset, addit ista: Item passio SS. Joannis, Achillis, Moisei, Aphroditi, cum aliis numero quingentis quatuor. In MS. Pragensi celebratur memoria SS. Joannis, Achillis et Afroditi, cum aliis IIII. Quæ eadem sunt apud Grevenum in Auctario, sed Socii IV dicuntur. In MS. Florario et MS. Adone cænobii Laurentini apud Leodienses nominantur Joannes et Achilles, cum aliis quingentis sex.

2 Post hunc numerum Martyrum indicatum adjunguntur nomina Alexandri et Moisetis in quatuor Martyrologiis Hieronymiani apographis, quibus in MS. Corbeiensi Parisiis excuso adjungitur Julius, quos etiam Romæ passos arbitratur Florentinius.

3 Tamiyus Salazar in Martyrologio Hispanico de S. Sotere ad hunc diem ista habet: Romæ natalis S. Soteris Virginis et Martyris, cujus sacra lipsana in cænobio sanctimonialium sanctissimi Sacramenti Madridensi honorifice coluntur et adservantur. Hæc ibi absque ulla in Notis mentione. Unde quod eadem sit Virgo et Martyr, quæ supra relata est, absque fundamento assereremus. In MS. Tamlectensi, præter Maximum et Cyriacum supra indicatos, celebrantur Grattius, Rotheres, Moisetes, Joannes, Afroditus, Achilles, Alexander, in titulo ex aliis indicati; et Zefanus, farsan loco alterius adjunctus. Item cæcvi Martyres, sed passi cum S. Cyriaco, qui Crucem Domini invenit, de quo actum est IV Maji.

E

alii adjuncti.

Reliquæ al-
cujus Sothe-
ris Madridi.

DE S. PRACATO SEU PANCRATO

F

G. II.

MARTYRE IN AFRICA

XII MAJI

Solitarius hic Africae Martyr memoratur in quatuor Martyrologiis Hieronymiani apographis, et sub nomine Pracati habetur in antiquissimo Epternacensi: at sub nomine Pancrati in aliis

tribus codicibus Lucensi, Corbeiensi et Blumiuno. Idem etiam Pancratius dicitur et refertur in MS. Hibernico monasterii Tamlectensis, ab alio Pancratio supra relato distinctus: quippe qui Romæ passus est.

DE SANCTIS SICULIS

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 47 **

G. II.

PHILIPPO PRESBYTERO, ET EUSEBIO MONACHO AGYRII,
ET PHILIPPO DIACONO PANORMI.

XII MAJI

Agyrii oppi-
do Siciliae,

Agyrium, Siciliae oppidum, in sublimi atque acuto colle, haud procul a fluvio Simætho positum, inter Æthnam et Ennam montes, a Cicerone, Dionysio et Diodoro Siculo, qui ibidem natus est, memoratum, Ptolomæo et Antonino Agyrium, Stephano de Urbibus Agyrena, unde vulgare

nunc vocabulum Agirone derivatum; et ob memoriam S. Philippi, de quo agimus, passim incolis S. Filippo d'Agirone, aut etiam, d'Argirone. Ad quod ultimum nomen Fasellus decade prima Rerum Sicularum lib. 10 ita alludit: Argyre vetustissima urbs, in editissimo et acuto monte sita, dicta, quod argenteam (ἀργύρεον) namque

A namque argentum Græcis sonat) habeat solum, argentique apud eum sit minera : quod ipsum usu hac etiam ætate didicimus. Siquidem aquarum torrentes, qui sæviente hieme ad ima dilabuntur, auri argentique plurima secum deferunt ramenta. Ab argento igitur Argyra denominatur. Sed a quibus fuerit condita, me latet. *Hæc Fasellus.*

2 *Celebris est hic locus habitatione, sepultura, miraculis et veneratione dicti S. Philippi Presbyteri, de quo ad hunc diem XII Maji Franciscus Maurolycus Abbas Messanensis in suo Martyrologio scribit: Eodem die Argyræ in Sicilia S. Philippi Presbyteri, cujus in dæmonibus effugandis virtus crebris apparet signis. Quæ eadem inde descripta leguntur apud Molanum in Auctario Usuardi et Felicium in Ephemeride Italica. In hodierno Martyrologio Romano ista habentur: In Sicilia S. Philippi Argyrionis, qui a Romano Pontifice ad eam insulam missus, magnam illius partem ad Christam convertit: cujus sanctitas in liberandis energumenis maxime declaratur.*

3 *Addit Baronius in Notis se accepisse ejus res gestas manuscriptas, quarum est exordium: In diebus Arcadii Imperatoris etc. Hæc Baronius. Extare eadem Acta in MSS. codicibus Ecclesiarum Agyrensis, Catanensis, Syracusanæ, et Panormitanæ, ex Græcis fontibus deducta, et Græce scripta reperiri in bibliotheca Vaticana, Cryptæ-Ferratæ et Messanensis cœnobij S. Salvatoris, asserit Octavius Cajetanus, tomo primo de Vitis Sanctorum Siculorum, et addit se illam dare, quam inde vertit Latine P. Jacobus Sirmundus e Societate Jesu, vir in primis doctus. Nos Græca reperimus Romæ in bibliotheca Vaticana et ad calcem damus, hic vero subjungimus Latinam ipsius Sirmundi interpretationem, nostrisque Annotatiombus illustramus.*

4 *Hujus titulus est hujusmodi: Narratio Eusebii monachi, de vita et miraculis sancti Patris nostri Philippi, Apostolici Presbyteri, dæmonum expulso- ris. Hic auctor Vitæ cum ipso navigavit Romam, et num. 6 in numero plurali ait, facta serenitate salvati sumus, et Romam pervenimus, ac dein Romæ num. 7 Syriace exponebat S. Philippo, quæ ei dicebantur. Dein cum illo Agyrium profectus num. 9. vidit dæmonum turbam instar lapidum voluari ex montis vertice, et num. 26 specie ignis e templo prorumpere. At post mortem, ut in Notis observatur, Alexandriam se contulit, ibidemque Patriarchæ vitam et miracula S. Philippi, a se conscripta obtulit. Addit porro Cajetanus sub titulo de S. Eusebio monacho et Confessore sequentia: Agyrii in pace requievit, et ædem sibi divinitus descriptam Besilarius quidam extruxerat: in eaque thecas duas, superiorem quidem B. Eusebio, et inferiorem S. Philippo Presbytero, quod insinuat num. 32. In præsentiarum, ait Cajetanus, Corpora Sanctorum Eusebii, Philippi Diaconi, et Lucae Abbatis eadem in arca servantur, sed caput Eusebii argento tectum ostenditur festo die S. Philippi ad quartum Idus Majas: quo die Eusebius una cum Philippo Agyrii colitur. Hæc Cajetanus, qui ante in Martyrologio Siculo ad hunc XII Maji ista scripserat: Agyræ Sanctorum Confessorum Philippi Presbyteri et Eusebii monachi. Ferrarius cum in Catalogo Sanctorum Italiæ illustrem epitomen ex hac Vita edidisset, itilem in Catalogo Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, ex Tabulis Ecclesiæ Agyrinæ retulit S. Eusebium monachum Argyræ. Eundem in titula, nisi horum auctoritate, subjunximus. Sed quæri potest, num Vita hæc, prout jam habetur, fuerit ab Eusebio viva sancto scripta. Dubitat Cajetanus, quia quædam ibi leguntur ex trivio sumpta, puta de dæmonum inclusione Hierosolymis a Salomone facta etc. quæ ipse ideo prætermisit, et nos ex Græco inter Annotata restituimus. Sed potuerunt etiam viri*

sancti in sancta simplicitate de rebus antiquis credidisse quædam, et suis scriptis inseruisse. Magis nos movet ut dubitemus, donum Latine linguæ, S. Philippo divinitus collatum, qua uteretur in divino officio, cum ea narratura circumstantia, quam testis præsens et oculatus non potuisset sic exprimere, ut in Latini ritus Missa, qualem Latine credendus est fecisse Pontifex, adhibitus Diaconus dicatur Latine expressisse hæc verba, In pace Dominum oremus: cum eorum in nostra Missa nullus sit usus; sed bene in Græca liturgia, dum ea fit quæ S. Chrysostomi dicitur Quare omnia censemus ea quæ S. Eusebius breviter scripsit de Philippo, fuisse a Siculo aliquo, non satis prudenti ac gravi, exornata amplificataque; quemadmodum ex eadem Sicilia varias alias vitas habemus, sub eorum scriptorum nominibus, ut levis- sime dicam, amplificatas, quibus uti cogimur contextus antiquioris et sincerioris defectu.

5 *In hac vita dicitur, quod parentes S. Philippi in Thracia vixerint, et liberos procreaverint, temporibus Arcadii Imperatoris, qui post obitum patris Theodosii ab anno cccxcv ad cccxcviii regnavit. Quare contra prædictam Vitam, ut prorsus apocrypham, vehementer insurgunt primum supramemoratus Fasellus, tum Rocchus Pirrus Notitia prima Siciliensium Ecclesiarum aliique, quos antiquitatis amor in illorum animis flagrans eo deduxit, ut tempore S. Petri Apostoli vixisse S. Philippum velint: et proferunt vitam aliquam ejus, quasi a S. Athanasio Episcopo Alexandrino scriptam: quam, ut satisfiat horum clamoribus, licet apocrypham, subjungimus: ut quivis per se possit judicare, eam veriorum circumstantiarum ignorantiam, quam notamus, non potuisse cadere in ullum virum prudentem, multo minus in eruditissimum ac prudentissimum Athanasium, cujus Acta accurate illustrata dedimus die secundo Maji. Auctor tamen is, quisquis fuerit, seculo octavo aut septimo debet vixisse, antequam a Saracenis occuparetur Sicilia; et sic potuit antiqua characterum forma Græce scripta fuisse illa Vita, quam dicit Cajetanus inter sua manuscripta habuisse Antistitem Antonium Augustinum, juris prudentia et eruditione celebrem; et se eandem Messanæ in collegio nostro Latine scriptam in vetusto codice reperisse et exscripsisse. Plura sed parvi momenti a Cajetano proferuntur argumenta, ut probet quod S. Philippus tempore S. Petri vixerit, adductus a Panormitanis, apud quos antea Ideam imprimens, pro teapote Arcadii prioris sententiæ faverat.*

6 *Nobis nihil seritur aut metitur, quandonam vixerit: sed Vita, sub Eusebii nomine edita, magis nobis probatur: vel etiam ex iis, quæ capite tertio narrantur de Philippo juniore et Diacono, quem Panormitani ut suum civem dicuntur etiam hoc XII Maji venerari: ad quem diem Cajetanus in Martyrologio Siculo ista habet: Panormi S. Philippi Diaconi, discipuli senioris Philippi. Et Ferrarius in Catalogo generali, ex tabulis Ecclesiæ Panormitanæ, illum hoc die ut civem suum colentis, celebrat festum S. Philippi Diaconi Panormi: et Cajetanus sub finem Vitæ, seorsim ex Actis S. Philippi Agyriensis extractæ, et a nobis in ea relictæ, addit: Philippi Junioris ac Diaconi corpus Agyrii servatur, cum SS. Luca Abbate et Eusebio Monacho, cum quibus ad quartum Idus Maji colitur: cujus et nos nomen in titulo præsentamus. Acta S. Lucae Abbatis dedimus die secunda Martii. Omnium autem quatuor translatio celebratur apud dictum Cajetanum xxv Julii.*

7 *Fasellus indicato lib. 10, de virtute S. Philippi Presbyteri, in ejiciendis dæmonibus cælitus illius meritis concessa, istu scribit: Enimvero anno MXXLI, solenni Divi Philippi festo, dum Agyræ una cum aliis religionis instinctu interesset, ducentas pene ibi arreptitias feminas offendi. Mirum erat ac stupendum miraculum, videre eas non ex sese, sed ex dæmone*

D
AUCTORE G. H.

Alla majis
apocrypha,

E
non a S.
Athanasio,

sed seculo 6
aut 7 scripta.

F
Philippus
Diaconus
colitur etiam
12 Maji.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 48**

Anno 1541
energumenz
200 a-l fe-
stum S. Phi-
lippi conve-
nerunt, mire
agitata,

cultus S.
Philippi
Presbyteri,

Acta et Græca
et Latina
dantur,

B

Interprete
Jacobo Sir-
mundo:

Auctore S.
Eusebio socio,

C

hoc 12 Maji
relato,

cujus textum
aliis postea
amplificavit.

A dæmone qui in earum corpora imperium occupaverat, ludibriis agitata, voces in sublime ferre, omni amictu ac verecundia abjectis, rotare crines, stridere dentibus, os oculosque distorquere, spumam emittere, brachia ac totum pene corpus in altum magna vi sustollere, volubilem linguam turgere, guttur et ejus venas intumescere, et denique furorē inauditum totis membris concipere : Græce quas linguis variis loquentes,

8 Et hæc quidem privata. At publica et quæ in procedente simulacri divini pompa contigerunt, illis longe fuerunt majora. Nocte enim illa, quæ sacra præcessit, arreptitiæ hæc ad præcipuum templi altare cum custodibus suis, absque ullo morbi signo quasi prorsus incolumes quiescebant, Divi Philippi simulacrum ex adytis, quæ juxta sunt, exportandum præstolantes : ubi et frequentissimus populi conventus, et nos quoque mira cum expectatione aderamus.

B Mane vero, aperta adyti janua, Divique signo ostense, ubi illud arreptæ conspexerunt; mox ac si hostis capitalis adesset, illius aspectum formidantes, voce sublata vestimenta scindere, crines vellere, vinculisque quibus strictissime impediabantur diffractis, quædam etiam e custodum manibus elabi cœpere. Quarum dein inusitati clamores, omnique gemitu majores, veluti rugitus immanes, ita toto templo vicinisque agris personuere, ut e propinquo bellum ingens ac sævum, cruentissimumque prælium committi videretur. Ibiq; tum Ragusana quædam mulier, cunctis spectantibus, mox curata est, signo perspectissimo relicto. Pendebat nempe a fune supra altare sinistrum, candelabrum æneum, lampadibus ac lychnis pluribus pellucidum, a terra octo circiter cubitos elevatum : quod ipso illo quo liberabatur momento, nullo qui quidem videretur movente, lampadibus omnibus dissipatis (mirum visu) crebris motibus, molaris rotæ instar, quam velocissime totum inversum est.

9 Sed ad pompam ipsam venio. Viri igitur, qui vel sacerdotio vel dignitate præstabant, celeberrimam longo ordine pompam deducunt, Divi Philippi imaginem, subnigram quidem illam ac visu horribilem, præcedebant : quam subinde conditionis cujusvis viri et mulieres innumeræ, fere cum cereis thure etiam ardentibus, permixtim sequebantur. Comque ad templi medium, ubi ara erat, perventum esset, Leontina mulier quædam, quæ a quodam Sacerdote sinu portabatur, plures jam annos dæmonio detenta, edita voce ad ceteras versa, signo manu facto, Forti, exclamavit, animo estote : nullus abscedat : dies hic jam occidet. Hæc cum ego audivi, obstupui, quod eum, quo illa obsidebatur, esse inter dæmones principem, ex verbis, vultu præterea, audacia ac imperio, quibus ceteris præstare videbatur, non absurde cognoscerem : quod et Patriciis Gatanensibus, qui prope me erant, ut adverterent, indicavi : et reipsa postmodum declaratum est. Nam cum paulatim eodem ordine procedendo, foretrum jam ad valvas templi primarias pervasisset, eadem illa mulier, ex editiore loco in gradu templi ultimo conspiciens omnem arreptitiorum turbam sibi subjectam, substitit; appellatisque omnibus, ac manu demonstratis, rursus vernacule, Absit, inquit, metus, procul hinc terror abeat. Jam advesperascit, jam ad occasum vergit hic dies nobis infensus, atque hestis acerrimus : abjicite timorem, nullus vestrum recedat : assistant curæ, sufferte parumper, jam occasus instat. Cui ex illis una, Vim patior, respon-

dit, compellor hinc exire. At princeps contra : Ubi D vires? resumas animum : jam die adest interitus. At illa iterum : Exire cogor. O cruces! o tormenta! quæ patior. Quibus vix expressis, præmisso fremitu, a numine Divi Philippi exactus, ab ea recessit dæmon. Et mulier modo ferocissima, inauditam continuo mansuetudinem induit.

10 Sed et dæmon ab ipsa mox in servum quemdam, hæc curiosius insipientem, videntibus nobis ac mirantibus transmigravit. Qui ululare, ingemiscere, dentibus frendere, ac sanguineis oculis occupatus, furere e vestigio cœpit : quod Dominus ejus, qui Alicatensis erat, ut vidit, iræ impetu in contumelias prorupit, ac sanctum diabolum (quæ familiaris hodie Siculis blasphemia est) inclamavit : quod servum aureorum centum pretii ita repente atque ex inopinato amisisset. Verum paulo post et ille ad aram perductus, nullo labore pristinam mentem liberamque recepit. Porro tempus me deficiet et instituti ratio, si singula, quæ eo die apertissima Divi Philippi eluxere miracula, velim recensere. Aderant enim ibidem sexaginta inter ceteras puellæ Ciramenses, quæ una noctis hora, dum simul in eodem vico luderent, a dæmonibus fuerant occupatæ : quæ omnes et quotquot aliæ ad hæc sacra conveniant, spectantibus nobis, mirabiliter liberatæ et incolumitati restitutæ sunt, sola tamen Leontina illa tanti beneficii fuit experta.

11 Hæc ille ut oculatus testis. Nihil igitur miramur, quod S. Philippi cultus etiam in Melitam insulam penetraverit, ubi quarto a Metropoli milliario versus Africum, oppidum Zelugi nominatum, ter mille circiter animarum, tum alias ædes varias habet urbanis minime cessuras elegantia, tum magnificam imprimis ecclesiam parochialem sub titulo et invocatione S. Philippi Argyriensis; uti in sua Melitæ descriptione Italica notat Commendator Abela, sacre Hierosolymitanæ Religionis Vice-cancellarius pag. 88. Deinde observat pag. 370, quod ea ecclesia fuerit ædificata priusquam Bernardinus de Paterno et Jacobus de Paterno Catanenses, ex monasterio S. Philippi, cujus Abbates fuerant, ad Melitensem Episcopatum assumerentur, annis MCCCXLI et XLVII : indeque conjecturam ducit, illius auctorem fuisse Antonium Platamontium, ad hanc Sedem assumptum, ex Prioratu Xicleni S. Mariæ de Monacho, a dicta Abbatia dependente, ante annum MCCCXII, quo mortuum scribit Rocchus Pyrrhus in notitia Melitæ, ipse vero dubitat an non sit multo senior.

VITA

Latine reddita a Jacobo Sirmondo, et cum Græco Vaticano a nobis collata.

CAPUT I.

Ortus, educatio, Diaconatus. Romæ apud Pontificem acta. Sacerdotium.

Temperibus a Arcadii Imperatoris, fuit in b Thraciæ provincia vir quidam nomine Theodosius, genere Syrus, cui uxor erat Augia, ex magna Romanorum urbe oriunda, amplis opibus ambo et familia, Deum in primis colentes, ejusque legem servantes.

2 His filii tres erant, qui omnes suas facultates in jumentorum omnigenum emptione collocabant, in Galatia, Cappadocia, Asiaque universa, ætatem omnem ponentes in hujusmodi negotiatione. Die autem festo exaltationis c Sanctæ Crucis soliti erant Constantinopolim petere, cum instructu negotiationis, ibique cum parentibus suis agitare diem sacrum, Accidit ergo aliquando, ut dum instante festo, mese Septembri, d Sagarim amnem trajiciunt, una cum

liberatur altera :

et corripitur curiosus inspector,

sed et hic liberatur,

et 60 puellarum, atque omnes,

præter unam.

Templum parochiale in Melita.

F
VIDE ACTA
GRÆCA PAG 1*

a b
Parentibus divitibus et Christianis.

c
post filios 3 submersos

d

pullis

deinde in processione,

principe dæmonum frustra socios animante

coram imagine S. Philippi dire agitantur :

ex his una liberatur signo relicto :

A pullis equinis, quos emerant; repente intumescens unda fluminis ipsos cum jumentis abriperet. Quod cum perlatum ad patrem matremque esset, magno dolore affecti, Deo gratias egerunt, Jobi exemplo, dicentes: Sit nomen Domini benedictum, ex nunc et in secula. Urgente vero matrem stimulo mœroris, dies noctesque angebatur, ita ut clam maritum relinquere cogitaret, et patriam repetere, hoc est Romanam provinciam Theodosius autem pater assidue pro filiis orabat, et bona multa largiebatur.

nasciturus
prædicatur:

e

3 Quare incensum erga se amorem intuitus Dominus, ejus conjugem Augiam in somnis consolatus est nocte quadam, ipse se exhibens senis forma, et his verbis alloquens: Quid ita indesinenter auferis, filiorum causa? Nescis, quod qui indiscrete plangit mortuum, Deum provocat ad iram? et rursus; Si ad Domini servitatem accessisti, præpara cor tuum ad tentationem, et iterum; Si facis bonum, expecta tentationem: Dominus enim, quem diligit, castigat. Itaque pone vestem lugubrem, et evigilans unge caput tuum oleo, et faciem tuam in lætitia cordis tui lava, et accipe stolam qua indueris in ecclesia, et fac e panes tres ex similagine, et offer dona tua Deo in exultatione, et accede ad virum tuum, et consolare eum; et ecce erant dona tua in odorem incensi. At illa surgens, divino spiritu vere illuminata, in omnibus obsecuta est, et munera sua cum marito simul obtulit Deo, dicens: Vivit Dominus, non jam amplius dolerit nobis de mortuis filiis, sederimus, Domine mi Theodosi, sicut in juventute, Deo servientes, ejusque mandata custodientes. Potest autem nobis Deus dare filium unum, pro tribus qui mortui sunt.

f
21 annum
agens filii
Diaconus:

eloctus a
matre pietatem
romano-

C aut susurum ullum vel risum exaudiri, sed sollicite omnes et cum reverentia, ut dixi, assistunt tamquam ad tribunal Dei.

et ejus coram
videnda desiderio motus,

g

5 Hæc ille audiens, animo incendebatur et desiderio; rursusque reformidabat, timens parentes contristare, quibus nimirum solatio erat unico pro fratribus defunctis. Confidens porro cum parentibus sæpe dicebat, non sine affectu: Utinam mihi contingat Romam ire, et videre synaxim g Petri, Apostolici Patriarchæ, et ab eo communionem percipere, et postea statim mori, si fieri potest. Vehementerque angebatur Philippus hac cogitatione: interposuitque apud patrem aliquot ex propinquis, ut ab eo impetrarent veniam proficiscendi hac lege, ut simul ac dignus factus esset, qui Apostolos adoraret et ecclesiasticam disciplinam inspiceret, ad suos revertetur. Theodosius vero, eernens fixum ejus in Deum amorem, manu ipsum apprehendens, et Syriaca dialecto preces fundens Orientem versus, sic effatus est: Deus Abraham, Isaac et Jacob, in manus tuas commendo servum tuum: sicut vis, ita tibi cura sit de illo. Atque ita eum complexus dimisit, inscia matre, nihil hac de re cum ea communicans.

dimittitur
a patre,

6 Ille autem Dei voluntate navigans appulit ad

oram Italiæ, statimque exorta est ingens maris procella. Tum Philippus stans, Domine, ait, in manus tuas deposuit me genitor meus, ne perdas me hæc aqua, sicut perierunt fratres mei in aqua torrentis: Quod si hæc tua est voluntas, voti mei prius compos fiam, ac tum id fiat quod jusseris. Verum ne propter peccata mea pereant, qui mecum sunt viri tredecim. His ab eo dictis, in somnum versi sunt omnes, visusque ipsis est Apostolus, sub Papæ figura, naucleoque Thomæ dixit: Festina naclere, Romam appellere, ducens tecum Philippum Diatonum, quia illic mihi usui futurus est. Facta inde subito serenitate ac tranquillitate magna, salvati omnes sumus meritis Apostoli.

D
ACCT. EUSEBIO M.
EX V.S. GR.
tempestate
jactatur;

et apparen-
te S. Petro,
Romam per-
vectus,

a Pontifice
ad legendum
accersitur,

7 Tertio autem post die cum exeuntes Romam pervenissemus, die Dominica, Philippus cum Eusebio monacho, unanimes ad ecclesiam profecti sunt: constiteruntque in læva templi parte. Nec mora, Deo favente, revelatur Papæ: qui accito uno e Diaconis, ait illi: Vade ad lævam templi, ibi invenies Diaconum penula tectum, cum altero monacho: illum advoca, et dic, ut ecclesiam ingrediatur, et tecum ministret. Parens itaque Diaconus omnia peregit, ut jussus fuerat, manuque prehensum deduxit ante ambonem. Ille autem ne verbum quidem noverat Romana lingua, sed Eusebius monachus, quæ ei dicebantur, exponebat Syriace, callebat enim etiam Syriacam. Significavit ergo per Diaconum; Da veniam, Domine, servo tuo, quoniam Romana lingua ne verbum unum scio. Papa vero manum extendens, et ipsum obsignans, ait: In nomine Christi Dei nostri, aperi os tuum, et eloquere in ministerio tuo Romana verba. At ille ore aperto, linguam movens propria lingua, statim dixit h quæ sequuntur in sacra Liturgia, ad Diaconum pertinentia.

E

ab ecque be-
nedictus La-
tine legi et-
si ignarus
linguæ,
h

8 Commoratus autem est ibi menses tres, dies duodecim; dolebat quod cum in Diaconi officio Romana lingua loqueretur, in ceteris rebus ne verbum quidem proferre posset. Cogitante igitur illo ad Papæ pedes procumbere, et preces ejus implorare, ut sibi usquequaque concedatur Romana dialecto loqui, novit statim Papa quod animo agitabat, dixitque illi: Accede ad lectionem. Ille vero mutus manebat, legere non valens. Et Papa, Loquere, inquit, Philippe, sicut nos loquimur; statimque evolans ignis ex ore Patriarchæ, attigit labia ejus, et Romane loqui cœpit cum omnibus. Tum creavit illum Presbyterum, librumque in manus tradidit scriptum, dicens; Tomum Apostolicum cape hodie, cunquē perveneris ad Australes partes Provinciæ Siciliæ, in montibus, qui illic sunt, locus est, cui nomen Agyrium i e regione Ætnæ montis, ex quo erumpit ignis, perennem flammam eructans, quam k Satanas cum spiritibus illic habitantibus, et universis copiis suis sortitus est tamquam hereditatem. Tomum autem; quem tibi dedi, l manu mea scripsi virtute Spiritus sancti: quoad omnes ad unum illo expuleris, redire tibi ad parentes non licet. Apostolico mandato propere obediens Philippus, tomo accepto, et Papa consalutato, peractaque oratione, accipiens etiam secum Eusebium monachum, navim conscendit, Deo bene juvante, solventesque Rhegium Calabriae pervenerunt, magnam modestiam præferentes, divinoque nutu Messanam m appulerunt, terrestrique itinere in locum prædictum Agyrium venerunt.

eamque lin-
guam a-sc-
cultus.

Sacerdos
creatur:
F

i

k

l
et accipit
librum exor-
cismorum.

m

ANNOTATA.

a In MS. Latino Syracusano. In diebus Theodosii. Quæ simul possunt consistere, cum Philippus annos vixerit 63, ut sub Theodosio Magno ejusque filio Arcadio floruisse potuerit.

b

AUCT. FU-
SEBIO M.
EX MS. GR:

A b In nonnullis MSS. Latinis apud Cajetanum, Intra Præsidentum Caiæ seu Achaia. In aliis : In terra Præsidentatus. At Græce ἐν τῇ τῶν Θεζυρῶν ἐπαρχίᾳ.

c Scilicet 14 Septembris, quo die coli ab antiquis Græcis et Orientalibus festum exaltationis sanctæ Crucis indicavimus 3 Maji, in festo Inventionis a Latinis celebrato.

d Sagaris, Græce Σάγγαρις, potius Σάγγαρις, aliis Σαγγαρίος, Sangarius dictus, fluvius Bithyniæ : ubi in Pontum Euxinum se exonerat.

e Hic ritum Judæi cum apprehendit Cajetanus, et suspectum habet : legat lector et judicet.

f Ex voluntate scilicet patris natione Syri. Supponitur autem vulgarem regionis linguam, id est Græcam, a puero scivisse : neque verosimile est pro alio quam Græco ritu Diaconum ordinatum Philippum.

g Hic et infra num. 27 Petrus, pro quolibet successore Pontifice sumitur : nam de ipsomet Apostolo aliter loqui auctorem apparet num. 6. et 9 ubi cum manifeste distinguit a Pontifice, qui Philippum in Siciliam misit.

h Deleo, ut ab interpolatore imperite adjecta quædam in his verbis, dixit : [In pace Domini oremus : et quæ] sequuntur in sacra liturgia, Nihil enim tale in Latina ac Romana Missa dicit Diaconus : sed bene in Liturgia Græca secundum Chrysostomum, qua usum Romanum Pontificem inepte fingeretur.

i Hinc ablata et in Notis a Cajetano rejecta, ut a vulgo credita, sunt ista : Quo immundi spiritus immigrarunt, ex Hierosolymis post urbis captivitatem, cum eam ingressus est Nabuchodonosor, et confregerunt portas templi, inveneruntque eos in vasis aureis, existimantesque pecunias in eis esse, aperuerunt vasa; statimque inde avolarunt, et habitare cœperunt in cavernis lapideis Agyrii prædicti. Hæc ibi, qua infra Græce habentur. Contractius autem in MSS. Latinis Catauensi et Agyrensi apud Cajetanum sic : Hosce dæmones in vasis æreis a Rege Salomone inclusos fuisse.

k Ætnam flammivomum montem, fauces inferorum haberi ab antiquis Patribus, Tertulliano, Chrysostomo, Hieronyma, Paciano, Gregorio Magno aliisque deducit Cajetanus. At naturales similitum mantium causos profert Athanasius Kircherus in Mundo subterraneo. Utrumque consulat curiosus lector.

l Cajetanus arbitratur hæc verba redundare, aut adjecta ob us, qui hæc ad S. Petrum retulerunt : ceterum videri librum Evangeliorum esse : ego exorcismorum librum intelligere mallet.

m Vetus traditio Messanæ est Philippum ea loca incoluisse, ubi ædes est S. Mariæ cognomento Latinæ Cajetanus ita.

CAPUT II.

In Agyrio monte pia exercitia et miracula patrata.

Consedit Philippus in spelunca a quadam ubi triplex est columnarum ordo, et gradus tres lapidei expoliti : ubi de more sedens, curationesque faciens, duorum dierum spatio post ascendit in excelsum montem, qui est e regione Ætnæ, ubi sunt possessiones Argyri Toparchæ. Factaque oratione in cacumine montis, orationem convertit ad eum, a quo missus venerat, et ad Apostolum Petrum, dicens ; Ostende, Domine, ostende faciem tuam, et debentur dæmonum catervæ. Signoque facto per tōmum, quem manu gestabat, visa est monacho dæmonum turba instar lapidum volitari ex montis vertice, fugientesque lugubri voce clamabant ; Væ nobis, Petri Apostoli manus iterum nos in vallibus istis apprehendit. Alii dicebant, rursum hinc pellimur, sicut

u
expellit dæ-
mones de
monte,

cum Simon Magus in altum sublatus est, expulsi a Paulo fuimus ; iterum pellimur nunc a Petro, per Philippum Presbyterum.

10 Deinde quodam die, cum pro iis oraret, qui ab immundis spiritibus obsessi tenebantur, accessit puella divitis viri filia, Deumque timentis, quæ a spiritu vexabatur. Statim ergo protensa manu Philippus, et illi imposita dixit : In nomine Jesu Christi, et Petri Apostoli, exi, et vade in locum tibi præparatum. Spiritus vero magna voce clamans, dixit ; Per Altissimum, Philippe, et Petrum Apostolum, ab hac quidem puella egredior ; ex loco vero isto nunquam abibo, sed tecum habitabo usque ad novissimum diem. Mox corruens puella in solum ante pedes Sacerdotis Philippi sana facta est, abiitque laudes referens Deo. Erat autem magna multitudo eorum, qui a spiritibus torquebantur numero circiter quadraginta, qui quidem summæ Trinitatis gratia et sancti Patris nostri Philippi precibus salvi facti sunt, Deo gratias agentes, qui per servos suos mirabilia facit.

et ex corporibus plurimorum :

11 Mos erat populis illis, ante Saucti adventum propter immundorum spirituum metum, b munera eis offerre : neque id solum, sed et facultates suas in sepulcris condebant, quia dæmones hominum speciem induentes, dicebant patres mortuos petere a filiis : Date nobis, filii, de bonis vestris, ut fruamur. Qua ratione decepti homines, ab egenorum ope revocabantur. Sanctus autem vir ecclesias in Apostoli nomine multis locis extruxit.

b
superstitio-
nem abolet :
E

12 Alio rursus die, proficiscente sancto ad Borealis loci partes, orandi gratia, accessit ad eum vir cum uxore, plangentes planetu magno, et dicunt Sancto ; Miserere nobis, Sancte Dei, quia filius noster unigenitus, cum ad hauriendam aquam ivisset ad fontem, cui nomen est Mamoniaca, ut ex eo gustavit, illico extinctus est. At ille caput quatiens, confestim abiit ad fontem, videtque juvenem mortuum jacentem : manumque prehendens, cicit ejus parentibus : Qui vocatur filius vester, illi vero dixerunt, Joannes. Et consignans eum tomo Apostolico, ter eum vocavit, Joannes, Joannes, Joannes, in nomine Dei surge. Statimque surrexit juvenis, tamquam e somno ; et dedit ipsum matri ejus, dicens ; Vade, da gloriam Domino Deo nostro, qui per famulos suos facit mirabilia. Dominus mortificat, et vivificat. Tu vero spiritus immunde, qui hoc loco manere vis, cave hominem ullum lardas. Quod si pergis in malitia juxta tuum desiderium, et Dei permissionem ; hoc tibi erit a me, et ab Apostolo Petro supplicium, quod alligaberis ferreis catenis a Spiritu sancto, et c Gabriele Duce militiæ, et vincetus eris usque ad seculi finem, ut hic habites, quemadmodum petiisti, et Deus permiserit.

mortuum suscitavit.

F

c

13 Sedente ipso, et Evangelium in manibus habente, occurrit senex quidam nomine Athanasius a vipera ictus : corporeque ex eo morsu graviter saucio, ac pene jam deplorato, accidit ad Sancti pedes provolutus, et lugens. Erat enim his Athanasius avarus, et munerum ac personarum acceptor : et qui omnia in melius convertit, permisit ut a fera vulneraretur, ut ad meliorem frugem revocaretur. Dixit ergo ei Sanctus ; Quid tibi contigit ? Senex. Ostendit ei vibicem vulneris icti a serpente : et sanctus vir manum admovens, ait. Si sanus factus fueris, abstinebis te a nequitia tuis ; Cui ille Sacramento addito, respondit : Si precibus tuis sanitatem recuperabo, abstinebo ex hoc die ab omnibus meis pravis actionibus. Ille vero in pavementum expuens, et sputo pulverem diluens, unxit ejus vulnus, statimque curatus est.

Ictum a vipera sanat ;

14 Mulier fœtum gerens in utero mortuum, ad dies quatuor entis non poterat, mortique jam propinquabat,

parturientem liberat,
A pinguabat, obambulans autem foribus ejus Sanctus, ait. Quidnam est, quod dolet puella? Responsum est fœtum in utero mortuum esse, et parere illam non posse. Et ille atraque manu aquam capiens, et mitens in vasculum, jussit eam bibere in nomine Domini, et Philippi Apostolici Presbyteri; statimque exiit infans penitus integer, et servata est puella.

pecora n feris tuta reddit:
15 Venit ad eum pastor meridie, dicens; Misere-re, Domine, quoniam mercenarius sum divitis cujusdam, et pasco ejus pecora; irruerunt illæ feræ agrestes, et tractant ea crudeliter; Dominas vero impatienti fert animo, nec mihi vel unicum ex illis remittit; itaque quid agam nescio. At Dei famulus pulverem e terra tollens, et tomo suo benedicens, pastori dedit, dicens; Sparge hæc in fossa pecorum, et cum irruent feræ, dicito; Peccator Philippus Presbyter, in nomine Domini, præcepit vobis hæc: Abstinete posthac a pecoribus. Fecit, ut jussus fuerat pastor, et territæ fuerunt et repulsæ feræ, sancti Sacerdotis Philippi intercessione.

sanat mulierem fluxu sanguinis,
16 Erat mulier, sanguinis fluxum passa novem annis, quæ et sua omnia in medicos absumperat, ut sanitatem reciperet, sed frustra. Ut vero audivit de Sancto et ter beato Patre nostro Philippo, accessit ipso adhuc sacrificante, et stetit eminus, ubi ille sacris mysteriis operabatur: et postquam manus abluit, rogavit Hypodiaconum, ut sibi daret aquam, in qua sacras manus abluerat; quæ et sudarium lineum attulerat ad tergendas manus ipsius. Cumque abluisset; et aquam mulieri dedisset Hypodiaconus; illa cum fide suscipiens, et ex ea hauriens, divino consilio repente convaluit. Et sudarium referens domum, invenit mulierem gravi morbo laborantem, jacentemque in lectulo annis tribus, quæ alienis manibus victum capiebat. Illa vero sudarium applicans, in quo sacras manus abluerat Sanctus, dixit: In nomine Jesu Christi et Sancti Presbyteri Philippi, per quem sanitatem accepi, surge et tu e lectulo tuo, et ambula pedibus tuis, ad venerandam ejus ecclesiam. Et illa sudario totum corpus attingens, statim convaluit: et surgens Deum laudabat, qui per famulos suos curationes operabatur.

et aliam a gravi morbo:
17 Quidam, cujus filia elephantiaci morbo gravissime laborabat, ita ut totum ferme illius corpus obtegeretur, accessit ad pedes viri sancti, clamans, et dicens; Sanctissime Pater, exhibe misericordiam, et curetur per te puella tua, quia ejus vir destituere illam vult, propter exuberantem vim morbi: plurima enim consumpsi in medicos curationis gratia, et nihil consecutus sum: sed obsecro te, sanetur puella tua precibus tuis. At ille Diacono jussit ad se afferri protensum ecclesiæ velum, et eo tegi puellam: quæ statim mandata refulsit auro clarior, et domum reversa est laudem tribuens Deo.

aliam ab elephantiaci morbo:
18 Rursum celebrato per Philippum sanctum Presbyterum die festo Apostoli Petri, advenit Leontius, quidam nomine, ulcus habens putridum in femore, vociferabaturque in hæc verba: Serve Dei, qui omnibus sanitatis gratiam facis, jube et me sanari ab hoc vulnere, quia mercearius sum, et manuum mearum labore victito: nunc vero cum hoc ulcere otiosus maneo: et quia laborare non possum, fame crucior: obsecro te sana me per Dominum. Tunc ille abluens manus, Diacono dixit: Vade ad mediam ecclesiam portam, et pulverem qui ei adhæret hac aqua diluens, fac emplastrum e luto, et appone ulceri hujus, dicens: Per nomen Dei sanetur vulnus: tibi que precipio, si quis interroget, quis tibi sanitatem restituit, responde, Per Dei misericordiam, et Spiritus sancti gratiam, sanus sum. Eademque hora restitutus est sanitati, Deo gratias agens, per intercessionem sancti Presbyteri Philippi.

19 Mercenarius quidam ferum exercens subjugale

jumentum, ab eo calcibus et dentibus totus fuerat contusus. Hunc vero dolorem cum dies aliquot patienter tulisset, nec jumentum ulla ratione domare posset; recordatus miraculorum, quæ S. Philippus patrarat, dixit apud se: Sit nomen Domini benedictum: eras tollam ferum hoc jumentum, et manu mea ducam ad Philippum Presbyterum, qui et demones expellit, ut præcipiat ei, domari se sinat. Postero igitur die deduxit ad Sanctum, diceas: Misere-re mei, qui ægros sanas, vide humilitatem meam et laborem meum, quem ab agresti hoc animali patior: quia ferre nequeo, quæ dies noctesque ab eo mihi fiunt mala. Subridens sanctus Pater manum profundit, et animal consignans, ait; Obtempera domino tuo, et flecte illi indomitam cervicem, neque amplius calce et dente impetas illum: sed esto deinceps sicut agnus in omni obedientia. Et hora ipsa, sancti Presbyteri jussu, redditum est ove mansuetius: abiitque homo gaudens, Deumque glorificans.

20 Arca erat templo Sancti vicina, in eaque Dei permissus habitabat spiritus immundus, qui circa horam sextam prætereuntium oculos cæcos reddebat. Quidam vero cum aliquando gravi morbo detineretur, accessit ad arcam, ut requiesceret hora prima, statimque excæcatus est. Cum autem inclamaret, ubinam est Philippus, qui sanitates operatur, interrogans eos qui pertransibant, dicebat; Misere-mia mei, deducite me ad portam ecclesiæ venerandi Presbyteri Philippi. Et cum perductus eadem hora fuisset ad portam, dixit: Sancte Dei, a multis stadiis ad te veni sanitatis causa, et cæcus factus sum ad arcam templo tuo vicinam, hora circiter sexta. At Sanctus indignans, ait: Tibi dico spiritus immunde, qui hominum oculos cæcos reddis, eris ex hoc tempore in æternum cæcus ipse, nihil videns intra arcam illam. Extra vero non poteris ad hominem aut jumentum ullum propius accedere. Eademque hora liberatus est homo a cæcitate, et simul a morbo suo, abiitque laudans Deum, qui servos suos liberat ab omni infirmitate.

21 Homo quidam erat in toparchæ ditione, quem rabida fera momorderat. Hunc videns sacer Philippus, herbam ex agro afferri jussit et comburi simulque cum aqua infuadi ejus plagis; statimque sanatus est homo, Dei voluntate et sancti viri precibus.

22 Quidam ex Agrigentinorum civitate numero viri duodecim, injusta accusatione circumventi, delatique ad Ducem a Præsidente suo, quasi in Ducem conspirassent, vincti adducebantur injuste necandi. Cum autem Catanensium civitatem præterirent, rogarunt milites, a quibus ducebantur, data ipsis pecunia, ut transire liceret per templum Philippi Presbyteri: sperabant enim se illius oratione placatum habituros Ducem: quod et factum est. Nam cum ad venerandam ecclesiam pervenissent, voce magna et lugubri clamarunt, dicentes, Misere-re nobis, Sancte Dei, qui injusta morte condemnati sumus: quia iniqua est accusatio contra nos scripta, quam deferunt milites. Ille autem planetam eorum miseratus, dixit militibus: Adducite huc homines istos, quasi percontari eos vellet, cur vincti ducerentur. At illi Sancto dixerunt: Tradidit nobis eos Præses, scripta etiam contra eos epistola, ut capitali pœna in eos animadvertat, ostendentes simul litteras plumbea d'bul'la obsignatas. Tum sanctus vir ait: Scribatur in hac charta verbis meis, et Dei virtute, sic intus: Illi homines injuste damnandi sunt, ut Præsidente invidia in eos acto. Tu vero misericors esto, Dux, nec flagellis, nec gladio eos subdens; sed liberentur ab injusta accusatione, redeantque ad sua latantes. Deinde cum perducti essent ad locum quem Dux habitabat, simul atque epistolam

D
 AUCT. EUSEBIO
 M. EX MS. GR.
 ferum jumentum reddit
 mansuetum:

cæco reddit
 visum:

E

curat morsum
 feræ rabidæ:

F
 viros 12 in-
 juste vinctos
 et morti tra-
 dendos,

d
 mutata mira-
 culose scrip-
 tura liberat,

A lam legit, solvi jussit vinctos, dicens eos nihil injuste perpetrasse, nec contra se quidquam machinatos esse: quin potius tamquam injuriam passis detur eibus, redeantque ad sua læti. Illi autem Deum laudantes, et Sanctum ejus Philippum, a quo fuerant prius liberati, reversi sunt domum.

eorum accu-
satores dein
energumenum
liberat et
emendat:

23 Qui vero eos injuste accusarat et vinctos miserat, ut reversos vidit, a dæmone correptus est. Tum dixerunt ei qui vineti fuerant, quasi ore uno; Vade ad pedes venerandi Philippi Presbyteri, a quo nos ab iniqua cæde liberati fuimus, et te ille ab immundo spiritu liberabit. Et ille cursu properans, sanctum illius templum ingressus est, et dixit; Miserere mei, famule Dei Philippe, expellatur a me precibus tuis nequam spiritus, qui me vexat. Cui Sanctus: Indignus es excusatione, inquit, qui paulo ante viros innocentes ad mortem persequeris. Tandem vero cum a misero diu fatigaretur, misertus ejus, dixit spiritui: Exi, et secede ab eo, in nomine Christi Crucifixi Dei nostri. Mox cadens in terram, sanus evasit, accepto a beato viro mandato, ne quem unquam donis corruptus falso acceusaret: abiitque Deum magnificans, qui prodigia magna facit per famulos suos.

item monia
lem,

B 24 Spiritualis quædam erat femina, quæ curam gerebat cœnobii venerandi templi SS. Sergii, et Bacchi, ab immundo spiritu graviter agitata; venitque ad virum sanctum, quo tempore sacris intentus erat: statimque ut apprehendit oram penulæ ipsius, et ore momordit, sana facta est divina virtute, et ad monasterium reversa est prædicans Dei potentiam.

furatam pec-
cuniam socio-
rum

25 Tres homines e Lydia Provincia in Siciliam venerant, cum multis pecuniis ad emendum frumentum, habebantque auri libras circiter triginta duas. Suggestit uni dæmon, ut clam tolleret et sibi usurparet, quæ communia erant omnibus. Turbatis autem illis ob aurum amissum, cum audiissent de sancto Patre nostro Philippo, accedunt ad eum prope, et dicunt: Miserere nobis, famule Dei, quia aurum, quod ad negotiandum in commune habebamus, amisimus, et nescimus quid dicere aut agere debeamus. Tum sanctus aperiens os propheticum dixit eis; Porrigite manus vestras in solum, et lutum ubi consistitis, et apprehendite lutum. Cumque statim manus in designatum locum extendissent, iterum dixit: Adducite nunc manus vestras; et duo quidem cum retraxissent, apparuerunt sicut aqua munda lotæ: ejus vero qui furatus erat, lutum exsiccatum digitos tenebat, ita ut explicare non posset. Tum dixit ei Sanctus: Vade, redde aurum sociis tuis, et sana esto deinceps manus tua. Illo vero clamante, et dicente; Sanctetur manus mea, ego sum qui aurum abscondi; confestim restituta est manus, et aurum sociis restituit, abieruntque Deum collaudantes.

mire detegit,
et emendat.

C

ANNOTATA.

a Ad radices montis Occidentem versus, S. Philippi spelunca appellata, miraculis clara.

b Ita etiam, S. Augustinus serm. 15 de Sanctis, miratur cur aqua quosdam infideles tam perniciosus error invaluerit, ut super tumulos defunctorum cibos et vina conferant, quasi egressæ de corporibus animæ carnales cibos requirant. Quibus similia apud Tertullianum et alios leguntur. Et videtur ille mos apud Agyrios etiam viguisse.

c Imo Michaelæ substituendum, qui Princeps militiæ Angelorum debellavit dæmones cum dracone etc. in Apocalypsi S. Joannis cap. 12.

d Plumbo bullatas ejusmodi epistolas mitti solere, alibi necdum comperi: et vereor ne glossema sit, vetustiori textui temere insertum.

CAPUT III.

Dæmones Pulsi, pius obitus. Miracula. Item Acta S. Philippi Diaconi inserta.

Die quadam, cum ad Petri Apostoli ecclesiam venisset venerandus Presbyter Philippus, una cum Eusebio monacho ad orandum, et animum intenderet nocturnæ orationi, circa horam sextam noctis vocem audit spiritus immundi: Inferius ruite, descendite, fugite, quia Philippus persecutor noster ad montem ascendit, et statim consumet nos ignis. Vox autem illa erat spiritus, qui petierat in eo loco habitare, et hoc dicebat aliis spiritibus, qui ex longinquis oris convenerant. Tum ait Eusebius Philippo sacro Presbytero: Venerande pater, quænam est vox ista? Ille vero respondit, Migrarunt huc a remotis locis immundi spiritus: nos vero fixi maneamus in oratione, ut misericors Deus per preces nostras increpet ipsos, et hinc expellat. Orantibus ergo illis, exsiliit ex templo ignis tamquam torrens, et expulit eos ex eo loco. Qua enim hora spiritus vox audiebatur, sive noctu sive interdiu, in eo loco, qui dicebatur a Katopedontes, idest inferius ruentes, repente ruebat lapis, et occidebat seu virum, seu puerum, seu jumentum quodlibet. Ex eo autem die sani et illæsi manserunt, quotquot homines aut jumenta per Catopedontes locum transibant.

Dæmones ex-
pellit suo
adventu et
precibus.

27 Tunc ei dixit Eusebius Monachus: Vere, Philippe, discipulum te ostendisti ejus, qui Presbyterum te consecravit, Petri: cui pascendum Christi ovile commissum est, ut pasceret viros velut oves, et pueros sicut agnos: similiter et tu gregem tuum servas a feris agrestibus et lupis, hoc est ab immundis spiritibus, ab omni noxia eos sapientia tua custodiens. Equidem debet universus Occidens thecam tuam auream facere, et templi tui pavementum argento insternere, et preces tibi quotidianas offerre. Nihil enim est sub sole, quod rependi possit beneficiis, quæ per merita tua singuli acceperunt. Philippus vero Eusebio respondit: Sit nomen Domini benedictum, Frater, qui gratis miseretur, et salvat mundum totum: quia nos omnes, cum simus peccatores, nihil boni facientes, quod dignum ejus gloria offerri a nobis queat, aut æquale beneficiis ejus, perpetua in nos gratiæ suæ dona derivat. b

Laudatur ab
Eusebio,

omnia Deo
tribuit.

28 Vir quidam locuples valde, ex Panormitana civitate, sed liberis carens, valde affligebatur: isut de B. Philippi miraculis audivit, venit ad Agyrium locum, videtque eminens Sanctum ante fores templi sedentem, dicitque famulis suis: En vere stellam, quam videre desiderabam: quem et nocte in somnis vidi vocantem me, et hilari vultu invitantem, en ipse est. Quod si ex Dei voluntate fuit visio quæ mihi apparuit, relicta sede vocabit nos, et introire in templum jubebit ad orandum, et interrogabit, Unde estis, fratres, cur huc venistis? Vir autem S. Philippus, quasi divina revelatione accepta, exurgens illico e sede, in qua sedebat, dixit Eusebio monacho: Voca bilariter eos, qui e longinquo veniunt ad nos. Statimque vocavit eos hilari vultu Eusebius, dicens: Bene venistis, peregrini, advocat vos Pater noster Philippus Presbyter, cujus causa peregre advenistis. Quo audito vir magna perfusus lætitiâ, Deo egit gratias, quod quem querebat invenisset, et voto suo potitus esset: ille vero jussit, ut oraret. Post hæc multa is dona, quæ attulerat ante pedes ejus projecit, dicens: Pater, scis Deo revelante, qua de causa venerim. Et Sanctus, Scio, inquit, sed tu domum redi, et quod optas, fiet tibi secundum fidem tuam.

Panormitani
civis occulto
voto

facit satis:

29 Cumque domum revertisset, invenit uxorem suam

A suam lætantem viso, quod ei noctu apparuerat. Vidit enim B. Philippum dicentem sibi : Ecce redeunte viro tuo, ex eo concipies, et filium paries, quem Philippum vocabis, et benedictio Dei sit vobiscum. Quod cum ex ea cognovisset maritus, miratus apud se dixit; Benedictus, Domine Deus, qui facis mirabilia, qui et procul positus tamquam in momento proximam facis miserationem tuam, per venerandum Presbyterum Philippum, super omnes qui invocant te in veritate. Narravit autem vir uxori, quemadmodum cognovisset quod animo cupiebat, et Eusebium monachum præmisisset, et causam adventus novisset. Et brevi post peperit masculum uxor viro suo, vocavitque eum Philippum. Cumque annorum esset circiter octo, sancto Hierarchæ Philippo eum obtulit, dicens : En, Pater, fructum precum tuarum. Ille vero blande manu apprehendens, offert ipsum templo, et benedicit, et dixit ei : Vade, fili, ad fines natales tuos, et ædifica templum Domino, eritque benedictio ejus tecum. Et redeunte puero una cum patre suo, post Diaconus factus est sub Episcopo Panormi : deditque ei mandatum Philippus Pater noster, ne unquam aurum curaret aut argentum, sed ut omnia sua bona, quæ haberet et habiturus esset, distribueret in pauperes. Quod et fecit, deditque vir ille gloriam Deo, una cum filio suo, per totam vitam, omnia semper erogantes pauperibus.

B 30 Accipias autem puer Philippus a venerando Presbytero Philippo unam ex tunicis ejus, et sudarium unum, et cingulum, quo lumbos suos præcingebat, in ejus memoriam ; dum revertitur, offendit in via hominem a dracone tabefactum. Volensque sancti curationes imitari puer, soluta zona, quam a Sancto acceperat, cinxit aridum hominem jacentem, dicens ; In nomine S. Philippi surge sanus et innoxius. Surrexit e vestigio sanus, ut antea laudem Deo dicens : et miratus est valde junior Philippus quod acciderat, quod non solum præsens morbos curaret, sed ejus indumenta morbos expellerent. Audientes autem id cives Panormitani, quod tunicae Sancti deferrentur a Philippo Juniore, redeunte in Panormitanam urbem, et quod miracula per eas fierent ; gavisi sunt supra modum, dicentes : Benedictus Deus, quoniam misertus est nobis indignis et peccatoribus Sanctissimus Philippus, venerandas tunicas suas ad nos mittens, ad sanandas infirmitates nostras : et quid ei nos dignum rependere possimus? Preces, et orationes supplices ad Philippum? Sed C ejus oratio, quam pro nobis omnibus facit, nostra omnia munera exuperat, auro et lapide pretioso et saphyro pretiosior. Videreque erat turbam nil aliud loquentem, quam, Gloria sit Deo, qui glorificat diligentes se. Factaque est die illa lætitia, ita ut Deum ipsum adesse existimare viderentur incolæ.

31 Statim autem Abbas quidam, immundum spiritum patiens, veniente Philippo, ut intraret primam portam civitatis, exclamavit : Bene venisti, junior Philippe, cum sanctis vestimentis, quæ adfers Philippi Presbyteri. Ego enim hac hora festino ad eum, ut liberer ad infestationem immundi spiritus. Tum dixit ei : Valde citissime, revertere ad Dominum et herum meum, sanctum Patrem et Presbyterum Philippum, et ab eo curaberis : quod et factum est. Cum ivisset autem Abbas, invenit Philippum profectum ad Dominum.

32 Ceterum ille post Deo placitam vitam et omnia quæ dixi miracula, quadraginta diebus ante obitum suum, apparuit uni ex optimatibus regionis nomine Belifario : assumensque pueros ejus, venit ad Agyrium locum, et ostendit ei in somnis delineationem ecclesiæ, instar Crucis extruendæ : ædificavit autem et thecas duas, superiorem quidem

Eusebio monacho, qui ejus vitam scripsit et miracula : inferiorem vero sacris ejus reliquiis. Ædificavit idem Belifarius sacrum ejus templum : quadraginta enim diebus ante ejus obitum peregit quadragenarias ejus memoriæ inferias, et persolutis divinis mysteriis, procumbens Sanctus ad sepulcrum suum, aperiens os suum, dixit : Hæc requies mea in seculum seculi. Domine in manus tuas commendo spiritum meum : qui enim in te siacere credit, et si moriatur, vivet. Et sic obdormivit in Domino c.

33 Ut autem post ejus etiam obitum Dei famulus fontes curationum funderet ; ad sacram ejus thecam accedens Eulalius monachus e Panormo civitate, ab immundo spiritu graviter vexatus, ingressusque templum, dicebat : Me ad sepulcrum volutari oportet, quoad consequar sanitatem. Statimque extendens manum suam Sanctus cum tomo, ut obsignavit illum, ille mox sanus factus est, summæ Trinitatis gratia. Sparsa autem fama ejus miraculorum, concurrebat multitudo magna male habentium ad sepulcrum : venit autem quadragesimo die post ejus consummationem vir quidam, nomine Eutropius, E cujus dimidiata pars corporis arida erat : stansque ad feretrum et admovens seipsum, statim sanus factus est. Accedentes porro ad feretrum cum timore ac desiderio, liberat omnes a tentationibus, et periculis et spiritibus immundis, calumnia mala et bello civili, a variis morbis et agrorum sterilitate, a periculis fluminum atque maris, ab ira Dei et Principum, eos qui annuam ejus memoriam cum fide et metu celebrant d.

34 Sanctissimus vir Philippus vixit annos circiter sexaginta tres, requievitque in pace. Agitur annua ejus commemoratio obitus mense Majo, die duodecima, per gratiam Spiritus sancti, cum quo gloriam Patri reddimus et Unigenito filio Verbo ejus? cui gloria et potestas in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a MS. Latinum Syracusanum Raptuntas, Catanense, Catopiduntas utrumque corrupte. Græce est καταπίδουρας.

b Quæ hinc usque ad numerum 32 dantur, erant seorsim apud Cajetanum pro Vita S. Philippi Junioris et Diaconi sejuncta : sed prout Græce habentur, conjuncta retinemus.

c Hic iterum aliqua a Cajetano omissa, quæ ex Græcis sic hoc loco refero : Statim vero Eusebius monachus, omni notitia instructus accurate conscripsit omnia ejus facinora : et ob metum Orbiani Toparchæ, se conferens Alexandriam, sanctam ejus vitam et ab ipso patrata miracula indesinenter tradidit Apollinario, sanctissimo Patriarchæ in throno S. Marci. Verum in nomine Apollinarii difficultas est, quod hic Alexandrinus Patriarcha fuerit seculo sexto, ut Sanctus relatus in MS. Florario ad diem xi Maji, ubi inter Prætermisissos de eo egimus : toto autem tempore Imperatoris Arcadii præfuit Ecclesiæ Alexandrinæ Theophilus. Arbitramur igitur nomen Patriarchæ antiquitas non fuisse expressum, interpolatoris autem temeritate adjectum fuisse Apollinarium,

d Anno 1599 Corpus refossum et reconditum fuit. Dein anno 1605 die 21 Julii, ne ob nimiam sepulcri humiditatem corrumpeteretur, in commodius et accuratius sacellum solenni ritu a Philippo Georgio, Jurium regii Patronatus Visitatore, fuit translatum. Consule Cajetani Annotationem 23.

D
EX CAJETANO.
ac pie mortuus

C
claret miraculis.

d
Vitz spatium.

cique addicit
filium

qui ejus jussu
octennis
offertur Deo,

et recepta
Philippi zona
aridum sanat,

gaudentibus
Panormitanis,

prescribit
sepulturam
sibi et Eusebio
faciendam

A

VITA ALIA APOCRYPHA

Falso S. Athanasio Alexandrino tributa.

PROLOGUS.

*Sanctorum
memoria
utilis.*

Quemadmodum Sol cernentibus, sic audientibus Sancterum sermo lumen adfert : et ut astra cœlo sunt ornamento, ita Sancti Ecclesiam, quos illa suo quasi sinu amplectitur, illustrant. Quod enim in pratis sunt flores, id sunt Sancti in Ecclesiis. Sancterum memoria iis, qui a malis spiritibus obsidentur, quietam tranquillamque mentem, infirmis solatium, vitam omnibus, et firmam corporis valetudinem præbet. Virorum magnorum magna sunt certamina; Martyrum, Sancterumque splendidae coronæ, qui omnia hujus seculi nihil duxerunt. Quem animum ut iis rependeret Dominus Deus, fecit ut cum Sanctis Angelis perpetuo viverent. Etenim cum eos oppugnare antiquus humani generis hostis existimaret, nihil aliud, quam cœlo familiares ipsos reddidit. Magnis porro vocibus personandum sit, quanta illi vitæ asperitate se exercuerint, quantoque spiritu ad contemplandas res divinas elati fuerint : quorum enim vox in universam terram pervenit, atque in loquendo facultas in extremos orbis fines perlata est, eorum profecto laudem eodem perferri merito oporteat. Verum quis usquam est, qui se posse speret S. Philippi Agyriensis, vulgo Argyrionis nuncupati, certamina pariter et miracula pro merito commendare? Ille enim turbam dæmonum expulit, ille sanguinis fluxum sedavit, ille arefactam manum sanitati restituit, ille denique mertuum suscitavit. Quorum quidem omnium gloriam Deo, rerum omnium curatori ac præsi, tribuere debemus : a quo facultas et gratia in servos ipsius emanat, qua non ebistere tantum, sed etiam conculcare inimici vires facile possint. Quamobrem et David, inquit : Mirabilis Deus in Sanctis suis; ac rursus : Justus, ut palma florebit, et sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur : et Salemon, Justus si morte præreptus fuerit, et iterum, Justorum animæ in manu Dei sunt, nec tanget eos tormentum : has ob causas in gratiam Filii Dei Jesu Christi, Sancti ejus miracula enarrare instituimus.

*et inter illos
S. Philippi
Agyriensis.*

B

NARRATIO.

C

*a b
c
d
Parentes diu
steriles,*

2 Temporibus imperantis a Neronis fuit b Romæ vir quidam pius, Theodosius nomine; huic erat uxor c Anesia nuncupata, ex Bethsaida oppido Andree et Petri; fuere hi et Christianissimi et dectissimi, quiaquam uxoris d sterilitas utriusque animum non parum deprimebat et dejiciebat : quam ob causam elemosynis et precibus diu noctuque assidue vacabant, Deum obnixè rogantes, ut prolem eis concederet. Quadam autem die abiit uxor in templum seorsum, ut oraret; apertoque ore cum lacrymis dixit ad Dominum : Deus Abraham, Isaac et Jacob, qui cœlum palmo, pugillo terram metiris, qui sedes super curru Cherubim, cui adstant Angeli clamantes, ac dicentes Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth; exaudi hodie ancillæ tuæ preces, et sicut utero Saræ benedixisti, dedisti que ut filium pareret Isaac; et quemadmodum Annæ quæ Mariam semper Virginem Angelorumque Dominam peperit, benedixisti; ita et mihi uteri mei fructum aliquem largire, ut sancto nomini tuo dem gloriam.

*filium preci-
bus impe-
tratum*

3 Hæc et alia cum dixisset; rediit in domum suam : cujus lacrymas et preces non asperratus Deus omnipotens, quod petierat concessit : et peperit illa e puerulum masculum; quo accepto parentes vehe-

menter gavisus sunt. Ille vero ubi ætate visus est ideneus, cœpit rebus agendis ac negotiationibus animum applicare, ut mos fert hujus seculi. Ceterum cum esset quadam die in locum alium profectus negotiationis gratia, ac pro more suo oves ac boves, aliaque item animalia quadrupedia emisset, reditumque in patrium solum pararet : opera dæmonis interiit. Etenim ille malorum omnium aucter ac princeps, qui nihil non odit boni, cernens prolis parentumque felicitatem, quodque summa sinceritate ac fiducia ante Deum versarentur, invidia stimulatus, magnoque imbre excitato, fluvium f, qui transmittendus juveni fuerat, ita auxit, ut eodem impetu et animalia et animalium dominum submerserit. Hoc acerbo repentineque nuntio de morte unigeniti filii accepto, parentes in luctus ac lamentationes eruperunt : ac mater ipsa in primis ejulans ac gemens, Hei mihi, inquit, hei mihi ! viscera mea sentio perturbari. Heu, heu ! ubi mortuus est filius meus ? Ubi, inquam ut illic profecta, canum caput meum in formosissimam ejus faciem depilem, neque enim te posthac, fili mi, sum visura. Ubi es lumen meum ? Non quidem tua causa, sed nostra descendit fluvius hic, qui te abripuit, nosque hereditatis bona parte privavit. Jam quidquid mihi vitæ superest, id totum in luctu ac fletu, fili mi, transigam, donec ege queque hinc demigrans ad te proficiscar.

*lugent sub-
mersum :*

f

*et alium
petunt, cum
consecraturi
Deo :**qui duodennis
Romam
contendens
ad S. Petrum,*

g

F

4 His dictis atque aliis, rursus suam uterque ad Dominum orationem fudit, precipitantesque Deum in hæc verba supplicaverunt : Domine, da nobis alteram prolem : ac siquidem masculum progenuerimus, hunc tibi consecrabimus in ministerium templi tui in urbe Roma, ut illic tibi deserviat, gratumque majestati tuæ præstet obsequium : offeremus autem eum tibi, non secus atque Joachim Mariam Virginem. Porro Deus patientiam et humilitatem eorum animadvertens, secundum filium, ut Annæ alterum Samuelem, illis donavit, cui nomen Philippo est impositum. Hunc etsi magno affectu educabant, tamen in metu ac tremore continebant.

5 Cumque duodecimum ætatis annum attigisset, quid de eo statuissent parentes in hæc illi verba aperuerunt : Promisimus, fili, in conspectu Domini, si prolem nobis dedisset, eaque fuisset mascula, nos eam dicaturos templo Domini. Quare volumus, fili mi, ut g Romam te conferas, ubi cognatum nostrum Sanctissimum Petrum, Romanum Pontificem, Christi Domini discipulum, inventurus es : cujus te permittens arbitrio, dabis operam, ut Deo placeas et hominibus, nomenque Dei per te glorificetur. Hæc Philippus cum audivisset, libenter quod jubebatur accepit, et non multos post dies dixit ad patrem suum. Pater, si me Romam vis (ut dixeras) proficisci, benedic mihi, et ad Sanctissimum Papam scribe litteras, ut abeam, Deo ita volente. Quod audiens pater scripsit omnia, quæ contigerant circa filium hunc : at Philippus acceptis a patre litteris et pecunia, quanta ad iter opus esset, nec non utriusque parentis benedictione, gaudens egressus est : cumque in litus descendisset, conscenso navigio profectus est.

*h
et tempestate
jurtatus,*

6 Postquam autem in h Italicum sinum pervenerunt, flante vehementius vento, factaque in mari non parva tempestate, navigium prope submergebatur. At nautæ hoc periculo consternati divinam opem implorabant, utque se ab æstu fluctuum tantorum Deus eriperet, orabant. Philippus quoque animadversa tempestatis magnitudine, positus genibus in hunc modum oravit : Domine Deus, qui cœlum, terram, mare, et omnia quæ in eis sunt, creasti, ne nos quæso absorbeat tanti maris gurges, neque nunc moriamur : sed quemadmodum Jonam Prophetam ex ventre ceti post tertium diem servasti

sti

eam sedat : A sti, ita nos ex instanti periculo libera. Ubi precandi finem fecit magna statim facta est tranquillitas; quam cum cernerent nautæ ex pueri precibus esse secutam; rei admiratione commoti, Deam optimum maximum collaudaverunt, qui gratiam suam Sanctis elargitur.

i 6 Pervenerunt autem in *i* Cretam insulam, ibique septem dies commorati, restauratis quæ ad viam erant necessaria, inde digressi, felici navigatione Romam delati sunt, Ubi autem illuc ventum est, in hospitium quoddam, ubi et alii quidam Christiani habitabant, diverterunt. Illa vero nocte sensit Petrus, Pontifex et Apostolus Jesu Christi, divinam intra se inspirationem, quæ diceret: Mitte qui accersat cognatum tuum, et fidelem servum meum Philippum nomine: in hospitio enim est, illumque in templum Domini introducito. Petrus autem vocato uno ex ministris: Ingredere, inquit, *k* in Urbem, ac dextram ejus partem petens, offendes hominem, Philippum nomine in hospitio morantem. Hunc tu meo nomine salvare jube, et huc ad nos perducito. Profectus ille, repertum hominem in hæc verba salutavit: Pax tibi. Eamus inquit, ad Sanctissimum Papam. Ad nomen Pontificis gavisus adolescens, ministrum secutus, templum *l* ingressus est: ibique de more facta oratione, cernens B. Petrum, sese in pavementum abjecit, atque ad pedes sancti Pontificis est prolapsus. Quem ille benigne mano acceptum elevans, Dicit, inquit, adolescens, quo ex loco, quave ex regione advenis? Et cum porrectam ab adolescente epistolam perlegisset; cognovit quæ de illo scriberentur: quam humanissime amplexatus ac deosculatus, rogavit de parentibus, ut valerent, utque cum illis ageretur. Quæ cum fuisset sigillatim a Philippo edoctus, gratias egit Deo.

benigne excipitur : B 7 Philippus autem illic permanens apud Apostolum, jejuniisque ac vigiliis vacans, toto in Deum animo intendebat. doctusque etiam sanctas litteras ac sanctæ Scripturæ perceptis mysteriis, vita et moribus præclarus, magnum se coram Deo et hominibus comprobavit. Cernens autem Petrus virtutis ejus magnitudinem in Diaconorum numerum illum adscivit, ac deinde Sacerdotem constituit, atque ineffabilium mysteriorum fecit illum participem.

et sacris initiatus 8 Illis temporibus prodigiosa res admodum contigit, in occiduis partibus orbis. Fuit enim in insula Siciliæ mons quidam Agyrion, vel, ut vulgus, Agyrion appellatus. Ejus accolæ ac circa finitimos exagitabant dæmones, opprimebantque adeo, ut alios in mare demergerent, alios intra quaslibet aquas præfocarent, nonnullos præcipientes ex editis locis dejicerent. Christiani vero, qui tum illic erant, congregato *m* concilio, virum unum virtute insignem elegerunt, quem ad Beatum Papam cum codicillis legarunt, in quibus erat scriptum, Orare se sancti Pontificis Beatitudinem, ut per divinam clementiam atque misericordiam virum aliquem pietate præclarum ad eos mitteret, qui dæmones, regionem suam infestantes, et Christianos in mare demergentes, fugare ac vincere possit.

contra infestationes dæmonis, C 9 Has litteras ut ad se perlatas Pontifex perlegit, admiratione tantæ rei captus, vocatum ad se Sacerdotem Philippum ita alloquitur: Vade, inquit, in insulam Siciliam, in montem Agyrion, ac ter implexum versatumque draconem veritatis inimicum alliga, ut ab ejus manu genus humanum liberet. Tum Philippus, Non sum, inquit, hoc ministerio dignus, quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum. Cui Pontifex, Præsta, inquit, obedientiam et proficiscere. Ego vera venerandam ac vivificam Crucem, gratiamque et potestatem tibi dabo, quam a Domino meo accepi, cum diceret: Leprosos mundate, dæmonia ejicite: gratis accepistis, gratis

date. Tunc sanctus Sacerdos obedire volens, et mox ad modestiam et humilitatem compositus, in hunc modum respondit. Jube, Venerande Pater, adsit modo nobis Dominus, nec nos Sanctitatis tuæ preces destituant, et amanda me quocumque Deo visum fuerit. Pontifex igitur scriptis litteris, fusaque ut solebat oratione, benedictione a se donata in Siciliam eum dimisit.

EX CAJUTANO. D 10 Venit autem primum Catanam, indeque in Agyrion montem ascendit, et in eo a populo omnium cum honore ac veneratione acceptus est. Cœperunt autem post ejus adventum dæmones omnia perturbare, et qui a spiritibus immundis tenebantur, in fugam se vertere. At Sanctus positus genibus oravit, et iis qui aderant præcepit, ut obsessos omnes ad se adducerent. Qui ut se cogi viderunt, stridere horribili voce, et spumas e dentibus emittere cœperunt. Tandem Sanctæ Trinitatis potentia, in qua est vitæ fons atque principium, sanos eos et sui compotes reddidit: qua ex re nominis ejus celebritas in universam insulam divulgata est.

qui profectus Agyrion, 11 Tum accessit ad eum vir quidam pius, cujus filia a dæmonibus agitabatur, annos tredecim nata. Sanctus autem fusa in hoc oratione, sanitati restitutam, ac mente quietam sobriamque patri in manus tradidit: qui ea accepta cum gaudio et exultatione discessit.

energumenos liberat : 12 Alius Joannes nomine, dæmonis opera prope fontem deprensus est mortuus: quem ter suo nomine vocatum, ut Christus Lazarum, Sanctus facta oratione in vitam reduxit. Spiritum vero nequam in finem seculorum vinculis indissolubilibus addixit, ac Joannem parentibus, non secus ac Marthæ Christus Lazarum, reddidit.

mortuum suscit 13 Alius nomine Eutropius *n* manum habuit aridam, hanc Sanctus suis precibus sanitati pristinae restituit, indeque ille gaudens, benedicens, et collaudans Deum, discessit.

aridam manum curat : 14 Mulier quædam abortum passa, fœtorem in utero habebat, jam *o* tres ante dies mortuum, huic Sanctus jussit *p* Ambrosium Ministrum aquam bibendam porrigere. Qua epota, statim partus molestia, in quo jam triduum laboraverat, liberata est, et laudem ac gloriam Deo omnipotenti reddidit.

o p parturientem liberat : 15 Altera mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur, variaque medicorum remedia experta curari non potuerat, ad Sanctum accedens, procidit ad pedes ejus, statimque fluxus ille cessavit: illaque abiit Deum laudans ac glorificans.

sistit sanguinis fluxum: F 16 Vir quidam, dictus Athanasius, cum inter colendam vineam labore fessus sub arbore obdormisset, vipera manum ejus momordit: at ille ex dolore vigilans clamabat, ac tantum non mortuus apparebat. Accurrens autem ad Sanctum, cecidit ad pedes ejus, et dixit: Sancte Dei, adjuva me. Oratione autem a B. Philippo facta, venenum manu egressum est, ipsaque in pristinum statum restituta. Porro Athanasius, tanto beneficio commotus, laudem pariter et gloriam dedit Domino.

sanat a vipera ictum : 17 Pastor quidam, cujus oves lupi frequenter adventantes præfocabant, quique non satis sciebat qua ratione illos a suo grege arceret: (erant enim multi) venit ad Philippum, ac procidens ad pedes ejus, Sancte Dei, inquit, fer opem. Cui Sanctus, Qua in re? Luporum, inquit ille, multitudo gregem nostrum infestat, quibus nec obsistere possumus propter multitudinem. Tum Sanctus incurvatus, pulveris paululum accepit, quem ei porrigens, Accipe, inquit, hunc pulverem, atque hoc oves tuas asperge: quod si feceris, non ingredientur posthac lupi in ovile vestrum!

lupos ab ovili arceat : 18 Tres viri, una iter facientes, in hospitium quoddam

A quoddam diverterunt. Horum unus clam noctu aperto q cauponis scrinio, satis magnam pecuniam furatus est. At caupo insequenti die, cum scrinium vidisset apertum, tres illos detinuit, quærens quis ex ipsis pecuniam esset furatus. Quod cum illi audirent, quid dicerent se nescire responderunt: Eamus, inquit caupo, ad Divum Philippum: ille etiam quod quærimus statim aperiet. Illuc autem profecti, ut rem omnem Sancto narraverunt, cognito statim fure, Hic est, inquit Sanctus, qui aurum tuum furatus est. Statimque manus ejus aruit, qui furtum commiserat; quam ob rem quam citissime procumbens, Sancti pedes est amplexatus, clamans ac dicens, Sancte Dei miserere mei, ego vero acceptum aurum restituam. Quod cum re præstitisset, repente in pristinum statum manus est immutata.

alia miracula patrat:

r

et post vitam piam mortuus senex,

in Argyria monte sepe litur.

19 Multa quoque alia miracula, et supra modum admiranda prodigia cum Sanctus fecisset, leprosis mundandis, omnique morborum genere ab humanis corporibus depellendo, descendit tandem ex Argyrio monte in locum quemdam r se junctum ab urbe Messana, tribus passuum millibus, vulgo... appellatum: ubi extructa cella una cum quibusdam religiosis viris ætate pariter et moribus probatis habitavit, jejuniis ac vigiliis et orationibus vacans assidue. Multa etiam eo in loco miracula edidit, ac præcipue in expellendis immundis spiritibus alterum se Eliam exhibuit; neque verbo minus quam opere Sanctum se esse prodidit. Sed cum in loquendo esset facundus ac facilis, nequaquam eam facultatem otiose aut incassum possedit: sed in divinis laudibus decantandis sanctissime occupatus, Sancte quoque et pro Dei voluntate suum rexit gregem; summo studio exercitiis spiritualibus intentus, vitæque et moribus gravis. Denique cum vitæ suæ annos omni cum virtute percurrisset, honesta in senectute migravit ad Dominum. Funeris vero ejus sacræ Reliquiæ, omnique veneratione dignum corpus, in Argyrium montem translatum est. Ex ejus autem capsula pretiosissima varia emanant remedia morborumque curationes: et in hodiernum usque diem miracula facere non desinit Dei omnipotenti gratia; quem decet gloria, imperium, et adoratio, nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Næro loco Arcadii ab ambientibus antiquitatem, ut supra dictum, collocatur.

C

DE S. EPIPHANIO EPISCOPO

SALAMINE SEU CONSTANTIÆ IN CYPRO.

CAPUT I.

Cultus apud Græcos et Latinos. Vita sub ementito discipulorum nomine compilata.

ANNO CCCCLIII

Miraculis celebris.

templum sub nomine suo dicatum habuit, in quo ejus imago.

Salamis Cypri (nam alia hujus nominis est insula et urbs circa Atticam) Constantia dicebatur Hieronymi ætate, ut ait ipse in epitaphio Paulæ Epist. 27. Nunc utrumque nomen desiit, et duntaxat oppidulum fere dirutum superest, quod Veterem Famagustam vocant incolæ, postquam ex ejus ruinis nova surrexit, quæ adhuc Regia est, regno licet extincto sub Turcarum tyrannide. Eadem Metropolis insulæ totius fuit, et seculo Christi quarto Episcopum habuit S. Epiphanium, quem non solum vitæ conversatio illustrem ob virtutes reddidit; verum etiam miracula, quæ Deus, honore illum afficere volens, ipso

b Roma, pro provincia Thraciæ poni non potuit nisi posterioribus seculis, cum hæc Romania, et Constantinopolis appellaretur nova Roma.

c Anesia, supra Augia, ex magna Romanorum urbe oriunda. Hic vero deinceps mutatur ordo, et Theodosius, qui Syrus erat, Romæ tribuitur: uxor autem (ut via parctur ad S. Petrum) ex Bethsaida fuisse dicitur.

d Nihil de hac sterilitate in altera vita.

e Imo tres filios habuisse ac simul submersos, dicitur in altera Vita.

f Singaris seu Singarius fluvius Bithyniæ, omissus hic est, quia procul a Romæ urbe distare sciebatur.

g Hic scriptor, non satis sui memor fuit, qui Romæ finisse Theodosium patrem ante scripserat.

h Ad oram Italiæ in altera Vita: sed quis auctor Sinus Italici meminuit?

i Male sui memor iterum et regionum ignorans. Profectus ex Thracia per Ægæum mare, et Cyclades insulas pervenit in Cretam: inde per mare Siculum et Libycum ingressus Tyrrhenum, pervenit ad oram Italiæ, atque ita Romam delatus est.

k Videtur auctor credidisse S. Petrum fuisse in Tuscia et Vaticana regione, ubi jam Ecclesia S. Petri est. Nam ipsi experti fuimus, cum ibidem essemus, quod inde dicerent se Romam ire, cum Tiberim ad castellum S. Angeli transgressi ad interiora Romæ loca abirent.

l Quod illum templum: An Vaticanum? Nugæ.

m Et hic mirabilis apparet amplificatio.

n Ex multis miraculis, in altera Vita propositis, auctor pauca seligit, et hoc adjunxit: nisi hic sit aridus homo zona S. Philippi a Philippo juniore sanatus, ut num. 30 refertur.

o Altera Vita, ad dies quatuor eniti non poterat.

p Nulla Ambrosii mentio in altera Vita.

q Imo sociorum pecuniam furatus dicitur in altera Vita.

r Cojetanus num. 13 ad alteram Vitam, S. Philippum in accessu in Siciliam arbitratur Messana profectum, in specu constitisse tribus ab urbe passuum millibus, ex eoque multa dæmonia expulisse. Extat rei monumeatum, inquit, ara in specu, atque ex marmore statua, ac prope monasterium Ordinis S. Basilii, ædesque Divi Philippi nomini sacra, in eaque Crux, quam Divi Philippi fuisse, quæ dæmones expulit, fama fert.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 49 **

F

D. P.

A quodam exemplari, quod extat in Constantinopolitano antiquissimo monasterio, Sula dicto (vulgo τὸ ἐξ ἀρχαίων appellant) quod olim Patriarchum fuit.

oratorium
Constanti-
nopolit.,

2 Et enim etiam Constantinopolitanæ Ecclesiæ, æque ac toti Orienti fuit in maxima veneratione Epiphanius; cujus Synaxis (ut habent Menæa ad hunc XII Maji) in Regia illa urbe celebrabatur in sanctissima ejus æde seu sacello, quæ est intra templum S. Philemonis, quod, Codina in Originibus Constantinopolitanis attestante, Eadoxius Constantini Magni Patricius et Præfectus condidit. Colitur autem ibi et alibi S. Epiphanius solennitotius diei Officio, communi quidem cum S. Germano Patriarcha Constantinopolitana; sed principaliori loco: quomodo etiam notatur in figuratis Ruthenorum seu Moscorum Kalendaris. Solum autem illum spectat Canon sacer, hoc die præscriptus sub hac Acrostichide.

Ἐπιφάνιου τὸ κῆδος ἐπλήσσε γῆδον.

Terram replevit Epiphani decus.

Solus etiam hic in Ephemeride metrica nominatur, et quidem tamquam hac die mortuus.

Ἐν δὴ καὶ δεκάτῃ Ἐπιφάνιον μέρος εἶλεν.

Statæ lex mortis duodena Epiphaniion aufert.

et officium
proprium.

B Certe vel tunc fato suo functus est, vel in sua ecclesia post mortem sepultus, haud diu ante quam S. Joannes Chrysostomus, de quo infra, a Synodo ad Quercum deponeretur: quod factum esse circa mensem Julium anni cccclii, ex Palladia, Chrysostomi actus scribente, constat.

nomen in La-
tinis Mar-
tyrologis,

3 Græcos cito imitati sunt Latini, quorum antiquissimus Bedu in sua quod ex octo MSS. delinens genuino Martyrologio, post commemorationem SS. Nerei et Achillei, primo loco nominatorum, mox addit, S. P. N. Epiphani Episcopi Cypri. Secuti Ado et Usuardus, ultimum eundem, post ceteros scilicet ejus diei Martyres, locaverunt hac fere phrasi, Apud Cyprum S. P. N. Epiphani; additque Ado Salaminæ Episcopi. Horum aliorumque posteriorum vestigiis inhærens hodiernum Martyrologium Romanum sequentia verba recitanda proponit: Salaminæ in Cypro S. Epiphani Episcopi, qui multiplex eruditione et sacrarum litterarum scientia excellens, vitæ quoque sanctitate, zelo catholicæ fidei, munificentia in pauperes et virtute miraculorum extitit admirandus.

festum ad-
huc annuum
Famagustæ,

C etiam hoc tempore a Christianis, festum ejus solenniter agi, indicio est, quod Thomas Porcaccius, in suo de Insulis mundi famosioribus Italico opere, ante annos circiter centum primum edito, scribat pag. 150 editionis Patavinæ, speluncam ibi haberi, in quam S. Epiphanius pœnitentiæ causa solitus sese fuerit recipere: quæ eadem in pervigilio festi stillare incipit aquam claram limpidamque, neque ea stillatio finem habet ante finem diei sequentis: hanc autem aquam magna cum devotione a multis excipi, adhiberique utiliter ad morborum curationes divinitus impetrandas per merita Epiphani. Sub cujus nomine, in Boreali parte insulæ, inter Nicosiam et Ceraunias, hodieque habetur vicus vulgo S. Piphani dictus; quo loco fuisse templum, in Nicæna Synodo nominatum, mihi persuadeo, propter ejus celebritatem olim tantam ut promontorium ad Ceraunias, vulgo Cerines excurrans, nomen idem teneat in Insularia Benedicti Bordoni, excuso Venetiis anno 1547.

ubi ejus
spelunca
salutarem
aquam stillat,

alibi vicus
et promon-
torium.

5 Atque hinc verosimiliter conjicere possit aliquis, vel corpus vel partem notabilem corporis eo translatum fuisse aliquando, idque celebritatem loco dedisse: et vel hinc vel ex ruinis Salaminæ departatum fuisse Beneventum, quemadmodum asserit Marius de Vipera de Sanctis Beneventanis ad hunc diem, Officio duplici pro-

pterea notatum, allegans Martyrologium MS. antiquum in bibliotheca Beneventana existens, signatum num. 178 sub prædicta die: quo vero tempore, allatum sit non adverti, significans. Plura de Reliquiarum tantarum qualitate et veneratione hodierna cupientes discere, litteras ad Collegii istic nostri Rectorem dedimus, cujus responsum, hactenus frustra expectatum; si aliquando accipiamus, notitiam inde haustam non invidebimus pro lectori. Interim ex epistola Thomæ de Czechorod Episcopi Samandriensis ejusdemque Pragensis Decani, ad me sub finem anni MDCLXXVII data suggero, quod aliquæ ejusdem S. Epiphani Reliquiæ, una cum brachio S. Theclæ et capite unius ex Innocentibus Bethleemiticis, anno MCCCIV allatæ fuerint in Bohemiam, et Carolo IV Imperatori præsentatæ a Protiwa Swihowski Seguiensi, viro apud Bohemos illustri ac Regii sanguinis: quæ notitia nunc primum reperta, in Diario Pragensis ecclesiæ adhuc desideratur.

D
AUCTORE D. P.
Corpus Bene-
venti

Reliquiæ
Pragæ.

6 Vitam ejus, jam olim conscriptam, in MSS. Vaticanis Græcis reperimus, unde eam Latine redditam primum edidit Lipomannus, deinde Surius, ac denique Petovius, ad calcem tomi 2, addito etiam contextu Græco, qualis in Medicæ Regis Franciæ MS. inveniebatur, quem et nos inde transcriptum acceperamus. Ea testes et auctores præfert duas ejus discipulos: primo Joannem, quasi hic inter ejus discipulos in monasterio unus, ac peregrinationum variarum comes individuus usque in Cyprum, scripserit ea quæ Sonctum viderat facientem miracula, usque in diem quo cœpit extremum ipsemet ægrotare: deinde Polybium, cui idem Joannes moriturus conscriptas a se chartas tradiderit, præcipiens ut quæ consequerentur mandaret litteris; promittensque adjiciendos ei annos vitæ, ut toto tempore permaneret apud Epiphani: qui etiam Polybius loco Joannis ab Epiphani ordinatus Presbyter, eumque et Romam et bis Constantinopolim et aliorum comitatus, mortuum reverterit in Cyprum; et quia corpore ejus adhuc insepulto ex suprema ejus voluntate profectus in Thebaidem ibi coactus fuerit subsistere, factus Rhinocoruris Episcopus, post annum unum aut amplius scripserit ad Epiphani successorem Sabinum, ab eoque petierit de modo et tempore sepulturæ prædictæ per litteras instrui: atque ita cum Sabini responso finitur ea Vita.

Vita Latine
ac Græce
edita

E

quasi a Joanne discipulo cœpta, a Polybio Ep. continuata,

7 Utinam ea sic ut præferuntur; Acta essent ac scripta. Non doleremus in tali Vita nihil omnino esse, quod tuto credi possit, sed omni fide dignissima forent singula, neque facile uspiam aut ob ipsomet Epiphani aut a coævorum auctorum aliorum scriptis invenirentur discrepare. Nunc vero plurimis Acta ea esse conferta mendaciis judicare cogetur cum Baronio, ad an. 372 num. 108, quisquis eam contulerit cum infra proponendis censuris seu observationibus: nam ipsam, jam sæpius Latine, semel etiam Græce excusam, recudere, tantum ut resellatur, operæ pretium non est. Toleramus quidem Vitæ in hoc opere multos, dum meliores non suppetunt, nævis quandoque gravibus aspersas: quarum auctores credimus, bona quamvis, nimium tamen simplici fide mandasse litteris, quæ plura post secula partim ex relictioribus monumentis, partim ex popularium traditionibus compilarunt. Sed eas amplius ferre non possumus, quæ mala fide nominibus alienis suppositæ, tanto gravius offendunt ad veri falsique discrimen exercitatum lectorem, quanto turpius imponunt simplicioribus. Cum enim illis eatenus pia aptetur credulitas, quatenus nulla in contrarium obstat auctoritas certior vel ratio dubitandi præstantior: istis nihil tuto creditur, nisi quod aliunde invenitur testimonio magis idoneo confirmatum. Itaque iis quæ dixi Actis omissis, ea colligere aggredior, quæ ipse de se pauca satis, plura quæ alii indubitati scriptores suggerent.

finita a Sa-
bino succes-
sore.

F

A

AUCTORE D. P.

CAPUT II.

Casti adolescentis monachatus, vitæ ætas, et quædam in Episcopatu gesta.

Patria Palæstiniæ,

juvenis mittitur Alexandriam,

utique studiorum causa a parentibus Christianis et divitibus,

ubi Gnosticorum spurcitas evadit instar Josephi,

instanti ad Deum prece,

post lectos eorum libros,

Epiphanii patriam institutionemque adolescentis Sozomenus explicat lib. 6 cap. 32, ubi de monachis Palæstiniæ loquens, Ex eorum, inquit, numero fuit Hesyehius, Hilarionis Sodalis; et Epiphanius, qui postea Salaminis in Cypro Episcopus fuit. Et Hesyehius quidem in eodem quo magister loco philosophatus est: Epiphanius vero juxta Besanducem vicum, in territorio Eleutheropolitano situm, ex quo ortus fuerat. Qui cum ab ineunte adolescentia a præstantissimis monachis institutus fuisset, ejusque rei causa diu moratus esset in Ægypto, in monastica Philosophia celeberrimus extitit. Ac primum quidem disciplinarum litterariorum causa petitam ab eo Ægyptum, atque adeo in fortuna minime tenui natum, mihi persuadet ipse, in libro de Hæresibus, hæresi 26 ubi de Gnosticis agens, inquit: Et nos, carissimi, in hanc hæresim incidimus, et ex ipsomet eorum, qui hanc proprie et ex instituto tractant, ore ac magisterio didicimus; utique priusquam monachus esset; et cum adhuc alia omnia, quorum scilicet causa in Ægyptum venerat, studia tractaret: quæ autem alia quam litteraria? cum Gnosticorum libros, prius quam perniciosos esse nosset, studiose a se lectos fateatur. Qui vero ad hoc peregrinari juvenis extra patriam potuit, consequens est ut in patria credatur habuisse parentes, satis opulentos ad alendum peregre filium, probeque Christianos, ex quorum institutione eam traxit castimoniam tenendam constantiam, quæ ipsum servavit impollutum inter illecebras et sordes Gnosticorum. Ipse quomodo eas evaserit loco jam citato sic explicat.

8 Ad magisterium hæreseos illius comparatæ deceptæque mulieres, non solum istiusmodi nobis sermones injecerunt, sed insuper, Ægyptiæ illius perditæ ac nequissimæ feminæ instar, quæ coquorum Principis uxor erat, petulanti nos conatu pertrahere, tum cum florenti adhuc ætate essemus, aggressæ sunt. Verum is qui sanctissimo Josepho tum adstitit, nobis quoque præsto fuit: et hunc ipsum, qui illum eo in periculo liberavit, implorantes, licet indigni ac tanto beneficio impares essemus, ejusdem benignitate ac misericordia perniciosas illarum manus effugimus, ac sanctissimo Deo gratulatorium carmen cecinimus, ut id usurpare merito possemus; Canteinus Domino, gloriose enim magnificatus est, equum et ascensorem dejecit in mare. Neque enim similiter ut ille Patriarcha vi quadam virtutis ac justitiæ nostræ, sed fuso ad Deum gemitu ejus sumus miseratione servati. Cum etiam mihi pestes illæ per ludibrium exprobrarent, ac secum invicem illudentes ita loquerentur: Hunc juvenem servare non potuimus, sed in manibus Principis perire sivimus. Nam quæ forma inter illas liberaliore est, semetipsam velut escam atque illecebram objicit, ut quos in fraudem ipsa pellexerit, non eos profligare ac perdere, sed eripere dicatur... Et erant sane, quæ tum his verborum blandimentis ac lenociniis utebantur, corporis, quo ad peccandum abutebantur, venusta cum primis specie: sed misericors Deus ab illarum improbitate nos eripuit, adeo ut (postquam illorum libros perlegimus et ad veritatis cognitionem animum adjecimus, nec abducti vel earum illecebris capti sumus; sed effugimus tandem) mox ad Episcopos, qui in illo loco erant, deferre studuerimus, et eorum hactenus ignota nomina in ecclesia detegere. Ex quo factum est, ut octoginta fere capita exulare jussa, a lolio spinisque suis repurgatam urbem reliquerint.

9 Ceterum spurcitas illius hæreseos lectione et sermone, non autem et usu cognitas, iterum iterumque testatur Epiphanius ita prosequens: Ostendimus unam illam ex iis hæresibus esse, de qua certi explorati- que aliquid afferre possemus; non ex eo quod gesserimus ipsi (avertat hoc a nobis Deus) sed ex eo quod ab iis accurate didicimus, qui illam nobis persuadere frustra voluerunt, et conceptam de nostro exitio spem penitus abjecerunt; cum insidiæ omnes ac fraudes, quas ad infelicis animæ nostro perniciem tam ipsi quam qui in ipsis inest diabolus machinati fuerant, irritæ atque inanes extitissent; ut hoc a Davide dictum accommodatissime usurpare possumus, Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum etc.; tum illud, Convertetur labor eorum in caput ipsorum, et iniquitas eorum in verticem ipsorum descendet. Igitur quemadmodum sic nos in illum errorem incurrimus, ut illius noxam effugeremus; eumque simul ac legimus damnantes, salvi atque incolunes prætergressi sumus: ita te, quisquis es qui ista legis, hortamur, ut lecta pariter ac damnata transilias, ne in serpentum ejusmodi velut improbitatis quoddam virus incidas: ac si quando forsitan ex hac serpentum schola quempiam offenderis, subito lignum illud, quod nobis a Domino comparatum est et in quo Christus affixus est, arripias. Hactenus Epiphanius, ex quibus satis verosimile reddi putamus, quod initio dixi; eum, cum in periculum istud incidit, Christianum fuisse, caste ac pudice a Christianis parentibus educatum: apporet etiam necdum seculo renuntiasset, de quo talem spem sibi fixerant Gnostici; contra quam eum nobis commentitia Acta representant, Judæum ex Judæis, iisque rusticis et pauperibus, et prius in patria sua monachum, quam inde pedem efferret.

10 Eadem asserunt, ipsum inter valelicendum interrogatum ab Imperatore Arcadio quot annos esset natus, respondiisse, Centum et quindecim, et tres menses. Sic autem dixisse: Fui Episcopus, cum essem annos sexaginta natus: fui vero in Episcopatu quinquaginta quinque annos et tres menses. Sed in annorum numero vitium esse aliquod nemo dubitaverit, primo quia Hieronymus anno cccxcii de Epiphano scribens, id est, decimo ante ejus mortem anno, asserit in extrema ætate varia adhuc endere opuscula, quod nemo apte intellexerit de homine centum et quinque annos nato. Secundo quia annorum centum et quindecim senem, nemo credet ejus fuisse vigoris, ut ei liberum Constantinopolim navigare. Tertio quia Dialogus, qui de Vita S. Joannis Chrysostomi extat sub nomine Palladii, quasi ex sermone habito Sozini Papæ tempore, id est anno ccccxviii, inter Palladium Helenopolitanum Episcopum Chrysostomi discipulum et Theodorum Romanæ Ecclesiæ Diaconum, dicitur, quod Epiphanius triginta sex annos Ecclesiæ præfuit, sub Damaso et Syricio, quorum prior anno cccclviii copit, alter anno cccxcviii desiit. Numerum autem annorum xxxv integre expletorum cum initio anni xxxvi si teneas, cetera haud incommode cum veritate consistent; ita ut ætatis suæ anno xcvi obierit Sanctus, solumque ex levi unius litteræ errore, quo ε' scripserit aliquis pro δε', perductus fuerit Actorum auctor in calculum adeo exorbitantem. Sic vero dici poterit Epiphanius, anno cccclxviii ineunte factus Episcopus, et anno cccviii natus. De quo dum in Synopsi ad Ancoratum ejus legitur, quod primam monastici instituti exercitationem in Ægypto suscepit, ibique ad vigesimum usque ætatis annum permansit, donec ad Eleutheropolitanam regionem reversus monasterium in ea condidit, datur intelligi anno cccxxxix excessisse ex Ægypto, adeoque non valde longum fuisse tempus, quo ibi inter monachos vixisse potuerit: et denuntiationem illum Gnosticorum, Episcopis Alexandriæ congregatis factam, apte referri

D
constanter-
que repulsas
solicitationes mulierum,

Psalm. 63
Psalm. 17

E
utique necdum monachus,

qui ad annos ætatis non 115,

F
sed 96 potuit pervenisse,

natus circa an. 308

et saltem 326 factus monachus,
 A referri posse in *Januarium anni cccxxvi*, quando mortuo *S. Alexandro Episcopo*, ad successorem *S. Athanasium substituendum conveniunt Episcopi*. Nec enim videtur convenire ut biennio citius id fecisse dicatur, puta anno *cccxxiv*, quando presidente *Hosio Cordubensi celebrata est Synodus Alexandrina*, tunc enim annorum dumtaxat *sedecim* adolescens fuisset.

in patria deinde S. Hilarioni familiaris
 11 *Ut ut sit, statim post illam denuntiationem, dimissa Alexandria, eremum petiti ab Epiphonio nullus dubito: cum autem is rediit in Syriam junxisse se potuit S. Hilarioni, de quo circa annum cccxxv illic similiter ab Aegypto sub Antonio exercitatione reverso, scribit Hieronymus in ejus Vita, quod post xxi aetatis ejus annum, id est annum Christi cccxxxiii, de Syria et Aegypto ad eum certatim populi confluebant, ita ut multi in Christum crederent, et se monachos profiterentur. Horum autem crescenti numero potuit se junxisse Epiphonius; potuit etiam, mox ut rediit, in patriam vicum recepisse se, similem acturus vitam, et nihilominus Hilarioni frequenti conversationi fuisse familiaris; quod usque ille, nimis suae celebritatis pertæsus, circa annum cccclx profugit in Aegyptum, ac denique in Cyprem an. cccclxiv, ubi cum mori contigisset*

cujus laudes postea scripsit,
 B *Salamini Episcopum, haud mirabor si ex Hilarionis consilio postulatus e Palaestina fuerit Epiphonius: qui libentius onus istud admisit, ne Arianorum grassantem sub Valente tyrannidem spectare et sustinere cogere, et quia veterem spiritualis vitae magistrum aut socium ibi esset reperturus, et eo quoad viveret fruatur. Vixit autem Hilarion usque ad annum aetatis lxxx, Christi cccclxxii, quando de ejus laudibus brevem epistolam idem Epiphonius scripsit, sicut in vita Hilarionis testatur S. Hieronymus: ex cujus etiam epistola*

ante Episcopatum Presbyter,
 61 *ad Pammachium discimus, quod eo tempore quo totum Orientem, excepto Papa Athanasio atque Paulino, Arianorum atque Eunomianorum haeresis possidebat, quando Joannes adhuc privatus (contra quem postea Hierosolymitanum Episcopum scripta Epistola) in fide dissimulans vel vacillans, Occidentalibus et in medio exilio Confessoribus SS. Dionysio Mediolanensi, Eusebio Vercellensi, et Lucifero Calaritano, non communicabat; Epiphonius vel Presbyter in monasterio ab Eutychio audiebatur (magni utique nominis aliquo, cum Epistola sub annum cccxcvi scriberetur, Episcopo aut Abbate, nevidum tamen aliunde noto) vel postea Episcopus Cypri, a Valente non tangebatur: tantæ enim venerationis semper fuit, ut regnantes haeretici ignominiam suam putarent si talem virum persequerentur. Exules autem vixerunt in Oriente Confessores praedicti ab anno cccclv ad cccclxii, et Valens Orthodoxos est persecutus ab anno cccclxvi ad cccclxxv. Unde intelligi datur, non tantum quam integra toto illo tempore fuerit Epiphonii fama et veneratio; sed etiam quod jam inde ab initio persecutionis, a Constantio suscitatae, Presbyter fuerit consecratus.*

etiam Valenti venerabilis,
 C *Porro de mutua inter SS. Hilarionem et Epiphonium familiaritate habetur insignis locus in libellis de vita et doctrina et perfectione sanctorum Patrum, quos teste Sigeberto Pelagius Diaconus Romanæ Ecclesiae transtulit de Graeco in Latinum, quique in Vita Patrum editis a nostro Hieriberto Rosweido librum 5 constituunt: ibi enim libello 3 num. 13 sic legitur: Misit aliquando Epiphonius Episcopus Cyprinus ad Abbatem Hilarionem, rogans eum et dicens, Veni ut nos videamus, antequam de corpore exeamus. Qui cum venissent ad invicem, manducantibus eis allatum est de avibus quiddam, quod tenens Episcopus delit Abbati Hilarioni. Et dicit illi senex: Ignosce mihi, Pater, quia ex quo accepi habitum istum, non manducavi quidquam occisum. Et dixit ei Epiphonius, Ego autem, ex quo accepi habitum istum, non dimisi aliquem dormire, qui habebat*

et Hilarioni probatus,
 aliquid adversum me; neque ego dormivi habens aliquid adversus aliquem. Et dicit ei senex, Ignosce mihi, quia tua conversatio major est mea. Atque ad hanc mitigatæ ab Epiphonio austeritatis excusationem etiam spectat, quod in MS. Ultrajectino, ex Vita Patrum, nescio unde sumptum, reperi sic quototum: Factus Episcopus voluit uti eadem duritia, sicut in eremo, sed non potuit: et orans quæsit a Deo, si propter Episcopatum recessisset ab eo gratia Dei. Responsum est autem ei quod non, quia pia intentione curam suscepit: sed quia tunc quando in solitudine fuit, Deus erat sibi proprius adjutor, in seculo autem etiam homines auxiliabantur. Sic filii Israel receperunt manna in deserto, quousque venirent in terram promissionis.

13 *Colitur S. Hilarion xxi Octobris: ut vero ad eum identidem recurrebat discipulus suus Hesy chius, eumque de statu tum monasterii sui in Palaestina, tum discipulorum ibidem relictorum curabat edocere: ita nec segnes fuerunt discipuli Epiphonii in forenda mutua cum suo magistro communicatione, cum hic abesset. Itaque in libello 12 dicti operis num. 6 tale quid invenitur. Mandatum est sanctæ memoriæ Epiphonio Episcopo Cyprio, ab Abbate monasterii sui quod habuit in Palaestina: Quia orationibus tuis non negleximus regulam, sed cum sollicitudine Tertiam, Sextam, Nonam, atque Vesperam celebramus. Ille autem, reprehendens eum, mandavit ei: Constat vos vacare aut oratione ceteris horis: eum autem qui verus est monachus, oportet sine intermissione orare aut certe psallere in corde suo. Revisit haud dubie monasterium illud suum aliquando Epiphonius, quando ecclesiasticorum negotiorum causa in Palaestianam excurrit: sed ejus rei nulla est apud probatos scriptores memoria. Quantam autem tum ita excurrans, tum antea in Palaestina vivens, collegerit absolutæ perfectionis famam, intelligi potest ex epistola Acacii et Pauli Presbyterorum et Archimandritarum in Cælesyria, quæ præfigitur Panario et sic incipit: Pietatis quidem tuæ, Pater, aspectus ipse satis esse poterat, qui nos spiritualibus sermonibus implevit, ac tam vehementer tui nobis desiderium indidit, postquam tuo semel frui conspectu licuit. Verum quoniam prævia discipuli Christi fama verborum ejus factorumque fragrantiam ubique prædicat, angit nos et sollicitat, ut illius nos sermonibus et sensis explere studeamus. Coram igitur adeuntes, par erat ejus, quæ in te perinde atque in Apostolis est, gratiæ communionem perfundi. Sed cum iter illud nobis corporis ægritudo et languor intercluserit... pietatem tuam vehementer exoramus, ut eorum nobis communionem ne invidias, quæ in te sunt a Salvatore collata. Etenim non nos ipsi solum, sed et universi qui audierunt, novum te Apostolum Præconemque confitentur, a Christo nobis hac ætate productum, velut alterum quemdam Joannem, ut ea præciperes quæ servanda sunt iis, qui in illud quod accipiuntur sanctioris vitæ curriculum se commiserint.*

14 *Ut autem illa monasteria in Cælesyria invisit Epiphonius, sic et de suo Bethlehemico testatur Hieronymus, illuc eum accessisse, cum ibi ab ardore febris respirasset S. Paula, et medici persuaderent ob refectionem corporis vino opus esse tenui et parco, ne aquam bibens in hydropem verteretur; et ego clam beatum Papam Epiphoniam rogarem, ut eam moneret, imo compelleret vinum bibere. Aderat ergo ibi tunc Epiphonius: quo autem successu commendatum sibi officium apud Paulam egerit, prosequitur idem Hieronymus, continuans epistolam 27 ad filiam Paulæ Eustochium: Illa, inquit, ut erat prudens et solertis ingenii, sensit insidias: et subridens, meum esse quod ille diceret, intimavit. Quid plura? cum beatus Pontifex post multa hortamenta exisset foras, quærenti*

D *DUCTORE D. P. quamvis monasticum rigorem tunc laxavit,*

docet monachis incessanter orandum esse,

E *eisdem aliquando in Syria revisit.*

F *marimi ab illis habitus,*

uti et S. Paula cui frustra tamen vinum suadet.

14 *Ut autem illa monasteria in Cælesyria invisit Epiphonius, sic et de suo Bethlehemico testatur Hieronymus, illuc eum accessisse, cum ibi ab ardore febris respirasset S. Paula, et medici persuaderent ob refectionem corporis vino opus esse tenui et parco, ne aquam bibens in hydropem verteretur; et ego clam beatum Papam Epiphoniam rogarem, ut eam moneret, imo compelleret vinum bibere. Aderat ergo ibi tunc Epiphonius: quo autem successu commendatum sibi officium apud Paulam egerit, prosequitur idem Hieronymus, continuans epistolam 27 ad filiam Paulæ Eustochium: Illa, inquit, ut erat prudens et solertis ingenii, sensit insidias: et subridens, meum esse quod ille diceret, intimavit. Quid plura? cum beatus Pontifex post multa hortamenta exisset foras, quærenti*

A quærenti mihi quid egisset, respondit; Tantum profeci, ut seni homini pene persuaserit, ne vinum bibam. *Eadem in epistola iterum Epiphanius meminit Hieronymus, nec sine commendatione monastici status ab eo in Cypro propagati. Cum enim dixisset, quod sancta illa Vidua Hierosolymam navigans, post Rhodum et Lyciam tandem vidit Cyprum, ubi sancti et venerabilis Epiphanius pedibus provoluta, decem ab eo diebus retenta est; non in refectionem, ut ille arbitrabatur, sed in opus Dei: ut hoc recipere comprobet, omnia, inquit, illius loci monasteria lustrans, prout potuit, refrigeria sumptuum Fratribus dereliquit, quos amor sancti viri de toto illuc orbe conduxerat. Erat autem annus cccclxxxiv quando hoc contigit, uti xxvi Januarii ad Vitam S. Paulæ diximus: apud quam idem S. Epiphanius Romæ erat hospitatus anno cccclxxxii, quando eum, cum Sanctis Paulino Antiocheno et Hieronymo, Romam ecclesiastica traxit necessitas, uti etiam scribit Hieronymus in eadem Vita S. Paulæ; addens quod hæc eorum accensa virtutibus, per momenta patriam deserere cogitabat; non domus, non liberorum, non familiæ, non possessionum, non alienius rei quæ ad seculum pertinet memor; solaque si dici potest et incomitata, ad eremum Paulorum atque Antoniorum pergere gestiebat: tandemque exacta hieme, aperto mari, redeuntibus ad ecclesias suas Episcopis, et ipsa voto cum eis ac desiderio navigavit. Tam efficax apud eam fuit hospitis sanctissimi pia conversatio.*

quam ante in Cypro exceperat,

ipse ejus hospitio Romæ usus.

B

Liberalitas Epiphanius erga pauperes: mutuæ inter eum et Joannem Hierosolymitanum querelæ.

Si qua fides esset pseudepigraphis S. Epiphanius actis, dicendum foret, ordinatum fuisse Episcopum, propter revelationem de eo factam S. Pappo, Episcopo Cytriæ, quinto a Salamina milliario, annorum quinquaginta Episcopatu et Confessionis cum Gelasio Salaminiorum Episcopo obitæ gloria præcellenti, cui Metropolitæ novi designationem Episcopi ceteri Provinciales commiserant. De S. Pappo quidem satis constat, eum hodie quoque apud Cyprios coli pro Sancto, sub ejusque nomine adhuc manere oppidum quod ejus olim fuit Episcopatus: diem annui cultus adhuc ignoramus et optamus discere: de Gelasio alibi nihil legimus; neque ut vere Salaminiorum Episcopus fuerit, ei credimus successisse Epiphanius; sed potius Auxibio, qui inter Cyprios Episcopos duodecim (habuit autem insula universim Episcopales Sedes quindecim) nominatur a S. Athanasio primus, eorum qui Synodicam Sardicensis Concilii anno cccxlviij subsignando postea approbarunt; aut illius, si alius quis intercessit, successori. Eo tempore cæperat insula cum S. Hilarione monachos etiam nosse: credibile tamen est ab Epiphanius institutione et cura pleraque eorum monasteriorum erecta directaque fuisse, quorum supra meminimus; adeo ut merito scripserit Sozomenus de Epiphanius l. 6 c. 32 quod in monastica disciplina celeberrimus extitit et Ægyptiis et Palæstiniis, et denique Cypriis apud quos electus et in metropoli totius insulæ Episcopatum administraret.

Incertum an curante S. Pappo

suffectus Auxibio,

ob largitatem elemosynarum

16 Dum hunc gereret, multa illi miracula tribuuntur, ex quibus illud ad notitiam nostram pervenit, inquit idem Sozomenus lib. 7 cap. 27. Cum liberalis esset erga pauperes, qui vel naufragio vel alio quopiam casu ad inopiam redacti essent, quoniam facultates suas jam pridem omnes absumpserat, Ecclesiæ bonis ubi opus erat prolixè usus est: erat autem opulentissima ejus Ecclesia. Multi enim ex variis partibus orbis, qui opes suas in pios usus impen-

dere studebant, et superstites ejus Ecclesiæ eas impendebant, et morientes eidem relinquebant. Confidebant enim illum, utpote qui probus dispensator Deique amantissimus esset, res ab ipsis donatas ex ipsorum sententiâ ac voluntate erogaturum. Quodam igitur tempore cum pauca admodum pecuniæ superessent, aiunt Ecclesiæ Economum succensuisse, eumque tanquam prodigum reprehendisse: illum vero, ne tam quidem, de solita erga pauperes munificentia remisisset. Omnibus autem consumptis, repente nescio quis ad cubiculum, in quo degebat Economus, accedens, saccum in quo multi erant aurei nummi in manus ei tradidit. Cumque nec is qui dederat nec is qui miserat nosceretur, videreturque merito insolens quemquam in tanta pecuniæ largitione latere velle, tum vero universi id Dei opus esse judicarunt.

17 Ita Sozomenus, tanquam hoc alterumque mox subjiciendum solum distincte cognitum habens; proinde nihil sciens de commentitiis illis ac mendacissimis Actis, in quibus tum alia multa valde singularia continentur, tum illa ipsa duo longe aliter narrantur; quod idem accidisse videtur alteri S. Epiphanius facto, cujus in Vita S. Joannis Eleemosynarii, a nobis data xxiii Januarii, ita meminit coævus Joanni Leontius, Neapoleos Cypri Episcopus seculo vii, num. 33 narrans, quod S. Joannes dicebat semper, quod posset aliquis, intentione dandi pauperibus, expoliare divites, et ipsum etiam hypocamisiis ab eis benevole auferre, et maxime si sunt aliqui immisericordes et avari. Duo enim ex hoc lucratur, unum quidem quia animas illorum salvat; alterum autem, quia et ipse non modicam inde mercedem habet. Attulit autem ad credulitatem verbi et testimonium verax, quod circa S. Epiphanius et Joannem Episcopum Hierosolymorum factum est: quomodo S. Epiphanius per artem tulit argentum Patriarchæ, videlicet Joannis ejusdem, et dedit egentibus. Alia certe orbe utebatur S. Joannes Eleemosynarius, dum identidem donatus ultro ad suos usus vel etiam petitas vestes novas, vendendo ac pretium distribuendo in pauperes, suaviter quasi vindemiabat opulentos homines erga se beneficos: quam qua usus fingitur Epiphanius, qui argenteorum vasorum, velut od hospitium quorundam tractationem mutuo acceptorum, pondus librarum mille quingentarum, inscio domino vendiderit erogaveritque, ac postea in Episcopi de injuria sibi facta querentis faciem expuens, cum excæcaverit.

18 Tam enim circumstantiæ ex falsæ esse videntur, quam quod idem Joannes, recepto deinde ad preces Epiphanius visu unius solius oculi, castigatus et convictus a viro justo fuit deinceps sanctus in omnibus. Hoc sane de eo non sensit Epiphanius, quando ad eundem, de Origenianis erroribus apud se suspectum, et immerito indignantem quia S. Hieronymi fratrem, Paulinorum monachum ipse Presbyterum ordinarat, epistolam scripsit, quam ab ipsomet S. Hieronymo habemus Latinati donatam, hoc principio: Oportebat nos, dilectissime, Clericatus honore non abuti ob superbiam; sed custodia mandatorum Dei et observatione dignissima hoc esse quod dicimus... Audivi enim quod tumeas contra nos, et irascaris, et miniteris scribere in extremos fines terræ... Nihil tibi nocimus, nihil injuriæ fecimus, nihil violenter extorsimus. In monasterio Fratrum, et Fratrum peregrinorum, qui provinciæ tuæ nihil deberent, et propter nostram parvitatem et litteras, quas ad eos crebro direximus, ne viderentur quadam duritia et conscientia nostra antiquæ fidei ab Ecclesia separari, ordinavimus Diaconum, et postquam ministravit rursus Presbyterum: super quo debueras gratulari, intelligens quod ob Dei timorem hoc sumus facere compulsi...

prodigalitate accusatus divinitus aurum accipit.

Quomodo vindemianos divites censuerit

idque in Joanne Hierosol. probatur:

cul postea sibi irato,

excusat quod ordinando Paulinianum ejus jus non taserit,

sed ex caritate providerit monasterio libero,

A 19 Cum enim vidissem quia multitudo sanctorum Fratrum in monasterio consisteret, et Sancti Presbyteri Hieronymus ac Vincentius, propter verecundiam et humilitatem, nolens debita nomini suo exercere sacrificia, et laborare in hac parte ministerii quæ Christianorum præcipua salus est; invenire autem et comprehendere, qui te (eo quod grave onus Sacerdotii nollet suscipere) sæpe fugiebat, nec alius quis Episcoporum facile eum reperiret (unde et satis miratus sum quomodo dispensatione Dei ad nos venerit cum Diaconis monasterii et ceteris Fratribus, ut mihi satisfaceret, quia nescio quid adversus eos habebam tristitiæ) cum, inquam, celebraretur collecta in ecclesia villæ quæ est juxta monasterium nostrum; ignorantem eum et nullam penitus habentem suspicionem, per multos Diaconos apprehendi jussimus, et teneri os ejus, ne forte liberari se cupiens adjuraret nos per nomen Christi: et primum Diaconum ordinavimus, proponentes ei timorem Dei: valde quippe obnitebatur, indignum se esse contestans. Vix ergo compulimus eum et persuadere potuimus testimoniis Scripturarum et mandatorum Dei. Et cum ministraret in sanctis sacrificiis rursus eum, ingenti difficultate tento ore ejus, ordinavimus Presbyterum, et iisdem verbis, quibus antea suaseramus, impulimus ut sederet in ordine Presbyterii. Post hæc scripsimus ad sanctos Presbyteros monasterii et ceteros Fratres, et increpavimus eos, quare non scripsissent super eo (cum ante annum multos eorum queri audissem, cur non haberent qui sibi Domini Sacramenta conficerent, et illum omnes suo poscerent testimonio, et grandem utilitatem in communi monasterii testarentur) quare, inquam, tunc reperta opportunitate non scripsissent nobis, neque super ordinatione ejus aliquid poposcissent. Hæc ita acta sunt, ut locutus sum, in caritate Christi, quam te ergo parvitatem meam habere credebam: quamquam in monasterio ordinaverim, et non in parochia quæ tibi subjecta sit... Quid ergo tibi visum est sic graviter intumescere et jactari contra nos pro opere Dei, quod in ædificationem, et non in destructionem Fratrum factum est?

Presbyteri summe indigo:

negit etiam promissum a se quod neminem ordinaret:

C 20 Hactenus Epiphanius, ipsis his verbis satis indicans, jam tum receptum in ecclesia fuisse, ut monasterium saltem aliqua (quale erat monasterium S. Epiphani juxta Besanduceam vicum, in territorio Eleutheropolitano, quod ab inopia aquarum Spanydrion appellatum scribit Pseudo Joannes, ubi facta ordinatio; et aliterum peregrinorum monachorum in Bethleem, unde Paulinianus ad Epiphanium venerat) exempta censeantur ab Ordinarii jurisdictione: ita ut quicumque Episcopus in eis posset, si rogaretur, ipsis monachis sacros conferre Ordines. Pergit porro Epiphanius excusare se Joanni his verbis Sed et illud vehementer admiratus sum, quod meis locutus es Clericis; asserens te per sanctum Presbyterum et Abbatem monachorum Gregorium mandasse mihi, ne quemquam ordinarem; et ego pollicitus sim dicens. Numquid juvenis sum aut Canones ignoro? Audi igitur veritatem in sermone Dei, me nec hoc audisse, nec nosse, nec istius sermonis penitus recordari. Suspicatus sum ne forsitan inter multa, quasi homo, oblitus essem; et ob hanc causam sanctum Gregorium sciscitatus sum, et Zenonem Presbyterum qui cum eo est. E quibus Abbas Gregorius respondit, se hoc penitus ignorare. Zenon autem dixit, quia cum ei Presbyter Ruffinus nescio quæ alia transitorie loqueretur, etiam hoc dixerit, Putasne aliquos ordinaturus est sanctus Episcopus? et hujusce stetit sermonem: ego autem Epiphanius nec audivi quidquam, nec respondi. Unde, dilectissime, non te præveniat furor, nec occupet indignatio, nec frustra movearis; et aliud dolens non te veritas ad alia,

ut peccandi occasionem invenisse videaris, quod Propheta devitans Dominum precatur, dicens, Non declines cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Nempe dolebat Joannem, quod pro Originianæ hæresis defensione fuisset ab Epiphanio correptus, et ea de causa dissidentes ab eo qui Hieronymo adhærebant monachos, ipse suis epistolis monitisque roboraret ad constantiam in repudiando Origene; eaque de causa vezotos a Joanne consolaretur atque juvaret.

21 Et hoc est, quo stylum vertit Epiphanius, ita prosequens cæptam epistolam: Illud quoque audiens admiratus sum, quod quidam, qui solent ultro citroque portare rumusclos, et his quæ audierunt semper addere, ut tristitias et rixas inter fratres concitent, te quoque turbaverunt et dixerunt, quod in oratione, quando offerimus sacrificia Deo, soleamus pro te dicere, Domine, præsta Joanni ut recte credat. Noli nos in tantum putare rusticos, ut hoc tam aperte dicere potuerimus. Quamquam enim hoc in corde meo semper orem; tamen, ut simpliciter fatear, numquam in alienas aures protuli, ne te viderer parvi pendere, dilectissime. Quando autem complevimus orationem, secundum ritum mysteriorum, et pro omnibus et pro te quoque dicimus, Custodi illum qui prædicat veritatem: vel certe, Tu præsta, Domine, et custodi, ut ille verbum prædicet veritatis: sicut occasio sermonis se tulerit, et habuerit oratio consequentiam. Quapropter obsecro te, dilectissime, et advolutus pedibus tuis precor, præsta mihi et tibi, ut salveris, sicuti scriptum est, a generatione perversa, et recede ab hæresi Origenis et a cunctis hæresibus, dilectissime. Video enim quod propter hanc causam omnis vestra indignatio concitata sit, quod dixerimus vobis, Arii patrem, Originem scilicet, et aliarum hæreseos radicem et parentem, laudare non debetis. Et cum vos orarem ne ita erraretis, et monerem; contradixistis, et me ad tristitiam atque ad lacrymas adduxistis: non solum autem me, sed ad alios plurimos Catholicos qui intererant. Inde ut intelligo, hæc est omnis indignatio et iste furor: et ideo comminamini quod mittatis adversum me epistolas, ut hac illucque sermo vester discurrat; et propter defensionem hæreseos adversum me odia suscitantes, rumpatis caritatem quam in vobis habuimus, in tantum ut feceritis nos etiam pœnitentiam agere, quare vobiscum communicaverimus, ita Origenis errores et dogmata defendentes. Simpliciter loquor: nos secundum quod scriptum est, nec oculo nostro parcimus, ut non effodiamus eum, si nos scandalizaverit; nec manui, neque pedi, si nobis scandalum fecerit. Et vos ergo, sive oculi, sive manus, sive pedes fueritis, similia sustinebitis.

22 Pergit deinde ex libris περί ἀρχῶν explicare, quam minime ferendam Catholicis auribus sint propositiones quædam Origenis, istis contentæ; quamvis inquit, nihil mihi subripuit Origenes, nec in mea generatione fuit, nec propter aliquas res mundi aut hereditatem odium adversus eum pugnasque suscepi; sed (ut simpliciter fatear) doleo, et valde doleo, videns plurimos Fratrum, et eorum præcipue qui professionem habent non minimam, et in gradum quoque Sacerdotii maximum pervenerunt, ejus persuasionibus deceptos, et perversissima doctrina cibos factos esse diaboli. Conatur igitur a sequendo et defendendo Origene monendo, hortando, increpando Joannem quantum in se erat abducere: tum ad sui excusationem iterum relabatur, exponitque factum, quod et insignem ejus zelum ostendit, in cavendo eo omni quod rectæ religionis puritati quantumcumque videbatur adversari. Sed idem ab iconomachis hodiernis possime intellectum arripitur contra expositionem imaginum.

D
AUCTORE D. P.
Psal. 140, 4

aut eum a se
publice insti-
mulari hæ-
reseos:

E

Matth. 17, 16
monet inter-
rim ut recedat a secta
Origenis

alias non
tolerandus.
F

Matth. 5, 29

Ejus circa
fidem zelus

defenditur a
2 synodo
Nicaena.

A *In hoc autem apparet eos magis esse insanos veteribus iconomachis, adversus quos Nicenum II Concilium egit. Nam hi, ad suam hæresim Epiphaniî nomine obor- mandam, non sunt abusi eo quod sequitur facto, sed offuxerunt Sancto quamdam ad Theodosium Imperatorem epistolam, in cuius fine sic ei scripsisset: Quia multoties locutus sum cum coadministris meis, ut auferrentur imagines, receptus non sum ab eis, neque audire vocem meam saltem paululum passi sunt. Hanc vero epistolam falso suprascriptam dici quidem, sed non esse Epiphaniî, æque ac aliam in qua scripsisset, Ne inducatis imagines in ecclesias, neque in cœmeteria Sanctorum, sed neque in domum communem; cum multis astrudisset Synodus Act. 6, se quidem sanctum Patrem Doctorem Ecclesiæ Catholicæ nosse, conscriptionem vero abjicere iterum profitetur: quia hæc mendacis assertionis conscripta, quæ contra venerabiles imagines sunt, oï- euntur quidem a quibusdam S. Epiphaniî esse, sed nullo modo sunt.*

contra scri-
pta ei falso
afficta:

quam autem
ille disciat
imaginem

B *Ipsam porro factam, cujus occasione hæc dicta, audiamus propriis ejus verbis. Præterea, inquit, audi- vi quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebamus ad sanctum locum qui vocatur Bethel, ut ibi Collectam tecum ex more ecclesia- stico facerem, et venissem ad villam quæ dicitur Anablatha, vidissemque ibi præteriens lucernam ar- dentem, et interrogassem qui locus esset, didicis- semque esse ecclesiam, et intrassem ut orarem; in- veni ibi velum pendens in foribus ejusdem ecclesiæ, tinctum atque depictum, et habens imaginem, quasi Christi vel Sancti cujusdam: nec enim satis memini cujus imago fuerit. Cum ergo hoc vidissem, in ec- clesia Christi, contra auctoritatem Scripturarum, hominis pendere imaginem; scidi illud, et magis dedi consilium custodibus ejusdem loci, ut paupe- rem mortuum eo obvolverent et efferrent. Illique contra murmurantes dixerunt, Si scindere voluerat, justum erat, ut aliud daret velum atque mutaret. Quod cum audissem, me daturum esse pollicitus sum: paululum autem morarum fuit in medio, dum quæro optimum velum pro eo mittere, arbitrabar enim de Cypro mihi esse mittendum. Nunc autem misi quod potui reperiri; et precor ut jubeas Pre- sbyteros ejusdem loci suscipere velum a latore quod a nobis missum est; et deinceps præcipere in ec- clesia Christi ejusmodi vela, quæ contra religionem nostram sunt, non appendi. Hactenus epistola, cujus si recte expendantur verba, velum istud discissum fuisse apparebit, non quia vere habebat imaginem Christi vel Sancti cujusdam; sed quia, cum haberet effigiem hominis cujuspiam profani, aut forte adhuc viventis, appensum istic erat quasi Christi aut Sancti cujus- dam: quæ exceptio orthodoxæ fidei regulam ex contra- rio firmat.*

toles in ec-
clesia ponit
improbans,

ca ostenditur
profana fuisse.

C

CAPUT IV.

Prophetiæ donum: Ancoratus et liber de hæresibus scriptus.

D *urima S. Epiphaniî, ante et post susceptum Epi- scopatum miracula continentur in Actis, sub nomine Joannis et Polybii productis; sed talia, ut eorum ple- risque fidelem deroget Sozomenus, negans viventem conti- gisse ut demones fugeret et morbas curaret. His ergo prætermittis, quod solum in dicto auctore nobis super- est, referamus, narratione haud parvam diversa, ab ea qua idem miraculum in Actis prædictis recensetur. Verba Sozomeni lib. 7 cap. 27 hæc sunt. Aliud præ- terea quod de illo refertur commemorare libet. Id quidem ab admirando Gregorio, qui Neocæsariensem etiam rexit Ecclesiam, gestum esse accepi et libenter*

Ex multis ejus
miraculis

refertur quod
mendicem, qui
se mortuum
simulando de-
cipere vo-
luerat,

credo: sed non idcirco incredibile videri debet idem D quoque factum ab Epiphanio: neque enim solus Petrus Apostolus mortuum ab inferis resuscitavit; verum etiam Joannes in urbe Epheso, et Philippi filii Hierapoli: multosque, tam ex antiquis quam ex nostræ memoriæ piis hominibus, eadem sæpe numero gessisse comperimus. Id autem, quod dicere proposui hujusmodi est.

25 Duo quidam mendici cum Epiphanium venien- tem observassent, ut plus pecuniæ ab eo emunge- rent, alter quidem eorum, super solum extensus, mortuo similis jacuit; alter vero prope stans plora- bat, simul sodalis sui mortem lamentans, simul egestatem suam querens, quod illum sepelire non posset. Epiphanius vero, jacenti requiem appre- catus, ea quæ ad sepulturam necessaria erant men- dicanti donavit, flentique dixit: Cura sepulturam et plorare desine, fili; neque enim in præsentî re- surget: quod vero accidit inevitabile ac prorsus necessarium, id forti animo ferendum est. Et Epi- phanius quidem his dictis abscessit. Cum autem nemo jam in conspectu esset, mendicus stans jacen- tem pede pulsare cœpit, laudans quod mortuum egre- gie simulasset: et Surge, inquit; ex labore tuo hunc lætum transigemus diem. Sed cum ille perpetuo ja- ceret, et nihilo plus nec clamantem audiret, nec totis viribus monentem sentiret; concito cursu Epi- scopum assecutus, fraudem amborum confessus, ploransque et crines vellicans orabat, ut socius ad vitam revocaretur. Verum Epiphanius hominem di- misit, hortatus ut id quod acciderat æquo animo fer- ret: non enim dissolvere voluit Deus id quod fa- ctum fuerat, persuadere omnino volens hominibus, eos qui se tales præbent erga famulos ipsius, ipsi qui omnia audit ac videt fraudem struere.

revera mor-
tuum esse
cognoverit;

E

26 *Prophetiæ porro donum in Epiphanio, quo oc- culto et arcano pervidere divinitus ei sæpe dabatur, in- dicat illa significatio veræ mortis ejus, qui eam simu- lare duntaxat credebatur o socio, cum ei dixit: Neque enim in presenti resurget. Idem donum privo ex communi fama, deinde propria experientia cognoverunt duo illi, de quibus narravit Seneca quidam in Vitis Pa- trum, libello 15 num. 88 interprete Pelugio, his ver- bis: Duo quidam erant seculares religiosi; et collo- quentes secum, egressi sunt, et facti sunt monachi. Emulationem autem vocis Evangelicæ, sed non secundum scientiam, castraverunt se quasi propter regna cœlorum. Audiens autem Archiepi- scopus excommunicavit eos. Illi autem, putantes quia bene fecissent, indignati sunt contra eum, di- centes: Nos propter regna cœlorum castravimus nos, et hic excommunicavit nos? Eamus et interpel- lemus adversus eum Hierosolymitanorum Archi- episcopum. Abeuntes ergo indicaverunt ei omnia. Et dixit eis Archiepiscopus Hierosolymitanus, Et ego vos excommunico. Ex quo iterum contristati abie- runt in Antiochiam ad Archiepiscopum, et dixerunt et omnia quæ facta fuerant circa se: et ille similiter excommunicavit eos. Et dixerunt ad seipsos: Ea- mus Romam ad Patriarcham, et ipse nos vindicabit de omnibus istis. Abierunt ergo ad summum Archi- episcopum Romanæ civitatis, et suggesserunt ei quæ lecerant eis memorati Archiepiscopi dicentes: Ve- mus ad te, quia tu es caput omnium. Dicit autem et eis ipse, Ego vos excommunico, et segregati estis.*

item quod
fratres duos
qui se ca-
straverant.

F

et culpam
pertinaciter
defendebant,

27 Tunc defecerunt excommunicati totius ratio- nis, et dixerunt ad semetipsos: Isti Episcopi sibi invicem deferunt et consentiunt, propter quod in Synodis congregantur: sed eamus ad illum virum Dei S. Epiphanium, Archiepiscopum de Cypro, quia propheta est, et personam hominis non accipit. Cum autem appropinquarent civitati ejus, revelatum est ei de ipsis: et mittens in occursum eorum dixit:

prophetico
spiritu cor-
rexit ad
penitentiam

Ne

A Ne intretis in civitatem istam. Tunc illi in se reversi dixerunt: Pro veritate nos culpabiles sumus, ut quid ergo nos ipsos justificamus? Fac etiam quia illi injuste nos excommunicaverunt numquid et iste propheta? ecce enim Deus revelavit ille de nobis. Et reprehenderunt semetipsos valde de culpa quam fecerunt. Tunc videns qui corda novit, quia pro veritate se culpabiles fecerant, revelavit Episcopo Epiphанию: et ultro misit et addaxit eos, et consolatus eos suscepit in communionem. Scripsit itaque de his Archiepiscopo Alexandriae dicens: Suscipe filios tuos, quoniam in veritate pœnitentiam egerunt. Et addidit senex, qui hoc exemplum narraverat, dicens: Hæc est sanitas hominis, et hoc est quod vult Deus, ut homo culpam suam projiciat ante Deum.

Ancoratum scribit, anno 383, rogatus

B 28 His aliisque spiritualibus gratis ævo suo celebris Epiphanius, tati deinceps posteritati innotuit scriptis libris, quorum primus fuit quem appellant Ancoratum, propterea quod animum, de vita ac salute sollicitum, instar ancoræ firmat. Ejus scribendi data ipsi occasio est per epistolam scriptam e Pamphilia, ex oppido Suedris a Tarsino, Matidio et aliis Presbyteris, anno LXXX Diocletiani, Valentis vero x et Gratiani vi, qui fuit Christi cclxxiii. Ipsam epistolam ante apud videre est, una cum epistola Palladii cujusdam, ut ex rescripta apparet monachi, τῆς ἀρχῆς πόλεως Σουέδρων πολιτευομένου, quod mallem in eadem Suedrorum urbe habitantem, quam inibi magistratu aliquo perfunctum aut fungentem vertere. Moverant autem eos, qui antea suorum multos ab errore abductos gaudebant, acceptis a beato ac felicis memoriæ Episcopo Athanasio et ab religiosissimo Epiphanius collega Procliano litteris, ut ad ipsum Epiphanius nunc recurrerent, mortua ante biennium Athanasio, et Procliano uliter impedita: moverant, inquam, eos conscelerati dogmatis reliquiæ, apud nonnullos adhuc superstites, compulerantque ragare ut et ipse ad eorum Ecclesiam litteras dare non gravaretur, ac rectam fidem uberius explicare. Dogma autem illud, ut ex epistola Palladii intelligitur, Eunomianarum fuit, inanes et absurdas quæstiones de Spiritu sancto moventium, negantiumque eum cum Divinitate Dominatuque gloria simul affici ac prædicari oportere; sed in ministri nuntiive haberi loco, imo etiam humilius aliquod abjectiusque de ipso sentientium. Quibus de causis, inquit Palladius, sic tamquam inconstanti jactatione ac difficili tempestate fluctuantes; cum neminem hic ad eas dissolvendas quæstiones ac sanam fidem exponendam idoneum reperire possimus; ad pietatem tuam de hoc negotio referre coacti sumus: ut merito et illam vocem usurpare possimus, Præceptor, serva nos. Quamobrem id pro sincera tua ac recta fide a te petimus, quam secunda jam dudum fama et idoneorum virorum testimonia passim celebrant: ut ad quod munus obeandum a Salvatore constitutus es, hanc nostram hortationem humaniter admittere, et quid de Trinitate sit credendum uberius velis apertiusque disserere. Hæc et alia alii.

et ad hoc multis precibus inductus.

C 29 Epiphanius, vera respondens tum illis, tum Numerio Presbytero et Severino manacho, quarum nomina vel exciderunt e titulis epistolarum, vel atunde nota amoris honorisque ergo adjunguntur ultra, primo excusans ingenium suum, quod abjectum et humile, in quiete otioque versari perpetuo studebat, neque sese ultra quam par est extendere; eorum tamen stimulis impulsus se fatetur, ut ad id quod utile ac fructuosum est excitatum animum transferret... Auditis enim, inquit precibus, quas non paucas pertulerunt Conops Frater atque Compresbyter, alique ipsum secuti, vosque carissimi filii, nec non Hypatius filius noster, qui ad me propterea ex Ægypto venit; cum tot in idem suffragia consensisse cerne-

rem; mente animoque commotus reputare mecum ipse cœpi, ac tandem istud mihi prompte et alacriter faciendum esse decrevi, ut pro eo ac per litteras postulastis, ad hanc vobis pro vestro desiderio scribendam epistolam, tenuis licet et imbecillus, sine ulla tergiversatione me conferrem. Ut autem dicitur in prævia Synapsi, complures opus hoc, quod justus librum quam epistolam dixeris, fidei partes continet, ut puta de Patris, Filii ac Spiritus Sancti una eademque substantia, de perfecta Christi Incarnatione, de mortuorum resurrectione, de æterna vita ac judicio animæ pariter et corporis; tum adversus idola hæresesque sigillatim, ac contra Judæos ceterosque disputat; octoginta porro hæreseon nomina complectitur, denique varias de Scripturis sacris quæstiones exponit.

D 30 Verum hoc quod de hæresibus dicitur in Synopsi Ancorati, nunc in ipso Ancorato non reperitur: fuisse tamen in eo verosimile facit, quod Acacius et Paulus, Presbyteri et Archimandritæ monasteriorum in partibus Carebedonis et Berææ in Cœlesyria, grandius de eadem argumento opus ab eo postulantem, anno Diocletiani xcu, Valentiniani et Valentis xii, Gratiani viii, qui est annus Christi cclxxv, dicant, Nomina quidem ipsa quæ a te sunt hæresibus imposita jam audivimus; nunc uniuscujusque sectæ dogma perspicue declarari a tua pietate cupimus. Hoc autem pasito quod nomina illa primitus fuerint in Ancorato, consequens foret ipsummet Epiphanius, hunc librum post annos sex vel octo recognoscentem, inde sustulisse, quod jam alibi plenius ordinatiusque tractarat. Munet nihilominus mihi scrupulus, ne Synapseos auctor postremas duas lineas, de hæreseon nominibus et quæstionibus variis, non retulerit ad argumentum Ancorati, sed ad ejus auctorem Epiphanius, quem indicare voluerit etiam ista tractasse.

In eo videtur etiam hæreseon nomina percensuisse,

E sed inde abstulisse post an. 377

F 31 Ut ut sit, sive in Ancorato, sive extra eum (quamvis verosimilius mihi sit quod extra eum) priusquam ad preces Acacii et Pauli Panarium conderet, de quo infra, composuit aliquid, de quo ipsi audierint, quodque jam excidit, et fuit præludium ac veluti rudimentum aperis postea ab eodem compilati. Et hoc habuisse salumque navisse videtur Augustinus, cum ejus materiam et formam descripsit in libro de hæresibus ad Quod vult Deum, quem circa extremum vitæ suæ annum, Christi cccxxx composuit, ita præfatus: Noster vero Epiphanius, Cyprius Episcopus, abhinc non longe humanis rebus exemptus, de octoginta hæresibus loquens, sex libros etiam conscripsit, historica narratione commemorans omnia, nulla disputatione adversus falsitatem pro veritate decertans. Breves sane sunt bi libelli, et si in unum libellum redigantur, nec ipse erit nostris vel aliorum quorundam libris longitudine comparandus. Hujus brevitem si fuero in hæresibus commemorandis imitatus, quid a me brevius postulare vel expectare debeas non habebis. Et rursus ipsa in contextu hæresi lvi. Proinde Epiphanius de octuaginta hæresibus, viginti, quas ante Domini adventum extitisse, sicut ei visum est, computavit; reliquas post Domini ascensum natas sexaginta, brevissimis libros quinque comprehendit, atque omnes in sex libris totius ejusdem sui operis fecit concludi. Miratur Petavius et merito miratur, talia de Epiphania scribere Augustinum, qui nec illud ipsum, quod omisum ab eo, a se vero factum iri dixerat, ut adversus singulas hæreses disserteret, aut in illo de hæresibus libello, aut in alio præstitit. Magis etiam mirum, quod in Bibliotheca sua Photius, post laudatum a se Panarium dicat, num. 124 legimus et Ancoratum ejusdem, quæ est summa quædam Panariorum: quandoquidem tanto prius Ancoratum quam Panarium fuisse compositum indubitabile sit. Legerit fortasse Photius Anakephalæosiu,

imo et libellum particularem ante de iis scripsisse,

F quem solum viderit S. Augustinus.

Photii circa Ancoratum hallucinatio.

serius

A *serius quidem compositam, sed in eodem fortassis volumine scriptam cum Ancorato, citra novi tituli distinctionem, atque ita unum esse opus crediderit: Augustinus autem eam legisse non potuit, cum divisionem longe aliam invenerit, quam in ipsa sit, utpote eadem quæ in Panario.*

Panarii seu libri de hæresibus argumentum

32 *Sed ipsummet Epiphanium de suo opere, quod solum Græco-Latinè editum grande implet volumen, audiamus loquentem in epistola ad Acacium et Paulum: Quoniam hæreseon nomina omnia declaranda vobis hoc in libro suscepimus, nec non execranda; ac nefaria illarum flagitia, sic tamquam præsentissima quædam venena, patefacere volumus; atque his velut antidota quædam opposentes, quæ vel iis qui morsu petiti sunt remedio esse possint, vel eos, quibus ne incidant periculum est, præmuniant et conservent, honestarum rerum studiosis conscribere: Panarium sive arculam medicam, ad eorum qui a serpentibus icti sunt remedium, jure opus illud ac librum appellabimus: qui in tres partes divisus, hæreses octoginta complectitur, quæ serpentum ac reptilium similes sunt: secundum quas veritatis firmamentum et salutaris doctrina fideique formula subjecta est, ac Christi sponsa, sancta videlicet Ecclesia, declarata: quæ cum jam tum ab orbe condito esse cõperit, postea tamen per Christi Domini incarnationem, temporum successione, ante commemoratas omnes hæreses, vulgata atque patefacta, eademque a nobis in Commentarios ex Christi prædicatione relata (ad Ancoratum forsitan hæc respiciunt) ac rursus post explicatam omnem istarum hæreseon improbitatem, ex Apostolorum doctrina accurate ac perspicue brevi quodam est compendio subjecta; uti ea re eorum recreentur ac reficiantur animi, qui hunc hæreseon percurrendarum laborem susceperint.*

divisio,

B

33 *Prædicti autem tres libri sic dividuntur, ut secundus et tertius in tres singuli tomos dispartiantur; atque ita cum primo, qui indivisus est, existant tomi septem. Et alia quidem Epiphaniæ opera, ut Hieronymus in libro de Scriptoribus ait, ab eruditis propter res, a simplicioribus propter verba lectitantur: Photius autem de Panario nominatim, sive (ut ipse cum Anastasio Sinaita pluraliter appellat) Panariis, ait quod auctor, præ aliis qui ante ipsum adversus hæreses lucubrationes ediderunt, uberior atque utilior est: nam nec ea prætermisit quæcumque ab aliis prodita utilitatis aliquid continent, et ipse quæ potuit a se excogitata aliis addidit, initium ducens a Barbarismo et ad Messalianos usque perveniens. Genus porro dicendi, inquit idem Photius, humile, et cujusmodi esse potest qui Atticæ doctrinæ rudis extiterit. Sed et in confutandis hæresibus plerumque parum nervosus est, quamquam interdum præstantissimis illas rationibus ac sententiis aggreditur; etsi nihilo dictio sit atque oratorio structura aut stylus ipse commodior. Næpe perparum temporis studiique in excolenda Græci sermonis eloquentia, cui bonam vitæ partem cultiores alii Patres Basilius, Nazianzenus, Nyssenus, Chrysostomus impenderunt, Alexandria posuit Epiphanius, ut supra vidimus; moxque ad spiritus, non sermonis exercitationes transgressus in eremum, multas potius linguas scire, quam unam perficere eligebat; laudatus ideo ab Hieronymo in Apologia 2 contra Rufinum, quod Græcam, Syram et Hebræam, et Ægyptiacam linguam, ex parte etiam et Latinam noverit: unde de eo querebatur Rufinus, quod velut necessitatem evangelizandi per omnes gentes et per omnes linguas habere se putaret, de Origene male loquendi.*

quo major Petavii laus

34 *Per hanc autem sermonis cultioris incuriam seu imperitiam factum est, ut in eo Latine reddendo, majorem opinione sua laborem senserit Petavius: Accedebat enim, inquit in præfatione ad lectorem, ad com-*

munem interpretandi molestiam, præcipua quædam in illo scriptore difficultas, quod incompta et salubrosa est illius oratorio, et in qua frequentissime occurrunt illa quæ Græci ἀναπόδοτα et ἀνακλόουθα nominant: pedestre ac popolare dicendi genus: quod sive plani sermonis simplicitate consequi volueris, subagreste quiddam existet ac putidum, cujusmodi fere sunt Latina prioris interpretis Cornarii, cujus nos utique similes esse nolimus; sin ornatum atque cultum adhibeas, id sinè magna sententiarum commutatione obtinere vix possis. Magnam igitur Petavio debemus gratiam, quod ejus beneficio sic Latine loquentem audiamus Epiphanium, ut styli nitorem in eo non desideremus: multo tamen majorem ipsi Sancto, quod suæ sibi in eo genere tenuitatis conscius, contempserit judicia fastidiosorum philologorum, modo prodesset publico; enque protulerit, quorum semper maxima et fuit et erit utilitas, cum in unaquaque ætate, ut idem Petavius in epistola dedicatoria notat, redivivæ mendaciorum sectæ, evulgatis veterum hæreseon abstrusis reconditisque mysteriis, validissime propulsari evertique possint; et unctores perfidiæ atque satellites, suos in illis, quos quidem erubescant, principes auctoresque recognoscant. Est quidem ejus, qui in hæresim vel moliendam vel tuendam incubuerit, animus in omnem audaciam sine ullo pudore projectos: sed nemo est tamen ex illis absurdarum opinionum patronis, quem non utcumque convicti olim erroris atque damnati pudeat. Sint sane, ut sunt, ferrei omnes hæretici, sint perveraces; iidemque se in ipso ardore agitationeque disputandi ad resistendum acrius fingant: tamen qui id didicerit, quique certis veterum testimoniis compererit, ante ab antiquis Patribus et Conciliis publicoque Christianorum consensu agnita ac repudiata dogmata illa, quam illi ipsi (quos sequitur) interpolatores existerent; vix erit, opinor, ullus, cujus, nisi frangi edomarique contumacia potuerit, non languidiores habeat eruptiones et impetus, ac paulatim per seipsam refrigerata atque enervata concidat.

D AUCTORE D. P.

in vertendo opere

etiam contra novitias hæreses efficaci.

E

CAPUT V.

NOT. 4

Extrema Sancti acta Constantinopoli: mors in reditu obita.

Quid de Origenis libris περί ἀρχῶν sentiret Epiphanius, satis declaravit per epistolam ad Joannem Hierosolymitanum, cujus supra fecimus mentionem. Dum autem hac ex causa disputationes in Palæstinu ferrent; contigit etiam Alexandria simulatas nasci inter Theophilum Alexandria et Dioscorum Hermopoleos Episcopum, atque hujus fratres Ammonium et Eusebium cognomento Longos, totidem monasteriorum Præfectos; quos cum primum caros habuisset Theophilus, aut immerito deinde a se aversos atque ad solitudinem regressos, persequi modis omnibus statuit; et quo simpliciores monachos ab iisdem abstraheret, culpæ in eis præsumpsit, quod Deum humana forma præditum negarent, Origenis præsentim auctoritate suffulti. Cum autem eos Constantinopolim ad S. Joannem Chrysostomum confugisse intellexisset, atque ab hoc susceptos; cogitare cœpit, inquit Sozomenus lib. 8 cap. 13 et deinceps, qua ratione Joannem quoque ipsum ab Episcopatu dejiceret. Verum hæc in intimo pectoris sui recessu occultans ac moliens, scripsit interim ad omnes ubique locorum Episcopos litteras, quibus libros Origenis reprehendebat. Cumque consideraret magno sibi emolumento fore, si Epiphanium, Salaminis in Cypro Episcopum, participem et consortem consiliorum suorum haberet, virum ob virtutis reverentiam omnium sui temporis clarissimum, eum sibi amicum adjunxit....

F Theophilus Alexandrinus

Chrysostomo infensus,

A 36 Porro Epiphanius, qui Origenis libros jam primum aversabatur, Theophili litteris facile assensum præbuit: collectoque Cypriorum Episcoporum Concilio, Origenis libros legi prohibuit. Datis deinde litteris, tum ad alios, tum ad Episcopum Constantinopolitanum, ea quæ a Synodo decreta fuerant insinuantibus, hortatus est illos ut Synodum convocarent eademque decernerent. Animadvertens igitur Theophilus se Epiphanium absque periculo sequi posse, utpote quem multi laudarent, et cujus sententiam ob vitæ sanctitatem suspicerent; ipse quoque, cum Episcopis qui sub ipso erant, idem quod Epiphanius decrevit. Verum Joannes studium illorum haud magni ponderis esse existimavit, et Epiphani ac Theophili litteras neglexit: ex potentioribus vero hi, qui Joanni privatim iofensi erant, cum intellexissent Theophilum id agere, ut Joannem Episcopatu exueret, ipsi quoque operam suam ac studium contulerunt, utque Constantinopoli maxima Synodus fieret procurarunt. Quibus cogitis Theophilus adhuc magis incubuit, et Episcopos quidem Ægypti navigare jussit Constantinopolim, Epiphanio vero et aliis per Orientem Episcopis scripsit, ut quam primum in unum convenirent: ipse pedestri itinere proficiscitur.

B 37 Nec multo post Epiphanius, cum primus ex insula Cypro solvisset, ad locum haud procul ab urbe Constantinopolitana, quem Septimum vocant, applicuit; factaque oratione in ecclesia quæ illic est, in urbem introivit. Eum ingredientem Joannes occursum Cleri totius honoravit: at Epiphanius perspicue declaravit, quod calumniis adversus Joannem concinnatis fidem habuisset. Invitatus enim ut in ædibus ecclesiasticis manere vellet, neutiquam acquievit: et cum Joanne quidem congregari penitus detrectavit: privatim vero convocatis Episcopis qui tum Constantinopoli morabantur, ea quæ adversus libros Origenis decreta fuerant iis ostendit, ac nonnullis quidem persuasit ut decretis subscriberent, plures vero id facere recusarunt.... Porro Joannes adhuc nihilominus reverentiam exhibebat Epiphanio, eumque hortabatur ut Collectas secum celebrare, et contubernalem ipsum habere vellet. Verum Epiphanius, se neque ejus domo usurum, nec cum eo oraturum esse respondit, nisi Origenis libros prius damnasset, et Dioscorum una cum sociis expulisset. Sed cum ille ante causæ cognitionem hæc facere haudquaquam justum esse diceret et præcastinaretur; die quo Collecta agenda erat in ecclesia Apostolorum, procurarunt Joannis inimici ut Epiphanius in ecclesiam veniret, et publice coram populo tum Origenis libros, tum Dioscorum et eos qui cum illo erant, tamquam idem sentientes cum Origene, anathemate damnaret; eademque opera Episcopum urbis perstringeret, ut qui illis addictus esset; existimabant enim se hac ratione plebem ab illo esse alienatos.

C 38 Postero igitur die, cum ad id agendum progressus Epiphanius jam ecclesiæ appropinquaret; obviam ei occurrit Serapio, missus a Joanne (præ-senserat enim Joannes ea quæ pridie fuerant constituta) palamque denunciavit Epiphanio, illum ea gerere, quæ nec justa essent, nec ipsi privatim utilia: siquidem tumultu populi excitato, ipse tamquam hujus rei auctor periculum subiturnus esset. Hac ratione cohibitus est impetus Epiphani. Interea accidit ut Imperatoris filius, admodum puer, morbo corripere: mater vero sollicita ne quid tristius puero contingeret, misso ad Epiphanium nuntio, ut pro eo Deum precaretur, postulavit. Ille puerum victurum esse respondit, si Augusta hæreticos, qui cum Dioscoro erant, aversaretur. Verum Augusta, Si Deus, inquit, filium meum eripere mihi

D voluerit, ita fiat: Dominus enim qui dedit, idem et aufert. Quod si tu mortuos ad vitam revocare posses, non esset mortuus Archidiaconus tuus. Etenim haud multo ante e vivis excesserat Crispio... quem Epiphanius cum contubernalem haberet, Archidiaconum suum constituerat.

39 Ammonius vero et qui cum illo erant Epiphanium adierunt: id enim ipsi quoque Augustæ placuerat: Cumque Epiphanius interrogasset quinam essent, respondit Ammonius, Longi sumus, o Pater: libenter autem disceremus, utrum aliquando in discipulos aut in libros nostros incideris. Illo negante, iterum quæsivit Ammonius; Unde ergo hæreticos illos esse judicasti, qui nullum babes argumentum quo sententiam illorum possis convincere? Et cum Epiphanius diceret, id se auditu accepisse. Nos vero, ait Ammonius, plane contrarium fecimus: nam et discipulos tuos sæpe numero vidimus, et libros perlegimus: ex quibus unus est qui Ancoratus inscribitur. Cumque multi vituperare te et tamquam hæreticum calumniari vellent, nos pro Patre, uti par erat, pugnavimus, et causæ tuæ defensionem suscepimus. Proinde nec tu ex solo auditu absentes damnare debuisti, quos nequaquam tu ipse certis argumentis inductus conviceras, nec ejusmodi gratiam referre laudatoribus tuis. Posthæc Epiphanius lenius eum allocutus, tum quidem ab se dimisit, brevi autem interjecto tempore Cyprum navigavit, seu quod Constantinopolitanæ profectionis ipsum prænteretur, seu quod Deus oraculo ipsum admonuisset, mortemque ipsi suam (ut verisimile est) prænuntiasset. Ceterum cum navem conscensurus esset, Episcopis, qui ipsum ad littus usque prosecuti fuerant, dixisse fertur: Urbem vobis et palatium et scenam relinquo: ego vero abscedo: festino enim, et quidem valde.

40 Aliud præterea quidpiam audivi, quod multorum sermonibus etiamnum circumfertur; Joannem quidem Epiphanio prædixisse, illum in navigatione esse moriturum; Epiphanium autem prænuntiasse Joanni abdicationem Episcopatus. Nam dum inter se dissiderent, Epiphanius quidem Joanni scripsisse dicitur, Spero te nequaquam Episcopum moriturum: Joannes vero rescripsit Epiphanio, Nec ego spero te in urbem tuam rediturum esse. Hæc Sozomenus, historiam suam annis circiter triginta post Epiphani obitum scribens; cui similia iisdem fere verbis habet Socrates lib. 6 cap. 14, pariter plane cum Sozomeno ætatis scriptor, et ex quo suam fere historiam mutuatus Sozomenus creditur. Sozomeno tamen libentius usus hic sum non quia Salamini cum fuisse credo, sicut opinatur Nicephorus alique post eum; cum ipse lib. 5 cap. 15 haud obscure indicet se Palæstinum, ex vico quodam juxta Gazam cui nomen Bethelia: sed quia jam inde ab adolescentia familiariter cum monachis ibi celebribus, Hilarionis discipulis suisque ut videtur consanguineis, versatus; Salamane scilicet, cum quo commune nomen habuit (dicebatur enim, uti Photius notat, Salamane Hermias Sozomenus, quod alios decepit, ut Salamini crederent) ejusque fratribus Fuscove, Malchione et Crispione, quorum postremus S. Epiphanio adhaerens, in munere Archidiaconi Constantinopoli nute ipsum obiit, ut supra vidimus. Accedit quod Socrati nonnulla etiam hic addiderit Sozomenus, et accuratius aliqua videatur edidisse. Notabile est tamen quod velata Epiphani et Joannis mutua de se invicem prædictione, addat Socrates; Utrum porro vera mihi dixerint qui ista narrarunt, equidem non possum affirmare: utrique tamen illorum hujusmodi exitus contigit. Nam neque Epiphanius navem appulit Cyprum, post discessum enim mortuus est in navigio: et Joannes haud multo post ex Episcopatu dejectus est.

41 Potuit sane hujusmodi exitus utriusque occasionem dedisse

persuadet
Epiphanio ut
Origenis li-
bros damnet,

et ipse ad
Synodum
CP. naviget:

qui Chry-
sostomi com-
munionem
aversatus,

quandiu
Origenis
laudatores
foveret.

eumque palam
arguere para-
tus,

justo metu a
proposito
revertitur;

et ab Impe-
ratrice re-
dargutus
ipse

D
AC. TCRP. D. P.

atque a mo-
nachis quos
accusabat
utcumque
placatus,

E

in ipso redi-
tus appara-
tu,

dicitur Joan-
ni deposi-
tionem præ-
nuntiasse, et
de sua morte
vaticinium
monitus.

juxta Sozo-
menum,
F

Socrate rem
ut dubiam
proponente,

A *dedisse hominibus, mutux inter illos dissensionis consensu, virosque sanctos suo pede metientibus, ut altercationem verborum utrique parum dignam affingerent, quemadmodum judicavit Baronius, et post eum Socratis atque Sozomeni illustrator et interpres novissimus Henricus Volesius. Dabitur etiam Baronius, verene Epiphanius, uti scribit Socrates, cum ad Basilicam S. Joannis appulisset, quæ septem passuum millibus ab urbe distat, nave egressus, Collectam ibi celebravit et Diaconum ordinavit, priusquam civitatem ingrederetur. Veretur namque ne querelam Joannis Hierosolymitani de Epiphania, ad Joannem Constantinopolitanum perperam transtulerit Socrates, quamvis tunc cum res ageretur Constantinopoli vivens. Neque enim apparet hic tam justa quam ibi excusandi Epiphanius, cum ecclesia S. Joannis citra controversiam esset sub dispositione Constantinopolitani Episcopi, ubi nec hujus injussu licuisset Epiphania Missarum solennia, nec Ordinationes celebrare: de utroque tamen querentem Chrysostomum Socrates inducit: qui etiam de iis quæ in Apostolorum templo facturus erat Epiphanius, nisi denuntiatione Joannis per Serapionem sibi facta fuisset absterritus; de iis, inquam quæ solam constituto dicit Sozomenus, tumquam de re ipsa factis minus verosimiliter loquitur Socrates, ac tum demum Joannem ait, ne eadem postrulle iterarentur, ingresso rursus in Ecclesiam Epiphania misisse Serapionem.*

nec probante quod CP. Diaconus ab Epiphania ordinatus dicatur.

Et ut sit, deceptus non leviter a Theophilo,

obit mox a suo discessu,

saltem 12 Maji anno 403 depositus in Cypro:

B *42 Ut ut sit, apparet, optimum alias sanctissimumque seum, deceptum fuisse a Theophilo, tam in causa eorum quos Joannes tolerabat monachorum, quam ipsius Joannis; et ex abundantia zeli passum esse humanum aliquid, cujus ipsum cito pariter, magisque potuisset pariter, si quæ post discessum suum sunt consecuta vidisset. Interim hoc machinationum suarum successu elatus Theophilus, prius quam Constantinopolim proficisceretur ad Synodum, qua Joannis depositio decreta est, ita de eo ad S. Hieronymum scripsit, Origenistas in suam recipiens familiaritatem et ex his plurimos ad Sacerdotium provehens, atque ob hoc scelus beatæ memoriæ hominem Dei Epiphanius, qui inter Episcopos clarum in orbe sidus effulsit, haud parvo mœrore contristans, meruit audire: Cecidit, Cecidit Babylon. Quem locum ideo hic adductum volui, ut intelligatur nequaquam ambigendum, quin statim post suum a Constantinopoli discessum, uti Sozomenus scribit, obierit Epiphanius, de quo ut jam mortuo Theophilus loquitur; cumque XII Maji saltem sit dies depositionis in Cypro, neque diu antea obiisse potuerit, cujus navis, ut præter ejus voluntatem procederet lente, mensem tamen vel sesquimensum itineri vix potuit impendisse; consequens est eum obiisse mense saltem Aprili anni cccciii, Majum certe ægre attigisse. Unde mirari subit, qua ratione dixerit Baronius, ignorari quoto Domini anno obierit. Sicut enim ex Apologiis Hieronymi ad Rufinum, scriptis anno cccciii, recte probat, eum non obiisse eodem anno mense Maji; ita ex jam dictis colligitur, isto quidem anno non obiisse, sed nec ultra primos dies Maji anni sequentis vitam prorogasse.*

eundem autem Theophilus,

C *44 Excusat idem Baronius Epiphanius, et merito excusat, in iis quæ de Ammonio et sociis credit; eo quod Theophilus non privatis tantum litteris, sed Synodalibus ex Concilio Alexandrino scriptis, hæresis eos convictos atque damnatos significaverat: sed non ideo Sozomenum arguerim injuriæ adversus Epiphanius, aut nimis erga Origenem favoris, dum inducit illum fatentem, quod solo auditu de iis cognoverit. Nam neque temere credidit illis Theophili litteris Epiphanius, utpote quæ scirentur in orbem divulgatae atque receptæ ab Anastasio Romano Pontifice: neque tamen ad questionem Ammonii aliter debebat respondere, qui ejus ac sociorum causam per se non cagnoverat; et audiens quanto illi erga se egissent cir-*

cumspectius, non poterat non aliquo humanitatis sensu commoveri. Quod vero dicat Ammonius, tutatum se famam Epiphanius adversus eos qui illum hæreseos insimulabant, sciendum est in his, Sozomeno teste lib. 8 cap. 14, fuisse ipsummet Theophilum, nondum Ammonii et fratrum ejus inimicum; qui antea Epiphanius reprehendit quasi Deum humana specie præditum opinaretur; postea vero, quasi resipiscens veram tandem sententiam ejus esse agnovisset, idem se cum illo sentire scripsit, et Origenis libros calumniari institit, in quo reprobando, si haberet adiutorem Epiphanius, facilem sibi spondebat de monachis illis victoriam, qui dum Deo incorporeo corporis humani formam non esse defendebant auctoritate Origenis, sub invidia hujus nominis vulebantur posse opprimi. Quod cum agere Theophilum videret Chrysostomus, monachos illos non nisi recta de Deo eatenus sentire comperiens, merebatur extra culpam haberi in eo quem ipsis præstabat favore. Ceterum uti Epiphanius de Anthropomorphoseos hæresi suspectum Theophilum immerito habuit, hæreticum et schismatis auctorem in epistola quadam priori vocans, uti scribit Palladius in dialogo de S. Joanne Chrysostomo; sic merito potuit eum apud se excusatum probatumque significare, non ut Anthropomorphitam (quod revera etiam Theophilus non fuit) sed ut commode jam intellectum, prout intelligi posse etiam Ammonius comprobabat.

D *45 Multa sunt alia haud magni momenti, quæ in Sozomeni de Epiphania narratione sugillat Baronius, quibus non est operæ pretium immorari: unum tamen non prætermiserim, quod attinet contentionem Epiphanius cum Imperatrice, quasi longissime aberret a vero, ut Eudoxia, perinfensa Chrysostomo, faverit monachis illis, et Epiphanius fuerit aversata, eos damnari sic postulantem. Nam et illi absque Joanne potuerunt sese immediate in ejus gratiam insinuasse; et post primas ob agrum viduæ ablatum rixas, usque adeo resederat Imperatricis indignatio, ut in gratiam cum Joanne debeat rediisse censeari; quippe quæ haud diu post inter Joannem et Severianum concordiam mediatrix, in ecclesia Apostolorum filium suum Theodosium, tunc admodum puerum, ad genua Joannis abjiciens, et per illius caput crebro obstans, ab illo obtinuit ut Severianum in amicitiam suam admitteret, uti scribit Socrates lib. 6 cap. 11. Quæ autem deinde seculæ sunt graviores querelæ, ex primis ceperunt postquam Constantinopoli discessisset Epiphanius. Sed nihil in hac Baronii censura admiror magis, quam quod Acta Epiphanius, quæ sunt apud Lipomanum et Surium sub nomine Metaphrastis, mendaciis scatere diceas, uti revera scatere mox ostendam; ex iis prorsus veritati contrariam proferat narrationem de congressu et contentione Epiphanius atque Eudoxiæ. Nec refert quod eadem eodem fere modo in S. Joannis Chrysostomi eucomio scripsit Leo Imperator: hic enim, quinque post rem gestam seculis, deceptus fuit spuris illis Actis; eaque transcripsit quatenus ad suum argumentum facere videbantur.*

ut Anthropomorphitam culparat,

E sed immerito,

Ejusdem contentio cum Imperatrice

F non recte in dubium revocatur

CAPUT VI.

Examinantur Acta edicta, quatenus a Joanne conscripta finguntur.

Vitam Græcam S. Epiphanius, quæ olim Latine edita habebatur in 2 tomo operum ejus, etiam multis in locis a se recognitam dare voluit Dionysius Petavius, ne quid, quod Epiphanius nomine utcumque est inscriptum, desideraret lector. Quamquam enim ipse quoque judicaret, quod ea in plerisque fabulæ est quam historiæ propior, ut jam dudum in Annalibus Baronius admonuit, sperabat tamen fore, ut in luculenta illa narratione esset fortassis quod tollere possis:

Acta hæc mendacius refecta,

A sis : nam alioqui inquit, multa continet, quæ cum vera receptaque ab omnibus historia consentanea sunt, sed eadem admista falsis : in quibus discernendis, si nihil aliud, tuum, lector humanissime, ac *ἡρώδης* exerceri possit. Quæ et quatenus vera credi debeant, satis ex capitibus præcedentibus Lector intelliget: quam multa sint manifeste falsa, nunc aggrediar explicare. Hoc autem facto, apparebit, cetera inter hæc media ejusmodi esse, ut licet per seipsa fitem non excludant, eam tamen prudens nemo dari ipsis possit, quamdiu non alium auctorem sciuntur habere a mendacissimo istius Vitæ compilatore. Hunc tu cave ne Metaphrastem esse ex vulgari errore credas, cum stylus passim concisus a stylo Metaphrastis periodico et fluido diversissimus sit. Præfert illa Vita duorum discipulorum Joannis et Polybii, ut dixi, nomina : qui et in prima persona ubique loquuntur, licet unus idemque sit a principio usque ad finem stylus, proinde non nisi unum auctorem referat; non tamen omnino rejiciendum, si vera duorum istorum scripta præ oculis habens, suo illa dumtaxat exornasset sermone, sensu servato. Qua autem ætate ille scripserit, quis divinando consequetur? Hoc certum, decimo seculo priorem fuisse, quando et Leo Imperator cognomento

Metaphrasti perperam imputata,

sed illo restituta,

B Sapiens, sub quo etiam Metaphrastes floruit, vitam illam secutus est in laudando Chrysostomo; et elogium ex ea sumptum invenitur in Synaxario Basilii Imperatoris Porphyrogeniti, ut de Menæis excusis nihil dicam.

multa fingunt de ejus conversione a Judaismo

46 In hac vita Epiphanius, patre agricola, matre linifica, ambobus Judæis natus dicitur cum sorore Callitrope; cuiusque decennis esset amissa patre, jussus ad alendam familiam unicum quod suppetebat vendere jumentum, tanta negatum sinceritate egisse, ut quamvis indamitum alias, in ipso foro placidum se præberet præter morem, vitium tamen indicavit licenti Jacobo, quod religioni sibi duceret fallere ejusdem religionis hominem: quare tribus ab eo donatus munus, domum reverterit cum ipso jumento: a quo deinde excussus in via graviterque læsus, per supervenientem quemdam Cleobium Christianum, sanatus virtute Crucis fuerit. Postea cum agellum paternum Eleutheropolitano cuidam legisperito ac diviti Judæo, cui Tryphon nomen, offerret venalem, ab eo adoptatum, ut matrimonio filix unice jungendum, nisi hæc cito mortua fuisset; atque ita mortuo etiam Tryphone, ejus et doctrinæ et opulentix mansisse hæredem. Tum vero incidisse in monachum Lucianum: quem cum vidisset donata pauperi veste, candida alia cælitus indui, petierit et Christianus et monachus fieri; congrueque instructus cum sorore, et ad ingressum ecclesix decidentibus ultro calceis nudipes, baptizatus fuerit ab Episcopo; acceptisque mille aureis, Veronicæ, materteræ suæ eidemque sanctimoniali, sororem commendans, in Luciani monasterio factus sit monachus, annos natus sedecim, et S. Hilarioni ejusdem Luciani discipulo commendatus, ipsum post mortem communis magistri habuerit cum cetera fraternitate Hegumenum seu Abbatem.

et vitæ monasticæ initio sub Serapione:

47 Sed jam atunde constare vidimus, monasticæ vitæ tiracina in Ægypto posuisse Epiphanium, ea forte quæ hic notatur ætate, quamvis mallem biennio majorem credere. Ad Lucianum et Hilarionem quod attinet, patet mendacii evidentia ex ipsius Hilarionis vita, qui annos quindecim natus ad Antonium abiisse in Ægyptum dicitur ab Hieronymo, indeque post biennium revertens primus monasticæ vitæ exemplum retulisse in patriam, quod ævo ejus ætatis xxii multi ceperunt imitari, eateus autem necdum fuerant monasteria in Palestina, nec quisquam monachum ante S. Hilarionem in Syria noverat. Fingitur præterea monasterium ejus quod prope Gazam fuisse scitur, eo fuisse loco ut ad quinque miliaria petenda esset aqua: qua occasione cum contigisset vinum ab Epiphanio in aquam converti ad refec-

qui etiam ipse Luciani discipulus fingitur

tionem transeuntium, ille gloriæ fugitans alio se subduxerit, ubi cum Saracenarum prætereuntium quidam eum ferire volens, miratus esset aperiri sibi oculum alterum, quem semper clausum habuerat; ea re motum unum e turba, suscepisse fidem; qui baptizatus ab Hilarione et Joannes dictus, adhæserit Epiphanio, atque hæc omnia scripserit: ac primo, ab energumeno pulsum dæmonem comminatum esse, quod in Persidem venire faceret Epiphanium. Occupata igitur Regis filia indicasse, quod nisi veniret Epiphanius, eriturus a puella non esset. Quæritum ergo et in Spondyrio suo repertum, post aridam manum uni rissorua regionum restitutam, venisse in Regium, quæ dicebatur Urion, dæmonem a filiola Regis ipso spectante expulisse, blandienti sibi ineptus maga loquelum abstulisse et penitenti reddidisse, regia munera epulasque recusasse solo pane contentum; et resuscitato, qui mortuus efferebatur, adolescente, ab Rege honorifice dimissam fuisse. Nescio an Ur Chaldeorum, Abrahami patri im, intellexerit hoc loco fabulator (nam Urion alias nullum novi: ad miracula quod attinet, audivimus Sozomenum expresse negantem, quod viventi contigerit fugere dæmones morbosque curare.

D AUCTOR. D. P.

sequitur fabulosa profectio in persidem,

48 Pergit interim Pseudo-Joannes narrare, quomodo ad Spondyrion reversus secum Epiphanius fontem ibi elicuerit, ferus prohibuerit ab oleribus, et in novas mansiones sibi a Saracenis, prioris tugurii conditoribus extractas, receperit Fratres quinquaginta, leonem multis noxium sua præsentia occiderit, Synonymum sibi ab Edessa Philosophum exceperit, cum eoque integrum anam disputavit coram Calisto Aetii magnæ Romæ Præfecti filio, quem a dæmone liberatum habebat discipulum; et quomodo Theogoniam Hesiodi pertinaciter defendentem, opposita veriori Geneseos historia flectere nequens, provocavit ad energumeni liberationem, quam qui effecisset ejus fides vera censeretur: atque ita conversum Epiphanium Philosophum, monachumque factum et Presbyterum ordinatum ab Eleutheropolitano Episcopo: quem deinde in Ægyptum recedens Epiphanius Sanctus monasterio suo Præpositum reliquerit. Sed præterquam quod ea disputandi mora et ratio ridicula omnino videatur, et de altero isto Epiphanio alibi legatur nihil; unum hic Aetii Romanæ Urbis Præfecti velim nomen notatum, quod ex cerebro suo commentum auctoreia patet ex accuratissimo eo Catalogo, quem Bucherius a Bollandio nostro ac eptum edidit ad Canonem Paschalem Victorii cap. 13 pag. 236, ubi ex temporibus Gallieni, ab anno ccciv, indicatur, quis, quantum temporis Præfecturam Urbis administravit, quandoque Præfectis successive quatuor intra eundem anam positus: nec soli nomina, sed et prænomina exprimuntur. Interim ex ipsius sibilatoris calculo, annorum quinquaginta sex Episcopatum Epiphania tubentis, acta hæc essent ut minimum ante decennium ordinationem prægressam, adeoque ante annum cccxxxviii.

integri anni discussio cum Epiphanio Philosopho,

E

49 Post hæc demum Sanctum, quem nos admodum juvenem fuisse in Ægypto diximus, celebritatis nimix fugientem, illuc secum mariaare ex Joppo facit Pseudo-Joannes, post energumenum in egressu Hierus lem liberatum; et Alexandriam app Isum Judæum, Aquilam nomine disputando convertere, ac S. Athanasio Episcopo sistere baptizandum: deinde cum S. Paphnutio, magni Antonii discipulo, in Thebide congregari, eo consilio ut in Nitrix eremo habitare permitteretur: sed ab hoc prophetice jussu, collecto apud Patres vestro fienn, abire in Cyprum atque oves pascere. Tum prope Leontopolim fingitur Sanctus accedere a Hieracis celeberrimum monasterium, istamque publice docentem errores multos nutum imperio reddere, ac penitentem sanare; denique curato in superiori Thebide energumena, venire ad loca quæ dicuntur Bucolia ibique septennio habitasse, ubi Endæmonem Philosophum converterit sanato pueri ejus aculo; sequæ ad Episcopatum quæri cognoscens

F

fuga in Ægyptum,

Hieracis et Endæmonis conversio,

A *cognoscens, reverterit in Syriam primum quadraginta dies conversatus in monasteria S. Hilarionis, postquam ille in Cyprum se receperat, id est post annum cccclxiii juxta Hieronymum: cum tamen in calculo ipsius fabulatoris, diu ante Hilarionis adventum in Cyprum, ibi Episcopus fuisse Epiphanius debuerit. In Hierace autem insignem parachronismum etiam notavit Baronius ad annum 372 num. 110, observans plane hic eundem describi de quo ipse Epiphonius fuisse tractat hæresi lxxvii, tamquam a Manete proximo et ante Meletianum schisma etque Arii hæresim apud Ægyptios noto; quamquam in Ancoroto dicat num. 83 se comperisse nonnullos nuper excitatos, id est circa annum cccclxx, quibus plerique omnium monasticam in Ægypto, Thebaide, ceterisque regionibus exercentium facile primas deferunt, qui in eodem cum Hieracitis errore versantur, ac perinde ut illi non resurrectionem carnis, non hujus quam habemus modo, sed alterius in hujus locum substituendæ prædicant. Quod ad Paphnutium attinet, inter celebres Nitriæ monachos, quos S. Paulo Romana audivit, numerat Palladius hist. Lausiaca cap. 117 Paphnutium Scetioten, qui utcumque reduci posset ad hujus factæ in Ægypto peregrinationis tempus: ceteri ejus nominis celebres alii juniores sunt, nam de Episcopo Confessore sub Maximo, qui Concilio Nicæno interfuit, non est hoc loco cogitandum.*

Accessus in
Cyprum,

Charini
Diaconi in-
solentia.

B *50 Porro manente juxta Spanydrion Epiphonio, fames valida incubuisse Phœnicæ dicitur, eamque impetrata tridua pluvia curasse Sanctus; quare pro eo ad Episcopatum evehendo collecti Episcopi, cum ad eundem quærendam juvenem monachum Polybium submississent; ipse adventus causa divinitus cognita, cum eodem Polybio secum retento, et cum Joanne suggerit in Cyprum ad S. Hilarionem: a quo jussus Salaminiam habitatum adire, et invitus ac tempestate compulsus illic appellens navim, quam navigaturus Ascalonem ascenderot, comprehensus in foro fuerit a S. Pappo, de quo supra num. 13, cum forte vas licitaretur, tractusque ad ecclesiam ordinatus fuerit per vim Episcopus: quo in munere habuerit Diaconum Charinum, a quo calumniam passus propter aureos centum ad dissolvendum captivi Eugnomonis debitum de bonis ecclesiæ expensos, quamvis eidem restitutos; eidem Charino, sibi ad ter repetitam prandii tempore corvi vocem illudenti, mortem ab hoc prænuntiatam significavit; uxorem autem ejus a paralyti liberatam ordinavit Diaconissam, non sine utili ad reliquum Clerum in officio*

C *continendum exemplo: quin etiam solitus non perficere oblationem, donec visionem vidisset; cum ea præter morem differretur, orasse et cognovisse, in causa moræ esse præsentiam Diaconi, eadem nocte usi conjugæ suæ, quare solos cœlibes deinceps ad ministerium altaris ordinavit.*

CAPUT VI.

Cetera, ut a Polybio adjuncta obtruduntur, explosa. Liber de Vita et sepultura Prophetarum.

C *apite superiori relata omnia scripsisse, inscio invitoque Saacto, fingitur jam expe nominatus Joannes, Epiphanius Presbyter et itinerum omnium socius; qui moriturus advocato ad se Polybio lampada trididerit. Hic ergo inducitur narrans, quomodo sanctus Episcopus, divinitus monitus, pro eatenus parva magnam ecclesiam a fundamentis extruere, variis miraculis obtinuerit sumptus ad opus necessarios. Nam primo cum Draconis cujusdam divitis, sed gentilis, sibi illudentis filium ægrotum sanasset; morbo in patrem translato, rursumque ad suam benedictionem ablato, impetrasse ab eodem, converso cum familia et baptizato, quinque millia num-*

Hic fingitur
Sanctus post
structam
cum variis
miraculis
ecclesiam

morum: deinde cum Eustorgium Synesii similiter D gentilis filium, rogante matre suscitasset a mortuis, ab et mortuos suscitatos, ea oblata tria millia nummum remisisset ad fabricam. Postea cum Polybio jam Presbytero narratur Epiphanius ivisse Hierosolimam ad Joannis Episcopi, sui sub Hilarionis disciplina condiscipuli, castigandam avaritiam, ut dictum num. 17, indeque regredias offendisse mendicos duos, quorum alter semortuum simulabat, quod in Cypro factum videtur indicare Sozomenus supra num. 24. Huc porro reversus Isaacum, Judæum legis peritum sibi adjuverit, et coram Romanis nuntiis, ab Arcadio et Honorio Imperatoribus ad ipsum Romam adducendum missis, calumniatorem suum Faustinianum, inuoxio alias fabri alienigeni lapsu oppressum, suscitans, mille nummos ab ejus uxore oblatus dicitur fabricæ applicasse, atque ita Romam navigasse, cum Isaaco atque Polybio, relicto ad ecclesiæ Constantiensis vicariam curam Philone, una ex legalis, quem pro civitate Carpasii Episcopum nominarat, Carpasii civitas quam norim nulla est: Carpathus insula, Cycladum extrema inter Cretam et Rhodum, longo maris tractu distat a Cypro, ad cujus Metropolitam nequaquam spectabat ei providere.

52 Sed hæc leviora sunt: quæ sequuntur quam possunt speciem habere vel tolerabilis mendacii? Arcadius natus erat anno cccclxxiv, deceunio post Honorius, utrumque de baptismo suscepit vir in Palatio sublimis nomine Arsenius, et utriusque juventuti informandæ præfuit: simul illi Romæ fuerunt nunquam, sed nec Epiphanius quod quidem sciat nisi semel tantum anno cccclxxxii, uti num. 14 diximus. Illorum soror unica Galla Placidia; (sed ex secundo Theodosii Imperatoris conjugio, sub onnum durata cccclxxxvii contracto) quo quidem anno præcise sit nata ignoratur; sed quamdiu Arcadius vixit, Romæ non fuit. Eo autem sub onnam ccccxviii mortuo, ad fratrem Honorium in Italiam profecta, dum Romæ secure agit adhuc virgo, anno ccccxix a Gothis, ad urbem ante annum captam ex improviso regressis, etiam ipso capitur, ab eorum Rege Ataulpho in uxorem sumitur, et in Hispaniam abducitur; fratri autem reddita et Constantio desponsa, Valentinianum Juniores peperit anno ccccxviii; nec alium scitur filium habuisse, nisi forsitan ex Rege barbaro in Hispaniam SS. Theodulphum ac Theodoricum peperit, de quibus apud Treviros mortuis actum a nobis 1 Maji. Quamvis autem hæc omnia certissima sint, fingitur tamen Epiphanius ab Arcadio et Honorio, ut dixi, vocatus Romam ad eorum ægrum sororem curandam: idque non tantum præstitisse, sed etiam ejus filium mortuum suscitasse, tali lege, ut Imperatores cum sorore atque nepote fidem suscipere Christianam: quod et fecerint, baptizati omnes ab Epiphanio, suscipientibus Arcadium Polybio, Honorium Isaaco, eorum sororem Proclisia Patricia, et filium hujus quodam Eunuchus, non sine prodigiis. Et hæc quidem omnia vivente adhuc Theodosio Seniore Augusto, atque adeo ante annum cccxcv, quo hic e vita migravit.

53 Roma in Cyprum reversus, ut fingitur, Epiphanius non diuturnam ibi quietem habuit, sed postquam fami publicæ, coemptis Faustianiani frugibus prudenter consulisset; et insidias vitæ suæ a Ruffino Diacono suo, ex ejusdem Faustianiani suggestione, paratas divina prænotione evasisset; evocatur Constantinopolim, ad prædictum Imperatorem Theodosium; quem pedibus laborantem sanaverit, lætitiâ faciens non tantum ipsi, sed et filiis Arcadio atque Honorio, per eosdem dies Roma Constantinopolim reversis. Prius autem quam ab iis discederet Sanctus, Faustinianus eodem adductus in vinculis male dicitur perisse; rediisseque Epiphanius in Cyprum cum mandatis, ut quæcumque illius fuerant retineret pia uxor quæ omnia ad usus ecclesiæ consignavit ordinata Diaconissa. Deinde Aetium Valentinianorum Episcopum obmutescere fecerit: sed et contra Ophitas,

E
vocatus Ro-
mam ab
Arcadio et
Honorio Imp.

ipsorum so-
rorem sanas-
se nepotem
suscitasse, om-
nes baptizas-
se,

Theodosii se-
nioris poda-
gram CP.
curasse,

ejus rescri-
ptum contra
hæreticos
obtulisse,

A Ophitas, Sabellianos, Nicolaitas, Simonianos, Carpoeratianos *hæreticos*, in *Cypro nidulantes*, *rescriptum Theodosii occiperit, ut pellerentur ab insula. Quorum quam ægre quidquam possit cum veritate consistere, partim liquet ex dictis, partim quoad Sabellianos revinci potest ex Epiphania qui hæresi LXII agnoscens hujus tunc novæ adhuc sectæ plurimas tum in Mesopotamia tum Romæ versuri, non præterisset Cyprum, si ad eam ipsorum pertigisset venenum, sicut id de Valentinianis dixerat hæresi xxxi. Ophitas, Nicolaitas, Simonianos, Carpoeratianos, sub his nominibus adhuc superfuisse secula IV exente, quis credit?*

34 *Restat ultima, aut verius unica, Epiphania ad urbem Constantinopolitanam profectio, anno ccccii ad finem vergente aut sequenti jam initio. Hanc ob ovo exordiens fabulator noster, primo narrat Theophili dissidium cum fratribus Longis, tribus scilicet filiis Heraclionis imperantis Alexandriæ, quod alibi non legitur; et eorum causa exortam inter Theophilum et Joannem discordiam: tum longam de agro viduæ, per Eudoxiam usurpata per Chrysostomum reddi jussu, relationem terit: quum veram in substantia esse dubitare non sinit Marcus Diaconus, in Vita S. Prophyrii Gazensis xxvi Febr. num. 37; sed prætextum ejus agri usurpandi eum adducit fabulator noster, qui non possit non esse de falsitate suspectus; quod scilicet mos est Imperatoribus et Imperatricibus, si vel pedem intulerit in terram alienam, et si fructum acceperit ex aliquo eorum quæ fructum ferunt, ut nullus alius in ea potestatem habeat nisi Imperator: itaque factum ait, ut cum casu illuc ingressa Imperatrix botrum sibi resecaisset, hoc ipso cogi videretur ad fundum eum sibi vindicandum. Addit Imperatricem obtulisse viduæ pretium illius; quod sane ut illa acceptaret aut oblatum alibi prædium, consultus fuisset suadere læsæ, quam pro summo jure tantas turbas movere, quantas consequi necesse erat, si per excommunicationis rigorem excluderetur ab Ecclesia Imperatrix. Itaque existimo neque tate quidquam ab hac oblatum, prætextum autem illius agri usurpandi alium non fuisse, quam quod mortuus esset in exilio viduæ ejus maritus, et bona olim fisco addicta. Neque me movet quod eandem rem in encomio Chrysostomi narrat Leo Imperator: apparet enim eum inharsisse, sine ullo examine, huic tam partentose Vitæ S. Epiphania.*

35 *Ut ut sit, fingitur eo usque irata Imperatrix ut de Joanne deponendo caperet agitare consilia. Quo cognito Theophilus persuaserit Epiphania navigare Constantinopolim. Iluc appulsum cum Polybio et Isaaco (nulla facta mentione Crispionis de, quo mox) sollicitaverit Imperatrix, ut in Joannis, tamquam perturbatoris et hæretici, depositionem consentiens, seipsam in ejus locum pateretur substitui: molliora vero suadenti Epiphania minata sit dicens, Si fueris impedimento quo minus mittatur Joannes in exilium, aperiam templa idolorum etc. Cumque ad hæc ingemiscens Epiphanius se ab hoc judicio innocentem protestaretur, non tamen effugisse, quo minus diceretur consensisse: itaque Joannem accepta charta ei scripsisse: Sapiens Epiphani, assensus es meo exilio? In throno tuo non sedebis amplius; Epiphanius vera rescripsisse: Athleta Christi, verberare, et vince: in locum autem, ad quem fuisti relegatus, non venies. Potuitne postrema hæc pro falsis, ut necessario sunt falsissima, habere Baronius; et non videre colloquium Epiphania cum Imperatrice, ejusdem ut auctoris sic et fidei esse? Cur igitur ipsum opposuit auctoritati Sozomeni, tamquam in favorem Originistarum propter Joannem propensioris? Utrumque sane velim æqualiter rejectum, quando priorem Eudoxie cum Chrysostomo rivam, quæ Theodosii junioris nativitatem ac forte etiam annum cccxci antecessit, constat fuisse compositam: et posteriores querelas primum esse subortas, quando digresso ab*

urbe Epiphania, Joannes in ecclesia verba faciens, communem adversus mulieres vituperationem instituit, quam populus ita accepit, quasi adversus Imperatoris conjugem figurate composita fuisset, ut scribit Sozomenus, in hoc conformis Socrati. Tum scilicet Theophilus, qui salus fuerat vocatus in urbem, judicandus a Joanne in causa monachorum; agentibus Joannis æmulis et suadente Imperatrice, atque Synodum contra eum convocandam poscente, permissus est Ægyptios Episcopos secum ducere: qui in suburbio Chalcedonis ad Quercum congregati Joannem depositum declararunt: sed frustra, populo eum vel invitum restituentem. Cum autem propter argenteam statuam denuo accensa esset indignatio Imperatricis, in altera postea Synoda decretum Sancti exilium est, eo solum prætextu, quod damnatus in Synodo, absque numerosioris quam illa ad Quercum fuerat Synodi sententia, Sedem suam recepisset.

36 *Ad extremum in Actis, tanto jure reprobandis, dicitur Epiphanius adhortatus in navi suos, sedasse precibus tempestatem triduanam, atque expirasse. Cujus demortui corpus, circumcisumne, explorare volens navarchus, ictu pedis retro actus extinctusque, ad eosdem pedes positus revixerit. Cuique Constantiam appulisset navis, tenebræ quidem toti incubuerint civitati; trestamen cæci obviam progressi, cum reliquis sese manu tenentibus, visum receperat: corpus autem conditum melle prostiterit in ecclesia diebus multis, eo quod Longinus et Petronius Diaconi, hæresi Valentiniana clam infecti, nefas esse dicerent intra civitatem in ecclesia sepeliri mortuum: quia autem sepelire eum nihilominus volentibus illi se opponebant, ad venerandi Diaconi Sabini, Epiphanium invocatis, preces; Longinus quidem conciderit ipso loco mortuus, Petronius vero, elatus inde paralyticus ac mutus, quarto die obierit. Tum vero missos Constantinopolim legatos sex, qui Arcadii Imperatoris voluntatem exquirerent: hic vero eos delataverit, donec summi, ut appellabat, patrem luxisset diebus quadraginta; iisque expletis eosdem remiserit cum quodam Maximo, molestum sibi dæmonem circumferente. Ab hoc autem, ante sacrum corpus prostrato ac liberato, lectam Imperialem epistolam, versu secundo sic continentem: Eum qui vixit supra nostras leges, nolimus jacere convenienter nostris legibus: atque ita demum depositus fuerit Sanctus in theca ad id fabricata, ipso loco ubi supra Faustianum ceciderat fabricator, utque mensibus tribus aut quatuor, juxta hanc fabulam, post Sancti mortem. Hæc autem, ut indicari n. 5, fingitur scribere Epiphania successor Sabinus ad Polybium, octavo die durantis pro sepultura contentions digressum ab insula, et post unius anni moram in Thebaide, raptum ab Heraclione, totius Ægypti Præsidi, Rhinocoruris tunc habitante, ut esset ejus urbis Episcopus; cum petiisset de illius controversiæ exitu doceri a Sobina, quia ex Calippo Diacono audivit illum Constantiæ Episcopum ordinatum.*

37 *Habes, Lector, his duobus Capitibus comprehensam totius prolixæ alias fabulæ summum, eo fine, ut si quid alibi reperias a nobis præteritum in primis quaque Capitibus quod hic etiam attingatur; discernere possis, utrum id hinc acceptum æstimari non debeat; an vero, ut ex meliori uctore huc translatum, fidem mereatur cum prioribus obtinere. Similiter arbitrio tuo relinquo, velisne pro genuino S. Epiphania fatu habere cum Belarmino librum de vita Prophetarum eorumque sepultura, quamvis ignotum Photio, num. 122 et seqq. ejus opera recensenti; an enim novissimo ejus interprete Petavio, ψευδὲς πῖραρον credere, propter sexcentas mendaciorum nugas, quibus liber ille refertus est. Petavio Sirmundus et Labbeus subscribere, Sancti Patris honori faventes: et horum sententiam ex eodem motivo libentius teneo, licet satis intelligam cum Labbeo, esse qui censeant, non omnia veteribus Patribus subtrahenda,*

D
AUCTORE D. P.

Denique in
navi defunctus
suscitasse mor-
tuum,
E

et post longam
de sepultura
contentionem
tumultus

cum Poly-
bio jam
esset Rhinocorurorum
Episcopus.

F

Liber de Vita
Prophetarum, licet
non demonstratur
certo
suppositus
esse,

et ab Imperatrice propter agrum viduæ Chrysostomo of-
fensa,

ad ejus depositionem
probandam
invenit,

licet constat
causas depositionis
postea dates
fuisse.

A in quibus Thalmudica commenta et Hebraicæ quædam deuteroseos continentur.

(nom et S. Isidorus tale quid scripsisse scitur et occusatur)

§§ Sic liber de Vita et morte Justorum, Baronio in notis ad Romanum Martyrologium 1 Maji et xxv, cujuspiam alterius potius quam S. Isidori esse videtur, eo quod in eo complura reperiuntur, Isidoro indigna, coagmentata mendacia : de eo tamen non sinit nos dubitare S. Broulio in prænotatione librorum ejus : ita ut huic excusando aliud non suppetat, quam cum Labbæo vel agnoscere ab aliquo interpolatore corruptum, vel ingenue fateri, quod nimis credulus, quæ ab aliis scripta reperit, minus discussa, non tam sua quam aliena protulerit fide. Quamdiu tamen alterutrum dicere, pro tuendo qui sub Epiphaniî nomine controversatur libro, similis ponderis non cogit auctoritas, bene de illo omnes mereri existimo, qui id quod ejus gravitate indignum esse rationabiliter censent, ob ipso scriptum esse non libenter credunt; male econtra, qui mordicus id sustinere volunt, ut ejus auctoritate, sicut et S. Isidori, fulciri videantur, quæ ibi de Eliæ Prophetæ natalibus leguntur. Equidem existimo Patres istos, si talia ipsi revera scripserunt, mere interpretum et collectorum fungi officio voluisse, nullum autem iis ex se pondus addere : on autem revera operæ pretium fuerit

melius tamen non recipitur,

B Rabbiorum de Sanctis veteribus somnia, quibus illi omnes sacræ Scripturæ historias interpolant, vel jam olim collecta Græcæ Latineque reddidisse, vel in illorum libris pluribus dispersa in unum libellum collegisse, prudentiarum esto judicium : curiositati certe et oblectationi nonnihil serviunt ista, neque alicui nocere possunt qui eis fidem non magnam habuerit, intelligens cum Theophilo Raynaudo nostro, de bonis et malis libris num. 352, eorum multam mendacitatem et fabulositatem, quodque (ut idem num. 348 notat) Rabbini proprium quarto modo est fabulari, et quæ nunquam fuerunt eruntve unquam, tanquam vera proponere, adeo crasse ac stolidè, ut ne ingenii quidem mica deprehendatur in comminiscendo dextre et apposite fingendoque probabiliter et apte ad persuadendum. Convenit profecto non tam considerare quis quid scripserit,

ut non satis dignus S. Epiphaniio et ex Rabbiniis signentis consutus,

rit, de iis quæ ante longissimas ætates acta feruntur, D certis nullis auctorum cœvorum monumentis testata : sed quos fuerit duces in scribendo secutus : hi autem, in eo quod tangimus argumento, alii quam Rabbini non fuerunt, iique verosimiliter Hierosolymitano excubio posteriores omnes.

§§ Ceterum, quia liber vulgatus sub nomine Epiphaniî, primum superiori seculo Latine legicæpit, merito præsumuntur scriptores Latini, præsertim ii quos Græcam nescivisse constat, dum aliquid ejusmodi de legibus antiquæ Prophetis scribendo attigerant, non illum sub nomine Epiphaniî librum, sed alium sub nomine S. Dorothei, Latine dumtaxat extantem, præ oculis habuisse, prout in tractatu de B. Alberto Hierosolymitano ad viii Aprilis indicivi. Hic autem liber, multo prius et certius, quam alter ille Epiphaniio, abjudicatus Dorotheo fuit, statim ac per impressionem factus est magis publici juris : Synopsim intelligo de vita et morte Apostolorum, Prophetarum ac Discipulorum Domini, quæ sub Dorothei nomine excusa fuit, tum seorsim tum in Bibliothecis veterum Patrum; hanc enim, ut notavit Labbæus, jam pridem ut fabulis refertam nulliusque apud Doctos auctoritatis, obelo fixerunt, Molanus, Baronius, Bellarminus et alii Catholici, quibus heterodoxi subscripserunt : ut de Theophilo Raynaudo taceam, cujus judicio liber est infantilis, scatens fabulosis narrationibus. Quibus cum similes sint in duobus jam suprâ indicotis opusculis, S. Isidorus quidem sic excusatur, ut tamen melius fuerit proprio honori consulturus, si præcautione saltem aliqua usus indicasset non magnam iis a se fidem haberi; Epiphanius autem nec excusatione quidem eget, quamdiu nullo veteri et ineluctabili testimonio probatur, hæc vere illius esse scriptio. Adde quod plures Epiphaniî fuerint subsequentibus seculis etiam in Cypro Episcopi, quorum aliqua ut fieri vulgusotet, principaliori hujus nominis scriptori tribui potuerunt, sicut orationes illæ quæ, Epiphaniî nomine fœcua jam pridem faciunt, Petavio iudice, satis cum stylo ipso tum aliis quibusdam indicis, alterius vel Epiphaniî vel auctoris se esse declarant.

sicut etiam is qui S. Dorotheo fuit Latine suppositus,

E

qui forte ab aliis synonymis scripti.

DE SANCTO MODOALDO

ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI.

F

G. II.

CIRCA DCXL.

Interest Concilia Remensi,

laudatur a S. Desiderio Ep. Cadurcensi ob beneficia huic præstata.

C Floruit Septimo Christi Seculo S. Modoaldus, Metropolitanus Ecclesie Trevirensis, cujus prima mentio fit inter Episcopos, qui cum ipso fuerunt in Remensi Concilio sub Somatio Episcopo, anno DCXXIV aut sequenti habito, ut deducimus libro 4 Diatribæ nostræ de tribus Dagoberti Regibus Francorum. Floruit eodem cum S. Modoaldo tempore S. Desiderii Episcopi Cadurcensis, sub eisdem Regibus Austrasiorum, Dagoberto primo ejusque filio S. Sigeberto. Extant hujus S. Desiderii epistolæ tomo primo Scriptorum Historiæ Francorum apud Andream du Chesne : inter quas epistolam lxxv inscribit Domino semper suo Modoaldo Papæ, quem hunc S. Modoaldum arbitramur esse : quare illud præclarum monumentum hic proponimus. Si gratiarum jura beneficiis vestris recompensare volueris, non sapiam; propter illa scilicet supereminentia bona, quæ anno præsentis erga nos largitas vestra deseminare studuit; propter impensas videlicet superfluentes, propter itinerantium multimodas necessitates. Nec solum funulantium opportuna subsidia non pauca iasistis, sed etiam nosmet et expensis et muneribus ampliastis. Implesti, beate Pater, largitatis officium, sustinisti peregrinationem nostram, compassus est laboribus nostris; et longe a solo patrio positos ita

paterno affectu fovistis, ut nec regionis ubertatem, nec parentum dulcedinem ex inopia desiderarem. Dominus noster Jesus Christus, in cujus amore id impendisti, tibi pro nostra extremitate retributor existat. Nunc igitur famulatus mei jura persolvens, supplico, ut quem tunc beneficiis consolastis, nunc orationis beneficio juves. Latorem præterea presentis officii, filium communem, Claudium Abbatem, percipite per omnia commendatum : et munuscula quæ ex nobis intulerit, grato animo habetote. Cum se de nuntio opportunitas contulerit, de vestra et Domini Regis, vel fratrum ac filiorum vestrorum mereamur incolumitate rescripti serie consolari. Hæc S. Desiderius, mortuus XIX Novembris anno XVII S. Sigeberti Regis, Christi DCXLVIII, cum ipse anno XXIII Ecclesie Cadurcensi præsideret. At S. Modoaldus dicitur passim ad triginta annos rexisse Ecclesiam Trevirensis. Verum quia hæc de re nihil certi apud antiquos reperitur; opinamur præfuisse ab anno circiter DCXXII : usque ad annum DCXL : sed absque præjudicio, dum aliter ab aliis probatum sciemus.

2 Edidimus ad diem XXI Februarii Acta S. Germani Abbatis Grandis-vallis in diocesi Basileensi, auctore Boboleno cœvoo, qui ista num. 2 et 4 scribit : Cum esset S. Germanus infantulus, traditus est B. Modoaldo

Instituit S. Germanus mon Abb Grandis-vallis.

A doaldo, qui et ipse illis diebus Trevirorum urbis Cathedram arce sanctitatis tenebat : qui cum audisset eum elegantem, et sagacis ingenii cerneret puerum, litteris liberalibus eum erudire cœpit.... Cum vero S. Germanus esset annorum septemdecim, anhelanti animo B. Modoaldum Episcopum flagitare cœpit : O venerabilis Pater, permitte me, ut omnibus posterius positis, ad monasterium, quo me jussit Divina pietas, pergam. At vero B. Modoaldus mirari cœpit adolescentis animum, quod tam viriliter ageret, ut eremum desideraret, ait ad eum : O juvenis, magnum et altum petere desideras, sed juvenibus lubricum est iter, per quod terrente pede ire festinas. Dixitque ad eum : Non sum ausus tibi dare permissum propter regiam potestatem, quia scriptum est : Non est enim potestas, nisi a Deo. Et iterum : Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. *Hæc ibi. Neque alia certa atque indubitata monumenta de S. Modoaldo extare scimus, quæ per barbarorum incursionem et Trevericæ urbis eversionem non perierint.*

3 Postea cum anno Christi MCVII corpus S. Modoaldi esset delatum in diocesim Paderbordensem et ad monasterium Helmwardenhuisium, institit Abbas Tietmarus apud Stephanum Abbatem S. Jacobi in urbe Leodiensi, ut res gestas S. Modooldi conscriberet. Præstitit quod rogabatur Abbas Stephanus, præfatus ob dictam eversionem urbis Trevirensis se accuratam relationem habere non potuisse de rebus a S. Modoaldo ante annos fere secentos gestis. Videtur ergo undequaque sua ex traditionibus vulgaribus et Chronicis non semper certissimis collegisse. Vita hæc extat in pluribus MSS. et est edita a Laurentio Surio ad hunc XII Maji, quam nos contulimus cum codice MS. Corsendoncano Canoniorum Regularium prope Tornhoutum in Brabantio. Adimus ex MS. Bodecensi Historiam translatis corporis, ab oculatis testibus et rerum actoribus scriptam, ejusdem Stephani censuræ et correctioni subjectam, quasi opus haberet ab eo expoliri. Sed hoc religiosæ modestiæ fuerit, apparet enim ex Prologo, qui aliud non est quam epistola Abbatis Tietmari ad Stephanum, nihil opus fuisse ut in ea descriptione expolienda ornandaque laboraret Stephanus, cujus auctor tam eleganti niteret eloquio. Hunc autem non dubitamus ipsum Tietmarum dicere, sub cujus nomine uti scriptus est Prologus, sic et sub eodem censeri debet edita esse quæ sequitur historia.

4 Trithemius, lib. I Compendii Annalium, in Chlodoveo II trodit, Dologiense, aliis Theologiense monasterium, consilio et auxilio B. Modoaldi fuisse anno DCXXVII fundatum. De eo monasterio egimus octidiem VIII Februarii ante Vitam S. Pauli Episcopi Verdunensis num. 9, diximusque idem adstrui a Browero, asserente posita ejus cœnobii fundamenta primis Dagoberti regni annis, Modoaldo Trevirorum Archiepiscopo studium atque patrocinium eam in rem suam conferente. *Hæc illi : quorum apud Stephanum Abbatem aut alios antiquiores, cum mentione S. Modoaldi, non reperimus aliquod vestigium : an autem Trithemius aliquod tale ex antiquioribus habuerit, nos latet. Præterea rogatu S. Modoaldi traditur S. Sigebertus Rex Ecclesiæ Trevirensis protectionem suscepisse, in eum suum diplomate a Francisco Rosieres vulgato : quod merito suspectum haberi diximus in Analectis ad Vitam S. Sigeberti num. 13 et 14. Jacobus Masenus, in suis ad Broweri Annales Additamentis et Indice Chronologico, late conatur probare, S. Irminam ejusque sororem Adelam fuisse Dagoberti primi filias, a S. Modoaldo egregie ad omnem pietatem formatas, et a S. Irmina monasterium Horreum, ab altera Palatiolum constructum. Quorum nulli apud Stephanum, qui antiqua monumenta perscrutatus est, reperitur mentio : et nos ad tomum II Aprilis in Præfatione contra eundem Masenum, ostendimus S. Irminam et Adelam fuisse filias Dagoberti II, quem ignoravit ad*

regnum pervenisse Browerus, cum reliquis qui ante nos floruerunt scriptoribus genealogiarum Francicarum.

5 Memoratus supra Boboëus, totis corpore auctor, pronuntiavit Modoaldum in arce Sanctitatis vixisse, et sæpius eum titulo Beati exornat. Stephanus, Abbas Leodiensis, ut Sanctum præcipuum contraius encomiorum laudibus exornat. Deiu posteriores Fosti in Germania conscripti cultum sacrum confirmant, et sunt cum MS. Florario Martyrologium Coloniae et Lubecæ anno MCCCCXC excusum, et Additiones Greveni atque Molani ad Usuardum, cumque hodierno Martyrologio Romano Galesinius, Canisius, Ghinius, Gelenius, Saussoyus ad hunc XII Maji, item ad XV Februarii sub nomine Rodoldi MS. Kalendarium Benedictinum, et XVI Aprilis ob translationes corporis in ante indicato MS. Florario, et MS. Bruxellensi S. Gudilæ, cum nonnullis qui ad XV Aprilis eum referunt. Præter socra corporis ossa Helmwardenhuisium delato, et forsitan ab hæreticis dissipata, in templo S. Paulini relictas tres portunculæ habet historia Translationis num. 36, quibus (ut de honore veteris sepulcri taceam, testato, in Vita num. 41) addit Archidiaconus, Trevirenses in talis Patroni dimissione consolans num. 45, quidquid sacris ossibus olim conjungebatur se continere, cor videlicet et linguam ceteraque carnis ejus pignora, quæ in cineres versa, sine dubio sibi reservabant illi. Aliquæ etiam ejus Reliquiæ sunt extra urbem in ecclesia S. Mathiæ, et Coloniae in ecclesia S. Gerconis. De his ultimis agit Gelenius in sua Colonia pag. 267, de prioribus egimus ad Vitam S. Muthiæ 24 Februarii pag. 433. In libello de Reliquiis in Ecclesia S. Paulini olim excuso, inter Reliquias Patronorum dictæ Ecclesiæ censetur Caput et Crus S. Modoaldi Trevirorum Archiepiscopi, et postea inter Reliquias Confessorum, iterum additur inter has asservari de Reliquiis S. Modowaldi Confessoris, et has crediderim esse tres particulas, de quibus supra : caput autem et crus, jam olim extra scrinium seorsim a reliquis ossibus fuisse ad venerationem asservata, ideoque opus non fuisse ut pars alia notabilior ibi relinqueretur. Dubiam tamen hæc explicationem facit qualitas ossium ex corporibus SS. Abrunculi et Bonosi Helmwardenhuisensibus traditorum in vicem eorum quæ dimittebant. Inter Reliquias quoque majoris Ecclesiæ Trevirensis tradit Scheckmannus etiam repertas in cistula eburnea aliquas de S. Modowaldo Archiepiscopo. Sed et ad S. Jacobi Leodiensis locum, haud multo priusquam Stephanus Abbas Vitam scriberet, translatas aliquas ejusdem Sancti reliquias Stephanus ipse testatur num. 42, ut vel ideo a Moguntia Leodium veniretur : estque credibile hinc factum esse, ubi ab eo potius quam alio quopiam Thietmarus Helmwardicensis Abbas eum ad ejusmodi descriptionem provocavit.

VITA

Auctore Stephano Abbate S. Jacobi Leodiensi.

Ex MSS. et Surio.

PROLOGUS.

Domino Tietmaro, Helmwardicensis cœnobii Abbati reverendo, et sanctis qui sub ipsius cura degunt Fratribus, Stephanus, Abbas humilis congregationis B. Jacobi in Leodio, æternam in Domino salutem. Quoniam gratiarum distributor Deus in dividendo singulis, prout vult, super omnia donat caritatem, qua diligamus bona in aliis, quæ desunt in nobis, ut omnia singulorum et singula fiant omnium ; necesse est, ut in proximis studeamus amando possidere, quæ videmus in nobismetipsis operando minus provenire. Unde bonum studii vestri trahentes odorem, admodum lætati et delectati sumus, super his videlicet, quæ de vestri laboris profectibus

D
AUCTORE G. II.

Memoria in
sacris Fastis.

Reliquiæ
Treviris,

E

et Leodii.

F

Auctor
Tietmaro
gratulatur

Rom. 13, 1
et 2

B
seculo 12 Vi-
ta scripta

et Historia
Translationis.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 50**

An juverit
in fundando
Theologiensi
monasterio?

ejus tempore
non cœperunt
S. Irmina
et Adela.

AUCT. STE-
PHAN. AB.
EX MSS.

A profectibus innotuerunt nobis per quemdam ex vestris, quo ad tempus usi sumus : in quo uno omnium vestrum conservationem bonam imaginantes, gaudemus jam ex caritate vos prænoscere, quos corporeo intuitu necdum contigit vidisse. Spe enim ad supernam tendentes patriam, illuc precum lacrymarumque legatione præmissa, rogare debemus quæ ad pacem sunt Hierusalem; et ad perpetuum cum illius civibus habitandi fœdus componendum, levare potius fidei oculos ad montes, unde nobis intercessionis auxilium veniat, quam præsumere de Principibus, in quibus salus nulla est.

obtentas
Reliquias
S. Modoaldi
et aliorum
Sanctorum :

2 Hujus itaque cœlestis habitationis obtinendæ pio accensi desiderio, ad arcem tanti roboris vestros provexit animos, ut thesaurum Trevirorum, a pluribus annis reconditum, pia importunitate aggredere spoliare, pignora videlicet S. Modoaldi Archiepiscopi, et duorum corpora Thebæorum, cum aliis reliquiis ausi postulare, digni impetrare, absportare, honorificare et patrocinis eorum exultare. Et quoniam desiderium pauperum suorum exaudivit Dominus, tam Dei et Sanctorum voluntate præeunte, quam vestra subsequente industria, illud obtinere meruistis, quod nulla argenti vel auri copia valeret comparari, quod nulla regia potentia præsumeret attentare. Quantum autem temporis, quantum laboris ad hæc adipiscenda expenderitis, qualibus suffragantibus personis ad hanc bonæ voluntatis efficaciam perveneritis, qualiter hujus, ut ita dicam, victoriæ bravium apprehenderitis, satis diligenter usque ad unguem descripsit ille vir supradictus, imo jam noster et frater et amicus præcordialis, et quidquid ex caritate meretur appellari, vir sinceræ jucunditatis, qui tali negotio semper labore suo et consilio interfuit. Qui corpore quidem ad tempus vobis absens, spiritu autem semper præsens, dum pro investiganda Patroni sui generositate, ordinis nostri loca, plurima ioviseret : et quasi apis argumentosa, florum dulcedinem in mellis liquorem comportans, tam gesta Pontificum; quam Annales Regum Francorum, famamque antiquorum sapientium diligenti inquisitione percurreret; tandem ad nos omnium ultimos divertit, obsecrans non perfunctorie, sed infatigabiliter et instantissime, ut de vita et miraculis B. Modoaldi, in lectionibus et responsoriis, aliquod ingenio nostri xenium domum deferendum a nobis mereretur accipere. Cujus precibus opportune importunis, cum

C hinc humilitas professionis nostræ ob declinandam præsumptionis notam obviare persuaderet, illinc caritas internæ obdurationis in proximum nos argueret; supereminentiore viæ latitudinem timere abjecto considerantes, quoniam id quod sumus, quod vivimus, quod sapimus, totum Deo et proximo debemus; tandem amici pio desiderio acquievimus satisfacere.

et petenti
sibi ejus Acta
describi

id se factu-
rum recipit,

Deut. 16

3 Sed cum ad hæc nos idoneos fore desperaremus, ipsa nostri desperatione robustiores, ad illum protinus spem ereximus, qui etiam immenses brutosque asinæ ruditus, per sensatos humani colloqui distinxit modos. Hujus ergo robore considerationis accincti, adorsi sumus auctore Deo enarrare, quæ de vita et miraculis B. Modoaldi Pontificis, tam ex antiquorum relatione, quam ex authenticorum librorum lectione colligere potuimus : in quibus verborum folia requirenda non sunt, quia infructuosæ loquacitatis levitas in sacris paginis compescitur, dum in templo Dei per Moysen nemus plantari prohibetur. Hic siquidem sanctitatis viam a puero ingressus, eo usque de virtute in virtutem per spirituales processit ascensus, ut juxta vocabuli præsagium, quo apud homines appellatus est Modoaldus, apud Deum neminetur et sit modo altus.

Cujus sanctitas atque nobilitas in tanta celsitudinis paritate conveniebant, ut nos ipsa sui magnitudine ambiguos reddant, quam earum in exordio narrationis alteri præponamus. Quia cum plerumque in hujusmodi personis nobilitas sanctitatem impediatur, in hoc sancto viro altera alterius dicebatur ornamentum. Sed quia hæc tempestate perspicuum est, nobilitatem in omnibus negotiis præcellere, privatam vero sanctitatem, etsi Deo paucisque fidelibus acceptam, a filiis tamen seculi parvipondi; ideo hujus nobilissimæ posteritatis linea, si tanto prolixiore, quanto diligentiore stylo percurretur, obsecramus lectorem, ne prolixitatem fastidiat, quæ multorum continet utilitatem : quæ etiam ab avis et parentibus inchoanda, et certius describenda nobis fuerat, nisi barbarica depopulatio nobilium Gallorum titulis olim invidisset.

4 Fertur enim barbarorum gens tunc per omnes Galliarum fines furoris sui fræna laxasse, divina et humana pari abolitione contemptui habuisse, urbes ditissimas subvertisse, sanctuaria Dei profanasse, præclaros hominum labores exmanisse, monumenta Sanctorum, titulos et nomina antiquorum heroum omnino delevisse; nulla vestigia virtutum, nulla victoriæ, nulla laudis aut probitatis avorum nostrorum nobis reliquisse, omnia gladio et incendio exterminasse. Verum supra omnes urbes, tanto subjacentes excidio, facta quasi vidua domina gentium, cum Threnis Hieremiæ lamentanda erat illa metropolis gloriosa Treveris, urbium nobilissima, quæ dignitatis prærogativa meruit appellari altera Roma : in qua cum amplius exuberasset divitiæ et gloria, felicitas et exultatio, superveniente exterminio, acrius redundabant egestas et desolatio, dolor ac mœstitia : tantoque in ea miserabilius plangenda erant antiquarum virtutum monimenta, quanto damnosius multorum profectibus sunt ablata. Ubi cum antiquorum fastos exemplarium absumeret ignis, et ob hoc omnis veterum genealogiarum series abolita fuisset, contigit etiam omnem B. Modoaldi retro actam parentelam usque adeo posterorum subtrahi memoriæ, ut ex qua consanguinitatis vena, licet nobilissima, ipse et duæ sorores ejus, Itta scilicet et Severa, descenderint, vel, ut verius fatear, ascenderint, non satis compertum habeamus. Sed quoniam Dominus, qui de subjectione dæmonum vanum discipulorum corrigit gaudium, monet de cœlesti nominum inscriptione potius esse gaudendum; desistat fraterna sollicitudo conqueri nostris paginis deesse, quos opera justitiæ in libro æternæ ascribunt memoriæ. Dignetur ergo suscipere Sanctitas vestra hoc nostræ parvitatæ munusculum, penset et amplectatur in eo solius caritatis affectum : quia etsi non videamur satisfacisse utilitati fraternæ, quantulumcumque tamen laborem impendimus amicitæ.

licet ea per
barbarorum
incursiones,

E

et Trevericæ
urbis ever-
sionem
accurate ha-
berit ne-
queant.

Luc. 10
F

LIBER I.

Progenies B. Pippini Ducis, et uxoris ejus : cujus frater censetur S. Modoaldus.

Inter præcipuos et præclaros summa sanctitate et ingenuitate viros, quorum fide, doctrina et moribus, signis et virtutibus, sancta fulget Ecclesia sicut sol et luna; vir venerandæ memoriæ Modoaldus, gemina ingenuitate non mediocriter insignitus, ex inclita Aquitanorum prosapia, luna pulchrius, sole splendidius, ad honorem Dei et Ecclesiæ refulsit. Cujus generositatis linea, quibus parentibus, quibus avis aut majoribus descenderit, vel quam digna radice tam insignis arbor prodierit, etsi nobis, propter vetustatem aut scriptorum abolitionem, minus sit

S. Modoaldus
ex Aquitanis
ortus dicitur

sit

A sit compertam; tamen ex propinquis et cognatis, nomine, gloria et honore terra marique celeberrimis, quorum virtute publica res floruit, quorum potentiam totus orbis extimuit, quorum pace Ecclesia lætata, quorum triumphis exaltata est, tam charta quam fama genus ejus incognitum non est.

6 Nam sicut ex fideli *a* antiquorum traditione, in quibus est sapientia, compertum habemus; fuit soror ejus, *b* Itta nomine, mulier admodum venerabilis, ac Deo devota in fide et operibus bonis. Quæ quidem matrimonio juncta clarissimo Duci *c* Pippino, genere et opibus, et (quod in potentibus tanto extat mirum, quanto rarum) sublimitate scilicet honorum et humilitate morum æque nobilissimo, divina providentia in omni pietatis studio sibi unanimem sortiri meruit thori legalis consortem. Cujus exemplo ut discant potentes humiliari, qui de inani solent potentia gloriari, non dedignentur quæso audire, quod de ipsius mariti laudibus repertum, huic operi non indignum duxi utiliter inserere. Tempore, quo Dux egregius ac verissimus pater patriæ rebus humanis excessit, tanto *d* Austriam totam dolore perculit, ut planctui ejus planctus Regum nequam conferri possit. Fuit namque probatissimæ vitæ ac purissimæ famæ, sapientiæ domicilium, consiliorum thesaurus, defensio legum, controversiarum finis, munimentum patriæ, decus curiæ, via ducum et disciplina Regum. Audiant ergo nunc Duces, serenissimi Ducis Pippini tot præclaras post finem ejus laudes: intelligant Reges æquitatem ejus et prudentiam, fortitudinem ac temperantiam: erudiantur hujus exemplo potentes, qui judicant terram. Quod si uxores nobilium vel etiam Regum, quibus familiaris solet esse elatio, venerabilis Ittæ, uxoris præfati Principis, exemplo dignarentur animum applicare; possent utique perpendere ex eo, quod fortiter et sancte egit sub viduitate jam libera, quod devota Deo vixerit sub tanti mariti disciplina.

7 Namque dum post obitum pii consortis, tum propter morum elegantiam, tum propter generis excellentiam, aut etiam ob multiplices prædiorum possessiones et numerosam familiam, a multis nobilibusque procis studiosissime peteretur; illa secundum vitans matrimonium, quæ alteram sanctæ continentiæ palmam assequi cupiebat, a S. Amando Trajectensi Episcopo, divinitus ad eam directo, sacrum velum sanctæque religionis habitum suscepit, spemque nuptiarum tot procis insipientibus sapiens mulier abstulit. Mirantur omnes eam insperate propriæ domus fastigia in ecclesiam commutasse, totamque illius speciem non in alicujus proci amorem, sed ad cælestis Sponsi honorem diversi generis ornamentis decorasse; ipsamque redactam in numerum sanctimonialium, quas ibidem ad serviendum Deo exemplo suo collegerat, obedire magis humiliter, quam imperare. Discant matronæ hujus nobilissimæ mulieris exemplo, quid Deo, quid maritis debeant: discant et viduæ, quæ cultu superbo delectatæ, terna et quaterna vel eo amplius matrimonia omni studio affectant, nec secundis quidem acquiescere, ut sexagesimum vidualis continentiæ fructum cum ista Deo studeant referre.

8 Jam vero genus et nobilitas B. Modoaldi, ut ex liberis et nepotibus venerandæ sororis ejus, quanto verius, tanto clarius elucescat, producantur in medium tres summa digni memoria liberi, quos ad laudem et honorem sanctæ Trinitatis pio consorti Pippino feliciter edidit: Grimoaldus videlicet, paternæ dignitatis ac pietatis heres dignissimus ad totius regni firmamentum: tum duæ sorores ejus *e* Gertrudis et Begga, geminum quasi pretiosissimarum decorem gemmarum, ad cælestis Sponsi glo-

riam et Ecclesiæ sanctæ decus et gratiam referentes. Quorum fratres illustris Grimoaldus, dum in Palatio Sigeberti paternam dignitatem sua probitate esset adeptus, præter illam qua vixit domi militiæque industriam, magnum etiam erga Deum suæ devotionis dedit indicium. Nam illa duo præclara monasteria, *f* Stabulaus et Mahmundarium, ex proprio construxit: quæ peracta pia sollicitudine, et exornata omni pulchritudine, facta quoque ibi legitima adjacentium terrarum aliarumque possessionum traditione, B. Remaelo, ad instituendam illic monasticam vitam, sub firma adstipulatione et regni sigilli impressione contradidit.

9 Quid autem de sorore ejus clarissima Deoque devotissima Gertrude dixerim? Laudem in ea pulchritudinem, divitias, nobilitatem, familiam, quæ cuncta pro Christo ut stercore despexit? Ipse huius ejus est, quem in cælis sponsum elegit, quem in carne posita tota devotione dilexit. Contempsit enim sponsum habere in terris, qui eam desereret cum moreretur: eumque sibi elegit, cum quo, quia mori non potest, semper lætaretur. Hunc anans ut sponsum, adorans ut Dominum, novas domos, alta palatia in terris construere non curabat, quæa jucundum in sua virginitate habitaculum Christo jam præparaverat. Unde cum generis sui nomen et gloriam magnifice auxerit, tum etiam beato avunculo suo Modoaldo ingens contulit gaudium, dum in Ecclesia dulci odore redolens, et ut monile pretiosum refulgens, virginitatis servandæ coævis tam nobile reliquit exemplum. Hæc itaque, cum illo quem tanta caritate dilexit Sponso, tanto verius regnare jam creditur, quanto sæpius cunctis, qui locum sepulturæ ejus, quæ apud nos floret, humili devotione requirunt, plurima per eam beneficia conferuntur.

10 At vero soror ejus venerabilis Begga, etsi sponsum in terris, divina dispensante providentia, cum timore Dei consensit suscipere, bino tamen ordine sanctitatis, hinc tricesimum fructum pudicitæ matronalis, illinc sexagesimum referens continentiæ vidualis, duplicem beatitudinis palmam meruit obtinere. Cujus etiam sanctitatis pia apud nos clarent monumenta, in loco in quo ex divina revelatione septem construxit ecclesias, ubi et corpus ejus a sacris virginum choris honoratur, quæ ex tempore suo die noctuque Deo ibidem famulantur. Ibi quoque Dux egregius et conjunx ejus piissimus, nomine Ansigisus, ab ea conditus est; qui ab alumno suo, quem idem Dux puerum forte inventum, et sacro fonte susceptum, aluit in filium et exaltavit, crudeliter in venatione preemptus est propter appetitum honoris sui, quem tamen impius ille consecutus non est. Scieodum est, istum Ansigisum fuisse filiam *g* B. Arnulphi, ex Majore-domus Metensis Episcopi; cui venerabilis Begga felici juncta matrimonio, generosæ sobolis et nobilissimorum Regum mater extitit.

11 Hujus siquidem filius, nomine Pippinus, quem præfato Duci peperit, sicut nomen avi, ita et virtutem cum dignitate referens, mortuo rege Childerico, sub quo *h* Lambertus eximia claruit sanctitate, eo magnitudinis excrevit et potentiæ, ut in tota Austria, etsi non regio nomine, regia tamen dominaretur potestate. Nam multa præclara bella gerens, de omnibus fortiter triumphavit, ipsumque regem Francorum Theodoricum bello superans, in fugam vertit: sed et B. Lambertum, factione iniquorum de Episcopatu ejectum, in Cathedra sua decentissime relocavit. Et ut tam gloriosæ sobolis, quæ hinc ex radice S. Arnulphi, illinc ex cognatione B. Modoaldi prodiit, fortia et præclara gesta liceat aliquatenus intueri, imo non parvo stupore admirari; videamus *i* Carolum, quem idem Pippinus sibi superstitem,

D
AUGT. STE-
PHAN. AB.
EX MSS.
Grimoaldus
Major-domus,

S. Gertrudis
Virgo,

et S. Begga
uxor Ansigisi:

F

Horum posterii
Pippinus
Herstallus,

Carolus
Martellus,

i

tam

a
et Frater
B. Ittæ
b

c

d

B

quæ fuit
uxor B. Pippini

quæque viro
mortuo sanctissime
vixit,

C

uti et eorum
liberi,

e

AUCT. STE-
PHAN. AB-
EX MSS.

A tam dignitatis quam et virtutis suæ reliquit heredem quomodo patrios transiliens limites, antiquas patrum victorias novis excedens, mirabiles triumphos de Ducibus ac Regibus, de populis et barbaris nationibus reportavit. Nam et Saracenos, tribus eorum Regibus premissis, usque ad internecionem fudit, urbe-que eorum famosissimas expugnans, usque ad fundamenta subvertit. Unde et cognomen Tudetes, a tundendo accepit, eo quod a Sclavis usque ad Hispanos, tot regna, tot arbes, tot castra et oppida tam Saracenorum quam Christianorum, ferrei instar mallei tundens, propitio Deo, transvolasse dicitur potius quam superasse.

Carolomannus

12 Quid vero de filiis ejus Caroli, Carlomanno scilicet ac Pippino, dixerim? e quibus Carlomannus, post plurima bella et nobiles triumphos, secularem deferens militiam, factus monachus in monte Casino, cœlesti se militiæ mancipavit; Pippinus vero, virtutum suarum meritis exerescens, primus in hac stirpe Regium nomen obtinuit? Nam cum merito prudentiæ suæ et virtutis, acclamantibus Ducibus et populis, primum a S. Bonifacio Moguntinensi Episcopo, auctoritate Zachariæ Papæ, in *k* Regem esset consecratus; postmodum a Stephano Papa, successore Zachariæ, quia Romanam rempublicam ab Aistulphi Regis Longobardorum incursibus defendit, Apostolica benedictione, tam ipse quam uxor ejus ac liberi, in regnum perpetuo est confirmatus. Jam tandem, si placet, veniamus ad illum gloriosissimum Imperatorem *l* Carolum Magnum, hujus Pippini filium, qui paternas virtutes ceteris magnificentius auxit, et regio nomini, quod pater ejus promeruit, Romani nomen Imperii et dignitatem feliciter adjeicit. Ipse est enim, cui in die Natalis Domini Leo Papa cum Apostolica benedictione Imperii coronam imposuit, et a cuncto Romanorum populo ter acclamatum est: Carolo Augusto, a Deo coronato, magno et pacifico Imperatori Romanorum, vita et victoria. Hujus nomen et gloria, virtus et victoria, per tanta tempora adhuc quasi recens, ore universorum cum tanto studio et admiratione celebratur, ut si littera sileat, sola fama quasi vivere credatur.

et Pippinus
Rex Fran-
corum.

k

B

Carolus Ma-
gnus Imp.

l

13 At vero de filio ejus Ludovico quid dignum referre valeam? qui post patris obitum Imperialia sceptrum, ut nullus dignius, suscipiens, præter cetera, quæ bello fortiter gessit, maxima suæ pietatis monumenta exhibuit. Ad faciendas enim justitias, et oppressiones ecclesiarum seu populorum relevandas,

Ludovicus
Pius Imp.

C legatos idoneos in omnes regni sui provincias mittens, quæquæ corrigenda invenire potuit, corrigere atque emendare sapienter curavit. Sed et, quod magis in Imperatoria dignitate stupeas, de cunctis, quæ publice perperam gessit, Theodosii Augusti exemplo, publicam egit pœnitentiam. Quid etiam de Lothario, hujus Ludovici filio, dixerim, cujus potentiæ fuerit, vel quale humilitatis exemplum posteris reliquerit? Ipse major natu, major virtute et imperio, dividens regnum cum duobus fratribus Carolo et Ludovico, *m* regnum quod hactenus ex ejus nomine nuncupatur, sortitus est, necnon et omnia Italiæ regna cum ipsa Romana urbe Augustus Imperator obtinuit. Qui etiam paternæ religionis heres existens, post plurima tam sapienter quam et fortiter gesta, regnum filiis suis divisit; relictoque seculo ac sanctæ conversationis habitu suscepto, in hac monastica professione cursum vitæ feliciter consummavit.

Lotharius Imp

m

14 Sed jam considerata horum potentia et nobilitate, quid ultra tot Carolos et Pippinos, tot Lotharios aut Ludovicos, aliosque Reges et Imperatores, qui de hac gloriosa stirpe usque ad nostra profusi sunt tempora, necesse est commemorare, cum ex his, quos enumeravimus, præclara B. Mo-

aliique.

doaldi ingenuitas luce clarius emiteat? Hoc tantum D in summa narrationis nostræ dixisse sufficiat, de nulla stirpe, quam noverimus, tam præclarum tamque nobile germen Regum pullulasse, qui tantam potentiæ Gallico regno addiderint, totque et tam mirabiles triumphos de Ducibus et Regibus et barbaris nationibus reportaverint, adjuvante eos et protegente Divina misericordia, Sanctorum sanctorum Modoaldi et Arnulphi meritis, ut credimus; de quorum affinitate tantam stirpem fructificasse cognoscimus. Postremo, quantum religionis, potentiæ et honoris Gallicis contulerint Ecclesiis, testantur libri, sanctorum decreta Patrum continentes, quos ipsi in Synodis sua corroboraverunt auctoritate: testantur et Ecclesiæ, quas cum diversi generis ornamentis, tum etiam prædiis et regalibus suis, castris scilicet et comitatibus, teloniis, monetis et hannis, cum jure civitatum concessis, magnifice extulerunt, ne sancta Dei Ecclesia hujus seculi potentibus subjaceret, aut tyrannide eorum pavesceret; imo superbiorum colla, Dei virtute superior, calcaret. Inde est, quod nusquam gentium æqualis potentiæ Pontifices inveniri queant, vel quod a Regio comitatu et opulentia parum differant.

Hi Galliarum
ecclesiis con-
tulerunt
multiplicia
bona,

E

15 Quos certe beatos fore dixerim, si pro hac potentia sanctius viverent, si pro hac opulentia ditiores virtutibus esse studerent; si bonum opus, non dignitatem, appeterent; si lucra, non pecuniarum, sed animarum quærerent; si super egenos et pauperes benigne intelligerent; si sobrietatem, si justitiam, si humilitatem sectantes, in omnibus, sicut decet Episcopum, irreprehensibiles se exhiberent. Sed, quod valde grave est, dum quidam eorum ex honoris sublimitate intumescunt, dum lucri temporalis amore animarum damna postponunt, dum sua quærentes justitiam nisi pro nummis non faciunt, dum ecclesiastica dona gratis non tribuunt, dum sonitum æris dulcius quam clamorem pauperis audiunt, dum secularem militiam plusquam Dei Ecclesiam diligunt; inde elati Pontifices Deo displicent, unde Imperatores humiles Deo placuerunt. Et quam indignum est, ut in cordibus Imperatorum regnet humilitas morum, et in mente Pontificum vanitas vitiorum: dum in illis familiaris soleat esse elatio, et in istis amica debeat esse religio? Sed quorsum ab hoc opere aliena tendit oratio? Talia Hieronymo seu B. Gregorio relinquamus; nos autem incepta melius prosequamur. Et quoniam exteriorem B. Modoaldi generositatem, ex nobilissima et multiplici sobole venerandæ sororis ejus, satis aperte monstravimus; in sequenti volumine mentis ejus ingenuitatem, ex vita et conversatione ejus sanctissima, declarare tentemus; meritis illius ipso nobis adspirante, in quo signati sumus in die redemptionis nostræ.

quibus ut
bene utan-
tur Episcopi
optat auctor.

F

ANNOTATA.

a Utinam hos antiquos auctores citasset, forsitan aliquis illorum adhuc inveniretur, ex quo de rebus relatâ fieremus certiores et securiores

b B. Ittæ sive Idubergæ Acta ex variis collecta damus 8 Maji, ubi primus profertur Stephanus in hac Vita, qui hanc sororem Modoaldi dixit. In aliqua Vita S. Gertrudis, sec. 11 aut 12 scripta, dicitur Itta ex clarissima nobilitate Aquitanicæ oriunda. In Sigeberti Chronico appellatur Modoaldus frater Ittæ et avunculus S. Gertrudis, sed illa in MS. Gemblacensi desunt, forsitan ex hac Vita ab alio adjuncta. Quibus omnibus an et quantum circa hoc credi possit in antiquorum silentio, judicet lector.

c Colitur S. Pippinus 21 Februarii, mortuus an. 640.

d Austriam hanc alii Austrasiam appellant, plane ab

A ob Austria hodierna diversam : illius limites deduximus
1 Februarii ad Vitam S. Sigeberti, Regis Austrasiarum
Francorum.

e Vitam S. Gertrudis dedimus 17 Martii, S. Begge
erit danda 19 Decemb. mortua prior est an. 659, poste-
rior 695.

f De horum manasteriorum constructione late egimus
inter Analecta ad Vitam S. Sigeberti § 3, et que a
Grimoultio collata sunt, referunt num. 20 : iterum re-
petenda ad Vitam S. Remacli 3 Septembris.

g Colitur S. Arnulphus 18 Julii.

h S. Lamberto Episcopo Traiectensi sacer est 17
Septembris.

i Carolo Martello inustam a posteris notam, quasi
ejus damnatio revelata fuisset S. Eucherio Episcopo
Aurelianensi, deleuimus 20 Februarii ad Vitam ejus-
dem S. Eucherii.

k De hac promotione regia egimus 17 Februarii ad
Vitam B. Fulradi Abbatis, et 15 Martii ad Vitam S.
Zachariae Popæ, atque iterum agitur 5 Junii ad Vitam
S. Bonifacii. Habet et Carolomannus aliquam venerationem
17 Augusti.

l Caroli Magni Vitam illustravimus ad 28 Januarii.

B m Lotharingia scilicet, sed hunc potius a filio ejus
Lothario sic appellatam, alibi diximus.

LIBER II.

Res gestæ et obitus S. Modoaldi.

Igitur gloriosus ac venerabilis Modoaldus, dum
clarissimis ortus esset natalibus, nobilitatem ipsam
carnis, digniore mentis nobilitate sciens nesciebat;
nec parentum divitias aut potentiam, sed humilitatem
Christi et paupertatem Evangelicam, quam imi-
taretur, jam a puero, sed non pueriliter, attendebat.
Denique non lascivia puerilis, non vanitas aut am-
bitio secularis in ejus studiis aliquatenus apparebat :
ita ut in puero divinam jam posses admirari gratiam,
quæ eum vas electionis sibi futurum prævidebat. Nam
cum liberalibus studiis et spiritualibus disciplinis
erudiendus traditus esset a parentibus, qui eum te-
nere diligebant; tantam brevi tempore geminæ con-
secutus est scientiæ efficaciam, ut omnes gloria an-
teiret, et tamen omnibus ex affectu carus esset.
Nullum quippe per tumorem despiciens, imo per hu-
militatem cordis omnes sibi præferens, obsequium,
quod parit amicos, pie omnibus exhibere, nulli inju-
riam inferre; quinpotius accepta injuria ignoscere,
quam persequi malle; sed et inferentem pro Christo
diligere ut fratrem, amplecti ut amicum. Ita Christi
firmiter invidiam virtute superabat. Et ne forte
virtus concepta desidia aut otio teperat, teneræ ætati
nequaquam parcere; non membra quieti, non ani-
mura socordiae aut ignaviæ dare; sed semper aut sa-
cere lectioni, aut pie meditationi inservire. Cum
ludentibus non se adhaerebat, sed vel tutorem disci-
plinæ, vel majorum dictis sedulus adhaerebat; ut ab
ore eorum pendens, quam suavis est Dominus de-
gustaret, ac postmodum memoriam abundantiae sua-
vitatis ejus ad ædificationem multorum eructaret.
Quippe qui, secundum propositum vocationis Dei, ad
summum apicem gradus Sacerdotalis, et ad pastora-
lem curam Dominici ovilis fuerat promovendus; jam
talibus virtutum studiis, talibus sanctorum institu-
tionum rudimentis, sub cœlesti magisterio adolesce-
bat: jam digito Dei ad boni pastoris officium infor-
mabatur et proficiebat.

17 At vero tam præclara tironis Christi adole-
scentia ubi in virile robur capit exerescere, quando
conversis studiis, ætas animusque virilis quærit opes
et amicitias, inservit honori; ipse a priori inten-
tione animum nequaquam divertit : sed ad fortioris

militiæ studia sese viriliter accingens, gradus ætatis
diversarum gradibus virtutum sublimiter transce-
debat Non seculares inire amicitias, aut opes ag-
gregare querebat perituras. Non honoribus cum
ambitioso, non sublimitatem cum superbo; sed cum
strenuo virtute, cum modesto pudore, cum inacuo
simplicitate, cum mansueto patientia, cum abstineate
parsimonia, cum pio caritate et misericordia certa-
bat. Videres eum crebris jejuniis et vigiliis volupta-
tem carnis frangere, pro honoribus suinet abjectione
delectari, paupertatem pro divitiis atque conventui
nobilium consortia servorum Christi et humilium
præponere : unde animus ejus aut circa ecclesiam,
aut erga pauperum curam semper occupatus erat
Cumque in ejus pectore jamdudum accensa inva-
luisset flamma cœlestis desiderii, nihil otii, nihil
quietis patiebatur, ut ad otium et quietem divinæ
contemplationis perveniret. Quamobrem omnes car-
nis affectiones, omnes seculi occupationes funditus a
se decernit extirpare, desiderans gloriari cum Apo-
stolo dicente; Mihi mundus crucifixus est, et ego
mundo. Solitudinem, quam Joannes et Paulus cum
bestiis in deserto, iste deliberat exigere sibi in se-
metipso. Ibi secum proponit habitare, ibi calcato
secularium curarum strepitu, remotis ab animo ter-
renarum phantasiis cogitationum, illi soli, qui spe-
ciosus est forma præ filiis hominum, in quem etiam
desiderant Angeli prospicere, libero mentis ad-
pectu contendit jugiter inhærere. Ipse illum in sua, virtu-
tum floribus adornata, tamquam in lectulo, præoptat
suscipere amplectique conscientia, ut possit cum
sponsa jucundari et dicere : Ecce tu pulcher es, di-
lecte mi, et decorus : lectulus noster floridus.

18 Sed ecce velut ex insidiis plurima suæ inten-
tioni contraria videt ex hoc mundo succrescere,
hinc secularium curam negotiorum, illinc illustrium
frequentiam proximorum : quæ dum inopinate men-
tem ejus impugnant, ab hujus lectuli quiete et dile-
cti sui dulcedine nolentem suscitant. Quamobrem
remotiora sibi loca quærere, et ab horum tumultu
sese occultare omnibus modis elaborat : ut quanto
occultius, tanto liberius pulcherrimæ sibi que di-
lectæ Rachelis amplexibus possit inhærere. Cujus
sororem, scilicet Liam, etsi fœcundam, tamen lip-
pam minusque videntem despicit, ne mentem tanto
in divinam contemplationem minus tendere va-
leret, quanto plures ex labore prædicationis filios
generaret. Rachelem vero pulchram, bene videntem,
licet infœcundam, toto affectu concupiscit : in cujus
amore tanto suavius sub silentio requiesceret, quan-
to ad generandos labore prædicationis filios minus
exiret. Verum quia non est in hominis potestate via
ejus, sed contra spem votumque saepe a Domino
gressus ejus diriguntur : B. Modoaldus, Liæ laborio-
sæ in nocte hujus vite molens jungitur, dum Primo-
ribus regni et Majoribus Palatii, quasi utilis in ver-
bo, providus in consilio, divina providencia, licet
repugnans socius accitur. Clarebant tunc temporis
in palatio viri strenuissimi iidemque religiosissimi :
inter quos eminebat Pippinus, Carlomanni filius,
Dux clarissimus et Major-domus sub Clothario,
Dagoberto et Sigeberto potentissimis Regibus : cujus
laudum præconia qua in superiori libello breviter
perstrinximus, nunc ubi res exigit, de ipsius consi-
lio et æquitate, prudentia et fortitudine paulo latius
disseramus.

19 Ea tempestate Dagobertus rerum patiebatur,
sub quo idem Dux dignitate, modicam a sublimitate
regia differente, præditus, omnia regni negotia
prudenter dispositione ordinabat, præstabat-
que tam in bello fortitudine, quam justitia in pace.
Erat enim erga Regem fidei servantissimus, erga
populum vero tenacissimus æquitatis : et in disce-
ptanda

D
AUCT. STE-
PHAN. AB.
EX MSS.

vitam contem-
plativam eti-
git,

Gal. 6, 14

E

Cant. 1, 15

objecta impe-
dimenta su-
perat :

F

invitus Pala-
tio servit

cum Pippino
Duce

S. Modoaldus
generis nobili-
tate non
inflatus,

discit puer
litteras et
pietatem :

crescentibus
cum ætate
virtutibus

ACCT. STE-
PHAN. AB.
EX MSS.
Levit. 19

sub Dagoberto
Rege

Ecll. 6

et cum Arnul-
pho Metensi
Episc. et Cu-
niberto Episc.
Coloniensi,

a

gratus Regi et
Optimatibus.

A ptanda utrorumque causa fortissimo animi iudicio persistens, nec munera populi ad subvertendum jus Regium respiciebat, nec gratiam Regis ad obruendam populi justitiam attendebat. Siquidem Regem Deum Regi homini præferebat, cujus mandato prohibitum noverat, vultum potentis honorare, vel personam pauperis in iudicio attendere. Tam ergo quæ plebis erant, plebi defendebat; quam quæ Cæsaris, Cæsari restituebat. Tali hujus Ducis industria et consilio Dagobertus eo celebritatis splendore enituit ut liberalitate, justitia, mansuetudine aliisque artibus, quibus Regem decebat, plures ante se Reges præcelleret. Sed hanc regiam viam, hanc virtutis lineam tenuit, quamdiu sanam doctrinam sapientissimi præceptoris sustinuit, et non ad sua desideria coacervavit sibi magistros. Felix, si, secundum viri sapientis monita, de mille pacificis suis unum hunc elegisset consiliarium. Sed demum Salomonis exemplo depravatum est corejus ad tempus per mulieres: utque solet in magna rerum copia ac soluta libertate prona esse in consensum peccati natura mortaliū, ob divitiarum affluentiam ac secundos rerum successus a bono honestoque in pravum abstractus, salubribus monitis aures oclcluit. Cœpit ergo tam avaritia quam libidine æstunare, rebus Ecclesiarum novos thesauros implere: cujus impudentiam dum Pippinus dolore permotus liberrimo ore increparet, exprobrans quod maximis Dei beneficiis ingratus existeret; ille obscœnis libidinibus potius quam sanis obtemperans consiliis, tentabat magis more phrenetici medicum quolibet modo extinguere, quam a pravitate suæ furore respiscere. Sed benignus Dominus, qui quos salvare decrevit, nunc a malis liberat, nunc etiam innoxios servat, et pium Ducem a periculo mortis potenter eripuit, et malevolū Regem ab effusione justis sanguinis misericorditer revocavit. Nam saniore consilio reputans dignitatis suæ statum labefactari, si virum nobilem, potentem, fide ac justitia popularibus acceptum perimeret; paulatim animum reflexit, cœpitque egregium Ducem intantum revereri, ut conceptam malitiam in pacem et gratiam commutaret.

20 Quod sapientissimus Dux non suæ industriæ, sed divinæ ascribens misericordiæ, tanto magis in modum sancti animalis, oculos ante et retro habentis, studebat in cunctis se prudenter agere, et ad divinæ justitiæ lineam omnes iudiciorum suorum sententias dirigere. Sed quia sanctarum Scripturarum scientia minus eruditus erat, prudentes quosque viros, quos in timore ac dilectione Dei noverat excrevisse, omnium consiliorum vel negotiorum suorum socios assumebat. Nam et Arnulphum Metensium Pontificem, qui ante Pontificatum hanc eandem dignitatem irreprehensibiliter administraverat; et postmodum, eo defuncto, B. a Cunibertum Coloniensium Antistitem, pari sanctitatis fama illustrem, in hac negotiorum administratione curabat adhibere participem. Perpendere potes, quo æquitatis ardore succensus fuerit, qui tam circumspectos custodes, tamque incorruptos arbitros consiliis suis delegerit. Quia enim a pravitate aversus, rectis et honestis studiis attentissimus extitit, in exercitio boni operis sanctorum virorum semper usus est consiliis. In quorum numero dum Beatum quoque MODOALDUM, non tam quidem pro sororis affinitate, quam ipsius prudentia et eximie virtutis claritate, divina præeunte gratia, sibi socium ascisset; tanto æquitatis et sanctimoniam decore aula illa Regia ubique resplendit, quanta luce tenebris aurora fugatis terras omnes perfundit, dum solis supervenientis radiis illustratur. Jam vero æstimari non potest, quanta lætitia ipsius Regis et Optimatum, quæ honore susceptus; qua reverentia, quo affectu apud

omnes aulicos, velut Angelus Dei, habitus sit. Sed D quid mirum, quem Deus ipse diligeret, si ab hominibus diligeretur? aut quem repletset gratia sua, si cunctis gratissimus haberetur? Quid mirum, qui aulæ Regiæ causa lætitiæ et honoris erat futurus, si ab omnibus aulicis cum lætitiâ et honore susciperetur? Juste enim honorabilem dixerim aulam Regiam, jure felicem rempublicam, cui Deus tantum donaverit virum, cujus doctrina et exemplo Rex et Optimates cum sapientiæ et religioni studerent, tum sapienter et religiose omnia regni negotia disponerent. Qualiter autem eum promovere, vel ejus meritum declarare Divina providentia decreverit, subsequenti narratione luce clarius patebit.

21 Interea venerandus Antistes, b Sebaudus Ecclesiæ Treverensis, rebus humanis excessit: cui successor non impar sanctitate dum ab omnibus cum omni affectione quæritur, Dei gratia procurante et certis indicis præsignante, hic longe dignissimus reperitur. Nam quocumque te veritas, MODOALDI fama celeberrime per ora omnium resonat, MODOALDI nomen ceu oleum effusum odore suavi passim redollet, MODOALDI sanctitas diffusis radiis longe lateque sole clarius relucet. Illum omnes videas intueri, attendere, admirari: illum alios aliis digito ostentare, illum omnes in commune pusillos cum majoribus Sacerdotem exoptare. Quod quidem non fortuito casu, nec humani industria ingenii, sed occulto agebatur consilio dispositionis Dei: qui sicut quendam David, ita et hunc sibi juxta cor suum quæsierat; qui dux fieret super populum suum, et pasceret gregem ovium suarum. Verumtamen sanctitatis ejus testimonium ne a populari aura, vel a nostra tantum pagina expectetur; ostenditur hodieque Treveris in ecclesia S. Paulini, de sepulcro ejus assumpta, mirificeque sculpta Parii marmoris tabula; in qua legitur exaratum, ad ejus memoriam in generatione et generatione transmittendam, hujusmodi epitaphium: Hoc est sanctuarium Deo dilecti Trevirorum Archiepiscopi MODOALDI, cujus rex Dagobertus sanctitatem, sicuti in ejus præcepto c de Treveri continetur, inter Ligerim et Rhenum magnifice extulit et dilatavit.

22 Itaque concurrunt pariter omnium vota, Rex et Dux ille æquissimus Pippinus, alique Optimates, Clerus et populus, omnis sexus et ætas unanimi exclamant consonantia; MODOALDUM Pontificem, non tam eligunt, quam a Deo jam dudum electum, et sibi promissum, exigunt. Quid faceret vir sanctissimus? Quid, nisi quod docebat imitatore Christi? quid, nisi quod fecerunt prædecessores, Præsules sanctissimi, qui non aliunde, sed per ostium intraverunt in ovile Christi? Fugit Christus, cum eum velent Regem constituere: fugiebant illi humilitatis gratia, cum ad suscipiendum vocarentur Pastoralis culmen regiminis. Quorum exemplo MODOALDUS refugit, se indignum profitetur: reclamat, cogique meretur. Nec tamen quisquam ita existimet virum sanctum declinasse, ut divinæ voluntati, quam erga se intellexerat, obtinatus decreverit contraire: sed utrobique humilis, utrobique subjectus, et præesse, prius semetipsum metiendo, noluit; et tamen, de imperantis Dei viribus præsumendo, postmodum consensit. Siquidem in uno ejus pectore quasi pugnabant duæ virtutum maximæ; hinc timor humilitatis, illinc dilectio caritatis. Ex humilitate, honorem illum et onus refugiebat: porro ex caritate, desolatibus civibus subvenisse jam cupiebat. Istud dilectio suadet, illud timor prohibet. Inter hæc duo, sibimet repugnantia, Christi miles primum cunctatus, ancipiti aliquatenus hæsit sententia: at paulo post, ut æquum erat, et caritas vicit humilitatem, et dilectio foras misit timorem. Ita virum Dei victum rapiunt

Expellitur in
Episcopum
Trevirensis:

laudatus in
quodam epi-
taphio:

nititur sub-
terfugere
Episcopatum:

landem con-
sentiens con-
secratur.

A piunt, abducunt, ut exaltent eum in ecclesia plebis, et in cathedra seniorum laudent eum. Induitur ergo stola gloriæ, accingitur zona justitiæ, divinis benedictionibus Archiepiscopus Trevirensis Ecclesiæ consecratur. Jeso bone! quanta fuit lætitia illius diei? quæ exultatio utriusque sexui? quod tripudium universæ ætati? Quam devoto corde, quam sublimi voce concti laudibus ingeminabant Angelicis, Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis?

23 Considerare nunc libet, quale erat illud tempus, quam acceptabile, quam serenum, quando Regibus quidem regnantibus, sed Reges cum regno justis et timoratis viris regentibus, justitia, fides, veritas, modestia, ceteræque artes bonæ, tam in bello quam in pace, custodiebantur: quando ad lineam æquitatis divinæ omnia Regiæ potestatis negotia dirigebantur. Quale, quam sanctum erat illud palatium? ex quo tam claros, tamque illustres suscipiebat Ecclesia Sacerdotes; ex quo procedebant sectatores, non Simonis, sed Petri; non mercenarii, sed veri ministri Christi; et qui curias Regum non quaerent, sed potius a Regibus quaerentur; non ipsi honores per ambitionem appetent, sed magis oblatos per humilitatem refugerent. Ex quorum numero (erant enim plurimi) fuit Arnolphus Metensis, Cunibertus Coloniensis Tungrensium et Remaculus Trevirensis noster Modoaldus, istis et omnibus aliis omni virtutum genere conferendus. Isti sunt plane, isti sunt viri sancti et amici Dei, quorum fide et sanctimonia Ecclesia corroborata est, doctrina illustrata, humilitate sublimata, caritate fundata, virtutibus jucundata. Tunc certe reverentia impendebatur religioni, amor pudori, honor virtuti. Tunc ambitio cæca, letali perfossa vulnere, moribunda jacebat: avaritia, cupida semper pecuniæ, vires penitus amiserat: de injustitia autem, de libidine, ceterisque malis artibus jam conclamatum erat. At vero nostra tempestate hujusce facies serenitatis tota immutata est, cum, juxta Veritatis eloquium, abundante iniquitate, refriguit caritas multorum: in qua perversis modis justitia, fides, veritas, leges divina et humana omnia, in manu, in gratia, in lingua sita sunt: et ut breviter concludam, secundum illius historici sententiam, nullus honor virtuti datur, sed omnia virtutis præmia ambitio possidet. Ex quibus quæ mala consequantur, quales Ecclesiæ Rectores, quales Provinciarum Judices, quanta Ecclesiarum calamitas, quæ scelerum impunitas, nimium, nimium experti sumus. Itaque conquerendo compellimur exclamare: O tempora! o mores!

24 Modoaldus igitur, in domo Domini et in atris Dei nostri plantatus, tamquam palma floruit, et ut cedrus Libani multiplicatus est. Nam sicut palma virens et in altum tendens, fidei virore et vitæ altitudine ad profectum Ecclesiæ florebat; et sicut cedrus Libani multiplicabatur, dum odore sanctæ conversationis omne virus serpentis antiqui a subjectis expelleret; dum etiam multo virtutum candore dealbatus, per altitudinem contemplationis ad celestia evolaret. Siquidem occasione Pastoralis curæ, multiplici bonorum operum exercitio adeo se studebat innovare, ut tunc primum putares eum incipere. Ad ejus laudem diceret alius, quidquid animo occurrisset, spiritum scilicet celestibus jugiter inherentem; indefessis enim orationibus vacantem, dies jejuniis, noctes continuasse vigiliis dissereret; recte et compositè de singulis virtutibus, de benignitate, de parsimonia, de animi puritate profunderet in laudando, quidquid ingenii, quidquid eloquentiæ unquam hausisset. Sed hanc compositam narrationem præcipit nobis supereminens meritum excellentissimi

Maji T. III

mi Præsulis, qui ita universas has virtutes habebat, ut in singulis emineret; ita in singulis eminebat, ut in omnibus æque resplenderet.

25 Sed interim ommissis illis, quæ in interiori homine, Deo tantum teste et sanctis Angelis ejus, operatos est; quis vel illam sollicitudinem, qua Pater vigilantissimus suis præerat subditis, digne valeat explicare? Quos tanta docendi perfectione, tanta magisterii arte informando instituebat, ut quasi illa prophetica mensa intus labrum reflecteret, id est, ad cor sermonem revocaret, quod loqueretur attenderet, operaretur quod prædicaret. Denique verbum doctrinæ opere commendans misericordiæ, sic erga interiora subditorum studia fervebat, quatenus eis exterioris vitæ providentiam non negaret: ne sicuta exterioris vitæ ab eo negligerebatur, quasi jure a percipienda prædicatione gregis animus frangeretur. Nam quia Petri vicarius Petro commissis ovibus invigilabat, generalem illam ejus exhortationem, tamquam sibi specialiter datam, sollicite attendebat: Seniores, qui in vobis sunt, obsecro consenior et testis passionum Christi, et futuræ gloriæ, quæ revelanda est, particeps: pascite, qui in vobis est, gregem Dei, non ex necessitate, sed voluntate in Deum: et, Cum apparuerit Princeps Pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.

26 Jam vero cum infulatus, tamquam Pontifex summus, introiret in sancta sanctorum, oraturus pro populi salute, pro ignorantia vel aliqua necessitate; ita per singulas species Sacerdotalis habitus singulis respondebat virtutibus, ut quot exterius sacris ornabatur vestimentis, tot interioris anima spiritualibus vestiretur ornamentis. Crederes in ejus mente, quasi in Aaron pectore, rationale judicii vittis ligantibus imprimi, dum cor ejus nequaquam fluxa cogitatio possideret, sed ratio sola spiritualiter constringeret: nec enim indiscretum quid vel inutile cogitare poterat, qui ad exemplum aliis constitutus, ex gravitate vitæ semper ostendere studebat, quantam in pectore rationem gerebat. In quo etiam rationali duodecim Patriarcharum nomina descripta putares, dum exempla præcedentium Patrum indesinenter intueri, et Sanctorum vestigia sine cessatione videres eum imitari; ne forte extra sacri Ordinis limitum operis pedem tenderet, si ab eorum subtile examine seu discretionis ratione aliquo modo deviare. Et quia præcipitur Moysi, ut tabernaculum ingrediens, tintinnabulis ambiatur, ut de eo sonitus dulcedinis audiat; non cessabat sonum prædicationis quasi ex tintinnabulis frequenter emittere, dum superni spectatoris judicium ex silentio metuebat offendere. Cum tali igitur ac tanto divini ornatus decore Pontifex sanctus, ingrediens tabernaculum fœderis, et hostiam contriti ac humiliati cordis Deo offerens in odorem suavitatis, ita suis votis divinam conciliabat clementiam, ut quasi cum Moyse mereretur audire: Faciam secundum verbum tuum. Nam quia secundum verbum Dei innocenter vixit, et maudatorum ejus non surdus auditor, nec segnis executor extitit; idcirco misericordem Deum secundum verbum ejus fecisse credimus, quoties pro salute subjectorum piis coram eo preces humiliter effudit.

27 Interea cum domus ejus decorem diligeret, et ad referendas dignas Conditori laudes ardentissimo semper amore flagraret, super ripam Mosellæ oratorium in honore B Symphoriani et Martyris extruxit, opere quidem exiguum, et artificiosè schematis decore minus ambitiosum: sed, quod nobilius est, clarissimis virtutum gemmis ac pulcherrimis virginæ candoris margaritis, multo splendidius ac spectabilius, quam fuerit illud famosissimum Salomonis templum, auro et argento ac tot mirificis expositum argumentis. Ibi quippe congregationem sanctarum

8 Virginia,

D
ACCT STE-
PHAN. AB.
EX MES.

*cura erga
subditos,*

Joan. 21
1 Pet. 5

E

*et pia inter
Sacrificandum
devotione.*

Exod. 28

F

Exod. 33

*Monasterium
Virginum
extruit:*

e

B
*Elucti cum SS.
Arnolpho, Cu-
niberto et Re-
maculo:*

d

Matth 23, 12

*Illustribus or-
natus virtuti-
bus,*

A Virginum, tamquam dulcisonos adolescentularum choros, in nuptiis Christi et Ecclesiae jugiter laudes canentium, instituit, de quibus sponsa in laudibus sponsi videtur illud in Canticis dicere : Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulae dilexerunt te. Quibus etiam ad regularis vigorem disciplinae servandum, sororem suam praefecit, nomine Severam; quae secundum nominis sui praesagium et convenientiam, digna praesidentis animi severitate copulam carnis, opes, gloriam et cuncta quae peritura noverat, cum ipsa sui nobilitate et corporis specie, quae vermibus exaranda erat, parvipendenda esse dijudicans, virginitatem suam Christo illibatam obtulerat. In cujus fide et amore virgineam aciem, quam Sponso collegerat, tam materna pietate quam magistra severitate confirmans, omnem eis sanctae institutionis diligentiam exhibebat. Nihil illius severitate jucundius, nihil jucunditate severius : laetitia illius tristis, tristitia suavis : inculta vestis, oculi demissi, caput inclinatum, incessus gravis, cibus tenuis; ita sane, ut cum omnia Deo digna faceret, nihil tamen dignum se fecisse crederet, comitesque suas plus exemplis doceret quam verbis. Nec deerat ei venerandi fratris sui assidua consolatio, qui in modum aëris candentis ardens desiderio, sonans verbo, per scintillas sacrae exhortationis animum Virginis ad amorem Dei fortius accenderet, et, ut aiunt, oleum camino adderet. Benedictum et Scholasticam crederes : idem desiderium, non impar studium, eandem erga Dei cultum devotioem in istis videres. Illom non magistrum, sed discipulum putares : istam non dominam, sed ancillam humilem aestinans : nisi quod eo magis ille servus, haec ancilla Christi esset, quod uterque subjectis non dominari, sed ministrare videretur. Quorum dignam fidei et laboris remunerationem quia jam tempus est enarrare, prudentissimae Virginis vocatioem, sicut tempore praecessit, ita nostra praecedere narratione faciamus.

28 Quae dum vocem Sponsi vocantis audiret et dicentis, Veni de Libano, Sponsa mea, veni de Libano, veni, coronaberis; ista nihil morata, pio respondit affectu : Ego dilecto meo, et ad me conversio ejus. Statimque secuta vocantem, cum lampade accensa et ornata oleo optime nitentis conscientiae, digno est cum honore ab eo excepta, et in illum aethereum thalamum cum multa Sanctorum exultatione introducta. *e* In quo tandem, quod diu optaverat, feliciter collocata, inter dulcissimos dilecti sibi Sponsi requiescit amplexus; atque splendidissimis filiarum Sion agminibus adjuncta, deliciis beatissima perennibus delectatur. Cujus sacratissimum corpus, virgineis stipatum choris, virgineis conclunatum lamentis, cum psalmis et hymnis spiritualibus multo honore in ecclesia supradicti Martyris, cui summa strenuitate praefuit, officiosissime est reconditum. O vere beata et venerabilis Virgo, quae pro mortali sponso immortalem elegit, quae pro lutea domo caelestem thalamum commutavit! Vere beata et gloriosa, quae pro brevi labore aeterna beatitudine fruatur, pro vanis histrionum cantilenis dulci Angelorum concentu jucundatur. Haec de vita et transitu clarissimae virginis paucis libavimus : neque enim justum erat, tam pro ipsius meritis, quam pro honore et reverentia egregii fratris, memoriam et laudem ejus praeterire, de qua gaudent Angeli et collaudant filium Dei. Nunc autem, qualiter beatissimus Pontifex dilectissimum sororem ad bravium perpetuae claritatis postmodum subsecutus sit, pro styli modulo prosequamur.

29 Post felicem sanctissimae sororis transitum, insignis athleta Modoaldus, et aeterni Regis miles jam emeritus, cunctis justissimae vitae studiis optimo fine compositis, ad praemium et palmam felicitatis

aeternae corripit ardentius anhelare, ad quam germanam cum exultatione Angelorum translata se noverat praecessisse. Gaudebat quidem de gloria et beatitudine sororis, sed de sua adhuc quasi imperfectione dolebat. Siquidem se imperfectum, se infelicem, se miserum, se tardum et tepidum judicabat; quem, puellis ad regnum praecedentibus, moles carnis adhuc in seculo retinebat. Quid nos, inquit, miseri, quid jam de nobis dicturi sumus, qui in puellis tantam constantiam, tam incredibilem laborem, tam miram abstinentiam videmus? Nos membris corporis viri sumus, et tamen effeminati nihil virile, nihil laude dignum patramus. Multa saepe sortia virili animo proponimus, sed parvo labore fracti, a proposito citius resiliimus. Talia quidem vir sanctus referens, humilia de se sentiebat, qui jure et absque ulla jactantia gloriari poterat cum Apostolo, bonum se certamen certasse, cursum consummasse, fidem servasse; de reliquo repositam sibi coronam justitiae, quam in illa die a justo sibi Judice reddendam confideret. Unde cum ex fidei et operum securitate et spei certitudine dignam jam posset missionem petere, tamen quasi adhuc multa in se arguenda forent, novis et acrioribus tormentis exquisitis, de se supplicium sumebat; seque in se crudelis exactor persequabatur, in illa jam quasi ultima aetate, quam profecto non tam natura, quam ipsemet continuis laboribus urgendo acceleraverat.

30 Interea Christi miles indeficiens, suae jam impatiens quietis, mira arte militiae, recentem quotidie renovabatur ad pugnam : sed Rex immortalis et summæ aequitatis Judex dignam suo militi nectebat in caelestibus coronam. Cum ergo sub gravi corporis labore die noctuque desudaret, totoque mentis desiderio super se ad caelestia raperetur, jam desiderans in illam dilectissimam et inestimabilem supernae civitatis curiam intrare, illis humidicis Angelorum choris interesse, et bis terque non sine admiratione iuculans, Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini; pia tandem consolatione divinitus refovetur, et de expectatione vicini obitus et praemii securitate praemonitus certificatur. Tum vero repente mutatur in quamdam deificam et incredibilem exhilarationis laetitiam, convocatisque discipulis dum sui obitus diem laetum et horam jucundus exponit, animos omnium tristi mœrore saucios reddit. Nec mirum sane, virum sanctum de certitudine sui transitus tantam concepisse laetitiam, cui pura felixque conscientia testimonium ferebat, Christi familiae mensuram tritici suo in tempore fideliter se erogasse, commissamque pecuniam gemino fenore multiplicatam, suo jam Domino reportare, quem pervigil expectans, paratus erat pulsanti protinus aperire. Qui cum jam desideraret dissolvi et cum eo esse, jam carnis oblitus et toto spiritu in columa suspensus, fatiscens membris, quasi jam renovatis novos [studebat] superaddere cruciatus, sese plus solito persequi, ipsaque modicum, quod supererat, vitalis caloris extinguere. Cujus ardentissimo labori cum etiam molestia corporis ex voto animi accessisset, non spiritu, sed membris deficiens, fortis athleta lecto decubuit. Nec tamen idcirco sibi magis parcere, non mollibus stratis incumbere, morbo quam cibo magis delectari : quippe virtutem perfici in infirmitate, contestari. Et cum assistentes discipuli flendo suggererent, ut fatiscens corpusculo aliquantulum miseretur : Nolite, inquit, spiritum ad Deum iturum fomento carnis impedire, cui scilicet tunc major misericordia impenditur, cum spiritu superante mortificatur.

31 Tali spiritus fervore pater amantissimus languoris molestiam exuperans, animamque suo redemptori cum Angelicis choris expectanti reddere gestiens,

AUCT. STEPHAN. AB. EX MSS. Cant. 1, 2 eique praeficit S. Severam, sororem suam,

Cant. 4, 8

Cant. 7, 1

ibidem sancte mortuam :

ad cujus memoriam

ipse humiliter de se sentit :

2 Tim. 4, 7

Psalm 83 divinitus discit obitum imminentem,

affligit debile corpus :

adhortatur suos :

A gestiens, suos interim pie consolabatur, ipsumque residuum et vix in ore palpitantem vitæ motum, doctrinæ et admonitioni filiorum totum impertiebat. De fidei integritate, de mandatorum Dei sedula meditatione, de religionis amore, de memoria mortis, de adventu districti Judicis quamdam vivæ vocis efficaciam lingua moriens, aperte tamen, exprimebat. Et cum multos videret anhelantes concurrere, hinc Clericos dolentes, illinc monachos lacrymantes, pauperes quoque viduas et orphanos multo ejulatu clamantes : lacrymas omnium prohibens, dicebat eos gaudere magis debere, quippe qui patrem non amitterent, sed feliciter ad Deum præmitterent. Itaque propinquantem horam, delatis vivificis Christi Sacramentis, oratione præmissa, participat : dilectosque filios læto vultu deosculans, supremo Patri cum votiva pacis et salutis imprecatione sæpius commendat. Tum vero a terrenis oculos rejiciens, et concives Angelorum Sanctorumque choros adesse sentiens; toto corpusculo obviam dilecto exercitui se erigit, manus et oculos in cælum protendit, Crucisque signaculo bis terque se consignans, splendidum caput in manus Salvatoris reclinavit, atque inter verba orationis obdormiens, in pace requievit. O beatum virum, quem cælestis illa Hierusalem gaudens suscepit! ad quem deducendum Rex ipse Regum Christus, Angelico cœtu stipatus, processit! cui Maria cum Virginum choreis occurrit! Petrus quoque cum Apostolorum numero, Symphorianus cum Martyrum choro, Eucharius *g* cum sanctis Confessoribus totaque cœli militia, in hymnis et laudibus benedicentes Dominum, qui tali compare, tam claro Pontifice eorum auxerit collegium.

*Cruce se
consignans
moritur :*
g

*cum luctu
omnium
sepelitur :*

32 Interim sacrum funus de more componitur, et a circumstante psallentium choro nunc piis lacrymis defletur, nunc psalmis et hymnis honoratur. Cujus ad Christum felix et liber transitus, sicut festivo gaudii supernis civibus extitit, ita totam pene Austriam nimio quodam et inconsolabili mœrore concussit : unde tota pene provinciæ ad tanti Patris exequias anhelavit, nec solum ex urbibus aut oppidis, sed etiam ex vicibus turba rusticorum luctuosa funeri occurrit. Multitudo quidem pauperum maxime confluens, senes incurvi, debiles baculo sustentati, viduæ sparsis crinibus, pupilli laceris vestibus, omnes æque lugentes, et a feretro pendentes, suum Patrem, qui eos vestire, consolari, alere consueverat, voce lacrymabili quærebantur se amisisse. His familiaribus bajulis cœlum suo clamore pulsantibus, carissimum corpus in dilectam sibi ecclesiam deferretur, quam supra diximus ab eo fundatam, et in honore B. Symphoriani Martyris dedicatam : in qua etiam, non sine gravi gemitu multisque lacrymis suorum, prout decebat tantum Pontificem, eum dilecta sorore terræ mandatur. Quod quidem factum esse credimus divina præordinante gratia, ut quos eadem devotio, eadem Christi caritas, idem affectus, non tam sanguinis quam spiritus conjunxerat, dum agerent in carne; idem etiam sepulturæ locus, locus, inquam, quem iste devote construxit, illa fideliter rexit, conjungeret in morte. Ubi in testimonium sanctitatis ejus, tot et tanta miracula quotidie coruscant videntur, ut nunc demum verius cum Christo vivere credatur. Vivere, inquam, vivere certissime probatur, per cuius meritum ab ipso Deo, qui salus et vita est omnium, cunctis fideliter petentibus multa salutis et vitæ beneficia præstantur. Atqui celeberrimum habetur hodieque Treviris, certisque indicibus compertum, sanctitate et meritis Modoaldi omni circa regionem salutem frequenter a Deo concessam, si quando divinæ ultionis animadversione, aut aeris inclementia, vel

*miraculis
claret,*

fame aut gladio, vel cujusque adversitatis tribulatione incumbente, patrocinium ejus incolæ fideliter implorarent. Unde pater et singulare refugium miserorum a civibus appellatur; ejusque depositio quarto Idus Majas, cum maxima devotione et festiva totius regionis exultatione, ad laudem et gloriam divinæ majestatis celebratur. Obsecramus itaque, ut B. Modoaldi celeberrima apud homines pietas, et apud Deum omnipotentem efficax potentia, nostris quoque miseris compatiatur, peccatorum funes dirumpat, et in illo dilecto et desiderabili in cœlis tabernaculo æternam nobis mansionem obtineat, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat, per immortalia secula seculorum. Amen.

D
AUCT. STE-
PHAN. AB-
EX MSS.

*et festive
colitur.*

ANNOTATA.

a *Est S. Cunibertus Fastis sacris adscriptus ad 12 Novembris.*

b *S. Sebaudus apud Trevirenses obtinet venerationem 26 Novembris, mortuus circiter annum 622.*

c *De hoc præcepto, quod quidem ad scriptum contextum attinet (nam de juribus eo contentis nulla nobis disceptatio) diximus in Propyleo antiquario ad tom. 2 Aprilis parte I num. 17, ostendimusque nihilo majoris fidei esse quam Horreense sub ejusdem Regis nomine diploma: utrum autem post illius fictionem primo compositum sit hoc epitaphium, an vero hoc illius fingendi dederit occasionem lector judicet.*

d *Imo Trajectensis, Verum ipsi postea Episcopi Leodienses se ipsi Tungrenses amore antiquitatis appellabant, uti clarum est in x Leodiensi Episcopo Stephano, qui ad Vitam S. Lamberti a se scriptam, se Episcopum Tungrensem appellat.*

e *Est hic celebris Symphorianus, 20 Julii martyrio Augustoduni coronatus.*

f *Inscripta est S. Severa Martyrologio Romano ad 20 Augusti.*

g *S. Eucharius primus Episcopus et Patronus Trevirensium colitur 8 Decemb. natus a S. Petro cum SS. Valerico et Materno: quorum trium Acta illustravimus ad diem 29 Januarii, S. Valerio sacrum.*

LIBER III.

Miracula a S. Modoaldo post obitum patrata.

Quoniam, adspirante Deo, nobilem B. Modoaldi prosapiam, altissima regii sanguinis linea productam, in primo hujus operis libello dilucidavimus; in secundo vitam ejus laudabilem paucisque imitabilem, qua Deo carus hominibusque venerandus extitit, omni regie nobilitati prætulimus, transitumque ejus gloriosum Angelicis choris gaudium intulisse peroravimus: nunc jam in tertio non ab re judicavimus perpauca explicare ipsius sanctitatis indicia, qualia videlicet miraculorum primordia omnipotentis Dei gratia, post quietam famuli sui dormitionem, ex illius Reliquiis in urbe Treverensi voluit ostendere. Licet enim signa minime sint petenda fidelibus, ad corroborandam tamen infirmiore plebis fidem, nonnumquam mortua Sanctorum ossa attestari solent, quid eorum vivens egerit spiritus. Infirmis quippe mentibus non immerito dissonantiam fidei tota præcedentis narrationis series generare videretur, si vir tam præclari apud seculum generis, tam eximie apud Deum sanctitatis, absque signorum attestatione inter homines latuisset; si gloriosa illius pignora, suis plurimum profutura veneratoribus, humani caruissent exhibitione honoris.

F
*Miracula
infirmos
confirmant.*

33 Verum ex quanta barbarorum crudelitate, ex quanta

AUCT STE-
PHAN. AB.
EX MSS.
In Nortmanno-
rum immani
barbarie,

A quanta præfata urbis desolatione occasio illa subor-
ta fuerit, qua viri Dei merita fidelibus primum in-
notuerint, paucis libet perstringere: quia quod in
præfatiuncula hujus opusculi de simili calamitate,
alio inducta tempore, disseruimus, argumentum
cognitionis esse valet his, quæ hoc in loco dicturi
sumus. Ibi enim commemoravimus barbaras natio-
nes generaliter per omnes Galliarum fines furoris
sui fræna laxasse; hic vero inducimus Nortmanno-
rum gentem indomitam, de vagina suæ crudelitatis
eductam, quasdam Galliæ et Germaniæ partes oc-
cupasse. Quæ immanitate sui sceleris grassata, in
cervices fidelium velut ursa raptis catulis efferata,
nulli sexui, nulli ætati parcere, senes reverendos
necare, juvenes et adolescentes, pro viribus vel tem-
pore se defendentes, confodere, parvulos matrum
uberibus avulsos excerebrare, matronas castas,
virgines pudicas dehonestare, urbes nobilissimas flam-
mis edacibus concremare, sanctuaria Dei aut sub-
vertere aut profanare, divina et humana pari con-
temptu pessumdare. Erat in his omnibus miseriam
videre, iudiciumque Dei mentibus hominum tanto
formidabile, quanto impenetrabile: nisi quia, ut
B datur intelligi, volens Dominus justam in reprobos
exercere vindictam, qui non custodierunt mandata
ejus, iratus in populum suum, tradidit eos in manus
gentium, et dominati sunt eorum qui oderunt eos.
Sed sicut in vasis iræ, duplici contritione feriendis,
ira justitiæ Dei hic inchoat, ut ea in futuro irrepa-
rabiliter disperdat; ita misericordia ejus diligentes
se plerumque per compendiosam martyrii viam mi-
grare disponit id illam inenarrabilem gloriam, quam
oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor ho-
minis ascendit: ut unde reprobi rapiuntur ad pœnam,
inde electorum alii ducantur ad palmam, alii casti-
gatiores reddantur ad vitam et conversationem bo-
nam, juxta quod scriptum est: Flagellato pestilente,
stultus sapientior erit.

Prov. 19, 25

25 Hujus horrendæ tempestatis procella urbem
a invadente a Treverensem, omnes pavere, trepidare;
neque fugæ, quam non paraverant, neque præsidii
ullam spem habere; præ oculis omnium imago mor-
tis volitare, jucundæ populi urbanitates in planctum,
chori psallentium in luctum, choreæ puellarum in
lamentationes migrare; totius civitatis faciem im-
mutatam videres, divinæ religionis vix aliquas te-
nues reliquias remanere. Porro Deo dicatæ Virgines,
C quas in oratorio B. Symphoriani Martyris cœno-
biali conversatione Deo servire supra exposuimus,
inter tot mortis genera ad consueta orationum arma
confugientes; pro castitate servanda, quam devove-
rant, non pro vita præsentis tuenda, quam despexe-
rant, supernum cœpere auxilium ardentissima spi-
ritus contritione invocare; ac B. Modoaldi sepulcro
omnes advolutæ, ut ejus patrocinio ab imminente eripe-
rentur periculo, talibus vel talium similibus cœlum
precibus feruntur penetrasse: Domine Jesu Christe,
æterno Patri Fili cœterne, qui nascendo de Virgine,
illud maledictionis solvens elogium, Maledicta, quæ
non fecerit semen in Israel, virginitatis semen in
plenitudine temporum mandasti multiplicandum, ut
tempore messis fructum ejus reciperes centesimum;
tu nostris gemitibus, tu nostris lacrymis et vocibus
aurem accommoda solitæ pietatis, ut quam tibi devo-
vimus vitæ castimoniam, quam obtulimus carnis
pudicitiam, Confessoris tui Modoaldi precibus et me-
ritis ab omni pollutione custodias; et quam nullus
animi nostri meretur consensus, nulla barbarorum
violentiâ virginitati nostræ inferat corruptelam. Hu-
jusmodi precibus cum magna spiritus contritione,
cum magno lacrymarum imbri profusis, non deficit
operatio supernæ exauditionis, non deficit exhibitio
miraculorum beati Confessoris. Ne ergo Deo sacratæ

Sacræ virgi-
nes S. Mo-
doaldi im-
plorant pa-
trocinium,

Virgines mala viderent, quæ pro sexus fragilitate
metuebant; neve bona amitterent, quæ pro castita-
tis observantia promeruerant; mirabile auditu, mi-
rabilius visu! in pace lecto decubantes, intra dies
triginta omnes præsentis decesserunt vita; tantoque
feliciter, quanto perenniter victuræ, cum ornatis
lampadibus Sponso cœlesti occurrentes, sempiternæ
jucunditatis thalamum cum illo ingressæ sunt. Qua-
rum corpora in eodem sunt oratorio recondita, in
quo B. Modoaldi pignora: ut ejus patrocinantibus
meritis animæ illarum cœlum cum suo possidebant
Patrono, ipsius exigentibus Reliquiis, corpora in
eodem humarentur loco: ubi florent orationes earum,
et exuberant Dei beneficia ad memoriâ Virginum
ex tunc, et modo, et usque in seculum.

36 Cum igitur ejusdem tempestatis adhuc reside-
rent vestigia, longaque solitudo pleraque Sanctorum
cohiberent loca; fiebat nimirum, ut illæ Sancti fa-
miliaris angulus pro sui quidem dignitate parum
obteneret reverentiæ, neglectu vero civium omni
custodia destitutus, etiam pateret injuriæ. Sed ea
mortalium incuria, nostro Pontifici auctoris gloriæ
facta est materia. Quidam enim viri, genere Franci,
suæ gentis haud ignobiles, animo et corpore quam
maxime valentes, sanctæ devotionis gratia urbem
Trevirum accesserant; quam suorum Sanctorum nu-
mero superbam, tum vetustatis dignitate celebra-
tam, omni Gallia magis clarere compererant. Ejus
aliquamdiu laribus obversati, religione delectati,
sacra terebant limina, ex ignotis pene notissimi:
cum interea viros natura sagaces flamma subiit pul-
cherrimi facinoris, ut quocumque modo, precibus
aut pretio, tot Sanctorum pignoribus cum maximo
Trevirorum participarent beneficio. Quæ ubi tardius
procedunt, nihilque in illis bonæ spei aut gratiæ
præsument, die noctuque animum fatigare, omnibus
locis opportunitatem querere, nec flagitium arbitrari
quavis arte, dummodo ne inefficaces redeant, in-
ceptum peragere. Itaque simulata devotione eccle-
siam S. Symphoriani subintrantes, ejusque omnia,
quæ sibi mox usui forent, explorantes; vident domum
incultam, injuriæ opportunam, ministris civibusque
neglectam, merito quidem sui Cræsi divitiis nobilio-
rem, sed rei familiaris inopia longe ceteris obscu-
riorem. Et quis, inquit, tuas Modoalde, Reliquias
hoc totius urbis angulo coarctavit? Indignum certe
sacrarium tuæ dignitati comparavit. Ubi enim ja-
nitor frequens in limine? ubi varia suppellex tuæ
ornatus ecclesiæ! Nihil hic dignum tanto contuemur
nomine. Quam sancte, quam utiliter tuorum hospi-
tium poteras iter comitari, ut arentem nostræ re-
gionis eremum largâ benedictione patereris irrigari,
ubi nec decori tuo chori psallentium, nec optimis
virtutibus laudes deessent celebrantium. Audebimus
tamen, si pace tua liceat, aliquid hujus negotii at-
tentare, partemque vel exiguam tui corporis abspor-
tare: ex quo Treverensi quidem populo detrimenti
minimum, nobis emolumenti plurimum, Deo propi-
tio, poterit evenire.

37 Hæc familiari colloquutione velut in bonam fru-
gem animati, simul quia nihil satis festinatur ani-
mo cupienti, optimum factu rati sunt noctem proxi-
mam huic operi dedicare; ne dum noctes diebus,
moras dilatandis consultationibus innecterent, at-
tentis civibus se cum suspectos, tum repulsa dignos
efficerent. Remotis ergo arbitris, noctis ingressi
tempore, pia sed audaci violentia mausolæum effrin-
gunt, sanctissimo fœcundum corpore: dehinc unus
ceteris paratior, manum temero injiciens, et quic-
quid tenaci digitorum pectine concludere potuit, sibi
recondens, fugam cum sociis maturat invadere.
Quod facinus, licet amore Sancti licenter perpetra-
tum sit, non tamen Sancto placuisse, rerum sequen-
tium

D
et intra 30
dies omnes
moriuntur:

Franci Tre-
verim appulsi
ad obtinendas
Reliquias,

I

I
et S. Modoaldi
corpus incus-
toditum nasci,

partem ali-
quam aufe-
runt:

A tium documento comprobari potuit. Simul enim cum illius extractis artubus, mirum dicta, sanguis copiosus erupit: qui dum abunde tamquam de patenti vulnere proflueret, tenebris tamen visum arcentibus, raptores ipsos nihil hujusmodi aut violentes aut sentientes, ante prodidit quam a cœpto deterruit. Interea die terris reddito, cum matutina plebs ad orandum cœpisset ex more concurrere, animadvertunt ecclesie pavementum largo perfusum sanguine; nec statim re cognita, diu multumque incerta suspitione agitabantur, quænam illa essent cœdis indicia, ubi nulla unquam mactari consuevisset victima. Sed exploratis diligenter omnibus, primo recentis fracturæ indicia, tum nocturnæ temeritatis damna luce clarius patuere quærentibus. Nec visus est labor difficilis fugitivos insequi, cum sanguis a direptis emanans ossibus, nusquam locorum reos suos desereret; donec illos conscientia trepidos, nec satis periculi securos, suis vestigiis, et quidem haud obscuris, manifestos efficeret. Mittuntur ergo expediti equites injuriam persequi, temeritatem corrigere: qui celerrime fugientium terga prementes, eosque facili negotio a fuga retrahentes, delicti quidem gratiam faciunt, omnibus tamen bonis adnitentibus, receptas integre summi Pontificis Reliquias ad urbem referunt. Quis enarrare sufficiat, relatis illis, quid gaudii, quid bonæ spei civibus attonitis redierit? quam benigne, quam exultanter beatæ memoriæ Archiepiscopus cum summo Cleri plebisque tripudio obviam processerit, ac si tunc primò totus sibi Sanctus obvenerit? Videres totam civitatem in occursum ruere, nullum in domibus, paucissimos in agris aut oppidis resedis-e; ut cælo se proximum arbitraretur, quisquis exoccupatus redeuntem salutatum ire mereretur.

38 Ceterum hujus facinoris castigandi gratia, ne quid simile deinceps perniciosa crearet licentia, decernunt in commune, corpus Sancti in propatulo positum, ab ecclesia transferre, cœlestemque thesaurum firmioribus apothecis et tutiori ærario commendare. Itaque arcam ligneam, firmissimis tabulis compactam, ferreisque nexibus circumquaque munitam accelerant; eoque translata Confessoris pignora, in oratorium *b* S. Paulini, super altare sanctæ Crucis, summa cum veneratione deportant: consulte scilicet, ut par pari, Sacerdos Sacerdoti jungeretur, illaque adventantes duplici patrocinio solatiarentur. His additur ex Pario marmore *c* tabula, ad extremam manum decoris mira sculptoris arte perducta, quæ propter sepulcrum ejus reperta, sepulti nomen et meritum præferebat, hac serie exarata: Hoc est sanctuarium Deo dilecti Treverorum Archiepiscopi Modoaldi, cujus Rex Dagobertus sanctitatem, sicuti in ejus præcepto de Treveri continetur, intra Ligerim et Rhenum magnifice extulit et dilatavit. Qood etiam in superioribus memoratum est.

39 Igitur S. Paulini ecclesia, novo illustrata hospite, in quantam brevi claritudinem pervenerit, quanto fidelium studio priorem neglectum correxerit, dum pauper cum divite eo suas necessitudines maturat deplorare, memoratu est incredibile. Sed postquam diuturna quies otium, otii vero securitas corruptos morès pepererat; totamque urbis faciem immutatam, pro religione divinorum contemptus incoarserat; sustinenda erat necessario supernæ correctionis sententia, quæ pollutam licentiam sub fræno districtioris coercet. Itaque juxta sententiam Prophetæ, A sanctuario meo incipite; intempestæ noctis silentio idem oratorium subito conflagravit incendio, id scilicet agente divina censura, quo ne per diem accensum, facili concurrentium restingueretur industria. Ferebantur undique globi ignium ventis

urgentibus, totisque habenis regnabat flammarum impetus; cum interea expergefacti custodes, videntes suas in extremo sitas, opes ad subveniendum ubivis imparatas. Itaque quod in tanto constrictis licebat articulo, festinare, concurrere, ingenti metu trepidare, nec contra niti, nec posse quiescere: postremo manerent, an fugerent incerti, malum improvisum, anceps periculum clamore testari. Quorum vocibus exciti licet admodum pauci, si qui tamen sub obscura nocte confluxerant, aurum et argentum, quæ prima mortales putant, variamque sacri ministerii suppellectilem summa ope tueri satagebant: de Sanctorum vero pignoribus ervendis immemores, nulli rerum minorem operam impendebant. Unde et contigit, ut ignis edax, dum nulli locorum parceret, non solum arentem lignorum materiam penitus absumeret, sed tabulas quoque marmoreas, operis dignitate mirandas, circumquaque corrumperet.

40 In tanta rerum difficultate quis tuas, Sancte, Reliquias non æstimaret iri perditum? Ruebat undique moles ædificiorum, dissiliebat vi caloris soliditas marmorum, totaque sacrarum ædium facies una favillarum erat congeries. Et quis omnium apothecam ligneam, contra vim ignis tenerrimam, quæ media templi testudine in edito posita, omnem ruentis fabricæ excipiebat impetum, crederet periculum evasisse? Sed quod actu difficillimum ægris videbatur mortalibus, summo Procuratori facillimum, rerum probavit exitus. Nam postera luce, cum plerique civium adventare, et nocturnæ tempestatis spectaculum more humani ingenii prospectare cœpissent; sedatis tandem incendiis, propius accessere, id maxime curantes, ut vel modicas Sancti favillas colligentes, salutem posterorum reponerent. Quid enim aliud, quam usque ad cineres tam diuturna clade absumptum crederent? Res mira, et nostris seculis inusitata! Remota enim, quæ omnem superficiem contexerat, incendiorum congeries; cuncta præter spem, quæ Sancti erant, integra reperere, ipsumque loculum totius expertem injuriæ, ut aurum crederes de fornace productum, purgatum, non corruptum. Quis ibi se a laudibus Christi continuit? Quis non gloriosum Deum in Sanctis suis repetito clamore prædicavit? Tuum, Modoalde, nomen, tuum meritum omnis sexus et ætas super astra levavit. Sic Metensem quondam *d* Stephauum prodit antiquitas, inter miserorum cædes, inter barbaricæ depopulationis atrocissimas tempestates, solum oratoriolum, sui martyrii sanguine consecratum, ignium exemisse discrimini, ut hinc tam præsentibus colligerent quam futuri, quantum reverentiæ deberent Protomartyri.

41 Sed quia majorum ingressi vestigiis, qualiter beatus Confessor suarum Reliquiarum defensionem semper affuerit, monstravimus; libet cetera ejus carptim attingere, utque suorum supplicum post id dierum nunquam saluti defuerit, paucis absolvere. Mausolæum illud lapideum, quod a quibusdam temerariis effractum, latenter expoliatum, sicut ex præmissis claudit, veterum memoria testabatur; postquam majoris cautelæ gratia, omnibus id consulentibus, pretioso thesauro vacuatum est; pari nihilominus, atque dudum, reverentia in eadem ecclesia compositum, sancte admodum reservabatur. Hujus superficiem docta manus artificis tabulis undique marmoreis a fronte præcinxerat, eisque solide adinvicem compactis, decorem operi, usum decori addiderat. His vero ex vicinitate sancti corporis tantum virtutis, tantumque gratiæ salutaris divinitus accesserat, ut credi vix possit, quantis mortalium incommodis, patrocinate Sancti beneficio, salus exinde procurata sit. Quicumque enim longis febribus usque ad ossa depastus, quisquis morbo diuturno confectus,

D
AUCT STE-
PHAN. AB
EX MSS.

sola manet
illata

E

d

F

Vacuæ autem
sepulcri
rasura

sed sanguine
ab ea stillato
proditi,

B

referre co-
guntur:

quo facto ad
S. Paulini
transferretur
nova arca,

b

c

C

Ezech. 9, 6
que illo
ardente,

AUCT. SIE-
PHAN. AB.
EX MSS.
agri sanantur:

A confectus, huc cum fidei integritate suarum arum-
narum querimoniam detulerat; rasura ejusdem mar-
moris, aquæ mixta et in potum sumpta, celerrimum
languoris remedium certissima curatione obtinebat.

42 Hujus opis capessendæ gratia cum hodieque
innumeros ex diversis mundi partibus videamus
concurrere, nullumque frustra pii Intercessoris suf-
fragium desiderasse, unum tamen fide et religione
præstantissimum silentio præterire non est consi-
lium. Moguntia, civitas totius Germaniæ celeber-
rima, Rheni imminet littoribus, commerciis patens,
egestatis insolens, agrorum et vinearum fertilis, nul-
liusque necessariæ rei indigens, viris et ædificiis
satis exornata, sed multo beatius, quod pretiosissi-
mum religionis genus est, reverendo monachorum
ordine illustrata. Horum in uno monasterio, quod
longe ceteris nobilior, e S. Albani dicitur, nostra
memoria quidam Praepositus, Severedus nomine,
cœlesti philosophia exercebatur, vir optimis artibus
a tenero ungue imbutus, Deoque et hominibus ob
multa ingenii bona carus et acceptus. Sed hos tam
lætos successus præpediebat ægritudo continua, len-
tisque febrium vaporibus non lente viri eminentis
premebatur industria: qua peste acerrima jam per
triennium exhaustis viribus, nihil postremo credidit
salubrius, quam inutili medicorum opera cessante,
cœlestis manus suffragium quærisset. Nam edoctus
claritudinem Treverensis Ecclesiæ, eo profectus in-
tendit: parsque factus supplicantis populi, hu-
millis precator, sed celeberrimus beneficiorum im-
petrator, tumultum Sancti accessit, potum abradi
marmoris sincere participavit: nec fidei desiderio
frustratus, brevi ex infirmo sanissimus, pallorem re-
divino colore mutavit. Is non immemor beneficii,
cum Sanctis omnibus pure deserviret, tum suo cu-
ratori familiariter inhærebat: eoque devotionis circa
illum profecerat, ut locum nostrum, quo ejus reli-
quias nuper translatas didicerat, speciali affectu mul-
tus et frequens expeteret; et ante fraternitati nostræ
acceptus, tum vero ex assiduitate commanendi ac-
ceptissimus fieret. Hujus relatu virtutem, quam ex-
pertus fuerat, Fratribus sui studiosis compertam,
haud injuria nostræ narrationi credidimus inseren-
dam, nihil verentes debili falsitatis calumnia pul-
sari, quæ tam veracis viri patrocinio facile poterit
enervari.

43 Ne vero quibusque sui supplicibus et devotis
semper ea incumbere videatur necessitas, ad obtinen-
dum cujusvis incommodi suffragium et doloris, po-
tum ire pulverem illius abradi marmoris, operæ præ-
tium erit præsentis exemplo animadvertere, quam
facilis, quam paratus fuerit sibi famulantibus, se
appellantibus nonnumquam sine hoc potu, solo vir-
tutis obtentu respondere. Erat quædam sanctimonia-
lis Deo devota in eadem Treverensi civitate, quæ
psalmis, orationibus et vigiliis vacans, non discede-
bat de templo, ut Annam viduam crederes de Evan-
gelio. Sed cum illas atque illas Sanctorum frequens
circuiret Reliquias, et in tabernaculo Dei, Deo plena
mulier, suavissima laudis et compunctionis sacrificia
offerret; tum ante omnes et super omnes excellen-
tissimi Præsulis MODOALDI sanctuarium venerabatur
et frequentabat, amplexabatur et honorabat, atque
coram eo affusa, imo affixa, quot preces devotas,
quasi tot acceptabiles hostias in odorem suavitatis
ante conspectum divinæ Majestatis dirigebat: Erga
quem ex inspiratione divina tantam conceperat de-
votionem, ex devotione amorem, ex amore familia-
ritatem, ut quæcumque sibi ex humanarum rerum,
ut assolet, varietate obtigisset necessitudo, ad eum
specialiter causam suam expositura recurreret; ut-
pote quem unum et solum, quodam ausu confidentiæ,
Dominum suum et crederet et diceret. Hæc aliquando

vi febrium facta, cum acrius fatigaretur et æstuaret, D
ad ejusdem Domini sui memoriam se recepit; et
cansata cum eo de sui status, suæ salutis incom-
modo, hujusmodi querelam apud eum deposuit: Sic-
cine, inquit, placitum est coram te, Domine mi, et
ita congruit, ut cum abi, tam externi quam dome-
stici, te suarum infirmitatum adeo facilem et prom-
ptum obtineant adiutorem, me tuam singularem
ancillam tam gravi dolore, sine ullo respectu ele-
mentiar, patiaris fatigari? Quia potius beneficium,
quod aliis elargiris gratuito, mihi, ut confidentius
ceteris loquar, famulæ tuæ Dominus impendas ex
debito. Nec reputaverim mihi necessarium esse
marmoris tui salutarem illam rasuram cum aliis bi-
bere, quando fideliter et vere apud animum meum
constat, sine hoc aut ullo exteriori adminiculo te
mihi posse subvenire. Hæc et his similia ubi coram
Domino suo tam pia quam fidei peroravit quærimo-
nia, subito correpta sopore obdormivit. Unde paulo
post exspægefacta, ita se incolumem factam, omni-
que dolore ac tremore carentem invenit, ac si tota
illa febris cum somno pariter evanuerit.

44 Jesu bone! qua exultatione, quo gaudio, qui-
bus illa ad hoc laudibus resiliit, quo tripudio?
Enimvero quæ tam manifesto ipsius rei probaverit
experimento, non se hactenus frustra servisse, ne-
que quidquam frustra supplicasse MODOALDO. In spem
proinde maximam animata, stabat tanta in hoc ipsum
admiratione attonita, ut pene sui suarumque rerum
inmemor, ne librum quidem psalms, qui quasi
comes individuus sibi semper adhærebat, recedens
a sanctuario, meminerit secum tollere a loco, quo
reposerat. Interea illo deveniens quidam adolescens,
specietenus Clericus, corpore et mente vagus, actu
indisciplinatus, inventum psalterium, nullius arbitri
solicitus, rapit: seseque inde celerius, nec tamen
ab urbe remotus, abripit: sed quo minus deprehen-
deretur, in suburbio diversorium ejusdam subin-
trat pauperis. Quasi vero, hominum ineptissime,
damnum famulæ suæ, MODOALDO inspiciente et jam
insequente, nullus locus, ulla latebra, ulla humani in-
genii industria possit vel abducere vel occultare. Ergo
quia mens in malum obdurata, nihil unquam pensi,
nihil habet moderati; iniquitatem super iniquitatem
apponit, pannosque sui hospitis, quos uxor ipsius ad
ablendum exposuerat, de nocte surgens et auferens,
psalterio quasi lucro lucrum adjungit; impatiensque
morarum et quietis, duplicati mali conscientia per-
urgente, nihil sibi miser tutius ratus, noctis et fugæ F
præsidium invadit. At mulierecula somno inane ex-
cita, ubi neque suppellectilem suam, neque fidelissi-
mum illum suum hospitem invenit, marito damnum
conqueritur, fugientem furem e vestigio subsequi ad-
hortatur. Ille vero nihil moratus, velociter furem
insequitur et comprehendit, atque execratus fœdum
hominem, violenter quod suum erat, et etiam psal-
terium auferit et reportat. Interea devota sanctimo-
nialis, ubi librum suum requirens non reperit, de-
votione, qua consueverat, ante sanctuarium Domini
sui, dispendium suum causata, deplorat; etiam atque
etiam eum precatur, ut sibi solita benignitate psal-
terium restituat, unde sacrificium laudis Deo et ei
immolaret, ac redderet Altissimo vota sua. Nec fefellit
affectum piæ petitionis effectus justissimæ exaudi-
tionis. Fit quæstio per totam urbem de psalterio:
transit viritum ad alterum ab altero, donec rogatus
pauper, qui receperat, exponit, reddit, sanctimonia-
lis recepit, Deo gratias Dominoque suo MODOALDO,
non sine magno animi fideique ardore, rependit.

45 Ecce lucidissima miraculorum insignia, sed
paucissima de plurimis libata sunt: quibus tamen,
si ea recte animadvertitis, sic vita MODOALDI gloriosa
et merita præclara splendidissime illustrantur, ac si
aurea

quod experi-
tur in febrî
Præpositus
S. Albani:

e

subita curatur
a febribus,

E
et præ stu-
pore oblita
sui psalterii,

illud a fure
ablatum

etiam absque
illa,

Sanctum
invocans
recepit.

alia deinceps multa patrantur.

A aurea tabula, gemmis vel lapilibus pretiosis distincta et decorata, videatur. Quid enim ejus vitam, nisi auream recte dixerim tabulam, aureis videlicet operibus coruscantem? Quid gemmas vel margaritas in tabula, nisi interlucentia gestis ejus miracula? Porro sicut nec virtutum ejus, ita nec hujus libri finem a nobis convenit expectari: quia dum quotidie, Deo militem summi glorificante, novis et præcipuis effulgeat miraculis, nova perinde materia novos quotidie et præcipuos expostulat scriptores: imo summa moles materiae Tullianis insultat ingenii et eloquentiæ. Sed facessat apud fidelium mentes indigna describendis sancti viri gestis sollicitudo et molestia. Atqui pretiosa ejus memoria æternaliter viget, et super omnia redolet aromata: utpote qui gloria præditus immarcescibili, semper multiplicatur ut palma et cedrus Libani, et germinat ut lilium, floretque ante Dominum per omnia secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Anno 882 Nonis Aprilis in Cuna Domini, intercepta a Normannis est urbs Trevirensis teste Reginone. Nam tunc littera Dominicali G. Pascha celebratum fuit 8 April.

b S. Paulinus Episc. Trevirensis et Martyr colitur 31 Augusti.

c Hanc tabulam, templo S. Symphoriani disturbato, credi ex tumulo S. Modoaldi translataam ad Paulinianam basilicam asserit Browerus lib. 7 num. 56: nobis aliter videtur, ut supra dictum: ea certe, quam ipse tam antiquam esse vult, tabula, nulla præfert incendii ejus vestigia, quo hic auctor dicit marmora ipsa fuisse corrupta: si autem miraculo ea servata fuisset, nihilo minus id notandum fuisset quam fuit notatum de arca lignea.

d Est S. Stephano dicata Ecclesia Cathedralis Metensis: miraculum autem hic indicatum refert S. Gregorius Turon. lib. 2 hist. num. 7.

e S. Albanus Martyr, Moguntia a Gothis Arianis occisus, colitur 21 Junii. Huic Sancto construxit ecclesiam Richolfus Archiepiscopus et dedicavit anno 805, ad quam adjunctum monasterium anno 1419 in Collegium Canonicorum demigravit.

TRANSLATIO

SS. Modoaldi, Auctoris, Abrunculi, et Bonosi Archiepisc. Trevirensium ad monasterium Helmwardeshusense,

Sub Tietmaro Abbate facta et descripta.

EPISTOLA PRÆVIA.

ad Stephanum Abbatem S. Stephani Leodiensis.

Domino et Patri Stephano divina electione Abbati, et sanctæ Congregationi beato Apostolo Jacobo sub ejus moderamine in Leodio famulanti; frater Tietmarus, quem dicunt Procuratorem ovilis B. Petri in Helmwardeshusen; cum omnibus Christo secum militantibus, munus perfectæ caritatis ex animo, et plenæ fraternitatis pensum ex debito.

I Quoniam, Pater Serenissime, ut multorum didicimus relatione, Apostolicæ religionis norma perfectissime imbuti, Apostolicæ vitæ tenorem fide et actibus imitari; dignum duximus vos verbis Apostolicis affari: Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui vos idoneum elegit ministrum novi Testamenti, non solum littera, sed etiam spiritus modulamine laudem omnipotentis Dei

pronuntiare, et Sanctorum suorum gloriam præsentibus posterisque seculis inimitabilem verbo et scriptis prædicare. Uberrimus namque vestri cordis hortus, totius Aquilonaris frigoris corpore perpulso, Australis spiritus grata temperie afflatus, dulcissima stillavit aromata, quæ sui fragrantia longe lateque diffusa, odorem bonæ vestræ opinionis ad nostram usque transfudere notitiam. Et licet tot terrarum spatia nobis aspectu vestri notitiam celaverint; tamen merum maturitas, cordisque sinceritas, ac piæ mentis affectus, ingenique patet efficacia: et in hoc miranda omnipotentis Dei mortalibus, prædicatur dispensatio, quoniam sunt homines super millia, quorum notitiam retinemus ex facie, sed nec mollicam quidem intentionem cognoscimus ex corde. Vestri autem cordis arcana, licet carne absentis, quodammodo perspicimus, quoties beati Patris nostri Modoaldi Vita mellifluo tractatu nostris insonat auribus; et delectabilia vocis vestræ percipimus modulamina, quoties dulcisonam cantus ejus melodiam sive cernimus, sive concinentes attendimus.

2 Hæc utraque luculenter digesta tantam super omnia aromata dulcedinem fucibus nostris indidere, tantamque dilectionis plenitudinem infudere, ut nullius amaritudinis rancore valeant aboleri, nullius molestiæ tædio evacuari. Pro talibus tantisque beneficiis, justissimum rati omnimodis gratiarum præconiis piæ devotionis vestræ studio respondere, in nobis nihil, laboribus vestris æquiparandum, ex nobis sufficimus æstimare: quoniam superant omnem facundiam laudis nostræ. Quapropter totis medullis conversi ad eum, qui ore vestro magnificatur et voce glorificatur, nostroque licet exili famulatu honoratur, indefesse supplicamus quatenus suis meritis ac precibus vobis pro gratiarum actione perennis gloriæ coronam, pro mercede æternæ vitæ beatitudinem apud Christum obtineat, cui procul dubio impenditur, quicquid Sanctis suis obsequi, digne et laudabiliter exhibetur. Igitur cum indagazione sufficienti nulla unquam abolitione delendam vestri notitiam tenemus, par est ut studio nostræ manus et linguæ nos quoque ad vestri notitiam perducamur. Offerimus itaque vestræ Beatitudini Translationis beatissimi Patris nostri Modoaldi libellum, humili stylo digestum, vestræ dignationis solertia corrigendum, vestra auctoritate corroborandum. Cujus seriem indagantes, cognoscetis de situ loci et exordio cœnobii nostri, quam benigna et mirabili dispensatione Dei in prosperos successus convaluerit, quam devota piorum astipulatione in augmentum religionis excreverit. Patebit etiam cujus occasionis eventum, pio dudum accensi desiderio, larga omnipotentis Dei miseratione in tantam animi fiduciam sumus permoti, ut pretiosissima Sanctorum pignora, quæ nulla auri vel argenti copia digne valeret comparari, pia importunate postulata mereremur accipere. Quæ condigna veneratione et honorificentia loco nostro illata, diversis miraculorum signis divina glorificavit dignatio: ut liquido clareret cunctis, ejus meriti, ejusque magnificentie sit eorum spiritus in calis.

3 In his omnibus agnitione nostra, totiusque rei nostræ summa, vobis sufficienter patefacta, Pater reverendissime, Sanctitatem vestram ad congratulandum nobis invitamus, cum omni caritatis devotione, affectu deprecatorio verbis utentes Psalmistæ: Magnificate Dominum mecum, et exaltate nomen ejus in idipsum. Hanc autem vestræ magnificationis seriem exigimus, ut, sicut beati Patris nostri Modoaldi nobilem prosapiam vitamque laudabilem luculento stylo digressistis, ita quoque translationis ejus schedulam, ingenii vestri scalpello elimatam, per cavernas pi cordis vestri traditeatis, quæ impo-

D
AUCT. STE
PHAN. AB.
EX MSS.
pro scripta
S. Modoaldi
Vita gratias
agentes Ste-
phano Ab.

ei bene pre-
cantur.
E

ei offerunt hunc
libellum

I

Psalm. 3:

melliori stylo
elmandum.

Tietmarus
et monachi
sui

2 Cor 3

SI B TIET-
MARI AB.
EX MSS.

A litum quippiam vel admittere vel emittere nullatenus consuevere. In hoc igitur fraternæ caritatis intuitu desiderio nostro satisfacite : ut sacrificiam præteriti operis, quod Christo per nos obtulistis, jam holocaustum fiat ; et hostiæ medullatæ caudam medullatam, id est, boni operis perfectionem, auctoritate piæ devotionis vestræ roboratam, a nobis deo omnipotenti Deo per omnia placabilem exhibeamus, gratanterque susceptam hoc ordine recitandam teneamus.

CAPUT I.

Cænobium Helmwardeshusen constructum : ad illud translatum brachium S. Auctoris Archiepiscopi Trevirensis. Miracula ibi facta.

Est oppidum in provincia Saxoniam, ex nomine primi sui ruris incolæ *a* Helmwardeshusen dictum, quod per prisecam traditionem hereditario jure cecidit in gloriosi Comitis Eckihardi ejusque nobilissimæ conjugis Mathildæ propriam possessionem. Hi nataliam linea et seculari dignitate clari, sed morum probitate præcipui, in id infortunii lamentabiliter incidere, ut excepto uno filio, trina ætate defuncto, totius sobolis privarentur successione. Quos omnipotens Deus quia fructu ventris attenuavit, religionis fecunditate ditavit ; et quanto minus sollicitabantur in augmento propaginis, eo largius insudabant studio divinæ servitutis. Unde factum est, ut omni consanguineorum postposita posteritate, mundi Salvatorem, et ejus piissimam Genitricem, necnon Apostolorum Principem, heredes totius suæ possessionis efficerent, ac in oppido præfinito cænobium, ordini monachico condecens, ipsorum honori et nomini disponerent. Quapropter idem vir illustis Eckihardus Romam adiens, consilio et auctoritate venerabilis memoriæ *b* Sylvestri Papæ quidquid sui juris possessionum erat, B. Petro Apostolo tradidit, construendique cænobii licentiam et loci libertatem obtinuit. Adeptus est enim Apostolici privilegii sanctione, ut nullus ibi construere vel ordinare præsumat Abbatem, nisi secundum regulam et sanctorum Patrum institutionem canonicè electum : similiter Advocatum, non ex suis natalibus, sed quemcumque Abbas et congregatio exposceret constituendam : res etiam sui juris acquisitas vel acquirendas perpetua libertate possidendas, et ab omni servitute Imperatorum, Regum, vel quorumlibet potentum immunes.

B Hac igitur paterfamilias auctoritate roboratus, atque Apostolica benedictione munitus, prosperoque successu patriæ redditus, decrevit intentionem sui desiderii *c* Ottoni tertio Imperatori patefacere, cum quo fuerat pro sui probitate, proque fidelis servitii multiplicitate, jamdodum nimia devinctus caritate. Sopersunt hodieque in ornamentis ecclesiæ signa, quod idem Princeps huic dilecto suo (qui secum in expeditione Romana fideliter consistens per longam diem pontem Tiberis valide cum suis expugnavit, et contra fortissimum quemdam immani corpore terribilem, et procaci arrogantia majestatem Regiam inhonorantem, viriliter congressus, caput ejus amputatum sibi præsentavit) regalia quædam ornamenta sua, ob insigne nobilis victoriæ, in præmium concessit. Cujus voto cogito admodum congratulatus, concessit ei auctoritate Imperiali, quæcumque vidit Apostolico testamento contineri ; de cænobii videlicet constructione, et loci libertate, de canonica Abbatis electione et Advocati substitutione, de omnimoda sui suorumque servitii immunitate ; dans ei super his Imperialis privilegii chartam, sigilli sui impressione ac propriæ manus signo roboratam.

Ilæ duplici auctoritate pius provisor animatus, D Abbatem, cum paucis Fratribus, suis præfecit omnibus ; atque in Christi nomine fundamenta jaciens, et ad prosperum effectum tendens, opus initiatum maturabat celerius.

6 Sed Dei qua ipse novit providentia disponente, fabrica se nondum dimidiante, uterque constructor imminuta præventus est morte. Ad augmentum quoque lacrymabilis infortunii, utrorumque propinqui, magnæ scilicet potentie viri, funebres illorum exavias, varietate suppellectilis reliquias, plurima ex parte suis usibus vendicaverè ; nonnullas etiam prædiorum curtes invadentes, subtraxerunt ecclesiæ. At rudis ecclesiæ provisor novellus Abbas Haulfus, nullo annisu confidens tantis contraire potestatibus, quoniam nec facultas suppetebat interpellare auctoritatem Apostolicam, sive majestatem Regiam, satius duxit sub silentio moderamine divinam postulari misericordiam. Interea d Menwercus Paterbrunnensis Episcopus, Ottone jam de medio facto, adiens Regem, qui dicebatur Bavenbergensis Henricus ; paternæ pietatis intuitu conquestus est, infra suæ diocesis limites f Fratres pauperulos commanere, Romanæ Sedis ditioni subesse, nisi esse quod non possent supplere, Dei misericordia et Imperatoris egere. Hos, inquit, cum loco, si vestræ complacet Majestati, meæ committere intellæ et provisioni ; procurabo, obtentu gratiæ vestræ et amore Dei, ut proficiant in augmentum divini servitii : adeptoque sub determinata sponione fidei consensu Imperiali, venit ad locum, de disponendis inhabitantium causis ordinare. Considerans quærentium tenuitatem, et monasticæ religionis ordinem sub penuria vigere non posse ; prudentiam usus consilio, deliberavit meliori dispositione utilitati commanentium providere. Intenderat enim in castello sui juris *g* Wartberg nomine cænobium monachorum ædificare ; satiusque duxit, ut compositis utriusque loci copiis, suisque quoad viveret supplementis, hinc illuc omnium fieret translatio : sicque consultius utrorumque res perpetua vigerent stabilitate. Verum huic consilio non annuit divina dispositio : unde Præsul idem, nocturna visione graviuscule communitus, ab intentione sua destitit quantocius.

7 Cujus concessionis et regie permissionis occasione Pontifices Paterbrunnensis ecclesiæ locum hunc continent *h* parochiali tuitione, quieti Fratrum commanentium molestiæ nil inferentes, Abbatibus sibi regulariter electis virgam pastoralem seu consecrationem canonicè largientes, a nemine sui juris quidquam servitii exigentes, sed in omni causa eorum privilegiis Imperialibus pie assentes. Non enim ignorant Apostolico Sylvestri Papæ, sub quo traditio ipsius loci cum omnibus redditibus suis beato Petro facta est, condemnatum esse anathemate, quicumque privilegia ejus canonicam et synodale præsumpserit quoquo modo violare. Sed quoniam nullo proprii juris sollicitabatur debito ad beneficia conferenda ; locus idem per succedentes sibi Episcopos multo tempore, totius supplementi largitate, neglecti est habitus ; excepto quod Abbates sibi substituti, in augendis ecclesiæ redditibus satagebant pro suis quique viribus. Et cum inhabitantes Fratres frequenter angustiaret anxia rerum, tenuitas, tamen nullo modo deservebat in eis amor religionis et regularis sedulitas : sed pauperes spiritu, suam credentes esse regnam cælorum, ibant gradatim de virtute in virtutem. Cum hic fervor filiorum Dei longe lateque opinionem sui dilaret ; plures Christi fideles, illorum accensi et animati exemplo, res hujus ecclesiæ suis cœperunt redditibus dilataro. Multi quoque æmulantes charismata meliora, modicum videri censebant, si tantummodo rebus suis renuntiarent

Mortuo Ek-
hardo bo-
nisque im-
minutis,

d
S. Menwer-
cus locum
impetrat,

f
E
qui frustra
conatus mo-
nuchos
transfere
alio

g
h
i
eos sub tu-
tione suc-
cessorum
suorum re-
linquit

j
in magna
paupertate,
quæ paulatim
sublevata,

a
Comes Ekki-
hardus carens
posteritate

b
c
ædificando a
se monaste-
rio petit a
Sylvestro
2 privilegia,

c
quæ Otto 3
confirmat.

A nuntiarent: et præcepto instructi evangelico, credebant se non esse dignos Deo, nisi renuntiantes sibi metipsis, sub regula monachili circumferrent corpore suo semper mortificationem Crucis Christi.

*Tietmarus
Ab. 6 desiderans
obtinere
corpus ali-
cujus sancti,*

8 Interea Tietmarus, sextus hujus cœnolii a Deo electus Abbas, multa prædecessorum suorum animatus industria, nihil patiebatur remissi ad suppleta ecclesiæ negotia, vetustate et incuria pene semirutata; restaurabat ædificia, et, quod omnium Creatori acceptius noverat, ad lucrandas Deo animas, totum se superimpendebat. Cui cum plura cederent pro voto, inspirantes sibi magni consilii Angelo, cœpit majore suspirare desiderio, ut corpus alicujus Martyris vel Confessoris sibi largiri dignaretur divina miseratio, cujus se suaque omnia committeret speciali patrocinio. Pia etiam consideratione perpendebat se suosque ad hoc non sufficere, ut multiplicibus religiosorum votis condigna rependerent beneficia, nisi Deus sua subveniret gratia per Sanctorum suorum suffragia. Quod ad obtinendum, quia credebatur majus esse suis viribus, consilio cum spiritualibus communicato Fratribus deliberavit hoc a Deo quaerendum vigiliis et orationibus. Fratres igitur pio Patris sui studio gaudentes, et aures Omnipotentis crebris supplicationibus pulsantes, obsecrabant ut tam devotum pii pectoris desiderium ad dignum proveheret exitum. Quid multa? Dominus Jesus, qui dixit in Evangelio: Si duo ex vobis consenserint de omni re, quam petierint, fiet illis; ostendit se interesse suorum fidelium unanimi, et consilium ipsorum prospero mancipavit effectui.

Matt 18, 19

9 Summa consilii a Deo directi hoc sumpsit initium, ut super hoc negotio interpellarent aures et cor *i* Brunonis, Archiepiscopi sanctæ Ecclesiæ Treverorum, quæ privilegio sui principatur omnibus Ecclesiis Galliarum, eo quod fundata a B. Petro Apostolo, sit ordine prima et dignitate præcipua, multorumque Sanctorum corporibus gloriosa. Deinde visum est utile arcanum hujus negotii Paterbrunnensi *k* Episcopo patefacere, cujus dioceseos clauduntur limite, ut ejus roborati consilio, licentia, et auctoritate, cum suis litteris ejus quoque epistolas deprecatorias dirigerent, præ totius Episcopii profectu et honore. Nec erat difficile id apud Episcopum obtinere fideles ejus, quibus jam dudum religionis amore et plenæ fraternitatis communionem conjunctus, speciali fuerat caritate devinctus. Abbas igitur cuncta sua moderans consulte, præmissis atque dispositis suis suorumque orationibus, utpote tantæ viæ tantique negotii comitibus, unum ex comunitonibus suis monachum, cum epistolis Pontificalibus suisque ac totius Paterbrunnensis Ecclesiæ, direxit ad flectendam clementiam Treberensis Archiepiscopi, sic ut [annueret] effectum hujus spiritualis negotii. Susceptis igitur et perlectis epistolis, Pontifex venerabilis expavit primum novitatem tam inusitati tamque terribilis negotii. Accersitis quoque et consultis Prioribus Ecclesiæ, nihil ab eis retulit certi, utpote exterritis et mirantibus quemquam mortalium audere mente concipere, nedum opere attentare, magnitudinem tam horrendæ atque inauditæ rei. Quapropter pius Præsul acceptis induciis rursus distulit, septemque diebus emensis denuo monitus, denuo consultis Fratribus nihil effectus reperit, rursusque responsa dilacione protelavit.

*ayit apud
Brunonem
Treverensem:*

10 Post hæc decem et eo amplius interjectis diebus Frater legatus, adjunctis tam religiosis monachis quam Clericis fidelibus, quos ordinum et servitii futuri beneficiis sibi asciverat, rursus Pontificem adiit; et clementi importunitate, quanta uti ausus est, interpellavit; dilacionem responsionis ejus suæ imputans negligentiam et insipientiam, nullumque quamvis despicabilem et abjectum legatum

Maji T. III

protestans esse repudiandum. Præterea Antistitis sui nobilitatem et ordinis dignitatem, necnon Abbatis venerandam sanctitatem proposuit; non contemnendas esse personas tantæ dignitatis tantæque auctoritatis, decere dignitatem Pontificalem honori suo convenientia responsa reddere supplicantibus. Hujuscemodi oratione flexus piissimus Pontifex hilari vultu dulciflua usus est excusatione, dicens se in dilacione responsi, nec propter stultitiam, utpote quæ nulla esset legati personam respuisse, nec aliquo contemptu dignitatem Episcopi sive Abbatis inhonorasse: timoris anxietate vallatum esse; tanti negotii, quod petebatur, ministerium expavisse; *l* Herimannum Episcopum Metensem a sepulcro S. Clementis, primi ejusdem urbis Episcopi, quem transferebat, vix manibus deductum die tertia obisse; se peccatorem, se indignum vitæ suæ periculum formidare; Sanctum *m* [Leguntium] qui petebatur, ante complures annos attentatum loco suo nec moveri potuisse; cespitem super eum, ut putabatur, pridie effossum, postero mane integrum et sanum reperisse, se suo suorumque consilio, quod non inveniebat super hac re, nil definire audere, et ob hoc productioris temporis inducias habere velle. His peroratis Legato litteras excusatorias deferendas tradidit, et paria Abbati viva voce referenda mandavit; non desperare de misericordia Dei; sed magis in hoc voluntatem Dei continuis precibus promereri monuit, et a se valedicens dimisit.

11 Qui sic dimissus angustiari nimium cœpit et tædere, seque tanti itineris fatigationem frustra consumpsisse dolere, multumque laborem peccatis suis cassatum, reputans se indignum, se immeritum, cujus ministerio tale tantumque negotium Omnipotens effectum ire dignaretur. At Pater omnipotens hujus dolori condescendens, et solitæ pietatis aures Fratrum suorum precibus accommodans, spe sua noluit eos frustrare, sed misericorditer et mirabiliter eis dignas et insperatas contulit Sanctorum Reliquias:

EX SACRARIO B. PETRI:

De baculo ejus:
Rasuram clavi Domini panoiculo involutam:
De sandaliis S. Andreae Apostoli.

*alia quædam
et brachium
S. Auctoris
accipit:
F*

EX SACRARIO B. EUCHARII.

De corpore B. *n* Celsi Episcopi.

n

EX SACRARIO B. MAXIMINI.

De pallio et stola *o* ejus:
Brachium S. *p* Auctoris Treverorum Archiepiscopi, magnæ sanctitatis viri.

o

p

12 His missus præfatus nimium animatus, et quasi de profunda mæroris et angustiarum voragine relevatus, reduces acceleravit gressus: qui post longa terrarum spatia dimensa, tandem voti cespitis attingit confinia. Et quia diei sabati hora jam præterierat undecima, ratum duxit ejusdem fidelis viri clientis Ecclesiæ petere hospitia: directisque litteris ad claustrum, Abbati suo et Fratribus intimavit, quanta secum, de collato brachio B. Auctoris Archiepiscopi, Divina operata sit clementia. Unde cunctis Fratribus admodum exhilaratis; Abbas, accenso cum thymiamate et luminaribus, ad salutandas sacrosanctas Reliquias proficiscitur; deputatisque Fratribus ad celebrandas tanto Pontifici vigiliis domum revertitur. Deinde

quibus magna cum solennitate translatis.

SUB TIET-
MARO AB-
EX MSS.

A postquam illuxit crastina dies felix per secula, Fratres feliciores futuri tanti Patris presentia, dispositis populorum catervis invicem se cohortantur, ad suscipienda cum spiritualis apparatus gloria summi Sacerdotis pignora. Bajulis vero nondum digressis ab hospitii liminibus, scholares pueri procedentes cum vexillis et crucibus, deducunt Sanctos, cum letaniis et hymnis spiritualibus, jam tunc glorificante Deo Sancti sui meritum, inchoatis laudibus ex ore infantium. Deinde in itineris medio procedunt in vestibus albis Clerici cum populo, nonnullas Sanctorum reliquias gestantes in feretro, totaque corpore prostrati juvenes et virgines cum junioribus laudabant nomen Domini. Sicque procedentes ad vici medium, ecce conspiciuntur militiæ celestis apparatus, agmina palliata monachorum, qui solotenus incurvati prima devoti cordis holocantomata tanto libant Pontifici; læta videlicet suspiria gemituum cum dulcibus rivalis lacrymarum, quos nimii gaudii extorquebat affectus, ex intimis eorum visceribus. Hinc laudibus impositis cum solenni tripudio procedentes, templi recipiuntur gremio, non minus populorum turmis, circumquaque concinnentibus, et diversæ ætatis confusa voce concrepantibus, ut jam in his Prophetæ compleretur vaticinium, Omnis spiritus laudet Dominum.

ad ecclesiam
monasterii:

Psalm. 150

B 13 Tanta igitur veneratione B. Auctoris Archiepiscopi ceterorumque, quos prælibavimus, susceptæ Reliquiæ, sacrario templi sunt reconditæ anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo quinto, indictione decima tertia, pridie Idus Maji, die 7 Dominico, hora diei tertia, qua sanctus Spiritus quondam discipulorum replevit corda. Suscepto itaque venerabiliter et decenti honorificentia locato brachio B. Auctoris, Treberorum Archiepiscopi, in sacrario Principis Apostolorum, quod est Helmwardesbusen, quod largitatis divinæ dignatio mirabiliter et insperato ad ipsum direxit locum; diu noluit Deus occultari quanti esset meriti apud eum, sed declaravit in mortuo membro corporis, quid ejus sancta anima posset in cælis. Mulier namque vidua pauper alimoniis Ecclesiæ nutriebatur, quæ continui languoris laborabat incommodo. Hæc subita paralyti percussa, omnium membrorum dissolutionem tam valide incurrit, ut se nullo modo in latus alterum sine ministrantis adminiculo convertere valeret: quin etiam ad augmentum miseræ pollicem sinistræ manus in volam recurvam quatuor digitorum continua stringebat reflexio, ipsumque brachium tanta dissolverat ariditas, ut penitus insensibile quasi lignum gestaret a collo dependens. Quæ sanctarum Reliquiarum adventu comperto, divina visitatione medullitus tacta, subito ad solum erigitur; tunicaque postulata vestitur, et partim humeris suæ procuratricis subvecta, partim baculo sustentata, se obviam sanctorum tulit, fidenter asserens ejus se virtute ab assiduitate lectuli relevatam, sequæ beneficiis ipsius Sancti salvandam. Deinde brachio Sancti debilitatis ejus locis contrectatis atque signatis, mox mirum in modum os torridum arentibus venis pristini vigorem humoris infudit, membrumque inortuum artus præmortuos vitalis spiritus officio animavit.

cui brachium
exaruerat,

contractus
tota corpore,

votis annuere, ut indultis ad usus necessarios viribus, consuesceret non otiose fruges consumere, sed sedulo frugibus augendis operam dare. Mulier quædam præfati loci repentina aurium surditate percussit, et in somnis commonetur, ut pro auditu recuperatione B. Auctori suas in aures deberet offerre. Quæ facto mane jussis parere accelerat, oblatisque in auribus sana domum repedit, sequæ solito inclamantibus non sine irrisoria increpatione, clare se audire pronuntiat. In possessione ecclesiæ, Muthen dicta, juvenis quidam Susaliensis, mane quodam solito nitens surgere, tanta subito correptus est infirmitate, ut oculis miserabiliter patentibus, oris hiatu terribili terrorem aspicientibus incenteret cum dolore. Mox ad monasterium currit, Sancti brachium defertur, æger ex eo cum fide benedicitur, pristinaeque sospitati redditur. Hujus Frater bajulos sanctarum Reliquiarum hospitio susceperat, quibus et benigne ministraverat: cujus ædificia posthæc ab hostibus succensa et penitus sunt conflagrata, solo granario ejus incendium evadente, in quo B. Auctoris pernoctaverant Reliquiæ.

15 In vico qui Heyson dicitur, quædam mulier multa cum difficultate pariens, tanto cibi somnique fastidio corripitur, ut neutro uti commode prævalens per dies pene ad extrema perduceretur. Quæ suggerentibus amicis communita, quanta Deus per S. Auctorem operaretur miracula, votum fideliter vovit, statimque somno indulsit: hinc lente expurgens, cibo postulato reficitur, tædiumque in naturalem delectationem commutans, periculo mortis exiit. In eadem villa mulier quædam, dolore capitis ingravescente, utriusque auris officium penitus amisit. Quæ auditu vacua, sed fide plena, voto B. Auctori facto monasterium petiit: ubi tam celerrime tamque perfecte convaluit, ut quæ sonum quantumcumque sentire non poterat, deinceps tenuissimi susurri sibilum plenissime hauserit. In prædicto vico puer parvulus miserabilis languoris morbo ægrotabat: interdum enim quasi exanimis procumbens, singultus varios emittebat; interdum quasi sanus incedebat; interdum vero voce penitus intercedente, apertis oculis et hianti ore, nullius halitus spiramen traherat. Cujus parentes, inter continui doloris anxietatem nomine B. Auctoris comperto, votoque reddito, tam plenissima filii sui sunt valetudine exhilarati, ut cujus solam mortem prius præ nimietate tædii desiderabant, ejus vitam paterna dulcedine amplecterentur et foverent.

16 In oppido Monasterii, piscatoris cujusdam filia parvula inflatione miserabili ventris translocidi gravabatur, ceterisque membris cum facie inedia et pallore squallentibus, oculorum rotatu moribundo, pene omnem vitalis spei certitudinem infelicibus parentibus ademerat. Qui nomen ignorantis Sancti, ex adventu brachii personam ignotam inclamant: vota vovent, ut ejus ope misellula filia, si sit possibile, melioretur; sin autem, finem tantis imponens cruciatibus, viam universæ carnis ingrediatur. Illis peroratis umbilicus puellæ mirabiliter rumpitur; nimioque impetu effluente sanie, vigor vitalis reparatur: quia pondus mortiferum evacuatur. Hoc viso parentes immensis laudibus virtutis hujus ministrum extulere, animoque alacriori et filiam recepere, et tædii fatigationem amiserunt. In villula ecclesiæ, Windelesheim dicta, infantula vix biennis assidua quatiebatur ægritudine, adeo ut lactis victualia penitus spernens, noctes diesque insomnes duceret, et interdum moribunda specie, articulis obrigescentibus doloris assiduitate, languida matris viscera cruciaret. Quæ tandem fide plena spem adipiscendæ salutis ejus concipiens, monasterii cum eadem petiit limina, S.

Auctoris

D

surda,

juvenis tur-
piter hians,

puerpera fa-
stidio cibi
deficiens,
E

alia surda,

miserabilis
languore
correptus,

F

passu ventris
inflationem

umbilico
rupto sanan-
tur:

infantula ægra curatur :
A Auctoris efflagitando suffragia : ædituoque consulto, ægra Sancti brachio benedicitur, moxque resumpto spiritu matris petit ubera, lactatur et dormit, domumque refertur sana.

pannus furto ablatu recuperatur,

17 In contubernio monasterii mulier quædam, mente et habitu speciem prætendens religionis, manebat : quæ ab ædituo pannum optimum lavandum susceperat, quem furto sublatum perdidit. Quo comperto mox monasterium ingreditur, B. Auctori conqueritur, filumque argenteum pro voto spondet. Inde exiens protinus indicia furti deprehendit, personamque suspicabilem conveniens, culpam reperit; exactione facta, quod perdiderat recepit; sanctoque provisorio grates cum voto reddidit. Vir quidam de pago Westphalorum, capitis dolore vehementi lumine orbatus est oculorum; tibiaque ejus altera, cancri correpta ulcere, gradiendi penitus amisit officium. Is in una noctium B. Auctoris fideliter invocato nomine, miserationis ejus insensibili curatus est medicamine: veniensque ad cœnobium filium obtulit argenteum, cum gratiarum actione, quod pro suæ salutis voverat recuperationem. Hæc et his similia miraculorum signa omnipotens Deus idcirco fieri disponit per sancti Confessoris sui merita, ut liquido declaret, quantum remedii animabus in æternum victuris obtinere prævalet in cælis cum Christo feliciter vivens ejus anima; cum corporibus n. orituris, ejus os mortuum, tot præstare possit beneficia.

ANNOTATA.

a Helmwardenhuisen vulgo et contractius Helmershausen, est oppidum modo Hassiæ, ad Dimelam fluvium prope Visurgim, in confinio ditium Brunswicensis et Paderbornensis.

b Silvester sedit ab anno 999 usque ad 1003.

c Otto 3 imperavit ab an. 989 ad an. 1002.

d S. Menwercus seu Meynwercus sedit ab anno 1009 usque ad annum 1036, et diem 5 Junii quo colitur.

e Hic est S. Henricus, Ottonis 3 successor, qui vixit usque ad an. 1024.

cæcus et claudus sanatur.
C f S. Meinwercus anno 1010 post Pentecosten Helmwardeshuisen venit, et monasterium quod Ekkehardus Comes in proprietate sui fundi construxerat, in honore sanctæ et individuæ Trinitatis, sanctique Salvatoris et victoriosissimæ Crucis, et S. Mariæ semper Virginis et S. Petri Principis Apostolorum et omnium Apostolorum et Sanctorum omnium, Nonis Junii dedicavit. Ita Auctor Vitæ S. Meinwerci num. 21: ost num. 42 ista habet. Anno 1017 quinto Idus Julii ab hereditus Ekkihardi Comitis de Abbatia Helmwardeshusen querela habita, diu multumque inter Principes ventilata, tandem Regno est adjudicata. Et quia nec in facultatibus nec ministerialibus Regno servitio esse potuit, interventu et consultu Episcoporum et Principum, Episcopo Meinwerco suisque successoribus a Paderbornensi Sede Episcopaliter secundum Regulam S. Benedicti regenda et possidenda est collata. Iterum lis suborta de Abbatia Helmwardeshusen, est anno 1024 in Conventu Wartensi sedata, uti num. 91 explicatur.

g Wartberg seu Warburg oppidum ad Dimelam fluvium. 20 circiter millibus passuum ab Helmwardeshuisen distans, olim Comitatu illustre. Optavit id frustra obtinere S. Meinwercus a Dudichone Comite anno 1010, ut num. 18 et 19 Vitæ ejus dicitur. Verum illo anno 1021 mortuo, illud accepisse ibidem traditur num. 71 et 72.

h S. Meinwercus ibi de monachis suæ civitatis constituit Abbatem Winonem, quem anno 1031 Hierosolymam direxit, ut dicitur num. 120.

i Bruno creatur Archiepiscopus an. 1103 moritur anno 1124.

k Hic est Henricus ex Comite de Werle, olim a Waldeck, electus anno 1084, mortuus an. 1126.

l Hermannus factus Episcopus an. 1073, mortuus an. 1090 die 4 Maji: ab hoc autem translatio S. Clementis 2 Maji facta indicatur in MS. Florario et ab aliis, colitur hic præcipue 23 Maji.

m Nomen hoc exciderat e contextu, sed ipsum hic reponendum persuasit, quod infra eum a se nominatim petitum dicit Tietmarus: est igitur hic non parum quo angeatur Commentariolus editus de S. Legontio 19 Februarii, quo colitur.

n Corpus S. Celsi Ep Trevirensis inventum fuit anno 970, uti late deduximus 23 Februarii.

o Acta S. Maximini damus 29 Maji.

p Colitur S. Auctor, 20 Augusti, ad quem diem sequentia miracula transferri possent, nisi præstaret totam hanc relationem simul proferri. Vixit S. Auctor Episcopus ab anno 409 ad 427.

q Fuit hæc Dominica Rogationum ante Ascensionem Domini, seu quinta post Pascha, quod littero Dominicali A celebratum fuit die 9 Aprilis: atque hinc correxi errorem qui in numerum Indictionis irrepserat, quasi ea fuisset XII cum fuerit XIII: Correctio autem probatur ex finali clausula ubi acta 12 Maji 1107 signantur Indictione xv.

r Vereor ut recte hic scripta locorum nomina quia talia nusquam circa Helmershausen inveniuntur notata: pro Susalia autem occurrit Uslaria in Brunswicensi Ducatu intervallo leucarum 2; pro Heysen, reperio Hemsen in Paderborn. Episcopatu ad leucas 4.

CAPUT II.

Laboratum ad obtinendum et effodiendum Corpus S. Legontii, Episcopi Trevirensis, sed irrito conatu.

ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MILLESIMO CENTESIMO SEXTO, INDICIONE DECIMA QUARTA, CONDICTA EST a Synodus in partibus Italiæ a venerabili b Paschale Romanæ Sedis Præsule, agenda de statu et de diversis utilitatibus Catholicæ Ecclesiæ, atque concordia Regni et Sacerdotii, quorum dissidentia multo convaluerat tempore, non sine periculo multorum corporis et animæ: ad quam invitati confluebant ex diversis partibus orbis Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, et cum Catholicis monachis religiosi Clerici, regnorumque Proceres seculares, et diversarum potestatum administratorii, cum clientibus et innumera manu populi. Unde contigit Tietmarum Helmwardicensem, per duos Legatos Apostolici nominatum vocatum, comitante monacho suo cum ceteris agere iter; et insperato Treberorum Archiepiscopo, cum aliis legatis Romanorum Regis, in civitate Basilea obviare. Quem conveniens, et ab eo decensissime susceptus, commonuit legationis suæ sui que Episcopi, eidem ferme ante duos annos per præsentem monachum suum transmissis, pro exorando et obtinendo corpore c B. Legontii, Archiepiscopi Sedis suæ, videlicet Treberensis Ecclesiæ. Replica bat etiam eadem, quæ tunc scripto mandaverat, nunc quoque viva voce humilique suggestionem; necessitatem et causam devotionemque tam spiritualis desiderii sui, intensionem et studium sui suorumque servitii, ornatum in varia operositate picturæ diversæque suppellectilis, sui monasterii præstolationem diutinam, et ob hoc desideria monachorum Clericorumque ac promiscui sexus et ætatis populi. decere dignitatem Episcopalem id efficere, ne tot tantique filii Ecclesiæ suæ frustrarentur expectatione.

D
SUB TIETMARO
AB. EX MSS.

E

a
b
Anno 1106

F

Tietmarus ad
Guastallensem
synodum proficiscens,

c
petit ab Archiep. Trevirensi Corpus S. Legontii,

A 19 Additi sunt huic petitioni vir venerabilis Herimannus Comes, necnon religiosi Clerici *d* Reinhardus, postea Halverstadensis Episcopus, *e* Adelgozus sequenti anno Parthenopolitanus Archiepiscopus factus, ceterique legati Regis et ejus viæ comites, eadem protestantes, eademque sæpius ingeminantes; nec posse Sanctum quempiam alicubi decentius honorabilibusque concedi seu locari, sub obtentu amplioris divini servitii, confirmantes. In loca etiam habitæ Synodi sollicitatur assensu et consilio Archiepiscopi Saltzburgensis *f* Conrardi, religione, nobilitate et sapientia præditi; et ante triduum ab ipso Apostolico ordinati; dicentis eum in hoc consulte agere, seque dignum ducere ratumque sentire, si ob incrementum honoris et gloriæ, ob augmentum servitii venerationis et reverentiæ Sanctorum, de loco ad locum transferantur et destinentur Reliquiæ. Simili etiam movetur assensu et consilio a suis Clericis religiosis et sapientibus, et nonnullis laicis fidelibus, secum in navi a Papia usque Placentiam in flumine Pado proficiscentibus; sæpeque non esse necesse formidare divinam animadversionem seu Sanctorum offensam ob hoc incurere protestaantibus, si devotioni et necessitati fidelium consuleret in largiendis eis, quibus abundaret, Sanctorum corporibus. Hæc omnia Præsul reverendissimus in trutina cordis sui librans, et subtili consilio secum pertractans, vimque verborum et in his veritatem considerans, monet omnem hujus negotii causam Deo committendam, ejusque voluntatem et dispositionem omnimodis implorandam, spondetque se Abbati cum caritate respensurum, si vita comite revertatur in patriam. Deinde se ipsias Abbatis suorumque commendans orationibus, cum omni humilitate, spemque se adeundi seque proculdubio movendi promittens fidentissimam, datis oculis dimisit in pace.

20 Abbas igitur his pro quibus Synodum adierat ordinatis, necnon gratia et benedictione Apostolicis munitus, et de promissione Archiepiscopi certus, in patriam redit lætissimus; omnia quæ visa, quæ dicta, quæque audita fuerant suis annuatians Fratribus: cum quibus etiam diu intermissi desiderii negotium denuo cœpit ventilare, necnon eventum Archiepiscopi, ac ceterorum ejus comitum, in sua postulatione, assensu et consultu concordantium, insinuare. Beati quoque Auctoris insperatum adventum, ejusque signis attestantibus meritum cœpit replicare; et in his viscera divinæ pietatis, sibi suoque loco ac suis omaibus impensa, considerare. Quapropter, ait, cum omaipotens Deus tanta largitatis suæ beneficia nobis indignis ministret; omnium nostrum indefessa solertia continuis orationibus, vigiliis, necnon jejuniis apud ejus misericordiam obtineat, ut quod in nobis cœpit bonum, a templo sancto suo, quod est in Hierusalem cœlesti, confirmet atque perficiat; nostrumque negotium erga desiderium B. Legontii compleat, et viam nostram præcedente et comitante gratia sua ad id peragendum prospere solita pietate dirigat. Hujusmodi exhortatione suos omnes promptos atque unanimes reddidit, ipseque in capite quasi bonus signifer, ut eo liberius ad imitandum se reliquos animaret, spiritualibus exercitiis supra vires suas institit; sicut sapientissimus Senece optimos bellatorum magistros instruens ait: Participatus cum duce labor, persuadetur militibus minor.

21 Deinde mensibus fere tribus, orationibus et lacrymis publice privatimque multiplicatis, viii Kalend. Aprilis, indicto communiter triduo jejunio cum Missarum supplicationibus, et prius Fratrum benedictione suscepta, proficiscitur cum duobus monachis, prosperoque itinere, quinta feria quæ

præcedebat Dominicam Palmarum, mœnia suspicantur Treberensis urbis: statimque toto corpore solo prostratus, cum omni reverentia Sanctos parentes pro commissis exorat excessibus; atque sibi viæ prosperitatem, et sui desiderii effectum concedere dignentur, lacrymosis interpellat precibus. Utque devotius eorum implorare queat suffragia, cum spiritualibus exercet nudipedalia, atque confragosos scopulos, et itineris anomalos anfractus, magis, ut ita dicam, reptans, quam incedens, nos sine terroris multique sudoris angustia circuibat per longa duo milliaria: transmissoque Mosellæ alveo per pontem inclitum, B. Petri Principis Apostolorum, qui ibi præcipua colitur [devotione], petiit oratorii domum: postque suorum recordationem peccatorum, cum omni cordis contritione, ipsius implorat suffragium. Imploratis etiam in hanc modum præsentium inibi Sanctorum auxiliis, sepulcrum petiit *g* B. Simeonis: eoque exorato super negotio suo et desiderio, apud S. Maximinum proficiscitur, illic suscipiendus hospitio, quod poposcerat paulo ante præmisso legato.

22 Cujus adventu comperto, venerabilis Abbas *h* Berrengozus nomine, ejusque Præpositus Arnulphus dignæ memoriæ, cum omni veneratione susceperant eum; et adjuncta Fratrum comamni congregatione, dataque consuetudinaria benedictione, ministrabant ei in quantum voluntas suppetebat pro tempore. Deinde sabbatho quod præcedebat Dominicam Palmarum, admissus coram Archiepiscopo, honorificentissime suscipitur, ejusque negotium cum Primatibus totius Episcopii, postera die convenire debentibus, tractandum pie procrastinatur. Illucescente demum die Dominico, hora prima, congregatis ad benedictionem Palmarum omnium congregationum Prioribus, Archiepiscopo pronuntiante, causa intimatur. Res, velut inaudita et inusitata, primum ab omnibus expavescitur: seque invicem respicientibus, et, quid responderent, hæsitantibus, admirationi omnium habetur.

23 At Archidiaconus, vir totius honestatis et religionis Godefridus, idemque Decanus S. Petri, cujus erat officii prima responsa reddere, solvit silentium sic emissa voce: Intelleximus, inquit, et incunctanter comperimus, Abbatem presentem, virum venerabilem, magna quidem, sed justa, et (ut remur) Deo placita, omnique mundo profutura postulare; et ad impetrandum se suosque jejuniis et orationibus, vigiliis ac elemosynis aptasse, quæ digna et utilia talique negotio necessaria probantur existere: nec dignum ducimus tam spirituali desiderio et divinæ dispositioni si est, penitus contradicere. Præsertim cum multo jam tempore, nunc per litteras et legatos, nunc per semetipsum ad hoc obtinendum constet eum elaborasse. Verum nos ad hæc contrectanda et exponenda omnino indigni, quoniam tam sancto ministerio interesse sumus omnimodis imparati, restat ut nobis iaducis concessis conscientie nostræ scrutemur secreta, idcircoque communiter triduo jejunio ad Deum in cœlis corda nostra levantur cum manibus, ut in hac piæ devotionis actione illis quodammodo pares, fieri satagamus, qui nequimus per omnia. Hæc quidem fecisse jam debueramus, sed ignorantia tam, subitæ tamque insperatæ rei non prævideramus. Ad hæc exequendâ nos summa cogit necessitas: quæ si intermittamus, et ultro nos illicitis ingeramus, grandis videtur temeritas; ne dum aliorum saluti inconsulte coamur providere, Sanctorum incurramus offensam, et æquissimi judicis Dei offendamus gratiam. Abbas interim, susceptis caritatis gratia aliquorum Sanctorum pignoribus, in sua cum comitibus suis se recipiat, nobisque post hæc commode ad

SUB TIET-
MARO AB.
EX MSS.
d
e
intercedenti-
bus pro co-
variis aliis,

spe bona lac-
tatur.

Reversus ad
monasterium

excitatis ad
pia exercitia
monachis,

25 Martii
anni 1107
Trevirim pro-
cedit,

D

E

exceptus ab
Abbate S.
Maximini,

et Archiepi-
scopo Trevi-
rensi;

quo rem in
conventu pro-
ponente,

et Archidiacono
probatante
sed ob jeju-
nium præmit-
tendum differ-
ri suadente,
l²

A ad respondendum suoque desiderio satisfaciendum paratis redeat, aut certe idoneos et spirituales nuntios, qui vicem ejus suppleant, mittat.

*moram de-
precat,*

24 His auditis, Abbas cum suis mente nimium consternati, et quasi emissis sagittis præcordialiter vulnerati, primo obriguerunt; moxque recollecto spiritu, constanter Archiepiscopo cunctoque cœtui responderunt. Pater reverendissime, perpendat excellentia nobilitatis vestræ labores et angustias exiguitatis nostræ, sumptus quos impendimus veniendo et hic manendo supra vires facultatis nostræ, intercapedinem prolixioris viæ, nec quemquam nisi in diebus pacis uspiam progredi audere: quodque nos potissimum coarctat, incertitudinem vitæ nostræ et vestræ: nec velitis, quod Sacerdotii vestri diebus Omnipotens per vos disposuit agendum, in alterum differre: præsertim cum hortetur Apostolos nos, Dum tempus habemus operari bonum ad omnes. Siquidem de jejniis et elemosynis, vigiliis et orationibus agitur, nec nisi præmissis his negotium nostrum ad præsens valet terminari; restant septem dies proximi ad id exequendum, excellentiores et aptiores tempore totius anni: in quibus ad hæc exercitia quicumque non valet commoveri, aut vix aut nullo modo provocabitur in omni decursu temporis æstivi. Nec enim Omnipotens coacti jejunii seu invitæ orationis diuturnitate pascitur, qui magis pio voluntatis bonæ studio in brevi tempore delectatur. Disponat ergo pietas vestra, quidquid super hoc agendum est, exerceri in his diebus salutis, et in hoc acceptabili tempore, nosque finem illorum præstolabimur promptissime: ut qui cœpinus impensas erogare, non duobus sed uno expendamus tempore: nec enim aliud tempus aptius vel decentius est, quam his sanctis diebus sancta tractari: et religiosi viri, qui jam Deo vixerunt non sibi, per hanc Quadragesimæ observationem purificati, devotius quam alio tempore, hoc omne quod postulamus et indigemus, prævalent exequi.

Galat. 6, 10

*et ostendit
sufficere
præsens je-
junium.*

B

25 His consequenter peroratis, et longo silentio communem consensum prodentibus cunctis, Dominus Archiepiscopus, præsentem i Abbate Prumiensi, et in omnibus consultum et consensum Abbatis negotio præbente, qui ad visitanda sacra loca casu venerat tunc temporis, silentium omnium hujusmodi solvit verbis: Justis executionibus fidem præbere non est peccare: itaque quoniam ego ex præcepto regali ad comitatum cogor proficisci, nec vacat nunc definire sententiam hujus negotii, crastino huc omnes conveniatis, mea vice prima hora diei super hac re tractaturi, finemque deliberaturi: sciatisque consensum meum in hoc esse, ut dispositio Dei Sanctorumque horum fiat in Abbatis voluntate. Quod si forsitan B. Legontius, pro quo res agitur, eventu sibi, ut audivimus olim, consuetudinario inveniri non valeat, nec velit omnino, non est a nobis culpanda seu judicanda hæc occulta Dei dispositio. Vos autem virum tantæ auctoritatis nullo modo vacuum aut tristem redire patiamini, sed ei Patronum sanctum et probatum procuretis ex sarcario B. Paulini.

i
*Differitur in
proximum
diem def-
nitio,*

C

26 His dictis et benedictione ramis Palmarum imposita, necnon processione, quæ sub cælo nusquam hac die decentius et honorificentius agitur disposita, post longos circuitus ordinem sui sermonis ad populum exorsus est in basilica B. Maximini Confessoris: digestisque convenienter nonnullis ad tantæ diei mysterium pertinentibus, jam determinato sermone sic intulit coram omnibus: Venit, inquit, ad nos servus Dei fidelis quidam Abbas de Saxonia, Sanctorum expetens patrocinia, sibi que donari deposcens unius nominati sancti Præsulis, et Domini quondam nostri pignora, cui satis condecens aptavit

*et requisito
populi con-
sensu*

monasterium, et cetera ejus honori divinoque famulatum congruentia: Quæ quoniam magna sunt, et supra vires meas; nec valeo solus tanti negotii pondus attentare, vobis omnibus notifico, qui filii estis Ecclesiæ nostræ, et quorum consultu omnia mea divina et humana consuevi disponere; protestans in hoc divinæ dispositioni vestroque consensui voluntatem meam concordare, si placet ipsi Sancto se transferendum illi manifestare. Illis vero æquanimiter et benigne respondentibus, et voluntatem Dei fieri super hoc imprecantibus, Dominus Archiepiscopus, ab Abbate sua suorumque societate et fraternitate sibi suisque omnibus percepta et illi sua suarumque congregationum inviolabiliter concessa, sicut petebatur, profectus est ad Curiam, monens postero die præstolari, ex consilio et consensu suorum Primatum, sicut ordinaverat, voluntatem divinam.

D
SUB TIETMARO
AB. EX MSS.

*atque impe-
trato;*

27 Nocte igitur sequente in divinis laudibus consummata, illucescente diei sequentis aurora, Abbas cum suis celebrat Missarum solennia: finitisque orationibus congruis, et tantæ expectationi necessariis, indictoque etiam singulariter sibi suisque triduo jejunio, Principis Apostolorum adiit limina, super hac spe sua ambigua ipsius imploratur suffragia. Statimque convenientibus Episcopis, Abbatibus, Præpositis atque Decanis, et Prioribus ceteris, adjuncto etiam Abbate S. Maximini, qui erat Regiæ ditionis, mediante gratia Dei subito factus est unus omnium consensus, una concordia piæ voluntatis dicentium: Non decere diutius protelare viros tantæ reverentiæ tantæque gravitatis, non debere contradici desiderio negotii spiritualis, magis expediendam esse divinam voluntatem in effectum bonæ actionis. Accersitoque Abbate cum suis monachis, a sensum concordiamque suam fatentur ad hoc usque perductam, ut ejus velint voluntati satisfacere, Sanctumque quem postulabant investigandi copiam concedere, repertusque ut exponatur et transferatur, cum debita tanto Pontifici reverentia et devotione, se communiter interesse velle; monentque non id ulterius differendum, sed esse maturius inchoandum. His peroratis, fraternitatem et societatem, pridie Archiepiscopo concessam et ab eo susceptam, in conventu suo censuerunt iterandam, eamque ad succedendam posteritatis memoriam scripto confirmandam et perpetualiter stabilendam. At Abbas, ad rependendas condignas grates eorum piæ responsioni, cum suis in terram prono curvatur corpore; dataque et suscepta, sicut postulabant, fraternitate orat, ut precum suarum suffragiis ei dignentur astipulare, quatenus is, qui est initium et finis, ejus negotii initium finemque dignetur prosperare.

E
*de communi
Procerum
Trevirensium
sententia*

*datur Ab-
bati licen-
tia optata:*

28 His ita gestis, surgentibus cunctis, k Abbas S. Martini præcedit cum Decano et ædituo S. Paulini, ad insinuandum certius, ut credebant, locum effodiendi diu desiderati thesauri. Quo conspecto Abbas cum suis hospitium repetit, postulatisque sarculis et fossoriis, necnon ferculis huic operi necessariis, et conductis operariis in hoc officio peritis, suos ad conductum locum remisit, ipse cum fidelibus monachis et religiosis Clericis cryptam, SS. l Paulini, Taysri, atque Palmatii sociorumque eorum corporibus repletam, septem Psalmos cantando intravit. Quorum cum suspiriis et lacrymicis ex intimo corde suffragiis imploratis, egreditur ad locum cum letania et Cruce præcedente, aqua benedicta cum odore thymianatis: orationibusque præmissis ipse Abbas, præinctus terram sarculo primus aperuit, pauperibus interim elemosynarum largitione lætificatis. Deinde aliis atque aliis succedentibus, et terram hinc iude viriliter jactantibus, multisque promiscui

k

*qui locum
sibi mon-
stratum*

t

*fodiendi uni-
trum facti,*

SUB TIET-
MARI AB.
EX MSS.

A promiscui sexus et ætatis ad hoc spectaculum confluentibus, atque divinum auxilium illis afflere precabantur; optabant et asserebant plerique non esse diu laborandum, sed quantocius votis cum prosperitate potiendum: quod heu! longa aliter eventus rei monstravit affuturum. Nam per totum diem multo conamine est laboratum, nihilque certi repertum, sed nec sepulcri alicujus apparuit vestigium; omnisque spei eventus differebatur in crastinum. At Clerici juniores laborantibus condolentes, ultro se accingunt operi, et per totam noctem laborant fodiendo, Abbate in vanum usque mane cum suis pernoctante. In noctis vero medio duo quidem sarcophaga aperiebantur, sed in eis nihil certi indicii continebatur, quo designari deberet is qui quærebatur.

sed labore
per diem ac
noctem frustra
continuato,

nec non per
duos sequentes
dies,

B Deinde hymnis matutinalibus expletis, et facto mane redemptibus operariis, aliisque superlocatis, Abbas cum suis ad consueta Sanctorum recurrit suffragia; Missisque celebratis et orationibus superadditis, ad locum rediit, aliqua voti sui comprehendere desiderans indicia. Sed nullo ambigui timoris adhuc reperto levamine, denuo suscepit Deum interpellare: et quoniam, sicut ait Scriptura, desideranti et amanti non sufficit semel quæsisse aut respexisse; rursus venit, ivit, et rediit, et trepidanti pectore curiosis oculis sæpius perlustravit. In hac animi fluctuatione hujus quoque diei ad usque descensum producto labore, Abbas cum suis nimium fatigabatur, animoque et viribus nimium consternabatur: sed quia prudens erat et nimium discretus, adhuc aliquantula recuperandi spe regebatur. Quocirca superum usus consilio, nondum censuit cessandum esse ab incepto, sed in crastino universa loca perscrutanda, in quibus secundum opinionem diversorum investiganda foret aliqua existimatio. Fessis deinde membris modica quiete recreatis, post matutinalem synaxim, postquam crepusculum quartæ ferriæ, libato mysterio nostræ redemptionis, post orationem vel psalmodiam congrui temporis, solito temperius insistitur labori cœpti operis. Animabat enim et incitabat ostensio diversa multorum, se nonnullos febricitantes aliisque incommodis laborantes, in illis et in illis locis, sanitates adeptos esse protestantium; lucernas etiam accensas fidelium manibus, die ac nocte, et non vento et aliqua aura donec consumerentur penitus extinguere valentes, se vidisse asserentium; necnon luminaria intempestæ noctis silentio cœlitus emissa, in ipsis locis lucentia, se frequenter comperisse dicentium.

propter signa
quibus locus
illustrari
solebat;

C Quapropter in horto, loco illi contiguo, impetrata fodiendi licentia, a Clerico cujus erat juris, circumquaque omnibus tentabatur industriis, si forsitan alicubi supplicibus suis dignaretur omnipotens manifestare munus suæ largitatis. In priori enim fossura sex sunt virorum, mulierum et infantum aperta sarcophago, in horto tria, item juxta sepem ipsius horti tria: in quibus omnibus nullo Pontificalis infulæ reperto indicio, Abbatem suosque intolerabilis animi gravabat passio. Pallebant jejuniis, vigiliis, nimisque angustiis confectæ facies, doloribus nimis languida viscera quatentibus, membra debilia quædam subitanæ dissolutionis occupabat effigies: superciliis acedia contractis, sanguineos oculorum orbis moribunda premebat species; totumque corporis habitum horror quidam et tremor gravabat per vices. Jam, ut ait quidam ipsorum, in nobis heu! completur, quod in Machabeorum libro continetur; quod quicumque vultum principis Sacerdotum contemplantur, mente vulnerabatur: erat enim intolerabilis miseria videre virum tantæ religionis et reverentiæ, totius spei pene exhaustum fiducia, ita ut revera clamare posset cum Propheta:

1. Mach. 3, 16

morens Abbas,

Psal 37, 11

Cor meum conturbatum est; dereliquit me virtus mea, et lumen oculorum meorum non est mecum. Sed et hoc vir idem patientissimus ad relevandum suos, in quantum possibile fuerat, admodum dissimulabat: sed undique interiorem animi dolorem prodentibus indicibus celare non poterat.

31 Quapropter suis peculiaribus secreto seorsim assumptis, his usus est alloquiis. Venimus, inquit, ad hæc loca, dilectissimi, spe nimirum animati multaque fiducia roborati: sed vereor ne videamur utroque frustrari. Geminum nobis erat negotium, apud homines unum, apud Deum alterum: de quorum una ambigue formidabamus, de altero nil dubitabamus: sed hæc versa vice multo secus quam æstimabamus processerunt: dum id prospere, quod dubitabamus, advenerit; et quod fidenter sperabamus, Deus a nobis subtraxit. Et alia plura contestans, tandem intulit: Et quoniam B. Legontius, cui nos humillime devovimus, nec nostris miseris flectitur, nec laboribus movetur, nec servitii nostri devotione delectatur; quemcumque Divina largitas suis supplicibus in ejus loco subrogare dignabitur, pari honore et reverentia ex intimo corde a nobis suscipiatur: parque cultus et veneratio ejus dominationi in omni famulatu ab omnibus nobis exhibeatur. Hujus sermonis dulcedine relevati tanti Patris filii, et de voragine tam profundi mœroris manupia consolationis abstracti, et quasi jam adepto Patrono exhilarati, totius laboris et angustiarum sarcinam deponentes, solummodo tractabant de celebratione vigiliarum instantis solennitatis Cœnæ Domini, et ordine divini servitii.

abjecta spe
inveniendi
S. Legontii,

E
decernit
alium Sanctum
accipere.

ANNOTATA.

a Est ea Guastallensis Synodus, in Longobardia ad Padum fluvium celebrata hebdomade quarta Octobris hujus anni 1106, quando jam inchoata ab uno mense erat Indictia xv, sed hic agitur de tempore non actæ sed convocatæ Synodi, currente adhuc Indictione xiv.

b Paschalis 2 Papa sedit ad anno 1099 ad annum 1118.

c S. Legontius floruit sub initium seculi, quinti.

d Reinhardus dicitur Bruschio, electus anno 1107, mortuus anno 1122.

e Adelgozus in MS. Saxonico, per hoc seculum 12 exarato, traditur anno 1108 Henrico Archiepiscopo successisse, et obiisse anno 1120.

f Conradus Baro de Abensperg, electus et a Paschale Papa ordinatus anno 1106, mortuus senex sanctus ac pius anno 1147.

g Hic est Simeon, qui ex monte Sini Treverim veniens, ibidem reclusus vixit, coliturque Kalendas Junii.

h Beriengosus dicitur Bruschio et successisse Focelino, qui præfuit anno 1101: et dicitur Beriengosus adhuc præfuisse anno 1125.

i Hic Abbas Pramiensis infra num. 23 appellatur Wulfrannus, proinde non decessit e vita anno 1103 ut scripsit Bucelinus.

k Theodoricus nomine, quantum ex Bruschia colligimus.

l Hi tres Martyres coluntur 31 Augusti.

CAPUT III.

Corpus S. Modoualdi impetratum, et solenni pompa elatum, cum aliis sacris Reliquiis.

Sequentis vero diei facto mane, Abbas cum suis cacumen vicini montis conscendit, invitatus illuc a duabus Deo devotis feminis illic in ecclesia beate Mariæ inclusis: ibi consolatione et exhortatione alterutro

In Cœna Domini, 11 Aprilis Abbas donatus partibus S. Beati

A alterutro impensa, suscepit ab eis a S. Beati Confessoris pignora, videlicet, dentem ejus et partem costæ, quam ipse levaverant manibus suis de sarcophago ejus, ante altare ejusdem ecclesiæ posito. Peractis deinde cum lætitia spirituali tantæ diei solenniis, corporibusque post diutinam jejunorum inediam relectis, Abbas adjuncto Præposito S. Maximini, eum suis basilicam S. Paulini petiit; convocatisque cum Decano nonnullis priorum Ecclesiæ, primitus ærumnarum suarum ordinem, et multimodi laboris graviter quassati seriem replicavit, et sic protinus intulit. Quoniam monente sacra Scriptura, mæstis solamen jubemur impendere; docet hoc potissimum spirituales spiritualibus exhibere, quoniam ex capacitate et scientia litterarum excusationem non habent ignorantia. Quocirca moveat vos nostra intolerabilis, cui condescendendo et miserando interfuistis, tribulatio: et quia nota vobis est, in quantum patientis et compatientis notari potest discretio, eo largior fiat per vos in nobis vestra miseratio et relevatio. Jam enim tempus est, ut liquido declaretis, si caritatis intuitu miseris nostris præcordialem compassionem impendistis. Recolite igitur, benignissimus Pontifex quanta nos pietate suscepit, quanta benignitate dimiserit; quanta spe et fiducia, si quod sperabamus, non contingeret, animarit; quod sic heu! evenisse rerum exitus comprobavit. Spondit enim et mandavit nobis in vestra præsentia, pulsa omni ambiguitate, Patronum dignum et sanctum Pontificem a vobis expectere; quod et facimus, omni cum humilitate et devotione nostri famulatus, et jugis orationis id promereri desiderantes sponcione; et quid ad hæc vobis animo sedeat indicare.

33 At illi primum ambiguos circuitus offerre molientes, evadere tentabant, sed constantiam Abbatum in exactione considerantes, et deliberationem ejus rursus Episcopum adeundi, et super hac re denuo interpellandi perpendentes; secreto inter se conferendi gratia in partem secedebant. Nec multum collatione producta redire, postulanti que benigne respondere: Sicut prosecuti estis rei seriem, processisse profitemur: vestro labore flectimur, vestris angustiis movemur, ac orationam vestrarum spiritualiumque beneficiorum impensione delectamur: nec vos diutius suspensos ambiguitate jactari patimur: ideo vestræ voluntatis desiderio satisfacere non cunctamur. Crastina igitur die, secretiorum horam nobis procurantibus, et nobis nuntio vobis intimaatibus, venietis: et ex auctoritate Domini nostri Præsulis trium Sanctorum corporum optio dabitur vobis, videlicet Modoaldi, b Abrunculi, Bonosi, Pontificum hujus Treverensis urbis. Quod tamen fatemur Deo presente, qui est inspector conscientia nostræ, quoniam, si salva gratia Præsulis nostri vestraque fas esset contradicere, quantum ad nostrum spectat arbitrium, nulli hominum vellamus concedere. At Abbas cum suis ex cordis abundantia læta ducens suspiria, pronisque luminibus atque cervicæ suppliciter inclinata, A Deo, inquit, vobis retributionis rependatur gratia; quo mediante, mentes vestras disponente hæc nos lætificastis consolatione: His deinde valedictis claustrum S. Maximini lætissimus ingreditur.

34 Post hæc Dominica Cæna spirituali jucunditate celebrata, et post medicam fatigati corporis quietem matutinalibus hymnis solemniter expletis, dies illabitur terris, monetque suos Abbas communicandum passionibus Dominicis, ut participes fieri mererentur ejus futuræ consolationis et lætissimæ resurrectionis. Statim, terra licet acutissimo gelu crispata, nudis pedibus prodeunt cum psalmodia, Sanctorum perlustrando implorare patrocina: cer-

tuque tramite repetentes ecclesiam S. Maximini, psalterium illic cum orationibus congruis terminaverunt. Completique in diurnali synaxi his quæ competeabant eo tempore, pene jam fatigati ad hospitium redire: accersitoque venerabilis memoria sibi que fidissimo supra notato Arnulpho Præposito, de singulis Sanctorum meritis, quorum eis data fuerat optio, inquirere studebant sedulo. At ille, Sunt, inquit, singuli magnæ sanctitatis, magnique apud Deum meriti: sed B. Modoaldus genere et virtutibus nobis est notissimus, et in hoc loco præcipuus. Ad hæc Abbas: Eundem, ait, beatissimum Pontificem Modoaldum, post Deum et sanctam ejus Genitricem ac beatos Apostolos, puro corde Dominum et Patronum eligo, et devotionem meam et servitium meum meorumque omnium offero; ejus adjutorium ut ad nos venire suosque supplices visitare dignetur, invoco.

35 Mox ut votum vovit, ecce nuntius fratrum S. Paulini affuit, monens eos properare ad peragendam negotium voluntatis suæ. Qui sumpto thymiamate et mandissima sindone, accelerant promptissime, et cum ipso Præposito Clericorum præsentati obtutibus, conferunt, quo id agendum sit ordine. At illi, nostrorum, aiunt, unus, alba stola et cappa ornatus, præcedat ferens thymiamata; nosque subsequentes cum psalmis et letania Sanctorum ingrediemur habitacula. Quibus auditis Abbas; Nil, ait, obesse si etiam Fratrum meorum unus alba vestiatur, ut duobus præcedentibus ministris, quod agendum est celerius compleatur. His ita dispositis, et in sacrario coram altari stantibus Abbate cum Præposito et monachis suis, necnon paucis Canonicis, orationibusque completis, deinde pallio levato, et Sanctorum oculis relevatis, Decanus S. Paulini sic ait præstolantibus illis: Ecce duo corpora SS. Abrunculi et Bonosi Episcoporum, magni meriti virorum: quem eorum in Patronum et Dominum elegeritis, hic erit loci vestri vestrorumque omnium protector fidissimus, patriæque totius protector potentissimus. Ad hæc Abbas: Sic inquam, ut asseritis non solum non contamur, veram etiam credimus et profitemur: sed quia trium optio data est nobis, D. Modoaldo nos nostrumque servitium devovimus: hunc coram Deo et vobis Patronum et Dominum eligimus, et eum nobis donari devota supplicatione quæsumus.

36 His auditis subito immutata facie, totisque visceribus tremefacti, videntesque virum tantæ constantiæ a proposito non posse reflecti; revelata arca lignea, ex omni parte ferreis ligaminibus constricta, et nimium munita, rursus aiunt illi: En ipsam pro quo supplicatis. Videte si inter tot ferrea vincula illum quoquo modo educere queatis. Confestim monachus ille, qui sacris vestibus stabat ornatus, appropinquans et curiosius omnia perlustrans, duos asseres sibi conjunctos in fronte arce reperit: quos quia vetustate pene consumpti fuerant, lento conamine pertractans; sejunctos deponit, et introspectis sacrosanctis artibus, ad suscipiendos eos sindonem mandissimam expandit. Mox imposita Antiphona, et apposito thure, in terram toto prosternitur corpore, Clericisque circumstantibus, et cordis tristitiam suspiriis et lacrymis prodeuntibus, membra sancta singillatim eduxit, et diligenter involvit, tribus portunculis relictis eis supplicantibus; et pro ipsis mandibulas, S. Abrunculi, brachiumque S. Bonosi largientibus. Suscepto itaque pretiosissimo beati Modoaldi Trevirorum Archiepiscopi corpore, et in scrinio ipsius sacrarii posito, ac clave munito, sibi que retenta clave usque ad diem discessionis suæ, exeunt pleni omni exultatione.

37 Præterea Abbas S. Maximini, secreto rogatus multumque

D
SUB TIET-
MARG. AB.
EX MSS.

eligit corpus
S. Modoaldi

E
et ad locum
procedens,

quod petlerat

F

cum mandibulis
S. Abrunculi,
brachio S.
Bonosi,

ex S. Paulini
ecclesia petit
sibi dari cor-
pus aliquod

B
juxta mentem
Archiepiscopi:

dataque sibi
optioe unius
e tribus

b

Feria 6 in
Pasceve

A multumque flagitatus pro reliquiis S. Auctoris Episcopi, doctusque quanta miracula per eum Dominus in Saxonia sit dignatus operari: considerabat, quod miraculis attestantibus non dedignaretur in cœnobio præsentis Abbatis pro salute inhabitantium exul haberi. Perpendens etiam quod alia multa Sanctorum corpora sufficerent illi; ædituo cœsulto, jussit ut quantas ejus corporis habere posset Reliquias, secreto concederet eidem Abbati, credens et protestans multis indiciis hanc esse voluntatem ipsius Sancti. Ipse quoque ædituus pridie rogatus et flexus fuerat amore prædicti Præpositi, et familiaritate unius præsentium monachi, sibi quondam in necessario usu ecclesiæ satis proficui Redeunte itaque Abbate cum letitia ingenti de sacrario S. Paulini, ædituus præscriptus, convocato in partemque deducto eodem monacho sibi noto, testam superiorem capitulis S. Auctoris Archiepiscopi, necnon duo de majoribus membris assignavit ei, contestans ejus apud se, excepta modica portione, nihil amplius haberi. Quæ cum immensa gratiarum actione Frater ille suscipiens suo intimavit Abbati. Gaudia gaudiis accumulantur, et in ara cordis laudum victimæ Deo cum odore devote humilitatis immolantur: quæ ad utrumque dantis sive suscipientis profectum impensæ caritatis igne cremantur.

38 Abbas interea processurus ad Missarum solennia Sacerdotali induitur infula, necnon a ministris Ecclesiæ cetera tantæ diei mysteriis congruentia. Interim advenit Præpositus, eorum quæ contigerant super reliquiis B. Auctoris ignaras, et ipse dilectos suos de his quæ didicerat ex revelatione Sanctorum Thebæorum lætificaturus. Jamque Abbate procedente uni monachorum a saorum junctus, hoc brevi versiculo est usus: Visitavit, inquit, nos Dominus. Suscipiensque brevibus verbis sermonem, succincte gestæ rei pandit seriem. Deinde Missarum sacrique mysterii celebratione completa, Præpositus Abbati annuntiat universa: assumptoque monachorum ejus altero, necnon Fratre, qui rem sibi revelaverat cum ædituo, cryptam ingreditur secreto, Fratris reliquis ad recreandum corpora sedentibus in refectorio, et Abbate cum Fratre altero finero rei præstolantibus in exteriori oratorio. Moxque oratione facta Frater ille notum locum repetit, quod obstruxerat, aperit, Sanctorum artus majores et minores educit, et Abbatis monacho cum sindone munda statim porrigit: c duobus vero corporibus

C pene collatis et diligenter involutis abiere, necnon Abbati cum Fratre præstolanti et oranti magnas reliquias, immensumque gaudium detulere. Qui mox in cœlum porrectis manibus, lacrymasque dulces et lætas profundens ex intimis visceribus, sic intulit pronis in terram luminibus: Sit tibi bone Jesu redemptor, mæstorum consolatio, laborantium fortitudo, gloria, laus, et jubilatio, qui dignatus es in hac die tuos supplices visitare de cœlo sancto tuo, atque lætificare multiplici Sanctorum patrocínio.

39 His omnibus inchoante, mediante, et perficiente divina dispositione, tam gloriose completis, Abbas cum suis omnibus ad S. Maximinum, ejus loci Fratris se illic caritate detinentibus, cum omni jucunditate spirituali, Sabbatum sanctum, et sacrosanctæ Resurrectionis diem in Dei peregrit laudibus. Cujus diei completa vespertinali synaxi, Abbas Decanum S. Petri adiens, ei per semetipsum curavit notificare, se in sequentis diei crepusculo proficisci velle. Quem vir religiosus suscipiens benignissime, statim directa legatione cunctis congregationibus ceterisque Christi fidelibus studuit intimare. Deinde post modicam et brevem noctis quietem, matutinalibus hymnis, ut consuetudinalis sanctorum dierum ordo exposcebat, solenniter completis; jam

facto mane Abbas cum suis assumpto feretro, cum thymiamate et palliis, necnon cruce argentea et deaurata, quæ imaginem redemptoris nostri ex osso decentissime sculptam continebat, quamque ob hoc solum secum detulerat, et ipsa hora nomini S. Modoaldi determinaverat (neque enim Archiepiscopum absque cruce quoquam proficisci decebat) basilicam S. Paulini petiit, seque religiosis Canonicis id jam præstolantibus representavit. Qui statim finita Prima, compulsatis signis cum crucibus, labaro et aqua benedicta, necnon thymiamate, Abbate quoque sacris vestibus induto, ad sacrarium processere: salvisque repertis signaculis, corpus preciosissimi Confessoris Christi Modoaldi cum aliis Sanctorum reliquiis feretro imposuere, dataque Antiphona cum lacrymis, eorum S. Paulini, Missarum solennia festive celebraturi conscendere.

40 Et ecce d Abbas S. Mariæ, cum omni congregatione sua in albis palliata, cum Crucibus et Evangeliorum libro atque thymiamate, advenit, et celebrationi Missarum devote interfuit. Quibus venerabiliter expletis, et processione congruis laudibus impositis voce solenni, assumpto sancti Præsulis feretro, cum crucibus et reliquo apparatu, cœperunt proficisci. Quantum ibi fusum sit lacrymarum, quantumque concreperit gemitum, nisi qui præsentis fuere difficile fidem dictis possunt adhibere. Quis enim se a fletu poterat abstinere, cum Pastor piissimus, jam cœli Consul, locum, quem per multa annorum curricula cum inhabitantibus protexerat, cernebatur corporaliter deserere; atque in longinquam patriam profecturus, et quasi exul futurus, B. Paulino ceterisque confratribus suis quodammodo videbatur valedicere? Vix egredientibus de choro S. Paulini, ecce procedit obviam devota congregatio S. Maximini, cum crucibus et ingenti apparatu, monachi omnes palliati, et cum laudum melodiis jungunt se præcedenti processioni. Deinde propinquantibus portæ S. Simeonis, occurrunt Canonici ejusdem Ecclesiæ, palliis ornati, suscipientes sanctum Corpus cum crucibus et omni veneratione. Stantibusque bajulis, et thurificatis necnon aspersis Reliquiis, præmissaque oratione, processioni in suo loco se conjungere. Hoc ordine procedentibus ad medium vicum, ecce appropinquabant instar cœlestis exercitus honorabiles viri, cum contigua sibi congregatione, Principis Apostolorum Canonici, palliis auro gemmisque fulgentibus induti, suscipientes, sed magis educentes corpus Pastoris amantissimi, cum crucibus et omni ornatu duplici: et incurvantes se cum lacrymis, ac pronis in terram vultibus tanto Pontifici, aspergebant et thurificabant sacra pignora, cum laudibus et oratione solenni.

41 Quibus processions orationem prolongantibus, modicumque progredientibus, occurrit Abbas S. Martini cum suis Fratris; quorum quanto minor erat apparatus exterior, tanto rutilabat interior abundantibus; quique in quantum facultas suppetebat, piissien Patris comitatum protelabant, sequentes cum hymnis, et canticis spiritualibus. Subito autem, quasi prorumpentes apes ex alvearibus, confluebant plebs utriusque sexus et ætatis, gestientes interesse comitatu dilectissimi; graviterque se offensum dolebat, quicumque tardior occurreret: non patres dulcedo filiorum domi retinebat; non matres filiarum sollicitudo impediabat; non sponsorum amor sponso aut illas eorum jocundus affectus continebat; non vernaculos domestica cura prohibebat; non servos aut ancillas ejuscuinque operis injuncti sollicitudo aut timor plagarum coercerat; non pueros aut puellas matris intra domum fames et amor pams, aut extra consuetudo jocorum cohibebat: sed par omnium et concurs affectus Patrem sequendi

SUB TIETMARD
AB EX PSS.

aliquibus
Reliquiis
S. Auctoris,

et duobus
Corporibus SS.
Thebæorum:

Translationi

d
accedunt
monachi
S. Mariæ,

E

et S. Maximini,

Canonici S.
Simeonis,

et S. Petri,

F

Abbas S. Martini,

et copiosus
populus.

Joan. 10

A sequendi Dominumque deducendi erat. Jam tunc enim quodammodo complebatur hujus sancti Pastoris officio, quod ait Dominus in Evangelio: Pastor bonus cum proprias oves emiserit, ante eas vadit, et oves eum sequuntur, quia sciunt vocem ejus. Hi enim erant illarum ovium agni, quibus vice primi Pastoris a Deo sibi quondam commissis verba piæ exhortationis paraverat, quasque dulcedine totius suavitatis præeundo, eperando et docendo repleverat.

plurimum
dolens se
patrocinio
ejus privari

42 Hujus prædulcis et largissimi Pastoris abundantiam recelentes, et ejus patrociniæ tutelam contra cuncta adversantia fidissimamque protectionem animo revelventes, horumque omnium fieri expertes pro tanti Patris absentia metuentes, et ex intimo cordis dolore suspiria trahentes, hæc ingeminabant lacrymantibus: Quorsum, Domine? quid est, Pater piissime? Cur relinquis oves tuas, Pastor amantissime! In quo te læsimus? in quo te offendimus? Numquid non doctrinis tuis nos et patres nostri prenas aures accommodavimus? Sed vae nobis, qui patrocinio tanto destituimur! Et nos, velut amentes et quasi ad epulas invitati, te proficiscentem cum laudibus prosequimur? Vere etenim Dominus noster, de longe vel prope veniens, sic erat suscipiendus; hujusmodi obsequiis ad misericordiam nostrumque affectum flectendus; sed in longinquis terras profecturus, et extraneæ gentis salutis profuturus, nosque ultra non visurus, nequaquam cum tanto tripudio erat deducendus. Heu quam damnesa processio! quam subita totius patriæ desolatio! quam gravis loci hujus destructio! et, nisi omnipotens Deus manu sua contineat, in profundum terræ submersio! At illi ter quaterque et septies beati, quos Omnipotens talis tantique Patroni honore et beneficiis donavit, quos nostro damno ditavit, quos nostris spoliis dilatavit, quos nostro infortunio prosperavit. Hæc multiplicius ingeminando lacrymis lacrymas addunt, fletusque crebris singultibus adjiciunt.

Processio de-
ducta usque
ad pontem,

43 Ii igitur hujusmodi lacrymabilibus querimoniis interdum utentes, interdum etiam diversarum laudum præconia concrepantes, cum omni devotione et reverentia comitabantur, præcedentes et subsequentes. Nec cunctamur, imo plena fide credimus, ipso die super sacrosancta pignora cælum patuisse, sanctosque Angelos invisibiliter descendentes et ascendentes obsequium tantæ Pontifici præbuisse, tamque mirificæ processionis concordiam et æquanimiæ ordinasse (quæ procul dubio ad trecentes Clericos aestimabatur habuisse) ut in tanta frequentia nec præcedentes a subsequentibus premerentur, nec subsequentes à præcedentibus traherentur, sed in utroque æqualitas et discretio servaretur. Erat præterea stupendum miraculum videre tot tantasque catervas, utriusque sexus et ætatis, tam reverenter tamque concorditer ex utraque parte processionis incedere, ut quasi maceræ viderentur quodammodo hinc et inde immobiles stare, quos nec angustior via coarctabat, nec spatiosior dilatabat, ut se removerent ab æqualitate. Tali ordine, tamque decente honorificentia cum divinis laudibus transeuntes linguam intercapedinem viæ, tandem ad Pontem inclytum pervenero: statimque de ponte descendens Abbas et S. Eucharii, cum suis Fratribus honestissime palliatis, cum crucibus reliquoque ornatu multiplici, obvius processit; sanctumque Pontificem reverenter in ponte suscepit, et per pontem subsequente cum multiplici laudum tripudio deduxit.

recepitur ob
Abbate S.
Eucharil:

44 Huc ordine descendantibus ab altitudine pentis ecce irruit innumera multitudo finitimæ plebis, cum Crucibus et diversis Sanctorum reliquiis, suscipientes sanctum Præsulem cum dulcibus melodiis. Sed vicinitate montis circumquaque oppositi vetabantur

Maji T. III

ulterius progredi: depositoque lipsano, circumfloit cum lacrymis innumera multitudo, jamjamque valedictura Pontifici sanctissimo: incurvatique soletenus viri cum mulieribus, et pio Pastori suas commendantes animas, sacras honorabant Reliquias suis oblationibus, percutientesque pectera sua tristes revertebantur ad propria. Clericis deinde cum monachis in orbem conglobatis et in modum coronæ cingentibus membra sui Pontificis, Archidiaconus Godfridus et ipse Decanus S. Petri, postulato silentio, hoc modo exorsus est seriem sui sermonis. Magnum, inquit, est, carissimi Fratres, hoc mysterium et inæstimabile, atque ad efficiendum omnibus retro seculis incredibile, quod nutum divinæ dispositionis a nobis pene, ut ita dixerim, invitis factum constat hodie, ut tantum tamque præcipuum, omnique reipublicæ nostræ tam proficuum Patronum, a loco nostro vellemus seu auderemus emittere. Hic enim erat spes totius patriæ; in hoc pendebat omnis fiducia salutis nostræ: et quotiens nos cujuscumque tribulationis pulsabat incommodum, in Modæalde et Euchario totius auxilii nostri patebat refugium. Et revera, nisi quia jussioni Omnipotentis resistere mortaliū nemo sanum sapiens debet præsumere, ad hujusmodi consensum nulla ratio flecteret constantiam mentis nostræ. Enimvero non cunctamur, quamdiu volvitur hujus mundi orbita, ipsius patrociniæ selita nos experiri suffragia: quoniam si loci mutatione in patriam, quam ipsi Sancto provisorio complacet, ipsius dulcia mittimus ossa: quod his continebatur, cor videlicet et linguam ceteraque carnis ejus nobis reservamus pignora.

45 Vos igitur, Fratres carissimi, qui tantarum Reliquiarum estis geruli, pensate, quantum honoris et gaudii largita sit vobis gratia Christi, quantamque laudum vicissitudinem rependere debeatis beneficiis omnipotentis Dei, nobisque largitoribus tanti thesauri. Unum quippe est, quod solum et præcipuum ducimus in æstimatione nostra, quod stabile et inconvulsum scripto firmare dispenimus in succedentia ævi tempera, ut simus amodo cor unum et anima una, et mutue fraternitatis et societatis, cujus maximum pignus vobis concessimus, inter nos et vos atque nostros vestrosque posteros pactie firmetur perpetua. Commendamus itaque Deo et vestræ fidei, sub testificatione et obtestatione Christi, super salutem et animam vestram, corpus pretiosissimi Provisoris et Pastoris nostri Mudealdi Archiepiscopi, quatenus debitum honorem pro posse vestro et nosse in feriis et in omni divino servitio exhibeatis illi. His peroratis, sanctisque Reliquiis cum humectatione genarum salutatis, necnon Abbate suisque monachis crebrius deosculatis, ad sua quique redire cum suspiriis.

46 Transmisso itaque anthe Musellæ, in cuneis conglobati viri cum mulieribus, in parte ripæ altera, quasi ultimum valedicentes suo Pastori, laudum concrepabant carmina: quemque ulterius nequibant corpore, luminibus sequebantur et voce dulcisona. At bajuli Sanctorum, arduos montium scopulos confragosque repetentes ascensus, nonnullis pietatis intuitu et amore Sanctorum comitantibus, itinere quo venerant alacres Dominumque vicissim laudantes, ad sua remeare properant. Deinde non absque sudore ascensu ardui montis emenso, ecce contiguæ villæ pene omnes vicani confluunt obviam Pontifici suo, nonnulli etiam toto corpore solo prostrati, fide stantes, et tunc pectoribus reatum venam, vite salutem, rerumque commeditatem implorabant voce supplicii. Alii autem compulsatis signis ecclesie præcedentes atque subsequentes, totis viribus insistebant laudum melodiæ. Quidam vero prona cervice propius accedentes, snosque humeros salutifero sup-

D
SER TIETMARO,
AB. EX MSS.
et plebe remis-
sa Archidia-
conus perorat
ad Clerum,

E
hujus dona-
tionis aucto-
rem,

et ad eos
quibus illa
facta.

F

His transmis-
so Mosella
redeuntibus

undique e
pagis occur-
runt

A ponentes lipsano, sibi que per vices succedendo Sanctorum bajuli gestiebant fieri; summo devotionis studio se beatos fatentes, seque sanctificari credentes mente et corpore, quicumque sanctitatis tantæ sarcinam merebatur contingere. Sicque recto tramite de vico ad vicum properantes, et aliis jam fessis supplicii jam lumine valedicentibus et quasi jam spe recuperata suæ salutis alacriter recedentibus, aliisque cum integra fide et spe salvandi obviam properantibus, et suæ felicitatis *f* augurium suscipientibus; nonnullis etiam per miliarii et eo amplius spatium procedentibus, in commune nomen Domini laudabatur ab omnibus.

et affertur a Præposito missa

47 Deinde Fratrum S. Maximini tres monachi, a venerabili Præposito Arnulpho ad præbendum ducatum directi. præcedentes e vestigio celeriter subsequuntur, apprehensosque fatigationem itineris alleviare paulisper residendo hortabantur. Ac primo residentibus offerunt pyxidem, Sanctorum pignori-
bus refertam, a memorato Præposito suis amicissimis recedentibus, et jam per multa temporum spatia non visendis, caritatis intuitu directam, et hæc continentem :

B

EX SACRARIO S. MAXIMINI.

aliam Reliquiarum pyxis :

De pallio ejus et stola : et
De manubrio cultelli Domini nostri Jesu Christi.

DE SACRARIO B. MARIE SEMPER VIRGINIS
a venerabili loci ipsius Abbate directa :

De ligno Domini :
De corpore S. Matthiæ Apostoli :
De corpore S. Severæ virginis, sorore S. Modoaldi Archiepiscopi aliasque diversorum reliquias.

isdem iter suum prosequentibus

48 His devote susceptis lætissimi redditi, quia nec aversos, et in via positos, solique desiderio intentos redeundi, Omnipotens suæ largitatis privaret benedictione; verum tantæ sanctitatis thesaurum eis dignaretur, cum eo quem ferebant, accumulare; grates omnium Largitori satagebant rependere. Deinde ex his quæ caritatis geruli secum detulerant abundanter refecti, cum his eisdem operam dant exercitio proficiscendi. Ingredientibusque saltum, qui semitam occupabat, eorum quidam forte Crucem argenteam, cui ossea imago nostri Salvatoris inerat, quæ nomine S. Modoaldi titulata coram ejus sancto corpore indesinenter ferebatur, incaute bajulans, ramis humilioribus impingebat : quæ mox excussa a baculo cui inhærebat, cadendo inter duos lapides recte et quasi voluntarie fixa stabat. Res mira, quod tam fragilis ossea materies, tanto impetu ramorum in altum evulsa, et per semetipsam ter seu quater antequam terræ appropinquaret gyrata, super lapides, qui forte conglomerati viæ profunditatem supplebant, quæ minutatim confringi poterat, divina virtute eisdem lapidibus mirabiliter infixæ permansit illæsa. Ad declarandum enim meritum sancti Sacerdotis, providebat gratia divinæ dispositionis, ut et meliori cautela Cruciferi corrigeretur incuria, et signum nostræ redemptionis lutei humoris non violaretur immunditia.

C

e Cruce avulsa imago ossea illæsa erigitur :

49 Addidit etiam adhuc altero miraculo palam facere omnipotentissima largitas Divinæ miserationis, quid mererentur quantumque possent eorum spiritus in cœlis, quorum corpora tantæ devotionis studio transferebantur in terris. Tanta enim erat caumatis ariditas, tantaque terræ siccitas, ut spem totius incrementi suis cultoribus brumalis negar e satio pene torrida, et tellus quasi ferrea nullius vomeris acumine suscitari valeret ad æstiva semina suscipienda. Bajulis vero Sanctorum primæ mansionis receptis habitaculo, tanta pluviarum copia

et arenis terris per singulas noctes

pluvia infunditur,

manavit e cœlo in totius sequentis noctis spatio, ut herbis omnibus viriditas, et seminibus fecunditas, atque telluri redderetur culturæ facultas. Et ut clareret liquido, quorum subvenientibus meritis tantæ misericordiæ largitas proflueret arenti mundo, tanta fuit convenientia pluendi et hospitandi, ut una eademque videretur hora, et viantes domus liuen subire, et imbrium largitatem effluere. Nec desuit in totius itineris spatio ejusdem divinæ pietatis miseratione, quodammodo famulantibus cœlis venerabilibus Sanctorum exequis, adeo ut pene singulis noctibus terræ facies madefieret imbrium abundantia : et dierum spatiis, sole et vento temperiem præstantibus, proficiscendi concederetur copia.

calo semper per diem sereno,

50 Igitur, ut præmisimus, susceptæ primæ mansionis hospitio, totius humanitatis et caritatis fovebantur commodo; excepto quod hospes vir strenuus, cum uxore satis honesta, conquerebantur, sibi pisces omnino deesse, quibus tantæ religionis viros, ut deceret eorum honorificentiam, valeret reficere. Cujus statim consolatione recepta, videlicet Abbate, totius humilitatis viro, de appetitu se excusante, se lautiores seu sumptuosos cibos non magni pendere; sibi cujuscumque modi victualia, cum caritate impensa, quamvis parva sufficere; se bonæ voluntatis ejus studio gratias agere fatente, cetera sibi suisque necessaria cœpit disponere; ecce duo viri, functi piscatoris officio, alter prioris ignarus, et ingredientem mox subsecutus e vestigio, uterque tamen præsentis necessitatis inscius, tantam piscium copiam detulere, quæ si nihil alterius fuisset in promptu, omnium præsentium multitudini posset ad esum sufficere.

pisces etiam in hospitio ultro adferuntur.

E

ANNOTATA.

a Acta S. Beati *dedimus 9 Maji.*

b Acta S. Abrunculi *illustravimus 22 Aprilis, et S. Bonosi 17 Februarii.*

c *Cohantur hi Martyres Trevirenses 6 Octobris, etiam Martyrologio Romano inscripti.*

d *Monasterium S. Mariæ ad Martyres dictum, situm ad litus Mosellæ. Catalogum Abbatum, sed imperfectum, exhibet Bucelinus : et forsitan Folcuinus aut Petrus 2 hoc tempore Abbas erat.*

e *Abbatia S. Eucharii, nunc S. Mathiæ appellatur, ob corpus hujus Apostoli istic asservatum, ut diximus ad hujus Vitam 24 Februarii. Illic Abbas Erwinus sive Everwinus præfuit ab anno 1097 usque ad an. 1110.*

f *MS. Angaria : sed augurium omnino sensus ipse requirit.*

F

CAPUT IV.

Reliquum iter peractum. Solennis exceptio in proprio monasterio.

Fratres igitur, quos prælibavimus, S. Maximini, postquam in vico eodem, qui sui juris erat, Evendicta, apud supradictum hospitem cum omni caritate et humanitate nos habuerunt; incensente crepusculo sequentis diei, præmissis divini servitii ministeriis, ducatum præbentes præcessere, et sacrosantas Reliquias interdum propriis gestantes humeris, usque Præmiam perduxere. Quo propinquantes, unum e suis præmisere sagacem virum, nomine Burchardum monachum, qui venerabili Wulframno ejusdem loci Abbati Sanctorum intimaret adventum. Quo audito vir strenuæ nobilitatis, compertoque quantæ prosperitatis effectum sit assensu sua petitio, qua cum ipso Abbate in eodem negotio intercesserat apud Archiepiscopum Trevericæ urbis; laudum grates repondit omnipotentia divinæ largitatis.

Proficiscentes solenniter excipiuntur a Præmianibus

A largitatis. Statimque misso edicto jubet vica nos omnes utriusque sexus et ætatis, cum summa celeritate, in occursum Sanctorum progredi, et Monachorum Clericorumque ordines ad susceptionem tantæ sanctitatis coaptari. Præmissoque Fratre, qui apud eum legationis officio functus fuerat, mandat primum in oratorio S. Benedicti Sanctos suscipi cum reverentia et honore debito, cujus spatioso et remoto atrio Fratres utuntur pro cœmiterio. Inde colliculo, qui prope erat floribus gramineis refertus, transito, ecce cum caterva plebis, devotionis cultum habitu et officio præferentes, procedunt Clerici palliis ornati; qui Sanctos suscipientes, cum crucibus et dulci laudum modulamine, deferunt in ecclesiam sanctæ Dei Genitricis et Virginis Mariæ. Quibus post orationis terminum deductis honorifice, protinus monachorum palliato vallatus grege, se obvium tulit Wulframnus Abbas, vir totius reverentiæ: qui cum crucibus et thymiamatis, ac multiplici apparatu devotionis, reverendas Reliquias deducunt in cœnobium S. Salvatoris: ibique laudibus divinis solenniter expletis, omni humanitatis et caritatis intuitu amplectuntur Abbatem cum suis.

B 52 Deinde sequentis diei matutino lucescente, celebratis mysteriis redemptionis nostræ, Abbas cum suis, concessa suorum præsentiumque Fratrum alacriter suscepta societate, valedictisque suis ductoribus, in osculo pacis et mutua caritate, deducuntur ab omni congregatione, cum multa reverentia et Sanctis debita veneratione. At hospes munificentissimus, appetens promereri dilectionem Dei, memor Scripturæ testantis: hilarem datorem a Deo diligere; et illius beati Job, Non passus sum peregrinum absque viatico præterire, Abbati recedenti piscium copiam largitus est cum caritate; præbensque eis ducatum usque ad villam sui juris, Monasterium a

2 Cor. 9, 7
Job. 31, 32

a

nomine, cetera quæ pernoctantibus erant necessaria ex suo ministrari jussit abundantissime: ibique eis devotissime susceptis, tertiamque mansionem facientibus, geminavit obsequia hospitalitatis. At illi proficiscentes, et de die in diem proficientes, sexta diei hora feriæ quintæ, Agrippinam Coloniam peraccessere: statimque præmissa legatione, Sanctorum adventum notificantes suis fidelibus, b S. Pantaleonis Fratribus, pro se crebras orationum victimas ex debito fraternitatis offerentibus, et ante quadragesimam in Paschalis festi celebratione adventum suum desiderabiliter præstolantibus, immensum gaudium invidere, de optata negotii sui consecuta prosperitate.

b
et Colonia a
monachis S.
Pantaleonis,

C Qui voluntarie, absente suo Abbate, se protinus invicem cohortantes, et ornamenta tantæ susceptioni digna exponentes, albatum atque palliati solenniter Sanctis obviam processere: susceptosque cum devoto laudum modulamine, in sanctuarium S. Pantaleonis pertulere. Deinde Fratribus suis admodum congratulantes, et pro omnibus quæ voti sui compotes divinæ gratia largitatis adepti fuerant, in commune Dominum benedicentes, totius caritatis officium exhibere; postulantesque pro sui itineris acceleratione, licet inviti et renitentes, cum omni honorificentia prosequentes deduxere.

c
dein Dominica
in Albis a
Suzatensi
clero

53 Die igitur octava resurrectionis Dominicæ, directo tramite et Deo præduce, c Suzatium pervenire: in cujus itineris medio juvenis quidam Clericus, vicini loci Canonicus, eis obviam venit, a suis directus Fratribus; dicens, reditus eorum atque optati effectus famam aures omnium perculisse, cordaque immenso gaudio replese. His dictis ingredientibus vicum ecce plebis innumera multitudo, promiscui sexus et ætatis, in gloriam Sanctorum laudum carmina conrepantes vocibus alternis: quos sequebatur tutius venerationis cultu ornata conscio Clericorum, cum crucibus et thymiamatis, susci-

piantes et deducentes Sanctorum reliquias, in hymnis et laudum melodiis. Deinde Missarum solenniis, ut tanti diei reverentia Sanctorumque veneratio exposcebat, celebriter expletis; Reliquiarum bajulos in suæ hospitalitatis contubernium suscepit Clericus quidam, Azelinus nomine, vir reverendæ honestatis. Deductis itaque Sanctis cum debita veneratione a liminibus monasterii, nonnullis etiam Clericorum laicorumque piæ devotionis intuitu comitantibus, per spatium itineris, quod computari poterat tertia pars milliarii; ecce familia domus prænominati Clerici, quam vir totius opulentæ plurimam possidebat, ipso in fronte gradiente, cum Clericis quos secum duxerat, cum crucibus et thure ac reliquo apparatu quo poterat, se obviam ferebat: susceptosque Sanctos cum laudibus carminum, in oratorium, quod ibidem beatæ memoriæ Anno Colonien-sis Episcopus in honorem beati Matthei Apostoli dedicaverat, deducebat. Placuit igitur exinde missa legatione matrem Ecclesiam Paterbronensem tanti patrocini adventu lætificare, Fratresque suos Helmwardenses, jam diutina expectatione et crebra jejuni-orum, vigiliarum ac orationum instantia laborantes, quodque potissimum gravabat, in ambiguitatis trutina suspensos, prosperi eventus certitudine relevare. Libet paulisper immorando benignum piissimi Patris affectum pensare, dilectisque filiis suis dulcissimæ consolationis manum porrigentem, spemque perennis lætitiæ denuntiantem, considerare.

SUB TIET-
MARO. AB.
EX MSS.

Paderbornen-
sibus et Helm-
wardensibus

E

54 Tietmarus Dei gratia, quicquid est aut esse potest, dilectis filiis in Domino. Gaudium vobis et exultatio. Surgite jam, dilectissimi, et de pulvere exultimini, quoniam exaudivit Dominus vocem fletus vestri: quia enim coram Domino vos humiliastis et in eo sperastis, respexit in orationem humilium, et non sprevit precem eorum. Perseverastis enim in cordis et corporis contritione, ideoque vos non fraudavit laborum vestrorum voluntate: sed præveniens gratuitæ dilectionis benedictione, replevit desiderium vestrum multiplicis patrocini largitate. Quapropter gaude et lætare, felix Saxonia, quam Rex quondam Christianissimus lingua ferrea divinis subegit legibus; quamque nunc Rex Regum Dominus, per præcipuos suæ dominationis ministros, jam cœli Consules, mirabiliter invisendo, suis revendicat ditibus. Jucundare, virgo, nobilis Christi sponsa, et mater fœcunda Paterbronensis Ecclesia, quam cum numerositate filiorum multiplicia beatificent Sanctorum pignora, nunc iterato largitas omnipotentis novo fidelium suorum patrocini dignanter illustrat, amplectitur, fovet, protegit, et sublimat. Exulta satis, filia Sion, lauda filia Hierusalem cœlestis, ecclesia Helmwardicensis, quia venit tibi de supernis a Domino salus et protectio, gaudium, pax et exultatio. Ut enim similis ceteris ecclesiis tibi collimitaneis fieres in hac parte, postulasti tibi a Domino Patroam salutis tuæ: deditque tibi Deus B. Modoaldum, strenuæ nobilitatis et mirificæ sanctitatis virum, Archiepiscopum Trebrensens Ecclesiæ: cujus sacrosanctis ossibus conjuncta sunt duo insignia beatorum Martyrum Thebææ legionis corpora, insuper etiam gloriosissimi Protectoris nostri Auctoris Archiepiscopi superior testa capitis, et duo de majoribus membris: quo, ut credimus, suggerente, et nostræ legationis officio fungente, idem venerabilis Modoaldus dignatus est, aula sui Episcopii relicta, apud nos exul dici et esse. Duorum etiam reverendæ sanctitatis et præcipuæ nobilitatis Pontificum dignissimæ deferuntur Reliquiæ: videlicet B. Abrunculi mandibula cum dentibus, Sanctique Bonosi brachium, atque gloriosissimi Beati Confessoris dens unus cum costa, aliorumque Sanctorum pretiosissima pignora. Pro his

missa ab Ab-
bate epistola,

F

annuntiat
sanctarum
Reliquiarum
adventus,

igitur

SUB TIET-
MARO AB.
EX MSS.

A igitur omnibus beneficiis ejus magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen ejus in idipsum, et omnibus medullis cordis et corporis laudate Deum in excelsis. In susceptione ergo tantæ sanctitatis ornate domus vestræ mentis et corporis, mundate conscientias vestras, abluite culpas, abstergite sor-des illicitæ actionis, excutite pulverem ventosæ cogitationis; ne præpotens amicus vester novusque Patronus et Dominus, cum illo nobili suo comitatu veniens, in vobis inveniat quod oculus suæ dignitatis offendat: sed magis operum honorum referti floribus, odoremque virtutum spirantibus respersi grammibus, obviam procedentes dicatis illi: Benedictus qui venit in nomine Domini.

55 Hujusmodi legatione Fratres Deo devoti, de multiplici laboris anxietate relevati, et ultra quam credi potest exhilarati, protinus exilientes, ecclesiæ signa consonant, et gratiarum laudes intonant; et pleni devotione mentis et spiritus, celebriter prosequuntur hymnum, Te Deum laudamus. Deinde per ordinem seiscitati, et omnem eventus seriem edocti, solemniter disponunt universa competentia tam diu desideratæ susceptioni. Abbas igitur cum suis, cum largifluxæ caritatis eopia, benevolo valedicentes hospiti, studium accelerant redeundi: deinde annem Almna transeuntes, tandem ad urbem Paterbron-nensem optato pervenere: quæ cum multis Sancto-rum reliquiis, præcipue *d* B. Liborii, Confessoris atque Pontificis Cenomannensis, fovetur et illustratur corpore. Et ecce vir venerabilis *e* Gumbertus Abbas ejusdem loci, cum innumera multitudine promiscui sexus et ætatis populi, nudis pedibus, totiusque humilitatis cultum præferens habitu et mente, Sanctis obviam processit, plena cordis devotione, plebæ consonis vocibus in honore Sanctorum Deo laudum melodias concrepante. Congratulabatur enim ad invicem populus Domini et oves pascuæ ejus de advento et præsentia novi Pastoris et fidissimi Protectoris, cujus confidebant meritis salvari, et patrocinio ab omnibus angustiis liberari. Dehinc portam urbis ingressis, ecce matris ecclesiæ Canonici, procedentes obviam novo Patrono sanctoque Pontifici, susceptos Sanctos cum reverentia et cantu solenni deferunt in sanctuarium gloriosi Confessoris Liborii.

56 Interim Abbas comperto, quod prona devo-tione singularem susceptionem instituerant ejusdem loci monachi, nec vacaret illic diutius immorari; salu-tatis Canonice sibi congratulantibus, et de pro-spero adventu suo Deum collaudantibus; resumpto denuo lipsano Sanctorum, per portam Australem honorifice Clericis prosequentibus egrediuntur mo-nasterium. Progressisque paululum via quæ ducit ad cœnobium, ecce pallida et palliata monachorum concio, omnem devotionis reverentiam Sanctis ad-venientibus exhibens corpore et animo, incurvatique solotenus, et sacrosanctis supplices cervices supponentes pignoribus, spiritu et mente totisque visibus insistunt divinis laudibus. Cum hujusmodi venera-tionis tripudio Apostolorum Petri et Pauli orato-rium subeuntes, rursumque melodias cantuum solen-niter ingeminantes, Sanctos deferunt in sanctuariam, in quo *f* B. Felicis Martyris requiescit corpus sanctissimum. Deinde videres pariter omnes confluere, videres viritum singulos ex abundantia cordis Abbati suisque caritatis salutationem offerre, intimæ con-gratulationis affectum impendere, Deum voce et manibus collaudare, qui tantæ prosperitatis et lar-gitatis effectum concessit sperantibus in se. Statim Missarum solenniis celebriter expletis, fessisque Fratribus officiosissime recreatis, lucescente diei sequentis aurora, cum omni veneratione deducentibus monachis et Clericis, prosequentibusque cum

carminum modulatione populis, accelerant iter pro-fectionis.

57 Tandem optato suæ possessionis limitem cal-cantibus, ecce iustar regalis exercitus populi cir-cumquaque conglomerati, novis suæ salutis Patronis irruunt obviam, cum Sanctorum Reliquiis et Cruci-bus præcedentes et subsequentes, in hymnis et con-fessionibus. Prima igitur sequentis diei aurora, quam illustrabat beati Evangelistæ Marci publica solen-nitas, quanque majoris letaniæ veneratione colit omnis Christianitas, Abbas cum suis comitibus, multaque frequentia undiquo confluentis populi, ef-ferens pretiosissimas Reliquias cum letaniis et mo-dulatione solemi, procedit ad explendam consuetu-dinariam executionem tam celebris diei. Disposuerat enim ipsa die dilectissimis filiis suis et Fratribus palam facere sui laboris et obedientiæ præmium, ac devotissimæ orationis fructum; eorum diotina præ-stolationis desiderium implere, et eos multiplicibus patrocinis lætificare consituens, mutui conventus locum juxta vicum suæ ditionis, Cesle nominatum: quo ubi perventum est, placuit fatigationem viæ residendo alleviare, ut populis late circumfluentibus copia daretur conveniendi, et Sanctis orationum et oblationum libamina deferendi. Et ecce hi quorum specialis amoris et salutis gratia tantæ viæ tantique laboris fatigatio fuerat expensa, monachorum vide-licet Helwardicensium, cruciferis præeuntibus, in-star nubeculæ tenebræ properabat concio spiri-tualis, ardoris videndi et complectendi quæ diu concupierat exæstivans desiderio: quos cum diversis Sanctorum Reliquiis præcedebat lipsanum beati Petri principis Apostolorum. Igitur tam pro con-suetudinaria letaniarum reverentia, quam pro vo-tivæ susceptionis devotione augenda, nudis pedibus procedentes, atque cum omni mentis et habitus hu-militate cominus accedentes, diuque desiderati Pa-troni et comitum ejus lipsanum contuentes, diutius stare nequibant; sed tertio in terram toto corpore prostrati, novo Domino dulcia lacrymarum libamina, quæ ex plena cordis abundantia lætitiæ spiritualis profunde-bat affectus, cum nimis singultibus offere-bant.

58 Tandem erecti cervicibus a terra, hæc ore et manibus intonant voce excelsa: Optato advenisti, Pater desiderabilis, quem expectabamus in ambigui-tatis et angustiarum tenebris, te nostra vocabant suspiria, te larga requirebant lamenta. Suscipe jam, Dominator serenissime, tibi devotos servulos: pro-tege, Pastor amantissime, agnosce Deo tibi traditos. Deinde laudum cantibus solenniter impositis, præ-cedentes cum Crucibus et Sanctorum reliquiis, veneranda corpora digna reverentia deferunt in ecclesiam B. Joannis Baptistæ: ibique Missarum solenniis celebriter expletis, Abbatis sui pedibus, gaudentes quod eum cum suis omnibus salvum et incolumem receperunt, humiliter prosternunt: se-sceptique manibus a terra, mox ad pacis et caritatis osculum eriguntur. Quantæ ibi gaudii et exaltatio-nis atque congratulationis inter spirituales spiritua-liter sit habitum, testis est Deus inspector cordium, testis læti rivuli lacrymarum, testis ecclesia viden-tium et audientium. Abbas itaque Fratribus suis in pace dimissis, ad illationem Sanctorum postera die solenniter agendam, ipse in tuto suorū contuber-nio positus, fatigationem sui laboris latam jam ducebat levissimam, pro omnibus beneficiis suis glorificans misericordiam Omnipotentis.

59 Beatus igitur Modoaldus, Trevirorum Archi-episcopus, altera die suæ peculiaris et perpetualis sedis domicilium cum tot tantisque comitibus suis ingressurus, atque inibi curiam Angelicis spiritibus et Sanctis omnibus communem habiturus, noluit,

Helmwar-
dicenses fines
ingressis,

75 Aprilis
occurrit
Conventus
cum letania,

E

F
et Abbatem
suum cum
Reliquiis
gratulabun-
dus excipit.

Postridie
non istertium
versus pro-
cedentibus,

quia

in quem ab his
p̄rantur
omnia:

d
prope Pater-
bornam ex-
cipiuntur ab
Abbate
Gumberto
e

in urbe a
Canonice,

f
extra ab
Abdinech-
hoffensibus
monachis.

A quia nec decebat virum tantæ auctoritatis, clam ingredi aut privatim suscipi; utpote quem morum nobilitas et generis altitudo commendabat, et ordinis dignitas extollebat, atque admirandæ sanctitatis meritum insignibat. Quapropter innumera multitudo, tam nobilium quam plebeiorum utriusque sexus et ordinis, videlicet, monachorum, Clericorum, laicorum, virorum scilicet ac mulierum, quorum Deus corda tetigerat, et quos fraternus amor provocabat, quosque devotionis intuitus et desiderium lætitiæ spiritualis amorque divinæ retributionis excitabat, undique confluebat; credens quisque se felicem fore, quicumque tanti Pontificis obsequiis mereretur interesse. Nocte igitur instante, spiritualibus vigiliis, carminumque melodis, ac divinis laudibus exacta infra ecclesiam B. Joannis; mane autem jam solis jubare mundum universum illustrante; post orationum synaxim Missis ibidem celebratis, Abbas cum presentium multitudine Cleri ac utriusque sexus plebis, imposito suis humeris feretro, datisque laudum cantibus, in publico cœperunt ad locum diu desideratum, videlicet Helmwardicense cœnobium, procedere, die duodecimo egressionis eorum a Treverica civitate.

occurrunt
pauperes,

B 60 Appropinquantibus autem procedunt obviam primi pauperes et egeni, de sumptibus ecclesiæ, jam a Christo B. Modoaldo cum loco ipso collatis, ipsa hora itineris medio abundanter refecti et lætificati; devotione qua poterant sanctum Pontificem suscipientes, et laudes gratiarum juxta suæ scientiæ facultatem concinentes. His hoc modo prætereuntibus, ecce gloriosus militiæ cœlestis apparatus, cordibus videlicet ornatis, corporibusque decenter palliatis, monachorum cœnio, præcedentibus in capite Cruciferis necnon thymiamateriis cum devotionis studio. Inter hos cum nonnullis cœnobii sui Prioribus procedebat medius Corbelensis Præpositus, idemque S. Viti Martyris Aedituus, gestans in ulnis scrinium, auro gemisque pretiosis mirifice fabricatum, in quo continebantur pretiosissimæ reliquie de corpore pretiosissimi Martyris Stephani. Juxta quem latere dextero incedebat Frater spiritualis, portans lapidibus auroque decenter ornatum lipsanum gloriosissimi Apostoli Petri, Horum duorum Procerum cœli Reliquias sequebantur multorum Sanctorum pignorum in feretro bajuli, cum gerulo brachii B. Auctoris Archiepiscopi; qui dilectissimo fratri congaudens, et adveniēti quodammodo dexteram porrigens, in locum quietis et exultationis deducebat, quem faciem ejus præcedens olim sibi preparaverat; quique legatione dudum suscepta, hortatu pio et amica suggestionē, hunc adventum ejus illo effecerat.

Reliquias
S. Modoaldi
duo Abbates
ferendas
suscipiunt;

C 61 Hos utroque latere cum summa veneratione deducētes, et adveniētib; se cum debita reverentia obviam ferentes Abbates duo, viri clarissimi, procedebant; qui statim suos humeros feretro devotissime supponentes, et thymiamata thuribus adjicientes, præsentēs omnes ad laudem Dei provocabant. Mox omnis professio, omnis generositas, omnis sexus et ætas in voces cantuum prorumpunt, his incipientibus, illis alternatim respondentibus, consonas carminum modulationes in altum offerunt, ut putaretur sub cœlo nihil esse, quod a laudibus Dei posset vacare. Gaudebant et psallebant monachi, corde et animo intendentes duleissimo Pastori; congratulabantur et canebant contiguæ regionis Clerici, spem maximam gerentes fidelis patrocini; exultabant et concinebant nobiles quique, multa clientum manu vallati, fiduciaque magnæ protectionis provocati: concrepabant et plaudebant utriusque sexus et ætatis populi, fide et spe continuæ salvationis excitati: a fragore nimio tam multiplicis

magnaque
cum comite-
tu et exul-
tatione com-
muni,

tamque confusæ vocis omnis terra resonabat, sal-
tuum densitas tinnēbat, vallium concava perstre-
pebant, montium vertices respondebant, fluminum
decursus, fontium, stagnorumque sinus mugiebant;
ut ad tantæ sanctitatis introitum Isaia compleretur
vaticinium, Montes et colles cantabunt coram Deo
laudem, et omnia ligna silvarum plaudent manibus,
quoniam venit Dominus et Salvator in jus et domi-
nium, quod ei prædestinavit ab initio rerum omnium
Creator: qui quomam tanti patrocini multiplicem
largitatem ante tempora secularia suis prævidet
fidelibus, laudent illum cœli, terra, mare, et omnis
creatura ejus.

D
SUB TIET-
MAYO AB-
EX MSS.

Isai. 55, 12

62 Igitur cum tam multiplici virorum ac mulie-
rum totiusque creaturæ tripudio, B. Modoaldus,
Trevirorum Archiepiscopus et Helmwardicensis
Patronus, cum suis sociis et comitibus, beatæ Mariæ
semper Virginis ac Principis Apostolorum oratorii
recipitur gremio: cujus parietes undique diversorum
palliorum varietatibus ornati, multisque luminari-
bus accensis irradiati, quodammodo hilarizabant in ad-
ventu novi Rectoris et Domini. Interim Abbas Pater
ipsius monasterii, cum Coabbatibus suis Fratrum-
que nonnullis, consensu pulpito postulatōque silen-
tio, pauca populo pro tantæ solennitatis lætitiā
intinnavit, notitiamque Sanctorum et causam adven-
tus eorum replicavit. Deinde fide symboli prælibata,
et confessione plebis eminentim suscepta, de indul-
gentia et remissione presentium omnium, pro San-
ctorum precibus et meritis collata, cunctos admodum
audientes lætificavit. Quo facto viri cum mulieribus,
senes cum junioribus, pauperes cum divitibus, quis-
que pro facultatis suæ modulo, Sanctos diversis
honorant oblationibus: inter quos Sigefridus Comes,
illius regionis Princeps nominatissimus, unum man-
sum hereditatis suæ S. Modoaldo tradidit cum fami-
lia cunctisque redditibus. Erpo quoque, vir illustris
et ipse Comes, mancipium unum satis spectabile,
cum uxore sua, addita in fabricam sanctuarii lapi-
dum pretiosorum auriq; notabili quantitate.

inferunt in
ecclesiam:

E

quæ post
concionem
et oblationem

63 His ita expletis, cum debita veneratione om-
nium, de novo levatas Sanctorum Reliquias devexit in
sanctuarium; collocans eas super beatæ Dei Geni-
tricis altarium, cunctis B. Modoaldo corde et ore
solemniter concinentibus: Ingredere jam in locum
exultationis sodalium tuorum. Erat hora diei tertia,
qua Spiritus sanctus olim fida discipulorum replevit
corda; qua etiam Deo devota familia Helmwardicen-
sis cœnobii, tanto Sanctorum patrociniō, vigiliis,
jeuniis et orationibus acquisito, meruit lætificari,
sexto Kalendas Maji, ad laudem et gloriam omni-
potentis Dei. Posthæc die duodecima Maji, qua cele-
brantur natalis B. Modoaldi Pontificis solennia,
multis fidelium ob honorem Dei et reverentiam tantæ
solennitatis undique confluentibus, vespertinalem
matutinalemque synaxim exegerunt solito cele-
brius, amplificantes per omnia divinum officium in
psalmis et hymnis ac canticis spiritualibus. Luce-
scente demum aurora diei sequentis, hora tertia
jam appropinquante, in arca lignea decenter Abbas,
circumstantibus Fratribus, imposita solenni leta-
nia, membra sancti Confessoris Christi Modoaldi
diligenter aromatibus condidit, pallioque decenter
involvit; conjungens eis corporum sodaliumque
suorum pretiosissimas reliquias, videlicet B. Auc-
toris caput et duos artus, S. Abrunculi mandibulas,
Sanctique Bonosi brachium, similiter aromatibus
honorificentissime conditas, et singillatim involutas.

altari B.
Mariæ im-
positæ,

F

cum aliis
reliquiis in-
cluduntur
capsæ 25
Maji,

64 Moxque finitis letaniis hoc oblationis testa-
mentum obtulit audientibus cunctis: Audite et in-
telligite, Fratres et commilitones mei, quod vestro
consilio et voluntate, in omnia tempora ævi, inspi-
rante Deo, agendum disposui. Hujus beatissimi
Protectoris

Protectoris

SUB TIET-
MARO AB
EX MSS
cum instru-
mento de in-
stitutione
festi,

fundatione
lampadis,

patrocinii
adoptione:

et iterum
imponuntur
eidem altari

anno 1107
12 Maji.

A Protectoris nostri Modoaldi, quem divina largitas post beatam Dei genitricem Mariam, et post Apostolorum Principem, summum nobis Patronum est dignata concedere, Natalem, qui hodierna die colitur, constituimus et volumus annuatim, ac si beati Petri Apostoli, sollemniter celebrari: diem S. Auctoris, ac si beati Andreæ Apostoli; aliorumque duorum suis in locis plena officii divini celebritate. Constituimus etiam, ex præcepto Dei et B. Petri Apostoli, ac ipsius Sancti auctoritate, quod nullus successorum nostrorum præsumat violare, ut ex censu allodii, quod Comes Sigefridus eidem concessit in ipsius translatione, cum additamento nostri census, quantum sufficiat, perpetuum lumen ardeat coram altari semper Virginis Mariæ, et ejus venerabili corpore; ut ipsius interventu lux nobis perpetua luceat in perenni felicitate. Commendamus quoque et tradimus ejus donationi et patrocinio nos et omnia nostra, ut locum hunc tueatur et protegat, et inhabitantes in omni sanctitate et religione custodiat, totamque familiam, cum omnibus quæ juris nostri sunt, regat et muniat, ac ab omni tribulatione et pestilentia totiusque necessitatis angustia defendat.

B 63 His dictis, omnibus Amen respondentibus, arcam diligenter clausit, ferreisque nexibus munivit, atque clavis obfirmavit, Fratribus sollemniter decantantibus læta voce, Laudem dicite Deo nostro omnes Sancti ejus. Deinde post Missarum solennia levantes arcam, suo imposuerunt loco super altare Dei Genitricis Mariæ cum decenti reverentia: ubi cunctis cum fide quærentibus, meritis Sanctorum sanitatum patrantur beneficia, largiente Domino nostro Jesu Christo, qui Sanctos suos glorificat in cælo et in terra. Acta sunt hæc anno l'ominicæ Incarnationis millesimo centesimo septimo; indictione decimaquinta, quarto Idus Maji, a venerabili Tietmaro, sexto Helmwardicensi Abbate, anno ordinationis suæ vigesimo septimo, regnante eodem

Domino nostro Jesu Christo, cum Patre et Spiritu D sancto, in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Intelligo* Monasterium Eysliæ, quod Prumia distat 7 vel 8 horarum itinere: nam Monasterium Meienfeldiæ, quod Confluentium venientibus, et inde secundo Rheno descendens Coloniam, in via fuisset, huc non fecit: apparet enim terrestri semper itinere coque multo breviori usus: alias nihil opus fuisset excurrere Prumiam, sed oportuisset Mosellam Treviris conscendere.

b *Colitur* 27 Julii S. Pantaleon, cujus ibidem sacrum Corpus anno 1660 venerati sumus. Tunc autem ibi Abbas erat Herimannus a Comitibus Zutphanæ oriundus, qui B. Wolphelmmum Abbatem Brouwillerannum, uti in ejus Vita 22 Aprilis num. 42 dicitur, moribundum invenit, et a morte sepelivit, ubi dicitur vir totius honestatis et religionis, et ipse mortuus est anno 1121 die 19 Decembris.

c *Susatum* vulgo Sonst, urbs Imperialis et Hanseatica Westphalia, in Comitatu Marchiæ.

d *Colitur* S. Liborius 23 Julii. Ejus illustria Acta seorsim edidit Bollandus noster, id petente Fabio Chisio tum Apostolico Nuntio ad Rhenum, dein Pontifice Maximo, Alexandro VII dicto.

e Gumbertus Abdinchoffensis Abbas traditur annis 54 præfuisse, et decessisse anno 1120.

f S. Felix, Aquileiæ sub Numeriano, cum S. Hilario Episcopo et aliis, passus est 16 Martii: cujus corpus Wolfgangum Patriarcham Aquileiensem misisse ad S. Meinwerum, in hujus Vita num. 109 traditur. Sed pro Wolfgango videtur Poppo substituendus, qui ex Germanorum claro genere ortus cum S. Meinwero vixit, nisi forte binominis fuit. Prædem autem est quod ex ipso monasterio petimus historiam istius translationis si qua extat; sed variis intercurrentibus causis necdum eam potuimus consequi.

VIDE APP.
T. VII MAJI
NOT. 57 **

DE SANCTA RICTRUDE

ABBATISSA MARCHIANENSI IN GALLO-FLANDRIA.

CIRCA AN.
DCLXXXVIII

Tempus Vi-
tæ.

Acta scripta
ab Huebaldo
anno 907.

C **M**archianæ seu Martianæ, illustre hoc tempore monasterium est monachorum Ordinis Benedictini, in Gallo-Flandria a! Scarpum fluvium, inter Duacum et Amoudopolim, in quo olim S. Rictrudis vidua, in allodio S. Adalbaldi mariti sui, Abbatissa sanctimonialibus præfuit. Nata co fuerat in Wasconia circo annum dxciv, mortua iv Idus Maji, expletis septuaginta quatuor incolatus sui annis, uti Huebaldo infra in Vita tradit. Auctor miraculorum asserit feliciter obdormivisse anno ætatis septuagesimo quarto. *Buzelinus* lib. 2 *Annalium Gallo-Flandriæ* refert ejus obitum ad annum Christi sexcentessimum actogesimum octavum. In Acta a Mabillovo edita intrusus est annus dclxxxvii, ætatis suæ lxxiv, Prælaturæ xl. Quæ verba in omnibus MSS. desunt. Scripsit ea Acta Huebaldo monachus S. Amandi, ad id excitatus a Stephano Leodiensi Episcopo, ut pluribus indicatur ab Auctore miraculorum lib. 4 num. 17. Ipse eidem Stephano inscripsit hanc Vitam, quam in Prologo asserit a se editam anno nongentesimo septimo, Indictione decima. Nos eam damus ex vetustissimo MS. codice monasterii Marchianensis, collatum duplici MS. Audomaropolitano et editione Mabillo-nensi; quæ tamen a posterioribus partim interpolata, partim truncata est, variis sacræ Scripturæ locis

expunctis. Surius eandem Vitam habuit, sed quia stylus ei videbatur obscurus et simplex, eam in gratiam Lectoris mutavit: recte quidem, ut tunc erant tempora: at nunc majorem gratiam ejusdem Lectoris relatu- nos scimus, si primogenio stylo eam demus: Christianus enim le Roy, monachus Latiensis, et nostris studiis valde addictus, olim utramque Vitam contulit, et varia menda indicavit, ista styli mutatione inducta, quæ non est operæ pretium hic notare.

2 Floruit postmodum circa annum millesimum Joannes itidem monachus Amandinus, qui rogatu Erluini Episcopi Cameracensis, Vitam ab Huebaldo scriptam carmine heroico edidit, cum epistola ad Stephanum monachum Gundensem, et hujus ad illum responso; in quo asserit eum claro Huebaldi studio pedes dedisse. Nos quæ ad S. Adalballum maritum S. Rictrudis spectant, hinc excerpta edidimus ad diem 11 Februarii: nunc vero, ne moles operis nimium excrescat totum istud poema, quod habemus ex dicto MS. codice Marchianensi transcriptum, ultro omittimus, Huebaldi relatione contenti. Post illos eodem in argumento sese exercuit quidam Fr. W. cujus habemus MS. Epistolam, hujus rei indicem, missam amico Saswaloni, facta eam S. Rictrudis mentione sic prosequitur: De cujus videlicet Beatissimæ Rictrudis Actibus, indignus quidem et

et carmine
a Joanne
Armandino,
quo omisso

dantur opera
in S. Rictru-
dis laudem,

pareus

A parcus relator, pauca commisi scripto, in aliquo additamento laudum ipsius, postquam hæc orationum suarum condigno munere, Regi Sponsoque suo cœlesti oblato, retraxit me a seculari visco seu a luporum faucibus. Apposui tamen aliquanta de sanctissima filia ejus et virgine Ensebia, quæ dulcissima harmonia resonat Domino de castissima humilitatis et subjectionis pietatisque cithara: sed et de ceteris, a majoribus nostris cum honore reservatis Christi præclaris militibus, quorum apud nos gratissima et sanctissima requiescunt usque in diem Domini corpora... De situ etiam loci nostri, quem Deus de suo inordinato statu permutavit et ordinavit, venerandi merito Atrebatensis Episcopi, viri religiosi et divina lege admodum eruditi (qui nunc superest diuque supersit) Roberti providentia, in cultu ecclesiastico et religione divina... de cujus manuum sacra impositione et sacratiore intercessione, ad altaris ministeria peragenda, securior effectus accessi; Deoque, qui tanto Antistiti in Diaconatus et Presbyteratus cœlibatum me reservavit initiandum, benedixi. Nam rudis horum de seculari habitu vel de secularis palæstræ fastu tunc reversus aderam ad monachale gymnasium, quod votivum et nativum, ignorante causam exilii Richardo Patre Carnobii, reliqueram. Nam partim irrepente occasione scholarum, partim pro subversione claustrali Marceniarum, diversa instituta peragrans nationum, quodammodo zabulo professus fueram, et fidem seculo feceram, unde non immerito cor meum dolet.

3 Is porro qui, pro sui seculi more, soliti in epistolis per solas litteras initiales notare nomina propria salutantis ac salutati, sese ipsum hic scripsit Fr. W. in eo quod de S. Rictrude, prout hic innuit ediderat opere Fr. Gualberti nomine ad longum expresso sæpe usus est, alternantur enim W et Gu (ut in Willielmo et Guilielmo apparet) fere ad libitum. Istud autem opus habemus ex MS. Marchianensi, a D. Christiano le Roy diligenter cum originali collatum, sub hoc titulo, Textus operis, Sanctorum Marchianensium merita commendantis et præcipue B. Rictrudis: compositum post mortem Rudolphi Archiepiscopi Remensis, defuncti anno MCXXIV, et ante eandem Caroli Boni Flandriæ Camitis, anno MCXXXVII patratam; siquidem num. 45 ipsius operis Archiepiscopus dicitur bonæ memoriæ, et in Epistola meminit auctor versuum de illa cæde a se conscriptorum, et a Saswalone reprehensorum eo quod nimium secularis litteraturæ spirarent; ex quibus colligi posse censeo, proximo post dictam cædem anno visum amatumque Walberto Saswalonem, Atrebatensem ut existimo Canonicum, fortassis occasione Ordinum sacrorum Atrebatii ab illo susceptorum. Obiit autem Rotbertus Episcopus, a quo Ordines suscepit et sub quo epistolam illam scripsit Walbertus anno MCXXXI: quem biennio post secutus moriendo est Amandus Abbas, sub quo ad monasterium redierat idem Walbertus: qui deinde opus alterum scripsit libris duobus, vocavitque Epilogum vitæ sanctæ et Deo dilectæ Rictrudis, et quedam miracula ejus insignitæ sanctitatis. Scripsit autem hoc, ut in Prologo dicitur, cum jam caput distingueretur canis intermixtis, et mors cita cito fixura crederetur clavos trabales temporibus albis. Quia vero ex simili opere Monachi Anonymi, lib. 2 num. 25 constat, Gualbertum post suam reversionem modicum vitæ residuum habuisse; inferre possumus rediisse illum Marchianas circa annum MCXXV, scripsisse de Sanctis et de Carolo Bono intra biennium tricuniumve, tum etiam sacris Ordinibus initiatum esse; de miraculis vero composuisse libros anno MCXXX, vivente adhuc Amando Abbate, quemadmodum in nota Marginali manu recentiori indicatur; ac denique obiisse infra sextum aut septimum sui reditus annum aut etiam citius, annos fortassis necdum sexaginta natum; quippe qui

tempore Richardi Abbatis monasterium deseruit. psalms, cantum et cetera, quæ ad cultum divinum pertinent, sufficienter edoctus, cum jam annos pubertatis attigisset: *puto sedecennis aut octodecennis, secundo vel tertio Richardi Abbatis anno, anno Christi MCCI ordinati, peregrinatus antea in habitu Clericali annis circiter xxx.*

4 Stylo utitur hic scriptor admodum verboso et luxuriant, et affectata ex verborum transpositione elegantia ac periodorum longitudine subobscurus. Quare lectoris festinabundi tædio consulitur, post Vitam ab Hucbaldo scriptam, omissis tantisper jam dictis operibus, dandos censeo monachi Marchianensis alterius, licet anonymi, et annis fere quadraginta posterioris libros duos, de Vita et miraculis S. Rictrudis, erutos ex eisdem Marchionensibus MSS. upote stylo longe moderatiori et ordine meliori digeri ceptos, post translationem corporis factam anno MCLXIV, ut dicitur lib. 2 num. 72 vivente adhuc Gosuino Aquicinctensi Abbate, ut habetur aum. 49, odeoque ante annum MCLXVI, et continuatos usque post annum MCLXVIII, quando in juvene paralytico patratum narratur ultimum miraculum, præcipiente Joanne Abbate ceteris additum ad ædificationem auditorum. Atque hæc sufficere plerisque poterunt. *Is vero qui rerum Marchianensium accuratorem notitiam habere voluerint, dabimus jam sæpe dicti Walberti seu Gualberti opera, alio tamen quam scripta sint ordine, sic ut primo loco ponatur Epistola ad Saswalonem, deinde libri duo miraculorum, ac denique opus illud ejus ut ante compositi dicta Epistola meminuit, cum initio Epistolaris præemii, quod lobemus Gerardo missum, S. Trudonis Hasbaniensi monacho. In quibus hanc mihi licentiam sumam, ut ubi oratio visa fuerit transpositis incongrue verbis nimium intricata, clivorem aliquando faciam ipsis ad naturalem Grammatices ordinem reductis in gratiam lectoris, non vero mutatis; quandoque etiam verba pauca aut lineam unam alteramve expungam, prorsus in contextu redundantem, ideoque claritati officientem.*

5 Post Joannem Abbatem, hujus nominis primum, qui usque ad annum MCLXX vivendo pervenit, præfuerunt eidem monasterio Henricus, Joannes secundus, Stephanus et Simon, circa annum MCXCIX assumptus. Is cuidam Marchianensi monacho occasione præbuit Chronicon Marchianense scribendi, quod habemus hactenus ineditum, ex eoque dedimus VII Epitomen Vitæ S. Adalbaldi. Hujus Chronici auctorem censet Buzelinus Andream Silvium, motus his verbis Simonis Abbatis, in Præfatione relatis: Magis hæc eum scribere debuisse ad utilitatem filiorum hujus Ecclesiæ, quam gesta regum et bella Imperatorum componere. Hæc autem gesta Requæ a dicto Andrea scripta, sub titulo Synopsis Franco-Merovingicæ, a Raphaelo de Beauchamps ejusdem monasterii Sacerdote illustrata extant, typis Duacensibus anno MDCXXXIII excusa. Fuerant autem ab Andrea Silvio scripta kortatu Petri Episcopi Atrebatensis, ex Abbate Cisterci in Episcopum consecrati anno MCLXXXIV, et mortui anno MCCIII. Quæ tempora plane conveniunt cum Prælatura Simonis apud Marchianenses anno MCXCIX constituti et MCCIII mortui. Sed si præfationis jam dictæ notata hic verba in suo legantur contextu, apparebit ea fortassis dirigi ad Andream Silvium, ex relatione antiquorum varia Simoni Abbati narrantem, quæ fatebatur scripta non esse; ideoque merito arguebatur, quod externa curans et secularia, domestica et ad spiritualem ædificationem facientia non scriberet. De eo tamen, tamquam aliquo tertio, et qui in operis, a multis etiam antea sed languidius petiti executione segnis fuerit, ibi agitur; deinde auctor ipse sic de se in prima persona loquitur, quasi facturus et quod ulter rogatus neglegebat. Igitur secundum Abbatis Venerabilis imperium, licet inculto sermone, de statu ecclesiæ nostræ aliqua dicemus, sed et

præmissis tamen 2 libris miraculorum auctoris anonymi

Anit's an. 1168.

Quæ ex Chronico Marchianensi haberi possent

post Synopsim Merovingicam, non tamen ab hujus auctore scripta.

scripta a Walberto seu Gualberto Marchianensi

intra an. 1125, et an. 1131,

sub Amando Abbate;

A de temporibus Regum aliquid interseremus, et de vita specialium Patronorum nostrorum pauca scribemus. Putamus ergo auctorem ab Andrea diversum esse; eodemque tempore, quo hic incumbere operi suo, illum quoque scripsisse, indeque occasionem datam eos confundendi; sicuti postea eundem Andream Silvium, cum auctore librorum primo loco promissorum, qui ea-tenus aliis Anonymus fuerat, confuderunt Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, et Joannes Mabillon ad Acta et Translationes S. Rictrudis. Interim Mabillon fatetur hanc dictis libris adesse inscriptionem Auctoris anonymi de Vita et Miraculis S. Rictrudis libri duo: et ita hos libros sub nomine Auctoris anonymi continuo allegat Buzelinus, uti et aliud, Chronicon sub Simone Abbate conscriptum, licet suspicetur, uti diximus, ejus auctorem esse Andream Silvium. In hoc autem Chronico nihil relatu dignum reperimus, quod ab Huchaldo et dicto Auctore anonymo sive Gualberto non fuerit accuratius deductum. Prætermittimus etiam Poeticum Marceniensis Cœnobii, quo vetero ejus jura continentur, et fundi præcipui curiose satis describuntur: quia illud nec integrum unquam in autographo reperitur, nec ad historiam sacram magnopere facit.

hic omittuntur.

B 6 Colitur die xxii Junii S. Rotrudis Virgo, in Andrensi monasterio, anno MLXXXIV per Balduinum Comitum Ghisnensem in diocesi olim Mornienſi nunc Boloniensi constructo, ubi S. Rotrudis Virginis corpus olim conservabatur, postea ad ecclesiam S. Bertini translatum, quod hic anno MDXXVI, una cum corpore S. Silvini, ostensum fuit, ejusque costa donato Oliverio Abbati Aleiacensi, uti late deduximus ad Vitam S. Silvini 17 Februarii § 4 sub firm. Est præter nos MS. Chronicon Andrense, ab anno MLXXXIII ad annum MCCXXIV deductum, quod etiam Lucas Acherius tomo 9 Spicilegii excudit: hujus Auctor Willelmus Abbas, aliqua nominis vicinitate deceptus, unam eundemque credidit et S. Rotrudem Virginem et S. Rictrudem Viduam; quæ licet mater existeret quatuor liberorum, tamen quia continentissima inter sacras Virgines sanctimonialis vixit, aliisque præfuerit Abbatissa, etiam Virgo, id est Sanctimonialis, subinde appellatur. Quæ autem de S. Rotrudis corpore, apud Andrenses asservato, traduntur; ea attribuit dictus Auctor corpori S. Rictrudis, quasi illud et non alterius Rotrudis, ab ecclesia Marchianensi fuisset versus ditiones Ghisnenses furtim translatum, et in sacello B. Medardi apud Andrenses depositum: quando diocesanus Episcopus Gerardus, in facto reventi Deum glorificans, iactum approbavit. Præfuit Gerardus Ecclesie Teruanensi ab anno MLXXIV usque ad annum MXXIX, quo hic depositus successorem habuit B. Joannem, uti ad hujus Vitam xxvii Januarii illustrata cap. 3 indicatur.

perperam eadem habitata cum S. Rictrude vidua.

quasi hujus corpus fuisset ad Andrenses translatum,

C 7 Hinc liquet dictum Willelmum in suo Chronico plurimum aberrare, asserendo corpus S. Rictrudis Marchianis ablatum, dum in ipso cœnobio adhuc Moniales residerent, et sub spina occultatum fuisse usque ad annum MLXXXIV, id est ultra annos sexaginta post earum extinctionem. Nam in loco sanctimonialium, monachis introductis anno MXXIV Abbas constitutus est, et successorem habuit anno MXXXIII Albricum, sub quo corpora SS. Rictrudis et Mauronti conservata fuisse apud Marchianenses tradit Auctor miraculorum lib. I num. 17, addens de ossibus eorum ad villam delatum fuisse, quum Oshertus advocatus sibi subicere volebat. Albrico successit S. Poppo; eique intra mensum vita functo, Anno MXXLVIII: sub quo ob pestem ignariam multitudinem populorum ad S. Rictrudem accurrisse traditur num. 23. At sub Fulchrado Abbate, anno MCV electo, corpora SS. Rictrudis et Mauronti, ab altero Fulchrado ibidem Converso, ne deperirent, diligenter et cum summa veneratione custodita fuisse leges lib. 2. num. 3. Dicto Fulchrado deposito subrogatus est Amandus, cujus tempore in crypta corpora

quod cum Marchianis fuerit an. 1633

an. 1048,

an. 1105,

D B. Rictrudis et aliorum Sanctorum decenter reposita, locum orantibus reddidisse gratiorem, indicatur eodem lib. 2 num. 10: additurque num. 31 aliquas Reliquias Saliacum delatas, coram quibus in processione publica cantelæ duæ fuerunt virtute divina accensæ. Dein num. 45 narratur, quod cum corpus S. Rictrudis de veteri loculo in alium recens factum esset transferendum, concessum est, ut id Rinengæ in territorio Iprensi fieret. Tunc assumptis duobus oculis cum sacratissimo corpore, quidam ex monachis illuc proficiscuntur, Conventusque devotionis affectu, extra monasterium, quantum licuit, psalmis et laudibus suam Dominam prosequuntur. At gleba sanctissimi corporis anno MXXI in novum loculum reclusa ab Atrebatensi Episcopo, sacrum corpus est Marchianas relatum. Dein anno MXXIX, ab imminens bellum inter Comites Flaudriæ et Hannoniæ, loculos SS. Rictrudis et Eusebiæ in villas, ut ex protegerentur, delatos fuisse traditur ibidem num. 59.

an. 1130,

an. 1140,

an. 1149,

8 Hæc latius deducta sunt, quod supra indicatus Raphael de Beauchamps, monachus et Presbyter monasterii Marchianensis, in Appendice ad Synopsis Franco-Merovingicam pag. 1087 concedat corpus S. Rictrudis olim ad monasterium Andrense delatum, et toto jam indicato tempore scilicet ab anno MLXXXIV ibidem detentum fuisse, atque inde anno MCLXIV Marchianas revectorum, dicat, et apud Marchianenses in scrinio argenteo toto deaurato reconditum. Describitur infra dicto lib. 2 num. 70 tota illa historia, et dicitur corpus ante in Ecclesia Marchianensi reservatum in loculo ligneo fuisse, non aliunde apportatum. Porro miramur quomodo Johannes du Joucqnoy, Abbas Marchianensis eruditissimus (cujus liberali dono cum Antwerpia nostram Bibliothecam inviseret, opus præcitatum accepimus) aliique sub initium allegati, tam faciles fuerint, ut crederent revera corpus S. Rictrudis ad monasterium Andrense fuisse ullatum et ibi tam diu conservatum Habuerunt Andrenses, ut dixi, corpus S. Rotrudis Virginis, quod etiamnum in monasterio S. Bertini asservari, ejusque costam in Aleiacensi apud Hesdinium cœnobio, esse testatur Rayssius in Hieroglyphica Belgica: qui eodem modo asserit corpus S. Rictrudis in Marchianensi ecclesia quiescere, in feretro argenteo inaurato, affabre facto; caput vero in capsula argentea deaurata. Nos reliquias et S. Rictrudis et S. Rotrudis in suis locis aliquando venerati sumus, reliqua ad vitam S. Rotrudis jam ut prælatum paratum dicentur xxii Julii.

E perperam dicitur ablatum an. 1081 et relatum an. 1164.

9 Antiquam S. Rictrudis venerationem adstruunt multiplices historiae Vitæ et miraculorum, in iisque relatæ variæ ipsi constructæ ecclesie et altaria, atque festivi dies absque opere servili pluribus in locis celebrati. Ejusdem memoria inserta est ad hunc XII Maji Martyrologio MS. Centulensi seu S. Richarii, item MS. Floraria, et Fastis excusis Molani, Miræi, Galesinii, Canisii, Ferrarii, Gelenii, Suassayi: item Benedictinis Wionis, Dorgnyii, Menardi, Bucelini, et Natalibus Canonicozum Ghinii. Celebratur quoque illius et filiarum aliqua elevatio ad diem vii Februarii uti tunc inter Prætermissoz monimus. Aliqua etiam transpositio corporis Rinengæ facta est anno MXXL, feria quarta Pentecostes, ac proinde die xxix Maji, Paschate ante celebrato die vii Aprilis litteris Dominicalibus GF. Multo autem solennior fuit translatio in novam thecam, anno MCLXIV, die Dominica, iv Nonas Augusti, facta ab Henrico Archiepiscopo Remensi et Andrea Episcopo Atrebatensi, præsentibus Abbatibus Martino S. Vedasti, Fulcone Hasnoniensi, Waltero Bergensi, Balduino Iprensi, Henrico S. Quintini Bellovacensis. Denique aliqua ejus memoria inserta est a Molano Additionibus Usuardi primæ editionis; et ejus exempto apud Canisium et Ferrarium, ad diem xxix Octobris. Singularis præterea S. Rictrudis cultus est Duaci, in ecclesia S. Amati

Cultus sacri 12 Maji 17

7 Februarii,

29 Maji,

2 Augusti,

29 Octob.

Reliquiæ
etiam Duaci.

A *Amati collegiata, ubi visitur amplum et peregrinum sacellum, cum ara S. Maurontis ejusque parentibus sacra, et statuis cultui publico expositis; ubi tertia est S. Rictrudis, idem sacrum Marchianensem manu tenens, tamquam ejus fundatrix. Adservatur ibidem inter alias Sanctorum Reliquias dens aliquis S. Rictrudis: item in æde S. Petri collegiata est ejusdem S. Rictrudis junctura una digitorum cum costa ex Reliquiis S. Eusebiæ filiae: de quibus, anno MDXXXVII donatis authenticum testimonium legitur apud Raissium, in dicto Hieroglyphylacio pag. 412.*

VITA

Auctore Hucbaldo monacho Elnonensi.

Ex MSS. Marchianensi et aliis.

In Christi membrorum compage, sicut excellentiori, sic merito honorabiliori Domino Præsuli Stephano, secundum nomen suum, Apostolicæ Reverentiæ signo ab hominibus quidem coronato, sed demum ob meritorum insignia cum eis, quorum vices exequitur, a Deo coronando; Hucbaldus, omnium exiguus Sacerdotum ac monachorum, ejusdem immarcescibilis vernantisque floribus virtutum optat coronæ gaudium.

IA Clericis et sanctimonialibus congregationis Deo dilectæ famulæ B. Rictrudis rogatus, apponere novum, ad conscribendum gesta ipsius natorumque ejus, calanum; diu multumque renisus sum, vel quia meam quantolamcumque scientiolam tantæ imparem materiæ noveram, vel quia tanto transacto tempore nulla certæ relationis de his scripta videram vel audieram, veritus, ne forte dubia pro certis, vel falsa pro veris assererem. Cumque renitenti mihi quædam historiarum exemplaria suis ostenderent concordantia dictis; de cetero illis, quorum non contemnendæ videbantur personæ, mihi fidem facientibus, quod hæc, quæ referebant, eadem olim tradita litteris fuerint; sed insectatione Northmannicæ depopulationis deperierint, postremo adjuratus tremendo Divinæ Majestatis nomine, tandem acquievi: et si non ut debui, institi tamen ut potui, non phaleris deservire verborum, sed ædificationi consulere legentium cupiens vel audientium.

2 Explicito vero jam opusculo, cum ad recitandum, vel potius vestræ examinandum traderetur excellentiæ, visum est prudentiæ vestræ, et his quæ ad corroborandam uniuscujusque libri auctoritatem solent a Scholasticis requiri, quædam deesse; persona videlicet et locus cum tempore. Mihi tamen satis superque videbatur sufferisse, si tam præclara tantorum virorum nomina et facta et loca loquentibus scriptis, supprimeretur locus et persona scriptoris, ne per eam veluti peratram nubem obnubilari viderentur astra tanti splendoris. Verum, quia sic placuit sanctitati vestræ, famosa vestri nominis lampade præfulgente, nostri quoque, licet tetræ, illuminabuntur tenebræ: et dum Stephanum Legiensium inclitum Præsulem hujus libelli loquetur Præfatio, nostræ etiam exiguæ fiet personæ mentio. Porro locus, ut nostis, non est mihi cujuslibet nunc, ut olim, celeberrimæ urbis; cum potius libenter me infimum esse gloriarer cœnobitam monasterii beatissimi Amandum, egregii Christi Confessoris, vestri quoque dudî prædecessoris; nisi meis exigentibus peccatis, inde tam crebro fugarer, metu Barbaricæ insectationis. Quid autem dicam de tempore? Quod ut ita dictum sit, pessimum videtur fore: libet dumtaxat cum Psalmista ad Deum proclamare: Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, aunis quibus vidimus mala. Respice, Domine, in servos tuos et in opera tua. Cogimur denique Apostolam

Maji T. III

monentem audire: Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Ne tamen prætergredi videar auctoritatem vestræ jussionis, nostratum Regum nominibus omissis, innotescat tempus tempore Nativitatis Christi somni Regis, cujus agebatur annus nongentesimus septimus, revoluti Ordine decimæ Indictionis anno hujus editæ scriptionis. Ad profectum Ecclesiæ Catholicæ opto vos feliciter ad vota comraunia valere.

3 Vestra sagax votis faveat prudeatia nostris, Quæ passim suavem famæ diffundit odorem, Quod cultrix veri retegat quoque nubila falsi. Hæc nostrum placido dignetur visere vultu Hoc opus, et justo pensans examine libram, Emendet mendas, si quas malus intoluit error. Quod si lax nullo præponderat acta rotatu, Imparibus neque se miscet fraus partibus ulla, Congaudere pio justum, Pater, esse labori Inclite, scis; dignasque Deo persolvere grates, Quod sumus et sapimus, vitaque movemur in ista. Dum potius veræ speramus gaudia vitæ, Quæ nobis pariter Dominus det sumere Jesus, Sanctorum precibus, quorum signavimus actus. Sequatur distinctio capitulorum circiter triginta, adeo brevium, ut cum plura eorum tres quatuorve lineas non excedant, ipsi quandoque textui fere cœquetur titulus justo prolixior. Quare superfluum duximus, non modo titulorum verbosam seriem hic apponere, sed vel in margine tam densos numeros adnotare. Quod hic monuisse sufficiat, dum nostro modo vitam hanc in Capita numerasque distinguimus.

CAPUT I.

S. Rictrudis nobilis in Vasconia ortus. Conjugium cum S. Adalbaldo. Quatuor liberi Sancti. Luctus in obitu mariti.

Cum Francorum gentem, in suis olim primoribus de minore progressam Phrygia, atque ex regali b Trojanorum propagatam prosapia, diu quoque fanaticæ simulacrorum delusam dementia, ad agnitionem veritatis divina voluisset venire gratia: quod ante tempora prædestinaverat secularia, pene in fine temporum seculi, cum industrius Rex Chlodoveus ejusdem gentis teneret sceptrum, beatissimi Præsulis c Remigii devota perfici decrevit instantia. Qui sacratissimus Pontifex, et sancta morum probitate et admirabili signorum pollens virtute, præfatum Regem, necnon et maximam ipsius exercitus partem, fidei doctrina Catholicæ, atque (ut ferunt) sumpto cœlitus chrismate, una die ad tria circiter millia Christi baptismatis imbuat charismate. Ex illo deinceps tempore magis magisque, et sancta inter Francos religio et super regna sibi collimitanea seu etiam quædam procul posita, a suis partim majoribus elaborata, convaluit eorum dominatio. Quam non suorum feritate morum sunt adepti (a qua Franci putantur a quibusdam nuncupati, eo quod sit in illis velut naturalis quædam ferocitas animi, et mores in eis sint inconditi) sed quoniam genibus magnisque erant columnis fulti, quibus totus totius Ecclesiæ status videtur inniti; auctoritate videlicet sanctorum Pontificum, honore ejus, cujus vice lunguntur, præcellenti; et præpotentium virtute Regum, in administrandis reipublicæ negotiis in omnibus sagaci; idcirco, divina eos præveniente gratia ac subsequente, ad potiora passim fastigia sunt proveci.

3 Denique ubi quondam peccatum abundaverat, in tantum Dei gratia superabundavit, ut sicut cœlum varia stellarum decoratur pulchritudine, sic et a patre luminum, a quo descendit omne datum optimum et omne donum perfectum, Francorum terra multiplici

D
ACCT. HUC-
BALDO
EX MS.
Ephes. 5absoluta
anno 907.cum sancta
apprecatione.

E

a b
Francis cum
Chlodoveo
Rege ad fidem
conversis,

c

F

et valde
amplificato
eorum regno,inter varios
SanctosVita hæc
collecta ex
nonnullis
scriptis et
relatione
aliquorumC
oblata Ste-
phano Episco-
po Leodiensi:

Ps. lxx. 89

AUCT. HUCBAL-
DO EX MS.

eminuit S.
Rictrudis,

d
nobili prosa-
pia in Wa-
sconia nata :

e

B
ea regione a
Chariberto
et Francis
subacta:

f

C
instruitur a
S. Amando
exule,

g

A multiplici perfectorum Sanctorum, tam indigenarum quam et ab exteris regionibus advenientium, utriusque sexus et omnis ordinis, illustraretur claritate. De quorum sacrosancto refulsit collegio, velut quoddam sidus splendore admodum venusto, Rictrudis devota Christi famula, ipsi suo acceptabilis Deo, atque bonis omnibus amabilis ac laudabilis justitiæ et sanctitatis merito. Hæc claro satis extitit *d* oriunda germine, Ernoldo nobili edita genitore, et Lichia genitrice, ex agili pugnacique Wasconum gente. Hujus autem gentis antiquiores primo dicti sunt Vaccæi, a quodam oppido juxta Pyrenæum sito, sic cognominati. Sed postea *e* Wascones quasi Vaccones demutata C in S littera nuncupati; et ipsorum regio, quæ antea dicebatur Vacceia, appellata est Wasconia. Cujus incolæ licet illo tempore pene omnes dæmoniacis esse dediti cultibus, a Deo tamen præelecta Rictrudis sic ex eisdem impiis et sine Deo prodiit hominibus, veluti solet rosa de spinosis efflorere sentibus: quæ ab ipsis incunabulis, cum ætatis teneræ propectibus, honestis est alta et instituta moribus.

B 6 Fuit vero temporibus Chlotharii Regis magni, qui a Chlodovæo ex Francorum Regibus, ut præfatum est, primo ad fidem Christi converso, quartus extitit; seu etiam filii ejus Dagoberti Regis incliti, qui a beatissimo Arnulfo Metensium urbis Episcopo enutritus, ut patri conregnaret atque succederet, sicut de eo scriptum est, et industria dignus et viribus fuit. Hic post defunctionem patris sui Chlotharii regalia sceptræ regenda suscipiens, fratri suo Chariberto, non sibi uterino, ad regendum concessisse placuit pagus et civitates, citra Ligerem, et limitem quo tenditur partibus Wasconæ *f*, seu et Pyrenæos montes, sapienti usus consilio: ea scilicet pactionis facta firmitate, ne unquam adversus ipsum frater ejus amplius quid deregno repeteret paterno. Charibertus igitur Sedem tenens Tolosanam, cum et in partibus provinciæ regnaret Aquitaniam, non post multam temporis etiam totam subegit Wasconiam ditioni suæ. Præfatus autem Rex Dagobertus, cum in multis optime Regalia jura gubernaret, nimium tamen deditus amori mulierum, eam quam in conjugium sortitus fuerat, eo quod sterilis esse videretur, reliquit, alteramque in matrimonium accipiens, Regiam esse voluit. Cumque super hoc scelere a Pontificibus, maximeque a sanctissimo viro et mirabilium patratorum operum Presule redargueretur Amando; ille indignatione et fastu permotus Regio, eundem venerabilem Pontificem, non absque injuria, ab omni suo depulit regno. Qui persecutionem pro veritate, quæ Christus est, patientissime tolerans sibi illatam; et quoniam libentissime pro ipso optabat proprium fundere sanguinem, per diversa serendo loca divini verbi semen, tandem inter cetera genuinam Rictrudis aggressus est patriam, scilicet Wasconiam; ut illic et plures et hanc pulchram sibi cœlitus infuso, quo ardebat, irradiaret lumine stellam; reputans etiam, ob illius gentis savitiam, adipisci se imbi posse martyrii palmam.

7 Interea jam dictus Princeps atque Rex Dagobertus, cum non haberet filium, quem sibi gauderet posse fieri successorem; mœstus super hac re nimium, tertiam quoque suo ascivit lecto conjugem. Tandem conversus ad Dominum, ac plurimorum expetens suffragia virorum, ex eadem eodem habuit aano, largiente Deo, filium, multis precibus atque eleemosynarum largitionibus acquisitum. Sollicitus denique cui potissimum traderet eum sacro fonte diluendum, divinaque lege imbuendum, ut sicut ipse B. *g* Arnulfum habuerat pedagogum, sic et suum a quolibet maximo Dei servorum juxta Chri-

stianæ religionis exercitium educari faceret puerum; factique prioris reminiscens et pœnitens, quod tantum in tantæ comiserat sanctitatis viro flagitium; a ministris circumquaque studiosissime perquisitum et vix repertum, ad se reverentissimum petiit revocari Pontificem Amandum. Quid plura? Reducitur ab exilio verus prædicator et operator Evangelii, venerandus Antistes, veluti novus de Pathmo rediens Evangelista Joannes. Fit commune tam Regi quam Optimatibus gaudium, omni que populo solenne de ejus reversione tripudium.

8 Prostratus itaque ejus pedibus Rex, veniam rogat, facillime impetrat. Fundit precem pro filio; sed ejus frustratur petitio. Respondit enim illi ille ter beatus voce Pauli noster Paulus, militantem Deo non oportere negotiis implicari secularibus. His dictis, e conspectu Regis illico abscedit, sed regalis fervor desiderii minime recedit. Denique quod per se nequit, bonorum suggestionibus virorum perficere gestit *h*. Audoeum siquidem et Eligium, præcipuos in sanctitate et prudentia viros, ideoque Amando harum amatori virtutum merito amantissimos ac familiarissimos, Rex post eum dirigit, probabiles sui voti executores. Quorum sanctæ petitioni quia fas non erat obviare, sancto annuit, licet coactus Regis placito. Igitur infans Regius defertur, qui non amplius a nativitate quam dies circiter quadraginta habere ferebatur, per beatum Sacerdotem sacram benedictionis suscepturus gratiam; sed jam naturalis amissurus nominis Etymologiam. Namque dum ab eo catechumenus fieret, finitaque oratione, nemo ex illius tantæ multitudinis exercitu Amen responderet, Dominus qui aperit os mutum et linguas infantium disertus facit, os, ut ita dictum sit, non jam infantis sed pueri aperuit; et conctis audientibus clara voce, Amen, respondit. Res satis stupenda, et circumstantes contra morem siluisse, et hunc contra naturam locutum fuisse. Statimque illum sanctus Pontifex vivifico baptismo regeneravit, atque Sigebertum nominari instituit: quam Charibertus Rex, Regis frater, de sacro lavacro excepit. Sicque Dominus dum Sanctum suum mirificavit, et in conspectu Regum magnificavit, et ipsos et utrumque exercitum magno gaudio atque admiratione in hujusmodi signo replevit. Sequenti post hoc anno Charibertus Rex, nec mora post ipsum filius ejus parvulus obiit, omneque regnum illius cum Wasconia *i* Dagobertus Rex suæ potestati redegit. Hoc totum, et propter quædam præcedentia, maximeque pro his quæ sequuntur, interposui; ut legentes vel audientes noverint, quæ B. Rictrudis fuerit causa in Franciam veniendi.

9 Temporibus ergo præfatis, cum crebro Francis Wasconia fieret permeabilis, Rictrudis puella bonæ indolis, jam facta nubilis, videtur, diligitur, atque eligitur a quodam Francigena *k* Adalbaldo nomine, natalibus orto præclaris et justis. Mater denique ejus Gerberta fuerat filia S. Gertrudis, in monasterio, nunc Hammatico dicto, a se ædificato requiescentis. Ipse etiam a puero optimis institutus disciplinis, copiosis pollebat fundis et divitiis, atque in aula Regis carus valde erat et honorabilis: dignus plane vir, qui maritus existeret dignæ Rictrudis. A quo juxta morem desponsatur, dotatur, atque in contubernium matronale, licet quibusdam nolentibus puellæ consanguineis, assumitur. Causa vero uxoris ducendæ non fuit incontinentiæ, sed caræ sobolis habendæ. Sed ea conveniunt in utrisque, quæ spectari solent in eligendo marito vel uxore. In viro enim virtus, genus, pulchritudo et sapientia, quæ ex his ad amoris affectum potior est, inerant: in uxore autem pulchritudo, genus, divitiæ, et mores, qui magis quam cetera quærendi sunt, habebantur.

D
postea revo-
cato

h

E
ad baptismum
S. Sigeberti:

I

k
nobilis S. Adal-
baldo:

lib. 3

Et

1 Cor. 6 A Et ne multis immoremur secundum Apostolum erat illis honorabile connubium et thorus immaculatus. Non enim surda transierant aure ejusdem verba Apostoli : An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, quem habetis a Deo et non estis vestri? Empti enim estis pretio magno, glorificate et portate Deum in corpore vestro. Itemque Uxori vir debitum reddat, similiter et uxor viro. Et illud, Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis arationi. Et iterum : Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstinatis vos a fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum suum vas possidere in sanctificatione et honore, non in passione desiderii. Talem ergo servantes fidem conjugii, proponebant ante oculos et illud Apostoli : Unusquisque suam uxorem sicut seipsum diligat, uxor autem timeat virum suum. Itemque Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet in Domino. Viri diligite uxores vestras, et nolite amari esse ad illas. Igitur compage fidei et caritatis sic adherentes sibi, ut essent duo in carne una, et non jam duo, quia una caro; unanimes uno ore et concordia operatione, honorificabant Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi, omnibus diebus suis servientes Domino in sanctitate et justitia coram ipso, qui habitare facit unanimes in domo.

Eph. 5, 33
Colos. 3. 19
B
10 Dati quoque sunt eis filii secundum benedictionem Domini, quam primo dedit homini, Crescite, inquiens et multiplicamini. Fuitque eis primogenitus nomine *l* Maurontus, postea Abbas et Levita sanctus; et filia tres sacræ Virgines; Clotsendis, post obitum matris ejus monasterii Rectrix; Eusebia, bona Dei cultrix, secundum interpretationem sui nominis: post has quoque Adalsendis: quos, cum essent parentes eorum justis, et per seipsos et per familiares sibi servos Dei educaverunt et erudierunt in timore Domini, auctos ab infantia benedictione cœlesti. Mauronto siquidem venerabilis Deoque dignus Sacerdos *m* Richarius Pater spiritualis extitit, eumque per sacrum baptismum Deo regeneravit. Clotsendem egregius Pontifex Amandus, quia sacris dignisque manibus e fonte salutari excepit, in omnibus Deo dignam reddidit. Eusebiam vero ex sacro lavacro Nanthildis Regina, uxor Dagoberti suscepit. O vere beata et Deo beneplacita progenies! De hac denique dicitur recte: O quam pulchra est casta generatio cum claritate! Vere etenim cum donis spiritualibus sic plerumque ditantur justis etiam bonis temporalibus, sicut canit Psalmographus: Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, et bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ: Filii tui sicut novellæ olinarum in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum. In quibus verbis licet spiritualis sit intellectus, tamen secundum hæc datur aliquando justis et temporalis profectus.

Sap. 4
Psal. 127
C
11 Post hæc bonæ et laudabilis memoriæ Adalbaldus, devotæ Christi famulæ Rictrudis maritus, a pago *n* Austrebatense, ubi etiam pluribus locupletabatur possessionibus, eundi Wasconiam nimium triste suis iter arripit. Quem nobilis matrona Rictrudis aliquantulum prosequitur, sed quam citius domum, prout ei jussum fuerat, mœrens revertitur: mens enim futuri quodammodo præsauga doloris, jam portendebat, quod adhuc ignorabat; et quod nondum patiebatur, jam veluti lamentabatur. Quid multa? Inter eundem insidiis malignorum, et, ut fertur, eorum, quibus sanctum displicuerat matrimonium, vir justus appetitur, vulneratur, perimitur: honorifico deinde, ut decebat, tumulatus obsequio, defunctus seculo, vivit Deo. Vivit, inquam, vivit ejus

felix anima, illi cohærens qui vera est vita: quod attestantur signa, quæ ob illius declaranda merita, ad ejus mortua frequenter ostenduntur ossa. Neque multæ fiunt moræ in his nuntiandis Rictrudi Dei famulæ: quæ tam tristi percussa relatione, non modico afficitur animi mœrore; augescitque sensim dolor, dolore dolentium sobolum; crescit luctus, luctu lugentium familiarium.

12 Transactu tandem aliquando tanti fletus tempore, inquit cum philochristis sibi familiaribus, maximeque cum Amando sanctissimo Dei Pontifice, et capit consilium salubre. Proponit denique ei ille verus consultor animarum illud Pauli Apostoli: Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit: quod si dormierit vir ejus, liberata est; cui vult nubat, tantum in Domino: beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium. Ad quod illa erigit aurem, erigit et mentem. Audit etiam ab eo, imo exaudit et illam dulcem et amplectendam Christicolis Evangelicam vocem: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Et: Qui non renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Itemque: Si vis perfectus esse, vende omnia, quæ habes et da pauperibus, et habetis thesaurum in cœlo, et veni, sequere me. Et iterum: Omnis qui reliquerit domum vel fratres, vel sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit.

ANNOTATA.

a *Hæc olim quasi splendida fuerunt excogitata, et passim a mediæ ævi scriptoribus assumpta: quorum primus forsitan fuit, qui Chlodovæi ætatem sibi mendaciter arrogans sub nomine Hunibaldi imposuit Trithemio. De origine Francorum egimus 1 Februarii ad Vitam S. Sigeberti § 1.*

b *Regnavit Chlodovæus ab anno 480 ad 27 Novembris anni 509.*

c *Colitur S. Remigius Kalendis Octobris, de tempore ejus Sedis et baptismo Chlodovæi, egimus 6 Februarii ad Vitam S. Vedasti § 2 et 3, et ad Vitam S. Aviti 3 Februarii § 2.*

d *Circa annum 614, Chlothario 2 tunc monorcha factus, qui superfuit usque ad an. 628.*

e *De Vaccæis et Wasconibus consule quæ diximus ad Vitam S. Amandi 6 Febr. cap. 5 litt. e.*

f *Commodius legeretur usque ad, g S. Arnulpho sacer est dies 18 Julii.*

h *Coluntur S. Audoeus 24 Augusti et S. Eligius 1 Decembris.*

i *Anno 630.*

k *Colitur S. Adalbaldus 2 Februarii, ubi lector quæ ad ipsum spectant accurate exposita reperiet.*

l *Coluntur S. Maurontus 3 Maji, B. Clotsendis 30 Junii, S. Eusebia 16 Martii, B. Adalsendis 24 Decembris.*

m *Acta S. Richarii dedimus 26 Aprilis.*

n *Austrebatum includitur Scarpo, Senseto et Scaldi fluvii, uti latius exposuimus ad Vitam S. Adalbaldi § 3.*

CAPUT II.

S. Rictrudis viduæ sanctitas, vita monastica cum filiabus, Mauronti Clericatus.

In his sacris ac vitalibus verbis figens anchoram mentis Adalbaldi relicta, sed Dei dilectrix et a Deo dilecta Rictrudis; omni postposita ancipitis mora deliberationis, ejus salubribus se acquieturam pollicetur

D
ACCT. HUCBAL-
DO EX MS.

et seculo ren-
nuntiare de-
cernit.

1 Cor. 7

Luc. 14, 33

E
Matt. 19, 21

F

n
S. Adalbaldum
occisum tuget:

Nuptias se-
cundas etiam
a Rege propo-
sitas respuens

A cetur monitis. Sed ecce, et salubri Præsulis consulo, et pio sanctæ Matronæ voto invida diaboli nititur obviare subreptio. Nec movet in his perturbandis infimos quosque vel mediocres, sed summos seculi Primores: per ipsum denique Regem ejus tentat suadere animo, uti se suorum cuidam Optimatum secundo copulet connubio. Quod cum illa prorsus aspernaretur, plurima blandimentorum hortamenta, sed incassum, profunduntur. Cumque ad hæc penitus in Deo fixus illius status non moveretur, Regalium terror minarum, licet frustra, illi proponitur. At illa pari modo sævientem parvipendit, ut blandientem. Et quia ex tribus Philosophiæ partibus illam quam maxime, quæ est in actione et causa recte conversandi, apprehenderat, quæ Græce Ethica, Latine Moralis dicitur, et bene vivendi magistra cognoscitur; quæ etiam in quatuor principales virtutes, prudentiam scilicet atque justitiam, fortitudinem sive temperantiam dividitur: hic singulis sua reddens, sicut per justitiam Deo magis quam hominibus obedire disposuerat; et per fortitudinem nec illecebris emolli, nec adversis frangi poterat; sic per prudentiam caute indignationem a se Regiam submovere; et per temperantiam, humilitatis regulam modumque vitæ in omni verbo vel opere servare satagebat. Usa denique consilio sui Symmystæ, Deiferi scilicet Amandi, atque ad tempus dissimulans immobile in Dei servitio sui propositum voti, acturam se ex hoc cum ejus consilio vel permissione spondet Regi, quod utilius judicaretur fore sibi.

B

14 Et quid multis immorer? Cum ita Regem spectum reddidisset, veluti ejus voluntati parere vellet; in prædio suo, hoc est in villa a Baireio, opiparum et Regiæ condignum magnificentiæ instruit convivium. Invitat cum Optimatibus Regem, et interprandendum sale conditorum omnes lætificat suavitate sermonum.

Postquam exempta fames et amor compressus edendi,

Tum multo clara exhilarans convivium Baccho, Surgit, et non trepide sed constanter, non tepide sed ferventer, non segniter sed sagaciter, non muliebriter sed viriliter, quod conceperat mente, perficit opere. Primoque seiscitatur a Rege, si concederet sibi in domo sua quod vellet agere, libera coram eo uti potestate. Ille autem annuit propere, reputans quod sumpto poculo, ut moris est pluribus in cogendo bibere; se vel convivas suos deberet lætificare. At illa, secundum salubre sui consiliatoris **C** Amandi incliti Præsulis consilium, ex suo sinu prolatum, invocato terribilis Dei nomine et auxilio, capiti superponit, ipso Rege et cunctis stupentibus, jam benedictum ab eodem Pontifice velum. Quo facto Rex ira permotus, ingratas derelinquens epulas, abscessit e convivio. Illa vero jactans cogitatum suum in Domino, totam se suoque ejus commisit arbitrio, ut ab eo enutrientur et solatiarentur misericorditer semper solatio.

15 Ac primis facultatibus et possessionibus sibi relictis, ordinatione prudenti distributis, et spinosis hujus seculi curis a terra cordis sui penitus extirpatis; quæ antea in conjugali vita ferebat trigesimum, postmodum, duplicato germine, fructum cœpit in viduitate ferre sexagesimum: et quæ prius, dum in membris suis Christo ministrare satageret, fuerat Martha; jam secus pedes ejus residens, audiendo et custodiendo verbum illius, facta est Maria; et quoniam ipso attestante optimam partem, quæ ab eam non auferetur, elegit; optimum ejusdem partis dilectæ et electæ præmium in recompensatione percipere meruit. Sane ut quod homo gerebat interior, ostenderet quoque exterior; sicut mutaverat habitum

mentis, sic mutat et corporis. Pomposas projicit **D** vestes, quibus ornabatur nupta, cogitans aliquando ea quæ sunt mundi, quomodo placeret viro: et una cum eis exiit omni seculi hujus impedimento, ut quamvis videretur vidua, id est, divisa a viro, jam non esset divisa animo; sed sollicita semper quæ Domini sunt solummodo, quomodo placeret Deo. Induitur viduitas vestibus, quæ ipsa sui speciei monstrarent contemptum mundi istius. Nam sicut albæ vestes exultationi et solenni congruunt lætitiæ, ita nigræ humiliationi et lugubri conveniunt tristitiæ. Unde et caput, quod est principale corporis, tetro velatur amictu; ut principale animæ, id est mens, velanda signetur mœroris et pœnitentiæ luctu. Qui dum brevis sit, et, ut ita dicam, momentaneus, eam operatur consolationem, de qua ait in Evangelio **Math. 5** Dominus: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Et alibi: Amen amen dico vobis, quia **Joan. 16, 20** plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit; vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

16 Et ut quondam expertas corporis voluptates, et molestas evinceret dæmonum suggestiones, cum nimis vigiliis et orationibus continuis, crebra ducens jejunia, **b** esophorio amictur cilicino; cujus assiduis punctationibus edomaret libidinis punctiones, et (ut dictum est a poeta) sine Cerere et Libero Venus frigeret, atque veraciter cum Psalmista caneret: Ego autem, cum mihi molesti essent, induebar cilicio, et humiliabam in jejuniis aliam meam, et oratio mea in sinu meo convertetur. Locum vero ubi spiritualibus daret operam exercitiis, cum consilio et auxilio sæpe dicti Præsulis, qui eidem erat a secretis, elegit valde congruum, monasterium scilicet Martianas vocatum, quod ab eodem Pontifice super fluvium Scarb fuerat constructum. Cui perficiendo et ordinando idem Præsul discipulum suum præfecerat Abbatem **S. c** Jonatum, venerabilem virum, cujus adhuc in eodem monasterio sacrum corpus habetur reconditum. In quo et monachorum Ordinem **B. Amandus** haberi voluit: sed jam dictus Abbas sanctimonialis, pro ut sibi visum fuerat, aggregavit. Hunc ergo locum, satis opportune remotum, Dei famula Rictrudis expetiit, atque **B. Amando** consentiente, et inter Regem et ipsam reconciliationis officium fungente, cum privilegio Regiæ auctoritatis accepit; quatenus ibi, licet in fragili posita corpore, corporeas fortiter concupiscentias superaret. Et non hoc solummodo, verum adversus aereas **F** potestates, adversus rectores mundi tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in cœlestibus collectando, et ea pariter cum mundo devincendo, triumphum victoriæ et condigna curtaminis præmia a superno Spectatore expectaret et perciperet.

17 Ut autem ad hæc feliciter peragenda sufficeret, omnibusque exempli gratia a quanta perfectione conversationem suam cœpisset, palam fieret; juxta illud Evangelicum, Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est: post abjectas a se onerosas prædiorum et divitiarum sarcinas, post professam Deo viduitatis continentiam, et post sumptum sanctum sanctimonialis habitus indumentum; seipsam tantummodo exhibere oblationem vivam, sanctam, Deoque placentem non contenta; etiam terræ, hoc est ventris sui, sacras ac præcipuas sanctæ et individuae Trinitati offert primitias, præfatas videlicet tres filias, candidas veluti columbas, gratissimas illi scilicet hostias; ut corde et corpora immaculatæ, et perpetuam virginitatem servantem, Agnum, Virginis matris filium, quocumque ierit sequantur sinceritate cordis et carnis, vernantes flore illibatæ virginitatis in corpore, ac nitentes puritate inviolatæ

prudenti
consilio S.
Amandi usa

eum ad convivium invitavit:
a

et coram eo
sacrum velum
capiti imposuit:

curis secularibus depositis

Luc. 10. 24

vestes nigras
assumit:

Math. 5

Joan. 16, 20

corpus affligit
jejuniis
et cilicio:
E

b

Psal 34

in Marchianensi
cenobio statuit
degere:

c

F

Math. 5

3 filias Deo
consecrat

A inviolatæ veritatis in corde; ut sint semper sine macula ante Dei thronum, cantantes ei canticum novum, hoc est gaudentes cum eo de carnis incorruptione in perpetuum. Quod canticum licet pessint audire, nemo tamen poterit dicere Sanctorum, nisi illa candida turba incontaminatorum.

*ad cultum
perpetuæ
virginitatis.*

18 Hæc cum verissime ita sint, audite, obsecro, et auribus percipite omnes qui habetis audiendi aures, quibus adhuc fas est ad Angelicæ privilegia castitatis assurgere, et tam præclari contubernii societatem acquirere, atque cum eis tam dulcem novi cantici melodiam personare. Properate, currite, festinate, ac memores uxoris Loth, retro respicere nelite. Putidam luxuriam fugite, carnales concupiscentias calcate. Omnis caro fœnum, et aronis gloria ejus tamquam flos fœni. Hæc exhortatoria cordis vestri penetrent intima, quæ non ex meis edita, sed ex Patris Augustini Doctoris egregii verbis, quibus Virgines hortatur, sunt mutuata. Pergite, inquit, sancti Dei pueri et puellæ, mares ac feminæ, cœlibes et inuptæ: pergite perseveranter in finem. Laudate Dominum dulcius, quem cogitatis uberius: sperate felicius, cui servitis instantius: amate ardentius, cui placetis attentius.

August. de
S. Virg.
cap. 28

B Lumbis accinctis et lucernis ardentibus, expectate Dominum, quando veniat ad nuptias. Vos afferetis ad nuptias Agni canticum novum, quod cantabitis in citharis vestris: utique tale, quale nemo poterit dicere nisi vos. Et sequitur post pauca: Sequimini Agnum, quia et Agni caro utique virgo est: sequimini eum virginitate cordis et carnis, quocumque ierit. Quid est enim sequi, nisi imitari? Quia Christus pro nobis passus est, relinquens vobis exemplum ut sequamini vestigia ejus.

*Marcha-
nensi cano-
bio se inclu-
dit*

19 Rictrudis igitur Dei fidelis femina, quæ se totam illi in sancta devoverat continentia; tres quoque filias uni despondit viro Christo, in ætate adhuc tenera, ut prædicto modo ejusdem Agni semper sequerentur vestigia, et Canticum, quod illa nequibat jam per se, per suarum citharas filiarum ei faceret personare. Omnibus tam sapienter dispositis, et cunctis exuta seculi curis, gymnasium monasteriale, ubi stadium vite præsentis agonizanda percurreret, et contra diabolum luctando decertaret, palæstricorum more sic nuda, ne in aliquo ab adversario maligno teneri posset, et oleo peruncta gratiæ cœlestis ingreditur; et juxta quod ait Apostolus in agone contendens, ab omnibus se abstinet, suoque exemplo filias vivere edocet; Mauronto primogenito suo adhuc in laicali habitu Regalibus obsequiis ac negotiis militaribus, corpore potius quam mente, detento: de quo in sequentibus opportunus erit nobis sermo.

1 Cor. 9,

C

20 Illis igitur diebus moritur Adalsendis, novissima filiarum ejus: et quæ postrema fuerat ingressa januam vitæ præsentis, prima ingreditur januam mortis. Et quare dicimus moritur? cum anniversaria circuli revolutione, ipsa sacrosancta Dominicæ Nativitatis solemnitate, quando huic mundo peccatis mortuo advenit remedium, quo mors cum suo fugatur principe, hæc, non mortua, sed potius luci vitæque sit edita perpetuæ? At bona Rictrudis, inter adversa fortis et longanimis, quid tunc ageret, duobus sibi occurrentibus affectionibus animi valde contrariis, gaudii scilicet ac mœroris? dum hinc intonantem toti orbi audiret Angelum, Ecce Evangelize vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: hinc suam præ oculis haberet mortuam, quam esse dolendam ipsa naturæ cogeret conditio? Virilis tamen, quod ei inerat, animi robor muliebrem superavit affectum: nec passa est sibi deminari luctum mortis filiae, vel esse ibi locum tristitiæ, ubi natalis celebrabatur vitæ. Et ut paucis absolvam digna me-

*In natali
Domine
mortua filia*

*dolorem dis-
fert usque
post festa,*

morizæ: debitum sepeliendi officium completur fidelium more, remota caros suos legendi consuetudine. Sic exactus est primus, sic secundus ac tertius sequentium se solennitatum dies.

21 Quarto denique succedente die, quæ sancta recolat Ecclesia victimationem parvulorum, pro Christo ab Herode jugulatorum, et miserabile matrum justitium; prudens Rictrudis, sciens quid cuique deberet impendere temporis, et quia tempus et tempora sint omni rei sub cœlo; ideoque distinguens tempus gaudendi et tempus flendi; post sacrorum expletionem mysteriorum, quibus ad Dei laudem eisdem sanctis Martyribus honor exhibetur, non dolor; vota que dantur ceremoniarum, non lacrymarum; cum sibi ceterisque sanctimonialibus jam parata esset refectio corporum; illa convocatis omnibus ait: Nunc vestra socialis, o dilectæ sorores, caritas eat, et de donis Dei cum gratiarum actione participans gaudeat: Me autem exemplo Dominarum mearum matrum scilicet sanctissimorum puerorum innocentium, quorum hodierna die ploratus et ululatus auditus est multus, meam quoque innocentulam quodammodo simili, loc est in matura morte præreptam, lugere permittat. His diebus amicum mœrori locum secretum petiit, atque ut naturæ competeat, dolori satisfecit. O laudabilem et imitabilem in prudentia, longanimitate, et patientia feminam! quam laudent in portis opera ejus. O mulierem fortem! quæ in castitate accinxit fortitudine lumbos suos, et in boni perseverantia operis roboravit brachium suum; ideoque non est extincta in nocte lucerna ejus!

*tum Bethle-
mularum
matrum ex-
emplo lugere
incipit.*

22 Verum quoniam in præcedentibus beati viri Mauronti facta est mentio, non abs re videtur breviter quid narrandum de eo. Hic ut prælatum est, egregii Sacerdotis Christi Richarii in baptismo spiritualis extitit filius. Accidit vero aliquando, ut idem venerabilis Sacerdos, tam pro sanctitate quam etiam pro familiaritate, beatam equo vectus inviseret Rictrudem. Cumque post sacra colloquia, quibus pariter dulces vitæ cœlestis sumpserunt epulas, vir Dei, conscenso equo, redire vellet ad propria: eadem quoque Dei famula, dilectionis causa a domo paululum progressa, gestans in ulnis suum quidem naturali generatione, illius autem spirituali generatione filiolium, ejus secuta est vestigia, quatenus ipse parvulus benedictione muniretur paterna. Sed cum jam vir Dei equo sedens eundem in manibus accepisset infanterem, sive ad benedicendum seu ad deosculandum; omnium bonorum hostis et invidus diabolus insolitam immisit equo ejus ferocitatem. Arreptiorum namque more insaniens, dentibus frendens, pedibus calcitrans, nimium valido huc illucque impetu discurrens, geminatum utrisque, sed unum Sacerdoti et matri incusserat timorem. Sacerdos denique sibi et puero, mater Sacerdoti metuebat et filio. Et quid illa ageret anxia? Jam pene exanimis, quasi innoientem præ oculis spectans adesse mortem, offuscatum lacrymis avertibat vultum, ne amorum simul miserabilem cerneret occasum. Sed et familia tristis, dolens et ejulans, magnis instabat plangoribus, ad triste congregata spectaculum. Servus autem Dei, ne laboretur, manu tenens parvulum, orationem fudit ad Dominum: qua completa, et puer ad terram delatus est incolumis, quasi levis advolarat avicula; et equus pristinae redditus est mansuetudini velut ovis placida. At mater tandem recepto spiritu, filium quoque recepit sanum, et in ulnis levavit ridentem: sicque tam ingens tristitia in magnum cunctis, qui aderant, versa est gaudium: quod nemo debet ambigere præstitum meritis amorum. Et quoniam tanta Dei omnipotentis est clementia, ut unde malignus hostis inhiat justos atterere, inde eos magis magisque faciat proficere, hæc quoque

E

*S. Mauron-
tus infans a
S. Richario
in equum
assumptus,*

F

*et periculo
præcipitatio-
nis miracu-
lose ereptus.*

quoque

ACT. HUG.
BALDO
EX MS

A quoque tentatio ad profectum virtutum provenit beato viro. Nam reputans secum, Dominum Deum suum, dum ad humani generis pergeret redemptionem, ad insinuandum humilitatis exemplum, non superbo schemate, id est, non equo phalerato, sed strato sibi ab Apostolis vectum asello; ipse etiam postea, si quando instaret illi alicubi necessitas eundi, simili exemplo eodem usus est gestatorio.

adultiore
sponsalia
contracta
dissoluit,

23 Postquam vero ad viriles pervenit annos, idem venerabilis Maurontus, Regali adhærens, ut ejus posebat nobilitas, lateri, ipsius continuis ut dictum est, obsequiis mancipatus, etiam vinculis innectitur sponsalibus. Sed carnalis citius amoris voluptuosas, in quibus veluti pedem posuerat, solvit compedes, animarum lucrifactore Amando Præsule ei suggerente spiritualis amoris suavitates, et æternæ jucunditatis dulcedines. Sed cum suæ mentis votum sanctæ retulisset matri, quod nequaquam suæ contubernio sponsæ vellet uti; illa metuens ne forte per abruptos lasciviæ discursus, ut quorundam moris est juvenum, latam et ad inferos ducentem deliberaret viam sequi; maxima percellitur mæstitia animi, rursumque poscit Amandum, medicum morbidarum mentium, succurreresibi. Qui Marcianis adveniens, lenibus sibi que notis verborum fomentis eam demulcens, pristinæ in Deum reddidit alacritati. Acta deinde ab eodem Antistite Missarum celebritatesolemi, cum et ipse Maurontus astaret in præsentem, aspiciens a pedibus Antistes apem ter gyrare ejusdem verticem viri. Vir autem Deo plenus intelligens statim quid portenderet hujus præsigium signi, advocato eo hortatur, ut quam celeriter perficiat opere, quod olim et ille jam cœperat corde, et sibi revelatum agnoverat Deo auspice. Quod et ipse nequaquam distulit facere.

B

probante
consilium
S. Amando:

24 Tum sanctissimus Pontifex Amandus, eum juxta morem Ecclesiasticum benedicens, decisa, capiti ejus coma, in Clericum totondit, et coronæ signum gestare fecit; per hæc quæ agebantur exterius immens, quæ eorum significatione servanda essent interius: scilicet ut summitas denudata capitis esse nuda et aperta Deo significaret omnia secreta cordis; et quidquid cogitatur vel agitur in occultis, oculis patere cuncta cernentis; frequens vero resectio capillorum, doceret resecanda frequenter malorum superflua cogitationum; decus quoque coronæ utrumque exprimeret, et summi tiaræ Sacerdotis, et Regalis diadema dignitatis; ut per hæc nasset ad Regale se pertinere Sacerdotium; necnon et post expletam diversarum tentationum sufferentiam, atque in his probationem per patientiam, se merito perceptorum vitæ æternæ coronam, a Deo diligentibus se repromissam. Quod et idem sanctus vir Maurontus, non solum ex salubri hujus Præsulis traditione, sed etiam ex sancta sanctæ Scripturæ suscipiens et memoriæ commendans lectione et admonitione studuit devotissime, ut assiduo semper impleret opere. Factus namque postmodum Levita, eidem nomini et officio condigna morigerari curavit conversatione et vita. Et ut clara editus prosapia, Regis quoque præclarus fulsit in aula, Regia honoratus bulla, utpote prudens Notarius, Regalium præceptorum conscribens edicta. Cui etiam ad capessendum cumulandumque sanctæ conversationis emolumentum, sanctum sancti viri d. Amati Episcopi Deus addidit collegium. Qui beatus vir, electus et sublimatus ad Episcopatum urbis Senonensium, eo tempore quo e Theodericus Rex iniquam exercebat tyrannidem, insimulatus falso quasi de infidelitate apud ipsum, in Perrona monasterio sito in oppido Virmandorum, cui sanctus præerat Abbas Ultanus, subire jussus est exilium. Deinde post excessum beati Ultani, traditus est præfato Dei famulo Abbati Mauronto, ut eum custodiæ manciparet in suo, qui Broilus dice-

et ejus manu
in Clericum
attonus,

ordinatur
Diaconus

d

e

et S. Amatum
custodendum
suscepit.

batur, monasterio, ab eodem nuperrime constructo, D in territorio Lætia vocato. Quo suscepto, ut ejus religiosam expertus est conversationem, sicuti servando cœlesti thesauro omnem omnibus vitæ ejus diebus famulandi adhibuit diligentiam, habens in eo pulcherrimum suæ suorumque confratrum vitæ et sanctitatis speculum.

ANNOTATA.

a Bareium: in libris miraculorum Bajerium nominatum lib. 1 num. 5 et lib. 2 num. 83 dicitur esse in Comitatu Atrebatensi: ibi, media inter Duacum et Atrebatum via, est Marville, quam mutato nomine hic notari scribunt aliqui. Si sola spectaretur affinitas nominum, potius intelligerem villam Bray dictam, eique vicinum Marcul, 4 aut 5 p. m. ab urbe; ut prædium Sanctæ, ubi res gesta, olim ad priorem, nunc ad alterum pertinens locum, appellationem variavit.

b Esophorium restis interior, ut latius exposuimus 23 Januarii in Vita S. Joannis Eleemosyarii auctore Leantio cap. 7 litt. f Mabillon excudit elephorio, sed quid eo significetur non explicat.

c Colitur S. Jonatus Kalendis Augusti.

d S. Amato sacer est dies 13 Septembris.

e Theodericus, post obitum Chlotarii III in Regem assumptus anno 670, sed inclusus monasterio, post obitum Childerici anno 675 regnum recepit, de quo tempore hic agitur: et traditur ab eo S. Amatus anno 678 in exilium missus.

f S. Ultani Acta dedimus 1 Maji, ubi, uti et 5 Maji ad Vitom S. Mauronti, reliqua explicantur.

CAPUT III.

Acta cum S. Eusebia filia. Hujus et SS. Amati et Mauronti atque ipsius S. Rictrudis obitus.

Interea Dei famula Gertrudis, quæ fuerat avia Adalbaldi viri venerabilis, longævitatem vitæ accumulans operibus bonis in Hamatico monasterio a se ædificato, ubi etiam sacra virgo Eusebia ejus educabatur proneptis; viam ingreditur universæ carnis. Cui velut loco regiminis eadem succedit Eusebia, puella quidem bonæ indolis, sed adhuc satis teneræ ætatis, utpote duodennis. Mater vero ejus Rictrudis, vere Christicola, profundiori usa consilio atque prudentia, bene sciens quod multos multis exercitatos virtutibus maligni hostis seducat astutia in ætate quoque jam matura, metuebat pro filia, ne forte serpentina tentaretur fraudulentia, si libertate potiretur immatura: quapropter ad se eam venire, et secum voluit habitare. Illa vero renuente atque in Hamatico conversari volente, mater ejus Regales compulsata est aures pulsare, quo suam ipsius auctoritate filiam potuisset recipere. Quo concedente, missaque epistola reverti præcipiente, mæsta ad matrem sancta regreditur Eusebia ad monasterium Marcianas, cum suæ proaviæ sanctæ Gertrudis corpore, et cum Sanctorum Reliquiis, quæ ibidem fuerunt reconditæ, atque cum omni sua congregatione. At mater ejus voti compos effecta pluribus filiam hortabatur monitis, secum in spirituali Deo deservire militia. Quæ libentissime quidem ejus parebat dictis, divinis se mancipando jugiter obsequiis; sed refragari ejus nequibat intentio ab amore loci sibi veluti genialis.

S. Eusebia
duodennis
præficitur
Hamatico
monasterio,
v

F

unde abstracta
ad matrem,

26 Unde fiebat frequentissime et noctibus pene singulis, ut post Vespertinalis completionem synaxis, dum capere cum ceteris quietem putaretur corporis, illa pro dissimulatione relictis ante stratum sandaliis, ad Hamaticum pergeret silentio intempe-

et noctu
secedere
illuc solita

A stæ noctis b... cum sua collectanea, aliisque fidis, ut putabat, sui secreti sociis. Ibiq̄ celebratis Vigiliis, omniumque horarum Officiis, ad monasterium Marcianas, fidei peracto furto, revertebatur mox satis hilaris, quatenus et ibi non deesse videretur nocturnalibus seu matutinalibus horis. Nec defuit qui hæc auribus intimaret maternis. Iterumque eam convocans, et mulcendo blandis, et terrendo sermonibus compellabat asperis, quatenus illam revocaret a suæ proposito voluntatis, sciens pro certo eam detineri secum corporis potius proximitate quam mentis. Cumque nec per se nec per amicos seu familiares suos quidquam proficeret, in re hujusmodi inito consilio cum suo filio Mauronto c... visum est utrisque, verberibus illam, pro ipsa inobedientia, et quasi quadam animi pertinacia, debere castigari. Quod cum placuisset matri ab eodem fratre ejus fieri, eo jubente, inter brachia coarctata famuli, adjudicata subditur correptioni. Et quia isdem, a quo tenebatur, puer accinctus erat gladio, dum inter angustias verberum hac et illac se flectit Virgo, ejus tenerum latus, ut fertur ensis illius læditur capulo; in tantum, ut pluribus, quibus postea supervixit annis, purulentam mixtamque sanguinæ ejiceret salivam oris.

B 27 Cum vero neque sic a cœpto ejusdem sacræ Virginis cessaret intentio, convocant Episcopos vel Abbates illustresque viros e vicinis, qui omnes agebant cum ea diverso modo, quatenus a tali revocaretur desiderio. Illa autem cunctis multum constanti renitebatur alioquo. Qui dum inflexibilem ejus cernerent animum, matri dederunt consilium, ut illam ad cupitum redire permitteret locum. Quod et mater annuit, licet invita, religiosam illius conversationem suasoriis roborans monitis, Deoque precibus eam commendans sacris. Quæ diu desiderato potita votorum effectu, cum omni sua plebecula, accepto iterum sanctæ suæ proaviæ corpore, cum venerandis Reliquiis Sanctorum, gaudio plena ad monasterium repedavit Hamaticum. Ibiq̄ angelicam agens vitam in terris, in medijs ipsius adolescentiæ annis rapitur ad thalamum Sponsi cœlestis; ne, sicut dicit Scriptura, malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius; et consummata in brevi, explevit tempora multa; placita enim Deo erat anima illius; propter hoc properavit educere illam de medio iniquitatum.

C 28 Enimvero propter ineptam quorundam garulitatem, libet paulisper exacuendo stylum proterellare, quo illorum perfodiantur linguæ, qui loquuntur adversus justos iniquitatem in superbia et in abusione; qui ponunt in cœlum os suum, dum eis detrabere non verentur, qui jam exempti de terrenis, cum Deo in cœlestibus regnare creduntur. Aiunt enim strophas commentantes hujusmodi: En, quales isti dicuntur esse Sancti, Mater innoxiam insequitur filiam, Deo militare volentem: Filia sicut hostem, sic propriam execratur et refugit matrem; Filius matre consentanea, sororem refugam, asportato clam signo proditam, dirissimis velut furti ream afficit verberibus pene usque ad mortem; quam etsi non statim perimit, longo tamen dolorum cruciatu tabescere facit. Hæccine Sanctos Deoque placitos efficiunt? Quæ in istis sanctitas? Quæ pax? Quæ caritas? Quid ergo nos tam insani capitis hominibus respondebimus? O stulta vesanæ mentis arrogantia! O rabida fatuorum, non hominum, sed canum oblatratio! Quid dabitur, aut quid apponetur ad linguam dolosam, nisi sagittæ potentis acuta, id est verborum Dei omnipotentis jacula, ex sanctarum prolata Scripturarum pharetra? Quæ tam sunt efficacia, ut non modo ora loquacia, sed ipsa quoque fumida transfigant corda.

29 Ac primum tales Evangelico percillantur to-

nitruo: Nolite, inquit, judicare et non judicabimini, nolite condemnare, et non condemnabimini. Insonet dein tuba Pauli Apostoli: Tu autem quid judicas fratrem tuum? Lemque: Tu quis es qui judicas alienum servum? Illis addatur: Nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium; et tunc laus erit unicuique a Deo. Audiatur et illud Jacobi: Nolite detrahere alterutrum, fratres mei. Qui detrahit fratri et judicat fratrem, detrahit legi et judicat legem. Sed et hoc quod Deus loquitur per Psalmistam; Os tuum abundavit malitia, et lingua tua concinnabat dolos: sedens adversus fratrem tuum loquebaris. Et paulo post: Arguam te et statuam contra faciem tuam. Itemque: Disperdat Dominus universa labia dolosa, linguam magniloquam. Et iterum dicit Scriptura: Qui detrahit fratri, eradicabitur. Cur ea miseri non pertimescitis? Ut quid loqui diligitis vanitatem et quæritis mendacium? Perdet Deus omnes qui loquuntur mendacium? et: Quoniam dilexistis iniquitatem magis quam loqui æquitatem, et dilexistis verba præcipationis, id est, blasphemix lingua dolosa, propterea Deus destruet vos in finem.

30 Audite si potestis, et animadvertite: Rictrudis mater sancta, non filiam persequitur innocuum; sed ejus immaturam considerat ætatem: sciens quia omnia tempus habent, et quod omni negotio tempus fit. Et quoniam, ut sapientissimus ait Salomon, Puer qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam; auditque Scripturam dicentem; Filix tibi sunt? conserva corpus illarum; quin potius idcirco illam secum manere desiderat, ut suis eam potissimum exhortationibus et exemplis ad perfectiora provehat. Filia quoque ejus Eusebia, licet cœlesti Regi sit desponsata, non tamen beatam tumide aspernatur aut despicit matrem, cum sui Sponsi tale noverit esse dictum; Honora patrem et matrem, ut sis longævus super terram; sed in nisu gratiæ ejus, qui illam annulo suo subarrhaverat, ejusque solummodo flagrans dilectione, nullius alterius amoris, nec suæ quidem matris affectum sibi exhiberi volebat, ne se vel immolico ab insiti fervoris amore sejungeret. Sed et frater ipsius Christi minister Maurontus, non odio, non crudelitate suam flagris torquet germanam, sed fraternapotius caritate, quasi insolentem, et (ut ita dictum sit) veluti parenti inobedientem, ut ipsa posebat ætas, castigat infantulam, sciens scriptum: Qui parit virgæ, odit filium; et quia virga atque correctio tribuunt sapientiam. Et quid mirum si mater et filius humano falluntur judicio sacram corripiendo Virginem, ignorantem adhuc divinam, quæ inerat illi, gratiam, cum Prophetæ sancti sic aliquando ex suo humanam quasi ex Dei spiritu proferant sententiam? Cessent ergo, cessent stulta stultorum vaniloquia: non enim poterunt assignari operibus iniquitatis, quæ prodeunt ex radice caritatis; ipsi attestante Veritate, quæ dicit: Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Adhuc vero quod hujus occasione facti virgo beata corporati dum adviveret subjacuisse dicitur infirmitati, quis non videat hoc ad annulum jam collatæ gratiæ profecisse illi? Ut dum deficeret corpore, roboraretur spiritu, juxta illud Apostoli, Cum enim infirmor, tunc potens sum. Obstruatur ergo os loquentium iniqua, quoniam de bis per Isaiam Prophetam vox intonat divina: Dabo opus eorum in veritate, et fœdus perpetuum feriam eis, et scietur gentibus semen eorum et germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos, cognoscent illos; quia isti semen, cui benedixit Dominus.

31 Decessit autem vere bona cultrix Dei Eusebia virtutibus plena xvi die Martii, qui est xvii Kalend. Aprilis

D
AUCT. HCC-
BALDO
EX MS.
compescit
auctor
Matth. 7
Rom. 2, 1
1 Cor. 4, 5
docens nil
temere judi-
candum,
Jac. 4, 11
Psal. 49, 19

Psal. 11, 2
Jac. 4, 11

et innocen-
tiam S. Ri-
cetrudis,

Prov. 29

Eccli. 7, 16

S. Eusebiæ,

Exod. 20

ac S. Mau-
ronti de-
fensens

F
Prov. 13

Matth. 6

2 Cor. 12

Isai. 61, 8

Moriuntur
S. Eusebia
16 Martii,

Aprilis

et ideo iussu
illius casti-
gata,

tandem
illuc redire
permittitur

ibique reli-
quam vitam
degit.

Sap. 4

Huc Sancto-
rum facto
oblectantes

A Aprilis. Postquam vero sanctum Episcopum sibi amabilem et monachum Amatam Dominus ad cœlestem patriam, ex hac molestæ peregrinationis ærumna, idibus Septembris assumpsit; sacrum corpus illius sacer Maurontus in sua possessione honorifice tumulavit: totaque hereditatis suæ prædia per charitarum instrumenta illi contradidit. Ipse quoque venerabilis Abbas Maurontus, Deo dignus Levita, licet sanctæ matri fuerit superstes in hac vita, post expleta piæ administrationis munia, tertio Nonas Maji, functione liber debita, ut condigna laborum suorum perciperet præmia, ad cœli subvectus palatia, perenni cum Christo vivens vita, jugi cum eo lætatur gloria.

et S. Rictrudis abdicatione regimine

Joan. 6, 38

Matth. 20

B Sed ut ad ea quæ cœpimus redeamus explicanda, Rictrudis devotissima Dei famula toto nisu mentis, toto famulatu corporis, bonis operibus dedita, ambulans de virtute in virtutem, dilatato corde cucurrit infatigabiliter viam mandatorum Dei in studio fidei et justitiæ, patula hauriens aure: Carrite dum lucem habetis, ut digna haberetur accipere brævium cœlestis. Et ut in omnibus se exhiberet perfectissimam illius imitatione qui dixit: Non veni facere voluntatem meam; se quoque alterius regimini subdens, ejus imperiis obedientissime paruit; ceterisque famularum more famulans, illud quod dictum est: Non veni ministrari, sed ministrare; præ oculis semper attendit; nec usquam vel unquam septa monasterii egrediens, exemplum bonorum operum seipsam cunctis præbuit in humilitate, in obedientia, in patientia, in castitate, in jejuniis, in vigiliis et orationibus continuis, in longanimitate, in mansuetudine, in modestia et benignitate. Et quid multa?

12 Maji:

sepelitur honorifice,

C Ut filia dei semper ambulavit in luce, cujus fructus est in omni bonitate et justitia et veritate. Sicque in sanctarum virtutum perseverans proposito, expletis septuaginta quatuor incolatus sui annis, quarto Idus Maji, diu desiderato potita votorum gaudio, corpusculum terræ, sanctam vero animam reddidit cœlo. Sepulta autem est in eodem loco honorifice a Dei Sacerdotibus, aliisque in Ecclesiasticæ dignitatis ordinem ipsi militantibus, sen etiam quam plurimis Christianæ religionis viris ad exequias tantæ matris undique confluentibus, de temporali quidem ejus absentia morrentibus, sed de æterna, qua cum Christo fruitur gloria gaudentibus. Et nunc cum spe ineffabilis gratulationis præstolatur magnum diem poliorem suæ glorificationis, quando illud quod seminatam est in corruptione, surget in incorruptione; et quod seminatam est in ignobilitate, surget in gloria: et quod in infirmitate, surget in virtute; tunc denique illa felici resurrectione, duplici glorificatione glorificanda, in beata resurget gloria, cum Sanctis omnibus in parte dextera meritis suorum actuum feliciter coronanda.

claret miraculis

Invocatur ab Auctore.

33 Ne quis vero ambigat de istius Dei famulæ vivacium meritorum efficacia, experimenta nobis præbent veracia plura ostensarum virtutum insignia, ad exanimata ejus corporis membra: Ibi etenim cæci visum, surdi auditum, muti sermonis officium, claudis gressum, febricitantes ac variis ægrotationibus laborantes optatam frequentius receperunt, et nunc usque poscentes cum fide recipiunt sanitatem. Et hujus testes rei adhuc supersunt multi, et eorum qui sanitatis desideratæ dona sunt consecuti, et illorum qui hæc videntes Deumque in Sanctis suis mirabilem laudantes de ejus beneficiis sunt gratulati. Te igitur, sancta ac Deo dilecta famula Rictrudis, toto quæsumus affectu cordis, ut tuis sacris intervenientibus precibus et meritis, quibus variarum nexum infirmitatum absolvis, nos quoque a nostrorum solvas peccatorum vinculis: quatenus cum benigni Jesu gratia his expediti, in tremendo sui die judicii, cœlis ardentibus ac terris, ipse nos a gebennalibus ereptos

flammis, tecum ad æternæ rapiat gaudia felicitatis, Deo cuius misericordiæ et miserationis nullus est finis: cui est cum Deo Patre sibi cœterno, et sancto Spiritu regnum et virtus, honor et gloria, per infinita secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a S. Gertrudis vidua colitur 6 Decembris.

b Interponebuntur hæc verba. Cum jam superius dicto sanctissimo Episcopo et monacho, nomine et religiosa conversatione Amato, illic sub cura Mauronti sancti Abbatis ad tempus exulante. Hæc seculissimus a textu, ne nostro nomine edita citarentur. Nam cum forte legeretur cum fidis amatisque sociis. Hic assumptus est, qui diu post S. Eusebii obitum factus Episcopus, et tandem sub Theoderico relegatus est, primo ad S. Ultanum, dem ad S. Maurontum. Ut ea lotius explicantur ad Vitam S. Eusebii 16 Mortii § 1, ubi tamen Chronologia ex jam dictis est reformanda.

c Addebatur, Levita aut Abbate venerabili: sed cum tunc adhuc secularem fuisse verosimiliter videtur ex ejus famuli gladio accincti præsentia, ipsiusque castigationis modo, ideoque hæc etiam verba expunximus.

d Circa annum 637.

HISTORIA MIRACULORUM

Auctore Monacho Marchianensi.

Ex MS. ejusdem loci.

LIBER I.

Res gestæ et miracula usque ad ann. mc.

CAPUT I.

Synopsis vitæ S. Rictrudis.

I mperatoribus Chlotario secundo Francis, et Romanis Heraclio, qui devinto Chosroe Pege Persarum et filio ejus, Dominicæ Crucis lignum victor Hierosolymam reportavit, B. Rictrudis in Wasconia, ex Tolosana urbe, et ex regali prusapia orta est. . . . a Huic siquidem pater extitit Ernoldus, et Litia mater, ambo satis nobiles et Christianæ religionis cultores. Educata est autem intra patrios lares satis delitiose: sed de barbarie gentis illius nihil trahens, Deum cœpit ab infantia venerari et timere. Cumque Dagobertus Rex Francorum, pro fratre suo Chariberto, qui paulo ante defunctus Wasconiam rexerat, partes illas in potestatem redeisset; de amicis suis illuc frequenter mittere consueverat, prout necessitas postulasset. Erat tunc temporis b Erchenaldus quidam Francigena, nepos Regis, et secundus a Rege in Palatio ejus, vir prudens et magne gratiæ, apud Deum et homines: [qui ad ædificandas tres ecclesias de suo procuravit sumptus et expensas: quarum una S. Petri Latiniaci c constructa est, alia S. Fursei apud Perponam, tertia Duaci in honore S. Virginis Mariæ, quæ nunc S. Amati nominatur. Juxta illam, turrem quoque munitissimam, et miræ altitudinis construxit: quæ in jus proprium B. Rictrudi, post mortem viri sui, hæreditariam successione obvenit. Unde quia Flandriarum Comites turrem illam possident, prout sibi invicem succedunt, hujus rei causa Marchianensi ecclesie conferre quinque solidos annuatim consueverunt.] Hujus frater fuit Adalbaldo, qui pro quodam Regis negotio in Wasconiam profectus est. Et hic redditibus affluens innumeris, potentia et genere, quia regia stirpe progenitus, magnus

In Wasconia pie educata

a

F

b Erchenaldi Majoris-Dominus fratri

c

S. Adalbaldo nubil:

A magnus erat, juxta nomen magnorum qui sunt in terra, optimis disciplinis a puero institutus, et in domo Regia admodum omnibus per omnia gratus; visa ibi puella nobili, de qua scribere intendimus; pro ea sibi desponsanda in uxorem parentes inquirunt, precatur, et obtinet. Et ecce viri potentes, puellæ consanguinei, frustra resistendo contradicunt, indignantes quod tantæ prosapiæ puella cuilibet Francigenæ jungeretur. Contendunt, et omnia irrita facere moluntur: sed non datur ultra. Dotata enim virgine, et nuptiis solenniter celebratis, vir cum uxore in Franciam feliciter revertitur.

quicum in
conjugio san-
cte vivens,

2 Sed quod sola successionis causa matrimonium inierint, statim in suæ conversationis initio cœpit apparere. Scientes enim membra sua esse templum Spiritus sancti, satagebant ut sibi esset honorabile connubium et thorus immaculatus. Debitum quoque sibi invicem reddendum non ignorantes, nisi forte ex consensu ad tempus ut vacarent orationi, noverat uterque vas suum possidere in sanctificatione et honore, non in passione desiderii. Denique vir non ad uxorem amarus, sicut se ipsam diligebat: et illa timorem viro deferens, subdita erat sicut

B oportebat in Domino. Erat ambobus veræ dilectionis indicium idem velle et idem nolle: sed in ipso apice nobilitatis, multo nobilicrem Matri Ecclesiæ devotionem quotidie impendebat. Interea nati sunt eis filii, sacer scilicet Maurontus, postea monachus et religiosus Abbas, filiæ tres, a primæva ætate in virginitatis proposito placentes Virginum Sponso, quos per se et per viros sibi familiares et religiosos, doctrina et exemplo bonis moribus informare studuerunt. Unde bonum quod ætas immatura non dederat, hoc in eis multiplex virtutum decore, cooperante Dei gratia, brevi enituit. In quibuscumque etenim excessibus, etsi levissimis, timentes offendere Divinæ Majestatis aspectum, bene intra se compositi, carnis gloriam et ejus voluptates pro nihilo habuerunt. Mauronto siquidem sacer Præsul Richarius, spiritualis doctor et patrinus extitit, et eum per baptismum salutare Deo regeneravit: Clotsendem Pontifex Amandus, et eam utpote filiam salubriter instruxit: Ensebia vero, Dagoberti Regis et d Nanthildis Reginae manibus de sacro fonte suscepta est, qui e possessiones dederunt et redditus multos in Francia, quæ omnia erant ecclesiæ Marchianensi, occulta Dei dispositione, profutura.

gignit S.
Maurontum
et 3 filias,

d

e

C 3 Post hæc Adalbaldu, vir ab omnibus bonum habens testimonium, eundem Wasconiam iter arripuit, suis tamen contradicentibus eum ploratu et ululatu multo. Quem Rietrudis nobilissima Matrona quantum licuit prosecuta est: quæ statim domum moerens jussa revertitur, eum amplius non visura. Gaudium planetus excludit, et jam mens quodammodo mali presaga, dolorem quem passura est in proximo reveretur. Homines igitur nequam, quibus matrimonium displicuerat, cum propinquis et amicis consilium inierant, quomodo virum illius sanctum dolo tenerent et occiderent. Et jam ad perficiendum scelus, quod conceperant, nacti tempus opportunum, inter eundem preparatis insidiis, eum qui nihil morte egerat dignum, occiderunt. Offerunt pro eo sacrificium, et honorifice ut decebat sepelitur. Sanitatum vero gratia, quam usque hodie ad sepulcrum ejus quærentes inveniunt, testis est, quod in consortio Angelorum receptus, cum eis pari gloria lætetur. Nec mora, malum quod acciderat B. Rietrudi et amicis ejus nuntiatum est: quæ tam gravi relatione percussa, in primis quid ageret, quid loqueretur, ignorat: sed dum filiorum et totius familiæ dolor in voces erumperet lacrymosas, mater turbata gravius affligebatur. Sciebat modicum plorandum esse super mortuum, cujus mors pretiosa

miratum oculum
lucens

est in conspectu Domini; sed carnalis affectus naturaliter ab ea dolorem exigebat.

4 Unde transactis aliquot diebus, inquit consilium cum viris religiosis et familiaribus, qualiter illud modicum residuum vitæ suæ transigere oporteat. Dei autem Pontifex Amandus proponit ei verba Apostoli, viduas ad continentiam cohortantis, ubi beatiore fore promittit, si sic permanserint secundum consilium ejus. Exerit quoque illud Evangelicum, ubi Dominus ait: Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in cælo. Ad hæc et alia multa in hunc modum, illa erigens mentem, Omnia, inquit, quæ temporaliter possideo, resigno illi a quo sunt, et meipsam pariter, etenim illius sum: perdam ad tempus animam meam, ne perdam in æternum. Cui talia proponenti non defuit rediviva illius tentatio, per quem prima mulier in Paradiso seducta est. Ibi per serpentem diabolus mortis venenum infudit; hic qui semper alienæ salutis est inimicus, per Francorum Regem de arce summi propositi matronam nostram dejicere conatus est. Rex etenim blanditur et suadet, ut totius regni sui optimatum cuilibet habere denuo consentiat: sed dnm suis et suorum precibus eam non acquieturam intendit, regiam adhibet comminationem: sed nihil profecit. Illa enim, sexu infirma sed fide fortis, et blandientem respuit, et minantis auctoritatem non expavescit. Secum tamen indesinenter revolvit, qualiter Regis indignationem lenire valeat, et cordis sui desiderium effectui mancipare. Denique quod a consilio Præsulis Amandi accepit, fixam dissimulat propositi sui constantiam, et quod magis esset utile, consilio et assensu se facturam Regi pollicetur. In hoc verbo de sua voluntate Regem reddidit suspectum, quæ bonis intenta potentioribus, ad vim cælorum regno inferendam se præparat.

D
EX MS.

a consilio
S. Amandi
eligit manere
vidua,

1 Cor. 7, 40

Luc. 14, 33

et nuptias
secundas
suadente Rege,

E

5 Nec mora in villa sua, quæ Bajerium dicitur, generale et sumptuosum instruit convivium: ad quod Dagobertum Regem cum suis Optimatibus solenniter invitat. Adsunt qui invitati fuerant, et inter prandendum jocunda affabilitate et ciborum affluentia convivas reddidit lætiores. Quibus saturatis, sed adhuc discumbentibus, surgit a mensa, Spirituque consilii et fortitudinis roborata, coram omnibus ita Regem alloquitur: Rogo ut in domo mea et solenni convivio mihi prout libuerit agere concedas, quatenus bonum, quod cœpi, dignum inter convivas exitum inveniat. Quam Rex vultu alacri et confidenter loquentem intuens, quod de proceribus suis magis adhuc lætificandis cogitet, suspicatur. Unde et petitioni ejus contraire [æquum non] duxit, et precari cœpit ut faceret. Illa vero, juxta consilium Præsulis Amandi, velum ab eodem benedictum de sinu suo extrahens, et invocans nostri Salvatoris auxilium, capiti suo læta et gaudens superponit. Stupent discumbentes, et Rex indignans admiratur; et convivio statim abscedens, inconcessa licentia se deceptum fuisse causatur. Tunc illa Regiam indignationem parvipendens, se et suos divino consilio et voluntati committit, et possessiones sibi relictas prudenter ordinat et distribuit. Nititur curam seculi a se penitus excludere, pro nihilo ducens quidquid ad cælestem vitam euntes retardat, nec jam amplius quidpiam proprius habere desiderat. Eligit cum voluntaria paupertate in jejuniis et orationibus Dei servitium, et ex consulto Præsulis Amandi Marchenias locum exercitiis valde idoneum. Locus etenim a strepitu secularium semotus est, ubi ejusdem Præsulis industria monasterium extruxerat. Istic pomposis abjectis vestibus nobilis Matrona nostra habitu religionis induitur, inter ipsam et Regem benevolentia et pace per supradictum Pontifi-

coram eo in
convivio

F
sacrum velum
imponit
capiti:

Mucianus
habitu religio-
nis induta,

EX MS

Isai. 32, 17

A cem prius reformata. Carni admovetur cilicium, oculis quoque pœnitentiæ luctum inducit : et quæ prius honeste conversando, in vita conjugali fructum tricesimum merebatur, nunc in viduitate sexagesimum adipiscitur. Quæ Martha Christo fuerat in membris suis, devote ministrando; nunc ad pedes ejus residens, facta est Maria, ipsum incessanter audiendo. Sedebat et tacebat, sciens secundum Prophetam cultum justitiæ esse silentium. O Divinæ Majestatis ineffabilem misericordiam! Quæ paulo ante villas et castella et alios redditus innumeros possidens, inter Francigenas post Reginam summæ dignitatis et venerationis erat, nunc superna illustratione præventa, se pauperem et esse in subjectione gloriatur. Jesu bone, tuum est hoc opus, tua est gratia : qui sic per Sacerdotem tuum Amandum, tam potentem et tanti generis feminam lucrari disposueras.

3 filias Deo consecrat :

6 Necdum tamen hæc omnia desiderio ejus satisfecissent, si non tres filias suas in monasterium Deo servituras sêcum introduxisset. Has igitur Virgines teneræ adhuc ætatis habens, secum gratulabatur in earum conversatione, et quam in se non poterat, per eas Deo integritatem offerebat. Doctrina quoque et exemplo vitæ suæ instruens ad contemptum mundi, humanæ felicitatis dulcedinem multis amaritudinibus esse respersam; neminem quoque in mundo tam compositæ felicitatis esse, qui non ex parte aliqua cum sui status qualitate rixetur. Postremo docebat eas, bona corporis et fortunæ, ut initium sic finem habere : et ideo postpositis omnibus iis ad æternam beatitudinem totis viribus anhelandum. His et aliis hujusmodi verbis salubriter instructæ sunt : quia quod audierunt memoriæ commendantes, operibus impleverunt. Sed ne quid desiderio matris deesse videretur ad cumulum gaudii, per divinam gratiam adhuc aliquid superadditur. Maurontus enim primogenitus suus, suo et Præsulis Amandi hortatu et consilio, pro stipendiis sempiternis eligit militare Deo. Et licet esset Regis nepos, et unus de Primoribus domus Regiæ : intelligit tamen in iis ponendam non esse summam felicitatis humanæ. Unde magis approbat servorum Dei paupertatem cum operibus bonis, quam Regis purpuram cum redditibus suis. Seculo igitur renuntians, vigiliis et orationibus Deo servire studuit, et a bono quod cœperat, donec ad bravium veniret, nullis secularibus illecebris detorqueri.

uti et filium S. Maurontum.

C ejus conversatæ sint, alibi vita eorum scripta est : legere vel audire eam potest, qui scire voluerit. De ea enim me aliquid dicturum non proposui : sed matris earum conversatione breviter et compendiose absoluta, de ejusdem Matronæ nostræ miraculis pauca quidem de pluribus enarrare decrevi. Hæc igitur monasterium ingressa, tam districtam corpori suo pœnitentiam indixit, ut nunquam postea pro quavis occasione loci illius clausuram egredi voluerit. Memoriter quoque retinens Dominum dixisse, Non veni ministrari, sed ministrare, sed totam in obsequio ancillarum Christi tanquam famulam devote stultit impendere. Castigatrix corporis sui erat inexorabilis et austere admodum vitæ, Deo serviens in jejuniis et obsecrationibus die ac nocte. Vita ejus lex vitæ et disciplinæ, ad pactus officiosus et demissus, sermo serius aut nullus. Unde aliis magnæ admirationi erat, quod femina paulo ante præpotens, et inter majores seculi divitias enutrita, in officio et omnimoda humilitate modo se primam exhibebat. Hoc fuit vitæ ejus institutum et spiritalis exercitatio, donec ætatis suæ anno septuagesimo quarto, iv Idus Maji, ab Angelis assumpta feliciter obdormivit in Domino. Convenientes autem,

Mat. 20, 28

Vitam asperam ducentis,

abit annos ætatis 74

ad ejus exequias Episcopi, Abbates et alii plures viri D religiosi, cum Clero et populi multitudine, honorifice et cum reverentia sepelierunt corpus ejus, ante altare Joannis Baptistæ et Andreæ Apostoli, in dextera parte ecclesiæ.

ANNOTATA.

a Intrusa hoc loco mentio Marchianensis monasterii, a S. Amando supra Scarpum fundati, contextum interturbabat; quare lineam unam expunximus, ut quæ ex margine in contextum irrepperit.

b Erchenoaktus Ægano mortuo anno 640 factus Major-Domus Chlodovæi 2.

c Latiniacum, vulgo Lagny, ad Matronam fluvium, de quo et sequenti monasterio actam ad Vitom S. Fursi 16 Januarii. Quæ autem hic de tribus ecclesiis et turri Duacena dicuntur, haud dubie connexionem turbant et aliunde sunt interjecta, ideoque ea censuimus per [] secernenda, ut intelligatur his omissis melius constitutus sensus.

d Solius Nanthildis meminere alii.

e Inter possessiones fuit potissimum Verniacum villa, vulgo Vergny, prope urbem Swessionum, de qua infra agitur lib. 2 num. 76. E

CAPUT II.

Status monasterii Marchianensis sub sanctimonialibus. Dæmoniacus liberatus. Alia miracula. Irruptio Normannica.

A Ad cujus sepulturam multos languentes et contractos, gratiam sanitatum invenisse testes sunt prædecessores nostri, et qui ejus vitam descripsit Hucbaldus monachus S. Amandi, vir religiosus et provecæ ætatis : quam cum descripsisset, ad testimonium sanctitatis illius, hoc eam fine conclusit : Ne quis vero ambigat de istius famulæ, vivacium meritorum efficacia, experimenta nobis præbent veraciter ostensarum virtutum insignia, ad exanimata ejus corporis membra. Ibi etenim cæci visum, surdi auditum, muti sermonis officium, claudi gressum, febricitantes ac variis ægrotationibus laborantes, optatam frequentius receperunt, et nunc usque cum fide poscentes recipiunt sanitatem. Et hujus testes rei adhuc supersunt multi, et eorum qui sanitatis desideratæ dona sunt consecuti, et illorum qui hæc videntes, Deumque in Sanctis suis mirabilem laudantes, de ejus beneficiis sunt gratulari. Nos vero quod ea scripta non sunt, quibus imputandum sit ignoramus, et de re incerta certam ferre sententiam non audemus. Potuit enim fieri quod ad posterorum memoriam prædecessores nostri ea diligenter scripta reliquerunt; sed cum ecclesia Marchianensi a Normannis omnia igne cremata sunt. Si autem per eorum incuriam nihil scriptum fuit, et in quingentis annis totum oblivio delevit, non imputet eis Deus, quod tantæ rei notitiam eorum negligentia nobis subtraxit. Ex diversis tamen miraculis, quæ per hujus Matronæ merita, Dei gratia nunc cooperante, frequenter fieri videntur, et multa et maxima tunc temporis facta fuisse conjiciamus. Quæ ne imposterum similiter delere posset oblivio, solummodo ea quæ vidi, vel veridica relatione diebus nostris facta fuisse didici, scripto memoriæ commendabo; si potero, recte; si non, quo unquam modo.

Miracula, olim facta testatur Hucbaldus : num. 31

Alia si scripta per Normannos perierunt :

F 9 Erat igitur juvenis quidam dæmonium habens, qui obvios quosque morsibus atrectabat, et vestes quibus induebatur, cum quadam terribili indignatione, laniabat : et cum esset metuendus lingua et manu, jam ab omnibus qui noverant eum, de recuperanda salute ejus desperabatur. Unde parentes ejus

Da monachus Hucbaldus

A ejus funibus eum vinxerant, et fortiter; quod eum fortem ad nocendum rabies ipsa fecisset. Sed cum fama crebrescente virtus, quam B. Rictrudis divinitus acceperat, pluribus innotesceret; illi de filio suo, quid facto opus esset, quærebant inter se. Hoc denique eorum fuit consilium, ut ad B. Rictrudis sepulturam duceretur, ibi sine dubio vexationis suæ remedium inventurus. Adducunt eum igitur, reluctantem quoque super sepulcrum jacere faciunt, et in fide qua venerant suæ petitionis effectum inveniunt. Curatur etenim juvenis a dæmonio, et omnes qui aderant lætantur. Parentes etiam, qui cum lacrymis venerant, ad propria cum gaudio revertuntur. Quid autem agat ille, vel quas Deo et B. Rictrudi grates possit rependere, ignorat; dum quis fuerit, et quis modo sit, non ingratus recogitat. Nihil suis vel penitus meritis repensum confitetur, sed totum Dei famulæ, collati beneficii memor, adscribit *a*. Hoc quoque, quod spiritui immundo potestas in eum concessa fuerat, in revertendo proclamat media se inervisse via. Notis et ignotis prædicat quod factum est, ut in Dei et famulæ ejus præconium diversorum ora relaxet. Ipse vero quod aliis suggestit, vivens facere non destitit, sed ex tunc B. Rictrudem, memoria et veneratione dignam, devotis coluit obsequiis.

10 Francorum quoque Regi Dagoberto et aliis orbis terræ Optimatibus, vivens in corpore, magnæ auctoritatis et reverentiæ fuit. Post transitum vero solennis ejus memoria longo tempore, ab eorum successoribus cum debita veneratione retenta est. Episcopi quoque et Abbates et religiosi quique, grande illi devotionis obsequium impendere satagebant. Unde Stephanus Leodicensis Episcopus, vir grandævus et miræ sanctitatis, ab Hucbaldo S. Amandi monacho Vitam ejus conscribi præcepit. Hic est autem Episcopus, qui cautum scilicet Trinitatis, et Vitam B. Lamberti Martyris, quam devote tam eleganter composuit, et multa alia Deo inspirante locutus est: quæ mater Ecclesia memoriter et in auctoritate retinuit. Qui propterea Hucbaldum ad conscribendum Vitam ejus elegit, quod esset vir litteratus, et inter monachos sana de ejus conversatione haberetur opinio. Cujus dictis fidem faciunt ejus diuturna [opera] et conversationis tenor immunis a querela. Ne quis igitur ambigat seculi hujus Primores Matronam nostram tam devotos habuisse cultores; de pluribus, qui magnæ auctoritatis sunt, unum causa exempli subjiciam. Visis miraculis et conversatione ipsius audita, Carolus Imperator Romanus, non in vanum posse recoli memoriam ejus, satis utiliter intellexit. Præcepit igitur omnia quæ tunc sui juris erant scribi, et a Fratribus Deo servientibus sine omni seculari exactione, libera in perpetuum possideri *b*. Nec enim omnia quæ vivens possederat conscripta sunt, quia per incuriam sanctimonialium, et eorum vitam magis secularem quam religiosam, jam multa male distracta erant, et in seculares usus redacta. Est autem in archivis ecclesiæ subscriptio Imperatoria, annuli ejus impressione roborata; in cujus privilegii ultimo versu, regia munificentia ob amorem prædictæ Matronæ instituit, ut si Fratres vel Sorores eidem famulantes aliquo indigerent, de Dominicatu regio suppleretur *c*.

11 Nunc vero restat ut ostendatur, qualiter a Normannis Marchianensis ecclesia destructa sit, et quæ occasio destruendi Flandriam cum Francigenis eis animum subministraverit. Quæ destructio ut legenti evidentiùs elucescat, paulo alius repetendum est, et pauca de pluribus replicanda: quibus breviter explicitis ad restorationem ecclesiæ, quæ Divina miserante clementia facta est, festinandum. Precamur autem ut hæc digressio legenti non sit onerosa:

quia propter nescientes historiam breviter et succincte transcurramus. Anno igitur Dominicæ Incarnationis octingentesimo quadragesimo, Ludovico Augusto piissimo diem obeunte, tres filii ejus Lotharius, Ludovicus, et Carolus regnum paternum inter se dispertunt. E quibus Lotharius, qui major natu erat et Imperator, prædictos fratres suos exheredare conatus est; qui exercitum copiosum ab Italia congregans, vii Kal. Julii *d* in pago Autissiodorensi, in loco qui Fontanidus dicitur, utrumque fratrem regni portionibus hostili apparatu privare contendit. Cumque ad pacis confraternitatisque concordiam minime revocari potuisset, obviis fratribus die Sabbati mane interceptus, multis utrimque cadentibus, compluribus fatigatis, turpiter victus aufugit. Palantium autem cædes passim agitabatur, donec Ludovicus et Carolus, pietate ferventes, ab eorum interfectione cessandum uereverunt. His malis eo tempore Francia et Alemannia cum Lotharingia attingebantur. Quarum miseram discordiam, et iniquam damnationem audientes, qui trans mare Oceanum habitabant, junctis sibi clam Normannis, eodem anno mare transierunt, et universam Galliam septennero incendiis, interfectionibus, rapinis, ecclesiis etiam non parcentes depopulati sunt. Et hæc omnia mala justo Dei judicio, ut æstimo, illis acciderunt. Cui rei simile quondam Judaico populo accidisse *e* Scriptura testatur. Hircanus quippe Rex illorum, et Aristobulus frater ejus, cum inter se pro regni ambitione decertarent, a Romanis paulatim usque ad interuccionem, ipsi Reges et successores eorum cum omni populo et templo, deleti sunt. Veridica est enim illa sententia Salvatoris, quæ dicit, Omne regnum in se divisum desolabitur. Igitur ut prædiximus, Normanni cum Danis omnem Franciam depopulati sunt per annos fere quinquaginta. Sed non est propositi nostri ut omnia male gesta eorum nunc per ordinem prosequamur, sed tantummodo ea, quæ præsentī narrationi nostræ congrua esse videntur.

12 Anno igitur Domini octingentesimo septuagesimo nono, Ludovicus filius Caroli Calvi defunctus est: post cujus obitum mirabilis et excidiosa inter Francos orta dissensio est. Nam Hugo, qui fuit filius Caroli Magni ex concubina, memor fidelitatis, quam promisit Ludovico Regi consobrino suo, videlicet filios ejus Ludovicum et Carolomanum paterno regno statuere conabatur *f*. Godinus vero Abbas et Conrardus Comes *g* Ludovicum Regem Teutonicum, cognatum supradicti Ludovici, in regno advocarunt. His denique inter se discordantibus, supradicti Normanni, ultra mare positi, eorum audientes discordiam; navali invectione mare transierunt, Taruennam urbem Morinorum, mediante mense Julio, igne et gladio vastaverunt. Post hæc ecclesiis circumquaque destructis, villulis et aliis civitatibus non pepercerunt; populos utriusque sexus, cujuslibet conditionis et ætatis, absque ullo misericordiæ respectu, in ore gladii trucidantes. Dirutis quoque monasteriis, quæ super fluvium Scarp sita erant, etiam Marchianense cœnobium, in quo B. Rictrudis corpus quiescebat, accolis terræ fugatis vel interfectis delatum est. Corpora vero Sanctorum, quæ in destruendis ecclesiis recondita fuerant, ad loca tutiora per divinam providentiam salva transportata sunt. In qua destructione deperit omnis ornatus Marchianensis ecclesiæ, in chartis videlicet et privilegiis, in libris et gestis Sanctorum, et ceteris rebus ad decorem et usum loci pertinentibus.

13 Quod si forte quis requirat, ubi fuerit translatum corpus supradictæ Sanctæ ob infestationem Paganorum, noverit, quod adhuc in tumbo lapideo ante altare B. Joannis Baptistæ satis decenter quiescebat:

*ad sepulcrum
S. Rictrudis
liberatur.*

*Memoria
ejus celebris
apud viros
Principes.*

D
EX MS

*Per bella
intestina inter
filios
Ludovici Pii,
d*

E

*excitati
Normanni,
Franciam
depopulantur
per annos 50,
Luc. 11, 17*

F

*et post
Taruennam
incensam*

*Marchianus
delent,*

A scebat: quando autem inde elevatum sit, vel a quibus personis, non satis plane nobis elucet. Verum in disquisitione elevationis S. Jonati Abbatis, qui fuit discipulus egregii Confessoris Amandi, scriptum invenimus, quod tempore Abbatissæ Judith, quæ Marchianensi monasterio præfuit tempore Lotharii Regis Francorum, adhuc quiescebant in tumulis lapideis. altaribus antepositis corpora Sanctorum, videlicet B. Rictrudis, nobilis Matronæ, et bonorum Confessorum Mauronti, atque supradicti Jonati. Cumque per divinam revelationem reliquiæ sæpe fati Confessoris elevatæ fuissent, atque honeste in crypta reconditæ; ipse idem relator, qui hæc scribit, subinfert: Ibi quoque postea appositæ sunt, reliquiæ B. Rictrudis, nobilis Matronæ, et Mauronti prolis venustæ, et venerantur a supervenientibus populis religiosa devotione. Nos vero diem elevationis ipsius beatissimæ VII Idus Februarii, secundum morem a prædecessoribus nostris traditum, jam per annos sexagies viginti devotissime celebramus.

14 Post transitum autem ipsius, et Sanctorum Confessorum Jonati et Mauronti, Marchianensem locum sanctimoniales rexerunt, quibus prima præfuit filia ipsius Sanctæ, Virgo nomine Clotsendis. Ubi B. Amandus, qui monasterium ipsum in honore B. Petri construxit, monachorum ordinem haberi voluit. Disponente autem Deo S. Jonatus Abbas sanctimoniales aggregavit, ut esset ibi congrua habitatio tam B. Rictrudi quam filiabus ejus Virgini- bus sacris. Cui cœnobio sanctimoniales, ab obitu B. Mauronti, qui transiit ex hoc mundo anno Domini septingentesimo primo, per trecentos viginti duos annos præfuerunt. Quæ sicut erant sexu infirmæ et imbecilles, ita quoque erant, ad res ecclesiæ nobiliter fundatæ tuendas, per muliebrem ignaviam impotentes. Et quid plura? Res ecclesiæ in villis et redditibus et innumeris possessionibus, ita sunt per eorum insolentiam et muliebrem impotentiam ab illis alienatæ, ut vix haberent unde possent miseram sustentare vitam. Nam sicut ab antiquis nostris nobis relatum est, quædam Abbatissa nomine Judith, cujus supra mentionem fecimus, ita cœpit possessiones ejusdem ecclesiæ dissipare, ut cuidam militi nepoti suo villas circa monasterium mira temeritate ansa sit jure hereditario tradere. Inter quas Villam, cui nomen Warlen antiquitas imposuit, dedit, in qua nunc Dominus Laudastensis speluncam latronum construxit. Supersedeo narrare propter fastidium legentium innumera, quæ Marchianensi ecclesiæ per harum tam longam inhabitationem acciderunt, scilicet amissionem Orchiensis villæ, Duacensis redditus, silvæ de Rinengis, et ceterarum rerum quas scimus et quarum non recordamur. Hæc de iis dicta sufficiant: et ad renovationem ecclesiæ, quæ per Spiritum sanctum, et orationem B. Rictrudis, et monachorum fidelium religionem facta est, vertamus stylum.

ANNOTATA.

a Gualbertus idem miraculum narrat, additque, hymnum trium puerorum in camino ignis nihil læsionis sustinentium decantatum.

b Extat diploma apud Miræum lib. 1 Diplomatum Belgicorum cap. 16 signatum Indict. 10 anno regni 38 Imperii 2, id est Christi 877, et conceduntur villa de Lis in pago Cameracensi, villa Bariacum in pago Atribatensi, villa Gaugiacum, et mansus unus cum molendino suo in Lambras; et angullæ quadringentæ de villa Rullagio in pago Ostrebanno, villa Rumcinius cum appendice, villa Templovio in pago Medenentinsi, villa Haignas cum appendice, villa Nantgiaco et omnes decimæ in villa Rinenga in pago

Letico, tres partes de vino de villa Viriaco, et mansus unus infra ipsum monasterium, et mansi duo in villa Ampleias etc.

c Quæ omnia in dicto diplomate leguntur.

d Anno 841.

e Hæc a Josepho lib. 13 et 14 Antiquitatum Judæicarum describuntur.

f Id perfecit Hugo, mortuus dein anno 884 apud Sammarthanos.

g Ludovicus fuit nepos Ludovici Pii, et filius Ludovici Regis Germaniæ, et frater Carolomanni et Caroli.

h In Appendice ad Gualbertum Warlenium dicitur, ut tunc locus desertus et sine habitatore inanis et vacuus.

CAPUT III.

Monachi Marchianenses sub 4 primis Abbatibus. Incendium et ignis sacer restinctus ope S. Rictrudis.

Cum igitur Marchianense monasterium, et cum eo multa alia, rabies Normannica destruxisset, sanctimoniales quoque pene ad nihilum possessiones ejus rede-gissent; pio Domino, cujus est proprium misereri, tantis malis finem placuit imponere. Et quoniam vitam feminarum dissolutam exosam habebat, substantiam, qua Deo servientes sustentari debuerant, eas totam dissipare, ut cœperant, non sustinuit. a Balduino igitur Comiti Flandriarum, avo scilicet b Balduini, qui apud Hasnonium honorifice sepultus est, bonum pro restaurandis ecclesiis spiritum largitus est: et gratia Dei in eo vacua non fuit. Sapienter etenim tractare cœpit apud se, ubi vir sanctus et perfectus inveniri posset in hereditate Domini, non quærens quæ sua sunt, sed quæ aliorum. Quærit virum optimum, multorum liberatorem: qui statim per spiritum quem acceperat, ei ostenditur. Hic est autem Ledwinus, S. Vedasti Abbas, vir vere sanctus, et tunc temporis singularis sapientiz et virtutis. Ipse erat lucerna ardens et lucens, et in eo sapientia et gratia apud Deum et homines. Non præesse sed prodesse fidelium multitudini curabat; et in lucem gentium clarus, non fumabat de sublimi, sed quam multos exemplo et doctrina sua illuminabat: religionis formam et omnium novissimum seipsum subditis exhibebat: in Prælationis officio verbo et opere suo, non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem cogitans. Accito igitur tali viro, supradictus Comes Balduinus exhortationibus, et promisso cooperationis suæ auxilio, ad quod intenderat, animum ejus inflexit. Vides, inquit, Reverende Pater, Flandriarum monasteria Normannica incursione destructa, et quod ætas nostra inops sit virorum, qui ad ea instauranda aliquam impendant sollicitudinem. Ego autem si vita comes fuerit, Deo volente ruinas eorum reædificabo; si gratiam quæ in te est huic restorationi communicare non graveris. Denique inter alias Marchianensem ecclesiam, quæ peccatis sanctimonialium exigentibus, concrematione monasterii et reddituum amissione desolata est, in statum pristinum revocare conemur. Tu nostram, imo Domini vocem, in hoc opere tamquam fidelis servus exequere, et amotis auctoritate nostra sanctimonialibus, ibi substitue monachos et ordinem regularis disciplinæ. Si vero per industriam tuam, cooperante Dei gratia, juxta fidem nostram res in melius cedat; bene omnibus ordinatis, hac Pastoralis cura et onere te levabo.

16 Acquiescit ille, non honorem affectans, sed hereditatem Domini vindicare cupiens, de manibus diripientium. Et qui prius ad regendam ecclesiam unam

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 52**

E

a
b
Balduinus
Comes

Ledwinum
Ab. hortatur
ad restauran-
das Marchia-
nas
f

sanctimonia-
libus ejectis,

EX MS.
servatis cor-
poribus SS.
Rictrudis,
Mauronti et
Jonati.

Monasterium
a sanctimo-
nialibus ha-
bitatum,

male adminis-
tratur.

A unam se indignum fatebatur, super duas per divinam providentiam modo illi sollicitudo injungitur. Nec mora. Ex præcepto Comitum sanctimonialia abscedunt, et ille de suis aliquot boni testimonii monachos eligens, Marchianas transmittit. Tunc ibi disciplinæ cœnobialis rigor, otium contemplandi, orandi assiduitas innovatur. Denique infra novem annos, quibus Marchianensi loco Pater ille venerabilis præfuit, res monasterii in bonum statum revocatae sunt, et omnia mutata sunt in melius. Decursis igitur novem annis, et omnibus ad monasterium pertinentibus bene ordinatis, de pace sua sollicitus, dimissionem petit et totum quod elaboraverat, loci unius regimine contentus, alteri cessit. Qui etsi Prælati nomen deposuit, affectum tamen dilectionis erga Fratres et ecclesiam sibi retinuit: quibus se ipsum, quamdiu vixit, baculum sustentationis, prout poterat, exhibuit; et loci molestias et anxietates, non nisi molestus et anxius, audire potuit. Juvando, Patris viscera se habere monstrabat: sed alteri cedens dominium, temporalem gloriam quanti pependerit evidenter apparebat. Uni ergo de filiis suis, Albrico scilicet monacho S. Vedasti, hoc onus suscipere injungit, et ne excusationes prætentat; illi se coadjutorem fore pollicetur. Suscipit ille, sicut erat spiritu fervens, in omni alacritate mandatum; et maxime quod tribulationes suas tanti Patris auxilio superandas esse non diffideret.

17 Electus itaque ab Abbate et Fratribus ex more præsentatur Cameracensi Episcopo (Diœcesis etenim illa et Attrebatensium pagus tunc temporis unum habebat Episcopum, et erat ibi Sedes constituta). Accepta ergo benedictione et Episcopali assensu; cum debito honore Marchianas reducit. Et cum jam pro officio suo strenue cœpisset agere, hinc inde causæ multiplices et difficiles ad sustinendum emergere cœperunt. Multi siquidem ex his quæ numquam possederant, se exheredari querebantur, suis eum desideriis, pro eo quod novus esset Abbas satisfactorum suspicantes. Habebat autem B. Rictrudis quamdam villam, nomine Haines, quam c. Arnulphus Vetus Comes, eo tempore quo Flandriam regebat, injusta pervasione ei abstulerat. Sed d. Lotharius filius Ludovici, filii Caroli Simplicis, regni monarchiam adeptus, inter ceteros, per Domini gratiam, c. uxorem sortitus est prudentem et religiosam. Quæ interpellata a Fratribus et Sororibus Marchianensis ecclesiæ, apud præfatum Regem obtinuit, ut villam, quam Arnulphus injuste abstulerat, ipse timore divini examinis et Reginae interventu, beatissimæ Rictrudi devotissime restitueret, et ut sine querela in perpetuum possideret. Erat autem in eadem villa B. Rictrudis quædam domus, tanta libertate donata, ut nemini ab hospite in ea manente census pro ipsa extorquere liceret. Et hanc a monachis vir quidam custodiendam acceperat, in ea laborans ut se ipsum et familiam suam sustentaret. Sed erat miles ex adverso, cui nomen Osbertus, qui villæ ipsius advocacionem sibi usurpaverat, non tamen advocatus, sed tyrannus. Hic supradictæ domus libertatem non ferens, se nihil habere fatebatur, dum illa potestati suæ non esset obnoxia. Venit itaque dies, ut ab homine illo redditum suum pro ea requireret. Stupefactus ille ad inopinatam redditus submonitionem, an sciens loqueretur mirari cœpit. Sed cum miles verbis pertinacibus, torvis oculis, totus in eum irrueret; intellexit quod injuriam B. Rictrudi irrogare moliretur. Unde in justitia confidens, quod rogabatur se numquam daturum affirmabat. Adversarius: Velis nolis, reddere habes census, qui pro hospitio mihi debetur, nec te ulterius supportandum existimes. Unde pluribus contumeliis affecto dura supplicia et catenas intentabat.

18 Qui tyranni minas reveritus, induci se respectum sibi concedi postulavit. Et ego, inquit, infra hos dies, fidelem Patronum mihi conquiram, qui justitiam adversum te libere proloquatur et defendat. Hoc ille audito, fidejussoribus acceptis rata fore quæ promittebantur, diem respondendi constituit, et dicebat apud se: Jam totum deratiocinavi, quia ille non est inventurus, qui contra me audeat ferre sententiam. Causa itaque suspensa, homo ope indigens Marchianas recurrit, exponit Abbati causam adventus, et ille rem ex ordine ceteris Fratribus renuntiat. Sed quia illic ferri tam facile non poterant Sanctorum corpora, consilium fuit ut aliquid de reliquiis ipsorum, pro tyranni correptione mitteretur. Sumptis ergo cum tremore et reverentia de ossibus B. Mauronti et S. Rictrudis, monachi ad villam proficiscuntur. Et cum die denominata tyrannus ille hominem, quem in causa vocaverat, præsentem intueretur; de advocato fidei quem se adducturum promiserat, requirere cœpit. Adsunt monachi, et thesaurum quem attulerant coram omnibus proferunt; Marchianensis cœnobii Sanctos pro tuendo jure suo venisse monstrantes. Quibus dum constantes debitam venerationem exhibent, ille ne quidem assurgere voluit (totus quippe traditus erat satanæ) sed dicere præsumpsit, legitimum defensorem adversarium non habere, cum non per se sed ab ossibus mortuorum partem suam muniri confideret. Non credebat miser, quod migrante habitatore, in aridis artibus quippiam virtutis remaneret: et qui pari gloria cum Angelis lætarentur, ossibus suis deferri [reverentiam] non curarent. Et irruens in pauperem illum, pugnis cedebat; et ab eo munus indebitum per violentiam extorsit. Parvi pendens quod fecerat, domum revertitur, et ex instanti equum quem habebat ducit adaquatum. Qui statim Dei judicio arreptus a dæmonio, sessorem suum excussit in puteum: unde semivivus extractus, tam graviter collisus est, ut post paucos dies misere exhalaret animam. Diebus tamen quibus supervixit a B. Mauronto et S. Rictrude se miserabiliter torqueri fatebatur, et pro linguæ effrenis et operis sui temeritate, non inmerito tam gravem subisse sententiam. Hoc videntes qui aderant, Sanctorum Reliquias ampliori devotione venerati sunt, et ne offensam eorum incurrerent, facti sunt de reliquo cautiore.

19 Interea Albricus Abbas suæ Prælationis officium prudenter exequabatur. Erat illi nomen grande foris et intus: vita ejus Fratrum erat regula: prudentia iis qui turbare ecclesiam moliebantur supplicium. Quod diabolus animadvertens indoluit, quia nulla Fratribus ad ipsum societas, non plusquam luci ad tenebras. Quid ageret? Fratrum numerus et religio indies augmentabatur, et omnis ecclesiæ status prosperabatur. Per suorum violentiam ministrorum, hoc est filiorum ejus seculi, bonum quod arripuerant auferre non poterat, nec Abbatem ab orationibus suis et recta mentis intentione detorquere. Quod autem ecclesia, in medio nationis perversæ sita, erat legitime decertans; per tribulationes et angustias magis divinis aspectibus complacebat. Pro his omnibus humanæ salutis inimicus, cum repugnantium constantiam labefactare non posset, alio nocendi genere illos aggreditur. Suggestit uni satellitum suorum, quia multos habebat in seculo, Marchianense cœnobium ignibus cœquare, fiduciam habens, viros religiosos de loco suo taliter fore deturbandos. Ad concremationem templi et adificiorum se accingit, et statim voluntatem sequitur effectus. Fratres tamen locum suum non deserunt, nec Abbatis religio pro temporalium amissione aliquod sensit detrimentum. Qui enim prius Job tentari passus est, ut post examen probatior appareret; in hoc loco diabolum malignitatis

Hic locum tradit monachis.

eisque annos 9 Abbas præest:

tum] Albricum sibi substituit,

c sub hoc Hainenses villam monasterio donata, d e

liberam domum

censui pendendo subijcere volens Osbertus,

D EX MS.

Sacras reliquias SS. Rictrudis et Mauronti nil reveritus,

E

miserere perit:

F

ecclesia cum monasterio comburitur,

A malignitatis suæ dolos insumere demum permisit. Et sicut ibi dictum est, Veruntamen animam illius serva; ita et hic per effectum operis dictum fuisse non ambigimus. Ibi qui tentare venerat, sublatis omnibus quæ hominis illius erant, per patientiam victus abscessit: hic quoque pro temporali jactura, qui contra Deum murmurarent, non invenit. Itaque quod aliquando finiendum erat, dum minus est inventum, corona tentatorum et tentantis crevit supplicium. Post hæc Abbas annos circiter quinque supervixit, et reparandis quæ destructa erant operam quam potuit impendit.

20 Postmodum feliciter Albrico migrante ex hoc mundo, f Baldinus Comes Flandriarum, ejus filius cujus supra meminimus, Atrebatum venerat, et ibi g Popponem S. Vedasti Abbatem offendit. Ipsum autem quia grande ei erat nomen, et gratia apud Deum et homines non impar, de Stablaus, ubi multorum numero monachorum præerat, Comes ad se venire mandaverat. Et audi causam quare. Abbas S. Vedasti obdormierat in Domino, cujus loco istum subrogare, pro singulari ejus sapientia, religiosi viri et Principes terræ a Comite impetrarant: et hoc factum fuerat eodem anno: et sub ipso multa monasteria irreprehensibiliter procurabantur. Comes vero Marchianensis ecclesiæ pressuris compatiabatur, quod in prima ejus reedificatione, Patris sui sollicitudo invigilasset. Unde cum supradictus Abbas, pro sapientia et sanctitate, omnibus qui noverant eum, in admiratione haberetur, jubet accersiri eum; nec ut Comes, sed ut devotus filius, blande leniterque alloquitur. Dei providentia et hortatu hujus Abbatiae curam suscipere dignatus es, sed unum quod adhuc suppliciter postulo rogo ut audias. Est Marchianis monasterium, quod pater meus Deo auxiliante de camino paupertatis erutum, bonis omnibus abundans reliquit: diabolus autem, grave certamen sibi a Fratribus indictum ferre non sustinens, illud postea ad eorum injuriam igne consumpsit. Nunc ergo precor, ut et hoc sub tua constituatur providentia, quia de profectu non diffidimus, si talem habeat dispensatorem. Ille vero se tot curis et variis occupationibus distentum, nec ad omnia posse sufficere, causabatur, nec sibi onus injungendum quod humeri ferre recusarent. Tandem cum precantis instantiam declinare nullatenus prævaleret, adquietus vel invitus: cui Marchianas deducto Fratrum gaudens occurrit processio, sicut in Vita ipsius scriptum invenimus.

C 21 Sed o felicitatis humanæ misera conditio! Nulla quidem terrena in dignitate securitas ponenda est, pro eo quod certam præsens vix habeat hora fidem. Unde quisquis te ceteris prælatum attendis, quæ nunc tibi læta videntur dum loqueris, fieri tristitia posse puta. Hic etenim qui tot Fratribus modopræerat, statim febre correptus lecto decubuit, et infra mensem quo Marchianas venerat, sortem explevit conditionis humanæ. Pro cujus morte, tota Flandria et alie multæ provinciæ turbatæ sunt, quia sani consilii virum et pacis reformatorem amiserant. Hic est ille, qui dum adhuc novitius esset, apud S. Remaclum in Stablaus eleemosynarii officium agens, die una leprosum quemdam in domo pauperum hospitandum suscepit. Quem de his quæ in manibus habebat, tanquam devotus famulus, satis abunde refecit: et ne quid deesse videretur, sella juxta ignem apposita eum super induxit, hiems quippe erat. Post hæc dicto Completorio, dum ad lectum suum pausaturnus duceretur, memor hospitis sui se in hunc modum accusabat. Frigus est, ad quod arcendum pauper ille vestes non habet: quem si hac nocte mori præ nimio algore contingat, nunquid de manu tua ipsius anima requiretur? Sumpto igitur coopertorio

suo reversus est ad illum, et lectulo quem ei straverat collocatum cooperire non distulit, et mane facto rediit, quid hospes ageret cogniturus: et accedens ad eum, sub coopertorio suo, lepra mundatum invenit. Quo viso lætus effectus est, impensum tamen opus pietatis noluit Fratribus innotescere, sed celari non potuit. Pro meritis viri hujus hanc unam gratiam cœlitus emissam præterire nolui: ut ex hoc lector conjiciat, quam prudenter residuum vitæ suæ instituerit, qui ab initio conversationis suæ, tali multos illustravit miraculo. Si quantæ fuerit opinionis, qui tamen in opere non minor inventus est, enarrare voluero; nihil ea dignum me proloqui vel etiam cogitare dixerim.

22 Tunc temporis homines de villa, quæ h Wasiers nuncupatur, circa ecclesiam quæ in honore Domini et B. Rictrudis ibi dedicata est, fœni et segetis suæ massas, pro cautela securioris tutelæ locaverant, unde se in futurum sustentandos arbitrabantur. Accidit autem, ut inimicus homo pro destructione monasterii, in fœnum illud sœdomum aliquam (villula enim prope erat) ignem mittere præsumpserit, sive alio quolibet casu factum sit, certum tamen est quod evenerit. Qui cum in segetem et fœniculum defureret, vix a circumstantibus pinna templi conspici poterat, flamma et fumo eorum arcantibus visum. Nemo tamen erat qui ad illius defensionem propius accedere posset, quia in collocatione annuæ messis, quam ibi construxerant, non nisi semitam quandam admodum arctam reliquerant, per quam festis diebus cum Presbytero suo intrabant ecclesiam. Omnes autem jacturæ suæ et futuræ mendicitatis oblitus, solummodo pro templi adustione quæ imminere quærebantur. Communis erat gemitus et clamor omnium similis, quatenus B. Rictrudis monasterium suum de instanti periculo absolvere dignaretur. Interea qui longius aufugerant, et eo liberius quod fiebat intuebantur, quandam reverendi vultus Matronam super pinnam templi deambulantem conspiciunt, quæ vestis suæ manicis flammis repercussis, ad inferiora retorquebat; et quo magis illæ per subjectam materiam augebantur, eo per superiora liberius discurrens earum globos ne nocerent potenter deprimebat. Tandem conquevit ignis, et illa ab oculis intuentium evanuit. Quod factum fuerat, qui viderant, aliis retulerunt, et eorum dictis fides deesse non potuit: evidens enim erat miraculum, et rei gestæ veritas, cum furens et circumstantans incendium nec unam monasterii tegulam consumpsisse inventum sit.

23 His ita se habentibus, Wido S. Vedasti monachus, Marchianis in Abbatem eligitur: cujus conversatio et sapientia bonum intra Fratres resperse-rant odorem. Sapiens quidem erat in administrandis exterioribus, et ad lucrandas animas servus in domo Dei satis necessarius. Et hoc ad exprimendum gratiam sibi divinitus traditam sufficiat, quod diebus suis fabrica monasterii restaurata est, et ipsius ornamenta, cum iis quæ Fratrum usibus necessaria erant, redintegrata. Et dum omnia prospere geruntur, ecce manus Domini multarum populorum nationum corripiens. Pestis etenim, quæ vulgo ignis infernalis dicitur, hominum genus vexare cepit. Non urbs, non castellum, non denique villula inveniri poterat, quæ non hac peste se quereretur molestari. Nullus erat condolendi modus, cum jam dolentium non esset numerus. Multi potentes, et qui erat de infimis parentibus, Suessionas et Tornacum (prout locis propinquioribus degebant) et ad dulcem Dei Genitricis memoriam in vectatoriis ferebantur, ubi alii membra sua remiusta, alii jam uri incipientes vocibus lacrymosis plangebant; omnes nequid eis adhuc deterius contingeret pertimescentes.

h
sub hoc Ec-
clesia Wase-
riensis,

E
ardentibus
circum cu-
mulis fœni
ac frugum

a S Rictrude
apparente
liberatur.

Sub Widone
Abbate, mo-
nasterii re-
stauratoris,

l
ignis sacer
magnum stra-
gem edens,

in multis ope
Deiparæ

f *
g
Poppo a
Balduino
Insulensi
Abbas Veda-
stinus

itemque
Marchianensis
constitutus,

intra mensem
moritur,

leproso olim
suscepto et
curato clarus:

A tes. Timebant enim ne flagelli hujus horrenda perniciēs, statim usque ad vitalia irrumperet, et sic hora una, vita carerent pariter et flagello. Sed misericordiæ Mater supplices suos exaudiens, neminem ineuratum remisit ad propria.

24 Is etiam qui potens erat verbo uno simul omnes de flagello liberare, per B. Rictrudis merita voluit mederi flagellatis. Unde quorundam mentibus inspiravit, ut ad ejus monasterium se deferri facerent, ubi sine dubio merito fidei suæ sanitatum gratiam inveniunt. Delati igitur Marchianas, invocato nomine ipsius Sanctæ, reversi sunt, et Dominus in famulæ suæ meritis glorificatus est. Audierant hoc multæ gentes, et quæ propter locorum distantiam nunquam mutuo fruebantur adpectu: fama enim velox divinæ virtutis nuntia, plures sub uno monito provincias discurrebat. Hortabatur male habentes ad audita suffragia confugere, multorum linguas vera in præconia solvens. Nulla itaque hominum conditio, non sexus, non ætas plagam Domini declinare prævalens, Marchianis confluere cœpit, et in jejuniis et devotis clamoribus B. Rictrudis auxilium præstolabatur. Videres cuncta monasterii ostia patere: exeuntium tamen et ingredientium cuneos se graviter comprimentes, pro curandis fratribus unanimiter orabant, et eorum preces optata sanitas sequebatur. Tunc hymni et laudes non deerant, et hos sæpius replicari frequens urgebat miraculum. Denique nullus postulata salute fraudatus est, et nemo inventus est, qui Deo et B. Rictrudi pro adeptis beneficiis ingratus existeret.

25 A prædecessoribus quoque nostris audivimus, in crypta ejusdem ecclesiæ B. Maurontum puteum fodisse: indignum siquidem judicavit, ut de aqua quæ ceteris Fratrum usibus necessaria erat, in sacrificio Domini poneretur, et hæc eadem vasis ejus mundandis subserviret. Unde aqua putei hujus solummodo in hoc ministerium deputata est, et adhuc B. Mauronti puteus nominatur. Juxta illum sepultus ipse et multorum Sanctorum corpora requieverunt: ubi Dominus, quæ essent eorum merita, frequenter ostendere dignatus est. Inter cetera, quæ ibi virtus divina operabatur, rem unam dignam relatu, factam fuisse legimus. Morbus quidam, quem vulgo *l* Scroellas nominant, se in multos difunderat, et remedia non a medicis nunc a Sanctorum suffragiis quærebantur. Videres de corrosa carne hujus vermes in terram effluere, guttur illius et colulum miserandis foraminibus deturpari. Sed qui superius miraculum in manu Sanctorum suorum distribuerat, quibusdam hoc morbi genere laborantibus revelavit ut ad B. Rictrudis suffragia recurrerent. Ibi etenim orationis instantia agros salutis restitueret, quos mortalis et conductitius medicus curare non poterat; morbi tamen locum aqua supradicti putei prius abluerent in fide nihil hæsitantes. Quibus hoc per Spiritum sanctum Deus innotuit, fecerunt sicut fuerant præmoniti: et abluta agritudinis tæbe, supradictæ Matronæ meritis et B. Mauronti filii ejus, salutem propter quam venerant reportaverunt. Unde Domino et Sanctis, quos inviserant, gratias redolentes, plures alios verbis et aperta miraculi testificatione ad opus simile cohortati sunt. Venerunt multi de longis etiam terrarum partibus, qui omnes post ulcerum suorum ablationem, voti sui compotes, nude venerant, cum gratiarum actione reversi sunt. Hic memoria recurrit factum Naaman Syri, quem septies lotum in Jordane, a lepra sua mundatum, teste Scriptura cognovimus. Utrobique gravis infirmitas, et grande miraculum: sed hoc simpliciter, illud autem contingit in figura.

ANNOTATA.

a *Hic est Balduinus IV, cognomento Barbatus, qui præfuit Comes ab anno 1003 ad 1036.*

b *Hic est Balduinus VI, cognomento Montanus, ob ductam uxorem Richildem heredem Hannonia, anno 1007 in Hasuoniensi monasterio sepultus.*

c *Arnulphus vixit annos 92, et rexit Comes ab anno 918 usque ad an. 964.*

d *Lotharius regnavit ab anno 934 usque ad an. 986.*

e *Enma filia Lotharii, post Hngonem patrem Regis Italici et B. Adalheidis, dein nupta Ottoni I Imperatori, cujus Vita danda erit 16 Decembris.*

f *Balduinus V, Insulensis et Pius dictus, successit Balduino Barbato patri anno 1036, mortuus an. 1067.*

g *Vitum S. Popponis illustravimus ad diem 25 Januarii. Mortuus est an. 1048.*

h *Wasiers, sive Waseria, pagus urbi Duacenzæ contiguus in ejus suburbio.*

i *De hoc igne sacro egimus 17 Januarii ad Vitum S. Antonii § I de Miraculis.*

k *Sunt Scrofulæ seu strumæ, Gallice escrouelles.*

CAPUT IV.

Cæcus illuminatus. Injurii in S. Rictrudem puniti.

Post hæc Wido, cum rexisset monasterium Marchianense per triginta sex annos, Alardum Abbatem, de monasterio S. Vedasti assumptum, successorem accepit a. Et hic verbo et opere non impar a supramemoratis viris, nunquam secundantis operis extollebatur eventu. Circa pauperes et afflictos, misericors, unum fecisse legitur, quod silentio non est prætereundum. Villa de *b* Saily igne concremata, qui prius ibi pauperem vitam duxerant, tunc ad inedia redacti, recurrunt ad Abbatem, pro sui sustentatione aliquid ab eo misericorditer postulantes. Qui vase assumpto, quo B. Eusebiæ corpus erat repositum, auro et argento quo desuper ornabatur spoliare non distulit: et erogans ea suis hominibus, prout opus erat, alienæ mendicitati elementer indulgit. O virum vere misericordem! pauper sibi, dives fuit pauperibus: in cujus manu dum donum non hæret, probat de crastino se non esse sollicitum. Ubi sunt qui aliena diripientes, dum suppellectili et substantiæ suæ incumbunt, moventur ad quæque perdita et neglecta? In codicibus legere possum aliquos similes huic: sed rara avis est in terris, nigroque simillima cygno.

27 Ejusdem viri temporibus erat homo apud Rinengam villam B. Rictrudis, dives et ex illustri prosapia: hunc Comes Flandriarum cujusdam nemoris sui, quod non longe a villa situm est, custodem pascuerat. Accidit autem ut cæcitate plagam nescio qua occasione incurreret. Sed dum rei exitum attendo, hoc accidisse confidenter dixerim, ut postmodum Domini gloria, et B. Rictrudis merita manifestarentur in eo. Qui etsi totius mundi possideret divitias, parum id faceret, dum ad emendum lumen, quo eas intueretur nulla sufficeret pecunia. Et jam pro expellenda cæcitate sua nullum quærebat subsidium, quia etsi quæreret nullo modo se inventurum sperabat. Unde ad mundandum lumen interius se totum converterat, trahens exterioris hominis cæcitate ad interioris profectum. Nec solum prævium opus exhorrens, sed etiam cogitatus malos emendare sollicitus, bonis stultis animum intendebat: ac si quotidie quid in mente revolveret audturus. Si autem aliquando pro expellendis cæcitate sue tenebris Dominum preceretur, in iis morai

in aliis invocata S. Rictrude curatur:

item aqua putei a S. Mauronto effossi

l auferuntur Scrofulæ.

addito S. Rictrudis suffragio.

4 Reg. 5.

a
Sub Alardo Abbate

b

magno elemosynario.

F

Custos nemoris apud Rinengam cæcus factus.

dum visisset plus operibus.

A non sustinens, ad obtinendam animæ salutem, elemosynis et orationibus insistebat bonas facere vitæ suæ vias; sciens hominem, qui bene vixerit, nunquam male moriturum. Sanctorum, quoque memoriam cum summa veneratione retinens, eorum patrocinium devotis obsequiis merebatur. Invocabat omnes, quorum nomina memoriæ ipsius occurrerant: præ ceteris tamen B. Rictrudi devotus erat, ab ea specialiter opem efflagitans. Ad cujus fontem, qui infra memoratum nemus profuit, languentium concurrebat multitudo, lavans ibi faciem, vel etiam totum corpus, debilitate aliqua debilitatum vel prægravatum: alii inde potum haurientes, anhelis febribus curabantur. Quod cum cæcus iste frequenter fieri audiret, revertentibus et jam sanatis congraudebat, cum eis prorumpens et ipse in laudes et gratiarum actionem.

se sanari
somnia:

28 Transierunt in iis anni plurimi, et ecce quadam nocte obdormiens somnium vidit. Putabat enim se stare ad fontem, et eo faciem et oculos irrigare. Facta quoque oratione et invocato nomine B. Rictrudis, cæcitas ab eo extergebatur. Hoc igitur non visionem, sed rei veritatem existimans, vehementer gaudebat: sed gaudium statim evanuit, quia expergefactus somnium fuisse recognovit. Illud tamen intra se revolvens, in auribus cujuslibet sapientis replicandum fore deliberat, scire gestiens, quid hæc visio portenderet. Surgens igitur, Presbytero suo rei ordinem exponit. Qui visa tacite considerans;

quare ex
Parochi sui
consilio

B Et tamen, inquit, fac quæ vidisti: nec enim fons procul a nobis, nec rem attentare difficile est. Accede ad fontem plena fide, quia qui primum in vulva matris tibi oculos creavit, et ipse eos nunc potest reformare, si placitum est ei; Deo tamen ex integro prius confitere: credo enim quod vere poenitentis visio irrita esse non poterit. Et ille, Coarctor, inquit, Domine mi, e duobus alterum eligere. Si enim jussioni tuæ obtemperans, nihil profecero, derisui alienæ superbiæ meipsum constitui. Qui rem gestam noverint, dicent, Ecce somniatorem, et (ad improprium cæcitatæ meæ) Interrogemus, quid prosunt ei somnia sua? Magni quoque criminis reus apud Deum inveniar, quod mandatum ipsius transgrediens, eum tentare præsumpserim. Si autem hoc non egero, et divina virtus, quæ in me manifestari poterat, per me non prædicetur, hoc silentium mihi mortis erit occasio. Ignoro quid eligam, sed tu nutantem animum corrobora, quia hoc alterum, nisi te consulto, aggredi pertimesco. Ad hæc Presbyter, Scio, inquit, quod te mihi colloquentem, vel ubicunque fueris, Domini manus sanare non est invalida. Sed sicut Naaman Syrus missus est ad Jordanem mundandus a lepra, sic et te ad fontem B. Rictrudis, dispositione divina, illuminandum confido. His cohortationibus factus hilarior, ad locum destinatum duce puero proficiscitur: gustat de fonte, et faciem lavat, et oculis eo irrigatis, meritis et interventu supradictæ Matronæ visus ei restituitur. Stupor et gaudium apprehendit omnes, qui viderunt et audierunt. Unde gratias agentes benedixerunt Dominum et famulam ejus, ex tunc et deinceps majori devotione dignam prædicantes.

lavat ibi
oculos et
sanatur:

C

S. Rictrude
injurias suas
ulciscente,

29 Verum quæ sic adhuc in seculo remorantibus opitulatur, Fratrum querimoniis jugiter ei servientium aliquando non deerit. Nec enim justum videretur, ut alienis compatiens, suos desereret alumnos, et eis gratiam, quam accepit a Domino, non communicaret. De pressuris eos liberare consuevit, et injuriantium superbiam multis afflictionibus retundere. Et cum multos legerim, qui cum male fecissent non diu gloriati sunt; si aliquot ex his, qui memoriæ occurrunt, revocem stylo, nemo mihi succenseat. Non enim in exemplum de-

linquendi ad notitiam hominum revocandi sunt: sed D ne quid simile, quicumque divinam audierit ultionem, attentare præsumat. Fuit igitur Miles quidam, nomine Heluinus, Marchianis habitans, hic ejusdem villæ advocationem sibi usurpaverat, et pro advocati officio, adversus ecclesiam et ejus homines tyrannidem exerebat. Adsciverat quoque sibi milites sexaginta vel eo amplius, quorum præsidio ad male agendum factus securior, immanius impunita grassabatur temeritas. Vivebat de pusillorum et viduarum substantia, quod supererat reservans in sumptus et stipendia militum: quos flagitium, egestas, conscius animus, exagitabat, hi Heluini proximi, et familiares erant. Quod si quis etiam a culpa vacuus in amicitiam ejus incidisset, quotidiano usu atque illecebris facile par similisque ceteris efficiebatur. Quotidianis rapinis vacans, vicinos circumquaque de finibus suis exturbabat, et quemcumque comprehendisset Marchianas adductum, ab eo substantiam suam variis extorquebat injuriis. c Richardus vero, tunc Abbas Marchianensis, Domini Alardi, de quo prædiximus, successor, vir secundum seculum honorabilis, et secundum Deum timoratus, frequenter hominem flagitiosum conveniens, ut resipisceret, admonebat. Scripturas quoque ei proponens, quæ in malis perseverantibus gehennæ supplicia denuntiant, nunc terrore, nunc blandimento a viis suis retrahere nitebatur.

Heluinus
Marchianis
opprimens
alios,

c
frustra ab
Richardo
Abbate monetur:

30 Sed ille in d obstinatio perseverans, nullis volebat cohortationibus ab incepto desistere; et Abbatem despiciens, ejus monasterium foris et intus multis modis non cessabat affligere, Villas ejus deprædabatur, et homines captivabat. Ad male faciendum diaboli minister vitæ innocentium quotidie insidiabatur, nihil credens actum, cum quid superesset agendum. Cui Marchianis erat refugium, locus secretus; et aqua et nemore, quibus circulatus est, ad omne opus pravum istum reddens securiorem. Abbas autem dum indies malitiam ejus augmentari, et suorum hominum afflictiones increescere videret; cum Fratribus inivit consilium, quid facto opus sit. Et illi unanimiter respondentes, nihil melius, quam ad Domini et B. Rictrudis misericordiam recurrere decernunt. Non enim querela apud terrenum judicem erat referenda, cum facile non inveniretur qui in eum manum mittere præsumeret. Omnes itaque Sacerdotes hominem anathemate percunt, et divinæ ultionis censuram præstolantur. Revoluta anno, eadem die Kalendarum qua sententiam excommunicationis acceperat, irreconciliatus ecclesiæ occisus est: nec dubium quin B. Rictrudis interventu suæ temeritatis pœnas hoc modo exolverit. Unde qui prius nec Deum timebat, nec hominem reverebatur, modo cadaver in humeris suorum Marchianis relatum est. Ubi amicis sepulturam implorantibus, Abbas et Fratres nequaquam acquiescunt, scientes locum atrii excommunicato minime profuturum. Deferunt eum Hafnonium, sed justitia in locis diversis diversam non dicat sententiam. Denique multorum precibus, extra atrium sepeliri vix permittitur, Domino ei retribuente quod meruerat. Hoc igitur tam miserabiliter defuncto curramus ad reliqua.

d

et implorato
patrocinio
S. Rictrudis

F
anathemate
percussus
occiditur.

31 Habebat e villicum B. Rictrudis, in villa sua quæ Haietis dicitur: cui dum propria non sufficerent, animi cupiditatem in aliena extendere præsumpsit, et occasionem quærere, quomodo suos faceret terminos alterius. Inde avaritia suadente sprete est Divinæ Majestatis offensio, et in iis quæ juris erant supradictæ Matronæ manum mittere ausus est. Post messes enim, cum seges ejus in area tritureretur, superveniens homo ille, totius annonæ stramen suum esse jure hereditario asserebat. In

e

Alius injuste
diripiens
bona monasterii.

A hoc verbo Frater qui curti præerat admiratus est, hujusmodi quippe reclamatio res nova et inauditum quid ei videbatur. Contradicit quod ille adstruebat, et sic ad Abbatem causa delata est. Qui villicum suum redarguens, volentem malignari, ne cura præsentis eomodi suum operaretur interitum, admonuit. Intellexerat enim partem illius, nulla veritate suffultam, quem delectabat ambitio, et initium omnis peccati superbia. Sed hujus salubre consilium, contradictor adspernatur, iugeminans, se exheredari non passurum. Et descendens in domum suam, res monasterii cœpit consumere et deprædari, resistentes contumeliis afficere, damnis etiam jugiter multiplicatis indies seipso pejor inveniri: et dum minas evomens, ab incepto non desisteret, injuriam quam inferebat, se passum querebatur. Dicebat Abbatem contra se injuste agere, qui justitiam nollet prosequi, et diem ad verum examinandum ei constituere. Ecclesia autem gravem suarum rerum jacturam sustinente, tandem communi Fratrum consilio dies et locus ad dirimendam litem præfigitur. Interim homo impudens quærit sibi coadjutores, industria quorum obtineat, quod justitiæ lex in jus suum retorquere non permittebat.

B Diffidit parti suæ, si carnales amicos in causa deesse contigerit. Cum iis igitur ad diem denominatum occurrit. Religiosi viri qui convenerant, convocatis partibus dictant formam pacis. Ille vero donec voluntati suæ obtemperant, se non acquieturum respondet.

32 Denique quod malo conceperat animo, bonum non habuit exitum. Promisit enim quod eum tertia manu, fide et sacramento causam suam justam esse defenderet. Hoc Abbas audiens, credidit in tantum eum progredi non audere, ut in Dominum et Sanctos ejus tam aperte delinquere non expavesceret: et assensit petitioni ejus. Qui statim lætus efficitur, et ad cumulum perfidiæ suæ, addit falsis perjuriam verbis, B. Rietrudi nullam Domini detulit reverentiam, et ita in mortem suam quod concupierat obtinuit. Gaudebat quod adversus Abbatem in negotio prævaluerit, sed animæ suæ detrimentum minime attendebat. Et ecce in proximo manus Domini corripuit illum. Gravi namque corporis morbo occupatus lecto decubuit: adest amicorum multitudo, admonens ut res Marchianensis ecclesiæ, injuste usurpata, quantocius restituat; confiteatur se in B. Rietrudem graviter deliquisse, et accepta pœnitentia de reliquo emendationem polliceatur.

C Quod si neglexerit, defunctus perpetuo cruciati damnabitur; et dum male acquisita ad heredem transierint, timendum ne culpa similis similem sortiatur vindictam. Hoc illis inaniter suadentibus, æger, factus extra se, rationem amittit. Arreptus quippe a demonio spumans cœpit in lecto volutari, in circumstantes amicos evomens verba horroris et contumeliæ plena. Luget familia, propinqui lamentantur, et magis dolent cruciati corporis vicem, quam mortis imminens periculum reformident. Non diem noctemve ullam a tam laboriosa cura et custodia ejus feriatam habere sinebantur. Sed res denique in suum devenit statum: in tali quippe et tam horrenda vexatione mentis captus, miseram exhalavit animam. Quod autem sine mentis horrore reminisci nequeo, expers Dominici Corporis, ultimum præsentis vitæ diem invenit. Qui aderant, in ultionem mali, quod ecclesiæ B. Rietrudis intulerat, hanc illum corporalem subiisse sententiam asserebant.

33 Alii etiam duo, qui in perjurio socii extiterant, subita correpti infirmitate, debitas suæ temeritatis pœnas non evaserunt. Ambo enim corporaliter flagellati sunt, pari quidem miraculo, sed sorte di-

Maji T. III

spari. Alter quippe de Sandemontensi villa, non post multos dies positus in extremis, se miserabiliter in lingua ardere fatebatur, precansque rogabat ad exemplum divitis illius, qui in inferno positus linguam suam a Lazaro refrigerari præoptabat, ut B. Rietrudis missa digiti sui extremitate in aquam, ejus ardorem compesceret. Sed sicut illi sera pœnitentia non profuit, ita et hic cauterio, quo percussus erat, vivens in corpore non caruit. Qui celeri morte factus de medio ne Marchianensi noceret ecclesiæ, cruciatus sui memoriam posteris derelinquit. Tertius vero, Major scilicet Goiensis villæ, horrendam duorum [mortem] ut respisceret minime attendit: sed Dominus non est oblitus sermonis sui, quem dixerat, Mihi vindictam, ego retribuam. Redi miser ad cor, attendito tibi ne in peccato tuo moriaris. Dum licet recogita quod gessisti, quia post mortem sera retractatio est. Vexatio et mors ignominiosa, quam tui meruerunt amici, dierum tuorum paucitatem nuntient tibi. Considera quod eôs perjurii crimen temporaliter luere vidisti, qui perpetuo gravius puniendi de corporibus exierunt. Si similem damnationis sententiam eupis declinare, falsitatis nota lacrymis et confessione prius diluenda est. Si sapis, eorum supplicium tua erit correctio, unde dictum est:

Jam tua res agitur paries cum proximus ardet. Sed o misera humanæ ignorantie conditio! quæ numquam de crastino certum quid tenere prævaluit. Facies hominis, parvipendentis quod gesserat, statim pessimo ulcere tota conspergitur. Post hæc os ejus, quod in perjurium relaxarat, retroactum est, et capitis posteriorem partem occupavit. O res nova, et miraculum grande, a seculis inauditum! Videre erat non hominem, sed rem monstruosam et terribilem visu, suis etiam amicis qui convenerant nimis metuendam. Si quis vero de salute animæ cum eo ageret, nihil respondebat, qui plectro linguæ jam erat destitutus. Si sensum vel motum corporis requireret, nihil distabat a lapide. Et ita Domini et B. Rietrudis manum ultricem sustinens, demum morte horrenda extremum exhalavit spiritum. In tribus igitur, qui ad res distraendas Marchianensis ecclesiæ sibi conjuraverant, veritatem rerum exitus satis indicavit. Quod multi videntes, et qui audire potuerunt, mirabantur, dicentibus qui erant de semine Chanaan; Fugiamus B. Rietrudis incurrere offensam, Dominus enim pugnat pro ea.

ANNOTATA.

- a *Id contigisse anno 1074 tradit Buzelinus.*
 b *Sailly villa in territorio Insulensi, ad S. Eusebiam olim ex dono Dagoberti pertinuerat: estque media fere inter Insulas et Tornacum via.*
 c *Richardus Abbas, teste Locrio, interfuit Synodo Atebatensi anno 1097.*
 d *Obstinium iterum infra lib. 2 cap. 17 dicitur pro obstinatione aut pertinacia.*
 e *Hic in sequenti opere lib. 2 nominatur Ibertus, villicus Haicurtensis.*

LIBER II.

Miracula et res gestæ ab anno MC usque ad annum MCLXIV.

PROLOGUS.

Quoniam de Abbatibus, qui in restauranda Marchianensi ecclesia insudaverunt, quædam miracula incidenter apposuimus. Nemo humilitati nostræ molestus sit, si adhuc quid successores eorum gesserint

ut causam
in judicio
obteneat

volentis
addit per-
jurium:

quare a dx-
mone arre-
ptus,

misere perit:

item ex sociis
perjurii duo,

D
EX ME-

alter in lin-
gua ardens,

Rom. 12, 1 9

alter impæ-
nitens,

E

ore retro-
acto, mutus.

F

A rint ad memoriam revocemus. Pro miraculo haberi potest et ad laudem B. Rictrudis referendam est, quod tam brevi status Ecclesiae mutatus in melius, et omnia de novo instaurata sint. Ubi prius cœnobilis disciplinæ rigori per sanctimoniales dissolutio prævaluerat; nunc per Dei gratiam locus erat contemplandi, et totius perfectionis forma, collaborantibus illis quibus specialiter hoc opus incumberebat. Et isti jam in jus ecclesiae, sicut antiquitus, ex maxima parte possessiones revocarant, et cuncta prospere foris et intus actabant: quod si quis staret ex adverso, B. Rictrudis injurias sui monasterii vindicare non differebat. Super alios vero timor et tremor, visis miraculis, irruerat; et quiescebant in omni subjectione, facti de reliquo cautiores. Verum non est in homine via ejus, nec quisquam nisi in morte suprema de transacta conversatione laudandus est. Fortuna quoque præsens non multum optanda: quippe nec manendi fida, et cum discesserit allatura mœrorem. Et hæc minas ipsius non formidandas, nec exoptandas faciunt esse blanditias. Hæc autem propterea dico, quia ecclesia quæ paulatim secundis amara mutaverat, nunc Domino faciem suam avertente, quasi momento uno decidit in idipsum. Quod cum labore sibi restituerat, per Prælatorum incuriam denuo substractum indoluit. Nec tamen dæmonis incursibus totiens fuisse impugnatam mirandum est: summa enim petit livor, perfiant altissima venti. Et sicut ventis sæpius ingens agitur pinus, feriuntque summos fulgura montes; ita Ecclesiam, quæ se spiritualibus exercitiis non cessat affligere, dæmon frequenter inquietare molitur; suggerit venenata consilia, struit de proprio calumnias innocentiae, discordias nutrit: aliquando etiam substantias, quibus Fratres sustentari debuerant, in seculares usus retorquet, ut eos, quibus gravem conflictum indixit, reducat in seculum. His autem malis sibi modo concurrentibus, Marchianense monasterium pene in solitudinem nunc reductum est. Verum quantum de graviore pressura caput extulit, tanto fidentius inter miracula adscribendum, et B. Rictrudis opera cum ampliori dilectione prædicanda sunt. Dicamus ergo, quod sicut tam graviter vindicatum est in eos, qui res ipsius distraxerant; ita frequenter ecclesia ipsius, pene tota destructa est, ut in multiplici restauratione quantam apud Dominum gratiam habeat, claresceret.

C

CAPUT I

Marchianense monasterium dissipatum et restauratum. Cæcitate, et hernia, et calculo laborantes sanati.

Defunctis itaque memoratis Patribus, qui religionem secum in monasterio illatam, verbo et opere alios docuerant; Fratres Abbatem constituunt a Fulchardum, Hasnoniensem monachum. Et hic erat de iniqua progenie Laudastensium, frater eorum qui tunc temporis perversæ nationis illius quasi caput esse videbantur. Qui ad hoc electus est, quod vir secundum seculum de magno genere, infestantes ecclesiam, liberius posset arguere: resistentium quoque contumaciam, nunc censura distentionis ecclesiasticæ, nunc affinium suorum potentia retundere. Hæc fuit in electione consideratio, sed Deo permittente, res aliter impleta est. Ordinatus Abbas residuum vitæ suæ, non religiose, sed seculariter exegit: monasterii substantiam in pravos usus expendens, multa potentibus sibi largitus est, et Domini voluntas non est inquisita; foris et intus dissipavit Christi patrimonium, et ab ecclesia multas

alienavit possessiones. In subditis tyrannidem exercuit ut dominus, nec ut pater aliquando fomenta consolationis adhibuit. Prædecessores sui verbo et opere bene ministraverant: sed hic exemplo vitæ suæ et expensis continuis, quod ædificaverant, destruxit. Quam male vixerit, nisi ad vitandum replicari non debuerat, nec tamen omnia propter venerandam monasticæ professionis reverentiam dicenda sunt. De quo ut breviter dicatur, cervicosus fuit ad disciplinam, spurcus ad vitam, Abbas nomine, re mercenarius. Et quia humana natura prona est ad peccandum, discipuli in ejus conversatione interitus sui laqueam acceperunt. Inde dissolutio ecclesiasticæ disciplinæ, censura enervatio, totius religionis evacuatio. Fratres pro libitu vagabantur, et quod de ecclesia poterant tollere, singuli proprium nominabant. A seculi hominibus eos aliquantum discrevit habitus, sed rebus deficientibus retro respicientes, canes facti sunt reversi ad vomitum suum. Grandis adversitas locum Marchianensem quasi inundatione facta opprimebat, nec erat qui errantem proximum revocaret.

3 Solus in monasterio b Conversus remanserat, nomine Fulchardus, Corpora sanctorum, [quæ aliquin] cum ceteris deperissent, diligenter et cum summa veneratione custodiens. Hic dielibus multis in fame et siti, in frigore et nuditate Deo servivit; et velut in solitudine constitutus, visibiles satanæ congressus frequenter sustinuit. Laborabat autem ruptura inguinum, sed a sanctis orationibus corporali molestia detorqueri non poterat. De qua infirmitate, cum postea dissolutio religioni cederet, per B. Rictrudis merita, hoc modo eum convalescere legimus. Erat in crypta monasterii altare prope habens fenestram, et lapis desuper reliquæ maceriei male cohærens: quem cum quotidie ruinam minitantem supradictus æger attenderet; timebat ne Sacerdote ibi divina mysteria celebrante, lapis ille super mensam Domini corrueret. Quod peccatum grande si accideret, se reum mortis futurum expavescebat, cum Sacerdote et ministro ejus. Viscera vero contra naturam sub inguine dependentia, ipsum aliquid operari non sinebant: et cum voluntas bona non deesset ad lapidem loco suo reponendum, ut opus non attentaret infirmitas aliquamdiu retrahebat. Denique, divinitus assumpto fortitudinis spiritu, manu dextera scalam erigit, sinistra viscera sustentat, et cum cæmento et trulla ascendere nititur. Sed vires non suppetunt: virtus vero animi non succumbens ægrum secundo erigit. Tertio, Deo auxiliante opus consummatur: et detersa ægritudine, per divinam gratiam et invocationem nominis supradictæ Matronæ, quam in opere suo auxiliatricem habuerat, ad locum naturalem intestina refugiunt. Quod sentiens, ultra quam credi possit gratulatur: et omnes qui noverant ipsum admirantes pro evidenti miraculo, Domino et B. Rictrudi cum eo gratias egerunt. Laterum quoque dolore, podagra, et aliis pluribus modis flagellatus a Domino, quotiens necesse fuit ad curandum, B. Rictrudi confessus est. Orabat sine intermissione simpliciter, ut laicus: nec ab altero quippiam, ad divinum officium perti-nens audiebat.

4 Locus oratorii paulatim redigebatur in pascua hominum: ædificiorum parietes, tectis cadentibus, ruinam minabant. Viri religiosi, perverti Fratres et locum destrui attendentes, patienter ferre non poterant: et ut Dominus tantis miseris finem imponeret, precabantur. Interea cum solennis omnium Sanctorum dies instaret, Abbas S. Amandi de monachis suis duos Marchianas transmittit, ut ibi tantæ diei celebritatem cum præcurrenti nocte in psalmis et hymnis, et aliis ad divinam cultum pertinentibus,

D
bona monasterii dissipante

et exemplo disciplinam labefactante

b
E
Fulchardus Conversus observans regulæ,

sanatur a ruptura

F
et aliis infirmitatibus

Loco sic desolato

devote

EX MS.
Marchianensis loci fortuna conversa in melius,B
iterumque retro acta

ope S. Rictrudis restituitur.

Sub Fulchardo Abbate matris vitæ,

A devote transigerent. Nam cum esset vir bonus, tristabatur, si in hac solemnitate nullum Deo et Sanctis ejus, qui ibi quiescunt, obsequium impenderetur. Illi vero scientes absque alimentis corporalibus se diu non posse subsistere, deferunt secum, quæ ad victum diei unius sibi forent necessaria. Quod si non egissent, post vigiliis et completa mysteria, egestas loci cogeret eos jejunos reverti ad propria. Post hæc *c* Atrebatensis Episcopus, ad cujus diocesis pertinebat, divina præventus gratia, Fulchardum Abbatem præcipit vocari ad se. Cui coram assistentibus, Quid, inquit, audio de te? Redde rationem villicationis tuæ. Pessima res est quam gessisti. Dispensatio tibi credita est, et tu infidelis servus totam dissipasti: nihil pluris existimans, quam quod lasciviam corporis et gloriam redoleres temporalem. Si jejunio, lacrymis, et oratione continua, quæ peccasti vivens in corpore, non punias; post extremum examen perpetuo digna animadversione multanda erunt. Recogita quod fecisti, et [cede] alteri ordinando Abbati ecclesiæ; jam enim amplius non poteris villicare. Quod cum ille audire meruisset, graviter tamen accepit, et misericordiam postulans, deinceps emendationem pollicebatur. Sed Episcopo in sua sententia permanente, injuriæ tantæ parentes suos fore ultores, procaciter asserebat. Et cum reconciliari nequaquam posset, contigit ut una dierum ira permotus, virgam pastorem redderet Episcopo, vel potius projiceret. Verum facti hujus statim pœnitens, precibus et obsequiis, ut Comitum Flandriarum sibi coadjutorem haberet, multam impendit operam. Addens quoque munera muneribus, ampliora promittebat, dummodo in locum Abbatis restitueretur. Et dum nihil proficit, ad effundendum sanguinem innocentem, Episcopo parat insidias: sed Domino eum protegente, scelestis hominibus ultra progredi non licuit.

5 Sub hac dissensione, ninis precibusque frequenter alternatis, quatuor tantum monachi, qui jam Marchianas redierant. Amandum Priorem Aquicinctensis ecclesiæ sibi Abbatem constituunt. Assentit Episcopus, quia sana de moribus et conversatione illius habebatur opinio. Ille vero resistendo, suam imperitiam, loci et ordinis destructionem opponerebat: et ex adverso Fulchardum et suos, qui rem prospere agi nequaquam paterentur. Dicebat enim quælibet frustra niti, neque aliud se fatigando, nisi odium quærere, extremæ dementiæ imputandum. Ilas et alias occasiones, ad excusandum satis necessarias, prætendebat; sed accedente obedientia et precibus multorum, tandem onus suscipere coactus est. Supradicto tamen incubatore et suis prohibentibus, non statim Marchianas advenit, sed Aquicincti vigiliis et orationibus deditus, a Domino Deo consolationis auxilium præstolabatur. Duobus igitur annis in hac Fulchardi temeritate decursis, coram Remensi Archiepiscopo et pluribus viris religiosis, successori suo et rebus monasterii pacem tenere tandem est pollicitus. Cui, dictante concordia, duæ villæ B. Rictrudis ad sustentationem sui, quoad viveret, concessæ sunt; quarum fructum cum nemoribus, et quibusdam circumstantiis ad easdem villas pertinentibus, tam in suorum quam in privatas abusiones dissipavit, numquam pro sui depositione pacatum gerens animum. Post hæc venit ei in mentem ut ad S. Ægidium peregrinus properaret, et præparatis quæ in itinere necessaria erant profectus est. Cum autem reverteretur *d* morbo correptus, peccata sua gemendo confessus est; et accepta Eucharistia, referentibus qui adfuerunt, in bona confessione ultimum vitæ spiritum exhalavit.

6 Tunc Atrebatensis Episcopus Marchianas veniens, in tanto rerum defectu locum offendit, ut

quod ei etiam necessario apponeretur, deesse conspiceret, scyphos, manutergia, scutellas etiam de Aquicincto Fratres in ejus obsequium attulerunt. Et post refectionem Abbatem leniter et blande consolatus est: spondet opere et effectum, non diffidere monet, Deum affuturum promittit, cui non poterunt resistere omnes adversarii ejus. Qui humane satis loci miseriis compassus, valedixit Fratribus, et abiit: Abbas vero in manus Domini remanens, inter pericula et sudores, ab eo confortatus est: Fratresque litteratos et alios sine litteris, de quorum vita et moribus securus erat, apud Aquicinctum eligens, eos sibi coadjutores in domo Domini constituit. Ex his alii foras egressi, in procurandis exterioribus operam dabant: alii vero interius meditationi vacantes, legem et regulam vitæ monachorum servandam verbo et opere demonstrabant. Domus paulatim cœpit correptionem admittere, recipere disciplinam. Consuetudines pravæ de medio fiunt: Confessiones et solennia Sacramentorum rite celebrantur: Horis Canonicis ad psallendum Domino cum summa devotione occurritur, in vita Abbatis cunctis legentibus, quod esset monasticæ conversationis institutum. Ipse etenim illos præibat in sanctitate et justitia coram Deo, multa præter communia instituta singulariter faciens, et ad tam ardua omnes eum imitari non poterant. Dominus igitur loco benedixit, et in brevi factus est magnus, religione, operibus et personis. Auditum quippe est et celebri sermone vulgatum, quod Marchianis actibus religionis incumbitur, et in statum bonum foris et intus ecclesia revocatur. Unde multi perfecte reouitantes seculo, Domino vocante, monasterium ingressi sunt: quos tanquam primitias sui laboris, supradictus Abbas in timore Domini educavit laudabiliter, legemque et disciplinam, quam eis imponebat, ipse portabat Magister et Dominus.

7 Isti sunt quorum vita fructuosa tam futuris quam præsentibus fuisse dignoscitur; in contemptu corporum suorum ostendentes, quam paucis minimisque natura humana contenta sit. Isti sunt qui honeste viventes, res monasterii in maximos extulerunt profectus, tam secundum Deum quam secundum seculum viri sapientes. In eorum pernecessario adventu, felix Marchianensis ecclesia circumquaque veraciter prædicatur: quia multiplex bonum, quod cum gratia Domini peregerunt, in evidenti est. Ipsi laboraverunt, et Dominus pro labore suo mercede eis reposita, in eorum labores ad serviendum sibi multos vocare dignatus est. De continentia et gratia multiplici, quam a Domino acceperunt, libens aliqua replicarem: sed vereor adulationis notam incurere. Sciens etiam quod laudari non appetunt; verum dicendo tales offendere amicos expavescio. Adhuc enim dum loquor, quidam ex ipsis in corpore viventes, a bono quod olim novitio fervore cœperunt, pro senio et membrorum debilitate non retardantur. Isti quedam miracula, quæ per B. Rictrudem Dominus operari dignatus est, videntes et audientes, non potuerunt nobis non loqui. Sed et nos ad memoriam posterorum ea scripto mandare dignum duximus, scientes quia testimonium eorum verum est. Et licet quæ dicturi sumus, B. Martini vel alicujus Apostoli miraculis longe inferiora sint; nostris tamen temporibus admiratione digna, pro minimo haberi non possunt. Adeo quippe super nos raritas sanctitatis invaluit, ut abundante iniquitate vix inveniri queat, non dicam Sanctus, sed qui seipsum possit salvum facere.

8 Sicut ergo a Fratribus supradictis accepimus, tres in territorio Insulensi fratres manebant. Est autem ibi villa quædam B. Rictrudis, quæ Logries nuncupatur, habens monachum in sui custodiam deputatum.

D
EX MS.
ubi ab Episcopo
adjutus

monachos
Aquicincti-
nos assumit,

isique præit
exemplo,

E

ita pluribus
ultra habitum
patentibus

refloruit
Marchianensis
ecclesia,

F

et S. Rictrudis
veneratio,

c
et Fulchardo
per Episcopum
Atrebatensem
deposito,

*electus
Amandus
in Abbatem,*

*post biennium
Marchianas
venit:*

d

A deputatum. A quo cum fratres illi quadam portione terræ se exheredari frequenter quererentur; ut volebant, aliquando responsum non acceperunt. Unde cum precibus et assidua reclamatione nihil proficerent, condixerunt sibi ut grangiam supradictæ Matronæ concremarent. Grandem quippe doloris sui consolationem se recepturos arbitrabantur, si hora una incendio deperirent, unde monachus et ejus familia toto anno sustentari debuerat. Nacti igitur temporis opportunitatem, ad perpetrandum nefarium opus noctem constituentes, in loco determinato modicum plus de media nocte quieverunt. Et cum hora instaret, qua dulci sopore homines altius deprimi solent; duo qui juniores erant expergefacti, seniore fratrem ad proficiscendum excitare cœperunt. Et hic, sicut ætate, ita consilio et iniquitate præibat illos. Qui quasi de gravi somno expergefactus, se lumen oculorum amisisse conquestus est. Sed illi minime credentes, ut opus acceleraret, urgebant: quod paululum mora interveniente competens hora transcurreret. E contra, quem Dominus corripuerat, de inceptis pœnitens, errorem suum fatebatur, quod pro temerario ausu, merito cæcitate tenebras incurrisset. Sinite me, inquit, ut plangam dolorem meum, fratres carissimi, qui deinceps ad manum alterius necesse habeo quocumque deduci. Consnlite vobis, et ab incepto, quod vestræ saluti obviat, dum licet, respiscite: alioquin timeo vos mecum simili vindicta divinitus puniendos. Sed quia de Domini et Sanctorum misericordia numquam desperandum est, ad ejus ecclesiam, cui damna illaturus veneram, ducite me fratrem vestrum; ubi pernoctans contrito corde, reatum diluam, et auxilium suffusis lacrymis humiliter præstolabor. Nunc enim mihi in somnis cæcitas mea extergenda videbatur, si apud Lorgies apprehenso dextro cornu altaris B. Rictrudis, paululum ibi obdormirem.

B Tunc illi quid mali acciderit intuentes, ut rogati fuerant ducunt eum ad villam; ceteris, qui in auxilium eorum venerant in fugam conversis; et monacho visionem, totiusque rei ordinem, non sine gemitu exponunt. Sed quia in vicino loco hostes suos manere noverant, illic diutius morari pertimescentes, relicto fratre suo in manu monachi, velociter abscedunt. Quem monachus assumens adducit ad ecclesiam, et ut in somnis admonitus fuerat, cornu altaris apprehendit: ubi dolori suo satisfaciens; solus relinquitur. Post lacrymas et orationes, ut est mœrentium consuetudo, dormire cœpit. Cui tam sublimis et formosa adstare visa est mulier, ut evigilans adstrueret aliquam in terris, quamlibet decora facie, illi minime comparandam. Et hæc niveis induta vestibus, pro temeraria cogitatione primo quasi durius ad illum [locuta], monstrare adventus sui causam operis effectu non distulit. Traxit enim manicam suam ex transverso oculorum ejus, et statim cæcitas extersa est. Quod cum evigilans veraciter agnovisset, gaudens et exultans ineffabilem Dei et B. Rictrudis misericordiam prædicabat. Et accito monacho et cunctis qui aderant mirantibus, voluntarie promisit se nulli ecclesiæ mala deinceps illaturum. Accepti quoque beneficii non ingratus, Domini et B. Rictrudis vivens in corpore cultorem se devotum exhibuit. In signum quoque devotionis, tonso capite suo, se servum B. Rictrudis per duos denarios, annuatim solvendo constituit, et sic lætus ad propria reversus est. Hujus miraculi testis est Simon, quondam Capellanus B. Bernardi Abbatis Claræ-vallis, qui adhuc superest, qui huic rei interfuisse, et capillos se vidisse attonso prædicat et testatur.

9 Tunc illi quid mali acciderit intuentes, ut rogati fuerant ducunt eum ad villam; ceteris, qui in auxilium eorum venerant in fugam conversis; et monacho visionem, totiusque rei ordinem, non sine gemitu exponunt. Sed quia in vicino loco hostes suos manere noverant, illic diutius morari pertimescentes, relicto fratre suo in manu monachi, velociter abscedunt. Quem monachus assumens adducit ad ecclesiam, et ut in somnis admonitus fuerat, cornu altaris apprehendit: ubi dolori suo satisfaciens; solus relinquitur. Post lacrymas et orationes, ut est mœrentium consuetudo, dormire cœpit. Cui tam sublimis et formosa adstare visa est mulier, ut evigilans adstrueret aliquam in terris, quamlibet decora facie, illi minime comparandam. Et hæc niveis induta vestibus, pro temeraria cogitatione primo quasi durius ad illum [locuta], monstrare adventus sui causam operis effectu non distulit. Traxit enim manicam suam ex transverso oculorum ejus, et statim cæcitas extersa est. Quod cum evigilans veraciter agnovisset, gaudens et exultans ineffabilem Dei et B. Rictrudis misericordiam prædicabat. Et accito monacho et cunctis qui aderant mirantibus, voluntarie promisit se nulli ecclesiæ mala deinceps illaturum. Accepti quoque beneficii non ingratus, Domini et B. Rictrudis vivens in corpore cultorem se devotum exhibuit. In signum quoque devotionis, tonso capite suo, se servum B. Rictrudis per duos denarios, annuatim solvendo constituit, et sic lætus ad propria reversus est. Hujus miraculi testis est Simon, quondam Capellanus B. Bernardi Abbatis Claræ-vallis, qui adhuc superest, qui huic rei interfuisse, et capillos se vidisse attonso prædicat et testatur.

10 Frater etiam quidam in monasterio degens morbo calculi tam graviter laborabat, ut ad urinam

libere emittendam, vel intra se sola diei hora colibendam, omnino facultas ei negaretur. Orans et jejunans multis diebus Domino servierat, quem nunc ad celebranda divina mysteria tentatio passionis accedere prohibebat. Psalmis enim et hymnis intentus, a corpore quantum poterat, ad spiritum adducebatur. Et quia cum Fratribus ad horas Canonicas nequibat occurrere, psallens eas sibi, debitum solus Domino rependebat obsequium. Erat enim Sacerdos, et si pro infirmitate vel hora sola cessarent a laudibus, Dominum timebat offendere. Interea supervenit dies, qui singulis annis in honore B. Rictrudis a Fratribus solenniter recolitur. Transactis igitur in hymnis et canticis spiritualibus nocturnis vigiliis, mane facto Sacerdotes Missarum solennia celebraturi, ornabant altaria rebus huic cultui dedicatis: et ut dignius accederent præmuniebant se, alius lacrymis, alius vero devotis orationibus, secundum gratiarum divisiones. Frater vero memoratus cum aliis infirmis ad ecclesiam processerat, et sedens in angulo quodam, quod fiebat ab omnibus, diligenter intuebatur. Tunc spiritus ejus anxius est, et vehementi dolore attritus, quod in tanta solennitate, sicut et ceteri Sacerdotes, ad altare non procederet. Et surgens abiit in cryptam monasterii: ubi B. Rictrudis, et aliorum Sanctorum Corpora, decenter reposita, locum orantibus reddunt gratiorem.

11 Ibi frequenter genibus flexis, ante Reliquias ipsas toto corpore prostratus diu jacuit, et lacrymis suffusus, oravit sic: Deus, cui voluntas loquitur humana, flagellum quo corpus meum conteritur in salutem mihi proficiat, et Sanctos tuos intercessores habeam, quorum corpora hic quiescentia toto mentis affectu jam pridem veneratus sum: et vae misero mihi! quem Domino ministrare tam gravis et diuturna non permittit infirmitas. Utinam liceret mihi, saltem in hac solenni die, manibus meis, licet indignis, Corpus tractare Dominicum, et incontaminatis et vivificis communicare mysteriis! Sed ne desiderium hoc effectus subsequatur, ægritudinis meæ genus impedire dignoscitur. Nam cum ad orationem tam diu vix stare valeam, donec in ecclesia septem Pœnitentiales Psalmos expleam recitando, quomodo intrans ad altare Dei, ministerium Sacerdotis explere sufficiam? Et quid de me fiet, si periculum et angustias incidam, ut morbo ingravescente, quod cœpero, nequeam consummare? Verum etsi senio et corporis infirmitate confectus sum, scio tamen quod in corde contrito et humiliato misericordia non deerit. Adjuvet igitur impossibilitatem meam, qui medico non sanos, sed male habentes opus habere, verbo docens, opere monstravit. Nihil de meis meritis præsumens ad tuum, B. Rictrudis, patrocinium recurro: tu mihi sine offensa ministerii hujus consummationem impetres a Domino.

12 Quo dicto, lacrymis et confessione præmissis, accessit ad altare, et paratis quibuscumque ad hoc officium necessariis, Crucis etiam signo præmunitus, agere quæ Sacerdotis erant humiliter cœpit: De consummando quippe ministerio fiduciam magnam habebat in Domino, et spem in Sanctorum ejus patrocinii non modicam. Cum vero venisset ad locum ubi, quod panis extiterat, in verum Corpus Domini cum virtute verbi transferretur; elevato illo cum summa reverentia paululum ab altari, caro ejus in parte inguinis, ac si novacula scinderetur, sine dolore tamen divisa est; et lapis, qui urgebat intra femoralia leniter elapsus, Quod sentiens, ignorabat quid hoc esset: sed ad Dominum totum habens desiderium, quod cœperat, cum timore cultor devotus explevit. In cujus carne nec læsura nec cicatrix aliqua remansisse visa est, quia non erat opus

EX MS.
Horreum
S Rictrudis
incensurus,

cæcitate
percutitur:

qui ductus
ad altare
S Rictrudis,

illa sibi appa-
rente sanatur.

D
Calculi dolore
impeditus a
Missæ et
officio,

in festo S.
Rictrudis,

E

coram Reli-
quiis orat:

F

cui deinde
Missam
celebranti

sub elevatio-
nem calculi
eredit

A opus hominis, sed Divina virtus totum operabatur. O grande miraculum, et pro sui magnitudine, memoria dignum! Post expleta vero ministeria, Frater ille maxime mirabatur, quod nullum sentiret dolorem: et exiens de ecclesia, lapidem in femoralibus invenit. Tunc exultans ultra quam dici possit, miraculum Fratribus enarravit. Qui Domino gratias in commune referentes, B. Rictrudem, ejus meritis et intercessionibus hoc factum fuerat, laudibus attollebant, et diem festum ipsius quotannis devotius recoluerunt.

ANNOTATA.

a *Buzelinus Fulchardum electum asserit circa annum 1105.*

b *Fulchardi hujus Conversi sanctitas latissime describitur infra in opere de Sanctis Marchianensibus, ut mirum sit ejus rationem ab aliis non fuisse habitam.*

c *Robertus in Episcopum Atrebatensem assumptus anno 1115.*

B *Gualbertus mortuum asserit in loco Miliaro nuncupato, duobus millibus citra S. Ægidium. Est Miliacum vulgo Milly oppidum in tractu Vastinio, vulgo Gastinois, si tamen is locus intelligatur. Colitur S. Ægidius 1 Septembris.*

CAPUT II.

Hamaticum olim exstructum, dein desolatum et restauratum. Punitus morte ob minas intentatas. Aberrantes a via, et ex alto lapsi servati.

Non longe ab ecclesia Marchianensi locus est, Hamaticum nuncupatus, et ibi ecclesia quæ a S. Amando, in honore S. Petri Apostoli constructa est, et ab eodem Antistite solenniter dedicata. Ibi sanctimoniales Domino pluribus annis servierunt, quibus tunc temporis præfuit B. Gertrudis, S. Eusebiæ Virginis proavia. Hæc ab illa de omnibus monasticæ disciplinæ bene informata, post obitum illius, cum adhuc duodennis esset, monasterium rexit: et in annis juvenilibus, Domino vocante, de medio facta est: cujus exitum viri religiosi, qui ad hoc convenerant, Domino commendantes, in parte monasterii ejusdem corpus decenter sepelierunt. Cui sanctimonialis quædam, Gertrudis nomine, moribus et ætate grandæva successit, quæ diebus suis dispensationem sibi creditam sapienter administravit. Ille vero locus jam ad ecclesiam Marchianensem pertinet, et per se nomen et dignitatem Abbatiæ obtinebat. Hæc igitur Abbatisa, videas locum oratorii nimis angustum, de suis quas secum in monasterio contulerat opibus, et fidelium amicorum donariis, juxta villam in honore B. Mariæ aliam cœpit ædificare ecclesiam Gravis enim ei erat cohabitatio sanctimonialium tam angusta, et maxime quia corpus supradictæ Virginis in locum decentiorem transferendum cogitabat Propter quod de terra elevandum, et ad ecclesiam dedicandam, postquam perfecta est, adesse S. Vindiciani Atrebatensis Episcopi præsentiam devote et humiliter postulavit. Quo diebus illis variis occupationibus detento, Hatta, S. Vedasti primus Abbas, ut in elevatione corporis vicem ipsius suppleret, mandatum accepit. Et hic cum venisset, viris religiosis et fidei populo qui convenerant triduo jejunium indixit; quateus per hanc observantiam Domini voluntas super hoc manifesta fieret. Tertia igitur nocte apud [oram] marmoris, quo corpus tegebatur, nonnullis vigilantibus, quibus Dominus hoc voluit revelare, quasi hominis manus apparuit, quæ ad submovendum lapidem niti

videbatur. Quo signo divinitus ostenso qui adierant non mediocriter gavisi sunt, a terra statim sanctissimum corpus illud cum debito honore sustollentes. Post hæc transactis aliquot diebus, ad dedicandam ecclesiam, et corpus in ea collocandum, Abbatisa supradictum Pontificem iterum precibus invitabat. Qui cum Clero suo veniens, xiv Kal. Decembris, [juxta] ecclesiasticum morem utrumque solenniter executus est. Quibus peractis de bono perseverantiæ omnes cohortatus, valedixit congregationi et abiit.

14 Abbatisa vero vivente, nec in monasterio religio defuit, nec ancillarum Dei subsidia per ejuſdam violentiam sublata, vel per incuriam eorum quibus commissa fuerant sunt imminuta Sed cum carnis vinculis absoluta esset, cum detrimento religionis, rebus monasterii paulatim in deterius mutatis, desolationem futuram dissolutio præcurrebat. Sanctimoniales tamen, quæ Marchianensi ecclesiæ præerant, et loco illi post obitum ejus longo tempore præfuerunt, et ab illis ad monachos cura pertransiit, qui sibi invicem succedentes, usque ad Fulchardum Abbatem quod illæ destruxerant, isti restaurare conati sunt. Verum temporibus istius Abbatis, de quo satis supradictum est, quid egerit, qualis fuerit, cum monachi sui cum eo substantiam ecclesiæ suæ consumpsissent, nec loco illi pepercerunt: qui in tantum apud vesanas eorum meotes venerat inspectum, ut cuidam rustico et uxori ejus monasterii custodiam delegarent. Abbas quoque cuidam militi cognato suo, debili et leproso, totum concessit, quidquid ibi ad sui sustentationem potuit accipere. Corpus vero memoratæ Virginis quando Marchianis allatum sit, et a quibus personis, vel ante destructionem hanc vel tempore ipsius, certum non habemus. Sed quoniam de re constat, si tempus ignoratur parum id facimus; affirmare nolentes, quod non a senioribus nostris audivimus, nec nobis antiquitas scriptum dereliquit.

15 Usque ad tempus vero Amandi Abbatis non fuit qui amovere paupertatis hujus sarcinam recogitaret. Sed hic ad laborem se destinatum non ignorans, dum Marchianis ad reædificandum intenderet, propter Hamaticensis ecclesiæ destructionem, eo quod locus sanctus esset, animus ejus cœpit affligi: et vocato ad se Fratrem quodam, qui religiosus et secundum seculum sapiens erat; cum eo loci desolationem plangens. Frater, inquit, necesse est per tuam industriam aliquid reædificare. Vade ad locum pauperis obedientiæ, diligens et lætus executor, quia pro tua voluntate certus sum, quod tibi gratia Domini non deerit. In hoc verbo Frater stupefactus, Grandis, ait, labor, sed utilitas nulla subsequetur. Locus enim jam multis retro temporibus neglectus est, et sumptus, unde quæ destructa sunt reædificari [possint], non habeo. Et quid faciam? Ne jubeas rem, in qua filius operam inaniter consumat: desine velle compleri hoc mandatum, et ad alia quæcumque injunxeris suscipienda paratus sum. Non, inquit ille, fili, voluntas tua nostram præire debet, nec expedit tibi. Si melius aliter faciendum arbitreris quam audisti, non accipias a me mandatum, sed a Domino. Sic altero humiliter excusante, quod alter injungebat; Fratres nocte proxima, postquam in lectulis paululum quieverant, secundum consuetudinem ad confitendum Domino surrexerunt.

16 Quibus in choro psallentibus, Frater ille, cujus animus pro mandato suscipiendo nutabat, tamquam ad diffiniendum quid certius ageret, ante altare B. Mariæ veniens, super lapidem caput suum, cubito subnixus, reclinavit. Qui dum cogitationibus suis turbaretur, ut est marentium consuetudo, paululum obdormivit. Et ecce Virgo quædam inæstimabili

D
EX MS.

18 Novemb.

ac deinde
collapso loco,

E

Marchianas
devehitur.Illum restau-
rare jussus
monachus,

F

cum se ex-
cusaret,a S. Eusebia
annuatur,

decere,

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 53^oHamatici post
B. Gertrudemet S. Euse-
biam,præest alia
Gertrudis;sub qua cor-
pus S. Euse-
biæ elevatum

A decore, ut videbatur ei, stans ante ipsum, blande leniterque, ne turbaretur, admonerat. Et, Cur, ait, obedientiam, quæ tibi injungitur, suscipere recusas? Ne desperes, suscipe illam, tibi nostrum non deerit auxilium. Hoc dicto, Frater expergefactus est, et hæc quæ cum eo loquebatur, disparuit. Tunc visionem recordatus, inanem fuisse non credidit, et consolatione recepta, mane facto. Abbati quæcumque viderat enarravit. Et ego, inquit, Pater amantissime, ad locum destinatum cum benedictione vestra pergam, confidens in Domino, quod precibus vestris promisso non destituar auxilio. Gavisus est igitur uterque, sed de duabus, scilicet reverenda Dei Genitrice et B. Eusebia, ignorabant, quæ in apparitione illa suam ostendisset præsentiam. Frater autem ad locum veniens, neminem invenit, rustico et uxore ejus, qui custodes monasterii constituti erant, ab Abbate jam depulsis. Dum vero præter locum desertum et monasterii parietis nihil adspiceret, intra rimulam quamdam parietis viginti marcas argenti ex improvise adspexit. Unde magis exultans accepit eas; tunc pro certo sciens, quod a Domino Deo fuisset visio quam viderat.

et 20 marcis
argenti
reperitis

tectum re-
sarturus.

trabem justo
minorem

aliis subito
longiorem
factam gau-
det:

exinde servit
locus infirmis
Fratribus.

B 17 Rebus igitur quibus indigebat comparatis, conductis quoque cæmentariis et ligni cæsoribus, satagebat ut in primis parietes et tectum monasterii restaurarentur. Sed cum trabes sustentaturæ tectum præparatæ fuissent, quædam in mensura trium pedum ceteris in longitudine minor inventa est. Quæ de re artifices cum monacho tristes effecti, quid agerent ignorabant. Rogantur ut iterum diligenter mensurare incipiant, ne forte errore decepti, aliter se res habeat quam loquuntur. Reiterant, quod bis factum fuerat, sed mensura justa de trabium inæqualitate non aliter quam primitus respondit. Tunc, inquit operarii, propter trabem unam, totum opus nostrum retardatur; et dum dies prætereunt, vacamus otio, nihil lucrantes: aut quærant nobis, quod ad perficiendum opus necessarium est, aut ubicumque alteri serviamus, conditam pro labore nostro mercedem accepturi. Hoc audito monachus tristis, recurrit ad Abbatem, et indicans ei rem, consilium et opem requirit. At ille, Vides, ait, fili, quod juvare nequeo: vade: qui tibi nunc usque adfuit, in consummandis rebus auxilium procuret. Tristior itaque quam venerat, ad operarios revertitur. Quibus volentibus abire. Ad aliam, inquit, trabem comparandam, mihi pretium deest: sed precor, ut istius longitudinem semel adhuc diligenter consideretis. Tunc illi irascentes, Ridetis, inquit, nos, cui semel et bis iterata, sed inaniter, geminatio non sufficit. Instantia tamen precum denique victi, cum summa repetunt diligentia rei longitudinem quam toties consideratam, fateri se ignorare non poterant. Res mira! Inveniunt trabem illam, non solum ceteris cœquari, sed mensura trium pedum in longitudinem ceteras omnes excedere. Unde pro evidenti miraculo collaudantes Dominum, tectum oratorii cum gaudio perfecerunt.

19 A diebus illis quatuor vel quinque Fratres, ad serviendum Domino, illic deputati sunt, et est locus ille Fratribus infirmis de Conventu Marchianensi, pro viribus corporis reparandis, valde necessarius. Ne mireris, lector, quod a proposito nostro longius, evagati simus; quia cum Hamaticensis ecclesia una sit cum Marchianensi, ut ibi restauratio innotesceret, hæc digressio facta est. Quidquid etiam B. Rictrudi adscribitur, dum profectus et restitutio Marchianensis ecclesiæ prædicatur, ad laudem quoque et gloriam ipsius referri potest, quod locus ille per prædecessorum incuriam, quondam ferarum cubile, nunc domus orationis est. Et nos iis omissis restat ut ad ea quæ cœpimus, sicut Dominus dederit, enarranda redeamus.

20 Venerabilis igitur Abbas Amandus officium suum diligenter exequabatur, et a prædecessoribus suis male dispersa in jus monasterii sui paulatim revocabat. Quem pravas extirpantem consuetudines, quidam secularium non diligebant, cum ea quæ injuste possederant reddere cogentur: Fratres intus religioni vacabant, et ipse foris graves pro eis injurias sustinebat. Et dum cuncta prospere, sed cum difficultate maxima, geruntur; suggerunt ei Fratres, ut amotis ab officiis suis quibusdam ecclesiæ ministris, loco eorum alios substituat. Noverant enim quod singuli eorum ministerium suum hereditario jure sibi defendere præsumerent. Quibus vocatis, Mercedem, ait, vestram paratus sum vobis reddere, præmonens ut de vetero, ad alium Dominum vos conducendos transferatis: officiis quippe, quibus præestis, nunc alios præferendos decevi, sed pro diuturno servitio vestro vobis viventibus mutua permanebit dilectio. Ad hæc illi stupefacti: Pervenit, inquit, ad nos hereditaria successione ut ecclesiæ serviremus; nequaquam nos exheredari patiemur. Quod a patribus nostris pervenit ad nos, dictante [ratione] transibit ad filios. Numquam, inquit Abbas, si partem vestram ratio tueretur, ex adverso stare præsumerem: sed quoniam prædecessores meos ecclesiæ jura diripuisse non ignoro, potuit fieri, ut majora parvi pendentes, etiam ab iis quæ nunc defenditis patres vestros suspendere non curaverint. Dilectio vel sufferentia fuit, non ad hereditatem ecclesiæ possidendam consensus. Precor, ne humilitati meæ, quæ variis negotiis distrahitur, molesti sitis, quia vobis assentire nequeo, nisi ab alieno abstinentibus. Contradicunt illi, et fronte obdurata partem suam defendunt.

21 Verum unus ex iis quod audiret ceteris gravius accipiens, obstinatius respondit, et ad parentes suos, eo quod plures haberet in seculo, queritiam referre non distulit. Tunc illi insurgentes in Abbatem, aspere conveniunt eum, et maxime miles quidam [Ingebrandus], cui cognomen Paganus, resistebat ei in facie, et micabatur absenti. Unde cum quadam die staret coram Abbate, Qua, inquit, temeritate me et nepotes meos exheredare præsumitis? Cui vir mansuetus mansuete respondens, Numquam, ait, in potestatem monasterii mei jus alienum religi desideravi: sed si quid de monasterio irrationabiliter subtractum intellexi, non in vestram nec alicujus injuriam, quantum in me fuit, loco proprio restituere curavi. Quod si nepoti vestro, qui vos ad hæc jurgia provocavit, quod periculose desiderat, concederem; totum tamen irritum duceretur, quia communæ Capitulum monasterii non concederet. Capitulum, inquit, negaret mihi, quod meum esse assererem? Ego infra proximos triginta dies, cum totidem gladiis in eorum Capitulo magister et dominus sedebo, certius discutere volens, qui petitionibus meis audeant resistere. Ad hæc Abbas, Dominus, ait, qui superbis resistit et humilibus dat gratiam. infra dies denominatos, nobis pacem conferre, et adversariorum potest superbiam retundere.

22 Has ille blasphemias cum in Dominum et servos ejus evomisset, cum magaa indignatione recessit, in brevi pro linguæ effrænis temeritate pœnis cruciandus. Comes quippe Flandriarum adversus Comitem Hainoiensem, loco et die denominato, cum manu forti et armis se venturum prædixerat. Ad quem locum Paganus ille, armis strenuus, ut aliquid lucri reportaret occurrit, ab amicis suis cum planctu et dolore maximo statim Marchianas referendus. Accidit enim ut die illo, nescio quo casu, lancea sua seipsum transfoderet; et inter manus suorum, ultimum vite spiritum redderet. Qui ergo dicere non timuerat, Capitulo cum triginta gladiis, injuriam

D

Amandus
Ab. restaura-
tioni Mar-
chianensi
intendens,

fundos repe-
lit a colonis,

E

jus heredi-
tarium præ-
tendentibus:

pro quorum
uno miles
quidam

F

cum 30 gla-
diis in Capi-
tulum se
venturum
minatus,

propria lan-
cea confodi-
tur

A injuriam meam vindicaturus, præsiedebo; infra tempus determinatum cum lacrymis triginta parentum suorum, morte inopinata subtractus, Marchianas relatus est: qui pro mortuo veniam humiliter postulantes, ecclesiae B. Rictrudis se nihil mali deinceps illaturos pollicebantur. Abbas vero, sicut vir misericors, facile petitioni eorum acquievit: oblataque pro anima ejus Domino Eucharistia, corpus ejus cum lacrymis et devotis orationibus sepelivit. Legerat enim simile quid B. Ambrosium fecisse, qui cujusdam temerariae virginis blasphemias patienter sustinens, die altera, cum carne solutam audisset, usque ad locum sepulturae cadaver ejus misericorditer prosecutus est. Ad cujus exemplum, cum praedictus Abbas pro contumelia accepta obsequium rependisset; multi prius ecclesiam infestantes, pro ultione quam viderant, potius servire quam malignare studuerunt.

et Marchianas
sepelitur.

Juvenis
Marchianensis

23 De beneficiis quoque beatæ Rictrudis quidam puer enutritus fuerat: qui litteris traditus, psalmos, cantum, et cetera quæ ad cultum divinum pertinent, sufficienter edoctus est. Sed cum annos pubertatis attingeret, quoinorbo hæc ætas laborare consuevit, mens ejus variis affectibus distrahebatur. Denique nihil pluris existimans, quam ventosam secularis litteraturæ scientiam, subiit ejus animum, ut ad hujus scientiæ doctores se transferre deberet. Profectus est igitur in Franciam, et inde Trajectum ad Magistrum Lambertum, ut plenius ab eo de omnibus informaretur. Audierat enim, quod hic vir, septem artibus quas liberales vocant optime eruditus, non paucos haberet discipulos, et pro scientia sua, inter Clericos magnæ esse auctoritatis et reverentiæ; apud quem pluribus annis scholaribus exercitiis deditus, ab ubertate scientiæ illius sibi quotidie aliquid hauriebat. Prima vero institutio, quam a puero acceperat, neglectu et tempore cœpit obsolescere, et post studium horis aliquibus, otio et corporea voluptati cum coequalibus suis vacabat. Cum longum sub hæc negligentia vanitate tempus defluxisset, repatriare cogitavit. Quod ut perduceret ad effectum, dum de die in diem magis inardesceret, verum experiebatur quod legerat:

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos

Ducit, et immemores non sinit esse sui.

ex itinere
deviat,

24 Assumpto igitur secum Clerico uno, iter arripuit. Sed nondum de terra illa egressus, quadam die a recto itinere deviauit: et procedens paululum nemine revocante, nemine viam monstrante, incidit in vallem tenebrosam, quæ plena erat fructibus et plurimæ paludis vehementia. Locus terribilis latibula monstruosa solis avibus vel feris exhibebat. Sed cum dies in vesperam declinaret, magis timebant, ne vel a bestiis dilacerati comederentur, aut in solitudine vasta fame perirent. Nec enim die illo quidquam cibi perciperant, nec tunc proxima: et usque in diem tertium ambo jejunii, in timore mortis miserandæ perdurarunt. Qui sub divo positi, cum adhuc hiems esset, aquis inferius et nivibus desuper urgebantur, voce tamen qua poterant, sed horrore frequenter eam interrompente, Domini auxilium implorabant. Die tertia cum pœne deficerent, miser ille recordatus est B. Rictrudis, in cujus monasterio tam delicate nutritus fuerat: et invocato nomine et auxilio ejus, quod in eam deliquisset humiliter fatebatur. Nec mora. [Videt] ante se hominem, quem prius non viderat; haud dubium, quin Matronæ, quam invocaverat, meritis et intercessionibus divinitus missum. Hic pulchra facie et decorus adspectu, condensa arborum ferro, quod manu gestabat, cœpit extirpare; et in invio duobus illis sequentibus ipsam viam aperire. Extraxit ergo eos seminortuos de valle horribili, et usque ad domum

triduumque
jejunus,

S. Rictrudem
invocat:

a qua submis-
so duce eva-
dit:

cujusdam Presbyteri, fidelis comes et dux itineris, non deseruit. Quos Presbyter in magna defectione adspiciens, cognito rei miserabilis eventu, eis ignem copiosum accendit; et cibariis suis, quamdiu voluerunt, abundantissime refectos, abire volentes, cum diu retinere non posset, vix reddidit. Ille igitur cum Cleficulo suo Marchianis veniens, rem gestam Fratribus retulit, et modicum residuum vitæ suæ in Domini et B. Rictrudis obsequio cultor devotus expendit.

D
EX MS

25 Eodem quoque tempore, dum dormitorium Fratrum rursus de novo instauraretur, consummata maceria, trabem ad sustentandum culmen artifices unamquamque suo loco coaptabant. Ex quibus una cum superius traheretur, ejus summitate jam maceriæ superius innitente, qui inferius eam sustentabant, nimio pondere gravabantur. Quod artifex quidam, qui aliis præerat, a loco superiori et remoto conspiciens, trabem illam ad se trabentibus opem ferre per planum maceræ cursu velocissimo festinavit. Sed cum ad locum, quo intenderat, pervenisset, ubi voluit, quia nimio impetu ferebatur, subsistere non potuit. Necessè ergo habens alterum e duobus subire discrimen, ut videlicet saltu periculoso ad ima ferretur, aut præceps contractus rueret; a summitate maceriæ, cujus altitudo mensura viginti quinque pedum erigebatur, in terram prosilivit: et qui currerat, ceteris auxilium laturus, ut mortis periculum declinaret in arcto positus, sibi consulere non valuit: male enim cuncta ministrat impetus. Verum priusquam terram attingeret, B. Rictrudis suffragium invocavit. Tunc Abbas et ceteri qui aderant, mortuum vel non diu victurum credentes, ad ipsum turbati cucurrerunt: quibus inquirentibus qualiter se haberet, incunctanter respondit: Timui quidem, sed læsuræ vel doloris nihil sentio, servatus ejus adjutorio, cujus nomen ruens ab alto invocavi. Eadem hora, readscendens unde corruerat, cum aliis operabatur: et qui videre, Domino et B. Rictrudi gratias agentes, mirati sunt. Abbas quoque tam evidens miraculum scribi præcepit, ut quod oculis suis viderat, scripto posteris nuntiaret. Unus etiam e Fratribus, in eodem dormitorio nondum consummato cum aliis existens, nocte quadam in Capitulum, quod lapidibus plenum erat, corruit: qui similiter nomine et adjutorio B. Rictrudis illæsus apparuit.

in periculo
lapuss ex
alto desiliens
faber,

E

eadem invo-
cata illæsus
manet

CAPUT III.

Varii malevoli divinitus puniti. Candelæ ultro accensæ.

F

Necdum predicto Abbati Amando, in contemplandi otio et orandi assiduitate, secundum consuetudinem remorari licebat; dum pro eo quod secularis violentia ecclesiam infestaret, ad conquerendum frequenter exire cogeretur. Christi patrimonium vicini diripere non cessabant, singulis inde tollentibus quod poterant; et Abbas eorum malitiam sustinere non poterat. Quidam tamen eo magis adversabatur, quod ceteris erat genere et potentia sublimior, manens in loco vicino, paternæ iniquitatis hereditarius successor. Pro cujus violentia, quia continua erat, si monachi contristabantur, non curabat; sed dum hoc vel illud damnum intulisset, ad aliud inferendum festinabat: unde cum tota familia sua horrendo anathemate percussus est. Sed de die in diem insolentior effectus, corde indurato respere contempsit. Quod cum Abbas attenderet, diutius ferre non sustinens, ad Carolum Comitem Flandriarum profectus est, ut ejus auctoritate potentis inimici superbia retunderetur. Qui venientem intuitus, quia viram religiosum noverat, et magna in Domino dignum reverentia

Vir potens
pro detentis
monasterii
bonis

ad B. Corolum
Bonum pro-
vocat

EX MS.

A rentia; de domo superiori descendens, ei humiliter occurrere festinavit. Quem salutatum ut patrem carissimum amplexatus est, adventus fatigationisque suæ causam prior inquirens: valde enim compatiebatur senectuti ejus videns quia ingredi et exire præ senio et debilitate amplius facile non poterat. Cui Abbas, Ecclesia, inquit, nostra in medio nationis perversæ sita est: et a vicinis suis varias sustinens injurias, vix diem noctemve ullam ab oppressionibus miserandis feriatam habere sinitur. In præsentiarum quoque vestris obvoluta genibus, cujusdam viri potentis et magni generis per vos tyrannidem retundi suppliciter implorat: qui totus in reprobum sensum datus, excommunicationi subjacens, pro nihilo ducit.

27 Comes vero ita justitiam diligens, ut seipsum malignari volentibus libenter murum opponeret, Abbatem blande leniterque consolatus, ut ad domum suam cum spe futuræ pacis lætus reverteretur admonuit. Æquitatis quippe jus esse noverat, ut dum clamaret oppressus, sentiret oppressor; et non superbiret impius, dum incenderetur pauper. Abbas igitur nominato viro quem tam molestum sustinebat, valedixit Comiti et reversus est. Post aliquot dies Miles ille, de quo agitur, habens Comiti aliquid dicere, securus intravit ad eum, quia quod de ipso clamor relatus esset ad curiam nesciebat. Et salutans eum, primo nullum tamquam ab indignante responsum accepit, sed præter solitum se torvis oculis respectum considerans, quod ejus conspectui se præsentasset, tarde indoluit. Ad quem Comes, Quid est, inquit, quod audio de te? Qua fiducia Ecclesiam Marcellianensem, quam per Domini gratiam manutendam suscepi; et Abbatem quem non mediocriter diligo, jam senem inquietare præsumis? Vade hinc in domum tuam, et quiesce de reliquo in omni subjectione, quia si deinceps tale quid in te repertum fuerit, injuriæ Dei et nostræ districtus ultor apparebo: temeritas enim et præsumptio fuit, ut post tam gravem excessum introire ad nos non expavesceres. Tunc ille, paucis aut nihil præ timore responsis, confusus abscessit: et veniens domum, se tristem familiæ suæ, quod erat, exhibuit. Admiratur uxor, et causam doloris inquirat. Ad quam ille, Numquam, ait, viro nostri generis, pro quolibet excessu, Comes adeo dure ut mihi locutus est, nec quisquam comminationem coram Baronibus suis graviores suscepit. Deinceps Ecclesiam, pro qua convitia tanta pertuli, amare non potero, nec virum, qui me nesciente in nostri ultionem ei adversaretur, odisse. Sic contumeliam quam acceperat moleste sustinuit, sed referre non audens, observavit tempus opportunum quo talionem reponeret.

28 Post hæc brevi decurso tempore, de quo diximus, Comitem piæ memoriæ Barones sui, imo pessimi traditores Dominum suum a occiderunt, et omnis Flandria in morte ejus turbata est: justitia quippe defensorem suum amiserat. Et tunc odium, quod adversus proximum suum quisque clausum gestabat in pectore, non latuit, prædictus quoque miles, memor criminationis quam acceperat, ut Patronum Ecclesiæ mortuum audivit, statim quodam molendino ejus igne combusto, Abbatibus officinas se terræ, cœquaturum minabatur. Abbas vero et monachi, de Domini misericordia non desperantes, B. Rictrudem incessanter deprecabantur, ut intercessione sua pacem Ecclesiæ suæ reformaret. Ab Episcopis quoque et Fratrum conventu publice in ecclesiis excommunicatio frequenter repetebatur, et Sacerdote Dominicum Corpus inter manus tenente, de adversario clamor quotidianus ad aures Domini ascendere non cessabat. Quadam vero die dum ilud a Fratribus devote ageretur, hic, cujus cor Du-

minus induraverat, per villam Marchianensem transiens, signorum sonitum et Fratrum clamorem audivit. Cui ab iis qui comitabantur requirenti quid sibi vellet clamor ille; Nunc, inquiunt, cum Sacerdos Corpus Dominicum ab altari elevat, Fratrum Conventus in terram prostratus jacet, et a Domino postulans pacem teipsum vinculo anathematis horribiliter adstringit: et hic est clamor metuendus, quem audisti. Ad hæc ille, tam detestabilis contumeliæ verbum in monachos evomuit, ut aures humanæ merito illud audire expavescant. Totus itaque satanæ traditus, quid dixerit vel quid audierit parvipendens, cum exultatione recessit. Sed ab eo qui dixit, Mihi vindictam, ego retribuam, pro monachis ei responsum est. In crastino quippe juxta domum suam, et inter parentes suos, et ab iis qui eum ode- rant, satis contemptibiliter occisus est: nec fuit de parentela ejus qui sanguinem proximi sui ulcisceretur. Quod videntes, qui peccatis suis exigentibus excommunicatum noverant, ne simili sententia punirentur, B. Rictrudis monasterio inferre calumniam magis timuerunt. Uxor quoque ejus et filii, pœnitentia ducti, devota precum instantia veniam consecuti sunt, se nihil mali deinceps illaturos fide et sacramento pollicentes.

29 Castellanus Insulensis unum de Armigeris suis, ad custodiendum segetes suas, in territorio Basseiæ tempore messium direxerat, sciens quod a pluribus damnnum sustineret, si custos deesse cerneretur. Hic dum Domini sui jussa fideliter exequeretur, accidit una dierum ut quatuor aut paulo plures manipulos de cultura B. Rictrudis furaretur: et accito rustico quodam, carrum suum de manipulis, quos in custodia acceperat, onerari præcepit, et ita domum deduci; furtivos quoque desuper collocare non timuit. Quo peracto, super runcinum suum readscendens, ire perrexit, et rustico incontinenti vestigiis suis inherere mandavit. Qui juncta carro animalia primo virgis; dein, cum cerneret non moveri, fustibus cædebat: sed illa, velut solo inhæsisent, immobilia permanebant. Armiger vero ad clamorem rustici, cum magna indignatione cædentis animalia sua, retro respiciens; quem post se venire putabat, in eodem loco stare conspexit: et quid impedimento esset, quod non sequeretur, scire desiderans, ad eum reversus est. Tunc ambo unus hinc, alter inde jumentorum latera fustibus tudebant, clamorem cum verberibus attollentes, ut geminato stimulo ad proficiscendum excitarentur. Sed dum verberando nihil proficiunt, magis irascuntur, et ad baculos semel et iterum recurrentibus, vires amplius sæviendi non suppetunt. Et dum starent attoniti, Armiger ille in se reversus, Exonera inquit, carrum tuum manipulis suis, quos de terra B. Rictrudis furtive sustuli, ne justo Dei judicio malum hoc sit moræ, quam sustinemus, occasio. Paret ille, et in eodem momento quo jumenta pondere illo importabili sunt levata, sua sponte, tamquam nihil tormenti sustinuissent, iter arripiunt: et quæ [verberibus] nimis fuerant affecta, carrum manipulis exoneratam modo tam alacriter trahunt post se, ut vacuum vel etiam nihil trahere viderentur; rustico autem, si illa velit assequi, magis solito festinandum est. Ad hunc igitur rei eventum stupet rusticus, admiratur Armiger, et ad villam venientes evidens miraculum silere non possunt. Qui furtum fecerat, quid acciderit, Domino manifestat: a quo ei suggeritur, festinandum esse ad monachum de Haines, et agenda coram eo pœnitentiam. At ille libens obsequitur, magis eligens coram hominibus de errore confundi, quam in die districti examinis in eum dari sententiam, quam portare necesse sit. Et quoniam facti pœnitens errasse humiliter fatebatur,

misere interimitur.

E

B
ab eo acriter reprehenditur,

b

Ob manipulos de cultura B. Rictrudis sublatis,

c

jumenta cum carro manent inmotata

F

donec iis depositis exonerentur.

occiso deinde Comite,
a

iterum ob incensum molendinum excommunicatus,

a

A a monacho facile veniam consecutus est. Omnes igitur ad quos res gesta pervenit, dignum non offendi B. Rictrudem, prædicaverunt. Qui sapuit, cavit sibi solite, ne offenderet; qui autem monasterio ejus injuriari præsumpsit, denique manum ejus ultricem expertus est.

*Pace cum
nece B. Ca-
roli sublata.*

30 Carolo igitur reverendo Comite Flandriæ, ut, dictum est, a suis occiso; qui erant de semine Chanaan, filii scelerati, lætati sunt: nec enim eo vivente potentiores a subditis coacta servilia exigebant, sed suis contenti redditibus, ut sine offensa coram Domino suo apparerent, paci specialiter intendebant, Agricole, cives, cum reliquo populo benedicebant Dominum et Comitum, cujus temporibus, quicumque vir potens proximo suo injuriari præsumpsisset, absque misericordia puniebatur. Unde [Abbas Amandus] diligens justitiam et protectore indigens, morte ipsius audita, ubertim faciem rigare cepit [lacrymis], quas tristitiæ magnitudo indices cordis effuderat. Tranquillam quippe vitam agere didicerat: sed tunc per singula momenta de salute sua suspensus, quid ageret, nesciebat. Singulis igitur a potentioribus graviter oppressis, cum non esset qui eriperet, solum dolori supererat remedium, ut injuriati opponerent scutum patientiæ, et vincerent in bono malum. Wilhelmus *d* quippe Iprensis cum ceteris ad prædam et homicidia suspirabat: vidensque omnia turbata, Faciam, inquit, currus, et equites, et Flandriæ Comitatum obtinebo. Illustri etenim Comite absque liberis de hac vita subtracto, me sibi propinquum dereliquit, in patrum nostrorum dignitatem hereditario jure successurum. Et convocatis complicitibus suis, castellum quoddam, Selusam *e* nuncupatum, quod a Comitissa *f* Clementia in dotem acceperat, securus intravit. Turris firma erat, villa, nemore, vivario, et aquis palustribus circumdata, cujus aditus una via admodum areta introeuntibus patebat. Locum hunc, ad expugnandum hostium incursus satis aptum, Wilhelmus ingressus est. [Rex autem Franciæ *g* Ludovicus] conducens sagittarios aliosque satellites, omnibus qui parti suæ favebant, carceris aut ignominiosæ mortis periculum intentabat. Duces quippe cum Optimatibus terræ, Wilhelmum *h* Normannum loco defuncti jam Comitem subrogaverant. Eo magis contumax iste in pauperes sæviebat, omnia ferro et igne depopulari desiderans, quæ in potestatem alterius redacta conspiciebat. Dives quoque auri et argenti, sumptui non parcebat, ut quoscunque secum habere poterat, obnoxios fidosque sibi faceret.

d
Wilhelmo
Iprensi Selu-
sas occupante,

e
f

g
et resistente
ei Guillelmo
Normanno,
h

*vrslandas
villus timens
Abbas,*

*vllas Salia-
cum Reliquiis*

31 Sub hac miseranda dissensione, in qua nec monasteriis parebatur, Abbas Marchianensis sibi et hospitibus suis metuebat, ne ecclesia, cui præerat, damnum sustineret, et hospites sui captivi ducerentur. Villæ enim monasterii non longe erant a castello, quod homicidas illos tuebatur; et ideo inter primas sensuræ desolationem, quæ gravis imminerebat. Rustici in luctu et timore maximo degentes, mortem potius ærumam finem, quam cruciatum esse dicebant. Quemadmodum enim ventis ex adverso discurrentibus, nescit cui domino pareat unda maris; sic diversis Dominis istos in subjectionem trahentibus, ad quem securius confugerent, ignorabant. Præfecti, quos ad custodiendam terram suam Comes præfecerat, ab istis quotidiana servitia extorquebant, quorum jugum sustinentes, paupertatem declinare non poterant. Tunc Abbas, miseris eorum et clamoribus valde compatiens; inuito consilio accepit de reliquiis Sanctorum, quæ in monasterio conservabantur, et eas per manus monachorum, apud villam suam Saliacum destinare curavit: ab hostibus quippe depredatis, erat versiculus ille merito coaptandus,

Maji T. III

Quidquid delirant Reges, plectuntur Achivi.
Fratres nihilo minus coram Domino jejuniis et orationibus pro pace impetranda quotidie seipsos affligebant: qui ex parte maxima ad tempus secundum desideria sua exauditi sunt. Eodem quippe anno, quo Reliquiæ Sanctorum apud Saliacum delatæ sunt, adversarii, Deo et B. Rictrudi reverentiam exhibentes, res, quæ ad ecclesiam pertinebant, diripere timuerunt. Ipsi etiam cum oblationibus suis de via frequenter ad eas divertebant, devoto et humili animo vota sua reddituri.

32 Homines autem qui in prædicta villa morabantur, umbraculum quoddam de ramis et foliis virentibus contexuerant, in quo juxta ecclesiam suam Dominicis et aliis festis diebus, Reliquias illas cum summa veneratione, reponi statuerant. Non tamen ipsis absentibus illuc deferebantur, sed cum omnes signo audito convenissent, Cruce cum cereo et thuribulo præeuntibus, ipsi portantes eas sequebantur, et exultantes in Domino diem lætum transigebant, proximos suos ad offerendum, licet monachi recipiendis oblationibus non intenderent, singulis reinvitantibus. Una vero die, cum id solito devotius agere decernerent, duobus viris secundum consuetudinem de ecclesia cum ceteris exeuntibus, vis venti cereorum lumen præripuit. Quod animadvertentes contristati, vocant unum de adolescentibus, qui ad ignem requirendum cito currere possit et reverti. Mittitur, sed festinans, dum in aliquot domibus ignem non invenit, currit ad alias, et revertendi mora innectitur. Et quoniam desideranti nihil satis festinatur, qui miserant, missi moram non sustinentes: dum alii præcipiunt ut currens insipientem illum tardantem reducat, ignis divinitus missus cereos extinctos in manibus ferentium coram ossibus Sanctorum reaccendit. Hoc videntes qui aderant, mirati sunt, et cum augmento devotionis et gaudii Deum in Sanctis suis mirabilem prædicare ceperunt: nec solum illi, sed omnes qui audierunt verbum hoc, locum Marchianensem pro Sanctorum reliquiis, quas conservat, de cetero magis venerati sunt.

D
EX MS.
illud conser-
vat :

*coram iisdem
in magna
veneratione
ibi habitis,*

extinctæ ven-
to candelæ
E

divinitus re-
accenduntur.

33 Beata Rictradis, quos in seculo pepererat, ut dictum est, per Domini gratiam, seculo subtraxit: et omnibus perfecte contemptis, quæ temporaliter transeunt, fideliter consummati sunt. Reliquiæ vero S. Mauronti filii ejus (cum reliquiis matris in Marchianensi monasterio, longo tempore quiescentes, postea nescio seu permittente seu volente Deo, furtim sublatae, Duacum translatae sunt. Ubi in Ecclesia sanctæ Dei Genitricis, quæ nunc S. Amati dicitur, juxta ejusdem Pontificis corpus, qui tunc Deo ibi serviebant, eas in vasculo deaurato, cum exultatione decenter reposuerunt; affirmantibus qui aderant atque dicentibus: Hi duo viri, affectione mutua, dum viverent, in Domino se diligentes, nec in morte corpora sua separari patiuntur. Si verum de separatione dixerint, nec ne, certum non habemus, referentibus qui ante nos fuerunt, quia cum res monasterii variis olim, ut superius dictum est, casibus deperirent, Reliquiæ memorati viri furtive illuc deportatae sunt: de dilectione vero mutua, qua per Dei gratiam illustrati fuerant, non ambigitur, cum de ea notitiam ad posterum satis manifestam eorum opera [transmiserint]. Maurontus siquidem a Theoderico Rege Francorum, cujus lateri adhaerebat, virum hunc custodiendum accepit, sublata ei per regiam violentiam Senonensium Archiepiscopatus dignitate cum redditibus universis: et recludens eum in monasterio suo, quod apud Meurivillam construxerat, frequenter eum invisere consuevit: quo aliquantulum remoratus compungebatur, et in præsentia et sermone

F
*Post delatas
Duacum S.*
Mauronti
reliquias

*ut dilecto
quondam
S. Amato
jungeretur ;*

EX MS.

A ejus non mediocriter ædificatus discedebat : denique in intimis visceribus adeo ipsum collegit, ut totum patrimonium suum filiali et devoto ei conferret affectu. Sed iis omnibus omissis, quæ alibi plenius scripta sunt ; ad rem, quam posteris innotescere volumus, revertamur.

*festum ejus
absque ser-
vili opere
agendum*

34 De reliquiis igitur B. Mauronti ex parte maxima Ducum sublati, connivente Clero et populo statutum est, ut in Nonas Maji, quæ est dies Depositionis ejus, ab universis ibi manentibus de eo memoria quotannis sollemniter representaretur. Cum autem annus revolutus eandem sollemnitatem reduceret, hæc a Sacerdotibus, qui populo præerant, in ecclesiis Dominica præcedenti omnibus nuntiabatur : et interdicto publice servili opere, singuli die illo, sicut nunc quoque agitur, ad ecclesiam devote festinabant. Verum diei festi aliquando recurrente memoria, post horam nonam, quæ diem illum præcedebat, ob reverentiam Sancti illius, singuli ab operibus, quæ servilia nuncupantur, disjuncti sunt. Accidit autem ut quidam sutor, post horam interdictam ad opus suum residens, Sancto [honorem] non deferret ; suorum insuper vicinorum correptiones audire contemneret. Dicebant enim ei qui operantem intuebantur : Qua temeritate Deum in Sanctis suis contemnere præsumis, matris Ecclesiæ traditionem non observans ? Numquid ! ominum in Sacerdotibus suis dixisse meministi ? Qui vos audiunt mihi obsequuntur ; et, spernentes vos, me spernunt ; et Quæ dicunt facite ? Hæc dies annua nobis secundum consuetudinem festiva traditur : et tu avaritiæ deserviens, præceptum Dominicum transgredi non vereris ? Ad quos ille ; Sacerdotes, inquit, imponunt nobis quæcumque volunt. Sed qui est Maurontus, et quæ Rictrudis mater ejus ? Mortales utique, inter divitias enotriti, sed in natura similes mei fuerunt ; et post hujus vite cursum, sicut et ceteri ad patres suos appositi sunt. Non eos colo, nec reveor : quia et auxiliandi virtus et nocendi facultas in morte eis sublata est.

*sutor contu-
maciter vio-
lans,*

B

suis contemnere præsumis, matris Ecclesiæ traditionem non observans ? Numquid ! ominum in Sacerdotibus suis dixisse meministi ? Qui vos audiunt mihi obsequuntur ; et, spernentes vos, me spernunt ; et Quæ dicunt facite ? Hæc dies annua nobis secundum consuetudinem festiva traditur : et tu avaritiæ deserviens, præceptum Dominicum transgredi non vereris ? Ad quos ille ; Sacerdotes, inquit, imponunt nobis quæcumque volunt. Sed qui est Maurontus, et quæ Rictrudis mater ejus ? Mortales utique, inter divitias enotriti, sed in natura similes mei fuerunt ; et post hujus vite cursum, sicut et ceteri ad patres suos appositi sunt. Non eos colo, nec reveor : quia et auxiliandi virtus et nocendi facultas in morte eis sublata est.

*et sanctum
ejusque ma-
trem blas-
phemans*

*sibi manum
laxit et fil
pauperrimus.*

C

35 Hoc die, paululum manu ad operandum elevata, coltellum quem tenebat, per manum alteram, quasi arte sutoria aliquid inci-urus, ex improvise traduxit. Plaga vero adeo gravis inflicta est, ut manu eadem nihil de cetero operaretur, nec a melicis unquam perfecto poterit sanitati restitui. Unde otio vacans, qui dives extiterat, per dies ad paupertatem redactus est : et ad ultimum ære oppressus alieno, clam de villa, ut creditores suos falleret, pauper aufugit. Quod vicini attendentes, blasphemiam, quam in Sanctos Dei factam audierant, recordabantur, propter quam hominem punitum tam graviter asserebant. Cujus contemptoris dejectio, tam futuris quam præsentibus in eodem castello, Sanctorum dies festos annuatim devotios recolendos nuntiavit.

*Duo affli-
gentes subdi-
tos S. Euse-
bia.*

36 Sicut laus et gloria matris in filiam redundat, ita quicumque filiam offenderit, procul dubio matrem ipsius exasperat. Asconium igitur, villa B. Eusebia, duobus Advocatis serviens, duorum potius tyrannorum olim violentiam sustinebat. Ipsi enim ab hospitibus Ecclesiæ frequenter pecuniæ collectionem exigebant, et qui dare nolisset, multis affectus contumeliis in carcerem retrudebatur. Sed cum monachus in villa manens, pauperum fortunas diripi tam miserabiliter attenderet ; zelo Dei accensus, non aliter quam qui patiebantur indoluit. Unde conveniens Milites illos, a responso bono etiam alienos invenit Prædicto Abbati rem manifestat ; et ille tyrannos die denominata præcipit adesse. Qui vocati veniunt : sed cum exactionem eorum pessimam ratio nulla tueretur, Abbas precibus eos pulsabat, ut respectu Dei hospites Ecclesiæ de reliquo non

affligerent. Verom illi in obstinatio suo perdurantes, D Nihil, inquit, ab ipsis, præter consuetudinem patrum nostrorum accepimus : quod illi fecerunt, et nos similiter faciemus : hereditario jure privari consilium non est. Ad quos Abbas, Voluntatis, ait, vestræ non est, ut nunc propter Deum pauperum cesset afflictio : confido in Deo, quod cum ipse voluerit, vel etiam invitis vobis cessabit. Vocati fuerant, si forte audirent, et quiescerent ; sed post monitionem viri Dei, magis irascati, ad propria cum magna indignatione reversi sunt. Tunc superaddentes ad jugum, quod sui prædecessores subditis imposuerant, absque misericordia tractabant eos : et unde sustinens flebat, inde obsequiorum exactor gloriabatur. Abbas vero nec afflictorum lacrymas, nec tyrannorum ferens insolentiam, assumptum Corpus supra dictæ Virginis apud Asconium dirigit, ubi in media ecclesia, ut ab intrantibus facilius videretur, super spinas in terram dimissum est ; asserentibus monachis, quia numquam illud de spinis sustollerent, si non prius pacem suis hospitibus reformaret. Sic igitur per dies aliquot jacuit, Domino persecutorum pœnitentiam expectante ; sed illi, quid ageretur, attendere non curabant.

*nec allatum
Corpus ejus
reveriti,*

37 Superveniente vero messis tempore, apud Gaugiacum villam S. Rictrudis, quiddam contigisse veridica relatione cognovimus, cujus recordatio satis jucunda est. Unus ex famulis monachi, qui ad messores ierat, domum reversus, præ lassitudine paululum obdormivit. Et ecce quædam mulier, decora facie, coram eo stare visa est. Quem alloquens, Ecce inquit, cum expergefactus fueris, cornix quædam huc advolans, in domo et in curte hac quasi avis domestica requiescet : nuntius meus est ; prædica omnibus ex parte mea, ut nemo eam effugare, nemo molestus esse ei præsumat. Et hoc signum quod eam miserim, et in quo ab aliis generis avibus erit discernenda, debilis et quasi infirma uno pede claudicabit. In hoc verbo mulier illa disparuit ; servus quoque expergefactus, somnium, quod viderat, recordatus est. Cui circumstantibus enarranti, nemo qui crederet, nemo erat qui curaret audire, dicentibus singulis, quia in homine fatuo ridiculosa inventor visio. Qui vulgaris hujus proverbii contumelia percussus, foras egressus est : circumspiciensque videt per aera cornicem directo volatu ad locum destinatum substitisse, atque per curtem deambulasse : F quæ quia pede uno claudicabat, contemptæ visioni manifeste satisfecit ; et servus rem tacite considerans, gavisus est. Convocatis ergo iis, qui intus erant, incredulitatis eos arguebat, et omnes quod futurum audierant, modo intuentes, quid hoc portenderet ignorabant. Ad quemcumque vero locum avis illa per diem devolaret, nocte quasi ad proprium nidum illuc revertebatur ; quam, monacho defendente, nemo aliquando lædere præsumpsit. Interea fama nuntiante per totam provinciam, de ea sermo multus erat in populo. Et quidam, propter mittentis auctoritatem reverebantur eam ; alii ridebant, claudicantem intuentes.

E

*per cornicem
de qua San-
cta revelat,*

38 Decurso vero aliquanto tempore, cum adhu præfatæ Virginis corpus spinis in terram soppoitis jaceret, et persecutio ejus hospitibus illata non cessaret, cornix hæc die quadam ad corpus, quasi injurias vindicatura, transvolavit. Ubi cum supradicti Milites, imo tyranni, eam remorari cernerent ; perterriti mutuo dixerunt ; Quia Beata, ut ira ejus in nos desæviat, cornicem suam huc direxerit. Dum licet, humilis pœnitentia imminens flagellum præveniat : quippe correctionem suscipere aut cruciari necesse est. Ad cornicis ergo adventum inito salubri consilio, Marchianis recurrunt ; et Abbatis genibus provoluti, veniam de errore suppliciter implorant.

*ad ejus cor-
pus advolan-
tem territi.*

A plorant, et de cetero emendationem pollicentur. Quibus cor contritum et humiliatum preferentibus, juxta desideria sua responsum est. Tunc sancti corporis oneri humeros suppliciter incurvantes, de spinis illud sustulerunt coram populi multitudine; et ingenti gaudio loco suo restituentes, cornix quoque, post satisfactionem avolans, ulterius nusquam comparuit. Si tibi, lector, in mentem veniat, qualiter Dominus in muscarum irruptione terruerit Ægyptios, non miraberis: nec ridiculosum videbitur, istorum violentiam per avem hanc fuisse condemnatam. Utrobique par miraculum: nisi quod Ægyptii, peste submota, Domino mentiti sunt; isti vero cautiores effecti, præter id quod justitiæ lex exigeret, ab hospitibus Ecclesiæ nihil amplius acceperunt.

emendantur.

39 Hæc eadem Sancta villam habet, in territorio Atrebatensi, Baireium nuncupatum; et terras circumjacentes, de proprio ipsius Sanctæ alodio, satis amplas. Villæ huic monachus præest (quemcumque Abbas elegerit) in mansionibus et agrorum cultura sapienter providens quod tempus requirit. Non longe locus est, qui Vallis-sanctimonialium, eo quod earum antiquitas fuerit, dicitur: et hic de dominicatu Marchianensis Ecclesiæ, opportunis temporibus cum multo fœnore, cultori suo fruges referre consuevit. Aliquando vero accidit, ut redeunte messis tempore, priusquam hordea meterentur, quidam miles equos suos, ut herbam, quæ paulatim in segetem proficiebat, depascere, ad locum illum duci præceperit. Cujus jussionibus servi, semper prompti ad mala agendum, obtemperare non distulerunt: nec defuit, qui eadem hora rem monacho nuntiaret. Adest ille, convenit illos, et injustitiæ arguit, quod ad devastandum in alienam segetem intrare non timerint. Monens precatur, ut equos suos inde amoveant. Sed illi suas aures ad verbum precantis advertere contemnunt: verum cum irrisione magna, Domine, inquit, monache, redi in domum tuam, cum equi nostri saturati fuerint et nos ad propria revertemur. Oportet perfici quod nobis injunctum est, quia flagello subjiciendi sunt servi, domino suo non obtemperantes.

Equi immissi in segetem monasterii,

frustra monacho deprecante,

40 Tunc ille, quia damnum in præsentia sua tam præsumptuose illatum graviter ferebat, ad eorum dominum festinans, de servis ejus apud ipsum conquirebatur. Humiliter quoque rogabat ut eis districte mandaret, ne denuo id ipsum agere præsumerent. Tandem a Milite illo, non ut transgressionem suam futuram non decerneret, sed quia tam manifesta erat injuria; responsum hoc omnibus satis notum extorsit: Ne contristeris: Ego, inquit, omnia corrigam. Quod leviter pollicitus est, periculose non timuit infringere. Nam post paucos dies remisit equos suos, octo numero, ad locum depascendum, herba jam in spicam prodeunte. Recurrit ad eum monachus, et nunc geminatam esse dicit offensam, quia et pactum irritum duxit, et equos in segetem B. Rictrudis, tamquam in sua pascua remisit, et ait: Res est pessima, quam geris: Fratres qui Deo Marchianis serviunt, anno proximo de annona illa fuerant sustentandi. Nemini profuit res ecclesiæ Marchianensis imminuere; cave, ne cum emendare non possis, tunc sero pœnitere incipias.

et eorum Domino injuriam continuante

contumeliosaque repone,

41 Miles salubri admonitione audita, in contumelias et minas prorumpit; En, inquit, grave damnum: si gramen in agro nostro decerpitur, futuræ messi præstat augmentum densæ segetis, dum adhuc in herba est, accelerata resectio. Quod si impedimento esset frugi vestræ meæ jussionis executio, numquid post messes horrea vestra minus aliquid reservarent? Numquid amplas et plures culturas non habetis, ita ut destructis minoribus grangiis

majores reædificare frequenter necesse sit? Vos enim monachi terras omnes monasteriis vestris possidendas acquiritis, et non solum in cælo, sed in hac regione nostra vobis thesaurizare nitimini. Monachus vero sciens cum talibus contradictionem non esse miscendam, tamquam invitus a loco discessit, et Dominus pro eo vicem, quam noluerat, adversario rependit. Equis quippe saturatis, et in stabulo domi reclusis, primum duo vel tres contagio attacti sunt, ceterorum quoque pestem illam nullus evasit. Priusquam vero diei, qua depasta fuerat seges B. Rictrudis, dies octava succederat, omnes equi pariter mortui sunt, et octo eorum coria ad distrahendum foro illata. Tunc eorum Dominum tarde pœnituit in jus alienum suam violentiam aliquid potuisse: et ceteri, scientes cur hoc ei acciderit, ne simili sententia punirentur, noxam similem vitare studuerunt.

D
EX MS.

omnes peste percunt.

ANNOTATA.

a B. Carolus Bonus occisus est anno 1127, die 2 Martii.

b Bassea extremus Gallo-Flandriæ versus Artesiam limes.

E

c Runcinus, alia pro vitiori, hic pro generoso et sessorio equo sumitur.

d Wilhelmus seu Guilielmus, patre Philippo Comite Iprensi seu Loensi natus, de quo late agitur in vita B. Caroli.

e Sclusa extremum olim Flandriæ versus Zelandiam munimentum, nunc sub ditione Statuum fœderatorum eodem oppositum.

f Clementia, uxor Roberti II Comitis, cognomento Hierosolymitani, et mater Balhuni VII, cui B. Carolus successit.

g Ludovicus Crassus, Caroli occisi consobrinnus: ex historia autem apparet hæc fere verba, ommissa per umanensis socordium, supplenda fuisse.

h Acta Guilielmi Normanni Comitis accurate describuntur in 2 Vita B. Caroli per Gulbertum, potissimum num. 11, 12, 19 et seqq. mortuus est e vulnere in obsidione Alostana 27 Julii anno 1128.

CAPUT IV.

Monachus emendatus. Translatio S. Rictrudis in novam capsam, auxilium ei devotis promissum. Controversia de novo Abbate sopita.

F

Quælibet igitur damna, in exterioribus illata, utilitati Marchianensis Ecclesiæ deserviebant: quia in solum alicubi delinquentem ultio divina transiens, multorum violentiam, ne injuriari præsumerent, reprimebat. At cum conatus suos incessanter retundi hostis humani generis attenderet, alio nocendi genere Fratres, qui intus erant, aggressus est. Videt eos quotidie in agone cœlesti decertantes; sed unum ex omnibus eligit, ad omnes perturbandos. Proponit ei longioris vitæ spatia, disciplinæ cœnobialis tædium, varias secularium delectationes: minus consulto cœpisse quod usque in finem sustinere non posset. Cujus suggestionibus miser acquiescens, fugam inire præcogitat: et hic in templo lectulum suum habens, ab Abbate thesaurum ecclesiæ custodiendum acceperat. Cui cum ruina sui solius non sufficeret, Fratris cujusdam minoris, in quem habebat fiduciam, signis potius quam voce cœpit in arrepti propositi fastidium detorquere. Accusari etenim finens, fugam ei nominare primo non audebat, donec per conjecturas aliquas voluntatis illius præsentiret.

Sacrista monasterii fugam cogitans

A turet arcanum. Cujus animum cum nutantem intel-
EX MS. et allecto ad sceleris societatem junctore monacho
 ligit, et claustralem fastidire vitam, tempus quo cum
 eo secretum loquatur, quærit opportunum. Ipsi
 ergo convenientibus ad colloquendum, ex more dicto,
 Benedicite, statim ad maledicendum linguæ relaxantur.
 Exponunt sibi invicem conscientias suas, et se mutuo ad fugam cohortantur : sed ne in seculo dehabere contingeret, unde cum seculo gaudere, et per omnem modum carnis concupiscentiis inservire possent ; custos ille templi, imo jam fur : Nosti, ait, quod claves ecclesiæ et omnem thesaurum apud me habeam. Quidquid in auro et argento, et ornamentis pretiosis possidetur, nobiscum absportabimus, etiamsi longo tempore victuri simus, nobis amplius quidquam deesse non poterit. Perfacile est secundis amara mutare, de mœrore ad gaudium, de subjectione intolerabili transire ad gloriam. Placet quod dicitur, et diem fugæ constituunt ; fide mutua sibi invicem satisfaciunt, secretum fore quod alterutrum locuti sunt.

thesaurum omnem secum ablaturus,

ipso S. Rictrudis festo corripitur morbo,

et facta confessione convalescens

exinde pedibus debilis manet.

Recuperatis plerisque monasterii juribus,

B 43 Proximæ vero hebdomada instabat dies festus dedicationis ecclesiæ, ad quem, eo quod solennitas B. Rictrudis nominaretur, multi diversæ conditionis sexus et ætatis annuatim confluebant. Donec dies hæc præterisset hos duos Fratres remorari in monasterio curiositas persuasit, ut celebrem viderent tantæ multitudinis conventum. Verum Dominica die, quæ illam præcurrebat, Frater ille senior vena incisa sanguinem minuit : inde morbus occasione accepta per dies aliquot eum graviter affligebat : imo, ut verum fatear, B. Rictrudis furem suum, ne male cogitata perficeret, flagello instruebat. In die autem festo, morbo ingravescente, a circumstantibus extremum putabatur agere diem : qui de sua salute sollicitus, festinato Dominum Abbatem [vocari] precabatur. Credebat enim mortem esse in januis, et definitum judicium, ut ad inferos traheretur, nisi pœnitentia ductus, sacrilegam mentis intentionem Patri suo spirituali detegeret. Adest igitur Abbas, æger suum errorem humiliter confitetur ; et Si, ait, Domino permittente, saluti restituerer, potius eligerem mori, quam sacrilegio huic deinceps assentire. Infelix ego graviter corruï, cogitans quod vota, quæ coram Deo et Angelis ejus labia mea distinxerunt, infringere ; et ecclesiam, quæ mihi multa bona contulit, suis ornamentis destitutam relinquerem. Tunc Abbas admiratus, Fratri consolatio pœnitentiam injunxit, et sacro Oleo inunctum Domino commendans, secum gloriabatur, quod peccatum suum confiteri non erubisset. Eadem hora æger compunctus corde convalescere cœpit ; vivens tamen in corpore, numquam plenæ salutis restitutus est. Ad recordationem enim peccati sui et aliorum cautelam, longius a monasterio pedes ire postea non potuit : sed inter eundem, baculo artus sustentante, etiam si voluntas aliquando distorta esset, corporalis eum infirmitas longius evagari non sinebat. Qui prius ergo corpore vegeto, membrorum agilitate ceteros præibat Fratres ; nunc omnibus debilior, omnes, qui eum noverant, tacens informabat, in B. Rictrudem simile quid non esse præsumendum.

C 44 Antiquorum devotio, ejusdem Sanctæ loculum auro et argento pretiosisque lapidibus satis decenter ornavit : sed eorum posteritas, quæ longo tempore fuit ante nos, ornatum exterius renitentem, ad consentiendum concupiscentiis carnalibus, totum expendere non timuit. Abbas vero ecclesiæ malefactores ultione divina circumquaque perterritos, et violentias eorum ex maxima parte intelligens consopitas ; cum haberet ætatis annos plurimos, gavisus est. Verumtamen loculi illius tam abjectæ vetustatis quotiens recordabatur, necdum boni aliquid per suam industriam collatum fuisse monasterio asserebat. Et

convocatis Eratribus, qui sanioris erant consilii, Videtis, inquit, quod merita et intercessionibus B. Rictrudis a secularium oppressionibus hanc ecclesiam incessanter tueantur. Indignum est ergo, ut sacratissima illius ossa, quæ in omni necessitate nobis subveniunt, vasculum contemptibile diutius deservet. Faciamus illi loculum novum, cujus forma et intuentem delectet, et formæ pretium respondeat et comparetur. Omnium una eademque sententia fuit, Abbatis voluntatem effectui mancipandam. Præparantur sumptus, et novum vas, auri et argenti non modicam habens quantitatem, instauratur. Statim fama loquax multorum præcessit ad aures, B. Rictrudem de veteri loculo in alium recens factum esse transferendam. Hæc res celebri sermone vulgata Flandrigenas diu latere non potuit. Hi sunt qui hujus Sanctæ memoriam devotis effecerunt præconiis, et ejus ope invocata, quanti sit apud Dominum, se frequenter expertos fuisse protestantur.

D 45 Audito igitur quod futurum erat, qui in territorio Iprensi morabantur, pagenses etiam circumquaque lætati sunt : et convenientes qui inter eos genere, potentia et consilio præeminebant, Abbatem adeunt, devote postulant, ut apud a Rinengam, antiquitus villam ipsius Sanctæ, corpus solenniter transponendum deferatur. Decimam, inquit, et alios redditus, quos ecclesia per prædecessorum incuriam amisit, nunc, si vestræ est voluntatis, facile est in jus proprium revocare. Annuit Abbas eorum devotæ postulationi, et res cum die determinato *b* Episcopo Ternanensi nuntiatur. Quod cum in diocesi sua celebrandum audisset, gavisus est, præsentiam suam affuturam, omni sopita excusatione, respondens. *c* Alvisus quoque, Reverendus Atrebatensis Episcopus, rogatus ab Ecclesia, nihilominus cum Clero suo illic se venturum constituit. Tunc assumptis duobus loculis cum sacratissimo corpore, quidam ex monachis illuc proficiscuntur ; Conventusque devotionis affectu extra monasterium, quantum licuit, psalmis et laudibus suam Dominam prosequitur. Quanta populi multitudo in via ei occurrerit, quantam et qualem exhibuerint singuli reverentiam, vel dimidium non esse meæ possibilitatis evolvere. Ad ejus præsentiam, tanquam si propria singulorum mater de peregrinatione repatriaret, congaudebant ; et transeuntem cum gaudio conducentes, se invicem repellendo impingebant, ut ejus loculum attingerent. Sic cum summa omnium devotione et lætitia usque ad Rinengam deducitur, supradicti Episcopi Milonis præsentiam corporali molestia excusante. *d* Quarto igitur die Pentecostes, astantibus Clero et Optimatibus terræ et populi multitudine infinita, sacris Atrebatensis Episcopi manibus, cum timore magno et reverentia, sanctissimi corporis gleba in novum loculum reclusa est, anno Verbi Incarnati mxxl. Deinde postquam idem Episcopus sermonem ad populum et Missarum explevit solennia, cum pari honorificentia, sacro corpore Marchianis relato, ad propria reversi sunt.

E 46 Eodem tempore quidam alienigena monachus et absque litteris, sed religiosus et austeræ admodum vitæ, in coquina Subcellerarii officio fungebatur ; ministerio huic, eo quod irreprehensibiliter se ageret, pluribus annis deputatus. Circa pauperes, infirmos et infantes cura illi grandis, et jure studium obtemperandi per omnia regularibus institutis. Die vero quadam, quasi mortis imminentem præsentiret adventum, de omni offensa quam sub coquinæ officio negligenter contraxerat in Capitulo coram Fratribus, ut absolutionem accipere mereretur, humiliter postulabat : missionem nihilominus precabatur, mirantibus

Abbas novam capsam faciendam decernit :

in quam transferendum sacrum corpus

a

b

c

Rinengam deportatur,

d

il

anno 1140,

indeque Marchianis refertur.

Subcellerario monasterii vir sanctus

mortis suæ præcius ab officio solvi petit

A bus cunctis, eo quod sanus sicut heri et nudius tertius videretur, et ut a precibus ei nequaquam profuturus cessaret, unanimiter rogantibus. Ipse vero impossibilitatem suam prætendens, quo plus petitioni ejus singuli contraria respondebant, eo magis precibus et devotis obsecrationibus insistebat. Affirmabat in coquina ulterius se custodem non sessurum; et Si, inquiens, vi me cogitis, velim, nolim, impossibilitas mea statim me habebit excusare. Cujus precum instantiam non ferens, qui Capitulo præerat, Claves Fratri commissas, de manu ejus, licet invitus, recepit; et ut de contractis negligentibus absolveretur, omnes Dominum deprecati sunt.

et impetrat :

47 Soluta post absolutionem Capitulo, Frater ille eadem hora in infirmaria secedens, febre correptus lecto decubuit: quod omnibus admirationi magis fuit, rei exitum præstolantibus. Post paucos dies, morbo ingravescente, peccata sua humiliter confessus, Viaticum petiit, et sacri Olei inunctionem: qui tam salubrium gratia Sacramentorum defraudatus non est. Abit Conventus, et statim revocatur, quia regefactus in extasi, exuisse faculentam terrenæ molis materiam credebatur. Psalmis ergo et letania super eum ex more completis, [in se revertens] et circumstantes respiciens, de loco ad quem isset, et de visione requisitus est. Ego, inquit, Fratres, nusquam abii, nec tamen misericordiam, quam mihi exhibuistis, præsens adverti. Hic namque B. Rictrudis cum sanctis virginibus Eusebia et Cæcilia, indigno mihi modo præsentiam suam ostendens, me ne timerem præmonuit, dicens: quia non solum me, sed nec quemlibet ei servientem, ope sua subtracta, incomitatum unquam desereret. Hoc dicto, jam de se securus, in confessione bona emisit spiritum. Fratres qui aderant de audita consolatione informati, cum devotionis augmento, ab eadem Sancta confidentius auxilium præstolabantur. Ipsi enim, peccatis suis exigentibus, a Domino Alviso Atrebatensi Episcopo tunc temporis graviter affligebantur, et manus ejus contra eos indes aggravari non cessabat. Causam autem dissensionis, et concitæ correptionis sententiam cum fine suo, lector, audire, quicumque es, ne graveris: quia nec erit præter rem, nescientibus ista paucis absolvere.

extremisque munitus,

B eum ex more completis, [in se revertens] et circumstantes respiciens, de loco ad quem isset, et de visione requisitus est. Ego, inquit, Fratres, nusquam abii, nec tamen misericordiam, quam mihi exhibuistis, præsens adverti. Hic namque B. Rictrudis cum sanctis virginibus Eusebia et Cæcilia, indigno mihi modo præsentiam suam ostendens, me ne timerem præmonuit, dicens: quia non solum me, sed nec quemlibet ei servientem, ope sua subtracta, incomitatum unquam desereret. Hoc dicto, jam de se securus, in confessione bona emisit spiritum. Fratres qui aderant de audita consolatione informati, cum devotionis augmento, ab eadem Sancta confidentius auxilium præstolabantur. Ipsi enim, peccatis suis exigentibus, a Domino Alviso Atrebatensi Episcopo tunc temporis graviter affligebantur, et manus ejus contra eos indes aggravari non cessabat. Causam autem dissensionis, et concitæ correptionis sententiam cum fine suo, lector, audire, quicumque es, ne graveris: quia nec erit præter rem, nescientibus ista paucis absolvere.

exponit open a S Rictrude sibi et omnibus ei devotis promissum.

e

48 Cum ergo e Abbas, qui venerabili Amando jam defuncto successerat, onus Prælationis attenderet; laborem cœpit abhorrere, et stricti examinis futuri timere discussionem. Unde convocatis Fratribus in Capitulo; Curæ, inquit, Pastoralis officium exequi, prout dignum est, nescio: et videte, filioli, quid acturi sitis, quia ulterius non dispensabo. Cui dum responderetur, ne hoc ageret; et ille inscientiæ suæ causam replicaret, pariterque nolentis affectum; surgens incontinenti et coram omnibus lacrymans, arrepta Pastoralis virga, posuit eam super altare B. Rictrudis. Tunc nulli opus fuit quærere, ad quid hæc fecisset, scientibus cunctis, quia in baculi oblatione, Pastoralis renuntiasset officio. Fratres autem videntes quod factum fuerat, Abbatem se non habere, prædicto Episcopo nuntiant: et ille postulat rei gestæ ordinem sibi manifestius exponi. Dominus, inquit, Abbas, coram omnibus accusans impossibilitatem suam, et propriæ consensum voluntatis, ut ulterius non præset, Abbatis nomini et officio sponte renuntiavit. Adhæc Episcopus, Alter, ait, qui dignus est præesse, canonice et cum timore Domini, loco ejus subrogetur. Et factum est ita. Renuntiatur electio, et Episcopo non placet, animumque ad causam dissolvendam intendit. Prohibet Fratrea ulterius progredi, et ut meruerant, vir ille sanctissimus, post interdictum, dure locutus est ad eos. Ipsi vero acceptis verborum contumeliis, ad indignationem Episcopi, scientes verbum ejus vi-

vum esse et efficax, eo magis timuerunt: unde ne in præsentiarum ejus excellens dignitas gravius eos corriperet, seipsos et ecclesiam suam in tutelam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ sub adstantium testimonio eadem hora constituentes, Marchianis reversi sunt. Adhuc enim sperabant, ut dum in monasterio quieti vacarent, infra paucos dies Episcopalis indignatio conquiesceret.

49 Verum lingua tertia quam, quia multos turbavit pacem habentes, sacra Scriptura detestatur, Venerabili Episcopo tamquam homini subripuerat, ut Marchianensium petitionibus non acquiesceret. Hoc etiam inquietum et inquietans malum eidem suggerebat, ut ejus auctoritas et eorum reprimeret insolentiam et corrigeret excessum. Cum ergo Fratres exissent, ipse cum aliquibus de Clero suo, equis ascensis, Aquiscinctum venire festinavit; et revocans eos, sicut placuerat in oculis ejus, sic locutus est eis, præcepitque ut Abbatem suum, qui eos dimiserat, nulla interveniente mora secum reducerent. Dominus vero / Gosvinus, Aquiscinctensis Ecclesiæ Abbas, qui adhuc superest, vir religiosus et provecetæ ætatis, inexorabilis corporis sui castigator (quem laudare [prætermitto] quia laudari non appetit) et ceteri ejusdem domus seniores, quid facto opus esset requisiti, licet is qui reduci mandabatur eorum monachus esset et socius, tamen ipsum Abbatem restitui non approbant. Scientesque quod Venerabilis Episcopi sententia modum excederet, humiliter ipsum precabantur, ut in Marchianensem ecclesiam misericordius agere dignaretur. Verum hic, sicut erat spiritu fervens, zelo Dei et secundum scientiam, vel etiam remissius quam oporteret omnia se agere credens, instabat Episcopali auctoritate, Abbatem in locum quem dimiserat sponte, revocare. Unde qui ex adverso stabant, graviores adhuc metuentes sententiam, In nos, aiunt, sanctissime Pater, quod pace vestra dixerimus, injuste agitis, et ideo unicum Apostolicæ Sedis remedium appellamus. Ibi cum coram summo Pontifice causa nostra discussa fuerit, et decisa, in vestram sumus, Deo annuente, amicitiam revocandi. Adhæc Episcopus graviter indignatus, Nequaquam, ait, propter vestram appellationem Romam profecturus sum, sed vos in præsentiarum, tamquam mihi rebelles, excommunicationem subijcio.

50 Hoc dicto, foras illi Fratres dolentes egressi sunt, et ab officiis divinis ecclesia eorum suspensa. Dicebant enim: Qui nos hoc alligavit vinculo, Dominus est, et ejus sententia nequaquam infringenda. Tunc inito consilio, aliqui ex senioribus monasterii Romam profecti sunt, qui causam negotii hujus sibi creditam, coram Domino Papa irreprehensibiliter prosecuti sunt. Dominus enim, qui cum eis erat in via, sic prosperum fecit iter eorum ut confecto negotio, de manu summi Pontificis ad Capitalium suum litteras acciperent, gratia et benedictione Apostolica plenas: alias quoque ad Episcopum Atrebatensem, quales Pater ille universalis dirigendas constituit. Dum agerentur hæc, reliquos Marchianensis ecclesiæ Fratres, a communione suspensos, Episcopus misericordia iactus communioni restituit. Post absolutionem vero præcepit, ut de tribus personis, quas eis nominaret, quem liberet Abbatem sibi constituerent, quia domum Dei sub hac dispensatoris destitutione ulterius esse non sustineret. Hinc ergo a Romano Pontifice responsum præstolantes, hinc ad electionem Episcopo eos urgente, quid potius eligerent ignorabant. Nec enim Episcopo parere poterant absque libera electionis detrimento, nec suorum reditum sustinere, nisi præcepto Episcopi tam districte jubentis postposito. Quorum alterum, cum esset effectui mancipandum, consulti Abbates

D
EX MS.
ipsi appellant
ad Papam.

Eccli. 28, 16

Episcopus
militomimus,

Abbate Aquiscinctino frustra cum suis intercedente

volentes abdicatum restituere interdicto subijcit,

?

et dum alii causam Romæ agunt,

A et alii religiosi viri, Episcopo satisfaciendum concorditer respondebant. Non erat qui Fratres eorum amplius reversuros diceret, præsertim cum nullus crederet eos Romæ aliquando secundum vota sua responsurum accepturos. In has isti deducti angustias, ad invicem dicebant: quia cum tandem necessitate cessuri sumus, ante flagellum cedere multo melius. Nominatis igitur ab Episcopo tribus personis, dataque optione, ut quam voluerint unam ex iis sibi assuam; cujus opinio sanior erat, hic electus est, et Abbas constitutus.

32 Verum die eadem, qua Marchianis introductus est, et a Conventu receptus; dictum est iis qui intus erant, Ecce nuntius ante januam stat, de reditu Fratrum, qui nunquam reversuri dicebantur, nuntium portans bonum. Jesu bone! quam magnam et insperatam lætitiã singulorum animis fama hæc reportavit? Jucundus ille dies: exultatum et lætatum est in eo. Singuli enim desperantes, dolore contabuerant: sed ad hoc verbum, quorumcumque spiritus revixit. Nec mora; qui reditus sui iter acceleraverant, divertunt ad Episcopum, Sedis Apostolicæ litteras humiliter ei præsentantes. Miratur Episcopus, mirantur omnes, per quos transitum faciunt, quia barbæ prolixis et adusti caumate, non monachi, sed peregrinorum similitudinem induerant. Hinc ad Fratres suos festinant, Apostolicam benedictionem cum litteris sigillo impressam nuntiantes. Quam audientes singuli, Patrem illum, tanquam præsentem, submissis vultibus adorant. Inde vultu alacri et animo in oscula nuntiantium ruunt, et ab uno continentia litterarum ceteris audientibus recitata est. Quibus perfectis Abbas suppellectilem suam collegit, et abiit: quia quæque post appellationem constituta Sedis Apostolicæ damnabat auctoritas. Qui si stare voluisset, monachi eo vivente, salvaque Domini Papæ reverentia, nequaquam alterum elegerunt: erat enim vir sapiens et religiosus, pro sanctitate sua Remis apud B. Remigium in Abbatem paulo post assumendus.

33 Deinde transactis admodum paucis diebus, quidam Romanæ Sedis Legatus in Franciam directus est, ut faceret iudicium injuriarum patientibus, et extra Alpes summi Pontificis partes explicaret. Hic apud Latinianum Concilium convocavit, ad quod Episcopi cum Abbatibus et infinito Cleri numero confluerunt. Multa quæ digna erant correctione, ibi discussa et recisa sunt. Dum vero oppressus clamat, vel oppressor partem suam nititur defendere, causam inter Episcopum et Marchianenses monachos diu ventilatam Episcopus et qui ei adhaerebant recordati sunt. Et dum Cardinalis Presbyter quæreret, quid causæ esset quod Marchianenses vocati non venissent, plenam justitiam accepturi; qui Episcopo favebant, illos tanquam refugas justitiæ, nunquam venturos responderunt. Qui enim, inquit, in spiritu mendaciæ Romam profecti sunt, quæ fiducia vel temeritate, præsentibus iis qui eos intus et in cute norunt, conventui Sanctorum se manifestare præsumerent? Si dum in absentes falsitatis crimen inenditur, ecce tres Fratres, qui Roma insperato redierant, ad eundem locum occurrentes, celebri illo conventu alacriter salutato, se medios ingesserunt. Ad quorum præsentiam, eo quod nunquam venturi dicerentur, Legatus, qui eos Romæ noverat, hilarior factus; assu rexerit eis, et annuens ut sederent, non modicum coram omnibus honorem eis exhibere dignatus est. Post paululum, eo jubente, unus ex eisdem Fratribus stans in medio, quæcumque Romano Pontifici innotuerat, cuncta per ordinem in auribus omnium memoriter repetere non distulit. Ad quem Legatus, Verbum, inquit, Frater, quod nunc dixisti, maxime consonat illi, quod Romæ le-

cutus es; ad rem pertinens nihil additum vel prætermisum est. Nam cum præsens essem, omnia hoc ordine te prosecutum satis recorder, et nunc, vobis tacentibus, venerabili Episcopo, qui adversum vos agit, respondendi facultas tribuitur. Respondentibus Episcopis, qui partem illius [favebant]; Pater sanctissime, cum consilio responsurus est Episcopus. Justitia, inquit ille, Fratres carissimi, petitioni vestræ refragatur. Isti quippe Fratres advocatum non habent, absque consilio locuti sunt: æquum est, queracumque statem ex adverso, inconsultum, et absque avvocato respondere.

34 Videns itaque Episcopus, quod ad respondendum dictante justitia habere inducias non poterat, se deceptum, et fraternas irrogando injurias graviter peccasse, coram omnibus confessus est. Nam sicut vir sapiens præcavens sibi in futurum, dicebat se male confundi in celebri illo conventu, pro eo quod modum corrigentis excesserat, quam ad diem districti examinis cum noxa hac venire impunitum. Audiens hæc legatus, et inclinans se ad Bernardum Claræ vallis Abbatem (erat enim prone) dulcis scilicet memoriæ virum, Audisti, inquit, Fratris et Coepiscopi nostri confessionem, pro humilitate tanti Sacerdotis omni laude dignissimam. Ubi ergo fuit tuæ Sanctitatis discretio, cum g litteras, tam detestabiles et multæ amaritudinis nota respersas, Romam adversus Fratres innoxios misisti? Ad quem ille, Peccavi, inquit, et culpam humiliter confiteor, quia ignoranter feci: credidi nuntiis Episcopi, et uterque nostrum uno eodemque spiritu deceptus est. Quibus salubriter confessis indulta venia, Episcoporum qui convenerant procurante sapientia, alterutrum reconciliati sunt. Et qui discordes ad invicem illuc venerant, amici redierunt. Patribus tamen illis postulantibus aut Abbati, qui per Episcopum fuerat assumptus, non deposito cura Pastoralis crederetur; Legatus indignæ petitioni nequaquam voluit acquiescere, quia electionem hanc appellatio prævenerat. Imo, inquit, Patres carissimi, cassatis omnibus recens institutis, juxta Apostolicam traditionem, Marchianensibus electionis liberæ privilegium restituitur: quibus etiam, si idoneam judicaverit personam, Abbatem, quem ante appellationem elegerant, habere licebit. Sic B. Rictrudis servos suos de odientium manu et de falsitate objecta, non tantum eripuit, sed per solam benignitatem suam, amicitia et laude dignos, coram tam innumerabili et religiosa virorum multitudine, demonstravit. Hoc etiam Fratris infirmi, de quo dictum est, visioni fidem fecit: ejusdem scilicet Sanctæ nunquam destituendos auxilio, quoscumque in obsequium suum devotos invenerit.

ANNOTATA.

a Rinengæ, pago territorii Iprensis, etiamnum S. Rictrudis est Patrona Ecclesiæ, ejusque ibi festum in populo solemniter colitur, estque ibidem altare illi consecratum. Est etiam Patrona in Roesten pago vicino.

b Milo, ex Ordine Præmonstratensi Episcopus Teruanensis, creatus anno 1131, mortuus an. 1158.

c Alvisus, ex Abbate Aquiscinctino Episcopo creatus an. 1131, mortuus an. 1148.

d Ergo hæc translatio facta 29 Maji, Paschate tunc celebrato 7 Aprilis.

e Lietbertus, circa annum 1142, creatus Abbas.

f B. Goswinus, in locum Alvisi anno 1131, electus, obiit 1166, 9 Octobris.

g Est hæc epistola 327; cui hæc subjici in notis potuissent.

EX MS.
ceteros ad
electionem sibi
placitam cogit.

supervenient
missi cum
litteris Apo-
stolicis,

et monachi
sua libertati
restituti,

atque in
Concilio La-
tinianensi

benigne a
Card. Legato
auditi,

cum Episco-
po et S. Ber-
nardo se
deceptos fas-
sis reconci-
liantur,

et agnoscunt
effectum opis
promissæ.

A

CAPUT V.

Apparitio quorundam in Purgatorio existentium, monasterii restauratio, variis concessa beneficia.

Sed sic istis misericorditer subvenit, ut negligentes, et qui monasterii sui [bona] male diripuerint, nisi prius peracta pœnitentia, opem ejus non sentiant. A Domino enim, dictante æquitate, nihil impunitum relaxatur: de cujus hæc voluntate tata pendens, in suis etiam servis, quidquid ultione dignum invenerit, condemnat. Unde ad correctionem nostram, qui variis subjacemus tentationibus visio quædam uni ex Fratribus revelata, non est prætereunda silentio. Quod si grande miraculum non reputatur, instructoris tamen vitæ forma est et exemplum. Frater ille religiosus erat, agens centesimum, vel eo amplius, ætatis suæ annum. Hic in nocte, qua B. Cecilie passio solenniter recolitur, dum ad vigiliis Fratrum senex devotus occurrisset, sedebat in Capitulo cum aliis infirmis; non significationi eorum quæ legebantur, sed voci psallentium, sicut laicus, aurem accommodans. Tunc somni importunitate nolens dormire cœpit, ita ut quid horum, Dormit sive Vigilat, de eo verius prædicaretur, ignoraret: psallentes tamen ibi monachos audiens, quis, quando psalleret, se numquam ignorasse postea veraciter perhibuit. Et ecce videt ante se monachum, armatura terribili et rubicunda, ut ei videbatur, indutum. Cui quærenti qui-nam esset, illius monasterii se monachum fuisse respondit. Et extendens manum, ut de genere indumenti certum aliquid cognosceret, a mortuo, ne ipsum tangeret, prohibitus, et ita correptus, Ne tangas, inquit, aliquid horum, quibus induor, quia arma ignea sunt, et omnino comburunt, quodcumque corpus mortale attigerint.

56 Quadraginta anni sunt, ex quo peccatis meis exigentibus, nec ad momentum quidem ista portare desivi, tam luctuosa et horribili pœnitentia, annis adhuc decem cruciandus. Tam autem miserabilis hujus sortis causa est hæc: Veniens in corpore, linguam a detractione numquam cohibui: quidquid Abbas vel Prior meus agerent, aliter faciendum judicabam: inferiores despiciens, dignum me præponi cœtaneis arbitrabar, in electis etiam ponens maculam, locum superiorem obtinentibus: si quid vero de rebus monasterii aliquando custodiendum accepi, ex parte maxima in usus expendi proprios, non ad servandum sicut debueram sollicitus, nec ad restituendum fidelis. Hic tenor vitæ meæ: sic in monasticæ religionis injuriam [vixi, et] quod bonum erat, malum interpretari solebam. Propterea, ut dixi, sub hac gravi sarcina laboranti, venit alma salus, sed limite duro; precorque, ut in tuis orationibus, propter Deum, mei memoriam habere digneris. Verum tamen horrendis planctibus, quos audio, nunquid et tu compateris? Cui respondentem, se nihil audire; Ausculta, inquit, attentius: nam quos rogo ut audias prope sunt, et nosti eos. Et dum diligentius attenderet, audivit duos sibi colloquentes, quorum verba memoriæ commendans, hæc postea Fratribus innotuit.

57 Dixit enim, sicut a mortuo secum locuto acceperat, alterum fuisse Hugonem cognomento Vitulum, qui graviter ingemiscens, sic suam alteri replicabat miseriam: Væ mihi, qui B. Rictrudis monasterium vivens opprimere nunquam cessavi; et quod illius erat, meum esse violenter defendebam: controversiæ, inter me et monachos ipsius frequenter obortæ, dissensio nunquam legitime sopiri poterat;

donec violentia vel præsidio mendacii adversus eos voti compos efficeret. Pro hujusmodi excessibus, pœna incredibili et diuturna torqueor, ita ut mallem non fuisse, vel, sicut prius, ad nos esse redigi, quam vel ad momentum cruciatus, quibus addictus sum, sustinere. Alter vero, qui nihil aliquando in B. Rictrudem commiserat, et verbum illius verum et pœnam justam asserens, numquam eum aliquid fecisse, unde ei misericordia deberetur, adstruebat. Uxorem quoque suam, male vivendo, dicebat vestigiis ejus inhærere, affligentem ejusdem monasterii hospites, et de monachorum injuriis gloriantem. Tum qui ante senem illum stare videbatur disparuit, et qui loquebantur pariter ulterius auditi non sunt.

58 Ille vero non immemor eorum, quæ tam aperte viderat; mane facto, Priori cuncta per ordinem nuntiavit. Credidit Prior, eo quod religiosa senectus eum mentiri non sineret, et ut Fratres sibi a detractione linguæ parcerent, omnibus in Capitulo visionem referre non distulit. Per quam aliqui correpti, de rebus monasterii fraudem facere postea non præsumpserunt, custodiendo semetipsos, ut etiam absque murmurationis vitio, vitæ præsentis iter conficerent. Quod autem mortuus, qui cum vivente monacho locutus est, tempore Fulchardi Abbatis extiterit, secundum tempus indictæ pœnitentiæ per Chronica et annorum supputationem inventum est. Uxorem quoque militis, quod de viro suo auditum fuerat, diu non latuit: quæ festinans quidquid de monasterio B. Rictrudis sustulerat, usque ad satisfactionem, monachis restituit; promittensque de cetero emendationem, de præteritis veniam consecuta est: et commendans virum suum et seipsam Fratrum orationibus, per visionem non modicum ædificata recessit.

59 Instante aliquando messis tempore, inter duos Comites Flandrensem et Hainoensem tam gravis emergerat discordia, ut absque detrimento utriusque partis reconciliari ad invicem non possent. Magnum igitur et fortem exercitum uterque sibi constituerat, et rustici resistere non valentes, in primis utrimque puniebantur. Sed quia præfatum monasterium terras habet sitas in confinio utriusque Comitatus; monachi damnum imminens metuentes, initio communi consilio, B. Rictrudis et Eusebiæ Virginis, loculos illuc direxerunt: quos in villis, quæ magis hostium incursus, eo quod propinquiores essent, formidabant, constituerent; et colloquentes utrique Comiti, Fratrum Domino servientium parci segetibus, humiliter precabantur. Et ipsi in Principibus exauditi sunt, et utriusque partis hominibus sub magna restrictione præfati monasterii oppressio interdicta est. Non fuit qui mandata Principum violare præsumeret, excepto quodam armigero: qui unam segetem intrans, equo suo, ac si prati fœnum esset, pabulum concessit. Prohibuit monachus, et ut exirent rogare cœpit; dicens hanc injuriam B. Rictrudi non debere inferri. Cujus preces armiger parvipendens, donec equus satur efficeretur se non abiturum, contumeliose respondit. Unde alvo equi segete impleta, nequam spiritui, ut ab eo vexaretur, traditus est, ita ut etiam dominum suum sessorem sui habere recusaret. Ad nullum igitur usum postea necessarius fuit, primus et novissimus, cui seges prædictæ Sanctæ tunc temporis non negaretur.

60 Gandavi burgensis erat quidam, qui negotiationi deditus, navigio Duacum frequenter ire consueverat, ferens et referens unde accresceret ei multiplex rerum opulentia. Eunti autem et revertenti transitus erat juxta Marchianense monasterium, et ipse quotiescumque transiret, ad ecclesiam convertens faciem, B. Rictrudem et ejusdem loci Sanctos invocabat, et eorum se muniri precabatur auxilio:

D
EX MS.*propter peccata in monasterium:**et visio narratur non sine fructu*
E

Belli tempore

a

Sanctarum loculis ad villas protegendas elatis
F*equum in messem immissum dxmon occupat.**Juvenis cum avunculo solitus S. Rictrudem visere,*

lio:

*Ad viventium instructionem**Seni laico tempore Capituli,**apparens monachus igneam loriscam indutus,**exponit cruciatus diuturni causam:**auditur et miles, torquentur dolens*

A **lin** : erat enim devotionis institutum sic agenda dis-
 ponere, ut quotannis solenni die Paschæ Marchia-
 nis veniens, ibi Communionem sanctam acciperet
 sibi. Cum eo semper ambulabat et revertebatur ob-
 sequendi gratia adolescens quidam, nepos ipsius :
 qui contemplans devoti ejus animi constantiam, et
 ipse in transeundo versus ecclesiam, toto corpore
 seipsum humiliter festinabat [inclinare]. Sic pariter
 pluribus vixerunt annis, donec vir ille in confessione
 bona sortem humane conditionis expleverat, et ne-
 pos ejus jam adultus virum reddebat. Interea nescio
 qua Domini voluntate *b* Eugenius Papa, Ludovicus
 Rex Francorum, et alii Optimates terræ condixe-
 runt sibi, ut mari transito cum infinita Christiano-
 rum multitudine, Hierosolymis succurrerent, Sara-
 cenorum vicos et urbes plurimas consumpturi. Ho-
 rum igitur hortatu et consilio, vacuatae sunt urbes
 et castella, ita ut septem mulieres, vix invento viro
 uno quem apprehenderent, viduas se dicerent, mar-
 ritis adhuc viventibus. In hac expeditione, prout sin-
 gulis placuerat, terra et mari profecti sunt, inter
 manus hostium derelicti a Domino, eo quod rever-
 terentur eum ambularent.

*deinde belli
sacri tempore*

B Cum Flandrensibus autem, qui navigio iter
 suum acceleraverant, erat juvenis hic de quo dixi-
 mus; et ipse captus, in partem Saracenorum veniens
 diversis est addictus suppliciis. Ibi Sanctorum, quos
 in patria sua frequenter invocari audierat, recorda-
 batur : et de gente demonum cultibus dedita eorum
 precibus eripi humiliter postulabat. Quibus invo-
 catis facile erat desiderium postulantis audire, nisi
 Dominus B. Rictrudis meritum et in hoc voluisset
 declarari. Nam post annos aliquot venit ei in mem-
 oriam, quam devotum illi Sanctæ obsequium avun-
 culus suus, dum adhuc viveret, impendebat; et quod
 die sancto Paschæ ad illius ecclesiam annuatim
 communicandi gratia divertisset. Tunc cum lacrymis
 orare cepit, ut hæc ipsum de vinculis Paganorum
 misericorditer solveret. Quæ nocte eadem, non
 per somnium, sed vigilanti manifeste apparuit; et
 dissolutis catenarum pessulis quibus adstrictus erat,
 Surge, inquit, et sequere me. Qui consurgens, usque
 ad locum quo Saracenos non timeret, ab ea sub ni-
 mia celeritate perductus est. Et veniens Gandavum,
 ibi moram non sustinuit; sed cum ineffabili gaudio
 festinans ad ecclesiam liberatricis suæ, detulit ei
 candelam et filum de argento, ad longitudinem sta-
 turæ suæ porrectum. Ubi cum nocte quadam venis-
 set, pulsabat januas monasterii, et expergefacti cu-
 stodes, qui intus erant, pulsanti aperuerunt. Quibus
 ille, Sancta, inquit, ad cujus tumulum vos sedetis,
 captum me in terra Paganorum nuper absolvit, et
 nunc ei oblationem meam defero, votiva pietate an-
 nuatim persolvendam. Monachi vero propter taci-
 turnitatis observantiam, quia nox erat, nihil viro
 abeunti locuti sunt : sed mane facto Patri suo
 spirituali quæ audierant nuntiaverunt. Ad quos ille,
 Cur, ait, et qualiter absolutus sit, non quæsisit?
 Pro tantæ rei notitia, nocturnis horis, certe silen-
 tium infringi debuerat : si de cetero redierit, abso-
 lutionis modum inquirete, nec abeat, nisi vobis prius
 rei ordinem exposuerit. Post annum vero cum sua
 oblatione reversus est, et rem monachis requirenti-
 bus, prout fuerat, veraciter innotuit. Hæc me pro
 exiguitate ingenioli mei scribente, vivit adhuc vir
 ille, quod semel vovit singulis annis rependens,
 monachi quoque adhuc supersunt, ad quos primum
 factam in se retulit misericordiam.

*in Palastina
a Saracenis
captus,*

*et a S. Ri-
ctrude invo-
cata libera-
tus,*

*Marchianas
venit,*

*et votum
suum quot-
annis solvit.*

Hugo Abbas,

bonus extitit monachus; postea vero, pro vita sua **D**
 atque meritis, Abbas constitutus, nisi cogere-
 tur infirmitate, de rigore solito nihil aliquando sibi
 relaxavit. Sobrius, castus, et humilis, sicut in sub-
 jectione didicerat, in loco superiori permansit; nec
 ut dominans in subjectos, sed forma factus gregi,
 omnibus qui eum noverant, reverentiæ erat et
 amoris. Si quos murmuriosos aut aliis vitiis obno-
 xios invenisset, ipsorum noverat se patrem, ipsorum
 se noverat Abbatem : sanis vero et religiosis non
 patrem, sed parem; non Abbatem, sed comitem se
 exhibebat. In jubendo discretus, in loquendo mode-
 stus, de omni re plus fidens orationi, quam suæ in-
 dustriæ vel labori.

*vir Sanctus
et humilis,*

Hujus erat solidare fidem, mentique mederi;

Virtuti stimulos addere, spemque reis.

Jurabatque scelus, non extirpare scelestos,

Atque sibi nullus, omnibus omnis erat.

Maluisset quidem multos habere Patres, in sui
 custodiam deputatos; ut tanto securior exiret in
 pascua, quanto plures sui curam gerere sensisset.
 Nam cum electus esset, satis recusavit; omnia, quæ
 Prælato necessaria sunt, sibi humiliter deesse asse-
 rens. Sed quanto magis accensabat prædicabilem,
 tanto prædicabilior apparebat, convincentibus ipsum
 vitæ sanctitate et fumæ gloria. Postea cum a disci-
 pulis suis, ei colloquentibus, Pater, Dominus, Abbas,
 vel Magister, aut aliquid hujusmodi vocaretur, et
 vitam ei optarent diuturnam, aspere et cum lacrymis
 eos redarguens aiebat : Ne vocetis me Magistrum
 vel Abbatem, sed servum et infelicem; nec rogetis
 mihi misero longioris vitæ spatium, sed bene vivere,
 et feliciter consummari : hæc est enim gratia ad
 amicum suum, omni præstantior officio; cetera vero
 quæ desiderantur, opinione quidem bona sunt, et
 nomen commune habent cum veris, sed boni pro-
 prietas in illis non est.

E

63 Hic vir sic conformis ad unitatem, locum cui
 præerat, per Dei gratiam, religione decoravit; et
 Dominus bonis temporalibus foris amplius, intus
 etiam honorum Fratrum numero cumulavit. Mona-
 sterium igitur Marchianense vetus erat, et permo-
 dicum, a Beato constructum Amando : sed quando
 ædificatum est, satis amplum videbatur, et diebus
 illis sufficiens. Nunc vero tam Fratrum numero,
 quam bonis exterioribus ampljatis, angustum erat,
 nec aliqua compositione acceptum. Quod cum Abbas
 iste (de cujus multiplici gratia nihil me dignum
 dixisse fateor) graviter ferret; in honorem Domini
 et Fratrum commodum, visum est ei, ut aliud con-
 struere deberet. Sed quia legerat, ad evitandam
 pœnitentiam, omnia cum consilio facienda, super
 hoc Abbates et plures religiosos viros consuluit; et
 omnes, ut in nomine Domini opus inciperet, con-
 corditer responderunt. Eorum igitur hortatu et
 consilio, acito Conventu, manu sua primum lapidem
 a fundamento collocavit, quibusdam tamen obedi-
 entiaris, propter imminuentem sumptuum quantitatem
 rennentibus. Nobis, aiunt, sufficiebat monasterium
 antiquum, quid opus est opere superfluo tam su-
 perbo? Unde nobis sumptus ad perficiendum? Cur
 tum amplum jacitis fundamentum, ejus structura
 modum excedet, vincet vires, superabit facultates?
 Facile est inchoare quidquid volueritis, sed possibi-
 litas de consummando opere prius esset consulenda.
 Ad quod ille; Fratres, inquit, cessando a querelis,
 desinite molesti esse. Oratorium, quod incepti,
 grande erit et pulchrum vaide, multi quoque
 perfectum videbunt, Domino et B. Rictrude, quid-
 quid in eo expensum fuerit, sufficienter provi-
 dentibus. Erat enim cor ejus fiduciam habens in
 Domino.

*angustias
ceteris monas-
terii laxatu-
ras,*

F

*novi jacit
fundamenta:*

64 Sicut audivimus, sic vidimus, de forma pariter
 et

A et perfectione: et opus tam sumptuosum de allodio ipsius Sanctæ, sine oblationibus alienis, totum perfectum est. Quatuor denique annis quibus ædificando supervixit, quæque in lapidibus, et columnarum ornamentis construenda erant, pene consummavit, mirantibus cunctis, quod structura adeo grandis et decora tam brevi profecisset. Et dum ad complendum cum omni sollicitudine adspiraret, qui bene vixerat, de medio feliciter subtractus est. Quod talem habuimus, qui nemini deerat expanso omnibus gremio pietatis, lætati sumus: sed quod amissimus talem, nunc quis fuerit, certius advertentes adhuc plangimus. Postrema tale est monasterium, quod erexit, ut ab iis, qui ipsum in carne non vident, opus suum intuentibus, anima ejus benedictione donetur. Et qui, dum fundamentum jaceretur, impensas abhorrentes, cessandum suadebant, quod aliquando inceptum fuit, modo non mediocriter gaudebant.

65 Verum cum jam maceria quadraginta pedum altitudinis vel eo amplius habere diceretur, quadam die cæmentarii desuper adhuc lapides coaptabant, ut eminentior appareret. Et dum operi, sicut heri et nudius tertius, insisterent; os unius pallere, et facies præ timore in diversa mutari cœpit, genibus vix aliqua membra sustentantibus. Erat enim mens ipsius mali quodammodo præsauga futuri; et ignorans quod timebat, ante patiebatur, quam de periculo scire potuisset. Hunc socii ejus exterriti intuentes, de cogitationum ejus secretis requirebant. Quibus ille silentio indicto, Sinite, inquit, me, quia nihil mali patior. Hoc dicto sustentaculum illud, super quod ad operandum deambulabant, ex improvise corruit, et ipsi cum eo ceciderunt. Socii vero ejus, ad quædam retinacula manibus injectis, casu mortem evasisse dicti sunt. Ille autem, cui cor ante ruinam corruerat, deorsum ruens, super struem acutorum lapidum decidit: ad quem Prior et alii monachi in stupore magno concurrentes, mortuum aut positum in extremis putaverunt. Et cum sensissent non expirasse, qualiter se haberet requirebant: sed spiritu præ timore anxiato, non erat in eo vox neque ullus sensus. Post paululum vero reversus in se, et circumstantes intuens, Beata, inquit, Rictrudis, quam corruens invocavi, sub tanto mortis periculo vitam mihi conservare dignata est. In somnis eam vidi nocte præterita; et cum per gradus dispositos ad opus solitum non possem ascendere,

C manum suam mihi porrigens, ad locum, quo ire intenderam, celeriter et sine difficultate ducebat me. Quæ igitur mihi totis viribus enitenti ascensum facilem reddidit, hæc me corruentem, manu sua misericorditer supposita, vitæ reservavit. Aliquid vero læsuræ, sed hoc permodicum, cruri meo lapis acutus infixit, reliquis membris nullum dolorem sentientibus. Eadem vero hora cum ad faciendum opus suum reascendere vellet, Prior et monachi prohibuerunt; sicque die illa otio et quieti [vacare] consensit, licet invitus.

66 Duobus etiam famulis, ad subministrandos lapides operariis cæmentum sursum ferentibus, qui retro veniebat, deorsum cerasa rubentia cœpit inspicere: erat enim tempus quo fructus ille maturescere solet, et eo ab hominibus avidius decerpitur, quo arbores illum quasi primitias terræ primitus producere festinant. Et dum illi paululum procederent, pedibus viginti vel eo amplius jam longe a terra, qui fructum viderat, tam specie quam aviditate illectus, et oculos ab eo non avertens, pede offenso deorsum labitur. Et hic corruens B. Rictrudis nomen et auxilium invocavit: qui, si timorem solum auferas, eadem conservante, nihil mali perpressus est.

66 Alio quoque tempore, dum trabes grandis et ponderosa de sursum rueret, monachus quidam casu venerat in loco, quo illa se ruituram minabatur. Quod videntes, qui a longe erant, ut ad evitandum imminens periculum fuga sibi consuleret, conclamabant. At ille horrendis eorum clamoribus et proximo mortis discrimine adeo perterritus est, ut in partem secedere, aut de loco illo movere pedem vel ad modicum nequiret. Hanc igitur trabem in caput ruentem nolens suscepit; et qui viderant, contrito capite cerebroque effuso, mortuum crediderunt. Sed quoniam, ruente machina, ille hujusce Sanctæ, quam, frequenter nominavimus, opem inclamavit, trabes ponderosa pendus naturaliter inolitum, ut non læderet, tunc divinitus amisit.

67 Duacus Castrum est Comitum Flandrensium. Ibi mulier quædam, unius brachii sui officio jam pluribus annis destituta manebat. Quod grande incommodum, gravius sua fecit paupertas, dum et corporale subsidium deesset, et operari, unde sustentaretur, imbecillitas prohiberet. Infirmi ergo diuturnitas spem recuperandæ salutis absciderat; cum quadam die, vultum lacrymis suffusa, B. Rictrudem devote precari cœpit, ut ei auxilium dignaretur impendere. Eadem hora fugit passio, et illa brachium extendit, jamque capiti manum admove nulla erat difficultas. Admirabatur si vere esset quod erat, et præter solitum, brachii extensionem, pene somnium suspicabatur. Postquam vero factam in se veraciter Domini misericordiam intellexisset, cujus meritis et intercessione curata fuerit, gaudens et exiliens, quibuscum loqueretur, nuntiavit: festinansque Marchianas, de paupertate sua munus obtulit devotione magnum, et monachis requirentibus quid causæ esset, Hoc brachium, inquit, pendens a latere emortuum, pluribus annis mihi magis impedimento fuit quam usui, manus arida nihil operabatur: invocavi Sanctam, cujus reliquias conservatis, et vivificavit eam. Non solum ergo mulier, sed et monachi lætati sunt: hæc pro recepta sanitate, illi quod corpus ejus penes se reconditum haberent, quæ ad sui nominis invocationem aptatæ salutis referret gratiam.

68 Altera quoque mulier, degens in pago Tornacensi, annos pene tres quartanis laboraverat febribus, adeo afflicta et exhaustis viribus, ut videntes eam de recuperanda salute diffiderent. Votiva peregrinatione loca sancta frequenter circuibat, et maxime ubi d. B. Livini memoria solennius recolitur, illic sæpius festinans, ut molestia corporalis abscederet, devotionis lacrymas offerebat: nam monasterium ejus vicinius erat, et quanti meriti esset apud Deum, miraculis coruscantibus monstrabatur. Verumtamen Domini voluntas non fuit, ut per aliquem Sanctorum, quos adierat, curaretur: et febre ingravescente, totoque corpore carne exinanita, vix potuit ingredi et exire. Si vero ad hominem medicum recurreret, non solum absque consilio, sed contempta propter suam inopiam, vel potius contumeliis exasperata, reverteretur. Pauper enim cum esset, non habebat nade humanum suffragium, vel etiam viliora sibi medicamenta posset comparare. Et quia pauperibus et infirmis mors accelerata, non cruciatus, sed ærumnarum finis est: si esset voluntas divina, optabat mori, ut sic sua desineret esse infelicitas. Denique ab amicis suis et propinquis, qui audierant B. Rictrudis quid esset apud Dominum, suasum est ei, ut ab ea auxilium postulare deberet: quorum consilio fidem adhibuit, et febre sicut heri et undiustertius hora solita eam fatigante, humiliter precabatur B. Rictrudem, ut ei subvenire dignaretur. Et tu, inquit, Domina, cujus opem, ut audio, plures experti sunt, licet nihil de te meruerim, tamen non

D
EX MS.
al ius ruentem
in caput
trabem illa-
sus excipit.

Invocanti
eamdem
pauperculæ

E

brachii et
manus emor-
tue usus
redditur:

alteri quarta-
na diuturna
aufertur:

F

d

A me a beneficiis tuis exclusam torqueri diutius patiaris. Quae divites et pauperes aequè admittis, cura me pauperem, et habeto ancillam. Moveat te paupertas mea, moveat passio tam diuturna; quod enim curare me posses cum audissem, indubitanter credidi. Expletis hujus desiderii sui precibus, febris disparuit; et illa cepit convalescere, hujusmodi aegritudinem deinceps non sensura. Cum igitur morbo tam gravi se relaxatam cognovisset, gavisus est gaudio inenarrabili, et cum marito Marchianas veniens, illi, qui salvam facerat eam, grates rependens, voto quod voverat se absolvit.

puero facultas gradiendi datur.

B 69 Puer vero quidam, jam transacta aetate, et sub qua ceteris, ut erigantur et eant, facultas naturaliter attribuitur, omnibus membris dissolutus, parentibus suis oneri erat et labori. Jacebat in domo eorum quasi funus, imo funere gravior, quia pro passione continua carnalis affectio dolorem ab eis exigebat continuum. Mater denique, audita Sanctae hujus celebri memoria, et ipsa Marchianas venit, bajulans in ulnis filium; quem etsi mortuum non habebat tamen quasi defunctum quotidie lamentabatur. Quae cum intrasset ecclesiam, quid rogatura venisset lacrymis testata est; et ut sanus revertetur, quem infirmum attulerat, prolixius oravit. Domino tamen volente, hora eadem, quod plena fide postulaverat, non accepit; sed cum domum redisset, post dies aliquot, hunc stantem super pedes suos et firmiter gradientem audivimus.

ANNOTATA.

a Anno 1149.

b Eugenius III discipulus fuit S. Bernardi, sub quo et Ludovicus VII Rex Francorum, Concilio habito discessit versus Palæstinam anno 1147.

c Hugo Abbas mortuus est an. 1158 die 9 Junii, et a Basiliensibus, Ruizis et aliis titulo Beati honoratur.

d S. Livinus colitur 12 Novembris: et hic quidem Gandavi requievit, sed locum aliquem propiorem Tornaco hic notari patet ex sequentibus: duplo autem longius Tornaco Gandavum distat quam Marchianæ.

CAPUT IV.

Sacri corporis nova translatio: miracula varia.

Distracto prioris loculi ornati,

C Dictum est superius, Reliquias ipsius Sanctae Rinnengam de veteri loculo in novum solenniter repositas fuisse; cujus etiam vasculi pretium exterius enitens, prædecessores nostri expendere præsumperunt. Ornatum igitur exteriorem fraternam et concordiam devotione jam secundo instauratum, male fida successio totum secundo diripuerat, sed Deo gratias, quod nobis illud sacratissimum Corpus in ecclesia reservatum est. Nec enim ingrati esse debemus, quod conflatis auro et argento, distractisque lapidibus pretiosis, quod incomparabiliter pluris erat, ad nos potuit pervenire. Invenimus itaque loculum ligneum, secundum se satis abjectum et contemptibilem, licet apud fidelium mentes pro Reliquiis valde pretiosum. Cum igitur consummatum fuisset aedificium novum Marchianensis ecclesiae, pudor erat Fratribus, vasculo incomposito ejus Reliquias, quæ ad perficiendum opus tam grande sumptu sufficienter providerat, contineri. Attendit hoc quispiam ex obedientiariis, et tactus dolore cordis intrinsecus, et inspiratus a Deo, aliud non minus bonum forma quam pretio illi se facturum cogitabat. Nesciebat quidem litteras, sed erat secundum seculum valde sapiens, et secundum Deum vir timoratus. Qui cum hoc desiderium divinitus concepisset, recordabatur

de novo post restauratiorem monasterii

cogitans plus monachus,

quod a Patribus suis didicerat, Bonum operantibus Dominum in Evangelio prohibere, ne sinistra eorum de profectu dexteræ quidquam scire permitteretur.

71 Instar ergo B. Nicolai, qui tres virgines, urgente inopia scorto addictas, ita redimere studuit, ut redimentis personam homines nescirent; cogitabat et iste sic suam honorare Dominam, ut ipse in exhibito honore nulli mortalium innotesceret. Unde aceto Priore, tulit eum in partem; et refert se hominem scire, qui tanto paupere loculo thesaurum illum non mediocriter doleat contineri. Subjungit quoque de hominè illo, quod in præparatione alterius vasculi viginti marcas argenti oblaturus sit, et adhuc ampliora se collaturum polliceatur. Vult tamen rem fore secretam, ne si pro bono opere populari favore in aliquo delectetur, fructum laboris amittat. Prior hoc audiens, pro tanta hominis incogniti devotione gavisus est; et conducens operarios in auro et argento, de persona hominis illius, pro eo quod nesciri vellet, diutius non requisivit: verum dum cæpto operi insistitur, Domino prodente auctor celari non potuit. Fratrem quippe Martinum ipsum esse, qui opus cœpisset, et ad perficiendum impensas præpararet, audivimus: et inde ampliori dilectione apud Deum et homines dignus inventus est.

alieno nomine

sumptus necessarios offert,

eoque confecto

a
2 Augusti anno 1164 translatio celebratur.

72 Vasculo igitur cum magno auri et argenti apparatu consummato, Dominus a Henricus, Venerabilis Remorum Archiepiscopus, venerat in Flandriam. Hic iv Nonas Augusti anno Verbi Incarnati MCLXIV, Archiepiscopatus autem sui tertio, ad nos divertit; et annuens Joannis Abbatis et totius ecclesiae precibus, sub eodem die B. Rictrudis Reliquias, manibus suis de veteri vasculo assumptas, in novum cum timore et reverentia collocavit. Aderant Clerici, virorum ac mulierum infinita multitudo; alii, ut sequentes virum tantæ dignitatis et Ludovici Regis Francorum germanum fratrem; alii, ut illam sacri Corporis translationem præsentem intuerentur. Sed et Andreas b Atrebatensis Episcopus, cum Clero suo et vicinis Abbatibus, ad hunc diem festum occurrere festinant: cum quibus, celebri monachorum adstante conventu, per omnia ut decebat solenniter et devote res acta est. Quicumque vero pro auctoritate sua quippiam de Reliquiis illis ab Abbate loci ipsius potuit impetrare, rem grandem se accepisse gavisus est, secum deferens illud in ecclesia sua, pro munimento vitæ præsentis et futuræ conservandum. Ipse quoque Archiepiscopus, aliquid sibi reponens, ob solennem memoriam cum debito honore secum portavit in Franciam. Eodem anno non solum vicini, sed et plures in locis remotioribus commanentes, quacumque corporali molestia laborarent, ad invocationem nominis ipsius, saluti pristinae restituti sunt: ex quibus nonnulli, gratias exhibituri, Marchianas festinaverunt, de sua quique facultate Domino et B. Rictrudi votum, quod voverant, offerentes: et quia visi sunt a nobis omnes, sub silentio præterire indignum duximus; ejus gloriam, de qua loquitur, eo securius prædicantes, quo per ipsam se saluti restitutos referentibus ipsis, qui gratiam consecuti sunt, accepimus.

b

F

Varii morbi curantur:

c

Parturiens 10 die liberatur:

73 In villa igitur B. Amandi, quæ Remegias c nuncupatur, erat mulier prægnans, quæ jam novem dies partus difficultatem sustinuerat. Nemo erat qui prolixioris vitæ tempus ei promitteret, amicis suis ut animam redderet per singula momenta expectantibus. Invocabat incessanter Deum et ejus Sanctos, quorum nomina memoriæ occurrebant: sed Dominus occulta causa, quam ipse novit, desiderium ejus differebat. Itaque cruciatibus pene exanimata, tandem die decimo B. Rictrudis recordata est. Ad quam conversa; Fer, inquit, piissima Mater, opem huic infelici mulierculæ, cui vel de vicina morte remedium,

A medium, vel de absoluteione partus imminet solatium. Nam si auxilium distuleris, jam ex toto deficiam: si vero ad voces et lacrymosa suspiria misericorditer respexeris, indubitanter credo me cito parituram. Vix orationem compleverat, statim illius auxilium, quam invocaverat, subsecutum est, quod devote postulavit. Mulieres quoque rei exitum præstolantes, et amici, qui foris stabant, lætati sunt pariter et mirati. Post dies igitur purgationis suæ, gratias simul et oblationem exhibitura, marito comite, Marchianas venit, et de misericordia in se facta nobis, quid tam devota muneris oblatio sibi vellet requirentibus, cuncta per ordinem enarravit.

74 Apud Rumam *d* quoque villam de territorio Tornacensi, juvenis quidam sibi uxorem desponsaverat; quorum sicut ætas non impar, ita parentum numerositate neuter alterum præcellebat. Ad diem igitur nuptiarum dum certatim [necessaria] præparant sponsus et sponsa, et amicorum invitant præsentiam; virgo illa non solum capitis, sed et totius corporis cœpit ægritudine cruciari. Et dum per dies membra singula pene suo destituuntur officio, parentes ipsius accersitis medicis, suis non parcunt facultatibus, ut filiam salvam recipiant. Sed dum nihil proficiunt medicamenta, ad suffragia Sanctorum recurritur; et amici de salute recuperanda jam desperantes, a B. Rictrude cum lacrymis medelam postulant: et illa statim incipit convalescere. Post hæc pauci dies effluxerant, cum de infirmitate sua plene convalescerat, induta laneis ad carnem, et nudis pedibus cum matre sua Marchianas veniens, Domino et ejus famulæ, quæ salvam fecerat eam, gratias egit. Et offerens ad altare duos denarios annuatim referendos, cum omni successione sua Sanctæ illi servitutis vinculo devote obligata, cum gaudio ad propria remeavit.

75 Rinenga, ut supradictum est, villa fuit ejusdem Sanctæ: ubi de illa sub magna veneratione non solum ab incolis loci illius, sed a vicinis quoque memoria jugiter retinetur. Ibi cujusdam Militis filius, jam in virili constitutus ætate, a dæmonio vexari cœpit; et nisi vinctus catenis cohiberetur, nec etiam parentes sui cum eo habitare sustinuisent. In domo erat clamor et tempestas valida, audax et importabilis omnibus, lingua etiam et manu metuendus. Contristabantur amici, et qui noverant illum, eoque dolor amplius succrescebat, quia secundum seculum de infimis parentibus non ducebat genus. Quoscumque domum intrare cerneret, non tantum clamore horrendo, sed et brachii extensione vocabat ad se. Ad quem cum omnes propius accedere formidarent, Presbyter ville illius adveniens, vocatus ab illo, nescio qua fiducia, juxta eum considere præsumpsit. Tunc ille manibus injectis apprehendit caput ejus, cujus os et faciem dentibus lacerans, vix a circumstantibus cogi potuit, ut prædram vel invitum refunderet. Confusus itaque et facie deturpata, qui furioso se incaute obtulerat, de domo egressus est: et ecce Miles quidam stans ad ostium, exeuntis contumelia quid ageret edoctus, intrare non audebat. Verum amentem catenis constrictum intuitus, non solum semetipsum, sed et illum, cum oratione hac inaniter non emissa, signo Crucis præmunivit, Dominus, inquit, et ejus famula

B. Rictrudis, cujus nos homines sumus, fili, ad sanæ mentis te reducant officium; invasoremque rei alienæ tibi ulterius dominari non permittant. In hoc verbo recessit ab eo dæmonium, et curatus est. Qui hora eadem vocans Militem, ut introiret precabatur; asserens quod per sui adventus occasionem, salutem, quam dæmonum maleficio amiserat, restitutus sit. Ex quo enim, inquit, signo Crucis præmisso, B. Rictrudis auxilium super me invocasti, meritis

et interventu ejus, dæmonium aufugit. Eo igitur soluto, et amicis concurrentibus, fit gaudium et exultatio; et pro miraculo tam evidenti glorificatus est Dominus, et ejus famula ab incolis loci illius solito amplius honorata.

76 Non longe a Suessionis civitate beata Virgo Eusebia et ejus mater villam habent, cui *e* Vergny vocabulum est. Hanc Dagobertus Francorum Rex et ejus uxor Nanthildis memoratæ virgini, eo quod de salutari lavacro suscepissent, regali munificentia contulerunt; suis etiam confirmantes privilegiis, ut deinceps nulla super hoc terrena potestas ei molesta esse præsumeret. Mater vero post hæc in Marchianensi monasterio habitu religionis induta, et ipsa cooperante Domini gratia filiam suam secum introduxit: quæ villam hanc cum appendiciis suis, sicut liberam possidebat, eidem Ecclesiæ perpetuo et libere possidendam contradidit. Hinc est quod de loco illo annis singulis Marchianas vinum mittitur, unde portione aliqua ob Missarum celebrationem in parte una decenter reposita, de reliquo Fratribus infirmis et hospitibus sufficienter et cum caritate annuatim ministratur.

77 Monachus autem, qui ad custodiendas res monasterii, et faciendum quod opus est, illic deputatus est; nobis quiddam dignum memoria se vidisse perhibuit. Dixit enim: Cum aliquando pro reparandis ædificiis nostris lapides mihi necessarios attendere, nisi hominem, qui de terræ visceribus illos effoderet sursum extrahendos: saxosus quippe locus est non longe a villa; ubi homo ille per dies aliquot laborare cœpit, in sudore vultus sui comedens panem suum. Qui vero coadjutores sui erant, stantes desuper ad os speluncæ, submissis funibus et quibusdam machinis ad hoc præparatis, certatim lapides extrahebant, et eo ardentius insistebant, cœpto operi, quo illum fodere altius introspicerent. Istis itaque extrahentibus quod ille subministrabat, et hinc inde loco spatioso inferius vacuo quasi camera una remanente, omne pondus lapidum quod desuper apparebat, super hominem illum ex improvviso, [cadens], eos etiam quos non attigit ruinæ vehementis fragore horrendo exterruit. Attollitur clamor et luctus pro homine, quem sorte tam miseranda mortuum putabant; currentesque ad villam, rei eventum lacrymosis vocibus nuntiant. Tunc omnis ætas et uterque sexus illuc festinantes, terram cum lapidibus a loco instantius rejiciebant ut quem vivere diffidebant, saltem more humano decentius sepelirent. Sed cum ad eum pervenissent, absque lesura aliqua stantem supra pedes suos repperunt. Quibus de salute reservata inquirentibus, Beatæ, inquit, Eusebiæ et ejus sanctissimæ matris auxilio, quia eas, tanta mole lapidum supra me veniente, invocavi, mortis imminens periculum, timore sublato nihil mali sentiens, illæsus evasi. Hoc audientes, qui convenerant, Dominum in Sanctis suis laudaverunt, et hominem illum cum admiratione et gaudio spirituali ad villam reduxerunt.

78 Dignum etiam credimus memorabile illud atque evidens signum referre, quod multis cernentibus per invocationem B. Rictrudis dignoscitur fuisse perpetratum ab omnipotente Deo, anno Verbi Incarnati millesimo centesimo sexagesimo octavo. Est in territorio supradicto Insulensi villa ejusdem Sanctæ, quæ *f* Runcinium nominatur, in qua ecclesia, in honore ipsius dedicata, usque hodie demonstratur. In hac villa quidam pauper juvenis degebat, qui victum quotidianum labore manuum sibi acquirebat. Quadam igitur die post laborem ad vesperum domum reversus, pauper ipse paupere cena relectus est. Et quia sicut dicit Scriptura, Dulcis est somnus operanti, parum comedat aut multum; ut membra

D
EX MS.
in nomine
S. Rictrudis
liberatur.

e
In Vergny
Marchianensis
juris
villa,

E
latumina
intus,

sub ruina
reperitur
incolumis

F
invocatis SS.
Rictrude et
Eusebia.

Anno 1168
circa Insulas

d
puella jam
sponsa sanatur
a gravi
ægritudine,

juvenis a
dæmonio
corruptus

post fedem
lucratam
Rinengensem
Parochum,

a superveniente
Milite
Cruce
signatus

fessa

A fessa sopore reficeret, post cibum accessit ad lectum. Cumque obdormisset, vidit somnium, et visio capitis ejus turbavit eum. Vidit enim quatuor malignos spiritus, sub specie totidem mulierum valde deformium in domum suam intrare, et ignem copiosum usque ad tectum ejusdem domus ascendentem succendere. Cum autem vehementer fuisset accensus, illæ malignæ mulieres ad ejus, ut sibi videbatur, lectum accedunt, eumque per capillos foras extrahunt. Quem a capite usque ad inferiora dividentes, dexteram illius partem super carbones coquendam projiciunt, sinistram vero procul ab igne reponunt.

79 In tanto itaque tribulationis articulo, id est, in hac horribili visione constitutus, nocte ivit clamare ad amicum hominem fidelissimum, Dominum Jesum, et in tribulatione sua invocavit eum. Et misit de cælo Dominus, et liberavit eum, et dedit in opprobrium conculcantes eum. Nam cum illarum crudelium mulierum manibus intolerabiliter per somnium torqueretur, misit ei liberatricem Dominus, quæ eriperet eum. Subito enim illi altera mulier apparuit, forma et habitu ultra quam credi potest venerabilis; statimque ea visa irruit super eas formido et pavor, in magnitudinæ brachii Domini, et in fugam versa est illa turba monstruosa, quia nulla conventio Christi ad Belial, nulla societas luci ad tenebras. Ipsa vero mulier sancta, quæ illi apparuerat, ad ignem accessit, partemque corporis, quæ super carbones comburebatur, extrahens, sinistræ parti, quæ ab ignibus intacta remanserat, copulavit: totumque corpus fascia constringens, ægrum illum, exemplo illius Samaritani Evangelici, super humeros suos imposuit, et in quodam domus secreto reponens, ab oculis intuentis evanuit.

80 Cumque evigilasset ille a somno, surgere nequivit vel ad sedendum de lecto suo, non manum suam ad caput perducere, nec se potuit in latus aliud declinare. Ita enim totus paralyticus jacuit per septem dies, ac si per multos annos longa eum ægritudo dissolvisset. At ille, tam pro supradicta visione, quam etiam ex infirmitate perterritus, clamores magnos cum fletu emisit, et omnes qui in domo illa quiescebant ad se venire fecit. Quibus causam clamore et fletu percunctantibus, ille cuncta per ordinem pandit, et ut Presbyter vocaretur oravit. Qui diluculo cum populo præfata villæ adveniens, præcepit ei, ut rem omnibus intimaret circa se gestam. Quo veraciter omnia narrante, in admirationem audientes pariter versi sunt et dolorem: valde enim compatiebantur ei. Presbytero quoque peccata sua confessus, Dominici corporis est Sacramento recreatus. Post sacram ergo Communionem, ab ipso Presbytero et ab omnibus vicinis suis est salubriter admonitus, ut Dominum attentius exoraret, quatenus supradictam Sanctam, quæ in eo opus bonum inceperat, iterum dirigeret, ut bene cœpta melius consummaret. Septem itaque diebus et totidem noctibus æger ille officio destitutus membrorum, vix cibum potuit percipere vel somnum. Parte tamen illa corporis plus laborabat, qua super carbones per visum ab illis phantasmaticis mulieribus exustus fuerat. Invocabat Dominum assidue, ut ei auxilium suæ gratiæ dignaretur mittere. Respiciebat ad adjutorium medicorum, et qui adjuvaret prorsus non erat: quia ille sine cujus nutu nec passer ad terram, nec folium cadit arboris, alio hunc modo sanare disposuerat. Deus enim et Dominus noster Jesus Christus hanc suam famulam in conspectu hominum sæpenumero voluit magnificare, quia ipsa dum viveret, eum studuit in omnibus operibus suis glorificare. Ipse enim per Prophetam dicit: Qui me glorificaverit, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Glorificavit enim B. Rictrudis

Deum, seipsam castam et irreprehensibilem custodiendo, atque pauperibus, orphanis et viduis, peregrinis et hospitibus de suis opibus sedulo ministrando. Et quid multa!

81 Septimo itaque die jam advesperascente, precibus hujus Sanctæ, ut æstimamus, supradictus infirmus in seipsum reversus, uxorem suam vocavit, dixitque illi: Obsecro te, soror carissima, ut in secreto illo loco domus meæ lectum mihi facias, quia ibi, ut recordor, a muliere piissima, quæ mihi apparuit per visionem in lecto reponebar: fursitan in illo loco, meritis Sanctæ ipsius, me aliquantulum alleviabit Dominus. Statim in loco, quem designaverat, lectus reponitur, atque aliorum manibus illic deportatur. Invocat etiam nomen Domini et ejus sanctæ Genitricis: invocat etiam nomen B. Rictrudis. Commendaverunt eum Domino, et in illius noctis tenebris visitavit eum Domino, et in illius noctis tenebris visitavit eum Oriens ex alto. Mira res! Parvissimo itaque noctis spatio transacto, pacifice et cum magna quiete obdormivit. Cum ecce subito apparuit illi quidam monachus, ejusdem villæ Præpositus, dixitque ei: Gallere (hoc enim erat illi nomen) surge quantocius, et eam pariter Marchianas, quia hoc a Domino præceptum tibi et mihi. Qui statim, ut illi videbatur, de lecto surgens incolumis, cum monache Marchianas venit, et processionem futuram solennem jam de claustro exeuntem offendit. Porro monachus qui cum Cruce processionem præcedebat, accessit ad illum, et dixit ei: Accipe hanc Crucem salutiferam, et præcede in ecclesia Fratrum processionem. Ille vero Crucem accipiens Dominicam, per medium ecclesiæ processit, et super altare sanctæ Crucis eam decenter deposuit. Qua deposita, ab ecclesia exiit, et ante januam templi, ut Missæ audiret solennia, sicut pœnitentibus et excommunicatis moris est, substitit. Missa vero usque ad Evangelii lectionem solenniter [cantata], Cellerarius monachus attulit ei panem miri candoris; dixitque illi: Intra festinus ecclesiam, et pro salute tua Domino Abbati, sancto altari assistenti, offer hunc panem. Quem cum obtuleris, Deo et B. Mariæ, nec non B. Rictrudi gratias age; et a sacro altari recedens, in domum tuam sanus revertere. Ille autem panem acceptum obtulit Deo, et ejus Genitrici, et B. Rictrudi gratias egit, sicque benedictione accepta recessit.

82 Hoc ut dictum est, in somnis viso, statim evigilavit e somno, caput ex toto jam sanus erexit, manu dextera frontem signo Crucis armavit, et pedes de lecto deponens, se vestimentis suis induit. Necdum dies erat, ipse tamen, quamvis laicus, Deo, qui verus est dies etiam in tenebris, grates reddere cupiebat. Surgit, et ad ecclesiam B. Rictrudis (quæ, ut supradictum est, in prædicta villa consecrata erat) Deo et Sanctis ejus pro salute sibi reddita gratias reddidit: et valde mane venit ad domum B. Rictrudis orto jam sole. Fratri autem qui illam custodiebat, et omnibus, qui ibi aderant, quæ sibi acciderant narravit; et audientes quod magnificasset Dominus misericordiam suam cum illo, congratulabantur ei. Porro vicini ejus et qui noverant eum, summo mane ad ipsum visitandum festinantes, non invenerunt eum, et quid de eo factum esset mirari cœperunt. Nemo enim illorum, qui viderant eum ita subito in tanta infirmitate decidisse, putabat tantæ ægritudinis molestiam illum posse ulterius evadere. Igitur ad requirendum eum omnes vadunt, et in domum Sanctæ illum inveniunt, et non jam paralyticum, sed robustum et validum cum ceteris operariis suum implentem servitium. Implentur omnes stupore et extasi in eo quod acciderat illi; quoniam quem præterita nocte reliquerant semivivum, nunc videbant exilientem, et laudantem Deum. Hæc omnia, sicut superius dicta sunt, juvenis ille, cui hoc con-

D
deinde ibi positus, ubi sibi visus fuerat juvari,

et S. Rictrudem invocans,

E
cum somniasset Marchianas duci

Crucem processionem præferre,

et facta oblatione domum redire,

ipsa nocte sanus a lecto se proripit

F
et mane in domo S. Rictrudis opus faciens

a requirentibus invenitur

XX MS.
Eccli. 5, 11
horribilissimum
somnia con-
sternatus
juvenis,

in eoque Jesu
nomen invo-
care

B
et a spectiosa
muliere juvari
sibi visus,

paralyticus
manet die-
bus 7,

inter dolores
inmedicabiles;

deinde omnia narrat Abbati.
A tigerat, qui etiam adhuc superest, Domino Abbati Joanni et Fratribus nostris fideliter et cum magna devotione narravit. Dominus vero Abbas ad ædificationem audientium, ut scriberentur præcepit. Ea igitur fide et devotione, qua nobis narravit, retulimus et vobis, Fratres sanctissimi, ut ista audientes et legentes, cum psalmista David dicatis : Mirabilis Deus in Sanctis suis.

In Villa S. Rictrudis
83 In Comitatu Atrebatensi est villa B. Rictrudis Baierium nuncupata, ubi quondam cum in seculo, corpore magis quam spiritu, delinqueretur, sæpissime manebat. Ibi olim a S. Amando consilio accepto, seipsam velavit in Regis convivio, et seipsam suoque commisit Domini arbitrio. Huic villæ circumjacentes habuit terras multas redditusque, et possessiones de propria hereditate infinitas. Quas ad conversionem veniens, Deo, qui illas ipsi dederat, reddidit, sapientique usa consilio, pauperibus distribuit. Audierat enim piissimum Dominum et sponsum suum Jesum in Evangelio cuidam diviti dixisse :
Luc. 18, 21 Vade, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et veni sequere me. Sed vix malignitatibus hominum : Filii enim hujus seculi, quærentes quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi agros ecclesiæ B. Rictrudis copulaverunt suis agris. Sed vix illi, qui congregat non sua, et agrum agro copulat. In territorio igitur supradictæ villæ homo habitabat, qui de terris, quas de Sancta tenebat, decimas annuatim absque fraude persolvebat. Sub ea tempestate pagus ille plenus raptoribus atque latronibus erat, et quod intolerabile videbatur, Castellani et majores populi illis favebant; et communicato cum illis consilio, pauperibus suas substantiolas vi vel furto auferebant. De honorum similibus dicit Isaias; Principes tui, socii furum.

raptoribus plena,
84 Messis igitur tempore, cum homines illius pagi messes suas meterent, eas in agris suis propter infestationem supradictorum latronum die ac nocte custodiebant. Accidit autem quadam die ad vesperrum, jam mense Augusto mediante, ut nemo in agris posset remanere, tempestate valida et periculosa consurgente. Tunc vir supradictus reversus in domum suam, et segetes suas, quæ in agro remanebant, Deo et B. Rictrudi commendans, oravit sic : O B. Rictrudis, tuus ergo sum famulus, tua est seges, tuus est campus : custodi partem tuam, serva etiam meam. Oratione ergo completa in domum se recipiens, ostium clausit : et confidens in Domino, et
Isa. 1, 23 Sancta custode in agro relicta, se in lecto suo jactavit. Vere secundum Domini vocem omnia possibiliter credenti. Tres enim ex illis raptoribus super equos mox accurrunt, suaque omnia esse putantes, ad terram descendunt : non enim eos grandis pluvia detinuit, non tonitru fragore exterruit. Agrum igitur sine custode existimantes, alligant onera gravia sibi que importabilia, et vix ab ipsis equis ferenda. Tollunt quod non posuerant, et metunt quod non seminaverunt : super equos insiliunt, fugæque arripiunt præsidium. Sed fides hominis et custos agri B. Rictrudis fures illos detinuit, nec illos longius cum sua segete abire permisit. Illi enim latrones cum furto de campo minime exire potuerunt, quia in errorem conversi, tota nocte illa gyramdo circuibant agrum illum : neque enim, illa Sancta custode eos detinente, abire poterant, quia revertebantur cum ambularent. Mane igitur facto, cum jam se putarent, mente alienati, ab illo loco longius abesse; ante ostium hominis illius, cui damnum intulerant, valde stupentes se inveniunt constitisse. Ebrui enim tota nocte illa fuerant, sed non a vino : in voluntate enim sua Dominus deduxerat illos.

de messe custodia ejus commissa
85 Et illi de eo quod sibi acciderat ultra quam credi possit mirantes, et de furto quod commiserant

nimis timentes, dixerunt ad invicem : Audivimus B. Rictrudem misericordem esse : unde putamus monachos ipsius ab illa non degenerare. Eamus igitur ad domum illius, et vicariis ipsius peccatum nostrum vel invidiam confiteamur : melius est enim nobis ut ante homines confusi scelus nostrum pandamus, quam pro ipso scelere ab hominibus puniamur : domus namque supradicti viri non longe distabat a domo B. Rictrudis. Igitur statim ad domum illius cum furto suo veniunt, et de equis ad terram descendentes, ipsi suis manibus segetem ad terram deponunt. Illico autem pedes Fratrum in terram prostati corruentes, quæ sibi acciderat retulerunt; et de suo commisso veniam postulantes, sine mora quod petebant obtinuerunt. Quo facto in templo suo Deum adorantes, et S. Rictrudi gratias agentes, de cetero se illi vel ecclesiæ nihil mali facturos ultronei sponderrunt. Audientes autem complices eorum quod eis evenerat, timuerunt valde; et paululum animo æquiores facti, sinebant pauperes quietius in sua terra degere. Audierunt hoc inopes, et lætati sunt, atque Domino gratias egerunt, qui exaudierat eorum desiderium. Religiosi quoque Fratres hoc cognoscentes, patrem orphanorum et pupillorum Domini Jesum cum propheta David laudaverunt dicentes : Tibi Domine derelictus est pauper; pupillo tu eris adjutor. Hanc etiam mulierem fortem plus solito dilexerunt, eo quod manum suam aperuisset inopi, et palmas suas extendisset ad pauperem : et Deum omnium largitorem bonorum pro hoc facto glorificaverunt : cui est honor et gloria, potestas et imperium, per infinita secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Henricus filius Ludovici VI Grossi dicti, et frater Ludovici VII, mortuus an. 1175, 13 Novemb.

b Andreas, ex Abbate Vallium-Servay Ordinis Cisterciensis, creatus Episcopus anno 1164, obiit anno 1171.

c Remegiæ, vulgo Reumegys, sesquileuca a S. Amando trans Scarpum.

d Ruma vulgo Reume, inter Tornacum et Orchinicum via fere media.

e Vergny, in tabulis quibusdam Vregny, inter secundam ab urbe leucam.

f Mirum est in accuratissima Gallo-Flandriæ tabula, nullum hujus nominis circa Insulas vestigium apparere.

VIDE AP-
T VII MAJI
NOT. 54 **

ALIUD OPUS

De miraculis S. Rictrudis, auctore Gualberto monacho.

Ex MS. Marchianensi.

EPISTOLA

Amico Saswaloni missa.

Eodem momento temporis parvissimo, feliciter viso et dilecto Saswaloni, a Regularis seu Canonicalis professionis sacram editionem, magis opere quam verbo, profitenti; Episcopali b lateri et familiaritati, morum probitate et virtute scientiæ, decenter inhaerenti; Fr. Walbertus c, vix iter, per multa temporum d curricula inceptum, ad instar dirigens monachi; de sanguine Agni, utroque poste signato, digne sumere, ac ejus carnes cum azimorum panum et lactucarum agrestium religiosa severitate decoquere.

1 Edendæ sunt, Frater carissime, carnes Agni incontaminati et immaculati, ea qua vivimus præsertim

F

a

b

c

d

impetrantque
ad aliorum
exemplum.

12

Psal 10, 14

A sertim momentanea sorte; ne exterminator Angelus, catervas Ægyptiorum fugientibus et cæca nocte incedentibus, possit occurrere, iter impellere, spolia diripere, membra contere: insuper primogenitis mortuis, domos plenas luctu et gemitu offendere. Adoriamur igitur laudabilem dolum, et ad hoc impetremus Dei donum et auxilium. Ingrediamur Ægyptum, rapiamus vasa aurea et argentea, faciamus sortes in spoliis Ægyptiorum. Sed ne redeamus quandoque ad Pharaonis exactionem devorare hædum, qui jam experti sumus palato cordis sacrosanctum Agni mansuetissimi, mitissimi, et mundissimi edulium. Felix tamen, qui dignis manibus carnes memorati Agni mundissimas singulari munditia tetigerit, et cruorem ad redemptionem de latere Redemptoris profluentem sumpserit; felicior vero, qui ad passionis Dominicæ imitationem igne sacro Crucis mentem integram corroboraverit; summæ vero felicitatis, qui pabulo vitæ et inebrianti calice, interiore homine, more aquilæ renovato, novus tamen incola in novo Patris regno, nova fercula et præclara pocula degustare in æternum promeruerit.

2 Sed heu, me miserum! quid ad hæc faciam? quo me vertam? quam viam incedam? qua fronte ad iudicium accedam? quod remedium inveniam? quam tandem excusationis afferam sententiam? Jesu bone, quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam? Num erit in potestate hominis, sicut ait Job, ut veniat ultra ad Deum suum in iudicium? Redemptor unice, optime, benigne, quoties Agni sacrosancti carnes edignissimas indignis manibus tetigi? quoties inde, nisi me elementer reservasses, supplicium merui? et unde, fateor, misericordiam tuam multimodam promereri putavi, iudicium potius, ut vereor, mitissimi et patientissimi iudicis incurri. Proinde quia patientia misericordis Dei ad pœnitentiam peccatorem, secundum Apostolum, adducit; necesse est demiceps in via renes accingi, caleramentis pedes, ne venena scorpionum calcant, muniri; nihilominus dextras, ut elidant caput venenati anguis, baculis sustentari; sed et in interiori fornace ignem mentis accendi, et adhibere modum, utrum crudum vel aqua coctum, an nec crudum nec coctum, sed assum tantum igni, ut præceptum est Moysi, peccator quivis debeat comedere Agnum. Prope est enim phase, et jam instat dies Domini, qua fit transitio in libertatem gloriæ filiorum Dei, a qua non fiet retransitio ad tolerandos ulterius æstus seculi.

3 Ut autem renes dissoluti digne queant præcingi, nec non cor igne amoris peruri, et in gratiam Dei reformari; infirma virium mearum in dies beatæ committo Rictrudi; in ejus interventionibus sub Domino maxime confido de criminibus relaxandis, quæ relictis secularibus spinis, maluit perenni Sponso copulari in astris, quam terrigenæ connubio brevi permanentis, licet fulgeret in aula Regiæ dignitatis, pompatici emolumentis quibusque fragilibus, caducis et momentaneis suffultis circumstantiis. Non elegit ex animo, ut pro certo reor, diutius subesse primo, quæ tam graviter recusavit secundo (licet Regis ex præcepto egeretur) adhærere sponso. Et tamen post primum, de novo virilis expertus thori B. Rictrudis nupsit secundo, non jam mortali, sed cui conjungitur tanta Sanctorum Angelorum et hominum concio, immortalis scilicet et insolubili, indissolubili firmitate nexu sibi conjuncto, ac præ omnibus speciosissimo. De ejus videlicet Beatissimæ Rictrudis actibus, ejus clientelæ glisco fore vel extremus, indignus quidem et parvus relator actuum ejus, pauca commisi scripto in aliquo additamento laudum illius; postquam hæc orationum suarum condigno munere, Regi Sponsoque suo cœlesti oblato, retraxit me a seculari visco, seu a luporum

rum faucibus. Apposui tamen aliquanta de sanctissima filia ejus et virgine Eusebia, quæ dulcissima harmonia resonat Domino, de castissima humilitatis et subjectionis, pietatisque cithara. Sed et de ceteris, a majoribus nostris cum digno honore reservatis Christi præclaris militibus, quorum apud nos gratissima et sanctissima requiescunt usque in diem Domini corpora, beatam spem et immortalitatem una in receptione animarum expectantia; quorumque melius in libro vitæ inserta, quam in superficie schedulæ continentur et conscribuntur nomina.

4 De situ etiam loci nostri, quem Deus de suo inordinato statu permutavit et ordinavit, venerandi merito Atrebatensis Episcopi (viri religiosi et divina lege admodum eruditi, qui nunc superest, diuque supersit) magis testimonii libertate quam nominis dissertatione edisserendi Roberti providentia, in cultu Ecclesiastico et religione divina. Idem venerabilis Antistes indignum me et peccatorem sacris Altaribus inter collegas ordinandum f. sisti præcepit, et bajulum sacri mysterii digna ministerii sui executione effecit; meque ab aris gentilium prævaricationum, seu poetiarum traditionum, custodem vasorum sacrorum, licet infimum, gazophylaciis monasterialibus admisit: denique sacros ordines homuncioni, impari a ceteris meriti, qui sacris infulis digni erant, imposuit. De ejus nimirum sacra impositione et sacerdotio intercessione, ad Altaris ministeria peragenda securior effectus accessi; Deoque, qui tanto Antistiti in Diaconatus et Presbyteratus cœlibatum me reservavit initiandum, benedixi. Nam rudis horum, de seculari habitu vel de seculari palæstræ fastu tunc aderam, reversus ad monachile gymnasium, quod votivum et nativum a puero, ignorante causam exilii Richardo Patre cœnobii, reliqueram. Nam partim irreperente occasione scholarum, partim pro subversione claustrali Marceniarum, diversa instituta peragrans nationum, quodammodo zabulo professus fueram, et fidem seculo feceram. Unde non immerito cor meum dolet, quod tandiu cum errante mundo erravi, quod cum labente lapsum sustinui, quod cum iniqua gerente iniqua gessi; postremo quod immunde porcos pavi, quod usque ad siliquas porcorum egui, vixque stolam cum annulo patris resipiscens iterum appetii.

5 Inde tamen magis mæreo, quod lateri mulieris gentilis vel Ægyptiæ, Æthiopissæ et captivæ, Sunamitis fortassis nomine (unde Salomon in Canticis, Revertere, revertere Sunamitis, ut intueamur te) cupide adhæsi, de ejus membranis, ut ita dicam, particulam aliquam apposui (magis ex incuria tamen, quam de industria) in principio versuum de Carolo compositorum g. incomparabili et insigni Comite Flandriæ; nec in ejus emundationem, vel minimum immunditiæ ejus crinum abrasi. Hanc ipse beatus decalvat Hieronymus, et abradit pilos, concidit ungues, aufert ciliorum silvam et superflua quæque, donec legitimo jungatur thoro, et fidelium librorum inseratur choro. Sic enim fiebat de qualihet captiva, eodem attestante, in veteri lege. Si aliquis vellet eam ducere in conjugium, prius auferebat illi calvitium, abradere supercilia et superabundantiam pilorum sive concretionem unguium; sicque conjunx futura amittebat captivitatis opprobrium. In ejus non injustam contumeliam exprobrastis impudentem lasciviam, meique vicem doluistis (dum apud nos Dominus noster memoratus Episcopus benedictionis faciebat curiam) quod unquam vel in solo verbo, ejus, cui libellum repudii dederam, fecissem memoriam. Ille tamen captiva mulier, adeo vaga et lasciva, gentilem scripturam ejusve scientiam indicat: quæ detruncatur, et emundatur, utque inseratur authenticis catholicisque libris redditur idonea. Unde

nunc autem
Sacerdos
ordinatus,

E

excusat quod
ex seculari
scientia,

necdum satis
repurgata,

Ep. 26, ad
Pammachi.

admiscuit
aliquid suus
de Carolo
Bono versibus:

ta. ven

AUG. WALBERTO
EX SIS
Expensa
digne Missam
facientis
felicitate

dolet toties
communiuisse
indigne

Joh. 14, 23

e

atque ad
sacra mysteria
demiceps apte
tractanda,
Rom. 2, 4

Ex. 12, 9

petit auxilium
S. Rictrudis.

ejus et
aliorum
Sanctorum
laudes antea
scripsit:

A tamen grates habeo, quod apte et congrue atque satis verecunde objecistis, nec restitistis, ut etiam Paulus Petro in faene, ubi reprehensionis nævo notandus erat ex convictu gentilium simulato. Proinde Paulus (non tamen ut Saulus) Cephæ. Si tu eum sis Judæus, gentiliter vivis et non Judaice, quomodo igitur cogis gentes judaizare? Et tamen quod non inureret Paulus Petro Coapostolo suo notam veritatis cauterio infamiae, indicio est sermo Petri, quo usus est in laude Pauli, in ejus scilicet epistolarum disertissima conscriptione.

*petitque ut
vicissim
Saswalo
mittat suos
de eodem,*

6 Re itaque ad medium deducta, de indigna videlicet contrectatione vivifici mysterii, quæ me magis remordebat, in ejus reatus dissolutionem, precum B. Rietrudis incessanter præsentia præmitto munia. De cetero rogo vos meminisse mei, imo promissionis vestrae, mittendo mihi metricos versus, quos composuistis de eodem Carolo Comite dignissimo et irreperabili Duce Flandriae. Audio revera et teneo cum multa aviditate quicquid novi scriptum in ejus honore, sive de justissima Comitatus et vitæ suæ dispositione, sive de ejus injustissima et plena lamentis interfectione. Cujus nimirum necem Deus ultor, Deus ultionum fortis, justo judicio suo et in præsentis vindicavit, eosque qui eum injuste necaverunt, præsertim in sacris penetralibus, in sanctis temporibus, et pro patriis legibus; ut erant digni terribili ultione muletavit; et ut credi potest, ad terrorem Flamingis incutiendum, ne amplius audeant in proditionem Dominorum suorum, vel in sua viscera, sua proditione, injicere ferrum. Valet: et cum Dei, qui in vobis est, amore, amorem proximi in nobis redamandis comprobate, et maxime nobiscum in B. Rietrudis dignissima veneratione: quæ adeo cuncta seculi hujus impedimenta proiecit pro cœlestis Sponsi vehementissimo ardore; cujus etiam gratulabundæ famæ Carolus et ipse illustris Comes Flandriae in necessitatibus suorum occurrebat grantantissime. Accelerans vero in id negotii, epistolam hanc edidi, vixque scriptam modo emisi, accelerante ad sua gerulo ministro nostro, cui vobis emendandam, relegendam et reddendam commisi. Vos igitur susceptam corrigite, et ad unguem, ut dicitur, cum scriptura superiori deducite, si quid inest incompositionis vel solœismi.

olim S. Rietrudis devoto.

ANNOTATA

C

a b *Utrumque nomen, pro istius ævi more per solas initiales S. et W. scriptum, ad longum in gratiam lectoris extendere placuit, sicut primum in titulo, secundum in ipso opere (sed per litteram G) expressum invenimus.*

c *Rotbertus I Episc. Atrebatensis ab anno 1115 ad 1131, hujus autem Canonicus Saswalo et Secretarius fuerit: brevissimum vero tempus, quo hunc a se visum gratulatur Walbertus, tempus ordinationis ipsius intelligo.*

d *Ab anno circiter 1100, cum hæc scriberentur anno circiter 1128.*

e *Cum recens tunc adhuc esset Sacerdos Walbertus, existimo hæc verba de sola laica Communionem intelligenda, quam sub Clericali habitu perrexit usurpare post discessum a monasterio.*

f *Minoribus scilicet et Subdiaconatus Ordinibus.*

g *B. Carolus Bonus hic est, anno ut jam dictum 1127, id est, non multis annis post Walberti regressum Marchianas, occisis: qui versus de ejus nece si reperirentur, possent addi aliorum coævorum scriptis, de ea nece editis ad 2 Martii.*

PROLOGUS

Æstivis quondam in solibus, modulatione Nonæ præmissa, consuetudinali portione Fratribus, refectio in æde, pro more propinata; concessa atque sumpta sono a ictus tabellarum locationis licentia, forte aliquantisper sejunctus a Fratrum colloquio, residebam in quodam remoto claustrali atque Occidentali angulo, aliqua meditando in libro S. Augustini, quem ipse facit ad Valentinianam et cum eo monachos, de gratia et libero arbitrio: quem recens advectum Aquicinctiensi de cœnobio timebam citius referri, moralitatis alicujus propositæ infecto negotio. Cum igitur attentius utilissima ejusdem discussionis argumenta, et multimoda locutionum atque argumentationum genera, divinaeque Paginae copiosa ad informandos mores exemplaria inspicerem; atque documentum insigne S. Cypriani, a B. Augustino toties relatum. In nullo scilicet, cum nihil sit nostrum, gloriandum, frequenter attenderem; cum etiam controversiam quorundam, gratiam Dei defendentium, sed ad ejus positionem liberum hominis arbitrium denegantium; aut e contra liberum voluntatis iudicium affirmantium, sed, hoc posito, gratiæ Dei emolumentum evacuantium, in eodem opere per singulas fere paginas evolverem; ecce alia de parte claustrum sed Orientali (credo ab eo, ejus nomen est Oriens, missus) supervenit Fratrum quidam nomine Gualterus, bonæ indolis, bene utilis, et admodum religiosus: et quasi invehens et vehemens in me, non injustis ex abrupto increpationibus, Quid, inquit, hic tota die quasi iners resides truncus? nec saltem miracula B. Rietrudis, quæ minus suppleantur ejus in gestis exaratis, conscribitis; præsertim ab antiquis, imo ejus a puero alumnus? Jam caput vestrum distinguitur canis b intermixtis, mors cita cito tiget clavos trabales, ut ait, Poeta c Cynicus, temporibus albis; et quis fructus residuus erit de tot laboribus vestris? Terra jacto sive jacendo semente proscinditur, ut seges inde proveniat, paulatimque fructus exurgat: vinea patatur, ut uva pallulet, et læto germine pampinis emineat: olivæ cultura adhibetur, ut amurea decussa, olei liquamen exprimatur, et super ceteros liquores eniteat. Et vos ergo, si vomere alicujus disciplinae terram cordis saecastis atque excoluistis, procedat ad glorificandum Deum in publicum fructus: si etiam manum, juxta Satyricum, ferake subduxistis, in præconiis B. Rietrudis appareat effectus.

2 Ad quem ego; Frater, inquam, carissime, plura B. Rietrudis fuisse miracula, nec tacet quæ adhuc superest antiquitas; nec tamen plene æmula antiquorum rem certam tenet ab antiquis edocta posteritas. Verum ut atriisque proportionis exactio se paucis absolvat ab hujusmodi questione determinanda, id est, quæ vel qualia in admirationem mortalium venerunt ejus insignia, asserunt ea, cum nimio et repentino templi incendio, Hunnorum infestatione barbarica, olim concremata; cum ea, quæ tunc temporis adunata pro modo rerum fuerat, Bibliotheca. Non ago, inquit Frater, de antiquioribus ipsius, imo de recentioribus miraculis: quibus Dominus Deus sua miseratione dignatus est subvenire rebus periclitantibus, fere in diebus nostris. Multa enim, ut accepimus, etiam modernis temporibus, per eam operatus est Conditor rerum, ad vindictam quidem malefactorum, laudem vero bonorum. Quis enim unquam erga Sanctam Dei male gessit, et inopine recessit, vel omnino impunitus remansit? Quis aliquando sua, male cautus vel potius mente captus, pervasit, et serius ociosus præsumptionis pœnas evasit? Quis vel de solo verbo commissuram veteris panni

D
AUT. WALBERTO EX MS.

a
Gualbertum
tempore collo-
quii

legendo S.
Augustino
vacantem,

E

arguit Frater,
quod negligat
miracula S.
Rietrudis:

b
c

F

etsi enim
antiquiora
Hunnico
incendio
conflagravit,

non deesse
recentia
plurima,

AUG. WALHER-
TO FA BS.

A panni novo assuit, et non vindice pœna exactione dira vapulavit? Quis unquam vel parum suos exagitando, conseissos utres cordium mordaci vino permiscuit, et flagella vindicis matronæ vehementer non extimuit? Et ideo, si vobis videtur, ultio, non crudelis, non injusta, sed divinitus adjuncta; et mulctatio multorum ad medium deducatur: suppressa interim multitudo miraculorum atque magnitudo, bibulæ vulgi auri, ut puta jugiter famæ inservienti, reservetur. Quamquam æque (si vacat, nec auctorem aedia præpediat) eadem divina operatio, non sibi, sed nobis requirat, ne forte futura et cita oblivione, pro scriptorum inertia, deleantur, ne dicam ex toto sopiantur. Nonne vel in maximis reputantur mirabilis ultiones illatæ, et ab auctoribus earum relatæ inimicis, Sanctorum videlicet Patrum; verbi gratia, Benedicti, arctioris vitæ instituta edocentis; nec non Remigii, Metropolitanæ atque Remensis Præsulis? cui scilicet S. Remigio detulit indicium sanctitatis, Beatus idem Benedictus, e remittens ei enandam lunaticam Tolosanæ puellam, exorcismis ejus validissimis vim inferentibus et maligno contrariis.

præsertim
ultiones de
adversariis
divinitus
sumptas.

e

B 3 Et digna est utique et bene promeruit, ut de ea pro viribus eloquamur: et dignum est, et ad nos specialiter pertinet, ut ejus præ aliis merita veneremur, cujus equidem grata præsentia perfruimur, cujus voluntaria paupertate ditamur, cujus munificentia alimur, et sine gravi solitudine per singulos dies præmissa gratiarum actione reficimur. Sed quid egit? Uterinam sobolem benignâ fraude exberedavit, spiritualem prolem e copiosissimis atque amplissimis abundantis suis, spiritualibus nihilominus commerciis oppigneratis, tum suæ tum suorum saluti providens, prudenter heredavit. Quibus fideliter utrobique dispensatis, hæc dumeta nemorosa, paludosa, parum ab eremo (præsertim tunc temporis) distantia, habitanda delegit: hic quasi anachoreticam vitam reliquam vitæ duxit: hic in sancta conversatione Domino Deo deservire studuit, suosque secum militiam Domini vitamque tenuem mundani exilii degere, crucemque spiritualem bajulare exegit. Quas igitur grates vel laudes possumus ei digne respondere? quibus linguis, quibus præconiis valeamus condigne munificentæ ejus assurgere? Si centenæ vel millenæ linguæ ejusque nostrum centenos vel millenos sonos ederent, ejus laudibus non sufficeremus: si tot ora quot habemus membra, tonos inexpertos atque inexhaustos ferrea voce acclamarent, ejus harmoniis atque beneficiis præcipientibus, prout decet, non sufficienter applauderemus. Sed quid ad hæc? Eundum, inquam, in sententiam vulgi, Assurgo, inquit vulgus, semper quanta possum laudem mihi bene facienti. Quod etiam aliis verbis apertius exprimit, Laudo, inquiens, illum qui mihi bene facit. Cujus ossa, ut cœpi, sacrosancta penes nos, ad cumulum felicitatis recondita, veneratione dignissima habentur; quorum mira fragrantia tetri odores effugantur, ludificationes demonum depellantur, nocturni lemures conterriti a sacris locis exterminantur: cujus patrocinia injuriis, injustitiis, infortuniis fortiter resistunt: cujus imperia Optimatibus terrenis frequenter vim inferunt, et (velint, nolint) contumacia corda, torosa pectora, cervicosa colla sibi intlectant: cujus beneficia necessitatibus subvenire non desistunt: cujus experta medicamenta tam corporum quam animarum recte petentibus detrimenta adimunt. Illic denique contubernia Sanctorum possidemus domestica: hic possumus promereri, si bona voluntas adsit, præmia, quæ de diversis sinibus et procul positis promiscui sexus diversa itineratio expetit per longos tractus, per diversos sinus, per multimoda terrarum spatia. Verum ad

Id sane me-
reri illam,
quæ sponte
pauper facta
est,

ut Marchia-
nensem locum
fundaret,

et posteris
virtutum
prælucret
exemplo:

hæc proposuit, nobis exemplum imitabile Domina D nostra sanctissima, quæ in hoc tam solitario loco, tam fortiter, tam libenter, et tam prompte carnis evicit tentamenta: cui etiam ut primo loco acquirentur cœlestis vitæ munia, de donariis suis tam liberalia voluit fieri Dei servis additamenta. Proinde quadam excellentia meritam sanctæ benignitati atque magnanimitati ejus debemus reverentiam, quæ sic sibi suam minuit copiam, et nostram voluntarie supplevit indigentiam; nimiamque, quæ pusillanimes coarctat, dispensative depulit inopiam. Nos siquidem a fame et siti, a frigore, peste et elade, atque turbine vehementi defendit; nostram debilem naturam atque fragilem materiam servitio Dei circumspicientem reddit.

4 Et conversus vultum derepente ad me; Vos, inquit, vel maximam causam habetis præconiis, cujus benigna prece ac interpellatione de longa peregrinatione Dominus vos reduxit, imo adduxit famosæ, quæ non erat antiquitas, religioni. Sed et, sicut legitur in vita f B. Autberti, Cameracensis Episcopi, secundum Maurosum quasi eripuit de fauce prædonis maligni, imo exerrantem ovem, quasi de morte ad vitam, perditam et inventam ad ovile Dominicum atque domesticum, licet invitam, licet rebellem ac renitentem, detorsit. Quæ etiam tot tantaque gladiatorum, latronum, itinerantium, insidiantium, desævientium, tamque transmarina quam etiam marina a vobis removit; et maxima illa duo (quæ cum quadam adhuc admiratione seu membrorum cum tremore vel horrore soletis enarrare) pericula. Nam ut veritatis rei possum reminisci, et a vobis assignatam diligenter intellexi; cum a barbara regione vel urbe, quæ est in confinio Frisorum, Trajectensi, nec non a summe divulgato summi fere et incomparabilis viri magistri Lantberti, in omni dote vitæ (ut perstrictæ atque summam comprehendatur laus bonorum atque morum ejus) præclarissimi, atque doctissimi Gymnasio reverteremini; convallem desertam, aquosam, inviam ex improvise incidistis; iter, nullo indicante, nullo adveniente aut abeunte pervium, amisistis; quo amisso, errorem devium et malignum incurristis. Accessit nox, clausa est dies: amissa die, nocturno diurnum aerem obscureante, imo diurno nocturno aeri succedente, ipsum saltem errorem diutius continuare nequivistis. Circumdante igitur vos undique cum Clericulo collega, tam nemorum quam amnium inurdantia, et velut in terribili solitudine, frondium, fruticum vel plurimæ paludis vehementia, latibula ferarum monstruosa, pro humana habitatione semota, quæsita, expetita, satisque in ipso crepusculo vel noctis conticinio inclamata, nec habita nec inventa, vobis tristis habitanda delegistis. Illa, inquam, nocte, hispida, inamœna atque horrida antra, adherente palato præ timore lingua, invitus fovistis. Sed neque imbrem nimium matulinum aut serotinum, sive brumalem auram, vel congeriem nivium, nondum plane Libra restituente g damna Arieti, certior de morte quam de vita, tergo submovistis. Quid vobis, prohi dolor! tunc animi erat? Sed quid dieo animi? cum potius in extasi aut in agonia defatigati doloris, nec incertæ mortis totius vel annuæ noctis in interstitio, tardiore inora (ni fallor) solito diei propinquante Lucifero, insuetus insuetis atque fere inhabitabilibus incolæ plagis habitaretis? cum patulis atque nemorosis, naturalibus nec manufactis tectis, tot inarticulatas seu illiteratas voces assidue captaretis? cum nihil omnino certi præter sibilos aurarum, strepitus ferarum, fragores arborum patula aure hauriretis? Ad hæc singula ipsam imminemtem semper præ oculis necem videre videbamini, ad singulas quasque commotiones (sed in spiritu Dominus) imminentes atque ferientes

quæ ipsum
etiam ad
monasterium
a seculo re-
vocavit,

f

E
cum a Tra-
jectensi stu-
dio veniens,

in loco invio
et silvoso
exerrasset;

F

g
totaque nocte
sub die
acta.

A ferientes deproperare cuneos, a quolibet quorumlibet vel invisibilibus et tanto atrociorum hostium, aut aliquam immanem alicubi latentis lustris [feram]. Noctem illam tenebrosus turbo, nullo pullorum vigiliis alternante sono, possedit.

5 Verum posterae diei lux subsecuta, dispar sed aequae grave discrimen, mucronis usque ad ipsa penetralia graviter cuncta dissecantis, famis scilicet intolerabilis, diram sortem objecit. Diem namque, noctem illam adeo gravem adeo periculosam praecedentem, ferme absque edulio feceratis; subsequenter vero jam instantem, velut unda transeuntem; et (sicut quidam Cynicorum ait, Truditur dies die altera superveniente) ad occasum ruentem, multo magis timebatis; et de vita, vix retenta, retinenda dubitabatis. Sed quid ultra? Nec ibi vos, se infeliciter deserentem B. Rictudis deseruit, neque fœanem felix infelicem prorsus dimisit. Namque ejusdem lucis nona in vesperam declinante, voci vestrae in clamanti, querulosae, lacrymosae ac desperanti, raucae laborando clamanti, clamando laboranti (raecae enim fauci vox defecerat) sed per echo resonanti, sonus hominis, ut est nostrum profiteri, divinitus missi, licet insperati, de contra reclamavit: atque vos (Clericulo vestro, tamen fere prae lassitudine laboris insomnis et famis emortuo; verum radicibus quibusdam herbarum in sittariis, vel potius librorum in sarcinis caso repertis, spiritu paululum resumpto) de dumetis silvosis, de spinosis, arctis et condensis lustris, de saltibus umbrosis, et malignis lucis, jejunos, famelicos, trementes, pallentes, et deficientes, obvius quidam homo missus a Deo, tam efficaciter tamque praeclearo interventu B. Rictudis, in invio atque impenetrabili loco, nec non ab humanis conspectibus procul remoto, vix ante se viam pede, manu, ferro praeseccans, quoquo modo ejecit: et de profundis ignotae mortis et nemoris, ac per nemus sparsae saevitiae bestialis, eripuit: Deinde satis propere pro eventu rei apprehensus perduxit ad aulam, bonis multis cum benevolentia refertam, ejusdem ejusdem terrae Teutonici Presbyteri, cujus anima in pace quiescat: qui vos cibariis suis libentissime, abundantissime atque largissime, copioso accenso igne ante horam, et etiam in ipsa hora refectionis Quadragesimalis refocillavit; venasque arctatas vixque satis cibis aptas, quasi quadam arte, paulatim scilicet exhibita ministracione, laxavit; stomacho quoque nihilominus, ab alimonia consueta desueto,

C impermeabilem ciborum viam, permeabilem sagaci industria assuefecit: cujus hilaritas ac munificentia oppido debuit commendari, qui adeo vobis in omnibus benigne ministravit, benigne incommoda vestra alleviavit, benigne ac humaniter vobis condoluit, Apostolici non segnissimum executi mandati, Beneficentiae et hospitalitatis nolite oblivisci. Et licet fremens barbare (utpote barbarae regionis, alterius sideris, alterius quidem nec nostratis linguae) longe tamen dissimilis male caute astutiae, tam re quam vocabulo Sacerdotii indigni Florentii, qui juxta exemplum, quod viderat in corde tabescente peste et veneno invidiae, virus confecit in pane, et Patri monachorum B. Benedicto missit illud in dolo, quasi pro benedictionis munere. Qui postquam proventus solo nihil nocuit avi, colore nigredinis contentae h ut sibi accidentali et proprie proprio; adjudicavit eum Dominus, secundum quod male excogitaverat in proximo, facto eminentiori sub pedibus ejus (reliqua soliditate domus integra permanente) conaculo. Ceterum, ut ad vos revertar, ea qua Tobias devotione, Benedicite Deo caeli, universorum excellentissimo Artifici, qui vos morti fere addictum, de rictu, dente, morsu silvestrium liberavit ferarum; eadem potentia, eadem clementia, eademque virtute.

Maji T. III

6 Alio quoque tempore, si bene memini, juvenili adhuc fervore inserviens vanitati vanitatum, com aliquo litteratoriae professionis concertare gestiens, talia ad subversionem audientium vel morum valere non reputans; cum Synodalem Conventum i Bituricensis expeteretis civitatis, quae est prope fluvium k Ligerim et Comatae Galliae ulteriori affinis; inimica subreptio, quae in toto itinere gressus concitos quadrupedantis equi supplantare, pio Domino vos adhuc expectante, minime praevalet; in ipso introitu urbis, malignos maligne et satis astute laqueos injiciens, fere supplantavit, fere carnipedem vobiscum monstruose enecavit. Dum enim pontem saxeam, multae longitudinis et latitudinis in immensum porrectum, et tam altum quam robustum, praetergressis sociis ejusdem associati itineris, solus scandere-tis; equus, cui vice sinistra residebatis, lascivus, durus, nequam, indomabilis, et ut ita dicam, pbreneticus atque intractabilis, lupatis omnimodis renitens, nec aures fraenis pro votis accommodans, in abyssum aquarum, ultra quam posset trahere acies oculorum ponti subsidentiom, ferme desilivit; fere tam sibi quam vobis ruinam atque interitum (utrique dolose a satana adinventum) male praiceps intulit. Jam quasi e latere, quasi e longinqua regione, utputa tergum habens decora nec non egregia bonae Rictudis in facie, breviter, tenuiter, ignoro an humiliter, ipsius sanctissimae Matronae suffragia inclamastis. At illa sine mora, re potius quam voce, Adsum, inquit, quid me inclamasti, nequaquam sic dignus conspectibus nostris, infauste, vel praesidiis? Jam equus bruto nisu sese dedens in praecipitium, duos anteriores pedes a ponte, velut in aere, et quasi in inferioris abyssi abrupta, et tam ardua quam semota superficie suspenderat; duos vero posteriores adhuc super pontis crepidinem vibrans, vix fortiter posteriori forti pressus ungula, priora suspensi corporis, duo aut tria per momenta, librabat sive sustentabat: cum ecce divina, et ut credimus, B. Rictudis vis, vel anteriora vestigia, nimis aeri obnoxia et casui imminencia, collegit; contrariaque renitentia, repugnantia posterioribus conjunxit; vel magis in orbem, vobis fere resiliente pontique caput illidente seu conquassante atque conterente, retorsit et cervicem reflexit. Enimvero jam tunc erat fas experiri, in muta licet pecude, verisimilem sententiam Flacci, Invitum qui servat, idem facit occidenti. Porro ipse manius, de nimietate furoris sui quasi ad se reversus, quasi rationalis effectus, de casu suo vel mortis periculo, quod vobis sibi que evaserat, timidior atque pacatior, et videbatur; non jam in transversum, sicut solebat, nec maligne gyrans, sed recto calle gradiens, veloci tamen gressu, quadrupedes, qui se praecesserant, consequi deproperavit. Nulli tamen praecedentium comitum, quod factum fuerat, indicastis, ne forte de vobis conferretur, quod de B. Paulo, antequam in ignem viperam manu ejus adhaerentem excuteret. Hic homo procul dubio mortis est reus, nusquam terrarum patet ei ad inhabitandum locus. Gratias Deo tamen et B. Rictudi, vestrae post Deum ereptrici, intra cubiculum vel secretum cordis vestri tacitus agebatis, eidem erotus de tot adversis et periculis, vos ad se quandoque reversurum sibi que servitorum (sicut veritas rei hodie sese habet) promittelatis.

7 Sic jucunda, nec (ut reor) inutili mora, de benigna Domina benignus Frater benigne peroravit; et sermonis sui cursum nequaquam inopportunum, per singula ad id quod intendebat, de Jesu Christi famula Rictude Sanctissima, pene reflexum seu reciprocum, paululum continuit. Cujus benigne importunitati paucis ego: Frater, libenter, quod caritative et devote injungitis, attentarem; si virium

16 nearum

D
AUCT. WAL-
HERTO EX MS.
quae eadem
illum antea,
Bituricas
euntem.

i
k

et super
Ligerim pe-
riculantiem
in equo fero-
ciente,

E

tanque cum
eo praeci-
pitandum ex
ponte,

mirabiliter
servaverat,

F

simulque de
reditu ad
monasterium
fecerat cog-
itare.

Hic motus
Gualbertus

sub diei se-
quentis
vesperam,

B

submisso viae
duce

deduxit in
domum cu-
jusdam
Presbyteri,

a quo refo-
cillaretur,
Heb 13, 16

melius quam
a Florentio
S. Benedi-
ctus;

h

Tob. 12, 6

A mearum desuetæ pusillanimitati confiderem; si certa relatione, opera Domini, quæ per suam famulam designavit, præsentialiter tenerem; et obtrectatores tam dictorum quam meritorum B. Rictrudis (nihil est enim tam bene dictum factumve, quin possit depravari, ut ait Comicus) non timerem. Nec diutius, inquit Frater ille, protelandum est diu dilatae rei principium: nam ab ipso sumpto exordio, secundum Flaccum, dimidium subsequentis operis habetur plerumque negotium. Nec ob fiduciam vestri inchoandum, sed ob illius, qui ait, Confidite quoniam ego vici mundum: neque enim semper venenatis aut vipereis linguis pravus mos gerendus est. Nam quem adeo elimata perfectione ad unguem erasum constat ad summa eveli, ut non in aliquo vel minimo puncto subiaceat carpendæ dormitacioni? Cui rursus ego; Mi Frater carissime, licet grave sit audita magis quam visa recolligere, et moribus diversorum complacere; tamen fraterna confortatus exhortatione vel favore, amica sussultus exactione, alterna confirmatus admonitione, Domini quoque fretus adminiculatione, et B. Rictrudis pia interventione, aggrediar qualiaecumque scripta; prout verius de Domina nostra potero persentiscere. Sensum tamen, non quasi verbum e verbo [reddere] experiar, simplici quoque narratione convenientia relationi prosequar. Sed quomodocumque varientur et differant dicta, pia tamen mente, plena fide, omni dubitatione procul pesita, summa rei attendatur; id est, operantis Dei, et B. Rictrudis cooperantis magnalia.

ANNOTATA.

a Ergo, seculo 12 ad medium vergente, necdum in monasteria Benedictini Ordinis inductus erat usus domesticæ nolæ, ad temporis ejusque officia distinguenda; sed adhuc tabulæ pulsabantur: quod nunc in sola monachorum morte usus retinuit.

b Erat enim, ut jam ostendimus, fere sexagenarius.

c Nescio quis hic Poetica Cynicus indicetur.

d Hunni, post Normannos, Gallias vastarunt seculo 10, uti dictum ad miracula S. Ursari 18 Aprilis.

e Fortunatus, in Vita S. Remigii apud Surium, dicit quod damnatam, ad S. Petri sepulcrum Romæ, ubi quidam Dei servus ad sancti præsentiam corporis patrabat signa virtutum, adluxerint Tolosa parentes sui; sed cum daemon respondisset expelli se non posse nisi a S. Remigio, tunc adhuc vivente, iidem parentes, ipsius benedicti servi Dei et Alarici Gothorum Regis affatibus suffragati, puellam deduxerunt ad sanctum Antistitem. Ubi vocem Benedicti, a Fortunato adjective sumptum, substantivè accepit auctor noster, non advertens quod ab anno ccccx, quo Alaricus Rex in urbe a se captus præsens fuit et res illa gesta est, usque ad S. Benedicti nativitatem, anni intercesserint minimum septuaginta.

f Colitur S. Anbertus 13 Decembris, S. Landelinus vero Crispiniensis Abbas (qui inter latrones dicebatur Maurosus) 13 Junii.

g Videtur initium mensis Martii significari, hyemis utique ac veris confinium, intemperiei ejusmodi obnoxium.

h Corvo scilicet; per quem Sanctus jussit auferri venenatum panem, in locum ubi nemini posset nocere, prout narrat S. Gregorius in Vita, a nobis 21 Martii illustrata num. 8.

i Cum auctor Anonymus dicat quod Gualbertus, Marchianus digressus, profectus est in Franciam ac deinde Trajectum; et ipse hic dicat, juvenili fervore actum se Bituricas; verosimile redditur, hunc qui sequitur casum multis annis præcessisse priorem; et Synodum hanc ante finem seculi xi celebratam esse, tempore

Urbani II, occasione Schismatis Guibertini; quemadmodum anno 1098 celebratam Synodum Bardegaleensem scimus ex quodam diplomate Tabellarii Angeriensis, allegato in nova Conciliorum editione Labbæi nostri; alia similia allegantis, pro aliis Synodis seculi xii inchoati, quarum vix tenuis memoria hinc inde eruitur.

k Propinquitas hæc sumenda respectivè ad longum quod præcesserit iter: nusquam enim propius Bituricas alluit Ligeris quam ex 9 aut 10 leucarum distantia. Supra eum varii pontes sunt, celeberrimi autem qui in Bituriges ducunt lapidei duo, unus e Septemtrione apud Aurelias jacet, arcuum forte 30, alter ex Oriente ad oppidum Caritatis, et ipse bene longus.

LIBER PRIMUS.

Beneficia Sanctam invocantibus impensa.

CAPUT I.

Angelorum de Natali S. Rictrudis lætitia, energumenus liberatus, ignis sacri lues repressa.

Grata signiferi revolutio Zodiaci, benigno ortu Tauri, jucundi mensem Maji, et gratam vicem præconii B. Rictrudis refert Congregationi devotæ, celeberrimam et sacratissimam depositionem corporei tabernaculi ejus devotissime ac justissime recolenti; qua beatissima ac felicissima ipsius anima, relicta gleba terræ parenti, feliciter atque perenniter cum Christo regnatura, remigio virtutum ætherei transmigravit ad secreta palatii. Cujus resolutioni, cujus funeri atque sepulturæ credimus nimirum cœlicas phalanges adfuisse, dignis exequiis digna obsequia exhibuisse, sacras excubias sacris carminibus produxisse, salubres auras pretiosis odoribus aspirasse, qualia funera Sanctus meminit Hieronymus, sanctos persæpe Angelorum choros quibuslibet Sanctorum corporibus solenniter exegisse. Illi vero, qui sacros artus tumulando composuerunt, et de diversis partibus illuc confluerunt, sacris cantibus se delinitos gavisi sunt, et claro atque æthereo lumine se irradiatos, mirique odoris fragrantia aspirante delibatos atque recreatos contestati sunt. Quinimo super thymiana et balsamum redolentia aromata, plurima morborum genera ab obsessis corporibus expulere, atque debilia membra salutis dote privata ad salutem reduxere, sed et pristino vigori restituere. Hujus sacræ depositioni Sanctorum concentus gratulabundis plausibus, in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus et in voce exultationis et confessionis, in cymbalis jubilationis et bene sonantibus, choris alternatim dulce melos concrepantibus occurrit: atque de tam sancta Deoque dilecta anima, in acie Dei viventis secum constituta, hilarem, festivum, continuumque diem duxit, et in terris itidem fieri indixit. Huic nihilominus Throni et Dominationis in organo videlicet, psalteriis, lyris ac tympanis, et omnimodis musici generis instrumentis obviam processerunt; atque dulci symphonia laudes Deo in excelsis concinentes, amicam Dei, sponsam Christi, sine felle columban Spiritus sancti, mutuis honoribus cumulaverunt.

9 Hanc etiam Cherubin et Seraphin famulatu divino ardentius assistentes, eodem tripudio, eodem plausu, ac eodem jubilo, vera libertate donatam, utpote mundalis pompæ sorditata tunica nec rursus induenda exutam, nec non a laqueis venantium aereis et dolosis mira humilitate erutam, in suum consortium susceperunt; hanc eandem, in æternum victuram perpetuaque lætitia fruituram, Angelorum Domino gratanter obtulerunt; sacrum ejus memo-

riale

E
Transitus
S. Rictrudis
dies anniversaria,

a choris An-
geticis celebra-
ri creditur,

F

AUCT. WAL-
BERTO EX MS.

Jo. 16, 33

sese ad scri-
bendum
accingit.

ejus sublimem sanctitatem Deo presentantibus,

A riale, non atramento reali vel debili, cœlestis vitæ codici adscripserunt; ejusdem munitissimam cautionem litteris aureis in Senatoria dignitate gratanti assensu affixerunt: testamentum reconciliationis, pro amore supernæ felicitatis membris summi Patrisfamilias in terris factum, Regi Regum repræsentavere; pro summis in infimis Verbum, non tam legendo quam imitando, de diligendo super terram Deo ac proximo, abbreviatum atque reassignatum Curiae cœlorum assistenti, congaudenti, lectioni de contemptu mundi applaudenti, explicuere; quæque tantopere exoptaverat, ad quæ toto anno suspiraverat, quibus sese omnimodis accinxerat, exercuerat atque excitaverat, affectuose recitavere. Quam sobriam, quam castam, quam continentem seu cœlibem cum marito duxerit vitam, quam largam, quam occultam, quam voluntariam inopibus impensam exhibuerit; quam diversam, quam alienam, quam immutatam a ritu gentis suæ, præsertim idololatræ, viam tenuerit, cœlestis harmonia consonabat, dulcique harmoniæ consono plausu cœlestis curiæ eadem sacra poli chorea vicissim resonabat. Unde minimè diffidendum, cœlicas Potestates jucundissime spirituali aure percipere, ancillam Dei, hereditatem (qua de sua carne progenitos et ad Deum singulari industria ad maternæ persuasionis monita conversos, noluerat irretiri mundo, vel laqueo initiari maligno) vacantibus Dei servitio attentius reliquisse; pro terrenis cœlestia, proque caducis permutasse nullis unquam casibus obnoxia.

quæ spreto seculo nuptiisque

10 Juvabat equidem cœlica agmina disserere, Beatam Dei famulam, oblectamenta, lenocinia, blandimenta secularis pompæ, facto marito de medio, prorsus contempsisse; Regias minas, tyrannicas iras, legationes de secunda copula sibi missas longe a se removisse, nec muliebriter expavisse; ipsum quoque terrenum Regem, licet superbum et præpotentem, licet nobilem atque prudentem, fortem atque in throno residentem, tamen mortalem, idecirco minantem et blandientem, tum virtute divina tum sacrorum virorum et in lege Dei eruditorum perspicaci providentia probabiliter decepisse: sed non multo post Symmysta Dei B. Amando Confessore beatæ sponcioni allaborante, favores Regios ad beatam concordiam inclinasse; et doti, quam secundi sed cœlestis atque immortalis sponsi tabulis, Mosaicæ legis completioni parificatis, non tam carne, quam spiritu Dei dietatis, nec tam lapideis quam devoti cordis, immo non jam carnalibus sed spiritualibus,

C velut alta cedro Libani compositis conscripserat; ejus arbam brachio, ejus anulum digito, ejus osculum ori suo constrinxerat, conjunxerat atque confœderaverat, favorabiliter assensisse. Quam bonum ergo quamque jucundum; spirituali collectione Virtutes cœlorum tripudiatim efferre atque beatificare femineam constantiam, immo feminam pectoris virilis superantem instantiam; teneram ætatem, insignem juventutis florem, elegantem nimis speciem; terram cordis exarando, lumina post tergum non inflexisse; vestigiis uxoris Loth retroactis, nullis inimici insidiis incidisse; vultus vero alacres atque semel fixos in Domino, diversa tentando, diversa proponendo, in diversa non mutasse; in sterquilinio monstruosæ pestis, juxta Zachariam, plumbi in talento residentis, aut in facie mundanæ concupiscentiæ, nec more jumenti computruisse, nec more vel letargo ebrii obdormisse; denique mundo sibi congratulanti, utpote de mundo plura possidenti, florenti, arridenti, invitanti, nullo ferme oblectamine, (quamvis raro aut minimo infortunio reluctante) inhæsisse?

Zach. 5, 7.

11 Ecce quæ in cœlo gaudia, quæ lætitia, quæ non licet homini effari; in terra duorum Domino-

rum, alterius contempsisse [tyrannidem]; alterius tirocinia, excellentem sed in Christo humilem personam, fortiter apprehendisse; in stadio currentem, sed humiliter metam attingentem, brævium coronæ incorruptibilis obtinuisse. Non surda igitur aure frequentius conjubilant cohortes æthereæ: Jussa doctrinæ Sancta continens pertransivit Evangelicæ; cujus menti splendor adeo pretiosæ complacuit margaritæ; pro cujus alta dignitate comparanda vel emenda, cuncta sua disposuit egentibus erogare. Quare quæsitam fortem mulierem et inventam undisonis procellis, diversis naufragiis, cladibus innumeris mundani salis transvadatis, veloque fidei expanso, navigio sanctæ crucis potenter evictis, certum est ad portum salutis applicuisse; atque pacato restu carnalium illecebrarum, refrænato cursu voluptatum affluentium, sub umbra Sponsi cœlestis, pro cujus concepto diuturno et desiderato amore elanguerat, considentem, vim nimii caloris nimium per diem exurentis, tanto feliciter quanto constanter, evitasse; nec non ab arbore vitæ fructus suaves faucibus, satietatem nullo fastidio consequente, nec desiderio anxietate pariente, pro voto decerpisse. Sic enim promissum est generaliter sponsæ, Vincentem debere refici de ligno vitæ. Porro in cellam

D
AUCT. WALBERTO EX MS. sponso suo Christo ad-hæsit;

E
Apoc. 3, 21

et virtutibus ornata.

Apoc. 4, 8

F
Jac. 3, 10.

Job. 14, 12

Canticum Domini in culis canit,

12 Quare manifestum est, sanctissimam Dei famulam decantare canticum Domini, non in terra aliena, immo in secura paradiscularum et amœna colonia; non in exilio, sed in loco certa meta præfinito; non in transitu, sed in certo et præfixo statu; non in peregrinatione, sed in Dominica mansione; immo in ordine viginti quatuor Seniorum depromere citbaras

A citharas et phialas plenas odoramentorum, quæ vice orationum persolvit æternaliter Domino Dominorum ineffabilia cantica canticorum; neque defraudata oleo sanctarum continentium, introducit ad immortales nuptias in Sancta Sanctorum: jamque tenet in re, quod in Daniele acceperat in spe, millia millium scilicet æterno Regi assistere, et decies centena millia Deo homini deservire; cum quibus beata Domina nostra Rictrudis, insignis Dei famula, jucundatur divino conspectu, quod fuit singulare commercium mundo representare; Dignus es, inquit, Domine, librum assumere ejusque signacula digne solvere, et cetera quæ sequuntur in eadem Beati Joannis revelatione. Liquec igitur, felicem Marcenensem locum fore beatæ Matronæ retento pretioso pignore; nec minus felicem Conventum, cum Domina sua carissima, Rictrude videlicet sanctissima coronandum, impetrato multis et præclaris meritis regali diademate. Felicem prorsus habitationem Marcenensis cœnobii, si Regi Regum cum tremore servierint, et Beatæ Dei famulæ. Quod si remoto peccato ad mortem, peccaverint peccatum non ad mortem; humiliter pœnitentes, certum asyllum, proximum refugium habent; patentem misericordie sinum certæ rei possessores non in cassum possident. De spe igitur veniaque præsumentes accedant; querelas in auribus Domine suæ juxta posite familiariter, fidehiter, ac tute deponant; ipsam, nihil dubitantes, ne fiant fluctibus maris similes, ipsam quidem, imo Dominum Jesum per ipsam invocent, petendo pulsant, pulsando petant, et quæ volent impetrabunt. Neque enim petitionum salubri affectu vel effectu frustrabuntur, imo competes votorum efficiuntur, atque optatis (licet quandoque justa ac dispensativa consideratione dilatis) potentiuntur. Talia confessus cœlestis collegii edidit, qualia sine dubio rei eventus mire postea comprobavit; dum virtus, majestas ac potestas æquo pondere et mensura librantis summa et infima, per B. Rictrudis insignia atque sub oculis plurimorum patrata miracula, mundo clarius innotuit.

13 Accidit igitur subsequenti tempore, fama meritorum B. Rictrudis longelateque crebrescente, nefarium hostem, impurum hospitem graviter doluisse, graviter ferentem se compelli divinæ virtutis verberare et B. Rictrudis intercessione, vasculum pueri pervasum non sine admiratione multorum exire. Cujus parentes cum viderent dæmoniacum vehementer a dæmone vexari, vehementius in dies agitari, nec ullum humanis iudiciis remedium posse consequi, morsibus quoslibet attractantem, cædentem, vestes scindentem, et alia signa energumeni satis infelicia facientem; manicis arctatum, vinculis astrictum puerum secum rapuerunt; secumque, de misericordia Dei haud diffidentes, sed fideliter præsumentes, ad orationes pretiosorum Marcenensium Sanctorum detulerunt, atque super tumbam sacratissimæ Dei famulæ Rictrudis raptim projecerunt. Nec mora, divinam virtutem invocantes, Sanctæ virtutem in puero persenserunt, lætosque clamores de puero incolumi, fere usque ad cœlum excitaverunt. Quare expulso dæmone a puero, grates innumeras Salvatori Deo et B. Rictrudis suffraganti subsidio peragentes, qui prius accesserant tristes, converso luctu in gaudium, læti ad sua reneaverunt. Idem ipse puer ereptus a dæmonio, nec jam vexatus ut prius deformi ac pestifero maleficio, utpote nihil debens priori arreptio, vulgi favorem et affectum non tam in se, quam in B. Rictrudem provocabat; nativæque sola cum suis revisens, hortatu suorum, nomini Domini hymnum trium puerorum, in fornace ignis nihil læsionis sustinentium, decantando benedicebat, ac B. Rictrudis merita circumquaque dif-
fundebat et prædicabat.

14 Quanta vero miraculorum gratia refulsit B. Rictrudis, dum sub toto cœlo notissima incendii tabes per Romani orbis climata gentes percurrit, præsentibus tunc temporis viderunt, agnoveruntque, et subsequentes veracissimæ relationi fidem adhibere non dubitaverunt, filiisque postumis suis qui nascentur et exurgent ea enarranda tradiderunt. Cuncta Marcenensis cœnobii ostia patebant, properantium undique quidam adventabant, quidam recedebant, sed et advenientium aut abeuntium alii arctato limine vix introibant: alii vix exibant. Viri, feminae, senes, anus, juvenes, puellæ vocibus claris personabant; Sancta Rictrudis, Domina Deodilecta, subveni nobis. Utriusque sexus, utriusque ætatis satis misera conditio, alter alterum longa reste manuum (miserum spectaculum) attrahebat, alter alterum inter humeros aut inter brachia deferebat: alius alium præ se impellendo sustentabat, alius alium in grabato, aut carpento sive biga, aut quadriga ad curiam B. Rictrudis evehebat. Conventus, consessus, concursus, discursus, sonus undique confusus (ut nihil inter hæc fere et nundinas, vel inter hæc et quæstiones forenses et publicas [differret] vigiliæ, lychni, cerei, lampades, ignes, non tam in vestibulis vel in exedris seu in diversoriis, quam ante majus altare, neque die neque nocte lucescere, calescere cessabant. Vix aliquis somnum in tabernaculo Dei capiebat; vix vel ipsi custodes, personante assiduo strepitu, quiescebant. De plurima vero serie consistentium, jacentium, cubitantium, singulis aris sese volutantium, singulis sese precibus prosternentium, alter dolebat consumi truci incendio pedem, vel consumptum fuligine nigriorem; alter acclamabat, totum crus vel reliquam ejus medietatem, alter fere totum corpus vel dimidium; sed jam deficere spiritur vitalem. Et quid plura? Alii egrediebantur hilares et sani; alii ingrediebantur tristes, infirmi ac semiusti. Sed de illis qui exibant sani, qui astabant lætos clamores ad sidera tollebant, trinoque et uni, vivo et vero Deo gratias et laudes persolvebant.

15 Signa sonitu continuo terribiliter concutiebantur atque collidebantur; nam facto auditove miraculorum nutu, assistentium agitato cursu, statim agitabantur. Fratres monasterii dulci modulatione, atque alta vocum sonoritate, assuetas miraculis jubilationes certatim resultabant: vix tamen inceptas laudes finierant, ecce de aliis et de aliis, ab incendio per corpora perque ossa nimium furente, sed jam defurente Dei miseratione et B. Rictrudis operatione, iterum assidua signorum classica sonabant, iterum finitos hymnos Fratres resumebant ac distincte resonabant. Verum quid oportet toties scripto retexere, quoties iteratio miraculorum in publicum habebat procedere? Alternabantur in eodem mœror et lætitia, gaudia atque lamenta: assidue verberabantur divinæ aures, propter impetranda vel impetrata miraculorum prodigia vel beneficia. Quæ si quando tardarent, propter alicujus forte delicta; recurrebant confestim ad B. Rictrudis nota atque experta suffragia, cujus Deum confidebant efficaciter exaudire vota. Ut igitur breviter absolvatur miseratio Domini, per B. Rictrudis opem, brevis supradictorum compendiosa innotescat repetitio. Plenum populis Marcianensis cœnobii monasterium, die noctuque resonantibus, tumultuantibus, quibusdam mœrentibus, quibusdam congaudentibus, atque Salvatore mundi Dominum nostrum glorificantibus, perstrepebat; quasi in eo nundinæ frequentarentur aut celebrarentur, vel forensia negotia ibidem actarentur vel desudarentur. Videbant enim miracula, currebant ad signa, cantabant, hymnizabant, representabant, cum hymno, videlicet Te Deum laudamus, Dei et B. Rictrudis magnalia.

AUCT. WALBER-
TA EX MS.

Dan. 7, 10

Patrona
Marchia-
nensium ef-
fecta.Liberatur
puer energu-
menus:D
Grassante
igne sacro.concurritur
Marchia-
nas:

E

et pluribus
successive
curatis,F
continua
publicantur
miracula

A

CAPUT II.

Frugēs a rapina, ecclesia a flammis servata, disciplina monastica restituta.

Sicuti equidem putant, qui referunt meram veritatem, advertere, adhuc Abbate Fulcharo regimen Marceuiensis carnobii suo modo procurante, miraculum in ostensione meritorum B. Rictrudis contigisse, a pluribus illud sæpe in ore versantibus accepi, quod huic interserere opusculo, rogatu tamen quorundam Fratrum, non indignum iudicavi. Sextili igitur mense, qui etiam Augustus alio denominatur nomine, in territorio seu parochia Lorgiarum, in B. Rictrudis videlicet vicina, possessionum certatim colligebantur messes, ad subsidium expensarum totius subsequenti anni profuturæ. Erat ibi mira expectatio plebis, partim falce turgentis culmos reseccantis, partim insequendo vestigia metentium reliquas spicarum reliquias artificiosa quadam sedulitate, ab inanibus, ut ita dicam, decimarum stipularum truncis secernentis, et a terræ sinu vi fere indefessa evellettis. Sicut itaque mos est illius temporis, pars utraque quod poterat quoquo modo in messione lucrari, hoc avide reponebat sibi seu futuro tempori, posthabita ferme cura de præsentī; modoque apum laborans, et parcens velut mellifluro rori collectæ segeti, sollicitabatur et meditabatur qualiter transigeret ævum tam longum adventantis anni; maxime reputans secum Sapientis sapienter dictum, Quod utile est carum; et e converso, uti non solum apud veteres (verbi gratia temporibus Pharaonis Regis Ægypti, septena computationis annuæ curricula opulenta et macilenta, Josephi somniorum sagaci interprete, præsentis) sed etiam apud modernos, unius anni sterilitate alterius fertilitate vicissim compensata, frequenter clarsit. Neutra tamen pars frandem circumjacenti B. Rictrudis præsumpsit inferre segeti, metuens ultionem eandem propemodum sibi fieri, quam paulo post audivit inferri cuidam agricolanti; nihil tamen de conscientia metuenti vel promerenti. Timebant quoquoque divinum subito ignem affore, si quid distraherent de rebus Sanctæ Deoque dilectæ Rictrudis; ac miserabili et miseranda ultione, aut manibus vel pedibus contrahi, aut toto corpore dissipari, veluti quondam, quando (ut superius relatum est) de diversis partibus orbis, lue incendiī miserabiliter perfurente, humani generis plurimæ parti atque dispendio, plaga scilicet notissima mundo quadrifido, catervatim adventabant ad limina B. Rictrudis, in laudem et honorem Conditoris, non visibili aqua, sed sancti Spiritus invisibili gratia, pedum manuumque summa crura, seu cetera membra semiusta, lacera vel trunca velociter extinguentis. Malebant itaque minus abundare, quam in abundantia sua de re B. Rictrudi injuste sublata fraudi suæ aliquatenus indulgere.

17 Sicut igitur prædictum tempus exigit, juga boum diversa paria, bubulcorum industria, stimulorum crebris punctationibus agitata, Cerealia munera devehabant, exponenda seu excutienda atque repouenda ad quælibet horreorum receptacula. Sed cum plaustrorum ferventes rotæ calles diversos attererent, aurigæ quoque minantes, junctis bobus, admodum properarent; et reversuri citato itinere ad alia decisa campisque exposita, priora segetum onera deponerent; spectaculum factus erat quidam agricolantium, transeuntium quorundam atque quærentium, quid ibi immobilis interdin quasi lapis astartet? quid hæsitaret? quid hæreret? cur non potius, sicut et ceteri, ad sua necessaria stipendia conservanda atque introducenda, donum præpropere intenderet,

plaustrumque et boves quas in eodem [loco] detinebat affixas, ad reliqua si quæ restarent colligenda, reduceret? Ille vero in primis lacrymosis utens suspiriis, interim tamen agitans sed in cassum boves stimulis, instantibus remque stupendam seiscitantibus miser paucis responsum edidit: sese inquam divino iudicio teneri, vindice summi Judicis sententia urgeri, et pro vetusto facinore, nova forsitan verecundia adjuncta, innovato flagello ab Antiquo dierum, jam in throno residente, ut in Daniele legitur, tangi. Sic enim ait: Aspiciebam donec throni positi sunt, et Antiquus dierum sedit. Non tamen (adjecit) Olim abyssum quasi senescentem, ut apud Job de Leviathan dicitur, existimavi: sed potius cum Psalmista, Judicia Domini abyssum multam fore non immerito didici. Sed quid multa? Me tandem a'o non esse nefarii alicujus conscium commissi; tamen nihil linguam intentatam ad quocumque modo adendum, quod summo mane liqui, tugurium. Boves ergo alleviabo, plaustrum exonerabo, non sine damno manipulos spicarum projiciam, et projectis abire tentabo. His dictis, carrum ascendit, mergetes continuatim abiecit; atque in dispendium, uti prius in stipendium familiaris rei, laborandum æstimavit. Verumtamen evacuato omnino plastro, nihil hortamentum pungentis stimuli, nihil clamor vel iracundia stomachantis atque indignantis rustici, bobus ne quidem recalcitrantibus profuit; nulla illarum vel parum quid in eundo pedem de loco movit.

18 Proinde rusticus insaniens, dentium stridore terrorem incutiens, manu in manum signum doloris pectori ingeminans, tundeat latera miserarum pedum, nodosis baculis, dura materia viarum, cespitibus scilicet atque saxorum ictibus; aliquando posteriores, aliquando anteriores, quasi pro juvenine, cum temone rotas protrahens atque impellens, lædebat corpora boum, nihil promoventium, veluti immobilium, et quasi in saxa penitus rigescentium. Quocirca utroque malo, utroque damno ingemiscerebat ultra modum miser homuncio; boum videlicet insolito præter solitum obstupescerentium stabulo, nec non segetum discussarum sub divo platearum horreo satis incommodo. Quid igitur faceret? Iret? Solus nolebat. Juvencos relinqueret? Absens, illis et præsertim projectis manipulis metuebat. Iterum iterumque eodeo urgeret? Et hoc persæpe fecerat, nec profecerat. Quid ergo? Plaustrum sæpius exoneratum, rursus oneravit; manipulos tam sæpe dejectos, iterato superimposuit; diuque hæsitans inibi, divinam clementiam, quæ toties respexit desolatos precesque humilium exaudivit, devote expectavit. Nec diu abfuit divina misericordia, quæ misero homini demonstravit, quo infortunio detinebatur in eodem loco ipse et sua toties fastigata miserissima pecora. Terrore etenim divinæ ultionis oculis affuturæ perterritus quidam de clientela Rogeri Castellani Insulæ, nomine quasi barbaro, ut aiunt, Ferragus, quid commiserat, quidve damni intulerat B. Rictrudi, patefecit quamplurimis qui advenerant, rem talem tamque insolitam mirantibus; tresque tantum manipulos, quos occulte rustici carro superimposuerat, indicavit; dicens illos procul dubio fuisse causam immobilitatis miseris et toties fastigatis bobus. Quod cum semel, bis et ter cum admiratione multorum repeteret; abstractas ab ipso plastro manubias (quas solus, qui reposuerat ignorante agricola, recognoscebat) in medium projecit, easque Præfecto, B. Rictrudis decimasdecimanti sive colligenti, protinus reddidit; veniamque sed et gratiam Sanctissimæ Rictrudis requisivit, et de facili impetravit.

19 Quapropter rusticola, recepta spe evadendi letus vehementer effectus, quasi prius nihil incommodi pertulisset, priori mox a se omnimodis rejecta

mestitia,

D
ACCT. WAL-
BERTO EX MS

Dan. 7, 9

Job. 41, 23

Psalm. 53, 7

coque exonerato nihilo magis proficiens,

E

dum consili-
mops Dei
opem poscit.

F

intelligit ex
messa S. Ric-
trudis 3
mergetes
adjunctos
suis,Sub Ab.
Fulcharo

dum Lorgienses rustici ita suas messes colligunt.

B

ut quæ Sancta erant nemu attingeret;

C

quidam cum plastro suo detinetur immobilis;

ARCT. WAL-
BERTO EX MS.
IISQUE REDDI-
TIS EXPEDITUS
DIMITTITUR.

Psal. 117, 18

Waseria
ardentibus
circum ec-
clesiam feni
et frugum
cumulis,

ipsam prote-
gere conspi-
citur Sancta,

A moestitia, mororem in gaudium commutavit; raptisque stimolis, animalia jugis assueta solitum iter arripere concitavit. Cerneret mira, stupenda, inopinata Dei et B. Rictrudis facta insignia, et quæ possent elicere a cordibus licet adamantinis lacrymarum fluente. Boves namque illico fere agiliores pennatis avibus, iter arripientes, quasi nulla plaustris sentirent onera, occissime properavere ad ea, quæ duce rustico disposuerant adire horrea. Interim ipse ruris incolæ, explosis manibus, immensis vocibus, quæ sibi fecerat B. Rictrudis, quæ leta quæque mœsta sibi fuerant, obviis quibusque ruricolantibus non celabat; sed omnibus omnia quæ facta extiterant, per omnia per quæ gradiabatur loca, pro ingenti miraculo promulgabat. Ferragus itidem supradictus, qui in causa se fuisse ostentaverat, qui poterat efferre cum Psalmo-grapho, Castigans castigavit me Dominus, divina admonitione correptus, quamvis nondum per suum, sed per infortunium tam evidens alterius, testimonium sanctitatis ingens, S. Rictrudi perhibuit; nec aliquid injusti debere agi erga Sanctam et electam Dei contestatus, tale quid ultra minime attentare presumpsit; nec non et prave agentes æque, ne deinceps talia attentarent, paucis admonuit. Feliciter siquidem illi agitur, qui de incommodo alterius ad salutis profectum corripitur, veluta quodam ex quodam præragio divini oraculi,

Res tua tunc agitur, paries cum proximus ardet, evidenter et caute asseritur. Caveat igitur quisque B. Rictrudi vel suis damna inferre, quæ adeo respicit non solum quantitatem, sed etiam qualitatem ac facultatem rei, nefaria arte adipiscendæ.

20 Dignum quoque memoria videtur et illud insigne miraculum, quod factum est in villa a cespitibus, ut opinamur, Waseria nuncupata, Dei per elementiam, nec non et per B. Rictrudis merita. In eadem namque, juxta quantitatem villæ, ecclesia dedicata est in honorem Domini nostri et tam Beatæ quam venerabilis Dei Rictrudis famulæ. Ceterum, ut fit famili atque messionis tempore, ex agro collecta massa feni et segetis, juxta et circa præfatæ villæ ecclesiam, ad majorem et conservationem et securitatem, posita, est, brevi admodum via et arcta, Missarum accedentibus ad solennia vix pervia, derelicta. Sed licet fragili materia circumdata, vallata et circumseptâ foret ecclesia; ipsa tamen divino nutu et Beatæ Rictrudis obtentu, a periculis subiti exundantibus flammis incendii, misericorditer erepta est.

C Attendite populi Salvatoris et Redemptoris mundi, attendite, queso et videte mirabilia testimonia Creatoris vestri. Sive igitur casu, sive malignantis ejuspiam astu, sive de villæ ejusdam ardentis æstu, quodam impetuoso et subitaneo saltu, cœpit ignis in feno et segete perfurere, magis et magis crescere, vires exerere et vehementer exercere: flammarum globi, quasi exæstantis cilibani incendia, et scintillarum ardentes funiculi cœperunt sursum convolare, aera obscurare, minari ecclesie, fastigia sacri loci velle lambere, nec posse.

21 Namque a principio incendii, mediis fastigiis domus Dei, mulier miræ pulchritudinis, imperiosæ habitudinis, vestibus induta niveis, videbatur astare, ecclesiam defendere, flammarum globos hac illacque deflectere, nec pati propius furentes ignes accedere. Igneus calor superiora conscendebat, sed pulcherrima muliebris imago astans desuper, latis et candidis manicis hinc illinc oppansis, eundem ad inferiora continuo retorquebat. Flammeos apices vires licet materia abundanter ab inferioribus pascebat: sed imperiosa Matrona materiam cum suis flammis a superioribus potenter deprimebat et dejiciebat. Pyramis siquidem flammea, grandine ignea nec iræ suæ nec subjectæ materie ullo modo parcebat: sed

nulli parcenti magisque ac magis furenti Dominatrix de eminentioribus tectis contra instans, pestem indignantem sacrato sibi sacello parcere cogebat. Qui vero de prope et qui de longe, flammæ non valentes resistere, nec segeti nec fœni cumulis subvenire, jam oblitus annualis sub igne pereuntis substantiæ, tantummodo condolebant ecclesie, itidem actutum et eadem incendii lue periturae. Quid igitur? Unusquisque in afflictione et angustia sæpissime prœnebat in hæc verba vel lamenta, S. Rictrudis, benedicta Domina, serva eam, obsecro; tua est ecclesia. Obscuritate vero famigantis aeris non poterant intuitu suo plene informare decentem speciem mulieris, pinnaculo templi, igne stomachante et ad continuandas vires undecumque materiam corradente, ad tutelam commorantis. Quid multa? Benedicta sæpe dicta prominente muliere, materiam eminentem lupo rapaci, id est igni exundanti, quasi ovem eximente, defatigatis viribus ignis apex corruit, corruens defecit, et sopitus paulatim conquievit. Tunc vero qui longius, et ideo liberius prospexerant, affirmabant, jurabant, judicioque deferendo convincere et comprobare volebant, sese B. Rictrudem in columine seu culmine templi incendii hora vidisse, accessumque flammarum a loco sibi consecrato constanter prohibuisse. Talia Dominus noster curat ostendere de B. Rictrude, ut ostendat quanta apud homines digna sit veneratione.

22 Quoniam igitur beatissima Domina nostra Rictrudis, omnipotentis Dei famula, protegit et defendit adeo cetera, quæ in honore ejus consecrata sunt loca; quid igitur putamus eam speciali loco facturam, ubi sacra ejus requiescunt ossa? Qua strenue conservante atque inter pias ulnas amplexante Marceniarum confinia, non prævalebit inimicus: moliri poterit, sed minime prævalere. Armilla enim perforata est maxilla ejus, non prævalebit inimicus: quod si perforata non fuisset, conatus pessimos frustratos non tam cito deseruisset. Conatus est utique malignus Marceniensem locum destruere; et domum Dei, quam decet sanctitudo in longitudinem dierum, ad nihilum redigere: conatus est quidem, et, permitte divina voluntate, partem conaminis effecit; sed rursus, eadem bonitate respiciente, ab incepto conamine desivit. Ad hoc tamen conabatur, ut redigeret locum in solitudinem, a quo seminator discordiæ inter oves et pastorem, proh nefas! pacis abstulerat unitatem. Pastor prætendebat causam adversus oves, non servari ab eis Religionem; oves adversus pastorem sibi non sufficienter impendi corpoream necessitatem. Pastor intimabat, ut res sese habebat, sibi præceptum esse ab Episcopo, ut quem gregem haberet sub manu sua, sibi repræsentaret justoque exerendo judicio; grex econtra adferebat, se non debere manui supponi Episcopali, correctioni vel supplicio. Hac igitur altercatione hac illacque, proh pudor! partes faciente, atque inimico zizania discordiæ seminante, atque virus antiquæ necis, propinatum diffludente, domus Dei negligebatur; servitio Dei neglecto, neglectis quoque sacris altaribus, sacra ades paulatim periclitabatur. Nullus equidem in ea remanserat, qui vel die vel nocte psalmodiam debitam in domo Domini celebraret; nemo Fratrum de convento solito atque assueto aderat, qui cum David in psalterio decachordo, in cithara, tympano et choro ante Arcam Dei more Patrum luderet; unde non jam filia Saul, sed malignus prædo; nec jam irridendo, sed invidendo, inimicus doleret.

23 Gaudebat plane hostis antiquus, cernens sibi patefactos domus Dei liberiores aditus: exultabat concionator pessimus, videns sibi non resisti solitis exorcismorum sacrorum carminibus. Cujus denique invidia

donec absumpta materia consecrasset ignis.

Dissidentibus a suo Abbate monachis,

F

et sacrorum corporum cultu neglecto,

A invidia mors introivit in orbem terrarum, lætabatur super alia infortunia, negligi corpora Sanctorum, nec illustrata decenti copia lucernarum; neque frequentata, veteri de more, sacris oblationibus, observationibus, ac devotionibus fidelium. Nævo ergo invidiæ, tabe malitiæ affectus et vehementer infectos, non primas sed majores exerebat artes magisque perversas, repellens accessum fidelium in domo Dei devotas excubias agere præoptantium: non enim audebant propius accedere, vel intra monasterium latitare, seu pernoctantes quiescere. Dicebant quippe, se nescio quibus terribilibus vocibus, nocturno tempore fatigari; seque balatu pecorum, rugitu asinorum, sibilis anguim, stridore suum aut murium, seu quolibet simulato strepitu diversorum animalium terreri. Diffugiunt vero quæritantes, idcirco magis terrebantur, quia materia ejuspiam luminis, tenebræ noctis minus depellebantur; neque horrores umbrarum, illustratione assuetæ lampadis ante corpora Sanctorum, in interiori et secretiori ædicula saltem detergebantur. Ad hoc etenim miseriarum res redacta jam fuerat, ut singularis et B. Rictrudis fidelis ac familiaris Frater, qui audacior ceteris, diligentiam suam, æque nocturno ut diurno tempore, tabernaculo Dei cum deserto tum desolato impendebat, non haberet unde emeret simplicia vitæ alimenta, nedum ad illustranda lypsana Sanctorum corporum luminaria tam diurna quam nocturna. Inimicus vero humani generis, inimicus semper luminis, nil majus post animas, quam carcerales tenebras exigebat: qui nigredinem et horrorem profundæ noctis, nigredine et horrore suo nigriorem et magis horrendam faciebat: qui tanto certior infra templi parietes vagabatur, quanto securior erat, quia nullius meritum intra sacræ habitationis spatium simile inveniebatur.

24 Datium Pontificem Mediolanensium, refert B. Gregorius apud Corinthum conseruisse eundæmone conflictum, cum ipsum Pontificem de nocte quiescentem dæmon astutus et iniquis susurris inquietaret; Pontifex vero ne non præjudicato vim niam inferret, præoccuparet miræ magnitudinis præreptam domum, multo comitatu suo sufficientem, horrendum videlicet habitaculum a dæmonica ludificatione longo tempore possessum. Quem etiam Sacerdos reverentissimus verbis improperii, verbis increpantibus, redarguentibus, suamque dejectionem exprobrantibus, insequabatur; Nunc, inquit, gloriare miser, quondam reputans te debere fieri Altissimo similem vel æqualem; nunc extollere in altum, nequam, cujus Dominus fregit cornu, cujus superbam fregit cervicem; nunc, inquam, superbi, scelestæ, cum videas, vel tu ipse potius facias tibi parificari animal quolibet usque ad vilem et parvulum soricem. Desine, miser, desine antiquas artes, astutias, dolos, fraudes, Dei servis, fonte renatis, fronte signatis, præsertim imnerentibus innectere: mulierem, quæ fertur in Apocalypsi peperisse masculum, persequi desiste: de cælo in terram jam dejecte, pœnas gehennales, calamitatibus tuis vel torminibus imminentes, intolerabiles fore decet saltem meminisse. Verum pondus vimque verborum alii Præsulis inimicus non sustinuit; neque enim exterminatus nequam spiritus domui diu possessæ, nec jam suæ, ultra comparuit. Nondum vero in eodem Marceniensi cœnobio, scilicet a suis destituto loco, Dominus futuros clientes suos sibi comprobatos atque religiosos adesse vel religioni inservire indixerat: quos in tempore sibi complacito simul ac affore jussit, armaturam ministravit, certamen ad suscitandum Leviathan firmiter edocuit. Interea negligenter ac sordide tabernaculi Dei pertractabantur utensilia, propter hostilium agminum incurrentium inapetuousa, intestina,

vel conspirata discrimina. Beneficia vero exteriora, usibus Fratrum deputata, Fratrum ad usus ab antiquis constituta, prædis, spoliis, rapinis patebant: et quia non erat qui resisteret vel contradiceret incessanter diripientibus, ob hoc raptos diripere, disperdere, dissipare, vel usque ad minimum quadrantem minime quiescebant. Sed quid per singula? Si enim enucleatius et evidentius stylo perecurrente cuncta dissidii, destructionis vel subversionis, nec non permutationis genera Marceniensis cœnobii conarentur evolvere; mens, lingua, ac manus deficeret, chartæ fortassis non sufficerent, audientes credere dubitarent.

25 Igitur justus Dominus, non tam Pastorem, quam domus Domini Mercenarium, qui erat (ut aiebant) caput et auctor totius prave disceptationis, secundum justum judicium suum juste judicavit; virga, qua voluit, eum percussit; atque e Praefectura sive de sede Abbatiae, eo quo voluit modo, deposuit: successoremque, quem dignum noverat, quique dignus erat sibi complacitum atque religiosum, in loco ejus substituit. Sicque pius Dominus continuas et assiduas preces B. Rictrudis exaudivit, locum adeo neglectum relevavit; quem demum donum obedientiæ effecit, atque collata religione religioni servos Dei inibi coadunatos invigilare præcepit. Ex illo itaque tempore, verbi salutaris irrigatione corda eorum compluit; vitamque æternam, si permanserint in proposito religionis, promittit.

CAPUT III.

Miracula in monasterii restauratione per S Rictrudem patrata.

In magnitudine vel admiratione tanti miraculi, de innovatione vel restitutione Marceniensis cœnobii, postquam gloria Domini mirabiliter claruit, ac B. Rictrudis apud Deum quanta esset innotuit, res admirabilis, stupenda et inopinabilis in eodem cœnobio, a Domino jam visitato, contigit. Diligens namque ac sollicitus Frater, quem supra prælibavimus (ceteris effugatis immundorum spirituum teterrimis significationibus) intendere rebus monasticis, dum suscepto habitu monachali Domino deserviret, ac religioni atque Fratrum socialitati neque minus solito ecclesiæ invigilaret negotiationi ac devotioni; genitalibus nimis aggravabatur, nec ad opus quodlibet, sicut solebat (neque enim poterat, nimium agra vel intolerabili sorte detentus) ulterius accingebatur. Dissolutus etenim pudenda, gravia onera deferendo, sustinendo importabilia, continuando opera, resarciendo decidua, discurrendo per ardua, transiliendo difficultia; jam deficiens, inter sua inguina vix sustentabat viscera, quæ de ventris alveo, de supremorum abdito domicilio, profluebant horribiliter ad ima tuberosa, gibbosa, atque elephantina, in formia deformantia genitalia. Postremo ejulatus multiplices emittens atque lacrymosa suspiria, usque fere ad extrema, vexabatur infirmitate tam continua quam quotidiana. Cui ergo non ars, non ingenium, non exercitium, non carnalis medicinæ experimentum, denique nullum medicorum peritorum consuetum antidotum pollicebatur consecuturæ salutis indicium; B. Rictrudis, non secante materiali ferro, non expediente manu intestina, cippo pede coarctato, aut potius funibus illigatis, trabibus suppositis corpori instar cippi ad incisionem composito, non resarciante acucutem, viam acus imitante filo, non etiam incisum depictis ankeis vel molliter stratis fulcris agrum reclinate, aut balnearum vel unguentorum longo usu inflictum vulnus confovente; sed spirituali fomento, liquore salutifero, invisibili oleo perfusum, in momento fecit optata potiri salute Fratrem religiosum.

Tenete,

D
AUCT WAL-
BERTO EX MS.donec sub
novo Abbate
restituta est
disciplina.

E

locum ut
suum possi-
debat dæmon,
Dial. 3. c. 4Fratre qui
solutus persti-
terat in
monasterio,F
ab hernia
quam labo-
rando incur-
verat,nullo huma-
no remedio
adhibito,ejusque bona
dissipaban-
tur.

ARIT WAL-
BERTO EX MS.
sanatur in
reparatione
cujusdam
fenestraz.

Tenete, Fratres, breviter quod dico, tenete; memorialiter conservate, quæso, mirabilia Dei. Præfatus igitur Frater, dum ferre usque ad mortem inguinis dissolutione prægravaretur, atque de ejus salute omnino desperaretur; accessit, petiit, pulsavit aures B. Rictrudis; salutemque, dum unum de eminentioribus fenestraz vitreæ lapidibus reliquo parieti Sanctorum præsentium ex devotione resarciret, et misericordiam sub eodem condecenti cryptæ contextu exoraret, misericordiam impetravit: pro qua insperata et totaliter indepta, continuo debitas laudes et gratias, licet nondum publice, Deo et sanctissimæ Dei famulæ referre non cessans, ad spiritualia deinceps opera majori instantia sese totum accinxit.

Ad dormitorii
restauratio-
nem

27 Exinde cœperunt vetera, prout necessarium videbatur, dirui; nova, prout oportunum ducebatur et res patiebatur, edificari; ligna, lapides, cœmenta comportari; parietes longo situ neglecti resarciri, novi veteribus inserti altius erigi. Inter alias tamen aedes sive officinas monasterii, domus requietionis magis indigebat manu reparatoris artificis; ad quam Fratres, tam post diurnam, quam post nocturnam, tum in hyeme tum in æstate, synaxim, intendebant pausatim. Igitur tam Abbas, quam ille qui præerat vestibus, idem qui vulgari editione fertur Cameraarius, consensu seu prece totius Congregationis, illic vestium impensas contulerunt; malentes carere solita vestimentorum libratione, quam perfundi adeo pluviarum, præsertim hiemalium infestissima collisione; quam etiam inquietari minutarum muscularum, quæ cyniphes melius nuncupantur, maligna et intolerabili susurratione; nec minus pulverulenti squaloris antiquatæ materie, atque ideo resolutæ in minutias cariei seu putrefacti ligni, immundorum etiam animalium, quæ non est necesse nominatim per singula exprimi, sordida ejectione. Itaque omnium cum festinatione, supputata merce, ab alienis fundis, lapidum, trahium, lignorumque ad hoc opus oppido necessariorum advecta congerie, cum multa sollicitudine, interposita cetera fere domus Dei necessitudine, aedes quiescentium post laborem Fratrum quasi ab integro cœpit componi; sed et quadam nova novi parietis insitione cum veteri ex utroque latere, manu cœmentariorum, duorum scilicet monachorum (alter quorum pater, alter filius) Ecclesiæ fidelium altius exrescere.

quod opus
dum promo-
vetur,

28 Verum enimvero cum ferventi atque alacri studio inceptum opus proficeret, seseque cum ingenti gaudio ad invicem artificum multitudo hortaretur ac moneret; maligni hostis subreptio invida, atque inimica cœtui associato et paulatim obtentu religionis associando, neutiquam defuit: quæ omnem illam collectionem, de propectu sive de reparatione vel renovatione cœlestis habitationis, veterem (ut aiunt de serpente) pellem deponentis, congratulantem, in immanem tristitiam vertit. Namque dum a frequentia vicinorum (quæ convenerat illic, quasi ad diem festum, aut veluti fere apes ad alvearium, ad classicum signorum auditum) desuper congeries aptaretur trahium, super struem lignorum, in utraque crepidine parietum in modum scalarum compositorum; unus artificum in summis stantium, molem materie superiori cum inferiori clavis affigentium, videns a longe incomposite penultimam trabem pertrahi, sicque periculose a manibus non tam trahentium, quam detrahentium atque ad ardua ententium elabi; juvenili robore, per congestas trabes in superiori versu per transversum collocatas, saltus nimios, nimis amplos et incompressos, ad succurrendum trahi vacillanti ac pene recedenti, confecit; atque auxiliator conantibus plurimis, ligneis machinis auxiliariis cum funibus in medio positis, quantum adesse voluit. Verum dum properaret; dum

Insuper trahi
succurrere
valens faber

suspendentibus molem ligneam ad altum, ne laxaretur, inclamaret; funemque triplicem trahi illigatum apprehendere, atque reliquis in transversum coæquare vellet; ex improvise alter pes nimium in præcipiti processu properantis deviauit; atque raptus per inane, citato torbine, nimia murorum ab altitudine, conclamato tamen Christi et B. Rictrudis nomine, ad terram, quantus erat, illæsus corruit. Ceterum quod fuit magis admirabile, dum laboretur, dum sorte teterrima in proclive devolveretur, dum nil cum eo ac de eo nisi de morte ageretur; sensum memoriamque non amisit, sed potius cum quadam et necessaria vitæ industria obvium parietem ligneum, ad clivum (ut ita dicatur) dormitorii cellæ infirmorum contiguum, utraque manu quadam arcuatione facta corporis ab alvo protensa, ne foret læsioni obnoxia, depulit; sicque satis cum periculo, veloci momento, corpus terræ illisit; sed muro fortissimo, protectore Domino, et Beatissimæ Rictrudis indesinenti patrocinio, cladem imminuentem, stupentibus cunctis qui aderant, evasit.

D
præceps ipse
corruit,

29 Consocii artifices et reliqui opifices, imo omnes qui ad illud opus amplius solito ea die conveniant auxiliares, quasi ad spectaculum, ad casum illos confluebant; et omnes magis cadaver exanime, quam aliquid viventis hominis se reperturos existimabant. Priora tamen artificum conventicula, insperatæ salutis vel vitæ sodalis congratulantia. Quid agis, Rainere (hujusmodi enim salutaris lavacri fonte renatus fuerat nuncupatione) Quid agis, inquiunt, carissime? vivisne? An sensisti Sanctorum Marcensium, quorum mors adeo in conspectu Domini pretiosa, præsentia ac præclara merita? et præcipue B. Rictrudis, cujus opus nobiscum tantopere insectabaris, patrocinia? An, quæ toties fuit portus quibuscumque patientibus naufragium, tabellæ tuæ in profundo aere dissolutæ neglexit saltem innuere portum; tibi que soli, præsertim operario suo periclitanti, quod absit, denegavit ferre præsidium? Quid ergo apud tuos, vel miseræ conjugii referemus de te? Tene lusisse municipali arenæ, et bravium tale retulisse? Sed quid interea de meritis Rictrudis sanctissimæ Dei famulæ? Dic igitur, cuius delatores simus, mortis an vitæ? Quid siles? vivisne? Vivo, inquit, vivo; nullo defraudatus vitæ officio, nihilque in me prævalente zabulo: duce ac rectrice Domina mea B. Rictrude, vitales auras plenissime carpo, cujus nimirum, ut jam cum ea familiariter ac verius agam, sinu usus sum in talis ac tanti tanque subiti casus infortunio. Alioquin quomodo diu poteram superesse, dum tot vicibus distractus per abrupta, rotatusque per inane, sola formidine pene potuerim occubuisse? Revera B. Rictrudis a supremis ad infima, sine gravi mei offensa, detulit me leviter; ac leniter ulnis, vel ocioribus aquilæ pennis, utpote nullo ponderis gravamine præpeditis, me procul dubio protexit ab inimici ferreis involucris, sive circumquaque per aera tensis in insidiis laqueis, ad capiendas, ut B. Antonius Paulo discipulo manifestavit, exeuntes animas e corporibus; quosque B. Severinus Archidiacono suo, dum Sanctorum loca post Matutinorum officia circuiret, Sanctum Martinum evasisse significavit, sub juncta pie querela. Quid ergo erit de nobis tantis involutis sordibus? Hospitem itaque, etsi necdum cive, rebus suis perficiendis tamen fideliter instantem, noluit B. Rictrudis in præsentiarum fore vitæ immunem; quin potius quem detulit ad terras fere sine læsione sospitem, confidenter aio, longioris ac melioris vitæ volet esse superstitem. Deo igitur et B. Rictrudi gratias ago, mortem evasi, dolore non teneor; et quod in re expertus sum, sanctissimam Dei famulam, beatam videlicet Rictrudem magni apud Deum me-

E
et accurrenti-
bus sociis

a S. Rictrude
preservatum
se testatur,
F

A riti fore scio et profiteor, meque ejus famulatu obnoxium obnoxius deinceps polliceor. Cujus equidem opus instantius jam repetam, et quod restat, incolumis munere ipsius, ocius perficiam.

morque ad opus suum redit,

30 Et cum a circumstantibus persuaderetur ut refocillaret stomachum, sumpto cibo potuque saltem permodico; ait, se nequaquam salutem participaturum oblatae refectioi, quam debebat, a qua consecutus eam fuerat, B. Rictrudi. Postquam tamen, iterum operaturus sine dilatione intermisso operi, ad superiora tecti, quod parabatur requiei, conscendit; cogentibus sociis ac timentibus, ne lassus opere tanto, jamque a matutino casu usque ad signum Tertiae continuato, deficeret: spiritum simplici et perparvo raptim panis et liquoris haustu refocillavit, et coeptum opus indies cum ceteris continuavit, et ad finem usque complevit. Hoc vero scimus et attestamur de eo, quod quamdiu interfuit operi praedicto, nomen B. Rictrudis fere sine intermissione in ore habebat, et libenti animo de ea conferebat: quodque de se gestum per Beatam Rictrudem fuerat miraculum, ad memoriam sempiternam assidue exarari implorabat. Nos itaque, quod rogavit, executi sumus, etsi non ut debuimus, saltem ut potuimus, ad laudem Domini nostri Jesu Christi, qui per suam et talem famulam, salutem et talem salutem operatus est in medio terrae. Emmanuel quippe sanctum nomen ejus, sit pro nominis interpretatione nobiscum Deus, nosque regat ac deducat ad pascua viriditatis aeternae, B. Rictrudis adepta sponsalibus.

B

31 Multorum etiam usque hodie attollitur praeconi praelara, benevola et indefessa pro suis B. Rictrudis intercessio: quae praepotenter, ac sicut misericorditer ita et mirabiliter, devotae sibi Congregationis Fratrem, in eodem opere laborantem, eripuit de mortis confinio. Ut igitur de ipsa fabrica, quieti aptae futura, Apostolica conferatur sententia, Vetera transierunt, et ecce facta sunt nova; Et Joannis in Apocalypsi dogma, Ecce nova facio omnia; inveterata et putredine consumpta, ab ipsis artificibus remota sunt inferioris laquearis et soliditatis tabulata; relictus est in longum trames, ut ita dixerim, latus et solidus, sed in latum brevis admodum et arctus: qui Fratrum necessitati vel necessario itineri deserviret, si quando vellent progredi ad emundationis naturalis ulteriora domicilia. Contigit vero quemdam Fratrem, nomine Guilielmum, sacris altaribus, utpote Levitam, ascitum et assumptum; ad quaelibet claustralia satis agilem, ipsique operi de quo agitur maxime industrium, velle pertransire, post Completam, eundem limitem malignum, angustum et obscurum, nec aliqua lucerna condensas tenebras detersum. Sed perparum processerat; et ecce, stupore simul et horrore depressus atque comprehensus, delapsus est in inferiorem locum, qui deputatus est pro more, vel potius pro disciplina seu religione conservanda, ad judicia Fratrum. Quis non viderit periculum immane lapsuro fuisse, cum nescierit nec vel senserit, ubi manus, ubi pedes, sive caput cum ceteris membris, cui voragini seu praecipitio deberet subesse? Sese utique pari modo comitantia subitoque fuere casus et incessus. Nam adhuc putabat recte incedere, firmiterque vestigia in pervia regere, et jam invia et profunda penetrabat, nulla aut modica dote memoriae, ingenii, intellectusve derelicta in cautelam necis evitandae. Pugnantibus igitur fata et B. Rictrudis digna suffragia. Nec mora; contrariae vicissitudinis caligine detersa, digna Deo Dei famula Rictrudis superior fuit in causa: neque enim desinit suos intueri, quos propriis, non alienis impendiis disposuit benigne tueri. Sed jam diligentius rei summam attendans, Fratrique praedicto et denominato in servitio Contratrum, nec

Ex eodem dormitorio necum strato

2 Cor. 5, 17

Apoc. 11, 5

delapsus Frater in locum Capituli,

super congesta ibi rudera,

non in quolibet opere pari atque utilissimo, ab ipsa hianti et patenti fauce mansionis dispositae requiei male descendisse, super congestum caleis et sabuli, imo super immensum tumulum vel aggerem cumulatam veteris inferioratae materiei, condoleamus. Nec tamen desuper, sed de latere corruit, ac continuo super glebas obduratas antiquae maceriei, substratis praeduris fragminibus antiqui roberis, resilivit. Inde vero Dominus secundum multitudinem miserationum suarum misertus est ejus, quod non incidit in robur praefixum ferro duarum columnarum, (ni fallor) in eodem positarum in signum dilectionis diligendorum Fratrum, quarum tamen officium deputatum deservire laqueari vel sustentationi trabium. Nam si in eas incidisset, mox capite diminuto cerebroque discusso, vita prorsus caruisset.

32 Ad eujus casum et sonitum vicinum Fratres tres aut quatuor, qui de completa synaxi remanserant rerum procuratores, illato lumine, gestae rei ordinem et miserabilem conditionem sciscitabantur; et super eo valde ingemiscens, aliqua enormitate scelerum diligentiam S. Rictrudis aversam et ademptam sibi esse conquerebantur. Ille autem, quia Completae in Conventu cum ceteris officium compleverat, potius nutibus manuum et signis, quam plectro linguae verborumque modis vel sonis, divinam correctionem vel animadversionem, suique corruptionem et multimodam membrorum collisionem demonstrabat. Super his idem Frater signa creberrima in fronte media seu affinitate proxima guttaris et colli faciebat, quibus ad congruam interpretationem Fratrum, capite innuens, sanctae Crucis per virtutem, perque B. Rictrudis intercessionem, sese de praesenti mortis angustia ereptum designabat: cujus rei munitionem paulo ante trina oratione coram altari cum Fratribus, sicut moris est, post Completorium imploraverat; et, ut erat cernere in praesentiarum, impetraverat; sed et in casu suo parum quid in idem nec intelligibile submurmuraverat. Cujus dolori, maxime dextri lateris ac brachii dextrae partis, super qua ceciderat et qua plurimum plangebatur, compatientes; correptum inter brachia Fratres, in cellam infirmorum deduxerunt, vel potius vix incessui aptum detulerunt, eumque plangentem ac dolentem, nec in vita vel salute spem plene habentem, lecto molliori humanitus composuerunt. Solliciti tamen servare unitatem spiritus in vinculo pacis, prout movent scripta Apostoli, crastinam colloquutionem expectantes, eum vota precesque B. Rictrudi ante sacrum ejus sarcophagum deferre invitaverunt; ibique corporis recuperandam ac restituendam sanitatem, si devore exoraret, benignissime commoverunt. Ille vero laud segnis executor praecceptorum Fratrum, prout potuit, quantocius secretum B. Rictrudis colloquium expetiit; ibique cum ea, velut in secreto thalami, vix biduo aut triduo de necessaria re agens, salutem obtinuit; ac desideratam filiae Regis gloriam secum ab intus retulit; Deoque et B. Rictrudi adjuncta Fratrum caterva, benelixit; sibi servitutum, quoad viveret, fidelius ac devotius salutifero foedere spondit.

33 Jam vehementem minuscule existimationem plebeculae erga venerationem beatae Rictrudis quantum putares, quantum penderes, cum audita insignium et talium factorum recenti fama, videres pro posse deferre tegulas, lateres, calcem, saburram, lapides, ac invicem semetipsos in his simplicibus verbis exhortantes, Eamus, eamus; S. Rictrudis liberat a malis omnibus sibi deservientes, quae nec sinit suos operarios vel artifices in casibus suis ad mortem fieri praecipites. Ab hujus itaque famae, quasi aeris candentis scintilla demigrante, parvus primitus et infrequens cultor, usque ad primores,

D
ALCT. WALBERTO EX MS.

servatum se ne collidetur indicat signis,
E

et a lateris ac brachii attriti dolore

Eph. 4, 3
F

sanatur ad seputerum Sanctae:

miraculis istis ad opus jurandum

AUCT. WALBERTO EX MS. *incendantur plebis ac procerum studia.*

A quisque jam congratulabatur, B. Rictrudis limina terere, seque suaque suis suorūque religiosis deprecationibus salubriter committere. Qui vero, multis confluentibus causis et secularibus incommodis, non valebat adesse; favorem tamen et gratiam B. Rictrudis non intermittebat, accessu plurimorum bonorum mediante, expetere; ejus præconia, prodebat per quæque etiam remota pertransire. Lubricus autem anguis et lividus hostis, cum suis funestis satellitibus tristis et confusus, nihil jam suum in domo Dei pro velle reprensens, graviter animadvertibat sacre religioni se suosque turpiter cedere, quam, multum dissimili a priori proportionem, crebrescentibus miraculis conspiciebat in sacris moribus non minimum præpollere.

CAPUT IV.

Auctoris curata paralysis, Balduini facinorosi conversio, curatus scrofularum morbus.

B *I*psa scriptor, *Ne* vero longe petantur exempla, ut cognoscamus in terra, quanti sit apud Deum Reverenda Rictrudis, operum per merita ac virtutum per opera; me ipsum profecto memini, Fratrem videlicet Gualbertum, famulantium sibi, fateor, minimum; non mea utique præsumptione, temeritate, seu ostentatione, sed fidelium Fratrum, notam rei certissimam perpetuo reservari monumento exhortantium, frequenti astipulatione, hæc eadem referentem, scribentem, recitantem; me, inquam, memini incolunitatem mei Beate debere Rictrudi; quem inexperta, nova, inaudita, dejectum, debilitatum, dissolutum dissolutione et paralysis, nullius membrorum corporis jam potestatem fere habentem, in integrum restituit; nullo penitus apparente signo vel vestigio (ut attestantur B. Rictrudis miracula verius admirantes) præteritæ obnoxio infirmitati. In secundo quippe exitu de Ægypto sive de populo barbarico, nihilominus abrenuntiato Pharaonis crudelis exactoris nefando imperio, causam inertis atque in religione rudis adhuc agens, utpote novus tiro, noviter reconciliatus, initiatus, atque aggregatus ovili seu gregi Dominico; casu accidente, cum Patre mei monasterii, Aquicinctianorum proxima confinia Fratrum expeti; expetendo, spiritualem catervam in proximo positam devote salutavi; devotius salutando, devotissimis eorum orationibus me commisi: ibi etiam compendiosam ilebotenantis famuli manum comperiens, postquam eum satis extuli, eadem percurrente, patre præcipiente, et filio obaudiente (utroque tamen spirituali) satiem voto meo vel desiderio ac necessitati dedi. Pervigente namque sanguinei fluentis incommoditate, sed deficiente Marcenarum tunc, cum commoditate medicinalis peritiæ, opera arte, ingenio idonei vicemque medici gerentis ministri; pravi, nocivi ac superflui humoris inquietudinem intrinsecus impugnantem oliquavi, ac extrinsecus ultra legitimum atque institutum terminum retentum sanguinem salubriter emisi; sique nociva quæque, quæ innocuis erant adversa vel contraria interius, libens amisi, et damna sine damno toleravi.

a seculo reversus ad monasterium,

dum secta Aquicincti vena,

Marchianas regressit

C *Verum* tamen parva aut nulla pæne mora interposita, postquam sanguinem minui, necessaria legatione ejusdem Patris secunda etymologiam suæ denominationis (qua denominabatur Amandus) bona cuncta volentis et amantis fungens; per devexum aquæ, perque eandem alvei semitam, per quam illic una cum prædicto Patre transieram, properante remige, rediit. Reversus itaque in tertia die minutionis inceptæ, cœpi aquæ fortassis immeritæ

improperare, causasque repentinæ dissolutionis paulatim per membra repenti imponere. Jamque illo quotidie ingravescente vel succrescente incommodo, pilus barbæ vel capitis novacula eradi vel evelli minime poteram pati, vel munditias ceterorum Fratrum exequi. Condolens vero pie meus Abbas meæ passioni, adeo convalescenti et confudenti superficiem male alteratæ faciei, consulta discreto misit me curandum Domino Bonioni, medico Atrebatensi professo, sed apud Aquicinctum commoranti; qui præ aliis suæ artis medelæ peritus, viscera misericordie super infirmos gerens, de totis præcordiis compassus infirmanti, multimoda curationum genera adhibuit; atque octonis diebus, quibus apud eum commoratus sum, assidue nocte ac die fere vi diacodii ceterarumque potionum vel confectionum expellere hujuscemodi morbi genus non destitit. Ego vero interim, disterto turpiter ore, vix aliquo ciborum genere poteram refici. Residens quippe ad mensam, postquam diurnæ inservieram calamitati vel abstinentiæ, Fratribus quibusdam infirmis, nec non clientibus capitis mei occipitium stringentibus vel sustentantibus, iisdemque ministris, esuriei curus jugales quasi enervare attentans quoquo pacto, satis quidem misere comedebam; verum eosdem sine mora cibos comestos, vel potius cum labore ventri trajectos, vix aut minime masticatos evomebam; quippe nauseas seu vomices jam nulla reverentia inlibere poteram. Inde desperatum de vita, aliquo signo pro lingua confusa formato, inter ulnas et brachia ad lectum trahebantur vel quasi semimortuum ad necessaria naturæ clamantem, dolentem, ejulantem, prorsus tædio vitæ affectum, deferebant et referebant. Horres me hiantem, et in verba conantem; sed ora difformiter divaricantem; sed confuso murmure suffocato in gutture, confuse, nescio quid, verbis plectro linguæ non plenarie informatis, blaterantem. Et quid multis? Relegavit me, laborans in me frustra, multa sed cassa arte in cura mei benigne expensa et consumpta, Dominus Bonio, monachus bonus et benignus medicus; tamen indico quid adhuc super hoc facere deberem, novenis scilicet diebus balneis a mane usque ad vesperam quotidianis et continuis uti, torre igneo sumpto in manu, nucis grandiuscula in bucca, eadem bucca torrem insufflante, flammam nutriente et excitante, ut vel sic os contractum ad locum suum seu ad pristinum statum redigeretur; multa sinapi etiam trita atque in pulverem contusa, calidis aquis balnearum exhibita et commixta.

36 Ex eadem tamen infirmitate vel dissolutione, septima septem septimanarum peracta evolutione, satis infelicitate elaboravi, asserentibus plurimis eundem morbum incurabilem, propectæ præsertim ætati. Tandem pio interventu atque efficaci cura vel medela B. Rictrudis, quam quotidie Abbatis vel Fratrum suadela visitabam, visitando frequentabam, frequentando exorabam, ante cujus corpus sacratissimum pronus jacebam, vultu dimisso in terram, corde tangente cælum, manibus expansis ad Dominum, sanitatem recepi. Unde omnes acclamabant, nullam omnino aliam, præter Domini et B. Rictrudis medicinam, mihi adeo tamque perfectam et integram sanitatem potuisse reddere: quæ sine prioris læsionis vestigiis videbatur tam perfecte adesse, præterquam quod inversa atque titubantia verba efferre videbar ab ore, raro tamen. Ipsa enim pia, misericors, et propitia, singularis, specialis ac propria Marcenensium Domina Rictrudis, mater, soror, filia summi Patris devotissima; quæ licet au lenter, non tamen impudenter reverso pridem videbatur dixisse, Congratulamini mecum, filioli, oviculæ de exilio longinquo atque diuturno redeunti: ipsa, in-

D *paralysis incurrit:*

curandus remittitur Aquicinctum,

E *ubi nausea et vomitu attenuatus,*

et ore distorto nil eloqui valens, redit idem qui venerat:

F *atque post 7 hebdomades*

sanatur ad Sanctæ sepulcrum,

quam

A quam, Deo sacrata et dilecta, malis meis bene sciens uti, non jam prout merueram, vicissitudinem mali, imo pro malo bonum mihi impendit. Dereliqueram etenim Dominam, quod non erubesco, sicut nec Evangelista de publicano erubescerat, quod male fuerat, confiteri; et conformatus Angelo apostatæ in apostatam, fidem tamen minime, sed rem monachi abnegans, sive clericum simulans et monachicæ puerile votum dissimulans, diu, prob nefas! servieram. Baalim. Sapientia quippe mundana, quæ juxta Apostolum, apud Deum reputatur insipientia, me sibi ultra modum illexerat; meque profugum ab ea, glutino tenaci nimis tam sibi quam seculo nequam atque vitioso conviscaverat. Sed flagellatum, sed castigatum, sed emendatum, vel, utinam in melius! immutatum, gratiæ suæ inexpertem, tanquam mensura gomor, expensæ, remensæ, et ni fallor, proficiente statu religionis duplicatæ, dulce manna mihi præbens in alimentum, non fastidienti, nec jam in Ægypto ollas desideranti carni, denuo servitio ejus astrictum, sicut in Domino Jesu Christo confidit, minime me dereliquit memorabilis sanctitas Rictrudis egregiæ.

B 37 Non solum autem corporibus, sed etiam animabus scit mederi sub gratia Dei Domina nostra carissima et beatissima Rictrudis: sicut de quodam militari, media inter juvenem et senem ætate constituto, raptore, injusto, et ad omne facinus prompto atque parato, nomine Balduino, comperimus. Qui dum interesset assiduus, ægestate præsertim eogente, rapinis, incendiis, et cædibus hostilibus, nulli fere vulnus vel modicum infligebat (unde et ipse nimium conquerebatur) quin de vulnere, vel levi motu ab eodem injecto, sine retractatione medellæ interimeretur. Iste autem tam flagitiosus, tam crudelis, tam execrandus, dum forte quadam nocte, fatigatis infatigabili diei actione artubus, in stratu suo solito profundius somno indulgens, totus solveretur; visum est sibi subito se Marcenis translatum adesse, atque Missæ solenni, quam B. Rictrudis ipsa eadem, induta Sacerdotalibus infulis, celebrabat, cum alio quodam in primævo flore juventutis pubescente, Anselmo nomine, Patris spiritualis gregis, juxta vocabulum Amandi, Deo et hominibus amandi nepote; utroque tamen, sub nudo aere extra parietes resonantis cryptæ, ejusdem expectante benedictionem Sacerdotis reverendæ. Cumque post recitationem sacrorum, in Evangelica lectione verborum Domini, de more Sacerdotali, humilem faciem, digitorum aptam complicationem, cum reliqua coaptatione membrorum, humiliter astantibus inclinaret; seque inflecteret, ut pro se quisque Dominum verum Sacerdotem exoraret; luminibus, naturam lynceis exuperantibus, obstantem murum in reflexione sui corporis ad altare penetravit; illumque reum, nefandum, facinorosum, sanguine cruentatum, sed veniam deposcentem, pugnis pectus tundentem, crines vellentem, emendationem omnimodam pollicentem, et pœnitere volentem, sed præ pudore nihil vel hiscere audentem, aspexit.

38 Quo viso, illico misericordia mota super illo, convertit se denno ad B. Eusebiam virginem sacram illic astantem, filiam suam carissimam; Vade inquit B. Rictrudis, perfode continuo parietem; et introduce illum cum festinatione, quem invenies exterius tristem, gementem, plangentem, sed et habitum pœnitentis gerentem: gerit enim secum reptilium similitudinem, animalium immundorum abominationem, culturam idolorum, ut in Ezechiele legitur, execrabilem; sed omnibus his pollicetur sine dilatione abrenuntiationem. Verumtamen prius ista (et forte tenebat corrigiam in manu) liga eum; sicque ligatum et introductum fac eum interius de dextera

parte residere nobiscum. Beata vero Eusebia, virgo Christi prudentissima, obediens jussis sanctissimæ Matris sine mora, virum denominatum perfosso pariete appetiit, eumque per media ilia materna ligatura constrinxit; sed tamen de industria adhuc expectans jussa Matris iteranda, ea vice eundem non introduxit. Rursus B. Eusebia ad se reversæ Sanctissima Mater, Accipe, ait, hæc suppara (id est, quasi manicarum apta ligamenta) et constringe eundem fortiter circa mamillas et circa pectora; sicque constrictum, colligatum et comprehensum, adhuc cum tecum, non amplius a nobis recessurum, utpote seculo renuntiaturum, nec jam terrenis lucris inhiaturum. Factum est igitur, ut imperavit beata Mater. Alma sane Eusebia, Christi virgine idonea, legationem exequente, vincetus, coarctatus, introductus, stansque in præsentia B. Rictrudis flet et dolet, pœnitetque quod commiserat miser. Erat autem et alter interim juvenis, qui secum venerat, eventum atque exitum rei præstolans adhuc extra. Sed et illum jussit B. Rictrudis, sciscitante sponsa Christi Eusebia quid de eodem fieret, paulo post ligari, simplici tamen ligamine, et introduci.

39 Expergefactus vero qui prius fuerat jussus ligari et introduci; cœpit vehementer flere, nimium dolere, totumque exuberante imbre stratum suum pie irrigare. Flens itaque assidue Marcenisem apud villam, Asconium nuncupatam, accessit ad Abbatem, dum deferrentur corpora Sanctorum, beatæ videlicet Rictrudis ejusque filie sacratissimæ Virginis et sponse Christi Eusebiæ, extra Basilicam, propter removendum, placandum, sive terrendum exercitum Flandrensium, segetes vastantium Austrebantensium, ne idem fieret novalibus deputatis victui Fratrum Marcenisem. Flens, inquam, atque prostratus Domni Abbatis pedibus, totus in preces ruit, visa retulit, misericordiam imploravit, monachatum petiit, obedire Deo et homini sub Deo sibi que promisit. Porro, quod fuit valde mirabile, visum illum, qui secum ligatus fuerat per somnium, quem nunquam antea viderat, videlicet Anselmum, sororis Domni Amandi Abbatis filium, optime recognovit. Abhate vehementer renitente, et causas impossibilitatis et sui et illius afferente, atque evolvente; vehementius ille perstitit in petitione, vehementissimeque studuit Dominum exorare; donec præcinctus non solum renes, sed etiam mamillas, uti figuratum est per Angelum in Apocalypsi, zona aurea, meruit realiter colligi; et in hortum deliciarum, utpote sociandus cœtui religiosorum virorum, intronitti; atque expetiti loci cohabitator fieri, sicut jusserat B. Rictrudis, et consignificaverat in supradicta visione. De illo autem alio simpliciter secum ligato, necdum B. Benedicti jugo supposito, idem expectabat, exoptabat, et cum lacrymis in proximo de proximo expetebat. Splendorem autem nimium, qui in crypta refulgebat, et canoram sonoritatem, nec non remissam modulationem sive jubilationem, quando B. Rictrudis in eodem apto, quasi subterraneo specu, Missarum solennia celebrabat, multis gemitibus et piis querelis referens, multoties Fratres lætificabat atque exhilarabat.

40 Quondam etiam, sicut antiquorum Patrum veridica assertionem relatum est, frequentabatur B. Rictrudis populoso accessu miserissima infestatione vermium laborantium, quod genus morbi scroellæ vulgariter nuncupatur; quod genus utique incommodi, compaginem membrorum, cui adhæret fere sicut cancer, misere populatur. Sed sicut profecto seculo prompto ad malum refriguit caritas multorum, ita ex maxima parte intepuit frequens devotio, seu visitatio Sanctorum. Accedentes igitur laborantes, egrotantes, vermibus scaturientes, vermesque

D
AUCT. WAL-
BERTO RX MS-

ad eam
introducitur

E
quo viso jam
totus alius

habitu ab
Abbate petiit
et impetrat,

et agnoscit
visum simul
ligari nepotem
Abbatis.
Apoc. 1, 13
F

Curatur
morbis scro-
fularum,

a qua redu-
ctus fuerat ad
dimissum olim
monasterium.

Cor. 3, 18

Balduinus
miles faci-
norosus

somniat se,
coram Sancta
Missam
celebrante

pœnitentia
tangi;

et ejus jussu
a S. Eusebia
constrictum

A secum, maligna pruriginē sæviente, deferentes, continuo experiebantur virtutem Domini nostri Jesu Christi et B. Rictrudis, nec non sanctissimi filii ejus Levitæ et Abbatis Mauronti; de cujus aqua medelæ efficacis, quæ hodieque fertur Puteus S. Mauronti, quæ ipsemet dicitur effudisse, ut esset præsto sacrorum vasorum sanctificationi atque emundationi; de ejus, inquam, salubri aqua potati, facies et membra per singula loti curabantur, nulla ulterius vermium occupatione detenti. Deinde commendantes se precibus sanctissimæ Dei famulæ Rictrudis et beatæ ejus progeniei, proficiscebantur in tabernacula sua, lætantes inenarrabili lætitia super omnibus bonis, quæ eis contulerat verus Rex Salomon pacificus, per Sanctorum suorum merita. Verum unus, idemque benignus, et trinus Deus; qui in suis aliquando non est recens operibus; post quem, nec ante quem, nec est, nec fuit, nec erit Deus alius; eadem et majora novit suis dare fidelibus, recta fide, spe et caritatis fervore postulanti- bus, munditia, innocentia et sanctitate vitæ præeun- tibus, ac summa rationis ope ceteris animantibus præstare decertantibus. Sec quia partem, prout meminimus, miraculorum B. Rictrudis propositorum quoquo modo perstrinximus, nunc ad reliqua, quæ ad nostram pervenere notitiam, neque fastidio aliquo intercepta sunt, vires resumamus.

LIBER SECUNDUS.

Ulliones pro Sancta divinitus exercitæ.

CAPUT I.

Quatuor Advocatorum totidemque villicorum monasterii miserabilis exitus.

Hoc quoque insigne libertatis privilegium, sicut superius in præmio constat prælibatum, Sator rerum libero reservavit famulatui suorum; ut sicut ipse Deus et Dominus ullionum triumphavit et debellavit potestates, et nefanda jura tenebrarum captivavit, atque exulavit phalanges confusus perfidorum Judæorum; sic non hostilis, sed concors unitatis, et pacis, et cœlitus vindex incursio Sanctorum, insurgat pomposæ tyrannidi mundanorum, et injustæ potestati in cathedra pestilentiæ residenti male dominantium, nec non factionibus, injuriis, fraudulentis malignantium; sanctam matrem Ecclesiam, sine macula aut ruga sponsam Christi dilectam, opprimentium; sine misericordia, sine respectu justitiæ, damnis et calamitatibus pauperum orphanorum, pupillarum, viduarum, incumbentium, Et ut ait Salomon, in rebus pessimis et cum male fecerint nimis exultantium. Freti fuerunt hujus prærogativæ commercio viri in Dei rebus admirabiles, Sanctus Martyr Livinus, atque Sanctus Confessor Christi Bavo, ut eos interponamus verbi gratia, pro horrenda, rara, ac tremenda patratione miraculi sub exemplo; neve importuna, dira, seu inhumana beatissimæ Rictrudis, de persequentibus se vel gentem suam, videatur ullio.

42 Ipsi quidem Sancti denominati insurrexerunt contra vesaniam vel præsumptionem nimiam cujusdam Arnoldi, alto sanguine generis oriundi, et calice fortunæ exundante, sed paulo post in acetum verso, nimis ebrii, nulla vice reverentiæ servata vel homini vel Deo. Sed, o mira virtus Christi! Quanta malignatus fuerat inimicus in Sancto, cujus os maledictione et amaritudine et dolo plenum erat, blasphemans et inferens; Quid mihi et Livino? Hoc autem modo convitiando, non dabat honorem Martyri sanctissimo, illuc ad decernendos Sancti Ba-

vonis fines, ad dirimendas lites multo comitatu confluentis populi, substituto. Postremo correptus semel et secundo, cum publice, tum secreto, addictus etiam in verbo Domini spirituali gladio, neque respicere, neque ea, quæ juste competebant S. Bavoni, injuste usurpando, restituere voluit, in pertinaci et avara mente: Achab, vineam Naboth expetentis, in obstinato et duro corde nimirum, et Pharaonis consimilis. Verumtamen publico anniversariæ dedicationis Basilicæ S. Bavonis conventui, inter quoslibet occurrentes, et ipse occurrere non extimuit, et quasi nihil contra Sanctum commisisset, numismatis oblationem intra cœlestem aulam præsumptuose intulit. Verum enimvero dum sacræ imagini crucifixi Domini astartet; et de fine templi, non promittens finem mali, sanctam Crucem aspiceret; tanquam secundam iteraturus orationem, pronus in faciem cecidit; atque, dum putaretur orationi, spiritu permutato, vacare, veniam quærere, redditurus terram cum injustitia possessam, ulterius a malitia desistere; subito miser anima, vita, terraque exanimis caruit; et quod nequiter contra Sanctos actibus et verbis egerat, palam cunctis, qui aderant et ad diem festum convenerant, apparuit. Demum corpore seu cadavere paulo ante cum anima vivente exposito et absoluto, sepulturæ officium juxta ritum fidelium, non omnimodo denegatum est peccatori; terra, qua abusus fuerat, finibus suis contigua, de integro per parentes suos reassignata, et Sancto restituta Bavoni; spondentes ultro, dolentes et lugentes de propinquo, non se commissurus de cetero quidquam erga Sanctum Dei. Nullatenus tamen procedit de immiseriordia, quod sic se exerunt ad vindictam fortia Sanctorum agmina; sed potius de immensa misericordia, ab illo et per illum immissa, qui mavult ad tempus plecti corpora, quam animarum perpeti dispendia, nec judicabit bis in idipsum.

43 Ferunt etiam de beata Rictrude Domina nostra dilectissima, hac eadem indepta libertate, quod fortiter vindicat se de inimicis sanctæ Ecclesiæ, qui sibi vel familiæ injustitias, injurias, fraudes inferunt vel nituntur inferre. Subita enim et inopinata morte præventi aliquando, etiam rerum suarum ad minimum quadrantem profligatione detriti, pauperie misera circumventi, atque humano solatio destituti, obeunt. Alii hostiliter seipsos, propria manu illata sibi, miserabiliter concidunt; atque atrociter propriis armis, inimica occasione occurrente sequè ingerente latenter, irruunt. Alii repentino conflictu hostium, hinc spoliis adversæ partis inhiantium, hinc obviis telis suorum sua jura defendentium, tum pro vita, tum pro rebus viriliter dimicantium, terga dantes, gravia e certamine vulnera referunt, e quibus aut vix aut nunquam graviter lecto incubantes resurgunt vel evadunt. De quibus illud impleri videtur, quod per Psalmistam dicitur, Viri sanguinum et dolosi dies suos non dimidiabunt, neque in arcu et scuto et gladio et bellico procinetu similitates et perversas artes complebunt; denique quantum velint servis Dei minime nocere prævalebunt. Gravem tamen manum B. Rictrudis, maxime Patroni (qui et Advocati) nec non et villici Marceciensis Ecclesiæ, sicut multi attestantur, persensere; nec immerito. Jus enim exigebat, ut qui erga Dei famulam audaciori deliquerant præsumptione, sors gravior redundaret in eorum capita punientis seu vindicantis pœnæ.

44 Unde aiunt perversum morem cujusdam male patrocinantis, miram et a seculis inauditam vindicis Domini sententiam attingisse; atque inevitabili persecutione animalium, a pluribus suæ quantitatis pedibus denominatorum, in ipsis etiam et pœne fer-

prædium
S. Bavonis
perlanctiter
usurpantem.

E
in coque sub-
bito extin-
ctum;

etiam in
S. Rictrude
patuit:

F
severe se
ulciscente

Psalm 5, 7
de injustis
Advocatis
et villicis
monasterii,

quorum unus
a peccatis
corrasus perit

AUCT. WALBERTO EX MS.
ad puteum
B. Mauronti
invocata ope
matris.

Facultas
exercenda
ullionis
concessa
Sanctis,

Prov. 2, 14

qualis apparuit
contra
Arnoldum;

A ventibus balneis, ad onecandum infandum examen de industria excogitatis et preparatis, singulis e membris scaturientium, quemdam Albricum consumptum atque praefocatum misere expirasse. Quoties vero domestici ejus, et maxime fragilior sexus, hujuscemodi minutias repullulantes vermium eraderent de carnibus ejus, veluti Almenidis manu perscrutante divortia succrescentis hydræ, ex superfluo supersedi demonstrare. Nec tamen praedecessoris suis miserandis casibus aut conditionibus perterritus est, ut debuit, succedentis officii Fulbertus successor indignus: qui et ipse prava judiciorum injustorum vestigia tenuit; dirus exactor, plebscita cum indignatione et amaritudine et ira pertractavit; patriis legibus abutens, crumenæ potius quam causæ, cupiditati magis quam correptioni consulens, quæ justa erant injuste disceptavit; non tam juvenum consilio, velut Roboam, quam suo illectus, populum Dei scorpionibus flagellavit. Verum Auctor rerum, Judex omnium, qui judicat orbem terræ in æquitate, non est diu passus Patronum judiciaria virga sua iniquum furorem suum exercere, qua plebis Israeliticæ, mandatis suis non obtemperantis, placabili tamen ultione volebat errata corrigere.

alius plebem opprimens,

fracta cervice expirat:

tertius eodem similis

B Fracta enim cervice, dum cursu circumvolitaret quadrupedante, idem miserandus Fulbertus luit pœnas acerbas miserabili vicissitudine seu redditione apud summum Judicem pœnalis atque inevitabilis pœnæ, parva aut nulla seraque deliberatione confessionis vel pœnitentiæ.

45 Operæ pretium est etiam duorum ejusdem generis, alterius subitaueam, improvisam et insperatam interfectionem, alterius gravem atque importunam egestatem inserere, ut posteri eorum discant, B. Rictrudem suos affligi haud leviter ferre. Dodo Judex iniquus, nimis crudelis et austerus iis quibus patrocinari debebat, injustis quæstionibus affligens subditos et clamoribus, quadam die, obstinata mente, quod nulli subditorum vellet parcere, causis nimis turbulentus agendis resedit, causas excogitatas multiplicavit, plura falsa paucioribus veris permiscuit. Et quid plura? Plus equidem a superioribus diebus, increpationibus, invectionibus, datis insuper vadibus, miseros afflixit. Postquam autem visum est ei, satis causarum complexionibus consedis; indignans animo, quod protelatione exequendæ justitiæ plurima et malitiose excogitata desereret, equum evectum ascendit, phalerato supinus ac superbus resedit, viamque reversurus ad sua, usque ad mediam fere proximam silvam, arripuit. Et ecce a tergo vindicta Domini, virga furoris, virga utique plagæ insanabilis, quæ eum insequens velociter, graviter, atque atrociter percussit. Miles namque strenuus nomine Guntardus, nimium quem effert usque hodie gaudens novitate vulgus, celeriter admissis post eum equo transeuntem insecutus, quasi deferens Landastensis Amalrici mandatum, tam sui quam illius Domini, ad colloquium ejusdem evocavit; eundemque Dodonem, licet invitum, licet nolentem, retrocedere efferata voce coegit. Cumque ex improvise revocatus, ora equi frenis alternatis castigaret, atque calcaribus ad properandum retrogrado itinere terga quadrupedis perurgeret. Guntardus properantem increpitans, cur non magis properaret, dorsa properantis gravi vulnere illiso graviter cecidit primo ictu, nec secundo apposito spiritum ejus in auras extrusit; sicque Dei inimicum et B. Rictrudis clientelæ adversarium funditus extinxit. Tum vero cerneret viros ac mulieres, parvulos ac senes, e caveis exilire, complosas manus ad cælum ferre, justis Judicis acceleratum judicium et B. Rictrudis insigne factum collaudare, venerari et magnificare; nec non et mamillas, quas suxerat

fradulenter confoditur;

cum lacte qui cum peremerat, efferre ac benedicere; cum cantibus, choreis, obviis itineribus revertenti, transeunti, alludenti, gratulabundos exire; xenia, obsequia, hospitia Guntardo offerre.

46 De impudentia vero et calamitate notabili alterius, quem identidem proposuimus, Phamreli scilicet cognominati, brevis et evidens discussio, [erit] divitum, ne eadem incidant neve idem patiantur, cauta circumspectio. Quem illius ævi successoris veris astipulantur assertionibus, de annuis successibus, de Regis sumptibus, de mutatoriis duplicibus, ad tantam inopiam devenisse, ut etiam de vita quibuscumque cibariis sustentanda desperaret, et usque fere ad siliquas porcorum cupiendas descenderet; de loco etiam ad locum villarum, municipiorum, urbium arenas discurrendo conculcasset, conculcando discurreret; venales merces quaslibet collotenus sustinendas deferre nec indignaretur; nec parvi, sed potius magni duceret jejuno stomacho, raro vulgaria contemnenti imo magis ab Esau desiderii edulio tabescenti, vilibus impensis seu mercimoniis succurrere. Quicumque vero prioris notitiæ obvi eum habebant, priorem fortunam, priorem potentiam, modo serio, modo illudendo ei improperabant, et miracula B. Rictrudis præteriti temporis, respectu hujus tam evidentis, quasi pro nihilo ducebant. Unde sæpe et addebant; B. Rictrudis, ludus fortunæ in manibus tuis: paveant inimici tui, ne forte nimis irascaris, et ocius resipiscant.

47 De villicis vero certa et præfixa est sententia, frequenter multa calamitate, multo cruciata, miseraque mulctatos morte, male ab hac vita atque miserabiliter exisse. Sed dum succinote male villicata male villicantium incuria enititur annotare, ingerit se memoriæ tristis exitus Guillelmi Goyensis villici, ab hujus mundi, ne dicam ab incolatus sui cœnacula voragine. Hic nempe Guillelmus, in primævo flore juventutis non solis contentus militariis stipendiis, dirigebat animum, velut arcum intentum, sollicitudini paternæ successionis vel regendæ familiæ, vice patris seu defuncti fratris jam sese respicientis; in quo, præter affectum filii ad regendam matrem vel conservandam, vigeat affectus maritalis; felix, si æque fovisset jura B. Rictrudis, sicut fovebat, quæ erant, etsi pleraque usurpata vel pervasa, carnalis matris. Verum hic aliquando, Lucifero faciem, officium, denominationem, sed non essentiam alterante, nondum tamen rubore auroræ in pallorem diei demutato apparente, necdum vicino Geminorum signo Cancro seu solstitio terras exurente; hic, inquam, Guillelmus propinquo tempore messionis, industriam gerens, ut præfatum est, paternæ sollicitudinis, et tanto magis instans immaturitati conservandæ frugis; dum adhuc indulgeret stratui matutinae requietionis, incertum est utrum in somnis, an insomnis huserit vocem, male præconantis jumentorum alienorum depastionem male ominatæ segetis. Quare torporem ignavia, qui maxime nescio quo pacto circa matutinum tempus solet pigros opprimere, impigros seu tardos obsidere, suis a temporibus excussit; et de revisendis segetibus meditans (O mors! qua proxima es homini, sed ignorat homo) et nihil mali affuturum suspicans, tergo quadrupedis insilivit: sumptaque hasta, non sua vel secunda ea die usus fortuna, campos exundantes novellis plantationibus solus cum solo equo adivit; in sibilos gratos aurarum, lascivas comas pubescentium messium, turgentes inflexiones spicarum, arundineas atque invalidas hastas arborum validis impulsibus zephyrorum cædentium, non reversurus se immersit; ad locum devenit, ubi latitantes et depascentes alienos equos segetes reperit.

48 Quibus visis vehementer commotus et in iram succensus,

D
AL CT. WAL-
BERTO EN MS.

quartus a
summis
opibus

ad maxi-
mam egesta-
tem devol-
vitur.
E

Goyensis
villicus, vi-
dæ matris
familiam
regens,

summo mane
erectur
E

ad arcendos
equos alienos
a sui segete,

A succensus, sibi ipsi conquestus est, sibi jam nequaquam, quia nihil recepturo, seminasse. Quare post eos insequendos, effugandos, comprehendendos, et secum captos ducendos, vel sine dilatione interficiendos, emissarium celeriter admisit: sed praeuntes, vitæ simul et pedibus consulentes, rem suam presentiam cupienti et jam de penis pertractanti absentabant. Unum tamen, unum restantem, et contra minas ejus cursim spicarum summitates vellicantem consequi celerius existimavit; et quia animo cupienti nihil satis festinatur, se vel ad modicum delusum nec consecutum lascivientem pulum, immanissime doluit. Super quem tamen cautius sese agentem hastam suam obliquatam projecit, putans eum confodere ac sic retinere. Sed prohi dolor! res multo aliter, ac ratus erat, processit. Nam hasta terre infixâ, et hinc acclini ferro superiori, hinc ensipide posteriori solo retenta, miserabilem mortem appetit et eodem impetu, quo ferro pedibus accincto cursum sonipedi incusserat, hastam e manibus elapsam male recepit. Pluribus etenim eusis concurrentibus, hinc equo, acie chalybis penetrante costas exulcerante; hinc milite, de concordia equi et frangi desperante atque extra se raptio; lignum ferro præfixum vitalibus crudeliter admisit, cordis secreta concussit, illa perforavit. Et quid amplius? Quo incursu atque impetu hasta cordis sinus penetravit, eo torrens cruoris, ab omnibus emissus fibris seu partibus corporis, telluris superficiem decoloravit et commaculavit; nec se tantum, sed et sui generis omnes subito dolore conturbavit: omnia denique confudit; seipsum homicidii reum fecit, juri seculari partim bene partim male vindictam abstulit, parentes insalutatos tristesque dereliquit; familiam, ad nutum ejus se dirigentem seque respicientem, desolatam fortune objecit atque exposuit; quinimmo annosum matrem, non tam filii necem quam mariti vicem altius ingemiscentem, captivavit. Igitur postquam exanimes artus vita deseruit, exanguis corpus ab equo, priores in domino vires minime recognoscente, in terram corruit: equus liber et vagus segetes perarando, plagis laterum effleratus, fugam iniit; nec domum rediit e vestigio, ut saltem eo signo innotesceret, quid actum esset de onere solito ejus insidere tergo.

49 Din vero præstolantes aut dominum suumque patremfamilias reversurum cum equo, aut equum saltem vacuum a domino; ubi neutrum reditionem videre, posuerunt diligentias, diviserunt turmas, lustraverunt semitas, nec jam indulgentes laboribus, opaco luco segetum oclusas pandebant domestici ejus vias. Perlustratis quibuslibet anfractibus ac deviis, tandem de partibus singulis monstruose cædis ad compita pervenere, ad locum scilicet doloris, mæroris et tristitiæ, ubi nefando tactu inimici accumbebat cum hastili corpus exanime. Sed eheu! quis dolor et luctus, quis mæror, clamor et planetus suorum, tam subitum, tam miserabile funus cernentium, super eum efferebatur? Ingeminabant lamenta, tundebant pugnis pectora, in facie lanians sæviebat ungula, crinis immeritus ac distractus deturpabat capita, clamor tristis ac resonans incutiebat æthera. Post miserandas lacrymas et emensas diu querimonias (quid enim aliud facerent?) non jam hominis, sed mortui hominis artus exanguis, composita peltarum testudine sustulerunt; atque præeuntibus aliis, aliis subsequentibus, non paucis latera ambientibus, laribus saxeis, paucis diebus, ne dicam paucissimis horis, futurum hospitem induxerunt, atque reliqua parte diei ac nocte subsequenti excubias mærentes continuaverunt.

50 Ab ipsa tamen senili parente, jam fere præ dolore ad inferos canos deducente, præ aliis animæ

fili consulente, ceteris agnatorum certantibus de funerando more vulgari corpore, delata est sententia in commune, natum vel defunctum repræsentandum Rictrudi sanctissimæ, offensas profiteri, veniam promereri fidelium ore. Itaque postera die illucescente, rursus funereo cantu præcedente, nec nimis insequente, lugubri pompa etiam de latere properante, genitrice prima sandapilam corripiente, misericordem, auxiliatricem, interventricem celeriter et devote expetierunt; cunctis concordi voce deprecamentibus, S. Rictrudis propitia sis; miseris gemitibus, libitinam mediastinam funeris in sacra æde Marcenensi locaverunt. Peractis vero ibidem Missarum solenniis, atque debitis funeri sacris obsequiis cum religiosis Fratrum catervis pro consuetudine Ecclesiasticæ sanctionis factis, religiosum sepulturæ morem exegerunt; corpus quidem visceribus terræ conficiendum commendantes, diei magni iudicii reservaverunt; animam vero Deo et Domino nostro et B. Rictrudi, oblata justitia, data atque impetrata venia, quantum fas erat, quantumque res in arcto posita sinebat, conciliaverunt. Proinde inmutua consolatione relevati, orationibus Sanctorum communiti, fide atque spe corroborati, lætiores pro rei eventu ad sua disposuerunt reverti. Jamque altera e medio decedente germanitate, pene obliti erant prioris adversantis fortunæ, prioris nimirum crudelitatis in majore natu fratre, nomine Guidone; quem noverant et doluerant multis cernentibus crudeliter appetiisse; congregientem cum equite, graviter ab ejuo corruisse; mutato consensu, tergo prægravantis domini equum inopinate atque monstruose resiliisse; vitamque nimia casus gravedine, non tam domino, quam hosti præripuisse. Quem tamen nimium dolebant hujuscemodi ultima, quæ restat in finem, religiosa consolatione funeris caruisse. His et hujusmodi aiunt B. Rictrudem, inimicorum suorum de injuriis, si eam offendentes in obstinatio permanserint nec aliquando resipuerint, se imo servos Domini et suos ulcisci.

51 Nec debet excidere a memoria Stephani Saliacensis villici obstinatio seu importuna malitia, quem mediator fortis, obtentu B. Rictrudis, tam patenter repressit a sua pravitate vel insaniam. Liberis quippe fundis ipsius violentias inferebat, turores in arcæ tritura contumeliis afficiebat, metentes atque manipulos colligentes in campo opprobriis lacerabat, emundantes novales in herba confundebat, et ab incepto opere dejiciebat. Cui, iudicio Dei repentinus, sicut credimus, supervenit interitus; dum vellet vi retorquere ad se Saliacensis pagi prædam, ab ingruentibus violenter direptam hostibus. Felix et ipse postmodum, si in corde conservasset e cælo descendens proverbium, Scito videlicet teipsum; si etiam testimonium perhibuisset convillicorum, quod testificabatur felices fore, quicumque non forent transgressores liberalium Sanctæ Rictrudis bonorum, prædiorum, redituum, et reliquorum ad usus Fratrum necessariorum. Idcirco vero tantopere astruebant debere fidem servari B. Rictrudi, ne eis contingeret, quemadmodum etiam cuidam pagano, cognomento recto vel proprie vocabulo Ingebrando nuncupato, strenuo militi, cujus minas, cujus resupinam cervicem, cujus gladios quadraginta numero in deliberatione propositos, benignus dispensator Dominus velut in vomeres et falces conflavit; nec eos Capitulo Fratrum, sicut minatus fuerat, interesse permisit. Qui dum fieri hostis alterius voluit, seipsum inimico suggerente hostem elegit, hostilem manum propria rimatus viscera in se vertit. Posterior enim lignum, vicarium ferri usum sibi vindicavit; fuisque intestinis, bella, ut ita dicam, plusquam civilia miserabiliter atque horribiliter peregit:

Marchianis a matre ventam et impetrante, sepelitur;

E fratre felicior, qui sepultura caruit.

Villicus Saliacensis, colonus S. Rictrudis molestus

F

ab hostibus occiditur,

alius hostem sequens suo ferro incurbit.

sicque

AUCT. WALBERTO EX MS. eorumque unum percutere volens,

ipse ab hasta sua confoditur

et mortuus domum relatus a suis,

A sicque constituit ei Dominus terminum vitæ quem non potuit, superbie minoratus a spiritu, præterire.

CAPUT II.

Alia monasterio injuriosorum exemplaris punitio.

Res hortari videtur, haud indidiscum præterire commissa ejusdam Iberti, licet præpostero ordine, olim villicantis in villa B. Rictrudis, a frequenti cultura, ut puto, Alieurtis nuncupata, sub Marce- niensi tunc temporis Fulchardo Abbate. Ipse siquidem Ibertus affirmabat omnimodis, paterna successione in jus suum debere cedere ultimas paleas, quas nos possumus vulgariter nuncupare straminis nomine, in tritura areæ cujuscumque annonæ vel sementis triturandæ in area Rictrudis sanctissimæ. Eo itaque obstinatius affirmante rem penitus sic se habere, non desistebat plurima incommoda inferre, clientes prohibentes atque resistentes contumeliis afficere, obloquentibus et contradicentibus, minus, injurias, violentias inferre, illatas jugiter multiplicare. Interim tamen conquerebatur de Abbate, quod erga se injuste ageret, quod secum justitiam exequi nollet; quod nullam saltem diem justitiæ discutienda, ponendo lites, constitueret, quam etiam ante suos constabiliret: postremo recte judicare secum cum suis diffugeret; nec illud quod Psalmista concinit, Si vere utique justitiam loquimini, recte judicate filii hominum, malo more sibi inolitio observaret.

53 Abbas demum coactus tum rerum familiarium jactura, tum assidua impudentis hominis querimonia, tum maxime immensa verecundia, quia ferebatur spumate detineri in injustitia; diem discussionis utriusque partis, fructus consultu suorum, constituit: ad discutendum accessit, plures e suis pro eo convincendo seu compescendo evocavit. Porro multa cavillatione ex utraque parte peracta, altero miro modo in sua permanente pervicacia, altero moderate deflectente juris a se discrimina; prædictus vir sacramentum obtulit: quod concessum, non tam pro justitia, quam pro ejus refrananda injusta controversia seu vesania (neque enim putabatur in id usque audere, ne forte pejeraret) cum tertia manu suorum, ut dicitur, perjurium perfecit, nec perjurii ultionem Domini vel B. Rictrudis subsecuturam permissit. Sed, o homuncio, quid gaudes ad ruinam? Scriptum quippe est, Ante ruinam exaltatur cor. Gratulabatur equidem nimium Abbatem Sanctæ Rictrudis se convicisse, spolia ejus imo Marce niensis ecclesiæ diripuisse, causam suam in causam illius prævaluisse; adscribens probitati non improbitati suæ, victrices velut aquilas, trophæo adeptæ, laribus suis retulisse.

54 Sed inepta lætitia paucorum dierum numero expletur. Occupat namque eum subito formido et pavor, tremor concutit ossa, ægritudo et dissolutio irrui super eum, decubat lecto. Et ecce amicorum multitudo monet ut confiteatur, peniteat, communice, et lamentetur que commiserat in B. Rictrudem; reddat quantocius que injuste usurpaverat, ne suus heres cum peccato ea possideat, neve cum peccato ab hac vita exeat. Dum vero talia prosequerentur et persisterent, sed nihil proficerent; ecce derepente a maligno spiritu correptus graviter urgebatur, amisso sensu vehementer torquebatur, expertus sensus crudeliter vexabatur, in lecto spumans huc atque illuc volubatur; nec jam cujuslibet affabilitati blandienti vel sævienti recte sed inversa verba loquebatur. Lugebat familia, lugebat conveniens

parentela, magis de crudeli ejus vexatione, quam de morte propinqua. Sic, non tamen persistens in penitentia luctu, ante mortem caruit sensu, ratione, et intellectu; et, quod majus est, sed nefas dictu, Domini Corporis vel Sanguinis salubri haustu vel esu. Omnes fere qui aderant, ultionem Domini et B. Rictrudis conclamabant; atque de priori ac spirituali amentia, qua prius B. Rictrudem infestaverat, ad hunc effectum corporalis demerentia devenisse illum asserebant.

55 Nec minori poena, licet diversa, qui fuit socius perjurii in causa, Alewinus videlicet de Sandemuntensi villa, ab hoc seculo evasit; idem indocte et nimis tarde, quæ in Dei famulam B. Rictrudem injuste egerat, planxit. Veniens enim ad extrema, linguam suam non tam in udo, quam in flamma sensit esse; neque styllam lymphæ minutissimæ, quam dives in poena gehennalis Ethnæ petiit sibi infundi, porrecta, cujus noluit misereri digiti extremitate, a B. Rictrude meruit obtinere. Unde admonitus de his quæ consueverat Mater Ecclesia, in ultimis maxime, filiis exhibere, parum consulit animæ suæ, parum aut nihil potuit amenti mederi linguæ. Egenus tandem et pauper, juxta Isaiam, quærebat aquas, sed non erant, lingua exardescente. Sic illi duo, auctor mali et socius perjurii, misera morte addieti, ab hac vita (non parvum posteris documentum seu monimentum) decessere. Ne vere enilibet, undelibet, ad quælibet penaliter contin, at pejerare, Dominus in Evangelio (concinente postmodum canonico Epistolæ Jacobi Apostoli eloquio) in simplici nec fallaci propositione seu proposito, negativi vel substantivi verbi particula, nos coarguit et admonet, aut simpliciter affirmare, aut simpliciter negare: Quod autem his abundantius est, a malo est, inquit idem Dominus noster; et attestante Jacobo sub judicium decedit.

56 Tertius vero ejusdem commissi sive perjurii comes ascitus, Goienensis videlicet villicus, simili vocabulo non dissimili maledicto Alewinus, non post multos hos dies in novissimis positus, miserrimo et ipse cruciatus cepit cruciari, inaudito poenarum genere torreri, horrendo atque monstruoso ulcere utramque faciem deformis fœdari. Os namque atque robur oris ejus retro actum est; os quasi cancre irrepente, senum veracium teste relatione, de loco suo derepente motum est; et usque ad sinciput ipsum ferme, confusa atque indiscreta faciei superficie, contractum. Nec jam fas erat contineri, utpote indiscreta, labia, nares, atque oculos, nec non maxillarum confinia. Merito igitur formæ perdidit speciem vultusque decorem, qui vafer et nimis acer in fallaci causa nec Deum reverebatur nec hominem, præsertim B. Rictrudis ministrum et Abbatem. Inde tamen pius Judex justus, fortis et patiens, minime quantum merentur homines per singulos dies irascens, feliciter sibi parere videbatur, quod a planta pedis usque ad verticem entis ejus non distrahebatur; non ut meritum (sicut et Sancti Job nullum angeretur, sed ut rubigo contracta falsiloquii de caudico jam inutili detracta, saluti in interiore homine reformandæ consumeretur. Et quid plura? Jam horribilis, jam gravis etiam ad videndum plectebatur atrociter, quod sic stulte devianlo contra B. Rictrudem abierat in consilium malignantium, stultius persisterat in semita indirecta peccantium, de re B. Rictrudis certa quasi incerta stultissime, B. Rictrude causam pro suis agente, resederat in sede contradictionis pestilentium. Et quis jam cum eo ageret de salute animæ cui deerat organum sive plectrum linguæ? Pars tamen amicorum innuebat ei, quæ competentia erant saluti. At ille immobilis et fere insensibilis sustinebat ultricem manum B. Rictrudis. Pro miserrimam

Alieurtensis
Villicus,
ultimas tri-
tura paleas
sibi vindicans,

Psalmi 57, 9

eaque de
causa in
judicio peje-
rans.

Prov. 16, 18

ex morbo
lapsus in
amentiam

D
AUGT WALBER-
TO EX MS.
inexpialus
moritur:

uti et perjurii
socius unus:

E

Matth. 5, 37

Jac. 5, 12.

alter vero
oris distor-
sione punitus,

F

perit ipse
aque impa-
nitens:

serrimam

A serrimam hominis conditionem! Timeant vehementius futoram discussionem, qui et hic male agendo florent, et nullam sortiuntur in hujusmodi pœnam temporalem. Hæc enim præfigurans summus Rector pie flendo inquit Hierosolymitanæ urbi, Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. Non immerito itaque horrendo fine exiit hominem, qui sicut dictum est, sine respectu justitiæ, vel subsequenti vindictæ, falsum testimonium tulit adversus beatam Dei famulam, rerumque ejus insuetam distractionem.

37 Neque tamen sic cessavit plaga, imo redundavit ad proximum heredem, dico autem Thomam cognomine Bigotum, qui filiam Iberti supradicti Haiurtensis villici (ut remur) in uxorem suam duxerat, et conjugæ mediatrice fœdus generi cum socero in eodem affectu devinxerat. Sed hic forsân ductus correctiori vitæ exemplo patrum prava noluerit sequi vestigia; neque more priorum cupiditate illectus possessionum, B. Rictrudis detraxit beneficia: nec reversus ad controversiam, fugitivam portionem substantiæ, quæ eum minus contingebat, retraxit ad se legum justaram per decreta, voluntati magis quam justitiæ subjecta, Pro dolor! Verum enimvero (ut præmisit in artis Grammaticæ præcænio Didascalus orbi notus universo, Quanto juniores, tanto præsertim sub lingua melle veneno illite perspicaciores: utque ait Flaccus, Nequam progenies successioni natos tulit nequiores) quæ sibi relata fuerant ex affinitate conjugis, astutia serpentis curabat atque satagebat ampliari ex his quæ non erant sui juris, de justis scilicet nec non et liberis fundis, usque ad ipsam ventilationem seu triturationem, quæ fiebat in tempore suo in area beatissimæ Rictrudis. Verum hæc nec diu, nec impune.

Namque in flore juventutis immatura morte præventus, sed et ante mortem quinque sensuum dote privatus, utque cum Psalmista agam, cum in honore esset non intellexit, imo intelligere noluit erga B. Rictrudem quos habuerat excessus; indulgentia, confessione, pœnitentiæ caruit; neque Deum neque Sanctos ejus recognovit; Viaticum salubre minime expetiit, memoriam honorum seu humanæ conditionis amisit, idem identidem tandem ad insaniam devenit, cum qua continuata quæ sua videbantur esse reliquit; quæ nimium obstrepente, convulsiõrum in multis erga Sanctam Dei obstinatas mentes vel perterritum vel perterrere potuit. Et quidem eo sublato, et sicut deficit fumus deficiente atque exivãnito, inerant vultus Angelici, et territi timentesque sibi ad tempus purgabantur, sed in tempore tentationis, ut canes ad vomitum, vel sicut sues lotæ ad luti voluntabrum, ad pristinos atque perversos mores revertebantur; et quæ patres eorum injuste tenuerant, et cum fraude usurpaverant, ipsi injustius atque inhonestius, et sicut violenter ita et fraudolenter, insequabantur. Sed beata Vidua, pullo velamine sacrum caput super nivem dealbata, nulli et uni viro juncta, nulli et soli heredi parca, nulli et multæ filiorum collectioni provida atque humana, beata, inquam Rictrudis, dilecta Dei et humilis famula, non sinebat fieri in direptionem, quæ Deo obtulerat in viduitate sacra, ob sui servorumque Dei justificationem.

38 Quid autem referam de quodam Amalrico, Marceniensis ambitus œconomo sive villico? cujus extremus finis de translato villicationis suæ satis indicavit negotio, quam infideliter B. Rictrudi servavit, circa pusillum gregem suum recte judicando, aut sua sive in nemoribus, sive in aquis seu in terris, aut potius distributionem seu mansionum funiculis, conservando. De quo propinqui sui Deo servientes et religiosi asserebant, circa metam extremæ horæ, vix Deum factorem suum et omnium agnovisse, vix se quidquam habentem adversus aliquem cognovisse, vix confessioni vel pœnitentiæ salubriter indulsisse, vix denique Jacobi Apostoli de inactione sive de inductione Presbyterorum super infirmos sententiæ acquiescisse. Et cum admoneretur de transacta malorum suorum perpetratiõne, de querenda venia dumtaxat in stadio præsentis vitæ, de nulla aut non fructifera juxta Psalmistam infernali pœnitentiæ vel confessione, et nequaquam illic secutura delictorum suorum remissione; aniles quasdam fabulas vel nœnias inchoabat disserere; imo hac illacque cervice reflexa, cum quadam gente Æthiopum subito visa se occupatum mussabat et quasdam ratiunculas conserere. Cumque etiam redargueretur cur signacolum salutiferi ligni fronti suæ negligeret imprimere, subridendo aut deridendo caput agitare, et (quod magis erat absouum) in faciem sanctæ Crucis sibi assistentis, spumeas salivas ab ore defluentes more cerriti minutatim jactitare. Sed nec in articulo lucis penultimæ inducias expetiit vel usque mane, quemadmodum infelix ille de Valeria provincia Chrysaorius nomine, qui hodieque verbis B. Gregorii, inducias expetendo proclamato nato monacho: Maxime, propera, fidei tuæ me participem fieri certa, nihil unquam tibi nocui, tu scis, vices recompensa.

39 Hujus equidem pater Godefridus, ori vulgi obloquentis notissimus, ne dicatur notabilis vel infamis, et B. Rictrudi contrarius extitit; qui de more non tamen veteri Sacerdotis Zachariæ, in ordine conjuscomque vicis suæ, institutis parochiæ satis decenti schemate primo deservivit. Verumtamen pro vectæ ætatis, affectu intermisso editæ prolis, sub Abbate Richardo venerabili et simplici viro fructus est, non ad succurrendum, nec ad permanendum, vestibus illius religionis. Diu tamen in monasterio conversatus est, res monasterii inter manus habuit; sed (ut astruebant de sua etiam præsapia concreti et B. Rictrudis alumni) magis propriæ, quam Fratrum voluntati vel utilitati servivit. Sed et de thesauris ecclesiæ non adeo juste eidem Abbati venerandæ memoriæ Richardo, sicut beatus Laurentius obavit Sixto Romanæ urbis sanctissimo Episcopo. Et quid refert iterum nota publicare? [Distraxit enim] miri operis cælaturam in auro et argento decentissime compositam, in sollemni sollemnizantes exhilarantem; tabulam altari Apostolorum Principis appositam; textus aureos ternos, scilicet Evangeliorum Codices, Sanctæ Trinitatis insigne præferentes, aurea serie superficiem ejusdem altaris decorantes; virgas superni Aaron quæ fronduerant, non tamen amygdala, sed fulvi metalli gemmarumque pretiosa germina, binario sui vim binarii de dilectione Dei et proximi præsignantes, in modum pastoralium a summis reflexas, et altari ad decorem domos Dei præfixas; monilia quoque miræ magnitudinis, quæ dicebantur Sanctæ Rictrudis, referta Sanctorum reliquiis, mire in obrizo auro fabrefacta, laquearibus sollemniter suspensa; aut potius medio in aere, conto mediante, ad illuminationem ejus quæ præsens aderat sollemnitatis librata; præterea maximi ponderis argenteum thuribulum, in quo jubilando in Sanctorum Sancta summo Sacerdoti festive cremabantur thura.

60 Vox itaque Sponsæ Christi tristis, et facies denigrata [erat ejus, quæ] onusta prius iucédens auro nec non sopellectili varia, in cappis, in casulis et palliis, in albis dalmaticis, tapetibus, sed et aractibus festivis confinia occipitium decenter protegentibus. Et hæc diversicoloria [erant] ejusdemque coloris, ac pleraque auriphrygiata. Verum B. Rictrudis et minora et maxima, et tam extrinseca quam et intrinseca detrimenta, usque ad ipsa etiam

D
Jac. 5, 17
Psalm. 6, 6
E

Godefridus
Sacrista,
per quem
distractus
thesaurus
ecclesiæ,

F

ipsa que San-
ctarum
lipsanthece
nudaat.

AD ET VARIEN-
TO EX MS.

Luc. 19, 42

Item ejusdem
gener et heres,

qui in amen-
tin obiit,

Psalm. 48,
c. 13, 21

aliis ad ex-
emptum.

Idem patitur
aconomus
infidelis.

A librorum firmamenta aurea vel argentea toleravit; donec ventum est ad spolia detrahenda seu decru-standa [tegmina] lipsani utriusque, sui, [quod erat] primi et purissimi argenti; et filiae suae sacrae virginis Eusebiae, pluri, sed mira incisura et sculptura fabricati, politi et honeste compositi. Haec enim Domina nostra, ut plures testificantur, minime tulit, utque postea rei effectus demonstravit. Tunc namque coepit a rectis semitis declinari, tunc coepit in reprobum sensum duci, tunc coepit meditari vel excogitare, quae non conveniebant Mouacho vel Sacerdoti. Verum enimvero objicientibus nobis ejus facinoris turpem excessum, solemus opponere econtra justissimi atque sanctissimi David grave commissum, sapientissimi Salomonis culturam idolorum, nec minus fortissimi Sampsonis deciso crine, resoluta problemate, cor emollitum. Nam eorum corda subversa sunt per mulierum nefanda blandimenta. Sed tamen misericordia Dei, licet in alienis posito, non deficit. Evocatis enim ad se quibusdam religiosi viris, monachi schema in ultimis resumpsit, et ab iisdem, visceribus matris terrae commendatus, quae contra beatam Rictrudem commisit, lamentando deplanxit. Quoniam vero, ut ait Scenicus, Vicissitudo est omnium rerum, fratres pro fratre debemus orare; ne Deus noster velit in eum districtius decernere. Veneremur igitur B. Rictrudem, timeamus eam offendere.

dimisso habitu redit ad seculum:

in morte tamen resipiscit

Alterius cupisdam mors infelicit.

B 61 Prope est pagus, aliorum a copia, ut aiunt, denominatus, lympharum, amnium, fontium uberitate circumfluus; nemorum, fruticum, veprium densitate inclusus; intus tamen campis, pratis, hortis satis amoenae virentibus. Sed quis inibi vel opinaretur Martem gerere gladium? Non tamen ore gladii, sed minutissimo puncto teli rem gessit, quando per manum cujusdam inhabitantium ejusdem loculi villicum, nomine Rotbertum Gotfridi Hammaticensis et monachi Marceniensis consanguineum, interfecit. Illum vero qui sibi letibale vulnus intulit, in silva caedentem ligna injuste invenit. Pro ablata vero securi, cum lignis et navi, coepit altereatio inter eos nasci, sicque a quo non sperabat, debitum Adae persolvit. Idem vero villicus ante villicationem suam, curtis ut ita dicam assecla, curiam S. Rictrudis diutissime observaverat; demum expertus est, si quid forte commisit vel hic vel ibi, quod S. Rictrudi displicuerat.

C CAPUT IV.

Hilvini Marchianensis tyranni punitio: auxilium periclitantibus in Anglia praestitum.

U t autem de ceteris sanctae Matris Ecclesiae inimicis reticeamus; de quodam tyranno Marcenienti Hilvino vocitato videamus, et quid miraculi Deus, exauditor pius in tribulationibus, pie querelae B. Rictrudis benignam aurem inclinans, peregerit, ad memoriam revocemus. In eodem namque pago, nimis prope Fratrum coenobio, quasi castro firmissimo et tutissimo, utpote ceu murali ambitu circumdantis aquae septo, morabatur; et ponte navigii ad hoc preparato alveum deflui amnis transmeans, praedas, credes, rapinas circumquaque peragebat: inde vero rediens malignas seu nefandas copias commilitonibus suis, imo tyrannidis insolentis junctis complicibus, dividebat; de reliqua vero portione, quae eum contingebat, cum eisdem jucunde, sed abusive et nefarie victitabat. Relictis vero foedis atque nefandis per multa terrarum spatia vestigiis, eo recordiae res processit, ut ecclesiastico juri servorumque Dei concessae liberalitati fidem non servaret; sed et in B. Rictrudis liberam possessio-

Hilvinus tyrannus Marchianensis,

nem manum injicere praesumeret, neque Goiensis villuke, a gaudio ut remur denominatae, spoliis parceret. Praedam itaque ab ipsa Goio sublatam, Marceniarum vicis invexit, et partem ejus cum militibus suis pro more suo divisit, reliquam quotidianis obsoniis necessariam inquilinis suis reservandam deputavit. Beatæ interim Rictrudis plebecuke miserabilis planctus et ululatus in viciniis illis audiebatur, partim captivos abductos, partim rerum, partim pecorum praedam aut spolia congemiscentis ac exigentis; sed de damni miseranda sorte eam nemo consolabatur. Ipse tamen tyrannus adest accersitus Abbati et Fratribus: sed in causa et responsis ejus poterat conjici ac denotari, qualis mens futura erat praemeditatis precibus.

63 Abbas autem tunc temporis, nomine Richardus, Frater Domini Aelardi Cameracensis Archidiaconi, postea monachi Aquicinctensis, nec multo post Abbatis (sed brevis proli dolori interstitii temporis) ejusdem coenobii Marceniensis; cujus successor extitit Abbas Fulchardus, monachus Hasnoniensis; quem pro ejus indigna, irrationabili, injusta et indiscreta, ut aiunt, villicatione, itinerantem atque supplicationes S. Aegidii a expetentem, in alienis finibus, sub aliis sideribus defungi pro voluntate sua disposuit Dominus: Abbas, inquam, Richardus, et qui sub eo erant Fratres, cum tyranno multa de injusta, inusitata atque inaudita rerum distractione; de libertate, liberalitate, de sanetitate, et B. Rictrudis futura solitaque ultione; de ejusdem etiam in eadem B. Rictrudis Marcenienti villa, licet ingrata, licet violenta, tamen sui receptione, diu suppliciterque egerunt; sed nil misericordiae, nil consolationis ab eo impetrare potuerunt. Sed neque clementiae lex erat in lingua ejus. Quid ergo? Dolebat Abbas, dolebat Congregatio ejus. Sed quid agerent? Vindictam expeterent? Sed a quo? Sub nullius fere redigebatur potestate. Sed de quo? Cujus male gesta si alter Maro designaret, quae Bibliotheca caperet? Quid enim refert nosse misera spectacula captivorum, dira vincula compeditorum, immensa pondera catenarum, cipporum crurifragium? Praeterea perfusionem hiemalem congelati, amnis ardorem intolerabilem cremii concrematae pinguedinis; miseros tangi (secundum illud Flacci) triumviratibus flagellis usque ad fastidium praconis? Imo defatiscientes artus longo pudore carcerum, jubente, inspectante, nec compatiens tyranno, torqueri usque ad effusionem sanguinis? Si quando vero, velut secundus Pharao, infestantis aurae instabili qualitate vesaniam suam cohibente, cum curribus et equitibus non ingrediebatur mare sanguineum, id est, tumultum bellicum rapinarum, caedum atque praedarum; vacabat de tota industria seu vigilantia spectaculis ferarum, ursorum scilicet, equorum, taurorum, levi materia colligata, novum genus panna, truci incendio sese agitantibus, ostentantium. Jam equidem de raritate atque taciturnitate ignota villa, fere inaccessae, nec adeo a popularibus frequentatae, utpote tam nemoris quam inundantia circumflui amnis inclusae, videbatur effecisse frequentiam atque inquietudinem clamosi municipii vel urbis populosae.

64 Verum post haec quam justitiam ab homine iniquo, scelesto, atque doloso tam Abbas quam Fratres exigerent? Prorsus nullam. Quid deinde? Remansit impunitam? Nullo modo. Sed quid? Quoniam ergo ab homine de homine nullam expectabant justitiam, Dei ulterius justitiam expetere non distulerunt. Vindictam caelitus requirentes, ad aures Domini Sabaoth clamores non inefficaces emisermunt; tactisque fortiter signis, quem non poterant humanis, supernis vinculis, vinculis scilicet consuetae anathematis,

D
AT CT. WALBERTO EX MS. Goyensem villam depraedatus,

ideoque a Richardo Abbate,

u

E
contra crudelissimum hominem aliam ultionem non habente,

F

recommunicatus;

A astrinxerunt. Sed, heu ! misera conditio ! imo insignis atque juste disponentis seu judicantis Domini operatio, et B. Rictrudis digna consecuta ultio ! Revolto enim anni circulo, eadem Kalenda, eadem die, eadem fere hora, qua pro excommunicationis pœna [pulsata fuerant monasterii signa] versa vice, terna repetitione, pro ejus anima, corporis ab ergastulo longe exulante seque absentante, diro cruciatus vulneris ad cor redeunte, in confinio dextri lateris fixi et inguinis vitalia penetrante, [eadem signa terribili classico insonuere. Cujus rei eventum innumerae plebes confluentes, in immensum miraculum reputabant ; diemque et horam denotantes, atque admirantes, laudes Dei acclamabant, virtutes Domini nostri et B. Rictrudis extollebant, serebant, conferebant, disserebant ; et aliis serenda, conferenda, disserenda deferebant ; postremo frequenti rumore mirabile dictu factum in ore versabant. A Fratribus tamen Marcenensibus nihil actum est de ejus sepultura : alibi translata est funeris insperati miserabilis sarcina ; sed nihilominus delato funeri Hasnoniensia denegata sunt atria. Extra tamen Hasnoniensis limitem atrii vix parum quid cespitis, plurimo interventu suorum, tandem obtinuit.

misere perit ;

publicum omnibus factus exemplum.

B 65 Ille igitur tantus, ille, inquam, quem paulo ante fere non capiebat mundus, imo cui totus non sufficebat orbis terrarum cultus, et concupiscentia ejus, quemque seculi totius fere plaga metuebat ; paucis momentis, orbe volutus fortunæ instabilis, nusquam comparebat. Denique de caduca, transitoria, mortali pompa, de tota circumfusi mundani ambitus gloria ; de illa, inquam, tota, quam solemus in mundana resculptam admirari in mappa ; cui tanta vigilantia, omni sagacitate et industria, infatigabili pene spiritu, artibus quiete denegata, quasi noctem vertens in diem, insudabat ; parva pulveris congestio, modico terreni carceris antro incluso, jam sufficebat. Unde non immerito obstupescentes, divinitas dicti illius Boetiani meminimus elugii : O doxa ! doxa ! nil aliud millibus hominum facta, nisi aurium inflatio magna ! Utrum vero dissolutus ab anathematis nexibus postea fuerit, scientiæ relinquimus Altissimi. Nescimus tamen utrum purgator Turno, mundanae lucis reliquerit tenebras ; cujus, secundum Maronem, vita cum gemitu fugit indignata sub umbras. Sed ne forte quis obviet, male gesta non debere retractari, imo devotas obsecrationes assidue pro commissis debere fieri, causæ sunt, ni fallor, non indecentes hujusmodi retractationi. Namque per hoc partim majori Domini nostri Jesu Christi et B. Rictrudis inseruimus glorificationi, partim frequentiori fidelium congruimus interventioni, nec non cautiore tam presentium quam futurorum invigilamus correctioni. Scimus tamen quoniam B. Rictrudis, imo Dominus meritis B. Rictrudis praevidet, quod videt expedire suis copiis, sibi obligatis tantopere famulis.

Quidam in Anglia per hiemem iter agentes

b

C 66 Quis autem hanc gloriosam Dominam putaret sanctissimis meritis maria transmeasse, ubi singularis et mirabilis Dominus, ad commendationem sanctissimæ ejus memoriæ, apud barbaricas Britannicasque insulas, miraculi quiddam insigne voluit ostendere ? Scholaris enim quidam, ad tempus degens in Angha, illic tamen evagatus de ejusdem beatæ videlicet Rictrudis illustri schola, revertebatur a quadam urbe Angligenitarum, quæ vocatur b Baidia : quam adierat partim novitate ductus rerum, partim salubri fervore aquarum calidarum, per quasdam poros et hiatus terræ meantium, sulphureum odorem accedentibus de se prætententium ; quæ licet sint multis communia, dicuntur tamen balnea Regum. Sed in reversione, recenti grandine et nive de supernis quasi heri et nudius tertius affluente ; albo

gelu vestigia permiscente ; denique corde hiemis, ut dicitur, circa Natale Domini magis rigescente ; in reversione, inquam, nescivit rectum callem cum armigero, licet Angligena, cum vite conservare. Intraivit itaque paludes nimias, teterrimas, et profundissimas, terræ solum, crustata glacie super summum, simulantes : quas dum quadam vi saltem putavit permeabiles, infixus in limo profundi ingemuit, et exclamavit fore impermeabiles. Idem vero colore permutato, spiritu perturbato, jam de vita desperando, itineris exclamavit comes. Fallaces tamen viæ ex hoc magis erant, quia hinc solida humus, hinc fruteta rara latitabant, intra quæ lubrica vestigia mollitie fallente, leviter ad ima defluebant. Equi ter atque quater elapsi, atque in profundum relapsi, misere divaricabant crura, vix inflectentes intra obscœnas paludes genua : quæ non solum jam pertingebant usque ad ipsas phaleras, verum etiam usque ad colla cœnulentis fundis relabentium et capita ; fere jam palpitantia includentes lumina, fere secum devolventes sessores, exanimis volentes eisdem ferre præsidia.

inter paludes deviant :

67 Videntes itaque, nimium deturpata vestimenta prædicti itinerantes, mortis pericula non minus sibi quam equis imminetia ; cogitaverunt et locuti sunt nequitiam, vehicula scilicet sua, id est animalia, usque ad mortem confovere paludem, se autem retrocedere, et quærere si quem forte reperirent viatorem, ne tantam cum ipsis equis pereuntibus incurerent voraginem vel subversionem. Hæc autem eis cogitantibus sumptis iterum frænis, quasi compatiendo derelinquendis, unaque piis threnis seu querelis invocantibus nota multis præsidia B. Rictrudis, equorum ante ora eadem cœperunt fræna concutere, concutiendo quasi ad alterutrum conferre ; Putasne erimus impotes voti, simul ac invocaverimus B. Rictrudem ad auxilium nostri ? Eis ergo talia conferentibus, et ad singula de B. Rictrude quasi tardante conquerentibus ; equi subito datis saltibus, retrogradis gradibus, inter paludes properaverunt discurrere, arenosa quæque obviantia disrumpere, mollia, lutosa, acsi solida, conculcare. Sicque tristitia versa est in gaudium : quæ adeo magna erat, non tam prodamno, quam pro pudore, si eis, quamquam illæsis, accidisset, pedites ad ea quæ incolebant Angliæ loca remeare. Igitur gratias Deo liberatori et B. Rictrudi piæ adiutrici in redeundo non cessabant referre, ab instanti morte eruti. Et

E jamque de equis in ceno relinquentis cogitantes,

expediuntur a salebris invocata S. Rictrude,

F

68 Hæc autem pauca de pluribus B. Rictrudis miraculis interserimus, quibus vacaremus plenius altricis Domine in laudibus, præsertim in die tantæ solemnitatis seu sacræ depositionis ejus. Verum ejus liberalibus impensis sustentamur in terris, ipsius precibus et devotis suffragiis, cœlestibus cum ea dapibus, sine fastidio, sine anxietate, quandoque refici mereamur in cœlis ; annuente Domino nostro Jesu Christo, quem collaudat in excelsis cum beatorum Angelorum et Sanctorum omnium adjuncta catervis. Hodie itaque beata Dei famula mundani maris evasit naufragia, nec rursus subeunda pericula felici depinxit tabula : hodie feliciter decantavit, Tua, Domine, quam dilectissima tabernacula ! Hodie perenniter introivit, quæ toto animo concupivit, amœna Domini sui in atria : hodie denique septuaginta quatuor annorum sanctæ conversationis decursis spatiis, sicut ejus fertur plenius in gestis, induta stola immortalitatis, calcatis sentibus mundanæ sterilitatis, vernantium regionum albertia jugiter ac im-

cujus natali honornudo hæc a se scripta protestatur auctor.

marcescibilia

A marcescibilia felici manu decerpsit lilia ; jubente ac vocante Sponso immortalis, quem elegit et assumpsit, postposita omni mortali pompa, haud deficientem, sed viventem ac regnantem in seculorum secula. Amen.

ANNOTATA.

a S. Ægidii monasterium et oppidum in Gallia Narbonensi, longissime dissitum a Marchianis, ubi ipse Sanctus colitur 1 Septembris.

b Baidia, Balnea Regum, credo eam esse, quæ Latine scribentibus Bathonia, Anglis et Gallis Baithe nominatur, urbs Episcopalis sub Archiepiscopo Cantuariensi, ad Bathonium montem, inter Bristolium et Glocestrium.

PATROCINIUM

Marchianensi monasterio a Sancta exhibitum, et ab eodem Fr. Gualberto descriptum

Ex MS. ejusdem loci.

B EPISTOLARE PROOEMIUM

Gerardo S. Trudonis Hasbaniensi monacho.

Secundum nomen singulari proprietate et univoca ratione denotato ; secundum professionem vero. S. Trudonis de Clerico, in loco et tempore opportuno, monacho dilecto, grato et commendabili Gerardo, Frater Gualbertus Marceus, de monacho nomen saltem gerens in professione, salutes coarquandas guttis maris vel arenis, sive Deo soli cognito stellarum pari vel impari numero. Sicut Boetius super hypotheticos syllogismos praemisit. Omne bonum jucundius est, cum in commune deducitur. Bonum et jucundum, si et vobis, mihi videtur (non quantum ad stylum auctoris, sed relative) quaecumque bonum ad laudem et honorem Domini Dei nostri, et Beatæ Deoque dilectæ Rictrudis, si vobiscum in commune deducatur, ... quod pollicitus fueram me missurum vobis, dum apud Aquieinctum celebraretur anniversarium Dedicationis solenne.

Sequebatur proluxa excusatio operis, eo stylo scripti, ut oculos Gerardi subire non deberet, nisi ipse is esset, qui nosset cum quam exiguo otio scribendique apparatus sit compositum, possetque illud corrigere et expolire. Nihil illa ad rem vel historiam facit, sed neque ad notitiam Auctoris meliorem conferre potest quidquam. Itoque ejus nobis hic finis sit, ut ad ipsum contextum veniatur.

CAPUT I.

Fr. Fulchardi gravis hernia, et miraculosa juxta corpus S. Rictrudis curatio.

Igitur ut cetera magnalia, in quibus habet operari summi Regis singularis omnipotentia, prætereundo veneremur ; res Marceus, præ enormitate scelerum, diu laborantes, pium Dominum, per suffragia Sanctorum Marceus quiescentium, diligenti consideratione respexisse attendamus ; nec de ejus misericordia, qui prout vult, de profundo lacu erigit immersum, et de stercore vitiorum suscitatur infimum, ulterius diffidamus ; sed magis ac magis Conditori ac Reparatori nostro debitores, pro his et hujusmodi beneficiis suis, quæ nobis gratuito contulit, gratiarum actiones incessabiliter persolvere studeamus. Verum in primis consideremus divinæ gratiæ respectum circa quemdam Fratrem, nimia ægitudine invalidum, nomine Fulchardum ; in priori monachorum

Scripturus de
restauracione
monasterii

præmittit
sanitatem
collatam Fr.
Fulchardo :

conventu necdum ordineposito Laicum sub Abbate Fulchardo, et Conversum postea in ipso, ut ita dicam, religionis puncto, multæ devotionis, atque amantem in aliis, quod nondum in se poterat experiri, religionis novitiæ monachum, sollicitum quidem ac devotum circa Fratrum adventum et religiosorum obsequium, eadem devotione et sollicitudine perseverante, quæ prius sibi soli fuerat, in assignandis atque asservandis rebus monasterii vel pignoribus Sanctorum.

2 Ille itaque bonæ indolis juvenis, de quo intendimus, satis astutus in negotiis secularibus, nulla tamen dote, sed neque conjugis seu filiorum compe, mundanis concupiscentiis astrictus, matri et maxime in viduitate sua non solum filii, sed etiam mariti carissimi administrationem sedulam, non tam in matris quam in superni Patris gratiam, affectuosissime impendebat ; omnes amores vel carnales voluptates, præter hoc quod mater intendebat, pro nihilo et velut stercora procul dubio reputans. Ergo abjecta fere omni mundanæ pompæ, et maxime carnalium fratrum causa, quorum immatura morte ultra humanum modum tabescebat, mundo non jam amicus, imo inimicus ; soli Deo, sanctæ conversationis habitu, cum B. Benedicto placere satagebat. Verum enim vero bonis ac fidelibus viris etiam in operibus justis tentationes non desunt, quibus vel conflentur vitia, si viriliter resistant, vel augmentum virtutum, si nihil est excoquendum, proficiant. Ceterum quibus cum Paulo crucifixas est mundus, tentari quidem possuat ; sed a recto statu, si bene fixerint anchoram mentis, minime decidunt : licet pulsati, licet tentati, tentatori nequaquam cedunt, vel enerviter succumbunt. Tentatus est Job vir sanctissimus dirisque flagellatus verberibus, utpote ad horam, pro nullo fere commisso, petitionibus inimici concessas ; sed licet saniem de membris eraderet in angustiis positus, nullatenus tamen ad hoc potuit compelli, ut unquam benignum Judicem corroderet, qui eum tradiderat satanæ manibus. Quid igitur mirum, si tentatus est non solum filius, verum etiam mulieris viduæ cliens devotus ? Imo quamvis infra pedes Eliæ, mulieri Sareptanæ, quasi in lecyto et hydria farinæ propitius, cui semper de servitio matris, sicut Romano monacho de obsequio Benedicti Patris, invadebat inimicus ? Incidit quidem in primam tentationem, videlicet in dolorem fratrum defunctorum intolerabilem : sed non ideo destitit ferre de matre laborem, imo laborando in vita sua fovebat, quam super omnia dilexerat, matrem.

3 Nec multo post, artubus graviter elisis, incidit in secundam, re quidem, sed minime gemitu, a priore dissimilem ; dum nocturnis horis rebus monasterii anhelo passu faceret diligentiam ; dum propositum mentis, quod prius versabatur in cura carnalis, spiritualis matris verteret in custodiam. Conclamatum enim jam de parente sua fuerat, cujus corpus funebribus exequiis, fidelium more, urne commissum diligenter pro modo suo composuerat ; animam vero debitam saluti animarum obsequiis, crebris suffusus lacrymis, ultimum valedicens, Reparatori omnium commendaverat. In offensionem ergo scandali, trabem longam latamque et nimis ponderosam, ab introitu chori usque ad valvas templi porrectam, in tenebris noctis, cruribus per eandem mediam divaricatis, offendit ; super quam quoque gravem casum faciendo, graviter eliso corpore resiliivit. Tunc sero, jussu solo nomine Abbatis Fulchardi, sic temere positam (ad hoc tamen ut postmodum, radiis lignorum in transversum in modum scalæ ex utraque parte fixis, aptaretur ad ascensum turris) quam multa paria hominum vix posseat efferre, viribus præsumptis, quibusdam tantum levigamentis

D
AUCT. WALBER-
EX MS.

Allo pauperis
viduæ ;

E

qui post do-
ctorem de obitu
fratrum

Cal. 6, 14

atque ma-
tris,

F

nocte qua-
dam

in trabem
grandem
impactus,

cum eam so-
lus amovisset,

A gamentis suppositis, in partem alteram, juxta parietes templi, non sine ingenti dispendio corporis sui amovisse solus, etiam sero doluit vehementer. Sensit enim post modicum, non sine gravi gemitu et mœrore, utroque pertuso inguine, propria permutatata sede, de superioribus ad inferiora meatum quærere viscera; et paulatim de soliditatis suæ, ut ita dicam, solio, miserabili eventu, in infima genitalium defluere.

4 Verum moram pati nesciens in faciendo, nec contentus more solito; dum aggressus quæque difficiliora, solitos discursus, veluti agilis naturæ et satis superque mobilis et animo et corpore continuaret; dumque capreas fere hinnulosque cervorum præveniens, vix in operibus strenue continuandis requiem vel diei vel noctis fatigatis membris indulgeret; eodem momento, subito impetu et quasi facto agmine, cuncta pene intestina delapsa sunt in inguina; sinxeruntque (proh dolor! ope superari Figuli, quasi ollam ingentem inter illius crura. Quis igitur mortalium viribus suis præsumat confidere? quis salutis futuræ certam spem sibi audeat promittere? Ecce, paulo ante juvenis validus et fortis, et (ut ita dicam) exultans ut gigas ad currendam viam, jam non valet parentis terræ recte incedendo figere senitam, nedum operari. Ad nullo quippe usus utile corpus, ferme in vicem trunci redactum erat. Signis aliquando et nutibus, quibus poterat, manuom potius quam verbis, Viaticum Dominicum expetebat; et quasi statim moriturus necessario percipiebat. Omni enim hora pertæsus vitæ, neque stare, neque sedere, vix jacere solummodo supinus valebat; sed vel ad dextrum vel sinistrum latus se inclinare nequibat. Et quid per singula? Jam neque mori neque vivere pro desiderio sue poterat. Si quando ad mensam residebat (nam eibus quandoque miserum corpus refici oportebat) utroque genu ad invicem reflexo, sinistram genitalibus manum, ne pateret ex toto iotestinis aditus, apponebat; dextra vero appositos ori cibos, ad refocillandum potius quam ad reficiendum stomachum, in vacuam lacunam ventris trajiciebat. Namque ingenti labore, multo ejulatu, et fere ad nubes emisso clamore, ipsa, quæ effundebantur, exta, resupinata ventris superficie, spiritu ferme vitam exhalante, reponebat; hisque conatu longo relocatis, iterum ea, miserabili eventu, exire formidabat: et ideirco, licet cruribus assiduitate lecti pertusis, a comite lecte, jam nimis domestico, exurgere non immerito dubitabat. Si quando tamen necesse erat egredi ostium vel ingredi, prius faciebat sessionem super limen ostii; sicque pedetentim, alternatim, sigillatim ultra limen misere crura exposebat.

B

5 Verumtamen qui justo judicio, utpote justus Judex, juste de eo judicaverat, expertem consilii vel auxilii non ex toto eum reliquerat. Nam benignam consolationem cujusdam religiosi viri Aquincinctensis monachi, nomine Sigeri, tunc in ordine inibi commanentis, per singulos dies sibi offerebat; qui ex quadam familiaritate et religiosa affabilitate, eum familiaris astrictum dilectionis in pectore gerebat; et quem consolabatur et relevando supportabat, consolando et supportando relevabat: quem etiam patientiam Job edocebat, nec non de patientia ejusdem multiplici et hic et in futuro remunerationem, sive de infirmitate tandem mutuandam æternam consolationem. Dum vere humilis ex caritate ligaturas vellet coaptare, quas Demnus Godefridus Tornacensis monachus, qui in scribenda Matutinalium totius anni serie ibidem morabatur, de primitiis Ordinis cum ceteris agens, assueverat hujusemodi infirmitati circumferre; pondere pudendorum intolerabili de cruribus dependente supra modum

obstupescerat, signumque Crucis, stupere nimio perterritus, fronti suæ imprimebat. Omnem tamen tactum Frater infirmus, dolore nimio anxius, refugiens vel magis abhorrens; caligarum ab utroque genu desursum contiguam partem decisam, nodosamque corrigiarum confibulationem excluserat; et file circa utrumque crus infra utriusque poplitis confinia, reliquam earum partem nodaverat. Postpositis quoque et abjectis pulvinaribus, levi plumarum strue contextis, unaque cum vittis et zona inguibus distinctis vel circumligatis, se hominem fore deinceps desperabat: et licet Dominus noster de lapide posset excitare filium Abrahæ, salutem redituræ nequaquam confidebat, imo magis magisque mortem imminuentem de die in diem expectabat.

6 Cumque diuturnæ ægitudinem ducens, vitam inertem moveret, sed nihil promoveret, vel utile ageret; seque natum, fruges, imo dapes reliquorum Fratrum, die nocteque Dei servitio invigilantium, consumere dolendo defleret, deflendo doleret; venit sibi in mentem prominens in fenestra cryptæ vitreæ de eminentiore parte ruina saxi, quod casum suum quotidie et interitum illius, qui Missam celebraret in altari fenestræ supposito, minabatur; ex quo de improvise grave periculum contingeret, nisi ocius disjungeretur, vel aliquo modo reliquo parieti adæquatam conjungeretur. Sed cum hoc frequenter retractaret, Denique devote exoraret, ut saltem hoc ante finem vitæ B. Rictrudi operis efficeret, a lecto membra sua, pertæsus nimium quietis, corripuit; infirmitateque contempta, vitæ pariter mortique, ad quodcumque Deus eum inclinaret, audacter se objecit, et voluntati divinæ se constanter exposuit. Verumtamen longa tabe inediæ, utpote non præsumens sumere cibum, propter tumorem viscerum sumpto cibo graviorem, maceratos artus diu recto calle sustinere nequivit: cœptum tamen iter rependo, claudicando, dextera innixus baculo, ad ecclesiam quoque modo perfecit; Patremque cœlestem, ut voto suo afforet, suppliciter ac simpliciter obsecravit.

7 Deinde in diversorium monasterii secedens clam, Deumque solum adiutorem habens, commixtioni calcis et sabuli contra vires cœpit inniti, cæmentum composuit, atque sibi formam cæmentarii assumere contra morem disposuit. Nec mora, cum cæmento locum cryptæ seu fenestræ vitreæ, ubi casum molis prænotaverat ruituræ, expetiit; scalam, ad ascensum fenestræ quæsitam, in altum direxit; pelvique cæmento referta colloque supposita, paulatim super gradus scale innitendo, ad altiora gressus quoque pacto erexit; saxoque cum trulla cæmentarii forte reperta, superducere lituram de cæmento inchoavit. Ceterum in ipso introitu operis, levam manum pudendis, ad prohibendum lapsum, vel ad obsistendum cursui solito viscerum, apposuerat; dextera vero operabatur; et ne laboretur ipse deorsum, quandoque se sustentabat; unoque tantum pede scale, alio vero inferiori innixus fenestræ, operam suam perficere satagebat. Jam vero parum quid de opere nisu, quo poterat, effecerat; et ecce ab imo pectore alta suspiria trahens, cœpit deficere, deficiens ingemiscere, ingemiscens opus interrupturæ relinquere. Et quid ageret? Opus inceptum multo conatu erat finiendum. Sed quomodo finiret? Dolor vehemens ex infirmitate vehementi urgebat eum; pudor suadebat operi insistere; vires denegabant ulterius in eodem consistere. Pudore urgebatur; quia si desisteret, hujusmodi improprium inertis incurreret; Hic homo cœpit edificare, et non potuit consummare. Ne vero ultra modum viribus insisteret, audierat illud Sapientis:

Quod

gravissimam
incurrit
herniam:

quæ ad omne
opus inutilem
tantum non
mori faciebat.

Hoc in statu
consolatione
fruens Sigeri

et Godefridi
monachorum,

recordatur
saxi in crypta
S. Rictrudis
periculose
luzati,

eademque
adrepens

sumpto cæ-
mento scalam
erigit et
ascendit

sed in opere
faciendi co-
nato defi-
ciens semel,

Luc 14, 30

A Quod potes, id tentes operis, ne pondere pressus Succumbat labor.

Dumque coarctaretur, hinc pudoris objectu, hinc imminente virium defectu; deficientibus tandem viribus pudor cessit. Quare pudore intermisso, invitus tamen, præfatus æger operari destitit.

8 Igitur defatigato, imo virtutis robore exhausto corpore, nec diutius valens cœpto instare negotio, anhelante spiritu præ nimio sudoris æstu, ad terram descendit; descendens, requiem sibi gremium terræ, ante lipsana sacrorum corporum, delegit; viresque deficientes semivivo corpori, iterum ascensurus, aliquantulum reparavit. Resumptis itaque, pro temporis qualitate, paucis admodum viribus, non de tactu parentis terræ, ut ferunt de Antheo post multos agones suffocato ab Hercule; sed Sanctorum ope præcellenti, quorum fovebatur patrocinio et intercessione, iterata vice ad fastigium fenestriæ, directo itinere, erectæ scalæ pedes ruanusque innexuit; atque alternando brachia, continuando negotio membra licet debilia sursum invexit, seque constantiori animo reliquo operi, quasi statim expleturus, accinxit. Sed frustra operam insumebat, cui infirmitas reciproca toties resistebat. Nam ubi sedulitate quadam strenuum operarii morem cœpit exequi, quemadmodum primo viribus interceptis, sic secundo quoque deficiente virtute, ad perficiendum quod restabat, lassescere cœpit; sicque præ dolore membra unguibus desecans, dentibus lanians, fremitu sæviens, in conatu suo defecit. Dolor enim monstruosus vitalium, cordis intima crebris punctio-nibus misere penetrabat; cujus rei gratia nec ad propositum suum explendum subsistere, sive in conamine sufficere poterat.

9 Quare sicut primo, sic secundo, vixque descendendo contra voluntatem suam renitentem, se miserum seque Deo odibilem ingeminando, deposuit se inferius: diuque in præsentia Sanctorum, in eadem crypta quiescentium, non tam de requie, quam de dissolvenda membrorum compage; non tam de vita, quam de morte properante securus aut sollicitus fuit. Diu enim in extasi positus, fere in sui dissolutionem laborans, fere ultimum spiritum vitæ exhalabat; cujus rei evidens nota erat creber pulsus, qui tam crebro a pectore emanabat. Tamen expers vitæ, quasi per trium aut quatuor horarum spatium jacens exanimis in faciem terræ; sensit veluti e longinqua regione vires peregre profectas ad se reverti, sensit divinam virtutem in eo et per eum velle operari.

C Quocirca divinæ voluntati, munia vitæ decertaturo iterum suo artificii offerenti, parere nequaquam distulit; sed iterum ad ardua fenestriæ resarciendæ, per media latera scalæ innexis gradibus artus suos suspendens, repetita ascensione, se superius quantocius intulit: neque tamen tertio, sicut primo et secundo operatus, Deo ingratus extitit. Neque enim jam contentus una sola, sed utraque potius manu (parum aut nihil deliberans de sustentando pudendo pondere, sicut hætenus) in calce operis, viribus in operando omnimodis enitebatur; neque interim pristini doloris de cruciatu viscerum miserrimo rememorabatur.

10 Verum enimvero dum magis ac magis ad unguem seu ad finem perducere toties interruptum, toties repetitum, ex tanta devotione inceptum opus conaretur; levio-rem sese præter solitum, continuumque magis in postrema executione operis secum tacitus mirabatur. Unde jam præ-saga mente insignis alicujus rei future bilaris effectus, cœpit carnem suam, cujus sustentationis, operationi nimis assiduus, oblitus fuerat, valde paulo ante infirmam contractare: sed jam non infirmi carnem, imo quasi septennis pueri, sensit adesse. Admirabatur intra

se satis superque, dudum quis fuerit, quis modo foret, ut aiunt de Beato Gregorio Papa, quando patiebatur incisionem vitalium, nec valeret sustinere jejunium in Sancto Sabbatho, corporis scilicet incommoditatem, Syncopen nuncupatam in Græco. Illa enim; illa, inquam, notabilia, quæ dependebant crurum tenus et etiam infra crura in modum oræ defluentia viscera, meatu ad superiora retrogrado, uno de duobus inferius libratis et ad genituram aptis cum eis associato, dum intenderet operi antequam deficeret perficiendo, propria remearunt ad domicilia; infraque alvum vacuam, atque, ut ita dicam, ab intestinis deorsum loca genitalia usurpantibus viduam, pro antiquo more naturalia, deinceps a contrariis non reversura, constituerunt habitacula.

11 Hæc igitur iterum iterumque apud se retractans, iterum iterumque verecundæ carni salito et satis usitato more manum innectens, et supra modum quid sit miraculi factum expavescens, nec seipsum sibi, nec rem gestam de seipso credens; quod sibi ipsi incredibile videbatur, nulli propalare, ne reus mendacii haberetur, per multum tempus audebat. Et, quod monstri simile reputabat, qui paulo ante repentis modo, vehiculi astantis presidio se sursum vix contrahabat; nunc velocis cursoris agili cursu, gressus suos de imo ad superiorem gradum scalæ, modo desursum ascendentes, modo deorsum descendentes, variando commovebat, commovendo variabat. Qui licet secum immensas, pro collata sibi sanitate tam subita tanque insperata, in ægritudine sanitati contraria, tam mirabiliter et modo tam insperato, depulsa, gratias agere non cessaret; tamen in hæc minus faciebat medico suo, id est Conditori omnium Domino, quod debitas miraculo laudes, id est, Te Deum laudamus, ad ostendendum cunctis nationibus per orbem terrarum quantum de se præpotens Deus fecerat miraculum, in jubilo psallere non admonebat vel etiam exclamabat. Sed vere et absque dubio de eo possumus contestari; quod non malitia, sed quadam usus simplicitate, testimonio innixus Psalmistæ, Obmutui, referentis in humilitate, et silii a bonorum commemoratione; et maxime, ut dixi, ne videretur tam cito referens falsum pro vero velle incutere vel verba venari, quod summus Artifex in eum medicinæ contulit, reticuit; imo in futurum congrua occasione referendum distulit.

12 Cumque erectus tam mire ab infestæ ægritudinis squalore saluti, salutisque Auctori nimio congratularetur detentus gaudio; partim ex membrorum agitatione, quod erat signum interioris hominis tripudiantis pro hominis exterioris reparata salute; partim de angustiis viscerum ad interiora ventris redeuntium, vehementi dolore rursus afflicus est; quarum rerum, et forte pro testiculi intus remanentis commixtione seu conquassatione, vel cum eis, quæ deviendo ad exteriora non evagata fuerant innodatione, triduo fluxu sanguinis emareuit. Proinde per tres septimanas lecto doloris, quotidiano pene Viatico Dominici corporis et sanguinis, quasi diem ultimum vitæ singulis et quotidianis momentis clausurus, præmunitus incubuit. Sed divina, sicut eum prævenit, ita subsecuta eundem est gratia; sicque hujus etiam expers incommodi convaluit. Septem annis passionem, laborem et dolorem rupturæ utriusque inguinis toleravit: quam abscondens, vix paucis, et illis amicis, gravamen illius non amplius ferre sustinens, fere in ultimo septimi anni puncto aperuit: septem, inquam, annis graviter affligi utrumque inguen tulit: donec in octavo anno, mirabili virtute atque excellenti potestate, mirabilis Deus, et revera sicut Deus mirabiliter in

D
AUCT. WAL-
BERTO EX MS.
SURSUM RE-
DUCTIS VISCE-
RIBUS;

iterumque

descendere
cogitur:

quod dum
cunctatur
propalare

dumque ante
sacra corpora
ferè exanimis
jacet,

tandem
sensit reddi
sibi vires,
et opus ab-
solvens

sese ab her-
nu sanatum
miratur,

E

Psalm 38, 3

F
recurrens
doloris sensu
ad extrema
deductus,

rursumque
sanatur

AUCT. WAL-
HERTO EX MS.
meritis S.
Rictrudis

A in agrum operans, suffragantibus tamen Sanctorum, quibus pro posse deserviebat meritis, salutem reddidit. Neque enim fas est dubitare, presentia Sanctorum pignora suis hæc et hujusmodi cultoribus remedia apud Deum impetrare potuisse; quos scimus desertam Marceniarum in vita exilium, in morte certam sibi quietem delegisse: de quibus id certum tenemus, non solum res rerumque voluptates, verum etiam proprias voluntates pro Christo reliquisse; nec solum mundum, sed et mundi concupiscentias pedibus, velut quiddam inane vel nullius ponderis, subdidisse.

CAPUT II.

Propalatur factum in Fulchardo miraculum: ejusdem oculi a defluxu, manus a paralyti subito curantur.

Attero post
anno

Jam vero sol cursu suo duodecim signa peragraverat, jam anniversarius dies revoluti anni advenerat, et adhuc supradictus æger incolumis factus, opportunum tempus loquendi expectans ex industria, nonnumquam in curdo et redeundo languorem simulabat, sanitatem dissimulabat; nullum Fratribus verbum faciens de incolumitate sua, de medicina cælesti, de condescendente clementia Conditoris diurno languori; orique suo silentium imponens, divinum illud opus et admirabile, summaque veneratione recolendum, nec ulla oblivione delendum miraculum, ad publicas aures non afferebat. Cumque sermonem Domini de re certa, diu taciturnitati deserviens, non multiosa mente, sed pia ut dixi simplicitate, malens pie latere, quam ocuis temere elierre, absconderet; atque indicare cæleste secretum (ad laudem ejus, cujus prognosticum saluberrimum, citum offert agris remedium, cujus malagma potentissimum salubriter obstitit irruptioni viscerum, cuique fecit sanum) de die in diem protelaret; Dominus Sigerus, qui interfuerat Ordini Marcenientiensi, de Aquicincto monachus, vir bonus valde et religiosus, visitandum iterum duxit Marcemensem locum; nec non religionem Fratrum, quos concedes in religiosa dilectione ac diligenda dimiserat religionem, iterum pia sollicitudine de utroque admonere procuravit. Qui inter cetera, quæ ibi habuit spiritualia negotia, oblata salute sibi et reddita ceteris, infirmos Fratres (ut, sicut cum Apostolo gaudebat eum gaudentibus, fletet etiam cum fletibus) benigna ac secreta consolatione relevandos ac refovendos appetit.

Marcenius re-
dicens Fr. Si-
gerus,

et Fulchardo
jam sano
obviam
factus,

quærit quid ei
evenerit,

14 Verum cum in cellam infirmorum iter propositum dirigeret, atque familiarem suum, quem solebat mutua colloquutione relevare valde infirmum, ante alios exposceret; forte, quem quærebat, Dominum Fulchardum obvium habuit. Quo viso, plausuque dato ad invicem et reddito, prima sed communi quæstione præposita, quid ageret, inquisivit; secundamque primæ, de infirmitatis suæ monstruosa gravitudine, quomodo se haberet, privatam, nulla interposita mora, quæstionem adjecit. Ille vero subridens, capite innuens, paucis hujusmodi responsum edidit. Bene, inquit, bene. At ille; Vidi, inquit Dominus Sigerus, tota præteriti anni serie, pariter posita nostra conversatione, gravari vos miserabili extalium genitalibus folliculis influentium ponderatione. Sed quo modo aut qua ratione (expeto enim familiariter scire) intueor vos instantius solito gressus terræ solo figere, articulis pedum constantius inniti, tibiæ suras non enerviter frangi, crura hæc illacque non divaricari, denique ceteras partes ad quælibet inflecti nec dilabi? Et ut de toto breviter concludam, meumque vobis animum aperiam,

toto corpore ererto et quolibet discurrante, quasi ex D tono sano, hocque eminus vel cominus diligenter annotato, eum quidam admiratione, esse vestrum et præsens et præteritum, quamvis incertis futurorum, aspicio. Quare necesse est, ut aut magicam artem, aut divinam operationem in hoc intelligam. Sed absit, nefandæ artis causa aliquando vos esse mentitum Deo. Ergo aut solitis ligaminibus solidius colligatus estis, aut desperando fortunæ vos agitando objecistis. Sed absit, ut unquam obstinata mente eximii Patris Benedicti velit jussui contraire, præcipientis obnixæ, de misericordia Dei numquam desperare. Verum, inquit, inanes conjecturas assero. Nudam, nudam faciet mihi linem vestra caro. Facite ergo ut probeam, utrum sit in re an non, quod de vestra salute conjicio.

15 Quid igitur? Jam jam, velit nolit, Dominum Fulchardum oportet rem sicut est confiteri; dum præbet se suo familiari contrectandum, rubore faciem suffusus. Ceterum ad primum aspectum inferiorum, Dominus Sigerus divinum non ferens indicium, præ nimio stupore retrorsum abiens, in terram sere corruit; versaque vice munivit frontem signo Crucis vivificæ, prius præ nimio Fratris infirmi mœrore, nunc præ nimia rei divino nutu gestæ exultatione. Reversus vero in seipsum. Quid, inquit, carissime Frater, quid est quod video? quid est quod tam insolitum contueor, vel potius præter usitatum cursum naturæ imaginati videor? Quid est? inquam, ne celaveris me, quæso: quid est quod factum est, quod tantopere effari gestio, nec elierre valeo? Divinum est quod cerno, miraculum obstupesco. Numquid cæleste oraculum, medicinæ insigne donum recenter actum, patuit Fratribus, ut resonaret Deo hymnus, Te Deum scilicet laudamus? Noli, ait, tam cito index esse cælestium secretorum, propter repugnantes causas diversorum diversa sentientium, et conscientia depravata crebro veritati repugnantium. Timui siquidem contrahere offensam, si solus pluribus et a sententia diversis divinam autumare voluissem sententiam. Metuebam præterea ne futuri temporis iudiciis, nec nimis Domini mei qui me sanum fecit justis iudiciis, si forte rursus plangerem, malis exigentibus meritis, iterata dira sorte ab extalibus profusus, simulate hypocrisis commentata fraude, sollemniter mendax viderem emntiasse incerta pro certis. Postremo mihi, mecum discutientis iudicia Domini, dixi: Si opus est Domini, si summo opifici placuerit revelari, quando et quomodo voluerit quandoque faciet palam haberi.

remque ad-
mirabundus
cognoscit:

E

quam hactenus
celatam
fuisse intelli-
gens,

F

16 Et quid, inquit Dominus Sigerus, si ego sim ille, per quem pius Dominus causam suam non dedignetur asserere? Ergo carissime ne velis super hac re (te enim prohibente et refragante divinæ laudes non debent silentio comprimere) ne velis, inquam, ex obliquo super hac re disserere, me non debere assertorem publicum de secretis amici fieri. Servum enim Dei non decet eoutristari, imo letandum est lætitia inenarrabili, si contingat aliquid addi per servum laudibus communis Domini. Habemus enim per Psalmistam: Et adjiciam super omnem laudem tuam. Quot enim ora collaudabunt Dominum pro te, causa salutis eorum procul dubio videberis esse et gloriæ, gloria vero salusque collaudantium addet incrementum coronæ tuæ. Sive igitur in publicum proferas, sive reticeas, et reticere suadeas, non possum me jam ex tunc continere, non possum divinis laudibus non vacare, et ut verbis utar Comici, Plenus rimarum sum; ideoque, velis nolis, hac illacque videbis me diffluere. Et hæc dicens callida persuasionem, volebat ab eo licentiam proferendi elicere. Nam nisi potestatem dicendi ab eo benigna fraude extorqueret, nec ille concederet, nec iste fidem secreti

revelandi eam
facultate
petita,

Psal. 70, 14

A creti proderet. Sed quid plura? Frater Fulchardus, tandem gratam vim ferens, et meliori et melius consulenti obediens, Sicut, inquit, melius valetis, sic et melius scitis quid deceat fieri, quid debeat reticeri, quid aptum sit profiteri. Et nos ergo, ait Dominus Sigerus, profitebimur, et gloria Domini Fratribus hujusce rei ignavis quantocius revelabitur.

17 Illa vero amica collatione ad invicem sic diffinita, Domnoque Fulchardo, utpote qui non libenter otio vacabat, redeunte ad sua; Dominus Sigerus anhelo passu colloquutionem Fratrum appetens, sine mora Domini nuntiavit magnaalia, iteransque de Fratre quid et qualiter gestum esset, exhortabatur Fratres degere in omni sanctitate et religione et justitia, quos iterum Dominus visitaverat, tam aperta præbens miracula, Talibus corde compuncti ac in lacrymas Fratres resoluti, Dominum omnipotentem unaniter collaudaverunt, et gratias egerunt; doluerunt tamen, quod in recenti miraculo, melioris debitæ Deo dudum non insonnerunt. Unde saepe benigne objurgati sunt Fratrem postea, qui divina silnerat beneficia, nec assurrexerat protinus compos cælestis medicinae in sui Medici altisona præconia.

B Ille vero et objurgantes et increpantes modesto ritu et sustinebat et compescebat, aiens: Sic voluntas Domini fuerat finienda. Nec multa mora interposita, spirituali ac religioso cænobitali Patrifamilias res mira ac stupenda innotuit: neque enim divina bonitas perscrutantem ac volentem scire diutius latuit: et ipse lætus Fratrum plausibus adfuit, et quasi ignorans, sciscitatus causam illorum spiritualiter magisque solito more tripudiantium, et ipse pariter cum tripudiantibus de collatis cælestibus beneficiis tripudiavit. Ipse etiam de integro rebus insuetis acceptis, piis perfusus lacrymis, pio Satori ac bonorum Remuneratori secretas magis quam publicas grates exolvit; atque nomen Domini altissimi, mirabiliter in sua et ab eo visitatae ecclesiae novellis rudimentis, gregem suum invisenti, benedixit; breviterque Fratres admonuit ut Deo, casto timore militarent, propositæ religioni præcordialiter intenderent, coronandi in finem legitime decertarent. Si enim sic inceptis religiosis persisterent, beneficia Conditoris nec eos hic desererent, imo divina eos opera prævenient, et munera supernæ retributionis fideliter apprehenderent. Præcepit etiam rem gestam, ad memoriam sempiternam annotari, commendari, frequentari; frequentatam, commendatam, annotatam, divinis operibus operam impendi; et hanc vicissitudinem, quanta potest a mortalibus, collaudandis cælestibus recompensari. Hoc siquidem plures, præter sibi subditos, religiosi persuadebant Fratres; asseverantes profecto, si tale quid contigisset in primitiva prædicatione duodeni nec non consecrati numeri, sine sub infantia nascentis Ecclesie miraculis provehenda, quando signis erat frequentioribus attrahenda atque subdenda fidei, assueta spurcissimo idolorum cultui, ignorantia populi; orthodoxi Patres noluisse absque multa retractatione præteriri. Sic itaque monastici jussu Patroni scriptum est; sic potens opifex rerum Deus circa infirmum Fratrem consona intercessionem Sanctorum Marcenensium operari dignatus est.

18 Sed jam quæ divina misericordia circa eundem Fratrem præter supradicta non multo consequenti tempore misericorditer egit, prosequamur. Nam qui beato Apostolo ad tertii cæli [culmen] delato, ac de mysteriis cælestibus ultra hominem erudito, ob eustodiam humilitatis stimulum carnis, voluntati ejus contrarium neque terna precum vice relaxatum, benigne indidit; idem benignus dispensator, Fratri miro modo sanitati restituto, ne eum

extolleret, ut reor, miraculi magnitudo, dolorem quo prius caput aliquantisper dolebat intolerabiliter exaggeravit. Nam fonte contrebati capitis perturbato, per mediam cervicem ad oculos et maxime ad dextrum oculum, profluenti redundanti lacrymarum, sive defectu doloris vel punctorum fere excœciturum, eadem infirmitas miserabili visu porrigebatur; qua pene usque ad exitum vite bimatu continuo irremediabiliter cruciabatur. Collyrio oculi tumida superficies inungebatur; medicina purgando aliquoties cerebro adhibebatur: sed nulla medicina carnali quotidie crescens agritudo depellebatur. Clamabat, gemebat, suspirabat, semetipsum dolori dolorem addendo diserpens; quasi sensus extorris in terra volutabatur, mortem præ oculis jam mortuis spectans; se nihil unquam boni egisse, si quando aperte poterat loqui, tunc pectore conquebatur, ab imo pectoris delato gemitu. Sape vis doloris loquelam interrompebat; nec verba incepta plene formare, naturalibus instrumentis deficientibus, poterat. Aliquando ipsam loquelam ex toto amittebat: si quando ad se reversus spiritum resumebat, manus ad invicem, quasi in modum pectinis innexas, fortiter adstringebat; pectusque, quasi ex debito graviter tundendo, affligebat. Totum octonarium vel dimidium (quod majus mirum videbatur de vivente) continuato solique dolori vacans, multoties jejunabat; solum remedium, longum jejunium, jam pro domestica consuetudine sibi insitum, restimabat.

19 Incredibile est dictu eunti per singula. Ex eadem infirmitate, per singulos dies ingravescente, in spatio unius anni bis sacro Oleo fuit inunctus; his cineri et cilicio, quasi extremum valefactorum, superpositus, bis aqua igni supposita, ad lavandum statim moritori corpus [accingebantur] exurbie, singulis noctibus, singulis momentis, spiritum ejus transiturum expectantium. Amissa ferme lentione, adhuc inter dentes quædam vix intellecta et inarticulata balbutiens, adstantium propius auribus immurmurabat; agens sollicitè de sarcinulis projiciendis, quas a se removeri, vel potius projici flagitabat, ne forte illud proprium deputaretur a maligno hoste, quod in proprios usus parce reservabat: et quæ forte sibi commissa vel commendata fuerant, manuum potius nutibus quam articulatis vocibus significans, quorum essent, erogare properabat. Sed quid plura? Benigna invertio, vel potius paterna correctio miserantis Patris, omne fermentum malitiæ, si quod residuum fuerat, excoxit; et quasi mallei impulsu, cuneo cerebro coarctato, omnem pessimum succum vitiorum ab eo expressit. Tandem pater, qui flagellat quos erudit, corpus flagellatum exterius, cor contritum interius, solita pietate respexit; corpusque capitis agritudine fere exanimatum, vitæ redditum potenter crexit. Dum enim in crepusculo ejusdem noctis versaretur ad ignem, et taderet eum lecti; eodem momento aeger, eodem momento sanus adstitit brevissimo puncto: quia Dominus, peritus et misericors Medicus, ab infestatione diurnæ calamitatis, multis admirantibus, ejusque nomini benedicientibus, eum eripuit.

20 Nec illud oblivioni [dandum], imo ad laudem mediatoris Dei et Domini nostri Jesu Christi frequentandum, quod non longo post tempore, dum redditus in olomitati pristinae, pauperum curam exhiberet, catena ductus ad hoc obedientia; prædicti Fratris manus indicibili morbo occupatae, ante consumpta et abstracta, nullis tantum ossibus videbantur patere. Videres ipsas manus quasi tinea demolitas, de albedine pertransire in croceum colorem; de croceo, subita permutatione vel etiam cutis exinanitione, in ruborem; nec minus de rubore in pallorem;

D
AUCT. WAL-
BERTO EX MS.

fluxu oculos
pene excacante

E

eoque bis ad
extrema
deductus,

F

subito con-
valescit.

Deinde ma-
nus habens
paralysî
dissolutas,

Fratribus
indicit:

Abbas vero
ea occasione
ipsos ad Deo
fidendum hor-
tatus,

C
describi mira-
culum jubet.

Idem Fulchar-
dus rursus
humiliatur

ADCT. WAL-
BERTO EX MS.

A pallorem; postremo rigescere, rimis findi, crebris pertusionibus hiare; versas in tumorem nunc fervescere, nunc defervescere. Digiti dissoluti, et quasi ab invicem dissociati, nullum commercium inter se putabantur habere. Dumque miro modo de qualitate in qualitatem alternatim fieret transitio, nec apponeretur, sed negligere ab eo medicinæ curatio; unum tamen familiare sibi erat refugium, scilicet in præsentia Sanctorum devote fusa oratio. Nulla manuum inæqualitas, ut reor, per tot accidentia visa est aliquando variari: paucis tamen nervis derelictis, non jam minus, imo signa manus innuebant manus fuisse. Quid referam, quod non poterat solito more ecclesiasticis rebus abluendis vel emundandis manus inserere, qui propriis usibus nullatenus poterat inservire? Magis tamen dolebat de Fratribus peregrinis, quam de se, quibus in vicem Christi devote servitium solebat impendere; quorum suppellectilia in diversis usibus non negligebat prævidere, vasa ciborum etiam ad reliquias in refectorium, ac de refectorio ferre ac deferre. Sed licet manibus, ut aiebant, paralyti insolita dissolutis, nullum opus posset exequi vel seipsum pascere; tamen in deferendis cibis refectioni pauperum non cessabat contractas manus offerre.

et tamen
pauperibus
ministrans
ut poterat,

simili modo
sanatur:

B 21 Cujus devotionem seculamque benignitatem, nec non erga pauperes Christi voluntarium etsi non plene posset adhibere obsequium. Conservator attendens seculorum, manibus, sibi in suos minores ad serviendum promptis, pristinum vigorem reddidit. Qui enim non venit ministrari, sed ministrare, medicina non arte quæsita, ministro suo fideli, utile suis ministerium minus non diu distulit exhibere. Jam lassescere aquam haurire et calefacere, atque ad ceteros usus pauperum peregrinorum inops auxilii minus poterat vacare; quando omnipotens Medicus, infirmo condescendens, infirmum alteravit, debiles manus sanavit, quodque mirabilis erat, nullum fere vestigium deformitatis in eis dimisit. Hac ignorans adhuc Pater monasterii, potius existimans morbo defatigatum Fratrem obedientiam suam dimisisse, nec aliquo modo ad serviendum membris Christi eniti posse, accersiri sibi eum iussit. Cujus infirmitati compatiendo, cum se satis affabilem, jucundum, benignum et hilarem vultum ei præbisset; quæsivit ab eo, utrum injunctum officium de cura pauperum Fratrum abjecisset? Ad quem Frater; Non præsumptuose, Domine mi, istud bonum obedientiæ præ aliis expetibile abieci: sed ad horam dimisi: et est causa, ni fallor, et justa, quare me subtraxi. Nostis et vos ipse, si placet, curam illam me non sine causa dimisisse, meque ab officio juste, quod non poteram condigne explere, per tempus subtraxisse. Novi, ait benignus Pater, de manibus nimium te infirmari Frater; sed si aliquo modo potes pati, te decet perseveranter servire Deo in membris suis, ut cœpisti. Et post pauca, Ostende mihi, subiecit, manus tuas, si forte in eis aliquod signum futuræ sanitatis appareat; ne forte desperet medicus, cum tractare de eis, et malagma imponere incipiat. Non me, inquit humilis Frater, Pater amantissime, perturbat infirmitas manuum, quæ nulla est; imo inest eis et integra et perfecta sanitas: sed officii magna est dignitas, et mea, ne indigne servientem digna sequatur ultio, me terret indignitas. Et his dictis, manibusque expositis, læto sermone, priori sanitati sanitatem superadditam edocuit.

quærentique
cur officium
dimisisset
Abbati

manus red-
integratas
ostendit:

et eas
c.hortatione
suscepta

22 Cumque præ nimio gaudio sese continere non posset, totusque in gaudium spirituale spiritualis Pater exuberaret, atque sanas manus pertractans, Fratribus congaudentibus, ut exinde Deo gratias referrent, sapius ostenderet; Deus, inquit, condonet

tibi; carissime Frater; ut quid hoc fecisti? ut quid D nos suspendisti? ut quid, inquam, misericordiam homini, circa te mirabilia sua operantem, tamdiu suluisti? Vade ergo, et deinceps bonæ spei, libenter servi Deo, tuo utique omniumque Creatori, qui te toties liberavit, toties voluit restitui incolumitati. Rupturam sine dolore incisionis evasisti, infirmitati capitis felicem permutationem persensisti, manibus multimodo infortunio dejectis medicinam mirabilem atque a seculis retroactis inauditam suscepisti. Sicque et ex virtute Dei eum visitante, et ex spiritualis Patris cara exhortatione multum profecit; et multum Frater ipse confortatus, anteactam vitam parvi existimans, totum Domino ac magisterii sui arbitrio se commisit; ac velut mansuetissimum pecus aratro sulcanti corda verbi Dei, virium suarum quaecumque quantitatem mancipavit: denique ad qualibet, omisso pudore, facienda, emundanda vel curanda, humilitatem suam inclinavit; et iugo legis, velut alterius Mosaicæ, intra septa monasticæ disciplinæ, tam gentili quam Judaicæ plebi misericorditer indultæ, colla ferventius edomanda supposuit. Vis etenim divinæ sementis non in sentibus, non in saxosis ruderibus, sed in opima et exulta fœce telluris apertissimæ locum germinandi obtinuit, atque pacatissimum fructum tempore suo congruo in horreum Dominicum condidit; et de trigesimo proventu ad centesimum vel sexagesimum gradum, ascensiones in corde suo disposuit. Sed quid hoc? Jam enim, ut reor, excessit medicina modum. Scriptum quippe est; Ne laudes hominem, nisi cum venerit ad portum.

egregie ad
sanctitatem
proficiens,

23 Igitur exhortationis verbis, pia mente reconditis, negotiosus Frater, ad aliqua circa monasterium agenda vel resarcienda, sese a conspectu pii Patris reverenter corripuit. Nec multo post, licet aliquamdiu reniteretur (ideo plane, quia, ut aiebant, ad manum plene aliquando non abundabat, quod viduis, orphanis, pupillis et maxime peregrinis hospitibus et advenis deberet erogare) tamen voluntati obtemperans prædicti Patris monasterii, jam se erga eum commoventis, jam quasi vultum irati ostendentis, jam ejus inobedientiam ulcisci parantis, haud desuetus a priori consuetudine et tam sedula religione quam religiosa sedulitate, non solum pelues, paropsides, lebetes, sportas, reliquis Fratrum edulibus vel pulmentis recolligendis, refectorariæ stationi intulit; verum etiam fragmentis vel micis deidentibus de mensis (memor Dominicæ sanctionis; Colligite quæ superaverunt fragmenta, ne pereant, præcipientis discipulis) ne perirent, verrendis, solite cavit. Sagax vero in distribuenda roga sive eleemosyna, prout necessitati cujusque videbat indigentis competere, dives quidem pro bona voluntate, juxta exemplum Joannis Sanctissimi Patriarchæ, xenodochia pauperum magis affectu quam re decenter coaptavit. Paucis quoque xenis in gratiam Dei sibi delatis, nova religione nondum ad hæc sufficiente ad cetera explenda, pluribus repertis necdum expedita incommodis, habitacula Fratrum egehorum satis convenienti industria reformavit; ibidemque supervenientibus et alimoniam petentibus compatiendo, sermonem bonum supra datum tribuendo, Deo rursus in suis membris parere ac deservire studuit.

resumit
curam hospi-
tium pauperumque.

24 Ne aliqua tamen vel modica pervagatione, oblivisceretur operum Domini, si ex toto fieret expers verberum eruditionis superni Medici; universa conspiciens atque saluti hominum providens Dominus, nonnumquam præcones suos, id est, gravissimos dolores ad eum mittebat, et concussione laterum, concisione illium triduum aut quatrimum, servum suum devotissimum lecto lacrymis irrigato affigebat,

serpens etiam
postea a eu-
ris morbis

A affigebat, præ angustia spiritus gementem affligebat, metuque mortis in extremis fere situm vehementer afficiebat. Sed tamen medicinali ac supersubstantiali antidoto, sacro scilicet redemptionis nostræ Libamine sumpto, tanto gratiorem, quanto insperatam salutem conferebat. Nolebat enim, ut vere conjicere audemus, summæ medicinæ peritus pieque suos erudiens Dominus, ut toties immensæ pietati obnoxius, ejus alacritatis daretur immemor memoratus æger, piis eruditus verberibus. Quare juxta Salomonis documenta, In omnibus operibus memorari debere novissima, novissimæ diei magis ac magis suspectus, gravitate morum, continuatione orationum, in abstinentia arctius gulæ indicendo bellum, emendatior vivebat. Qui etiam in agone pii certaminis desudans contra Leviathan, quoties sinebat incommoditas corporis seu discussio cœlestis malleatoris, cœlesti ædificio lapides aptos quando vult et quemadmodum vult attudentis, ad obsequium pauperum, inopum, nec non peregrinorum alacriter recurrebat. Unde liquido potest colligi, quanta sit clementia Conditoris nostri, qui nec sibi obsequentibus clementer parcit; sed quos videt dignos remunerari, ligone sæpius ferientis increpationis scindit, limaque paternæ correptionis rubiginem eorum nocivam eradit.

CAPUT III.

Fr. Richardi, pro tuendo loco, cum hostibus visibilibus et invisibilibus colluctatio diuturna.

Frater itaque, cum quo Dominus toties exegit opus misericordiæ, finem suum cum timore, sicut dictum est, præstolabatur: in mente cujus, Beatus homo, qui semper est pavidus, assidue versabatur. De quo postquam præmisimus, restat, ut quod distulimus, inspiciamus; scilicet quomodo misericors idem Deus et Dominus; res Marcenensium, nimis inclinatas ad occasum solis, ut ita dicam, reduxit ad ortum interventione Sanctorum, in eodem loco præsentia corporali diem Domini expectantiura. Verum ad majorem evidentiam, sæpe commendanda est supra memorati Fratris tam solers diligentia, quam in earum fidei conservatione diligens solertia. Erat enim Frater ille, de quo agimus, infra limina Apostolorum Petri et Pauli, quasi in reclusionem solitariam, tam a suo, qui tunc temporis erat fere solentus nomine Abbate, Fulchardo, quam a Fratribus ceteris, per diversa circumquaque loca gyrovagis et ab Abbate suo discordantibus, derelictus; et ne dicam de sumptuosi obsonii, jam de quotidiani panis refectione sollicitus; solitudine, solitudine, frigore, nuditate, et cum famis sitisque labore, vigiliarum assiduitate vehementer afflictus. Præterea major instantia perurgebat eum, ecclesiæ scilicet sub manu sua commissa custodia; sed ante omnia Sanctorum pignorum, thesauri videlicet incomparabilis, pervigil observantia; Fratrum quoque, quos partim sub banni interminatione, partim Episcopali anathemate Abbas Fulchardus, antequam privaretur virgeæ potestate, ab ipso cœnobio excluderāt, quia volebant religioni cedere, tam nocturna quam diurna persecutio.

26 Dolebant siquidem, tyrannica atque injusta dominatione, ut aiebant, expulsi, minus posse ad propria reverti; rebusque exterioribus quibuslibet infortuniis ad nihilum fere reductis, illud paululum quod erat de interioribus in ecclesia residuum, non sibi ad libitum famulari; et, quod magis moleste accipiebant, se minime posse lege posita vel in villa hospitari. Legis enim decretum ab ipso ecclesiæ Patrono constitutum intonabat, Si quis quemquam

illorum, qui percussi erant sententia, in tota vicinia infra hospitium et maxime pernoctandi causa reciperet, aut marcam integram, aut dimidiam, aut quartam partem marcæ, determinata rei familiaris quantitate, utpote faciens contra edictum legis promulgatæ, persolveret. Cujus sanctionis detrimentum quidam vicinorum ad ecclesiam pertinentium hospitum paulo post incurrerunt, qui aut debitæ servitutis legem supradictam postponentes aut de lege adhuc ignorantes, infra mapalia sua eos per compita vagos susceperant. Horum itaque, qui tamquam jus proprium reposebant, et nonnullorum malefactorum, qui juncti societati eorum, causam, locum, tempus spoliandi ecclesiam omnimodis investigabant, lanceas, arcus, gladios, fastus, minas, lites pertimescebat; et quandoque solus occurrens cominus occurrentibus, in locis monasterio propriis, audaciori animo, non tam de suo, quam de Jesu Christi Sanctorumque robore, sumpto, baculo quasi pro signo correpto, signifer Domini ictus omnium sustinebat; cordeque cum manibus elevato ad Deum, sub Moysi legiferi præsidio, longe a se velut alterum exercitum Amalech propulsabat.

27 His atque hujusmodi anxietatibus seu perturbationibus, luce adhuc continua diei, visibilium inimicorum crebro impetu collidebatur; ast invisibilium tetro conflictu, nullam fere recreandis artibus concessam requiem admittens, intempestæ noctis silentio, gravioribus molestiis afficiebatur. Nullus, de his etiam qui sibi erant astricti lege naturæ, infra parietes ecclesiæ præsumebat secum excubare; conflagrantem (incerti utrum ita esset in re) tumultus, sonitus, discursus malignorum spirituum, devotioni fidelium invidentium: quos non ignorabant illi tam deserto loco fideles permanere, et ne longo situ neglecti duceretur, in custodiendo præcavere. Verum tamen dæmoniacas illusiones, quas rogati sive pretio evocati non ausi erant aure percipere, [ille] tropæo vivificæ Crucis præmunitus, de Domini nostri virtute, Sanctorum cœtu comite non diffusus, solus ausus erat perferre. Idem tamen Frater, quadam nocturno suscitatus a rara quiete, naturæ pondus hesternum necesse habuit relevare; nec exquisitæ cœnæ crapulam, sed simplicis pabuli sumptam offillam, molestante nausea, eructuare; meatus quoque venarum, post egestam aquosam humectationem, salubri aura temperare. Proinde quanto magis serotinam, tanto vehementiorem inundantiam somni a se excussit, a lecto prosilivit, cothurnos induit; sed materia luminis carens pauper Dei, lumen non accendit; nullaque face dimotis tenebris, obscuras medii recessus latebras pro more transilivit. Sed dum ad ostium, quod dirigebat iter ad Fratrum cœmeterium, propinquaret; et in alteram partem horti declinaret et rediret; incautas inimici humani generis insidias perpessus est: quibus subito præpeditus, præsertim solus, præsertim humano solatio destitutus, repentino pavore præventus, [mortuis] in eodem cœmeterio quiescentibus fere annumeratus est.

28 Sed attendite, queso, quam callida teterrimi insidiatoris machinamenta, quam argute atque promptæ in servos Dei sint ejus præstigie. Noverat enim atque bene notaverat, ejus etiam importunitatem effugandam præcedenti die saxorum imbre a conspectis propioribus propulerat, lascivientem, arietantem, nec non levia membra per publici atrii septa pervia agitantem, caprificos quoque atque reliquas herbas de tumulis mortuorum succrescentes vellitantem, cujusdam vicinæ viduæ mulieris bucculam, nigræ fornæ specie dirum omen prætendentem. Hanc videbat astantem, imo astare putabat, Elande nec ullo torvo indicio sese representantem, et quasi de sereno tractu nocturni aeris lasciviam

D
AUG. WAL-
BERTO EX MS.

E
etiam dæmo-
niacas illu-
siones
sustinet:

Nocte quadam
egressus in
cœmeterium

F

sumpta Eu-
charistia cu-
ratur.

Olim solus ad
ecclesiæ tute-
lam perseve-
rans,

dum præter
infestationem
expulsorum a
monasterio
Fratrum

ACT. WAL-
BERTO EX MS
ac nigra bu-
culæ ibi appa-
rentis specie
consternatus,

A suam in viridi gremio herbarum confovere meditan-
tem. Verum primo aspectu, nec attendens, nec re-
putans, nec deprehendens Frater deprehensus inesse
aliquid mali in blando ejus vultu sibi representato,
sine terroris præsigio aliquantis per remorabatur
sub divo : quem javabat oculo percurrente pro sim-
plici sensu relegere vel prospicere, que audierat a
prudentioribus recitari de vago cursu siderum atque
retrogrado, de mutato Phæbes ab igne fratris in-
cendio, de transte Aplanes directo nec discordante
planetarum itineri indirecto. Sed quoniam non
transfigurabat se quibus modis se habere solebat,
nec se, lascivendo, vestigia perturbando, saltus gy-
rando, gramen conculcando representabat; qui
Frater ceteris noctibus impavidus, introitum et
exitum ejusdem aditus penetraverat, jam cœpit
membris contremiscere, capillis horrere, verbis hæ-
rere, frigus gelidi torporis interius persentiscere,
et post amissam virtutem corporis, animi subtilio-
rem experientiam omittente. Cujus incomparabiles
erant angustiae, quia nec sub nudo axe reliqua no-
ctis parte morari competebat; nec ad lectum, semita
qua venerat, interposita maligna obice, retrocedere;
nec quamvis pusillum nutantibus gressibus, hæren-
tibus cruribus, postremo defatiscentibus totius cor-
poris viribus procedere; nec sine custodia, solita-
rium ex toto, cujus reliquas fores obseraverat, mo-
nasterium relinquere audebat.

B
C
D
E
F

29 Dum vero in ipso fere articulo mortis et vita
sie fluctuaret, sicque mente captus feræ in amen-
tiam verteretur, et profluide sudoris torrente totus
emanaret; tenui vixque intelligibili murmure, adhuc
uuum de pœnitentialibus assuetum Psalmis ruma-
bar, Miserere mei Deus; saepe succineus, Deus mi-
serere. Cumque frequentius Psalmum sibi notum
repeteret; et misericordiam Domini, qui non dere-
linquit sperantes in se, potius clamosa mente, quam
alta verborum modulatione, invocaret; fidelis Deus,
qui (sicut ait Apostolus) non patitur servos suos ten-
tari supra id quod possint ferre, fidelem servum
suum non passus est diutius extorrem intelligentiæ vel
virtutis pristinae fieri; imo et sensum et fortitudinem
membrorum, nec non intellectum, quo discerneret
Satorem et Auctorem omnium, potenti virtute ver-
borum ei reddidit. Ipse vero Frater sibi vitæque red-
ditus, atque velut e pigro quodam torporis involucro
excussus, continuo vexillum Dominicæ passionis
contra hostem erexit: nec solum fronti vel capiti,
sed et reliquæ artuum compagini titulum pretiosi
ligni dextro pollice sapius superscripsit. Cujus vir-
tutem versipellis atque multiformis prædo animad-
vertens nec ferre sustinens, in tennes auras tam quam
fumus ab oculis Fratris evanuit, atque immunda
vestigia post se relinquens, tetra odore, nullo in-
timante, quis esse aperuit. Cernens vero Frater
liberum sibi aditum patere, licet vexatus de inimici
horribili visione, tamen non minoratus sensus capa-
citate, discreta ut prius actione, per quod egressus
fuerat per idem iter regressus, proprius accessit,
ostium super se clausit, clauso seram obdilit, vecte
munivit, et ad stratum requietionis, gratias agens
Dominumque pro ereptione sui magnificans, remea-
vit. Sed ante conticinium pullorum, quo tempore
liberius dicuntur pervagari spiritus malignorum,
requiem interruptam, raram licet ac tenuem resu-
mere minime quivit. Sicque victoriam de inimici
rugientis, atque vasti loci futuræ religioni invidentis
impetu, clienti suo fidelissimo victor et protector et
defensor Dominus contradidit; dum ad expressionem
pretiosi signi ejus videlicet in corpore sacrati ligni,
et spiritalem nequitiam in auras extrusit, et tutum
ac expeditum egressum et regressum Fratri pertur-
bato patefecit.

30 Hic autem tam magnanimis quam unanimis

Frater, sicut in sacra æde nocturnis vigiliis solus
pernoctabat; sic etiam necessariam corpoream recrea-
tionem vel refectionem, quam Dens sibi per manus
servorum suorum administrabat, diurnis et congruis
horis solus in eadem sumebat: non quia domum
erationis fieri vellet domum vel exedram negotia-
tionis; sed quia fidei diligentia volebat longius abesse
præsentiam suam, in cautela cœlestis sed neglectæ
mansionis. Accidit autem in una æstivarum dierum,
eo sub meridiem reficiente in ea parte, qua conse-
crata veneratione debita recoluntur altaria S. Mar-
tini Turenensis Episcopi nec non S. Joannis Bapti-
stæ, ingentem sonitum, in modum elidentis seu fe-
rientis fulguris, ab ea parte qua dedicatum est altare
beatae et gloriosæ Dei genitricis Mariæ, ad aures
ejus pervenisse: et cujus insolito strepitu, tegulæ,
trabes, laquearia, saxa quoque visa sunt una cor-
ruisse. Quamobrem Frater contremissens, et nimis
super hoc admirans, tum conjectans quid hoc esse
posset, nihil adhuc suspiciosum super fraudulentum
hostem gerens, præsertim cum diei pars tanta re-
staret; saltu concito, gressu citato, ciborum non
grandi apparatu in medio derelicto; partem illam,
qua tumultum antea inauditum perceperat, appetiit;
et ut ita dicam, sursum, deorsum, dextrorsum, si-
nistorsum, ante et retro tractus oculorum evexit,
seu circumdixit; sed cuncta quaquaversum integra
et omnia immobilia circumspexit. Nec hoc solum
opinabatur sibi sufficere, qui jam, quasi deprehen-
deret notam rei manifestæ, anhelo discursu reliquas
cœpit partes templi circuire; angulorum, laterum,
flexuris, latebris intuitus claros orbium diligentius
infigere; si aliqua signa vel minima perstreptentis
ictus quivisset, vel unius lapidis jactu, aliquo pacto
annotare. Cumque diutius pertractans, diuque sin-
gula loca paragrans, nihil indicii de re insolita per-
cepisset; tum demum cœpit in animo superstitiosas
virulenti hostis artes retractare: quem jam alterna
vice senserat ludibria, sed irrita, exercuisse domui
Dei quam inspiciebat sic enormem et tamdiu a ser-
vitio Dei vacasse.

31 Igitur cum Apostolo confortatus in Domino et
in potentia virtutis ejus, atque contra collectationes
aeræ potestatis memoria pretiosi ligni atque virtu-
te roboratus, ad percipiendam cum gratiarum actio-
ne relictam refectionis portiunculam, mensæ suæ
tripodem revisit, iterata benedictione eam sanctifi-
cavit, et, in nomine Domini subjiciens, burcellam
ori suo apposuit. Quam dum mandibulis conficiens,
traduce palato per arterias stomacho decoquendam
voluisset trajicere; sensit graviter in gutture ver-
sari; sensit eam, amisso meatu, anxie in faucibus
restare, nec ultra procedere. Proinde carens auxilio,
et præsertim remotus ab humano solatio, de supre-
mis tantum cogitabat, subitoque casu ad mortem
usque fere anhelabat. Quid plura? Dum igitur diu-
tius cruciaretur, nec requies diris ejus cruciatibus
impertiretur; terribile atque ineffabile nomen Domi-
ni exorsus est invocare, ne permetteret, ad adven-
tum seu commentum malignum, de indigni servi sui
ruina inimicum exultare; qui sibi non modicum
invidebat de fidei custodia, quam videbat reliquiis
loci posthabitis se posse impendere; ideoque tam
callide astutus serpens se ingerebat, quia pestifere
nequitiae suæ veneno grassabatur quantulameumque
vigilantiam a sacris aris depellere. Cumque hoc modo
ratiocinaretur, sed magis corde quam ore cum Do-
mino; frustum, quod inhærebat gutturi, repente
in palatum, de palato in os de ore extra resiliit;
atque ita illam intolerabilem passionem Domino,
quem pie invocaverat opitulante evasit, et pio libe-
rateri immensas, pro adeptæ salute, grates et laudes
sine cunctamine exsolvit.

D
Allas in ec-
clesiam ctbum
sumens,

horrendo
fragore per-
cellitur;

E
et lustratis
omnibus

a dæmone
cum processis-
se intelligit;

Eph. 6, 10

hærenteque
in faucibus
boto pœne
suffocatus,
F

invocata
Dei spe libera-
tur.

recitato
Psalm 50

1 Cor 10, 13

et signo
Crucis facto,

dæmonem
pellit.

A 32 Jam equidem incredibile memoratu est quod idem inexpugnabilis atque imperterritus Frater, per singulas fere noctes, cum nigriore fuligine hoste luctabatur: et nonnumquam etiam usque mane, et quasi duello hinc inde commisso, pugiles impares videbantur manus ad invicem inserere. Quem etiam fraudibus plenus dæmon, indignantis affamine moliebatur deorsum elidere; Fuge, inquit, hinc in malam rem, cum tua irreligiosa observatione. Putas tu, diu mecum te posse decertare? putas tu spirituale agmen luteo conamine superare? Nonne sum ille, qui sublimem sedem ad Aquilonem ponere disposui, et fere non impos voti solum Conditori adæquatum obtinui? Numquid es immemor Protoplasti, quem interdictæ arboris ingluvie circumventum, atque a pristino statu immortalitatis immutatum, callide eduxi vel potius seduxi, et ejeci a delitiis paradisi? Num reminisceris fratricidii, quod primum hominis seminarium primo intulit fratri? Nec illud ad inter-
 necionem fermæ orbatî senis sedatum quievisset fratricidium, nisi venditio alterius intervenisset ab Ismaelitis transferendi in Ægyptum. Recordare, nos non solum super Ægypti, verum etiam super limites totius mundi plagam induxisse, dum non solum obstetricantes, sed etiam diversi generis sicarios, barbaros, immisericordes, utriusque sexus crudeli nece fecimus desævire. Nonne infra angustias anilis uteri, puerilis insectationis inivimus ludicrum hostile, odio intestino inter geminos exardescente? Quis tot millia stravit in eremo, lingua facile labente, veluti commorante in udo, et ideo peccante murmuranti eloquio, post vitulum conflatilem et erectum in alto, genere musicorum multimodo; Hæc Numina tua sunt, Israel, Judaico acclamante populo? Quis eundem populum, divinis jussionibus obsistentem, fecit abduci a copia lactis et mellis, post locatam positionem in terra promissionis, nisi intranquilla vis nostræ sed malevolæ persuasionis? Quis etiam post cœlestis thesauri fontem epotatum, post cœleste munus sapientiæ sibi commissum, præ omnibus adoptatum, precibus tantis expetitur, cœtui muliebri importune admissum subvertit cor regnantis atque in pace in solio residentis, ita ut pœne excusabile videretur adulterium parentis? Quis edocuit rudem in armis adolescentem, forma egregia cunctorum mortalium speciem superantem, non tam in solum parentem, quam in totam regni ejus insurgere latitudinem; cujus optatam, exeunte arie contra tironum insaniam, imperabat pater reservari pulchritudinem, commonendo, obsecrando, iterando, Reservate mihi puerum Absalon superstitem? Quis post emblematum dissolutionem, post Philisthæorum dejectionem, post orbium effossionem, post molarum probrosam evolutionem, interitum suum pro nihilo duci fecit in tanta strage atque ruina inimicorum suorum, stipite mediæ domus concusso, spectaculo quoque in luctum permutato, subitoque leto cum forti viro una intereuntium? Quis rogo, tanreis, flagris, scorpionibus, et nervis Machabæus fratres edomuit, nolentes vel aliqua simulatione nedum suillæ carnis incorporatæ veritate, mandata Legis transgredi?

33 Postremo retexere veteris ac novi Testamenti seriem, fastuum, historiarum, actuum Regum contextionem, et invenies immanissimos impetus adversantium, cuneos e diverso adventantes exercituum, elisiones hostilium cadaverum, ferocitates devictas et victrices aquilas barbarorum. Quid enim? Numquid in novo, quod minus arbitraber me peregrisse in veteri præcedente mandato, supplevi, dum de morte Jesu, omne nefas superante, cum Juda, Pilato, Herode pertractavi; sed et Judæis male præconantibus, et militibus manus in crucifigendo injicientibus, ni-

hilominus discipulis Domino et Magistro abrenuntiantibus (quamquam meo, ut aiunt, detrimento) ad finem usque complevi? Quis præterea Judæorum, gentilium, hæreticorum, falsorum Christianorum ritus suggestit aberrare, et a vero aberrantes nobiscum una sententiam damnationis in gebenna incurrare? Curre ergo per singula, et continuo videbis nostra ludicra, et quæ raro in vacuum cedunt, stупenda atque miranda exercitia. Tu vero, quisquis es, qui in tantam audaciam proruis, qui nos a propriis laribus, imo a neglectis tabernaculi hujus sedibus expungere conaris; ab hoc forsitan non discedes loco, donec sensu perturbato, a teipso non parum alienaberis. Sed heus! tu, ne videatur forte delectus cedere nequitiis spiritualibus; cede, festina, discede, et quominus visibilibus, eo validioribus tyrannis succumbe: alioquin ocius ab exterminatore angelo, tam a loco quam a sensu, exterminaberis; et postquam desipueris, cum mœrore ad inferos velis nolis descendens, nobiscum de injuria commissa ratiocinaberis. At Frater intrepidus, strepitum in atrocem faciens, collecto flatu in hostem insufflans, sputa oris jaciens, rursusque luctam conferens, auxiliatrice Dei Sanctorumque virtute, in terram malignam, ut erat in exstasi, projecit, pedibus substravit, diro verbere tutudit, et suffocando defatigavit. Verumtamen cum inter terram et pedes superbiam atrocis prædonis conterere atque humiliare existimaret, de repente nec spiritum, nec corpus, quod putabat adfuisse, constringebat: sed quasi quamdam massam, in modum lanei velleris, sub pedibus expergiscens conculecabat. Hæc autem incommoda seu discrimina, vel infortunia gravia, nec impuro tamen hosti cedens, sed fiducialiter in Domino devotus Frater agens, importune patiebatur aliquando usque ad ipsum gallicinium, aliquando, ut præfatum est, usque ad conterminum orientis auroræ diluculum, vel jubar solis exortum.

34 Nec semel vel bis; neque die, septimana, vel mense; sed longa temporis intercapedine sic anxibatur, sic patiebatur, nulla aut rara quandoque suffultus refectione, nulla aut rara usus stomachi fultura, nimia confectus corpus esurie, dum ab eo timeretur sibi, sed multo magis rebus ecclesiæ. Si quando, quasi ad speciosam portam templi, ab incolis fidelibus Deumque timentibus caritatis alimonie pro mercede animæ suæ deferebantur, ex illis macilentum corpus, satisque laboribus atque nexibus diversarum curarum attenuatum, potius quam reficeret, sustentabat; hisque contentus, neque vades, neque venditiones de gazis vel beneficiis ecclesiasticis, quas tamen inter manus habebat, aliquando facere disponebat. Cuique a pluribus et vicinis et procul positis sæpius tale quid suggereretur, et verbum illud, nedum factum, ut nefas refingeret et execraretur; jurejurando se affirmabat malle mori famæ, quam unquam aliqua distrahere; præsertim cum hoc nolisset fieri paulo ante pro quodam nobilis satis prospiciæ laico monacho in suo senio, Rotberto nomine: quem diutino depressum languore, sagaci studio pro posse servaverat; eique in cibo et potu, licet parco nec delicato, largo fletu tamen recompensato, parcus satis, pro nefas! pro defectu rerum, minister servierat. Quem licet universæ carnis viam ingressum dignis exequiis prosequeretur, tamen pro ejus anima Deo commendanda aliunde Sacerdotem asciverat, cum jam in eodem loco nec Levita ad eum tumulandum inveniretur.

D
AUCT. WALBERTO EX MS.

ac loco cedere jubentem,

pedibus conculecans

E

tollis noctibus cum eo luctatur:

nulla denique necessitate induci se patitur

F

ad res ecclesiæ distrahendas.

Idem dæmonem jactantem vires suas,

probandas ex peccatis

Adami et filiorum Israel,

Salomonis,

Absalonis,

Sampsonis,

et ipsius Christi curata morte,

A

AUCT. WAL-
BERTO EX MS.

CAPUT IV.

*Fulchardi Abbatis depositi pro sua restitutione conatus irriti.*Fulchardo Ab-
bati deposito

Contigit interea Fulchardum Abbatem, verbis contumacibus resultantem, atque multarum spirantem minarum, utpote juris Abbatiae suae expertem (cujus virgam, judicio Domini eum perurgente, apud Episcopalem Sedem multis praesentibus, iustisque praesentem accusantibus et convincentibus, ipsi A-trebatensi Pontifici iratus reddiderat, vel potius cum quadam indignatione projecerat) Marcenas remeare, atque poenitentem temerariae executionis subitaque commotionis, velle, tam propria quam vi parentum suorum, res integras, ut prius, Abbatiae, cui abjuraverat, obtinere vel potius usurpare. Conabatur etiam aliquando minis, aliquando persuasionibus blandisque verbis chartas a Fratre Fulchardo, tunc Converso, postea incipiente religione statim religioso Monacho, in jus suum retorquere. Sed providus Frater tonitruis ejus sibi imminentis sive comminantis insuperabilis, nec minis intonantibus nec verbis persnudentibus volebat aliquando acquiescere. Inde mox eructuantis Aethnae incendia, inde fornacis magnae fulgura, voces et tonitrua, inde rixae et verborum pugnae, seu contentionum jacula: rursus pax fieta, et verba subdola. Qui etiam ex tunc ut leo fremens, non jam insidiabatur in ovilia, quae huc illucque non solum priori tyrannide dispersa, sed etiam percusso Pastore nunc a pastoralis cura penitus erant destituta, circa sola atque desolata moenia exuebat; si forte de distractis qualibet arte vel fraude sarcinulis viduae Matris Ecclesiae, quivisset ollam, a facie Aquilonis succensam, mentem videlicet pestae invidiae laborantem, restinguere. Videres humilem fundibularium in funda David tyrannum expugnantem, atque de pera exponentem saxum imbre in Goliath inmanissimum hostem, proprio tandem mucrone confossum, dolore scilicet prostratum, ira superatum, ac in sese ruentem. Furor enim caecus, furor a se alienus, furor totus velut caminus ignis inundabat; furor, inquam, licet extra desaviente, furor tamen intra saviente, furoris utique graves poenas in seipsum retorquebat. Porro elibano sic accenso, sic bacchanti, sic furiis infernalibus exagitato, denique sic furenti lupo, placidam ovem, in protectione Dei Sanctorumque commorantem, cerneret confidenter obsistere, nec omnino perverso conamini ejus velle cedere.

Comitissae
et Episcopi
favore fultus,

C

36 Verumtamen nec iste ejus injurias diutius tolerasset, nec ille conatus pessimos deseruisset, nisi partim timor Comitissae, partim Pontificis anathema praemissum eos repressisset. Favor quippe Comitissae partem Fratris confuebat, qui Ecclesiam ditioni suae mancipatam, etiam jussu ipsius tam fideliter quam solerter conservabat. Pontifex vero succedenti Abbati jam assignato, jam electo, jam consecrato curam regiminis multo cum favore reservabat, refraganti, latitanti, dubitanti, futuro tamen coactione Pontificali, nihil de injuncta cura relaxare volebat. Sed dum a Pastore vidua gerneret ac successoris jura expectaret, interim Dominus Praesul Ecclesiam sub manu, sub tutela, sancta cautela retentabat; eamque vice Domini Electi, adversus malignantium insidias, nequitas, et versutias, divinis armis, in acie spirituali praecinctus, defensabat. Qua securitate, non plena fide tamen indepta, quod prius non infidelis Frater conceperat mente, nunc demum cogente nimia esurie ipso perficit opere. Accessit igitur ad arcam, in qua messis hordeaceae ad modum et duarum minarum quantitatem

summam praenotaverat reconditam. In quo tamen uno, duo mira peregit, quia et arcam spoliavit, et eandem integram atque obseratam, nullo tamen execrabili maleficio dereliquit. Relatum est tamen ab eodem postea, sese hoc effecisse, ligneis tantum clavis reffixis, et ablatis de posterioribus arcae. Verum enimvero unde ventris ingluviem satiare proposuerat, inde mutuato pretio, partem quamdam monasterii male detectam disposuit retegere; malens solita castigatione repugnare ventri, quam patere utrobique aditus templi Aeolo ventosae cohortis tempestuoso Regi.

37 Quo peracto, casu accidente, atrii exterioris ab obliquo adventanti Abbati Fulchardo res diutius non latuit. Nam sursum erectam aciem oculorum figens, sarta tecta templi innovata praenotavit, atque intra se Fratrem Fulchardum montes aureos invenisse submurmuravit. Tamen de praesagio damni metuens, nec non metuendo casus incertos ad deteriora saepius devolvens, continuo arcam hordeiferam appetiit, reseratam aperuit; sed de thesauro occultati hordei, nudius tertius arcae commisso, nihil invenit. Unde mutata colore, Quis igitur, inquit, locorum amodo nanciscetur securitatis possessiunculam in orbe? Sed jam reprimam me, ne nimium avidus ad rem, nimiae cupiditati videat jam degener inservire: et haec dicens, erexit se contra se. Frontem itaque non abiecit, frontis decus non amisit, erubuit irasci, erubuit contendere; memor utique attestationis Propheticae; Frons meretricis facta est tibi, noluit irasci, iracundiam igitur atque jurgia, repressit, vel potius formidine Pontificis seu Cognitissae tristem vultum quoquo modo palliavit: alternato tamen vultu honestam videbatur causam praetendere, ferens se motum pietatis super Fratris egestate fuisse; Alter inquiens, si perpetrasset idem itatenus, patienter nullatenus tolerassem. Simili typo, ne dicam furto, dictu factuque satis jucundo, simili coactus necessitate non multo post indignens Frater, benigne simile peregit opus, sub Pincernae magni Hugonis Aquicinctensis monachi; quondam Cameracensis Castellani, austeritate inhumana; subveniens fami suae in pane et liquamine avenae, nec non in sagimine et farina; dolens ultra quam credi vel dici possit, post dicessum monachorum S. Bertini a, ea inhumane agi in conclavi et sub sera, re penitus sicut prius fere perturbata.

38 Videns autem qui fuit Abbas Fulchardus, sese apertis nisibus nihil aut parum proficere, vertebat se deinceps ad alia argumenta, aestimans alia via causam suam melius atque expeditius procedere. Nam frequenti discursu sollicitabatur anxius, nitebatur curiosius diversorum Curias frequentare, Palatinos Procures in sui juris restitutionem auxiliares compellere, Comiti etiam et Comitissae multa offerre et plura promittere. Praesulis aures, quas sciebat lucris obseratas vel simoniae interclusas, de simonia vel cupidine mundana non posse nec debere interpellare, non cessabat plurima petitione, postulatione, obsecratione et per se et per suos assidue pulsare, attentando utrum in gratiam prioris villicationis posset redire; si sub fidei testimonio vitam moresque corrigere; si etiam futuro immenso conamine, dignitatem depravatam Abbatiae, quam peccata sua suorumque perverse tractaverant, atque infamia turpi infamaverant, ne dicatur foedaverant, promitteret relevare: alioquin in eandem damnationis sententiam, qua modo lugebat et cui modo obnoxius licet invitatus erat, infra paucos dies sponte sua, sine ulla controversia, vix expectato jussu Domini Praesulis, semetipsum libens praecipitaret. Quae quidem verba precanti similia, toties repetita, toties inculcata,

D
et pretio
subducti clam
hordei lectum
resarcit,frendente
nequidquam
avaro Abbate;E
Jer. 3, 3

a

F
qui dum pro
sua restituti-
onemeliora pol-
licens agit
apud Epi-
scopum;

misericors

A misericors Præsul absque misericordia non distulisset; nisi absonum et inconveniens, pro accelerata benedictione sequentis electionis, apud sanctos Patres claruisset. Quod si alterius depositio prævaluisset, nimirum sanctum religiosorum virorum Collegium, hæc mutatio dextræ excelsi, non præcinnisset; imo auri et argenti sacra fames, resultandi causam habuisset.

ad hoc reprehenditur de dissipatione rerum,

39 Cui tamen peroranti plerumque nec ad interrogata respondentem, Præsul ex adverso opponebat: Quomodo, Frater, te ipsum ovesque curæ tuæ commissas pascendas, protegendas ac regendas, resque et interiores et exteriores totius Abbatiae disposueris, velut nota prætereo; et ideo tamquam ex superfluo adeo nota, adeo perspicua toties replicare supersedeo; potius ea frequenti populo (parum est hoc) toti fere contra te reclamanti mundo enarranda jam relinquo. Transeo siquidem tecta monasterii, claustrum, refectorium, dormitorium, et cetera non solum detecta, sed etiam negligentia tua vel incuria destructa: ornamenta etiam, factis vadibus, ab ecclesia remota et amissa: ceteraque in eundem modum templi suppellectilia, pravis usibus deputata,

B paulatim eliminantur summi Regis extra castra. Quid? quod etiam, deficiente horreo, deficiunt Fratrum victualia, sicut etiam cetera prorsus necessaria? Quæ vero spes sit de futuris, cum iumenta non sint et terræ minime incolantur? Quæ cum ab externis cultoribus occupentur, non solum terræ prædia, sed et ceteri reditus amittuntur. Extra male est, intus nihil reliqui fit: extra sæviunt hostes visibiles, intus tumultuantur seniores, nec depelluntur invisibiles. Servitium Dei in sacris ædibus, pro dolor! negligitur; Dominus Deus ad indulgentiam delictorum neque die neque nocte excitatur. Grandis, nix, pluvia, si quando resiliunt, intra officinas redundante torrente delabuntur, aut vix integumento tenui veterique prohibentur: parietes veteres diluuntur, novi non superædificantur, et (ut verum fatear) lapis super lapidem fere non relinquitur qui non destruat. Papæ! quid execrabilius, quam ad stabula porcorum sacratissima loca redigi, ubi quondam sanctorum Angelorum excubiæ solebant fieri? Prorsus tam sacer locus redactus est ad eremum; ubi vituli cum matribus, arietes cum ovibus, cumque ceteris pecudibus, per hortum perque virgultum pro hortulanis vagantur, nec alicujus ambitus interclusione anfractus arcentur. Utriusque sexus vulgus, absque retractatione, absque obstaculo, et ingrediuntur et regrediuntur monachorum habitacula, quæ tam solitaria solebant esse. Quid? quod ad hoc ventum est, quod etiam quidam maligni machinantur arte maligna turris ab arce campanas erui, et in altum profundi demergi, ne ultra, vel ne saltem venturo recenti Abbati compareant? Quid? quod paulo ante, non jam monachi, sed, quod nimis e natura dictum est, tirones ac vehementes tyranni in proximo saltu decoutra munierunt castra, vel quasi Romulei asyli castrensia latibula, dum demoliri conantur?

et loci tam sacri minime ex termino

40 Væ væ tibi (ut jam audeam, salva nostra reverentia, paululum in te invehi) væ, inquam tibi: exterminare quidem nituntur, non jam templi, sed deserti nescio quæ reliqua, dum etiam malunt filii Belial inhonestis rapinis cædere materna viscera, quam ad matris desolatæ saltem plangere funera. Et quid amplius? Respublica monachorum, indiscretæ actioni, utpote Pastoralis expertæ curæ, indiscrete obnoxia, jam ad subvertendum permiscetur, et velut in cujusdam chaos præcipitium, pro nefas! ex incultu ferme cultu, paulatim delabitur, immergitur, periclitatur, et ad nihilum deducitur. Prorsus sacræ habitationis tam sacra moles in parietis, tecti, atque

fundamenti ruina, quasi nusquam fuerit structura, a radice evellitur; prorsus, inquam, quasi numquam sacris ædibus jecerit fundamentum antiquitas, domus Dei confunditur, nedum saltem rudis et velut indigesta subsistere quantumlibet vilis casa, videatur. Verumtamen pia, credo, verbera *b*, non ab inhumano Fratre Domine suæ carissimæ, Sanctæ videlicet Rietrudi, pie illata, fuerunt procul dubio ante Deum in causa, ne adhuc ex toto redigantur ad ina tam egregii loci pia Sacraia. Non igitur de omnibus diram affero sententiam; de illis scilicet, qui dignam exequentes electionem, disposuerunt affuturam observare religionem, ac jugo Domini colla submittentem, quantocius vivere delegerunt, tam religiosi quam spiritualis Patris ad arbitrium vel voluntatem. Sic Præsul.

41 Confusus itaque, qui solum adhuc nomen Abbatis retinebat Fulchardus, fatebatur se errasse, se deliquisse, se inique egisse; juvenem retroactis Kalendarum cursibus rudem atque indiscretum degisse, nunc primum ad annos viriles pervenisse. Hucusque non bene usum imperio animi super rebellem carnem, et ideo parum consulte voluptatibus ipsius carnis restitisse. Ideo, venerande Pater (prosequatur) spiritus vigorem imperio suo edomuit, et nimis sibi subdidit lasciva, rebellis, et indomita caro: hæc enim sibi invicem adversantur, ut ait Apostolus, dum caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem, sicut in præsentiarum satis superque experior. Quare non immerito querimoniam Apostoli mihi configuro: Non quod volo bonum, sed quod nolo malum, hoc ago. Sed unde hoc? Quoniam, ni fallor, ultroneitati liberi arbitrii, primo concessæ parenti, non legitime resisto: inde perversa conjux crebro renititur viri spiritualis legitimo thoro, rationalitati scilicet sensualitas persæpe effrænato contrahit dominio, nec sibi cedit in tutia vicissitudine in prælio.

42 Verum enimvero, ut secundum vulgi elogium pro me quidem pauca loquar, Pater, non bono omine nascitur, cujus vita aliquando non corrigitur. Lupus quoque, secundum idem vulgus, non adeo est ingens, sicut extollitur: plus satis de eo rumor dicit, quam dici promereatur. Verum ne lupus sim in sequenti, sicut lvi mole peccaminum prægravatus, fabula ut jam verser in communi vulgi parabola; neve rumore corrodat maligno; de cetero castigatis moribus, mihi præcavebo. Proinde quoniam, ut ait Maro, Mærim lupi videre priores; ne lupi me primitus videant, et vocem, ut aiunt, auferant; a conspectu meo lupos viriliter arcebo, nec eis ulterius locum male sentiendi de me concedam, interveniente vestra prece et auxilio. Quod a nobis igitur partim imprudentia, partim ignorantia tam indigne actum est, tam vestra prudenti industria quam illustri prudentia corrigatur: deinceps linea, hactenus curva, ad rectum vestra manu dirigente deducatur: eademque firmiter clavum tenente, naufraga puppis ad portum dirigatur. Pro subito nimirum stomachi felle, adeo trucidanti gladio non est vestrum, Pater, in me sævire, cujus circumscriptio vel discretio, iracundis, incautis, et graviter delinquentibus solet misericorditer parcere. Hactenus non bene res processit; liceat corrigere. Quo altiori gradu, eo graviore casu cecidi; liceat resurgere. Parum mihi, fateor, [in præteritis] consului; liceat melius de futuris consulere. Pœnituit profecto juvenem, parentis imperium temere violasse: pœnituit equidem et gavisus est Jonathan, patre laudabiliter pejerante, veniam salobriter impetrasse. Sed et ego veniam merear, Pater reverentissime; pœnitet enim me rerum Domini transgressorem extitisse. Vos ipse vero post hæc inconsulte aberranti ovi pastorem, ut

D
AUCT. WAL-
BERTO EX MS.

b
nisi Fr.
Fulchardus
obstitisset:

rursus culpam
agnoscens,

E
Gal. 6, 19

Rom 7, 10

seque cautio-
torem deinceps
futurum,

F •

recipi in
gradum
priorum pos-
tulanti,

decet

A decet, consulite. Hanc autem contumeliam, ne dicam injuriam mihi indulgete, ne videar cum dedecore jus possessum rei, vestro tempore praesertim, amittere. Ergo vestra cum benedictione ad loculum nostrum intermissum ac desolatum redibo; rebusque intermissis, vestra cum licentia, solita sed magis sagaci provisione providebo.

AUCT. WAL-
BERTO EX MS.

suadet Epi-
scopus ut novo
Abbati ultro
cedat:

43 Contra quem rursus sic est Praesul prosecutus: Non ita, Frater mi, non ita erit. Electo nostro religioni invigilanti, non tam ego, quam Dominus, ad permanendum benedixi, et permanebit benedictus. Oleo benedictionis impingatum est caput justis; nec decet, quod a nobis semel et rationabiliter factum est, frustra vel irritum fieri. Tu vero ad concordiam, saniori consilio, potius emite; ne vel tu expers sis ex toto rerum allegatione, et successor religionis justa pertrahatur pace. Vere, Frater, ne sit tibi grave: vero dico tibi, Deus benigne tibi peperit, quod justo fulmine te non extinxit; quod ad poenitentiam te provocans, jugum intolerabile collo tuo feliciter subtraxit. Nunc libet tibi soli vacare, nunc neglectum tempus, dum vacat, potes redimere; animamque tuam de locis poenalibus, dum dies est, eruere.

B

sed frustra
illo regressum
varie tentante,

44 Ceterum ad haec penitus surdus auditor ipse Dominus Fulchardus, non admittebat ad arcana interioris hominis, quod, magis sollicitus de temporalibus, vix percipiebat aure corporis, nedum cordis, de salute scilicet animae verba salutifera pervigilis Pastoris. A superioribus igitur saepe perorata repetens, durum illud saxum diu evolvebat; persaepe primum, cum postremo, vel postremum cum primo, medio cum utroque conjuncto, sed nullo effectu, conjungebat. Quare toties repetita, cassa frustrabatur petitione: neque enim a diebus illis jam audebat Praesul promissis ejus, praesertim fallacibus, credere. Unde etiam ipse Dominus Episcopus saepius incidit, ac pertulit terrorem periculumque parentum suorum; nec ideo voluit relaxare rigorem inceptum, tenens, atque continuans constanter in priori dispositione, super eum Dei et Domini nostri, justis videlicet Judicis, datum judicium. Cum autem videret Abbatia privatus, quod nihil inquam mutabile de severitatis censura, in animi ipsius constantia resideret; tandem cum iterata ira et indignatione nimia praesentiam suam subripuit a Praesulari Sede Dominus Fulchardus, frendens et addens: Incendia fornacis nostrae plurimorum ruina in proximo restinguam, cum Domini Praesulis exturbatione.

C

donec tandem
pux coaruit,

45 Sed clemens Dominus locum Marceniarum neglectum, gregemque affuturum, diutius proprio noluit frustrare Patrono, qui calleret obsistere lupo venienti, remoto mercenarii infelicis infausto negotio. Tandem (quoniam, ut ait Crispus, sicuti concordia minime res in melius provehuntur, sic etiam maxima discordia dilabuntur) visum est expedire ipsi Atrebatensi, in cujus diocesi negotium hujusmodi versabatur, venerabili videlicet Rotberto Pontifici, cum ascitis a se plurimis tam honestis quam sapientibus et discretis viris, Coepiscopis, Abbatibus, et monachis religiosis, Clericis quoque et laicis boni testimonii praesentibus, ante Archiepiscopum Remensis Ecclesiae, bonae memoriae c Rodolphum, inter Depositum et Marcenensem provisorem Electum, Deum timentem et religiosum, in metaphora nominis jam tum bonum praesignantem atque amabilem, nomine Amandum, pacem atque concordiam ratam et inconcussam conformare, confirmare, et conservare. Adhuc tamen novi hospitis, imo condigui successoris animus suscepto officio repugnabat accedere; atque de inculto ago Dei spinas, ut ita dicam, et tribulos evellere differebat; diuque ac vehementer renuebat injunctam curam regiminis duplici de

c
interventu
Remensis
Archiep.

causa suscipere; vel qua litibus et contentionibus, causis hinc inde consurgentibus, abhorrebat se quandoque oportere vacare, quod prohibet Apostolus, inquiens; Non in contentione et aemulatione; vel quia contemplationem Mariae dubitabat actioni Martiae permiscere, pusillanimis executor adhuc innuentionis Propheticae, Ibant, inquit Ezechiel in illa de quatuor animalibus visione, et revertebantur saepius, ab ipsa scilicet contemplatione.

D
Rom. 13, 13
Ezech. 1, 14

46 Facta ergo pace et concordia, Archipraesulis Remensis in praesentia; plurimorumque, ut jam significatum est, religiosorum virorum astante, contestante, et concedente frequentia; tum certo consultu, tum discreto consensu, et tam competenti dispositione, quam etiam clementi dispensatione, concessae sunt Domino adhuc reclamanti Fulchardo, de solito victu Fratrum, quoad viveret, duae in proprios usus villae. Quas concessas et per misericordiam susceptas possedit, dissipavit, et tum in suorum, quam in privatas abusiones, cum nemoribus et quibusdam circumstantiis ad easdem villas respicientibus, reliquo vitae suae spatio occupavit, vel potius in proprios, ne dicam pravos usus redegit. Verumtamen nec sic pacatum animum gerebat, dolens irremisso dolore de sui depositione; detrahens quoque religioni assidue, quam audiebat in Deo certatim fervere. Cujus rei specimen manifestius claruit, quando domum hospitem, in ipsa curia ejusdem Marceniensis caenobii, in favorem sui et dolorem depositi Domini quidam circumcellionum de suis succedere, sicut fama postea promulgavit Quod, nisi misericordia Dei loco periclitanti favorabiliter indulisset, et corporale Dominicum contra ignem, a cujus conspectu retro flamma illico conversa est, delatum fuisset; orationes quoque nec non et lamentationes et lacrymae, sed et utriusque sexus concurrentium, atque undique trabes a domo nimio incendio concremante detrahentium ac restinguentium caterva certatim confluxisset; profecto nihil reliqui post incendium, tam de ecclesia quam de ceteris officinis, extitisset; moenia enim atque aedificia, a minimis usque ad maxima, voraci flamma in cinerem fuissent redacta; nec solum in murorum ambitu, sed etiam in sumptuum ceterarumque necessariorum rerum collecto apparatu, incendii flamma percubisset, ac tetri odoris signa, nulla re superstita, post Vulcani tam graviter eructantis verbera, reliquisset.

duabus villis
Fulchardo
relictis,

E
cujus fautores
nihilominus
domum hospitem
incederunt,

reliquo monasterio per
miraculum
servato:

47 Utrum vero vitam, mores et habitum saepedictus cognominatus Abbas Fulchardus commutaverit, in vita ejus praesenti, praesens seculum praesentialiter judicare, visuque discernere potuit; sed et rectum judicium Domini in itinere S. Aegidii aperte declaravit. Ceterum, licet in maximum miraculum reputatum sit, quod sic repentino discessu a suorum conspectibus se rapuit, resque Fratrum et tam consortium, quam caenoterium in medio dereliquit; tamen conjicimus [valuisse] ad indulgentiam delictorum suorum, quod extra suos, extra nativum solum, et ut vulgo dicitur, captivus obiit. Sed tamen licet esset in captivitate positus (sicut a quibusdam de suis, qui ab ejus funere redierunt, accepimus) viam utique veritatis non deseruit; imo Deum Creatorem suum, corde resolutum in lacrymas, devote recognovit. Siquidem Viatico Domini corporis, contra spirituales nequitias communitus, poenitentia et confessione Christiani atque monachi morem executus, naturae debitum explevit; relinquens quae secum detulerat in peregrinationem, pro salute animae suae, cuidam loco, duobus millibus citra S. Aegidium, d Miliaco nuncupato, cui se tumulandum exhibuit.

F
ipse vero
qui nihil
emendatus
videbatur in
vita,

pie tamen
obiit in itinere
ad S.
Aegidium.

d

A

ANNOTATA.

a *Hinc colligitur, quod Marchianensis locus, post abdicationem Fulchardi, primum Bertiniensibus, deinde Aquicinctinis fuerit commendatus, usque ad novi Abbatibus electionem.*

b *Ejusmodi verbera, per piam obtinendam opis impatientiam, Sanctorum lipsanis inflicta aut intentata, legis 1 Aprilis in miraculis S. Walarici n. 21, quorum etiam alia exempla in hoc opere occurrunt, non facile irrelegisitatis damanda, dum excusari potest sincera affectus aetati intentio.*

c *Rodolphus Remensis Archiep. cognomento Viridis, ordinatus a Paschali Papa an. 1108, Pater et institutor monachorum et Clericorum, ut ait Ordericus lib. 12 histor. defunctus an. 1124. Fuerat autem, pulso Gervasio invasore, restitutus Sedi suæ anno 1115, ut explicavit Sammarthani, qui cum Orderico Radulphum appellunt.*

d *Oppidum S. Ægidii, haud procul ab Occidentali ripa Rhodani in Gallia Narbonensi situm, unde ad trrs leucas, Nennusum versus super Vistrum, in tabulis ponitur oppidum, Meillan vulgo dictum.*

B

CAPUT V.

Quorundam punita insolentia. Sanctorum Marchianensium enumeratio.

Magis timeo cuidam Militi, dudum Fratribus, de quibus exortus est sermo, Marcenensibus scilicet male vicino, nomine Ingebrando, cognomento Paganus: qui in ipso ordinis tirocinio, insana tyrannide insanas vires efferens, ruinam minabatur tam clientibus quam famulis religiosis, et maxime operam dantibus rebus gerendis in pistrino. Qui etiam ad tantam vesaniam efferato spiritu devenit, ut auderet jactando minari, sese ter denos gladios Capitolio illaturum, atque cum infando regimine rescare culpas Fratrum monachorum. Tunc enim temporis erat questio de magistro pistoris, nepote suo, proxima post fratris lineam sibi in consanguinitate juncto, qui talia suo juri exigebat, quæ non dederat antiqua heredum traditio: quod lamen annitebatur omnimodis concedi; imo multa vi extorqueri, atque perpetuo fœdere possideri, quod neque jus dabat neque ratio. Verum humilis Deus, illo quo voluit conflictu, superbo restitit: illa qua pace voluit, humiles spiritu roboravit. Nam non multo post in expeditione Flandrensi, Austrebatensi segeti vastandæ facta, contigit eum miserabili atque inopinato stupore pati, improvisa atque subita conditione rebus humanis eximi, monstruoso atque execrabili modo hominem exire, vitamque finire.

Ingebrandus miles minatus Fratribus,

C

propria hasta confossus,

49 *Dum enim, quæ sua non erant, nimia militaris lucri correptus cupiditate, concupivit; dum in quenquam militarem Flandrigenam, non sua fortuna usus, irruit; eique tam cetera spolia quam arma, cum quodam fratre suo, secum in negotiis militariibus comitante, nomine Acarino, diripere seu detrahere facto impetu voluit; post alia ea die insignia strenue peracta, fere plura prioribus, ad se levigandum lorica exutus, posteriori cuspide hueste suæ, verso in se crudeli eventu pugnae, ab inguine desursum ad dextrum lateris prociuctum semetipsum evisceravit; seque graviter læsum, et ad mortem propria manu vulneratum, miserabiliter atque infeliciter planxit. Qui paucis diebus, quibus postea supervixit, quod injuste contra Dei servos deliquit profiteri et pœnitere, Deo spatium sibi concedente, potuit. Cui tamen ad extremum venienti, ac debitu morti solatium fonebri pompa deposcenti, vicem*

malignam Fratres non recompensaverunt; imo jussu Domni Amandi Abbatis, compuncti ad gemitus lamentantis Fratris, funeris hajulis obviam exierunt. Ad cujus exequias postquam funebria insignia deferentes processerunt, non secundum iniqua merita precedentis vitæ, satis honeste juxta fores templi eum matri terræ mandaverunt. Quod tamen factum de eo fuerat, ipsi Marcenenses Fratres in maximum miraculum reputaverunt: dignumque scripto, ad correctionem aliorum malefactorum, non irrationabiliter judicaverunt.

50 *Est et aliud e vicino, quod eorundem judicio non est prætermittendum, hinc scriptura Beati Job, vel stylo ferreo vel plumbi lamina in silice rescolendum, vel in cujuscumque alterius indissolubilis metalli duritie, ne deleatur in sempiternum; Stephani videlicet Saliacensis erga cœnobitas Marcenenses, quamdiu iniquæ villicationi superstes fuit, indissolubile atque immutabile odium, nec non adversus ea, quæ adversus eos pertinebant, maxime in confinio tenoris suæ, malevolum atque contrarium omnimodis animum. Hujus igitur plagæ supradictæ, crudelis, horribilis, inaudita citissima comperta relatione; fama divini examinis eventum rei exasperante, Villici Marcenensis Ecclesiæ, tam districtam animadvertentes severitatem ultricis patientiæ, Domino Jesu Christo gloriam dedere: qui justus in misericordia, et misericors in justitia, dabat eis spatium, et proponebat exemplum convertendi atque respiscendi ab infestatione, injuria, sive oppressione, qua in primis, salva fide Ecclesiæ, cui se confœderaverant, sacramenti obligatione debuerant alienari, et alios male agentes, pro viribus alienare; nec abuti rebus, quarum sustentatione cohors Fratrum coadunata in Domino, et habitans in unum, liberius ac jucundius hymnis celestibus potuerat vacare.*

51 *Et licet quidam eorum, saltem ad tempus, credentes perfimescerent venturum judicium Domini, tamen villicorum Marcenensium infestissimus, qui Saliacensi præerat villæ nomine Stephanus, solito more, injusta occupatione, non destitit sanctorum rerum distractionibus, reclamantibus Abbate et Fratribus, insistere; et bona, quæ nullo jure sibi cedebant, quasi propria sensim vindicare. Præterea proscindentes humumque sarrientes sarculis, ferreis uncinis, carduis evellendis, novalibus mundandis operam dantes; messores in agro messis in tempore segetes attendentes, atque æstivos soles grato labore levigantes; sed et ventilationis hora subsequente, exensores trituratos, atque in area grana a paleis secernentes (præter paucos, qui ei morem gerentes, et sibi præcavescentes consensu sævientis hominis, exercendis sudoribus progrediebantur) exturbabat; pagnis, flagellis, fustibus verberabat; quandoque eosdem, injuriis pluribus propulsatos atque debonestatos, extracto pugione, vulnerabat; neque Deo, neque monacho reverentiam exhibens; sed mala faciens, et plura et pejora se facturum minitans, vix maligno spiritu debacchanti sævitæ de mane usque ad vespeream finem imponebat*

52 *Inde vero rediens illucque revertens, tam in trivis quam in quadrivis sermones intercalares et sæpe repetitos, singultu verba interrumpente et lamento, eheu! non intermittente, in hunc modum dolose concinabat; Sic, inquit, proficiant vobis de terra Audomeri segetes: quas tamen ab ipso Audomero, longe ab ejus cogitatione diverso et remoto (licet hoc ipse assereret, terram ejus reclamando atque usurpando) veridica patriæ attestazione Marcenensi Ecclesiæ mancipatas noverat; cui ipse videlicet Audomeros se devoverat, votumque tam in habitu quam in sepultura exolverat. Inficiabatur etiam, et tam constanter quam et impudenter, sese*

D

AUCT. WALBERTO EX MS. Marchianis sepeliri petiit et impetrat:

tali exemplo moti non-nihil ceteri, E

sed non Stephanus Saliacensis,

qui colonos Marchianenses vexans, F

propter agrorum quem juris sui esse prætendebat,

cum

A cum sua prole (quod tamen multi presentes et audire et videre) publica coactum lege, nec non justitia Patroni ac Defensoris ecclesiæ, publice et nominatim eas abjurasse, quando vix compos corporis, a compedibus, catenis, carceralibus tenebris, ac reliquis duræ custodiæ incommodis coarctatus, contracta tamen offensa aliunde erga eum adjudicantem Advocatum reus, absolutus fuerat. Neque enim ad simplicem clamorem Fratrum erat quidquam actum de pœnis, inferendis eum detrimento corporis eujuspiam pro quavis injustitia mulctandis reis. Neque enim ignorabant Fratres, non esse eorum reos adjudicare nexibus ferreis, ac ceteris ergastuli machinis: potius orandum esse caritate debita pro absolvendis quantumlibet infestatibus inimicis.

B *dum prædam agentibus hostibus se objicit,*
 C *vulneratur in capite,*
 53 Cumque ori impudenti silentium non imponeret, maledictis frena non incenteret, nec indies a ferocitate multimoda respiceret, vocibus clamoris, verborum ineptiis, malorum iudiciis, et presentibus et futuris; inspector Arbiter de supernis, certum atque repentinum limitem ei, prout voluit, imposuit. Vindice etenim sententia, divino nutu distincta atque procurata, de improvise Caput nostrum, membrorum suorum in terris persecutorem, et licet minus verbis, rebus tamen reclamantem, Quid me persequeris? truncem ecclesiæ suæ hostem prostravit, plagaque crudeli et subito dolore læsi capitis ingemiscentem repente mulctavit. Justum quippe videbatur, hostium cuneos, sarcinas diripientes, alienos labores aggredientes, homines in captivitatem junctis post tergum manibus abducentes, vulneribus affligentes, hastis cædentes et contumeliis afficientes, pro viribus insequi sed in eodem, audacter manu conserta cum armato milite, placuit iusto Judici, de temerario rhetore diu expectatum iudicium exerere. Nam librata cuspide adversæ partis, hasta veniens cominus ex adversa, cerebro ejus grave vulnus illisit; caputque viribus effretum, minime jam quinquæ capax sensuum, de fulmine ictus subiti vehementer attonitum, præter solitum collisit. Quo graviter vulnerato, nec jam conserente præ dolore nimio manum in tumultu bellico, qui de tota vicinia secum erant unanimiter ad defendendum vel resistendum collecti; qui etiam sæpe congressu cominus dato, sed pro multitudine resistentium conatu frustrato, satagebant direptam ad se retorquere prædam, ab hostili cuneo dispersi, in fugam coacti, vulneribus attriti, interfecti, artus truncati, ignominiosa captione captivi eminus adducti, vix pauci misere redire, non tam de prælio, quam de misero ut ita dicam spectaculo. Ipse vero vix reversus tergo subsistentis equi, lectum gemens ac stupens ascendit, paucos dies ægrotavit, atque ad extrema deductus, octonis diebus, immensis cruciatibus miseram vitam continuavit.

C *et phreneticus moritur.*
 54 De novissimis vero et maxime de occultis non est nostrum iudicare; Domino enim Marceiensi Abbati Amando, ad se tam suis quam suorum precibus evocato, confessus est: Deo idcirco relinquimus de eo disponere secundum beneplacitum ejus. Verumtamen scimus, eum in sua phrenesi de cerebri commotione laborantem vestes religionis abhoruisse; monente, deprecante, collacrymante, et animæ consulente propria conjugæ. Non ei imputetur, consortium monachorum augere noluisse de se paucorum dierum, jurejurando asseverantem se nunquam monachum fore. Sed quid plura? Ab illa vulneris insaniam fremens, de lecto prosiliens sese corripuit, cæcidit uxorem, natos ac mancipia, tertia die vitalem spiritum exhalavit; conditusque est in mausoleo juxta patrem suum in communi scilicet ruricolantium atrio.

55 Talis fuit hujus tamque miseræ conditionis

exitus. Viventes recogitent villici, quid futurum sit posterioribus, ex eo quod actum de suis prædecessoribus. Prope enim januam assistit, qui, post Hevæi et Amorrhæi et reliquorum persecutionem, filiis Israel etiam nunc juste de inimicis iudicare disponit. Et siquando igniti serpentes, vel peccati aculeo pungentes scorpiones, aut rugitu feroci maligni leones, eos devotam sacræ legionis militiam peragrantes infestant; non tam exteriores quam interiores oculos summum ad Liberatorem, humanis miseriis, condolentem erigant, eosque sancta sobrietate, et obsecratione, cum vigiliarum assiduitate procul a se abigant. Insignis etenim, ut superius prælibatum est, Domina nostra, beata videlicet Rictrudis, ac devota Christi famula, æneum serpentem, ad restinguendum mortiferum atque serpentinum ignem, usibus Domino famulantium in altum erexit; dum in monasterio scilicet Marcianensi, de suis largitionibus excellenter insignito, nec non regalis manus inscriptione confirmata dote, liberaliter sublimato, crucis Dominicæ vexillum affixit. Hortatur igitur in exemplari et quasi in speculo egregiæ vitæ suæ, latentium morsibus anguim atrectatos atque interius læsos, sacræ imaginis ad insigne respicere; zona sanctæ devotionis aurea, etsi non usque ad mamillas, præcinctua cor sursum erigere; memoria salutiferæ Passionis, venenum sævientis iniatici visceribus infusum effundere. Ipsa equidem quos videt devotos ad impetrandum remedium, manu pietatis adjuvat; ipsa proapta circumspicione, invisos serpentes necat, elidit, dissipat, virus projicit; contraque tentamenta vel malignantium spicula, debilia pectora roborat.

56 Cui mira dispositione et libera dispensatione omnipotens Dominus satis familiare contulit præsidium, suffraganeum scilicet Collegium collateralium Sanctorum, in eodem arcuato quadro, pulchra testudine satis apte murato, consito atque composito, nec non in competenti atque secreto loco, secum quiescentium. Primo attende, inter matrem atque proaviam, hinc atque hinc mediam, secundam autem filiam B. Rictrudis, sanctam, Sponsoque Christo condignam Eusebiam: quæ ab ipsis fere cunabulis, abjecto virili thalamo, longe a se facto concupiscentiæ toro, suam Deo devovit continentiam; nullius tamen ferine vel carnalis commotionis conscia, fratris de inimici metuentis astutia, tenerrimo adhuc corpusculo correctioni adjudicata, verberum in se sævientium admirandam suscepit patientiam. Tertio loco, e sinistro latere sacratæ Filio Regis unico Eusebiæ, ejus quam præmisimus, proaviam est invenire, umbilicum sanctæ continentia præcinctam sanctissimam Gertrudem, sanctæ Deoque dilectæ et illustris Gerbertæ nobilem atque præclaram genitricem; quæ videlicet Sancta Gerberta fuit mater insignis viri, et B. Rictrudis sacri mariti, nec non et Martyris Adalbaldi. Cui scilicet Sanctæ Gertrudi, sanctæ viduitatis bravium apprehendenti, non minus devotam, non minus gratam, pro carnalibus quibus sustentamur bonis, debemus venerationem; quæ primitus ab ejus donariis procedentia, B. Rictrudis cum marito et a marito accepit in dotem. Eadem vero domina nostra, statim post mariti sui defunctionem, quod sæpe commendandum est, abrenuntians seculo, sua quæ fuerant, dimisit in hereditatem Congregationi Marceiensi, in Dei desudanti servitio.

57 Quarto loco in inferiori consessu [videre est] Sanctum Abbatem Jonatum, memoria et honore dignum, meritorum qualitate præclarum; cujus insignem conversationem crudeli verbere in tertia admonitione Malgerus monachus expertus est, duabus admonitionibus præcedentibus ab eodem factis non adhibens

D *Metuant ergo alii.*

et contra peccatorum venena

inspiciant Crucem Marcianis positam a S. Rictrude:

E

cujus patrocinio suffragantur ibidem tumulati,

S. Eusebia filia

F

S. Gertrudis sacra S. Adalbaldi,

S. Jonathus Abbas.

A adhibens fidem, sed credere renuens, et quasi phantasmata reputans, quasi certam admonere vel exposcere, quam et ipse Sanctus Jonatus admonebat vel exposcebat, sacram atque a Deo sibi concessam sacri corporis sui fieri elevationem. Quinto loco [veneramur] beato Abbati Jonato vicinum et juxta positum Sanctum Chrodobaldum, celebri memoria æque dignum, meritis gloriosum, sanctissimi Confessoris atque Pontificis Amandi monachum et Præpositum; percussum tamen a Deo ob contumaciam, jactantiam atque pervicaciam; sed humiliatum, et ab eodem Pontifice, compage membrorum paralysis morbo dissoluta, propter inobedientiæ vitium erga beatum virum commissum; præcipiente magistro, et non obaudiente discipulo caritatis obsequium, per virtutem Domini sanatum atque correptum. Pro cuius merito posteris demonstrando, de eo tale miraculum innotuit in Marcenienti cœnobio. Quando enim prisco tempore combustum est ejusdem cœnobii templum, tapetum ejus sarcophago superpositum, prunis ardentibus undique coopertum, flamma undique fervente per totum monasterium, sicut ab antiquis Patribus relatum est, omnino permansit illæsum. Ad cuius miraculi insigne oculis tam futurorum quam præsentium quotidie innovandum, tapetum adhuc reservatur reconditum, vel potius in revestiaro, cui superponuntur Albæ, Cappæ, et cetera ornamenta, extat appositum. Cujus festum ideo non celebratur, ideoque vir magnorum meritorum insignis obscuratur, quia ejus exitus ab hoc mundo vel Kalenda certa ignoratur.

58 His itaque Comitibus constipata, in acie progreditur B. Rictrudis, ad præliandum pro suis domesticis contra humani generis inimicum, præsto ad defendendum requietionis suæ locum, ne redigatur, sicut prius, peccatis exigentibus in nihilum, si videat nostrum a malis operibus sabbatum. Neque enim Aversatrix malignæ partis desinit templi septa perlustrare: quod solebat Abbas Fulchardus Sanctæ Trinitatis contestatione profiteri sibi in re comperitum fore. Equidem se aliquando fere de media nocte in monasterio pernoctante, sollicitudinem gerente, diligentiam instantius solito rebus quæ sub cura sua erant adhibente. Altrix nostra et Domina B. Rictrudis, cum trina natarum cara sobole, veste alba

fulgori atque femineo habitui fulgorem addento, præeunte, nec non multitudine sanctorum virorum, quorum nomina Deus scit et Reliquiæ conquiescunt in eadem ecclesia reconditæ, dulci, jucunda ac submissa melodia resonante, et subsequente, singulas dilectæ habitationis aras, in lateribus quoque aquilonis et meridiei invisit, circuiit atque perlustravit: peractaque diligenti perlustratione, interioris quietis rediit ad secreta, religiosa atque honesta alternati, recreati, et ordinati itineris, qua venerat, retransitione unde coruscante multo lumine refulgebant parietes resultantis ecclesiæ. Proinde tremebundus, exhilaratus tamen et compunctus corde, cepit exinde Fulchardus Abbas locum magis venerari, sed et amando timere, et timendo amare; merita quoque B. Rictrudis evidentius extollere, nec non præsentium Sanctorum in præconia virium suarum conatimulatio extendere: cui nimirum beate foret indultum, si pari modo, pari voto, parique voluntate debitæ veenerationi sacri loci voluisset insistere nec lassescere.

59 Cujus ergo beneficio corporali, quotidiana sustentatione, continua consuetudine, Fratrum cæterva, sub Dei, ejusque, id est almæ Rictrudis, servitio perfruitur; cuius miraculis et assiduis coram Deo precibus locus Marcenientis insignitur, sustentatur, et relevatur; ejus tandem beneficio spirituali apud summum Patronum et Judicem omnium ultimo in examine impetrato, carnali interea ab eadem non indigne nec ingratis sumpto, Conventus spiritualis (nec enim est fas diffidere) in æterna gloria in æternum sustentabitur. Sed quoniam natura nostra per se non sufficit eniti, ejus medela quotidie tam in anima, quam in corpore in melius permutatur; quemadmodum suprapositus æger, Fulchardus videlicet templi custos fraterque fidissimus, pœne in cinerem e diurno languore aggravantis rupturæ resolutus; sed ab ipsa, imo Deo in ipsa, sed et in ceteris Sanctis sibi associatis, operante, viva voce protestatur. Neque enim familiaris boni putanda est B. Rictrudis expertes velle socios præsentis, quibus tam familiariter conjunctis coogaudet de corporali præsentia, quorum in æterna animarum requie fungi mereamur legatione apud eum, qui trinus et unus Deus sine fine permanet in secula seculorum. Amen.

S. Chrodobaldus monachus

supra cujus arcam illæsum a flammis servatur topes.

Cum his aliisque apparuit Sancti Abbati Fulchardo

D
AUCT. WALBERTO EX MS. ecclesiæ Marchianensis altaria visitans,

a quo juvandos Fratres promittit auctor, E

exemplo Fr. Fulchardi sanati.

DE SANCTO GERMANO PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANO.

CAPUT I.

Cultus sacer. Studia et virtutes in juventute.

Duo clarissima orbis Christiani lumina ejusdem nominis proponit hoc mense Majo Ecclesia Catholica, Germanum utrumque, alterum ad diem xxviii, eumque in Occidente Lutetiæ Parisiorum Episcopum; alterum in Oriente Patriarcham Constantinopolitanum, de quo hoc xii Maji constitutum agere. Hunc Cardinalis Baronius ad annum 730 num. 6 appellat propugnaculum Ecclesiæ Constantinopolitanæ, lucernam ardentem et lucentem Orientalis Ecclesiæ: utpote qui non solum sanctis operibus et fidei Catholicæ defensione universum illustravit Orientem, sed et scriptis ipsam Ecclesiam Catholicam luce perfudit. Utinam haberemus illustria ejus Acta, ab auctore aliquo curvo conscripta! In harum defectu ex variis scriptis aliquas res ab eo gestas colligimus atque ab ejus cultu sacro inchoamus; vel ideo Maji T. III

potissimum, quod in hujus diei Officio apud Græcos, ejus genus et res ante Episcopatum susceptum peractæ accuratius indicentur. Primum sit elogium, ex Menologio Basili Porphyrægeni Imperatoris desumptum.

2 Sanctus Pater noster Germanus, sub Imperio Heracli natus, fuit filius Justiniani Patricii; quem ob invidiam Heracli filius (imo ex filio nepos) occidit, ipsumque Germanum eunucho fieri curavit, ac magnæ Ecclesiæ Clero præposuit. Tunc ille primum quidem se divinarum Scripturarum studio ad dicit, contemplationique et ceteris virtutibus acquirendis sese totum impendit. Postea Episcopus initiatus, Ecclesiam Cyzicenam regendam suscepit. Inde Seden transferens, ad Constantinopolitanam Ecclesiæ regimen evectus fuit, Patriarcha electus. Ibi tunc sua doctrina populum illuminavit, atque altiora

20 divinarum

POST AN
DCLXXX

In Actorum defectu collectanea ex variis dantur.

F

G. H.

Elogium ex Menologio Basili Imp.

A divinarum Scripturarum arcana exposuit : persistens in eo munere usque ad Leonis Isaurici Imperium. Quem cum a sacrarum imaginum cultu aversum vidisset, eumque neque rationibus neque hortamentis ab hæresi avocare valisset, Humerali, hoc est Patriarchali veste super sacro altari deposita, ad propriam domum regressos, quietam egit vitam : ubi preces assidue Deo offerens, nonagenarius emigravit ad Dominum. *Huc usque Menologium Basili Imperatoris : quæ plane eadem leguntur in Anthologio novo Antonii Arcudi, auctoritate Clementis VIII excuso. At fere centenarium e vita decessisse, infra ex epistola S. Gregorii Papæ secundi constabit.*

aliud ex
MS. Synaxario CP.

3 His subjungimus aliud elogium aliquanto uberius, excerptum ex MS. Synaxario vetusto Ecclesiæ Constantinopolitanae, quod spectat ad Collegium Parisiense Societatis Jesu. Id latine versum est hujusmodi : Fuit sub Imperio Heraclii natus, filius Justiniani Patricii, viri conspicui atque celebris, qui plurimas obivit gubernationes publicas, et ab universo Senatu propter summam pietatem magna cum admiratione et veneratione colebatur. Verum propter amulationem et invidiam illud prorsus non ferens Heraclii nepos, quod videlicet ut præficeretur imperio esset consultatum, eum interemit, ac beatum Germanum eunuchum fecit, et in Clerum magnæ Ecclesiæ adscripsit. Tunc hic sese divinarum Scripturarum contemplationi dedit : ingenii autem celeritati assiduisque laboribus ad maximam sapientiam rerumque cognitionem pervenit. Cum vero vite sæe rationes recte composuisset, primum quidem ordinatus est Ecclesiæ Cyzicenaë Episcopus, non simul et per saltum acceptis ordinibus ; sed lege et solitis statutis progressus, ad fastigium sacrarum honorum pervenit. Deinde cum Ecclesiæ provida administratione et viro eloquentia usuque rerum exercitatore egerent, e Cyzico ad magnam urbem Constantinopolitanam Cathedralam transfertur : ubi infinitos populos doctrina illustravit, ac profundiora et obscura Scripturæ loca interpretatus, frequentibus concionibus et encomiasticis sermonibus Ecclesiam exhilaravit ; et quod in vigiliis durum et laboriosum est, suis canticis et suavibus hymnis lenivit : et in hisce exercitiis perstitit usque ad Leonis Isaurici Imperium. Quem cum vidisset sacras imagines abominari et rabie quam persequi ; conatus est tam verbis sacræ Scripturæ, quam aliis adhortationibus persuadere, ut ab ista hæresi animum avocaret. Verum cum is magis Deum blasphemaret, et sacrosanctas imagines contumeliis afficeret ; imposuit Germanus sacræ mensæ suam Humerale, atque ad proprias aedes reversus, quietem est amplexus, ac tandem in bona senectute vitam finivit, jam annos vivendi nactus nonaginta. Cujus funus dum efferretur, varios accedentium ad ejus Reliquias morbos depulit, ac post ejusdem sepulturam assidua sanationum beneficia ex sacris pignoribus exundantia fideles consequuntur. Positum est autem corpus ejus in sacro monasterio Chore. Dies ejus festus celebratur in sanctissima magna Ecclesia.

4 His similia leguntur passim in variis Græcorum Menæis, manu exaratis et typo cisis. In hisce tres Versiculi similes de S. Germano continentur, quos, quia de viro tanto sunt, addere placet. Primus est : Leoninam mentem, impietatis plenam, fortiter, Germane, superasti : venerandarum enim imaginum Christi et Sanctorum omnium cultum negavit ille miser Leo : sed sermonibus tuis, o interpres Sanctorum, confusus fuit ; et tamquam demens, permansit insipiens. Alter Versiculus : Leo, ut fera impia, Deo exosus et Antichristi prodromus, quia imaginis Christi venerationem oppressit, e sorte fide-

lium expulsus est. Ideo rogamus te, Germane, tuis divinis precibus præsentem sedam tumultum. *Tertius demum Versiculus* : Desiderio potitus es tuo, jam pridem prudentissime exoptato, Sacrorum Artistes, Beate Germane. Ad Dominum enim tuum, ut sacrum decet virum, cum fiducia pervenisti. Cui cum adsis divinitate fruens, pacem mundo impetra. *Reliquus totus Canon spectat ad S. Epiphanium, cujus Acta supra dedimus. In Menologio Sirlleti additur* : quod Leo compositos a sancto illo viro de orthodoxa fide libros combussit. *Verum in Menæis dicuntur simpliciter combusti libri, ad defensionem sacrarum imaginum compositi : nullo addito verbo unde intelligatur, tales composuisse Germanus.*

5 *Locus, in quo corpus ejus depositum fuerit, ita exprimitur Græce* : Κε:τέθει εν τῷ ἁγίῳ μοναστηρίῳ τῆς Χόρας. Depositus est in sancto monasterio Chore, quod in Ponto fuisse diximus viii Januarii ad vitam S. Cyri Patriarchæ Constantinopolitani, ejus Fundatoris : qui a Philippica Imperatore Sede pulsus, ibidem vitam finivit. Non mansit tamen eo loci corpus sanctum : cum enim ad diem in Februarii ageremus de S. Remedio Episcopo Vapincensi, ejus et S. Germani Patriarchæ Constantinopolitani corpora asservari in Gallia diximus ; de hujus autem Translatione ista scribit Saussayns in Supplemento Martyrologii Gallicani ad hunc xii Mæji : Ipso die transitio S. Germani Constantinopolitani Patriarchæ.... Hujus sacrum corpus postea in Aquitaniam a Francis, Constantinopoleos subjugatoribus, advectum, in finibus Arvernorum et Lemovicensium in oppido Borti, capsæ inclusæ argenteæ, cum reliquis S. Remedii Episcopi Vapincensis reconditum est, ubi nunc usque omni cum reverentia conservatur. *Est autem Bortum ad fluvium Duranium, sed Dorduniam, ubi is ex Arvernia proliens, agri Lemovicensis limitem radit prius quam Rura fluvio recepto augeatur ; Tutellensi civitati in Lemovicibus quam Claromontanæ Arvernorum metropoli propius.*

6 Denique sacra memoria illius inscripta est hodiernis Martyrologii Romani tabulis hac formula : Constantinopoli S. Germani Episcopi, virtutibus et doctrina insignis, qui Leonem Isauricum, adversus sacras imagines edictum promulgantem, magna cum fiducia redarguit. *Eundem hoc die celebrant Antonius de Balinghem in Ephemeride seu Calendario sanctissimæ Virginis Mariæ, et Franciscus Marchesius in Diario sacro, utque ob singularem ejus affectum erigat Deiparam Virginem : ob quam causam Hippolytus Mavracius conquistavit et Romæ anno MDCL typis vulgavit* S. Germani Patriarchæ Constantinopolitani Miriale, quo ejusdem S. Germani de Maria Deipara Virgine opera omnia, quæ reperiri potuerunt, Latine expressa notisque illustrata continentur. *Denique ad diem xii Januarii ejus nomen insertum est MS. Florario Sanctorum.*

CAPUT II.

Res gestæ usque ad annum dccc. Archiepiscopatus Cyzicenus. Patriarchatus Constantinopolitanus.

Heraclius Imperator (sub quo eminuit Justinianus pater S. Germani et hic adolevit) vita sanctus est die xi Martii anno dxxli : post quem cum aliquot mensibus regnassent filii ejus Constantinus et Heraclionas, Imperium delatum est ad Constantem ejus etiam filium : quo post annos Imperii sex et viginti Syracensis in balneo interempto, subrogatus est hujus filius Constantinus, cognomento Pogonatus : qui sub initium regni, uti apud Theophanem legitur, Justinianum Patricium, Germani postmodum Patriarchæ patrem, occidit : Germanum

sepulcrum
Choræ,

E

translatio
Bortum in
Gallias

NOT. 5

Memoria apud
Latinos.

F

A Constantinopoli
Pogonato post
patrem occisum
eunuchus
factus.

A manum vero, *πραχύτερον* molestius id ferentem, virilibus resectis castigavit. Quod factum arbitramur circa annum DCLXIX. At quantum deinde auctoritate fuerit, etiam apud ipsum Constantinum, constabit infra ex epistola S. Gregorii secundi Papae. Ceterum cum pius Imperator Constantinus, inquit Theophanes, annos septemdecim regnasset, filius ejus Justinianus Imperium suscepit, postmodum Rhinotmetus cognominatus, quia naso mutilatus in Chersonam relegatus permansit, dum Leontius triennio, atque Absimarus septennio Imperium administrarent. Tum demum Justinianus recepto Imperio iterum regnavit usque ad annum DCCXI, quo una cum Tiberio occisus fuit a Philippico: qui tum Imperium per scelus partem circiter biennium obtinuit, anno DCCXIII oculis evulsis dejectus.

8 Floruit sub dictis Imperatoribus S. Germanus, in Clerum magnae Ecclesiae adscriptus, eidemque praepositus, atque inde ob eximium virtutum doctrinaeque splendorem ordinatus est Episcopus Cyzicenaë metropolis Hellepontis: ut sub quo illarum praecise non liquet. Sub Philippico eum administrasse Sedem Cyziceam, indicant Nicephorus Patriarcha in sua historia, et Theophanes in Chronologia: apud quos Germanus, inter eos qui tum haeresi Monothelitarum contra sanctam et Oecumenicam seantam Synodumnaverunt, cum Joanne Pseudo-Patriarcha, in locum S. Cyri intruso oneratacratur: quod falsum omnino est, et ex subdolis haereticorum chartis excerptum. Quia potius cum S. Cyro videtur Sede sua pulsus, et eidem in Chora monasterio cohabitasse, ut vel ulco ibidem voluerit sepeliri: et apud Theophanem dicto S. Cyro, sed sensu immutato, conjungitur. Quam autem sincere orthodoxam fidem semper coluerit, testantur trecenti et quinquaginta Episcopi in Synodo Nicæna secunda, Actione sexta prope finem, his verbis: Germanus ut luminare in mundo luxit, verbum vitae continens: qui in sacriscautritus, et ut Samuel ab infantia Deo deputatus, atque Sanctis Patribus consimilis est comprobatus Cujus sequi disputationes necessarium esse, conscripta ejus affirmant, celebrata per universum orbem. Exaltationes enim Dei in faucibus ejus, et gladii ancipites in oianibus ejus, jaculati contra dissidentes Ecclesiasticæ traditioni. Imo ut Synodus sexta contra Monothelitas cogereetur, collaborasse S. Germanum infra constabit.

9 Interim Philippico dejecto, Imperator coronatus est, ipso festo Pentecostes anno DCCXIV, Artemius, et Anastasius appellatur. Fuit is litteris apprime excultus, et Catholicarum sanctorum partium: qui Joanne haeretico expulso, S. Germanum Constantinopolim translulit, anno Christi DCCXV. De qua translatione ista scribit Theophanes Anno porro secundo Imperii Artemii, qui etiam Anastasius, Indictione decima quinta, mensis Augusti die nudecima, e Cyzicena metropoli Constantinopolim Germanus translatus est. Decretum super ea translatione, quod subicitur, promulgatum est. Suffragio atque consensu religiosorum Presbyterorum, Diaconorum et totius sanctioris Cleri, sacrique Senatus, atque universi Christum amantis populi hujus a Deo custoditæ et imperatricis civitatis: Divina gratia, quæ infirma semper curat, et quæ desunt adimplet, Germanum sanctissimum Metropolitanam et Præsidentem Cyzici Metropoleos, in Episcopium hujus a Deo servatæ Urbis et Reginaë urbium, transfert. Facta est hæc translatio coram Michaele sanctissimo Presbytero et Apocriario Apostolicæ Sedis, ceterisque Sacerdotibus et Episcopis præsentibus, Artemio imperante. Hæc ibi, quæ virum fuisse orthodoxæ fidei confirmant.

10 His lubet apponere, quæ in Vita S. Stephani junioris, propter sacras imagines sub Constantino Copronymo Martyris, habentur, cujus hoc est in MS. nostro Græco exordium: Θεῶν τε χριστιανῶν ἀρετῶν, Divina quædam res est virtus. Leo Allatius in sua de

Simeonum scriptis Diatriba pag. 126 com Vitam agnoscit esse genuinum factum Simeonis Metaphrastis, quam Jacobus Billius S. Joannis Damasceni operibus subjunxit, unde perperam huic nonnulli adscripserunt. Cum dictus S. Stephanus junior adhuc in utero matris esset, hæc narratur contigisse: Cum eximius vir Germanus in Patriarchicum thronum ascensurus esset, plebs ingenti frequentia ad maximum S. Sophiæ templum, ipsius videndi cupiditate concurrebat. Erat enim ille virtutis nomine clarus et illustris, atque in omnium linguis non sine voluptate versabatur. Una autem cum omnibus præclarum illud parentum Stephani par accurrens, scamnum quoddam occupat: quo eum, quem cupiebat, e superiori loco intueri posset. Cum igitur ille per Ecclesiam transiret, statim mulier (ipsam enim ejus, quem utero gestabat, cura concitabat) Benedic, Domine, id quod in utero meo est, clamare cœpit. Ille autem perspicaci animæ oculo eum, qui utero gestabatur, intuens, Benedicat huic Dominus per Protomartyris Stephani intercessionem, respondit. Apud omnes porro mulier affirmabat se ea hora, quo hoc audisset, igneam flammam ex divino illo ore prosilientem vidisse. Ut igitur in lucem editus est, statim eum, ut magnus Germanus prædixerat, Stephanum appellarunt. Quandoquidem autem baptismo quoque collustrari eum oportebat, qui, ante etiam quam in lucem prodiret, illustratus erat: ad magnæ Sophiæ baptisterium itum est. Erat autem tum vespera magni Sabbati Resurrectionis Christi, clarissimeque illi Germano in manus datur: qui statim eum baptizat atque ungit; eum inquam, qui jam jamque spiritale Ecclesiæ unguentum futurus erat. Hæc ibi, quæ etiam, et quidem uberius, explicantur in alio MS. Græco, quod repertum in codice Vaticano 808 ipsi Romæ descripsimus, et erunt hæc omnia ad xxviii Novembris diem, natalem S. Stephani Junioris, illustranda.

11 Huic S. Stephano Martyri, cum respectu ad Protomartyrem dicto juniore, adjungimus alterum S. Stephanum, Fundatorem monasterii τοῦ Χριστοδουλῶν, sive ad Lacum-anserum, uti exposuimus ad xiv Januarii diem ejus natalem: de quo in Græcorum Menæis, æque ac in MS. Sguaxario Ecclesiæ Constantinopolitanaë, ista leguntur: Constantinopolim venit, hospitio ab sanctissimo Patriarcha Germano acceptus: apud quem aliquandiu moratus, plurima ab eo didicit, magnumque inde fructum percepit, atque in rebus agendis salutari eum consilio juvit. Huic illud est cœnobium, quod ab Anserum lacu nomen accepit, ab ipso conditum: in quo ipse vixit, et magnum numerum monachorum coegit. Hæc ibi, quibus additur in Menologio Basilii Imperatoris: Perhumaniter a Germano Patriarcha exceptus, donatusque agello, in quo monasterium condidit.

12 Anastasio Artemio, rebus suis diffiso, subrogatus est et quasi per ludibrium factus Imperator Theodosius Adramyttenus: sub cujus imperii initium comprehensus Artemii amicos, et una cum Germano Constantinopolitano Antistite Nicæam deportatos, scribunt Theophanes, Nicephorus Patriarcha, et alii. Verum Theodosius requisita Germani Patriarchæ et Senatus sententia, a Leone Isaurico, qui hoc in tractatu Patriarcham admiserat sequestrum, immunitatis et salutis filem accepisse, atque sub ea Imperio se abdicasse et Leoni tradidisse, dicitur apud eundem Theophanem: qui ad hujus Leonis annum tertium, Christi DCCXV, ista scribit: Hoc anno irreligioso Imperatori filius, impietate et irreligione superior, verus Antichristi præcursor, natus est. Octobris vero mensis die vigesimo primo (sive ut aliud MS. habet xē, vigesimo quinto, quod secutus Miscellæ auctor viii Kalendas Januarii scripsit) Maria ejus uxor in triclinio Augusteos (quod magis integre Balsamon ap-

D
AUCTORE G. II.

ex ore primum ecclesiam ingrediendit

et S. Stephano juniori benedicentis,

E
flamma pro-sillre visa,

eundem baptizat.

Alium S. Stephanum excipit,

F
eique agellum donat.

Ab exilio revocatus

sequester pro Leone Isaurico

futura præ-dicit in baptismo Copronymi filii ejus

e Clerico Episcopus Cyzicenus,

B
non adhæsit Monothelitæ,

semper orthodoxus habitus:

C
Patriarcha CP. factus anno 715

pellat

A *pellat* Augusteonem) coronæ recepit consortium, et cum solenni comitatu, sine viro, ad magnam Ecclesiam processit. Votisque ibi conceptis, ante Ingressus ad magnum altare solennia, ad magna baptisterium, viro ejus paucis domesticis stipato, eodem loci se conferente, ipsa perrexit. Ubi cum imperii malitiæque eorum heres Constantinus a Germano Antistite lustrali unda expiaretur, dirum ac fœdum ab infantia iudicium sui edidit, alvum nimirum in sacrum lavacrum egerens, ut ab oculatis testibus fide dignis perhibetur. Ita ut sanctissimus Patriarcha Germanus, maximum malum Christianis ipsique Ecclesiæ per istum eventurum, illo sigeo portendi vaticinatus sit. *Hinc dicto Constantino cognomen Copronymi adhæsit. Dein anno Leonis quarto, Indictione tertia, ipso Paschatis die (fuit is xxxi Martii) a patre Leone Constantinus in novemdecim Accubitorum tribunali Imperii corobam accepit, consuetas orationes beatæ memoriæ Germano Patriarcha peragente.*

et coronatione.

CAPUT III.

Acta cum Leone Isaurico pro cultu imaginum.

B

Placet cum Theophone, ex quo superiora desumpsimus, progredi. Anno, inquit hic, Imperii nono, irreligiosus Imperator Leo, de proscribendis et deponendis sacris et venerandis imaginibus, primum tractatum habere cœpit : cujus comperito proposito Gregorius Papa Romanus, scripta prius ad ipsum Leonem decretali epistola, qua commonet non decere Imperatorem quidquam statuere de fide, et antiqua Ecclesiæ sanctita a sanctis Patribus firmata innovare aut convellere, Italiæ tandem ac Romæ tributa ad ipsum deferenda prohibuit. *Verum, ut ad sequentem annum DCCXXVI refertur, impius ille, non tantum in errore de respectiva venerandarum imaginum veneratione versatus est, sed etiam de sanctissimæ Deiparæ Sanctorumque omnium intercessionibus : eorumque Reliquias homo scelestissimus, in Arabum præceptorum suorum morem, abominatus est. Ab eo itaque tempore inimicitias cum beato Patriarcha Constantinopolitano imprudenter suscepit, omnes decessores suos Imperatores, Præsules, Christianosque populos tanquam idololatrias, ob sacrarum venerandarumque imaginum venerationem, condemnans : cum ille, præ nimia incredulitate atque rusticitate, de respectivo earum cultu rationem ac sermonem minime capere valeret.*

Leo Isauricus incipiens agere contra imagines

et intercessionem Sanctorum,

majores idololatrias appellat :

C

14 *Deinde ad annum Leonis decimum tertium, qui est nobis annus Christi DCCXXX, idem argumentum prosequens Theophanes : Nefarius, inquit, Imperator, adversus rectam fidem insanians, Sanctum Germanum ad se accersitum verbis divinitus inspiratis (id est Scripturis, sed in sum pravam sensum detortis) cœpit inescere. Beatus itaque Præsul sic eum alloquitur : Sanctarum quidem imaginum futuram proscriptionem audivimus, haud tamen te imperante. Eo, cujus ætate vel Imperio res foret exequenda, sollicitus exquirente ; respondit Germanus : Cononis tempore. Dixit ille : Atqui Cononis mihi nomen est, in ipso baptismo vere inditum. Subinfert Patriarcha : Absit, Domine, ut te imperante malum istud perpetretur : Antichristi quippe præcursor est, qui scelus istud adimplebit, et divinæ Incarnationis eversor et hostis, qualis quondam Herodes in Præcursorem invecus. Fidei vero cautionem, ante susceptum Imperium oblatam, in memoriam Patriarcha revocavit ; qua nimirum, Deo in fidejussorem dato, nihil Apostolicorum et traditorum a Deo sancitorum circa ipsam Ecclesiam Dei penitus se innovaturum promiserat. Sed tantum abfuit ut*

non fuit mouentem S. Germanum,

cœpti miserum Leonem puderet, ut præterea in hoc incuberet, Patriarchæ sermones captando, aliosque dolose miscendo, ut eum læsæ majestatis reum convinceret : quo eum, tanquam seditiosum, non vero tanquam Confessorem, throno depelleret.

15 *Eam ad rem adiutorem atque participem nactus Anastasium, Germani discipulum et Syncellum, ipsi, ut sensuum suorum æmulo ac per omnia conscio, pollicitus est, Sedis successorem fore. Hunc cum ita adversum se prave affectum Beatus non ignoraret, Dominum suum imitatus, tanquam alterum Iscariotam, aperte quidem, sed leniter ipsum de proditione commouit. Cum vero ab errore illum revocari non posse cerneret, quadam die eidem Anastasio, Germani Imperatorem aduentis posteriorem vestis oram caleanti, ipse Patriarcha dixit : Noli festinare, in Circi etenim stadium citius quam voles ingredieris. At nec ille hisce verbis turbatus est, nec alii præaugium intellexere : quod tamen quindecim post annos, tertio videlicet Persecutoris Constantini, Indictione duodecima exitum tandem habuit, ac non sine diviso impulsu prolatum fuisse constitit. Etenim Constantinus, Artabaso genero expulso, cum solus Imperia potitus esset, Anastasium cum aliis suis inimicis verberibus cæsum, deinde nudum, asinoque facie retro versa insidentem, per Circi stadium palam circumduci jussit : utpote qui una cum inimicis suis se Imperatoris munere abrogatum Imperio ejecerat, atque Artabas dum coronaverat.*

qui complici ejus Anastasio prædicit malum exitum,

in male usurpando Patriarchatu :

E

16 *Porro sacer ille ac divinus Germanus, decretorum veræ religionis defensor, Byzantii floruit ; versus Leonem, ex re nomen habentem, ejusque satellites, tanquam adversus feras, depugnans. Quem admodum in veteri Roma vir undequaque sacer et Apostolicus, Petri Apostolorum Coryphæi successor, eruditione præclarisque facinoribus clarebat Gregorius : qui Romam atque Italiam totumque Occidentem a Leonis obedientia, tam civili quam ecclesiastica, subtraxit. Tum vero Damasci Syriæ Joannes Chrysorrhœas Presbyter monachus, Mansuris filius, Doctor egregius, sanctitate vitæ æque ac doctrina fulgebat. Porro Germanum, ut suæ potestati subditum, Patriarchali solio dejecit. Gregorius autem epistolis, quas omnes norunt, ad eum datis ipsi succensuit : ac denique Joannes, una cum totius Orientis Episcopis impium Leonem anathemate devinxit.*

et resistens Leoni cum S. Gregorio II,

et S. Joanne Damasceno,

17 *Ceterum die decima septima mensis Januarii, Indictione decima tertia, feria hebdomadis tertia, irreligiosus Leo silentium contra sanctas, venerandasque imagines in novemdecim Accubitorum tribunali celebravit, Germano sanctissimo Patriarcha advocato : cui persuadendum arbitratur, ut suo de abolendis sacris imaginibus decreto tandem subscriberet. At fortis Christi servus, abominando Leonis consilio nequaquam cedens, imo veritatis verbum recto sensu distribuens, Episcopatu sese abdicavit : quin etiam Pallium Pontificium sponte deponens, post satis longum meræque doctrinæ plenum sermonem, demum dixit : Si ego sum Jonas, in mare me projicite. Etenim absque universalis Concilii auctoritate, o Imperator, circa fidem quidquam innovare non valeo. Tum vero in locum, qui Platanium dicitur, in paternam domum se recipiens, vitæ reliquum summo silentio transegit. Tenuit Pontificatum annos quatuordecim, menses quinque, dies sex.*

F

ultra se abdicat :

18 *Die autem vigesima secunda ejusdem mensis Januarii, Anastasium falsi nominis virum, ipsius Beati Germani discipulum et Syncellum, in ejus locum suffecerunt : qui videlicet dominii secularis ambitione motus, cum Leonis impietati assentiret. Pseudopiscopus Constantinopolitanus creatus est. Ceterum Gregorius, sacer Romæ Præsul, quemadmodum jam præmisi, Anastasium una cum libellis*

Anastasius creatur Pseudo-Patriarcha :

A ejus abjudicavit: Leonemque ipsum, tamquam irreligiosum, per epistolas redarguit: ac Romam cum universa Italia ad defectionem ab ejus imperio concitavit. Ex quo tyrannus majori indies hurore percitus, persecutionem adversus sanctas imagines movit: adeo ut multi clerici ac monachi ac devoti laici, ob recta fidei decreta periclitati, martyrii corona fuerint redimiti.

19 *Hactenus Theophanes: in cujus editione regia, ex librorum incuria, nannulla in numeris occurrunt σφάδμοτα. Hinc supra num. 9 apud Petuvium in Rationario temporum legitur Indictio decima quinta: et recte, cum perperam excusa sit Indictio decima tertia. Nam anno dccxv, Indictione xv, translatus est S. Germanus ad Sedem Patriarchalem CP. et hoc quidem factum constat Augusto mense, sed de die est quæstio. Exprimitur namque in editis undecima, et postea dicitur tenuisse Pontificatum annos quatuordecim, menses quinque dies tres, seque abdicasse. Indictione decima tertia, anno scilicet dccxxx die septima Januarii, Feria tertia hebdomadis: ubi ut dici ac feriæ conveniat numerus, eo anno quo Cyclus solis vi adferebat litteram Dominicalem A, pro septima Januarii (quam etiam Miscellæ auctor et Anastasius notatam inveniunt scripserrunt, septima Idus Januarii) legenda esset decima septima. Sed tunc dici deberet Sanctus, ultra annos xiv, menses v, seilicet dies sex: quod vel ideo magis probo, quia dies xi Augusti anno dccxv, quo in Constantinopolitanam Sedem constitutus esset Sanctus, Cyclo solis xxiv littera Dominicali F, fuit Dominica, ejusmodi actioni ex veteri Ecclesiarum instituto opportuna: et ideo rursus num. 18, ubi dicitur in locum S. Germani substitutus Anastasius die septima Januarii; evidens mendam corrigendum censui ponendo diem vigesimam secundam. Hujusmodi certe lectionem præ oculis habuerunt Miscellæ auctor et Anastasius in historia, quando scripserunt, undecimam Kalendas Februarii, quæ dies similiter Dominica fuit. Quod si aliunde constaret dies solus tres, non sex, numerandos pro Germani Pontificatu, tunc eum dicerem in solenni Assumptionis Mariæ die xv Augusti in Sede Constantinopolitana locatum: facillime enim ex pro se irrepere potuit in numeros Græcos: et hoc cum insigni Sancti erga Deiparam affectu eximie quadret. In Eargesi prima ante totum tertium Martii, potissimum cap. 5 indicavimus et correximus similia menda plura, per librorum socordiam Theophani adpersa; ejusque Vitam, a S. Theodoro Studita conscriptam, delimus xii Martii.*

C 20 *Ex Theophane præterea, quæ de S. Germano proferunt, excerptæ Constantinus Manasses, Michael Glycas, Joannes Zonaras, Georgius Cedrenus, alique in suis singuli Annalibus. Solum lubet ex supra laudata S. Stephani Junioris Vita imperterritum animum S. Germani intuendum proponere, dum contra Leonem Isauricum venerationem imaginum propugnat: Nam, ut inquit dicitæ Vitæ auctores, dum illius impietatis certior factus fuisset Germanus, vir libera atque intrepida pietate præditus, per quemdam ex præcipuis Ecclesiæ ministris hæc ei mandat: Haudquaquam oportebat, Imperator, te, qui tum vitam, tum Imperium a Deo accepisti, adversus Conditionem tuam insolenter extolli; atque, ut vulgo dicitur, non movenda movere; Patrumque terminos, quos illi antiquitus posuerunt, transferre. Etenim humana forma, a Deo Verbo ex sancta et pura Virgine suscepta, cum omnis dæmonum cultus extinctus est, tum omnis idolorum adoratio abscessit. Theandricæ vero similitudinis imago Christi adoranda nobis et colenda perspicue tradita est: itemque illius, quæ eum modo quovis sermone præstantiori peperit, et Sanctorum quorum vita ipsi grata atque accepta fuit. Ex quo enim ille in forma nostra*

ad nos accessit (abhinc autem septingenti triginta sex anni jam fluxerunt) Patres interea ac Doctores, quorum summa virtus fuit, venerandarum imaginum cultum nobis perspicue tradiderunt. Ne longe abeam post Christi in cælum ascensionem, mulier illa, quæ sanguinis profluvio laborabat, ab eo sanitati restituta, ipsius imaginem velut acceptum beneficium referens, exsculpsit. Ac prius etiam ab ipsomet Christo, ipsissima Patris imagine, divino linteo facies ipsius impressa est, ac Toparchæ Abagaro id postulanti Edessam missa. Demum ab Evangelista Luca picta est. Quin ab Hierosolymis quoque Virginis Dei Genitricis imago missa est: ob eamque causam divina ac sacrosancta Concilia, variis temporibus ac locis coacta, non ut eæ calcarentur, sed ut adorarentur edixerunt. Velim itaque hoc scias Imperator, quod si iniquum hoc dogma confirmare atque constabilire in animum induxeris, me primum nullo modo assentientem habiturus es, sed promptum ac paratum, qui pro Christi imagine animam meam profundam, pro qua ille, ut collapsam ac prostratam imaginem meam instauraret, cruorem suum effudit. Perspicuum est enim ignominiam eam et contumeliam, quæ Christi imagini infertur, ad exemplar ipsum redundare. Quo circa nobis faciendum est, ut gratorum servorum officio fungentes, pro Domini honore periculum adeamus.

E 21 *Hanc liberam orationem arrogans illa anima, ne extremis quidem, ut ita dicam, auribus acceptare sustinens; milites gladiis accinctos mittit, qui sanctum virum contumeliose habitum, ac plagis male mulctatum throno exturbarent. Ipse itaque statim ad monasticum et quietum vitæ genus se contulit. Hæc ex dictis S. Stephani Junioris Actis, quæ plurimum a Baronio laudantur ubi quod in utriusque Vitæ textu, Græco en. dccxxvi a die Incarnationis divinæ usque ad hujus sermonis diem numerentur, eo anno qui et vulgaris Æræ apud Constantinopolitanos dccxxii, apud nos dccxxx diceretur, videtur ex accuratiori quæpiam et tunc forte Constantinopoli inter eruditos passim nota, etsi vulgo non usitata, Chronologia acceptum: quam maximo antiquitatis fere totius consensu niti ostendimus initio Aprilis nostri ad Proœmium veteris Pontificii Catalogi. Quæ porro de plagis S. Germani illatis referuntur in illa S. Stephani Vita, confirmantur a S. Joanne Damasceno; quem Baronius ad hunc annum 730 num. 8 asserit, his ipsis diebus scribere aggressum esse sermones de imaginibus. Hic enim oratione 2 de illis; Eliam, inquit, persecuta est Jesabel, et linxerunt sues et canes sanguinem ejus... Joannem Herodes interfecit, et consumptus a vermibus expiravit. Et nunc Beatus Germanus alapis percussus et in exilium missus est, et complures alii Patres, quorum nomina nos ignoramus. Nonne id latronum est? etc. Eodem modo Constantinus Pius, Episcopus quondam Tui ad oram Ponti Euxini, scribit in oratione de Inventione Reliquiarum S. Euphemie, quam Græcæ ex Bibliothecæ Vaticanæ codice 820 descriptam habemus: Impurus, inquit, et profanus Leo, ex gente infaustorum Isaurorum, cepit latrare adversus Dei Ecclesiam et venerabiles frangere imagines... Quamobrem sanctissimum Patrem nostrum Germanum Patriarcham, vita et sermone resplendentem, impudentia et flagris usus, a Sede ejecit. Omittimus plures auctoritates hanc in rem coacervare.*

CAPUT IV

S. Germanus a S. Gregorio Papa II laudatus. Nomen diptychis inscriptum. Varii libri ab eo editi.

Pærat hoc turbulento tempore Sedi Romanæ S. Gregorius

et hæc ex Theophane, sed expurgata a mendis.

D
AUCTORE G. H.

exceptus
plagis.

F
alapis.

et flagris.

S. Germani oratio in defensionem sacrarum imaginum:

A *Gregorius II Papa, electus xxv Martii an. dccviii, mortuus anno dccxxxi, et depositus die xiii Februarii, quo ejus Acta illustravimus. Hunc S. Germanus, quid Leo Imperator machinaretur, serio admonuit. Sed et ipse Leo suum de abolendis imaginibus edictum Romam misit, et vicissim binas litteras a Gregorio accepit, quas ex translatione Frontonis Ducis Græco Latinas edidit Baronius ad annum dccxxvi. In prioribus ista de S. Germano leguntur. Tu ea (Imperatorem alloquitur Papæ) quæ cognita sunt et spectata ut lumen, aperte insectatus es. Ecclesias Dei sancti Patres convestierant et ornarant, tu spoliasti atque denudasti, tametsi talem habebas Pontificem, Dominum, inquam, Germanum fratrem nostrum et comministrum. Hujus debebas tanquam Patris atque Doctoris, et tanquam senioris, multaque rerum cum Ecclesiasticarum tum civilium experientia pollentis, consiliis obtemperare. Annum etenim agit hodie vir ille nonagesimum quintum, singulis Patriarchis et Imperatoribus inserviens; perpetuoque fuit occupatus, quod utrisque rebus gerendis mirifice utilis et aptus esset. Illum igitur onittens lateri tuo adjungere, improbum illum Ephesium ejusque similes audisti.*

ut consiliis obtemperet S. Germani,

B *Hæc ibi. Inducitur autem Theodosius Ephesi Episcopus, qui postea etiam Constantino Copronymo Leonis filii a consilio fuit: et Conciliabuli ob hoc collecti anno Imperii xiii, Præses extitit Theodosius Episcopus, Ephesi Absimari filius, uti ad dictum annum scribit Theophanes.*

agens ætatis annum 95,

23 *Dicitur supra in Menologio Basilii Imperatoris, item in MS. Synaxario, S. Germanus nonagenarius emigrasse ad Dominum: at si anno Leonis nono Christi dccxxv aut saltem initia sequentis, ut supra dicitur annum egerit nonagesimum quintum Græce ἀπὸ ἑξήμαςτον ἐνεστὸν πέντε ἐξήμαςτολς videtur annum circiter centesimum vivendo attingisse: quod etiam hæc in dicta epistola S. Gregorii verba adjuncta indicant: Cum Dominus Germanus et qui tum temporis Patriarcha erat Dominus Georgius suggestissent, persuasissentque Constantino Constantis filio Justiniani Patri, ut Romam ad nos (id est ad Romanum Pontificem tunc existentem) scriberet, sic interposito jurejurando scripsit, et nobiscum egit, ut ad universalem Synodum congregandam viros utiles mitteremus. Neque cum illis, inquit, sedebo, aut imperiose loquar, sed tanquam unus ex illis, et prout statuerint Pontifices, ego exequar; et eos qui recte loquuntur admittemus, eosque, qui male loquuntur, expellemus, et exiliis relegabimus. Si pater meus quidpiam ex intemerata puraque fide perverterit, ego primus illum anathematizabo. Tum nos Deo benevolente misimus, et cum pace sexta Synodus celebrata est, scilicet Constantinopoli a mense Novembri anni dclxxx usque ad xvi Septembris anni sequentis, in qua Synodo Monothelitarum hæresis condemnata fuit. Ea in qua tunc auctoritate fuit S. Germanus nectum Episcopus, ut is primo loco ante Patriarcham collocetur, quicum suggestit et persuasit Constantino Imperatori, ut dictam Synodum congregari expeteret.*

qui olim persuaserat Constantino Pogonato ut peteret Synodum contra Monothelitas.

C *24 Demum lubet adjungere, quæ in dicta epistola per quamdam ironiam objicit Pontifex Leonis Isaurico: Cum Ecclesie Dei, inquit, alta pace fruerentur, tu pugnæ et odia et scandala suscitasti. Cessa et quiesce, tum Synodo minime opus erit. Scribe ad omnes, et in quascumque regiones orbis terrarum, quibus offendiculo fuisti, Germanum Patriarcham Constantinopolitanum et Gregorium Papam Romanum circa imagines non peccasse, et nos ab hac cura quietum te præstabimus, ne peccatum aut lapsus ullus sit tuis, utpote qui a Deo potestatem et cœlestia et terrena solvendi accepimus. Præclave Cardinalis Baronius ad an. 727 num. 17 S. Germanum appellat primum Coryphæum, qui contra Ico-*

Coryphæus in Oriente contra Iconoclastas,

noclastas in Oriente vexillum confessionis erexerit: D quod maxime apparet ex ipsa dicti Gregorii Papæ ad S. Germanum epistola, quæ integra Græco-Latina inserta est Actioni quartæ Concilii Nicæni II anno Christi dclxxxvii habiti, ubi in principio verbis his utitur sanctus Pontifex.

25 *Qualis et quæ delectatio meam sic lætificare animam novit, sicut gratificus nuntius super tuo nomine, quod reverendum revera mihi et magnificentum decenter est, o sanctificate et divinitus acte? Hoc enim et nunc ego per honorabiles litteras tuas evangelizatus exultavi, et præ oimio gaudio, spiritu lætificatus sum. Deinde in cælum extendens oculum, gratiarum Donatori omnium Deo retuli actiones: qui tali etiam modo voluit, et sine tenus vobis cooperatur, et omnia vestra in lucem educit. Hoc enim et orandum mihi est et noctu et interdiu, et nunquam aliquando hoc desiderium deserendum esse in Christo confidens pronuntiabo. Testimonium autem perhibet sermoni meo, o superlaudabilis et a Deo dilecte, etiam tuæ per omnem horam benevolentie recordatio: quam habitatricem habens in labiis, et dolorem verbi ferre non valens, illico ad affectum per litteras properavi. Est enim debitum mihi et debitis cunctis insignius, te Fratrem meum et propugnatorem Ecclesie salutare ac alloqui, et luctamentum tuorum collaudare materias. Etiam si quis dicat et valde convenenter: Clamet potius ea impietatis præcursor, qui nunc passus est, bona actione malam actionem tuis commutaturus felicitibus... Quomodo ergo cum Deo pugnavis, o tu Sanctissime, adversus eos, qui sine Deo et contra Deum sunt, non commoveris? Ubi sic cœpisti prælium, ut Deus ipse tibi monstravit, præesse præcipiens in castris regni Christi gloriosum vere ac insigne labarum, id est, vivificam Crucem, magnum contra mortem magnitudinis suæ trophæum (in quo mundi quadriarie terminos circumscrisit, lineamentis distinguens) deinde et sanctam imaginem omnium Dominæ ac veræ Dei Matris, cujus vultum divites plebis deprecabuntur. Etenim sancta est, ut Patribus videtur, quæ taliter a vobis pie honorata tribuit vicissitudines. Nam imaginis honor ad principalem transit, secundum Basilium Magnum. Et post multa de sacris Imaginibus præclarissime explicata subdit:*

cum magno gaudio ejusdem S. Gregorii

ob exaltatam Crucem Christi,

et imaginem Dei paræ Virginis

26 *Quid opus est epistolam in longum extendere, et maxime ad virum electum a Deo, gratiam adeptum spiritus, et in profunda divinarum dogmatum valentem prospicere, atque Deo ductore considerare summam scientiæ altitudinem. Verum hinc ad propositum redeamus. Propugnatrix tuæ, o Sanctissime, et omnium Christianorum Dominæ magnificationes, et qualis ipse ostensus fueris, in cunctis ab illa directus et salvatus, et contra inimicos confortatus, admirantes. Illi vero, qui ex multo tempore contra eam debacchati sunt, tanto invenerunt resistantem, quanto invenerunt sibi contradicentem. Et huc mirum non est. Si enim Betulia per manum Judith mulieris Israelitidis salvabatur, cujus opus Holofernis peremptio fuit; et hanc salvatricem Israel, qui per idem tempus fuerunt prædicaverunt; quomodo non oporteret amplius tuam amplissimam Sanctitatem, tali Propugnatrice usam, aggredi fidei hostes, et victoria coronare subjectos? Sed ejusdem supplicationibus et omnium Sanctorum, potens in prælio Deus noster, fortis et longanimus, qui deduxit te super Joseph ut ovem, custodiat te, Sanctissime, in annos prolixos, universæ Christianæ beneoperantem conversationi; et sacro canoni obtemperare cunctos docentem et incitantem, et custodire depositum, quod a Patribus suscepimus; convertentem eos, qui ad modicum non intellexerunt: O juge gaudium nostrum, et communis utilitas et refectio,*

eum Judithæ comparantis

et ut dum rival optantis.

Sanctissime

A Sanctissime et omnibus Christianis amabilis. *Hæc S. Gregorius II Papa.*

27 *Floruit sub iconoclastis S. Nicetas, illustris Confessor Hegumenus Medicensis in Bithynia, cujus Acta Græce conscripta a Theophrasto discipulo, Latine reddita illustravimus ad diem in Aprilis; ubi cap. 4 describitur hæresis Iconomachorum, exorta a Leone Isaurico, dicente, non debere pingi Christum, neque in sua imagine a lorari. Hæc, inquit, dum agerentur nigravit e throno suo Magnus Pontifex Germanus; fugitque nido veneranda hirundo, quæ vernam Ecclesie tranquillitatem dulcisono ornabat garrito, Dominica festa condecorans: et in locum ejus inductus est de foris corvus, hians et absonum crocitant, procumbente Ecclesia et moestum ingemiscente, quod tanto tanque divino Præsule esset orbata. Duravit illa tristitia sub Constantino Copronymo, potissimum quando anno Imperii xiii, ut loquitur Theophanes, Imperator in forum progressus est vicesimo septimo mensis Augusti, cum sacrilego Patriarcha Constantino et reliquis Episcopis, qui omnes pravam suam hæresim coram universo populo promulgaverunt: et sanctissimum Germanum, Georgium Cyprium, Joannem Chrysorrhœam Mansuris filium, viros sanctos et venerandos Doctores, anathemate ferire ausi sunt. Ipsa formula condemnationis ejus inserta est Concilio Nicæno II, ubi his verbis Germano, duplici sensu et ligni cultori, anathema dicitur. De S. Joanne Damasceno VI Maji egimus. At S. Georgius forsitan is est, qui colitur xxiv Augusti, a Leone Isaurico, quem de fractis imaginibus arguerat, naribus abscissis et capite ambusto interemptus. Neque obstat quod in MS. Synaxario CP. et Menæis appelletur Limniota, quia e mari sive Oceano, in quo sita est Cyprus insula, in montem Olympum et Constantinopolim venerat. Quæ tamen tunc et nunc accuratius discutienda.*

28 *At quomodo in dicto Nicæno Concilio honos sit S. Germano restitutus, in Vita S. Theophanis Chronographi, quam ex MS. Græco Sfortiano edidimus XII Martii, legitur num. 13 his verbis Com esset Patriarcha Constantinopoleos creatus Tarasius, veræ fidei sanctissimum lumen, Synodusque Œcumenica convocata, confirmatæ sunt eæ, quæ ipsum præcesserant, sanctæ sex Synodi; anathemati subjecti, supra nominatus Constantinus, ejusque successor Nicetas hæresiarchæ et fraudulentæ Patriarchæ; Germanus sanctissimus Patriarcha inscriptus diptychis; stultusque Iconomachorum error submotus e medio, et tanquam aranei tela est dissolutus. Hinc honestissima ejus mentio Actione quarta dictæ Synodi Nicænæ, ubi passim compellatur ἁγιοτάτος, μακαριστάτος, ἐν ἁγίοις Πατέρι ἱμῶν. Sanctissimus, Beatissimus, Sanctus Pater noster; et proferuntur ejus epistolæ, scilicet de Sacris imaginibus, accuratissime scriptæ, ad Joannem Episcopum Synodensem, ad Constantinum Episcopum Napolitanum, ad Thomam Episcopum Claudiopoleos: ac priore epistola lecta Tarasius sanctissimus Patriarcha dixit: Pater noster Sanctus Germanus concordat cum prædecessoribus sanctissimis Patribus, aut eadem actione quarta relatis, qui sunt S. Basilus, Joannes Chrysostomus, Gregorius Nyssenus, Cyrillus Alexandrinus, Gregorius Nazianzenus, Athanasius, Nilus, Anastasius, Sophronius, cum variis Sanctorum Actis.*

29 *Utinam hoc erudito seculo aliquis Græce Latineque doctus, studium impenderet colligendis operibus hujus S. Germani, et simul in lucem proferendis! utilissimum Ecclesie præstaret operam, et tunc facile discerneretur an aliqui tractatus huic ascripti, essent tribuendi aliis auctoribus, verbî gratia Andreæ Cretensi: aut juniori alicui Germano Patriarchæ Constantinopo-*

litano, nam duo ejusdem nominis seculo xiii præfuerunt viri eruditi. Philippus Labbe in Dissertatione historica de Ecclesiasticis Scriptaribus accurate collegit indiculum eorum librorum, et sermannum qui aut a S. Germano conscripti sunt, aut sub ejus nomine vulgati. Hippolytus Maraccius Mariale S. Germani vulgavit, in quo, ut supra diximus, continentur opera quæ spectant ad cultum Deiparæ, ac præponitur effigies Patriarchalis ejusdem S. Germani, cui ad dexterum brachium appensa est icon representans faciem Deiparæ Mariæ. Franciscus Combes Auctario Bibliothecæ Patrum Græco-Latinæ inseruit aliquot Orationes de Deipara, et pag. 1482 ex Regio Codice Græco addit encomion S. Germani, in quo dicitur veritatis sermonem recta fide docuisse, et sat multos scripsisse sermones, quibus pios dederetur: sed et varios hymnos edidisse laudandis Sanctis, ac cantica admirandis divinæ gratiæ celebrandis operibus, quibus illa humani generis ruinam de integro reparavit. Hinc etiam Simson Wagnerckius, in Prologomenis ad Pietatem Græcorum Marianam ann. 21 observat, nomen S. Germani Patriarchæ, inter expressos Menæorum hymnographos lucere.

30 *Draius Photius in Bibliotheca cap. 233 ista habet: Legi librum auctore Germano, qui primum Cyzici ordinaus, post Constantinopolitanus Patriarcha fuit: qui liber inscribitur, Retribuens et Legitimus: quod perinde est ac si dixeris: De vera et legitima retributione, quod rependatur hominibus prout vixerint. Et hæc quidem tituli inscriptio. Contendit vero Gregorium Nyssæ Episcopum, ejusque scripta ab Origenis errore esse immunia. Ac relatis deliramentis Origenistarum, Contra quos, ait, Germanus, pietatis patronus, acutum veritatis gladium stringens, et vulnere prostratos hostes relinquens, victorem superioremque eum constituit, in quem hæretica colluvies insidias strinxerat et posuerat. Hujus stylus in hoc opusculo purus ac clarus, verborumque tropos feliciter arripens, phrasi venusta et eleganti, non ad frigiditatem vergens, proposito valde insistens, par etiam in contentionibus suscipiendis, nihilque citra necessitatem miscens, nihil quod dictu sit necessarium prætermittens, tum constructione et epicherematibus, tum euthymematibus, et est veluti sanæ doctrinæ norma. Ita et illorum, si quis vehementes, claras, et gratas, et spiritualem doctrinam ostentationi præferentes scribere orationes cupit, egregium est exemplum et imitatione dignum... Libri autem quos insidiis excipere hæretici moliti sunt, et quos Germanus veritatis propugnator primarius ab latronum insultu sine noxa servavit, sunt Dialogus ad Macrinam sororem de Anima, et liber Catecheticus, et is qui de perfecta vita narrationem continet. Ita Photius, his verbis innuens, quosdam Nysseni libros præ ceteris interpolando in rem suam trahere conati sunt hæretici, eisque eripere sua defensione contendit Germanus. Potest de his videri Labbeus noster, recte cum Casaubono advertens, neque Catechetica magnam Orationem, totus a Theodoretæ in Dialogis adversus hæreticos citatem, etsi contineat naves aliquas ab Origenis sectatoribus aspersos, debere in dubium vocari utrum vere Nysseni sit; neque Dialogum ad Macrinam, quod ibi ad caput 6 legitur de animis humanis simul cum Angelorum choro creatis juxta easdem Origenistas, a quibus hæretica quædam dogmata ei operi admixta accepisse se scribit Nicophorus Callistus lib. II cap. 19. Eadem modo excusandus libellus erit de perfectione Christiani ad Olympium, qui hic videtur notari a Photio: res autem tota pateret clarius, si ipsum S. Germani opus pro illis compositum veniret in lucem.*

Tristitia Ecclesie ob ejus abdicationem,

et anathema ei ab iconomachis inflictum:

sed in Nicæna Synodo diptychis inscriptus,

honestissimis titulis honoratur, insertis epistolis.

Votum ut opera ejus Latino-Græce edantur:

a Photio laudatur ejus stylus et ratio scribendi,

qua quædam Nysseni opera defendit

DE S. GERMANO HEGUMENO

FUNDATORE MONASTERII COSINITRES,

IN CONFINIIS THRACIÆ ET MACEDONIÆ.

D. P.

Vita sine
mutila ex
MS. Græcoditi post San-
cti obitum
composita :qui capiti post
Servios ab Im-
peratore rece-
ptos an. 886usitatiōi
postea Græcis
nomine dic-
tos Tribal-
los,

Memoria S. Germani Constantinopolitani Patriarchæ, cujus Acta qua licuit jam collegimus, vovet nos ut ad hunc eundem diem referamus alium ejusdem nominis, cujus diem natalem ignaramus, cultum autem et sanctitatem probat nobis inventa in MS. Bibliothecæ S. Laurentii Florentiæ Vita (ut præfert titulus) et conversatio S. P. N. Germani, qui fundavit venerabile monasterium Cosinitres. Deerat autem in MS. pars Vitæ postrema et plurima forsitan post mortem miracula, revulsis ultimis codicibus istius paginis; quæ si alicubi inveniantur, verosimiliter nos docebunt certum diem ac tempus beati transitus ex hac mortalitate ad gloriam celestem. Excusat auctor in principio, quod res a S. Germano hoc gestæ, ad suum usque tempus incognitæ manserint, propterea quod ex eruditis nemo ad eas litteris mandandas adjecerit animum. Quod autem persuasus a multis et velut debitum postulatus suscepit argumentum, id ita tractat, ut appareat plus quam uno post Sancti mortem seculo scripsisse; qui neque oculatos, neque coævos, neque eos qui ex coævis audiverint testes allegat; sed ea solum narrat, quæ vel post multa secula potuerunt per traditionem in memoria posteriorum conservari, monasterii originem concernentia.

2 In his unica, eoque satis roga et incerta est nota temporis, cum num. 21 dicuntur in Germanum, qui ob non persolutam integram salvis mercedem ab iis ad urbem vincetas raptabatur, incidisse Neophytus et Nicolaus, e Constantinopolitana civitate, a Romanorum id temporis Imperatore ad Triballum missi legati: qui debitum solverunt, ac deinde peracta legatione sub eodem S. Germano facti monachi maximum suarum facultatum partem ad monasterii constructionem ei attulerunt, et ideo posteris mansere nominatim notiores, potius quam Imperator a quo missi: quem si nominare scripsisset auctor, minime ambiguum nobis dedisset noscendi temporis indicium. Nunc videndum, qua primum seculo innoverint Constantinopolitanis ii ad quorum Principem missa legatio. Id hoc modo eruitur. Anno circiter MCCCLXXXVI Basilius Macedo Imperator, in præmium Christianæ fidei ad Russos et Bulgaros strenue propagatæ, accepit a Deo, et illud beneficium, ut Scytharum barbaræ nationes, Chrovatæ dicti et Servii, missis ad eum legatis, sponte seipsos subjecerint: accedentibusque ad Imperium datæ sunt illis provinciæ illæ, quæ ab ipsis nomen accepere, ut Croatia et Servia dicerentur. Hæc autem Servia continetur intra Danubium atque montes contigua Bulgariæ ad Orientem: quom Bulgariam, eodem qui priora docuit Curupalata teste, sub Michaele Duca Indictione XI, adeoque anno MXXXII, ut in servitum redigeret gens Servorum exiit, easque molestias Ecclesiæ istic tum florentissimæ intulit, quas Theophylactus Archiepiscopus deplorat in suis epistolis, etiam a Baronio ad dictam annum n. 82 ac deinceps allegatis.

3 Et hæcenus quidem sala Servorum ac Servia nomina legebantur quæ etiam apud Latinos sola fere usurpantur: apud Græcos vero a principio seculi XII inveniuntur videri usitatiōi nomine appellati Triballi, ex licentiori patius antiquitatis affectatione, quam quod revera eas occuparent terras, quas secundum Ptolomæum, Plinium, Strabonem veteres Triballi tenuerunt in Mæsia Inferiore, cum ipsi in Superiori consisterent.

Nominis hujus usus primum se prodit apud Nicetam Choniatem in Joanne Comreno, qui ab anno MCVIII usque ad MCLIII ejusque initio, post illustrem de Scythiis Hamarobis victoriam, etiam contra Triballos, quos alii Servios dicunt, maleficio non abstinens et fœdifragos, expeditionem denuntiavit, et eos quoque acie victor ad pacem coegit. At vero Joannes Cantacuzenus in sua historia, ab anno MCCCXXI ad MCCCIV perducta, creberrimam facit Triballorum mentionem, Servorum nusquam; ut eo seculo primum ac proprium gentis nomen videatur Constantinopoli exolevisse, sub quo interim semper fuerot appellata a Latinis. Nam anno MEXCIX ad Magnum Servia Jupanum seu Dominum a schismate revocandam scripsit Innocentius III; et illius successor Stephanus, in ordine regnarum suorum primam nominat Serviam, scribens ad Honorium III anno MCCXX pro sua coronatione. Ex his porro videor posse statuere, quod non ante nonum seculum in istas partes venerit S. Germanus, nec etiam diu post illud aut saltem non post decimum; ut inter ejus mortem et scriptam Vitam duo vel tria secula commode intercesserint, scripta autem sit cum Constantinopoli pro Servii nominabantur Triballi.

4 Genus et patria sancti hujus viri quamvis ignorentur, conjectura tamen formari potest ex Asia minori ivisse in Palestinam, ubi in monasterio S. Joannis Baptistæ ad Jordanem, de quo actum ad Vitam S. Mariæ Ægyptiacæ 1 Aprilis, monachus vixit usque ad annum xxx ætatis. Hinc jussu in Europam transire, locus, quo appellere debeat, indicatur Christopolis, Macedoniæ maritima civitas, et aliquando Episcopalis sub Archiepiscopo Philippensi: quam cum Amphipoli male confundi ab aliquibus, monstrat Macedoniæ hodiernæ tabula, a Gerardo Mercatore confecta, ubi lacus uterque collocatur a Philippis remotus pari fere intervallo miliarium Italicorum sexaginta; Christopolis ad Ortum, ex regione insulæ Thassi; Amphipolis mediterranea in Strymonis fluvii ripa, ad Occiduum. A Christopoli jussus petere Montem, e regione Popoliæ situm, per Philipporum fines transivit usque ad Panacis cujusdam ostium, stadiis fere quinquaginta ab oppido quod Drama dicebatur, ipsum quoque ad Philippensem pertinens Episcopatum, infra eos verosimiliter montes, qui Philippos inter et Philippopolim Thraciæ urbem interjacent.

5 Hanc autem Philippopolim puto quad opinari passim, abbreviatonimice Popoliam dici, sicut Salonica dicitur præ Thessalonica; itaque Panacis ignoti alias vivi ostio, Græce ἐξεδῆξι, concipiuntur juxta dictos montes, istic ubi Carissum fluvium notant tabulæ, qui ubi assumat dictum Panacem et sic auctor Philippos præterlabatur. Certe ex hac monte, quem primum Sanctus oratorio constructo occupaverat, ad olium æque Popoliæ objectum, cui nomen Maticia, jussus transire, versus Occidentem declinanda promovit iter, venitque in proximum vi loco Tzernistam vicum: qui usque hodie in tabula Mercatoris prædicta vocatur Sarnis, pari intervallo distans Philippis et Philippopoli; et ex proximo monte deductus Marissa fluvius, sub differentia unius solum litteræ, hæc aut ibi farte perperam scriptæ, commune nomen videtur referre. Adeo ut Cosinitrense in eo monte structum monasterium, optime constituatur in confinio Thraciæ et Macedoniæ; ad hanc tamen, quæ

et ex Pala-
stina trans-
iens in Eu-
ropam

E

F

inter Philip-
pos et Phil-
lippopolim
monasterium
struxit.

Patriarchatui

A *Patriarchatui Romano suberat, potius quam ad illam Constantinopolitano subjectam, pertinuisse videatur, et hæc esse causa; cur hujus S. Germani nomen nusquam compareat in Græcorum Menais aut Synaxariis, nullos ponere solitis: Macedonia Sanctos, qui ibi medio ævo plures fortassis quam in Thracia extiterunt; cum illa Romanæ fidei et Ecclesiæ, constantissime adhæserit, tempore schismatum et hæreseon, quæ Constantinopolitanam diocesim frequenter infamarunt. In suo autem monasterio Cosinitres ut Sanctum fuisse tunc, cum Vita scriberetur, cultum, videmur posse pro indubitato statuere: cum in similibus nullum sepe certius dari possit cultus publici indicium, quam Vita olim scripta ut in Ecclesiis legeretur.*

VITA

Ex MS. Græco Florentino.

Interprete Daniele Cardon S. J.

CAPUT I.

S. Germani vita monastica in Palæstina.

B *M*agnam ad virtutem incitamentum habent vitæ Sanctorum et Dei amanti virorum, si eæ litterarum et enarrationum præsidio tradantur ad posteros. Per illas siquidem sanctæ cujusdam æmulationis stimulus non exiguus audientium animis subditur, ac mentes eorundem ad similes labores sustinendos vehementer accenduntur erigunturque. Neque hoc solum, sed Dei etiam erga genus nostrum immeasa bonitas et beneficentia, et quidquid homines sanctos ad ejus amorem pellicere potissimum valuit, hujusce generis descriptionibus manifestum evadit. Quibus sane tot ac tantis ad Deum amandum invitamentis affecti Sancti, mundum hunc universum, et quidquid in eo pulchrum aut delectabile, divitias, inquam, gloriam, honorem, rerum omnium abundantiam, nobilitatem, familiares, et ipsam denique carnem suam nullo in pretio habendam putaverunt. Tota scilicet mente totoque animo cum prima ac suprema illa mente conjuncti, ei soli vivebant; sibi vero non aliter, quam qui mundo se plane crucifixos autumant: homines, ante etiam quam ex hac vita discederent, inter mortuos habendi. Horum conversatio et secundum divinam voluntatem exacta vivendi ratio, aliis sane omnibus, brevis veluti agendi regula et actionum corona, est proposita; iis quoque quorum clara est in litteris scientia, et qui insignes pietate sacrorum codicum volumina, in talium præsertim hominum utilitatem elaborata, pervolverunt ac scrutati sunt: nec non et iis qui suam e virorum sapientum institutione et disciplina doctrinam hauserunt.

2 Admirabilis porro et magni Patris [Germani] res præclare gestæ, magnæ licet memoriaque hominum dignissimæ, non paucis tamen in hoc usque tempore obscuræ atque incognitæ, propterea quod ex eruditis nemo ad eas litteris mandandas animum unquam adjecit; me nunc, omnium quamvis postremum, eas ut describam non parva invitant, hominem ob multa peccata rei tantæ perficiendæ ineptum, et ob incertiam ad tanta enarranda certamina parum habilem. Quemadmodum enim longe infra viros claros versari me video, quoties meam in dicendo rusticitatem et in rebus enarrandis imperitiam attentius mecum considero: sic ante omnia facile statuo, de magnis viris narrationes haud recte a me suscipi. Sed instant non pauci, suadent, atque etiam cogunt, et sic quasi debitum quoddam ut ne de argumento isto sileam importune adroducta exigunt, ac Sancti ipsius precibus hoc in conatu adju-

M. J. T. III.

tum me iri fidenter promittunt. Horum itaque sermonibus ad rem suscipiendam adduci me sum passus, atque ad tantum certamen, non sine audaciæ insignis nota enarrandum me comparavi, tam ipsius Sancti, quam sacrorum hominum precibus unice confisus.

3 Etenim sic mecum cogitabam, rem videri absurdam, quod mercatores vasto sese oceano committere audeant, multa que enavigent maria; qui vero terra negotiationem exercent, algorem, æstum ac frigus, et quæcumque alia in non exiguum vitæ discrimen solent adducere, fortiter ferant; manifesto quamquam periculo ante oculos posito, in unam lucri spem intenti, ejusque causa flocci facientes reliqua omnia: me vero, cui neque maria traanda, neque nubes, neque montes nivibus obsiti sunt superandi, hæc scribendi onus invitum suscipere, quod non modicam mihi utilitatem allaturum sit; et gravem me molestumque præbere in publicum, qui tantorum virorum auctoritate cedere recusem. Numquid igitur jure meritissimo reprehendere me quispiam posset, ac certissime mihi amentiam objicere, qui orituram ex inobedientia pœnam non præcipiam? Hæc sane in mentem revocans, ac non contemnendis armis, Sancti videlicet hujus benedicti et religiosiorum hominum orationibus, inæ communiens, tantum repente roboris accepisse mihi videor; ut, quamvis justo timore a conatu isto longissime repelli me sentiam, dictarum tamen precum auxilio suffultus, speque bona plenissimus, in hoc scriptio- nis argumentum descendere constituerim.

4 Quid autem est quod in ipse orationis limine sustinere egor? Initium siquidem facturum dicendi, quid primo loco in medium afferam ignoro. Nemo enim hactenus fuit qui certo nosset, quæ terra virum hunc in lucem ediderit, vel quinam ejus parentes extiterint. Quoniam igitur incognitum nobis est, quem in hoc mundo locum natalem Sanctus ille sortitus sit; æquum est, ut quem in patria cœlesti locum sit consecutus, dicere non prætermittamus. Illius certe civis hic est dicendus, quemadmodum et Patriarcha Abraham; cœlestem illam dico Hierusalem, in qua quicumque modo versantur Beati, advenæ et peregrini erant super terram, quam incolentes, non ita vitam instituebant quasi carne lutescent circumdati, sed angelicam potius quam humanam vivendi rationem sectabantur. Ex his fuit Germanus, vir admiratione dignissimus, qui eorum, quos dixi, Sanctorum vitam imitans, et omnes eorundem virtutes quam perfectissime in seipso exhibens, vitæ asceticæ imago et regula quadam pulcherrima posteris suis extitit.

5 Susceptamque in Palæstinam peregrinatione, et adolescentiæ annis nondum transactis, ad sancta loca devenit contemplaturus ea pariter et adoraturus: in eamque Prodromi eremum progressus est, quam Jordanis fluviorum omnium sanctissimum præterlabitur, terram illam perpetuo fecundans simul et sanctitatis suæ parte aliqua impertiens, asceterium reperit; ejus incolæ cum non dissimilem angelis vitam ducere observasset; mundo et iis quæ mundi sunt valere jussit, et inhabitantium istic monachorum consuetudine omnino captus, asceterii Moderatorum suppliciter adit, et non sine profusis ubertim lacrymis, vehementer obsecrat, ut in monachorum numero ipse etiam unus esse possit. Tum venerandus ille Hegumenus, adolescentis animum experiri penitus statuens; Poterisne, inquit, o adolescens, tantam in vivendo asperitatem sectari, quantum omnes quos hic vides monachi amplexi sunt? Illud quoque ante omnia nobis volo dicas, unde huc adveneris, quibus sis parentibus prognatus, et quæ te causa, ut in Palæstina commora-

21 tionem

D
INTERP. D. C.

hoc ipsum
presumit ex-
emplo mer-
catorum
lucra sectan-
tium,

E
fretus inter-
cessione San-
cti:

qui cujus
fuerit igno-
ratur:

solum scitur
quod cœli
civis

et peregrinus
in Palæstina

ibi in mona-
sterio ad
Jordanem
recipi petuit

VIDE ACTA
GILECA PAG. V

Quamvis
utilissimum
sit gesta
Sanctorum
scribere,

nemo tamen
fuit qui id
faceret circa
S. Germanum;

quare roga-
tus et jussus
auctor

A tionem deligas, impellat. Tum si ex iis quæ daturus es responsis non indignum te judicaverimus, qui inter monachos scribaris; confestim ac verbo citius in hanc monachorum sodalitem te recipimus. At beatus Germanus, ejus verba cupide velut lucrum quodpiam insperatum excipiens, patriæ suæ nomen, et quos nactus fuisset parentes, quaque ratione factum sit ut ad eos accesserit, et cogitare cœperit de eorum asceteriis; neque illa tantum, sed ut omnes etiam sanctorum hominum sudores et quæcumque ab eis fortiter tolerata fuerunt certamina in memoriam revocaverit; utque hisce perpendendis intentum tantum suum animum amor et cupiditas subierit, visendi primum loca illa sanctissima, et experiendi opem spiritualem, quæ ex eorum religioso aspectu provenit, ac denique in degentium istic piorum hominum asceteriis aliquod sese abdicendi, ut sustinere sese amplius requiverit, quin quod proposuerat, reipsa exequeretur. Atque hæc omnia, Pater sancte, mei, aiebat, in terram hanc adventus causa sunt et occasio. Sed amplius, oro, ne differ: fac potius et benigne tribue, quod a sanctitate tua suppliciter obtinere contendo.

B 6 Hisce igitur sermonibus venerandus ille senex persuasus, suos in unum Monachos convocat; et templi interiora ingressus, solitas super Germanum preces pronuntiat: detonsa deinde coma, et monastico collato habitu, Fratrum numero eum, ut petierat, adscribit. At vero Germanus, postquam sua tandem vota et desideria opere ipso completa esse perspexit, et inter monachos adscribi meruit, non facile quis oratione explicet qualem quantamque continuo diligentiam adhibuerit, ut spiritum in carnis desideria primum ad meliora omnia persequenda impelleret, ut membra sua omnia quæ sunt super terram, secundum Apostolicam præceptionem mortificaret, ut denique pluribus et gravioribus asceticæ vitæ laboribus dies suos transigeret. Quin et modum subinde visus est excedere, dum jejuniis diuturnis ac perquam severis, dum orationibus septies per diem, quod divinus nobis David commendat, repetitis, dum vigiliis, humi-cubationibus, genu-flexionibus, et aliis pietatis exercitiis, quibus exiguo etiam tempore imperium in hæc omnia inferiora obtinuit, sine intermissione vacat. Quod vero singularem in spiritu profectum et gloriam Germano attulit, et supra humanam veluti conditionem, supraque monachos alios omnes extulit, insignis ejus fuit humilitas, quæ sui studiosos nunquam non elevare in altum solet, nec non egregia ad omnibus obsequendum et ministrandum promptitudo. Cum enim cinerem se et vilem verniculum esse duceret, atque etiam nominaret; omnium nutus, tanquam se longe digniorum et meliorum, observare erat solitus. Hoc modo quod in vita nostra contemptum est et humile, pura illa et sceleris omnis experta animæ summo studio amplectebatur.

C 7 Etenim sic semper secum ratiocinabatur; Cum viri isti sancti tanto jam tempore in hoc asceterio cultui divino vacaverint, et non pauca sane de jurato nostro hoste tropæa erexerint; quo modo ego, nullorum meritorum homuncio, qui longis adeo post illos temporibus ad serviendum Deo accessi, paria cum illis certamina generose conficiam? Hac consideratione incitatus, plus etiam quam vires patiebantur, ascetam se diligentissimum probare; et alios in virtutis stadio jam multum progressos, intenso sane ac nunquam interrupto cursu contendit assequi. Tantum est indolem nancisci frugero, et boni omnis honestique studiosum. Omnem namque suam requiem, omnem delectationem in eo arbitrabatur sitam, ut multis laboribus carnem suam macram redderet atque exsuccam. Quin et facilius fuisset reperire

hominem voluptatibus deliciisque deditum in iisdem sine voluptate versari, quam diligentem hunc ascetam vel in minimo a bene cœptis recedere. Postquam enim rerum ad animi et spiritus culturam spectantium amore semel fuit omnino percussus, ejusdem amoris igne magis quotidie magisque exarscens, continere se amplius nequivit, quin et ad ea quæ cum virtute sunt conjuncta indesinenter se extenderet, et quæcumque apud nos dicuntur bona nihili facienda putaret. Omnem igitur desideriorum suorum impetum in bonum illud extendens, quo nullum esse potest amabilius, et die illud noctuque cogitatione sua perpetuo versans, terrenæ omnis affectionis se quasi expertem reddidit; ibique mentem habebat defixam, unde ea divinis illustrata splendoribus pulcherrimam futurorum bonorum arrham accipiebat: ita ut ante etiam quam ex hoc corpore migraret, divinitatis luce, quam unam in futuro seculo laborum nostrorum mercedem expectamus, ipse jam tum animum mentemque illustraret. Sed hæc quidem ita ut dixi sese habuere: nos vero ad propositum dicendi argumentum revertamur.

CAPUT II.

Ex Palæstina in Europam missus Germanus oratorium unum D. Virgini extruit, alibi alterum exorditur, prodigio geminæ Crucis animatus.

Beato itaque Germano in jam descripta solitudine strenue sese exercenti, et pulchras in corde suo disponenti ascensiones, quin et perfectum animi sui statum jam consecuto (trigesimum tunc ætatis agebat annum) divinitus objecta est visio, quæ e loco illo discedere, et in Europæi orbis partes aliæ jubebatur: ubi postquam in uno montium Macedoniæ templum ab ipsis fundamentis extruxisset, Dei illud Parenti sacrum esse juberet. Atque hæc quidem visionis istius fuit series. Quam cum Germanus non a Deo profectam, sed a malo genio (quemadmodum haud semel ab eo factum, qui, cum spiritus sit tenebrarum, in Angelum tamen lucis sæpe se transformat) effectam arbitraretur; quæ per illam mandabantur, exequenda sibi minime putabat.

9 Hac in sententia persistenti idem rursus visum est oblatum, quod prius: quæ enim conspecta illi per quietem fuerat viri species, veste alba induti, et multo lumine coruscæ, eadem vice altera conspexit. Denuo igitur apparens visio inobedientiam ejus, et quod difficulter adeo ad ea quæ fieri oportebat peragenda adduci se sineret, graviter castigat; nec a verberibus infligendis abstinuit, usque et usque differenti et executionis incurio dicens: An non istius tuæ inobedientiæ condignas tibi pœnas accersisti? Cui Germanus, Sed ubi, inquit, terrarum situs est locus, quem ut adeam mandas? aut quo modo eum adibo, cum qua is adeundus sit via plane ignorem? præsertim cum longa adeo sit, ut, quemadmodum ex hominibus istinc ad nos peregre advenientibus intelligo, vix integri anni intervallo emetenda veniat? Qua vero ratione iter illud aggrediar, ad quod perficiendum ne obolus quidem in expensas mihi suppetit? Tum alter; Noli, ait, multis et inutilibus annum tuum cogitationibus vexare, neque anxius omnino sis aut timidus; sed fidem habe, et omnia experieris prona atque facilia. Deus quippe viam reperire novit, ubi nulla hominibus viæ apparent vestigia, si ejus præsertim sapientia potentiaque subnixi, arctius eidem adstringamur. Si tamen loci nomen cognoscere est animus; Scito te, ubi urbem, quam Christopolim dicunt, attingeris, atque inde ulterius institueris iter, recta perventurum ad montem,

ad summam perfectionis.

E

Jussus in Europa adificare templum Deiparæ,

F
et iterato visu increpatus de mora.

ac viam conducturam edoctus.

in

strenueque se exercens,

et humilitati præcipue studens,

egregie proficit

A in quo novum a te templum oportet erigi. Sed ocius, quod jubetur, perfice; enge sis, nec moras necte.

10 Insolita visionis specie vir sanctus haud parum exterritus, a somno repente excitatur; ac toto deinde corpore tremens, et acerrimis quibusdam veluti doloribus percussus, tam ob viri qui apparuerat speciem, quam ob inflata sibi ab eodem verbera, quanta potuit festinatione ad monasterii sui Præsidentem abit, et quæcumque in visione illa nocturna sibi contigerant suspicienda admirandaque aperit. Ille autem (ut erat non modo peritus rerum quarumvis utilium apte ad persuasionem proponendarum; verum etiam, concessa sibi recte omnia iudicandi prærogativa, quidquid in apparitionibus difficultatem habet facile explicandi) visionem eam divina virtute objecta, et Germanum ob singularia sua merita dignum fuisse habitum, cui ea exhiberetur, coniecit. Facultatem itaque, cum vellet, proficiscendi fecit Germano, postquam et sanctis eum precibus fuisset prosecutus, et optimis spebus confirmasset. Tum vir sanctissimus, Præpositi sui verbis acquiescens, eique et universis sub ipso monachis tenerrimo amoris sensu valefaciens, in omnium conspectu iter arripuit; non parum equidem de hominis egregii discessu illis dolentibus, et sic affectis animo quomodo in tanti commitionis habitu par erat eos affici (ipsi enim scitis quam graviter molesteque carorum absentiam, non li modo, qui mitiore et ad commiserationem magis prona sunt natura præditi, sed vel ferocissimi quique ferre soleant) attamen et iudiciorum divinorum metu, et visionis, qua sapientissimus Germanus habitus fuerat non indignus, magnitudine permoti, non ab hominibus, neque per homines, sed divina prorsus inspiratione ad alia evocari Germanum haud nescii, facile ad id quod ipsos sentire par erat animum suum retulerunt.

11 Abiens igitur inde Germanus non exiguum animo suo dolorem cœpit. Qui enim aliter id fieri poterat? Sanctissimis siquidem legibus, quibus multo jam tempore ad animæ suæ profectum insigniter assueverat, et spiritualem quamdam maturitatem erat adeptus, exsolvebatur. Divinæ nihilominus jussioni obtemperans, ac futurorum bonorum spe plenus, iter in Europam alacri gaudentique animo instituebat. Magnam viæ partem longinqua sulcando maria, atque ubi illa deficiebant, pedestri absolvebat itinere, donec pedum suorum officio diu tandem multumque usus, non sine ingenti labore nec minore alacritate, post confectum longa peregrinatione magnum locorum intervallum, ad urbem devenit Christopolitanam, Deo ut Psalmista loquitur, omnem viri sancti viam dirigente. Urbis itaque nomen ex indigena quodam sciscitatus, ubi qua appellatione esset accepit, demonstratam sibi jam ante per somnum eam esse civitatem haud amplius dubitavit. Quo cognito, non satis deinde, quid ageret, quamve ad itineris sui prosecutionem viam teneret, secum statuebat. Hæc ubi mente et cogitatione apud se ille versabat, et quam in partem verteretur dispiciebat anxius; eadem rursus illi per somnum objicitur visio omnemque ex animo ejus dubitationem aufert, jubens ut ad eum se montem conferat, qui Popoliæ ex adverso respondet: quem simul atque attigerit, mox ad ædificandum templum cogitationem et operam suam convertat.

12 Percepta jussione venerandus Pater absque mora urbe Christopolitana excedit, die jam illucescere incipiente, ac Philippos præteriens, ad montem quemdam devenit; ex adverso quidem Popoliæ, quemadmodum per visionem fuerat edoctus, sed ad Panacis ostia constitutum, et stadiis fere quinquaginta ab oppido quodam distantem, cui Dramæti nomen. Germanus non alium sibi montem ad ædifican-

dum ratus fuisse demonstratum, diligentiam continuo omnem adhibet, ut aptum extruendo templo et asceterio locum deligat. Omnem igitur illum oberrans atque accurate perlustrans, antrum offendit a natura apte efformatum: in quod ingressus, postquam suis ipse oculis locum circumspexit, hunc enim esse, quem jussus erat quærere, absque dubitatione apud animum suum statuit. Quod itaque divinitus fuerat imperatum aggressus exequi, trium omnino annorum et sex mensium spatio ad finem perduxit, intra ipsius antri fornicem templum statuens sanctissimæ Dei Verbi Parenti sacrum; idque unus ipse ac solus, nullo laborum et curarum socio usus effecit. Cum enim omnibus ad expensas faciendas adjumentis destitueretur, suis ipse manibus omnia ad fabricam spectantia, preparare coactus, non nisi totidem, quot dixi, annorum spatio finem imposuit operi.

13 His e viri sanctissimi sententia perfectis, cum non mediocrem gaudendi materiam fuisset nactus, ex eo quod e divino mandato recte omnia peregisset, quæcumque per visionem proposita fuerant executioni mandanda; præter expectationem ad alios rursus labores subeundos, ante etiam quam paululum ab opere quievisset, descendere necesse habuit. Idem namque Angelus qui semel et secundo in Palæstina, ac prope Christopolim (cum, quo itinere peregrandum esset, dubitaret Germanus) spectandum se exhibuerat; nunc quoque subito, apparuit, aiens, non hunc esse demonstratum a Deo montem, ad quem abire aut in quo templum ædificare jubebatur: sed alium quemdam, cui Maticia nomen. Hunc quanta posset festinatione peteret, ac longe majus longeque magnificentius in eo templum extrueret. Quid autem Sanctus? Anne divina jussione audita vacillavit, exhaustorum laborum magnitudine deterritus? Anne retro sese referre proposuit, spatiumve petiit quiescendi tantisper dum vires colligeret? Nequaquam profecto. Sed probe gnarus labores, quantumvis multos et magnos, suo tandem fine concludi; eosdemque multorum ac variorum præmiorum, post hanc vitam consequendorum, spem non dubiam facere; summa sua voluntate divinam excepit jussionem, magnaque ad indicatum montem alacritate perrexit.

14 Pagum deinde ingressus, quem vernaculo idiomate Tzernistam vocant, apud hominem pietate conspicuum, et in peregrinis suscipiendis magnam pietatis suæ partem habentem repositum, hospitatus est. Ab hoc itaque domo exceptus et magna hospitalitate habitus, de monte, quem dixi, ex eo sciscitatus est. Cui alter; Quiet, ait, Pater, venerande, tantisper indulge (dies namque in noctem vergebat) ac die crastino in eum, de quo quæris, montem ipse te deducam. Patrisfamilias orationi acquievit Sanctus, et noctem illam quieti sumendæ attribuit. Tam orto die, ac viro jam nominato iter monstrante, ad montem perrexit. Quem simul atque attigerunt, alter in domum et ad propria est reversus. Sed Germanus, cum omnes montis partes tribus omnino diebus circumeundo lustrasset, et diligentissime omnia esset perscrutatus, vicum jam ante dictum ipse etiam repetiit. Ac rursus viri ejusdem humanissimi domum adiens, a rusticorum aliquo securim et lignonem flagitavit, ut hæc quidem silvæ partem aliquam excinderet aditumque faceret, illa vero tellurem effodiens aptum futuri templi fundamentis locandis prepararet locum: acceptisque ferramentis, ut potuit, celerrime in eundem sese montem retulit.

15 Erat is aditu sane difficillimus, vel ut verius dicam plane inaccessus, ac silva perquam densa impeditus, ferarum solummodo commorationi idoneus,

D
INTERP. D. C.

oratorium intra antrum extruit solus:

deinde aliud alibi jussus fabricare,
E

F

locum questum et inventum,

manibus suis emundat:

de consilio
sui Abbatis

B
iter ingreditur.

cumque
Christopolim
appulisset,

C
novo visu
instructus
de loco

prope oppidum
Dramæti

A neas. Quid igitur laboris exantlandum non fuit homini tantarum difficultatum plenum præceptum aggresso exequi, eidemque peregre agenti et pauperi, nullamque tanti operis habenti adiutorem, Deum unum si excipias? Numquid desperans abiit retro? petiitque ab eo, qui tam ardua ac difficilia imperabat, veniam sibi dari, insufficientiæ et egestatis prætextu? Numquid a facie Dei, ut olim Propbeta Jonas, fugiendam aut in remotissimas insulas navigandum sibi esse statuit, ut alius quispiam e potentioribus ac locupletioribus opus molestissimum susciperet? Minime vero: sed quamvis durum adeo et arduum negotium imperabatur, attamen sibi non defuit, non est cunctatus, non dixit; Habe, quæso, me excusatum, quia tum imbecillis tum minime opulentus sum: multos sumptus istud requirit: nihil is ejusmodi seu dixit seu cogitavit; sed non nescius omnia esse possibile credenti, cæpto operi institit, silvam exscidit, aditum in montem aperuit. Tanto itaque labori non paucis diebus vir sanctus intendens, summa cum difficultate semitam ab impedimentis omnibus perpurgavit, in eumque tandem locum devenit, in quo monasterium erat exædificandum. Quod ut cognovit, mox terram cæpit effodere, ubi fundamenta jaceret ædificii.

dumquæ non obstante rei difficultate

terram fundamentis locandis fodit,

duas Cruces invenit:

ad quas dum crebra patrantur miracula,

B 16 Ecce autem, antequam multum temporis aut laboris fodiendo consumpsisset (mirabilia profecto opera tua, Domine) Crucis effigiem reperit: quam manibus religiose acceptam tenerrime amplexus, et ori propius admotam pie exosculatus, hac oratione tandem est allucutus; O Christi mei Crux, omni cultu et veneratione dignissima! O Crux, potissimum Imperatorum robur, Christianorum omnium gloria, ac meum, hoc præsertim tempore, auxilium! Tu nostram in eo quod aggredimur opere imbecillitatem indignitatemque virtute tua corrobora: tu magna tua potentia viam nobis aliquam aperi, qua ad optatum magnorum conatuum finem aliquando pertingamus. Non equidem ignotum tibi est quam exiguæ mihi adsint vires, et quomodo non nisi ejus unius qui in te exaltatus est metu ac desiderio confisus, ea quæ facultatem meam longe superant aggredi non dubitaverim. Nunc igitur mihi, si unquam alias, auxilium imploranti, et in non exiguis difficultatibus constituto, vires ac robur suffice. Ita lacrymis simul et gaudio perfusus cum orasset, terram denuo perrexit effodere. Nec diu fuit, cum alia rursum Crux fodienti est oblata, quam simili Germanus pietate accipiens, præ gaudio quid ageret vix stætuabat; geminæ Crucis admirandam inventionem, tamquam eorum quæ deinde eventura essent pulcherrimum quoddam principium indiciumque, accipiendam ratas.

C 17 Cæpta ergo sua prosequens, spes suas haud sane irritas esse sensit. Ab illo namque tempore permulta quotidie Cruces illæ prodigia efficere non cessarant. Si supplices accederent, cæci visum, claudi gressum, muti loquelam simul et auditam recipiebant mundabantur leprosi, reddebantur sibi a daemonibus insessi, immundis geniis verbo citius in fugam coniectis. Quanta denique generis nostri Servator, in carne apud nos existens, et inter mortales mortalis educatus, admiranda perfecit, tanta utriusque istius Crucis invocatione peragebantur. Nec mirum, cum non minorem modo, quam olim, dum inter homines vixit, pro natura nostra servator sit sollicitus; nec minus salutem nostram curet, qui dives est in misericordia, et glorificantes se glorificat, multisque et egregiis donis labores nostros remunerat. Dum adeo igitur patrantur miranda, dici non potest, quanta undique mortalium, inorbis variis afflictorum, multitudo visa fuerit concurrere. Nullus siquidem petendi auxilii causa ad Cruces illas venerandas

adfuit, cujuscumque demum infirmitatis genere teneretur, qui non continuo, depulsa mali omnis causa, salvus existeret et incolumis. Sic equidem, post non exiguum temporis intervallum: ad magnum Patrem nostrum Germanum respexit Deus, qui facit mirabilia; qui et majori deinceps consolatione eum dignatus est replere, animos faciens ad majora etiam quam antebac audenda.

CAPUT III.

Construitur a S. Germano monasterium: qui eo perfecto moriturus extremum suos alloquitur.

Cumque jam faciendis sumptibus facultas aliqua adesset, magis etiam ad injuncti operis executionem accendebatur. Fabros itaque et artifices ad templi ædificationem evocat. Qui ubi adfuere, non prius manum operi admovere statuerunt, quam de persolvenda mercede conventum esset. Ea de re Germanum adeunt. Qui postquam in artis et laborum mercedem centum se argenteos promisit daturum, quanto potuerunt conatu, operis molitionem sunt aggressi. Locum illi absque mora dimensi, effossaque humo, fundamenta ex arte collocarunt: quibus inædificare deinde pergentes, Deo laboribus eorum aspirante, templum extruxerunt, non uno e capite elegantissimum. Quod quidem cum usque in hoc tempus sartum tectum persistat, non mediocrem sui admirationem præbet universis illud spectantibus. Neque hoc solum, sed magnus quoque monachorum istic aggregatus est numerus, qui sacros in eo hymnos continenter decantant, ac fuis precibus, Dei misericordiam tam sibi quam nobis, precum sanctarum auxilio multum indigentibus, conciliare non cessant, neque cum aliis ullis quam secum ipsis et cum Deo commercium habent: quibus hoc unum agitur, ut Dei creatoris magnalia omnibus diei horis cum laude celebrent, ut rerum divinarum contemplationi semper intendant, qua mentem humanam præcipue purgari, illuminari, et perfici non est dubium; quorum pars est Deum absque cessatione obsecrare, ab eoque regnum cælorum cum fiducia reposcere: qui rei nullius, ad mundum hunc terramque spectantis, desiderio aut amore tanguntur: quorum sudoribus atque in ascetico pulvere certaminibus solitudinem illam Deus sic quasi spiritualem palæstram esse voluit, ut, quæ sterilis prius fuerat et infæcunda, gratis nunc omnibus et bonis abundaret spiritualibus.

F 19 O rem admirandam! Istud ferarum quondam domicilium, sanctorum nunc est hominum sedes atque habitatio. Silva illa quondam invidia, facilem nunc omnibus de salute sua sollicitis præbet aditum. Aridum istud quondam et exsuccum solum spiritualium doctrinarum fluminibus nunc uberrimus abundat. Quam ingens tua, o Christe, erga homines est benevolentia! quam immensa bonitas! quam incomparabilis misericordia! qua adductus non modo inclinas cælos, ex iisque descendens naturam nostram e Virgine Matre sanctissima numquam amplius dimittendam assumis; sed etiam inter homines vitam agis, cum publicanis et peccatoribus cibos capere non dedignaris, omnem morbum et infirmitatem sanas, animarum nostrarum tollis afflictiones; veterem nostrum hominem, antiquæ fraudis cupiditate corruptum, renovas et cælestem efficis; quin etiam per sacram Evangelii tui doctrinam hominum saluti provides: et qui ratione divinitatis nulli es passioni obnoxius, mei causa, qui flagitiorum omnium reus sum, tam dura tamque acerba ad extremum pateris, opprobria sustines et colaphos, flagellis cæderis, et spinea corona ornaris; a sordidis militibus per omnia

D *magnus incipit fieri concursus.*

Conductis operis exstruitur templum

E

deinde adunantur monachi,

sibi et Deo vacaturi:

F

qua in re mirabiliter clucet potentia Christi.

pro salute hominum, dum quæque perpassi-

tentatus,

A tentatus, et ludicri instar regis habitus, qui creaturæ omnis, tam ejus quæ sub aspectum nostrum cadit, quam quæ eundem fugit, verus Rex Dominator existis: crucem quoque libens ac volens suscepisti, nec sepeliri es dedignatus. Neque ea solum quæ enumerari omnia, peccatorum meorum causa, qui nihil unquam peccati admisisti, sed nec admittere potes, tolerasti, ut salutem ego adipiscerer, et antiquæ eriperer ruinæ, ut divinus dixit Gregorius; verum etiam in hoc usque tempus varias salutis vias præparare mihi et ostendere non desinis, sanctos tuos Apostolos, sanctos Martyres atque Ascetas duces nobis ad virtutem et felicitatem submittens, ut horum prementes vestigia, promissionum, nomen tuum sanctum diligentibus et exquirentibus facturum, mereamur esse participes. Ita obsecro fiat.

20 Templo perfecto et Virgini Mariæ rite consecrato, laborum suorum pactam mercedem a viro sancto repetebant artifices. At Germanus, unde in solidum illis persolveret non inveniens, summæ totius partem quamdam exignam hominibus tradidit. Decem quippe solum argenteos in potestate habebat, nec aliud præter hosce aderat quod in operis pretium posset persolvere. Hinc eorum animos vehementer adversum se commovit: qui pluribus primam contumeliis in eum invecti, deceptorem eum, et sub habitu monachi, cum revera monachus non esset, egregium dicebant esse hypocritam. Talis namque est hominum pecuniis addictorum genius, ut reverentia prosequi nesciant ea quæ summa in veneratione habenda sunt. Quæcumque alii habent in pretio soli illi vilipendunt, dummodo id quod maxime cupiunt, quantumvis vile, detur obtinere. Funibus deinde constringunt, haud volentem quidem, sed præinopia hoc ab ipsis requirentem, vel, ut verius dicam, id providentem quod deinde erat eventurum. Non enim ignoramus quo tandem fine, quod agebatur, conclusum fuerit; non ignoramus sapientiæ divinæ vias faciles et expeditas, ac viri sancti firmam in Deum fidem et spem insignem.

21 Postquam ergo hominum ferocissimi et nulla commiseratione tacti virum sanctum, ligatis post tergum manibus, in potestate habuerunt; non aliter ac sceleris foedissimi reum, raptare infelicem cœperunt; nulloque Dei timore perterriti, aut venerandum viri vultum reveriti, eam quæ in oppidum Drama perducit viam ineunt, sperantes fore, ut cum e melioribus nonnemo S. Germanum in tam acerbo statu conspiceret, miseratione aliqua erga afflictam ejus fortunam commoveretur; et aurum, ejus causa tam duriter tractabatur, repræsentaret; itaque pactam ipsi pecuniam consequerentur. Hujus igitur spei stimulo incitati, e monte descensum faciunt, sanctum hominem vinculis arte constrictum post se raptantes. Ad pedem montis simul atque perventum est, planities quedam sese visa est offerre, herbis diversicoloribus vestita, in eaque arbores ingentis altitudinis ac ramorum densitate spectabiles, quæ volentibus illic tantisper quiescere viatoribus nimbam in refrigerium et amœnitatem sufficere poterant. In hac planitie viros quosdam in dignitate positos, quantum ex famulorum, ex jumentorum, et ex omnigeni apparatus multitudine dabatur colligere, sub arboribus conspiciantur, illarum umbra adversus vehementem solis ardorem (æstivum namque tempus agebatur) sese tegentes. Duo hi erant, præcipua inter suos dignitate, quorum alteri Neophyto, alteri nomen Nicolao, e Constantinopolitana civitate a Romanorum id temporis Imperatore ad Triballum missi legati.

22 Illo præsertim tempore existimandum est viros illos silvam ingressos tantisper ibidem substitisse non casu et fortuito, sed destinato potius divinæ

providentiæ consilio, ut hac occasione et S. Germanus e misero adeo statu eriperetur, et ipsimet ad certissimam perducerentur viam salutis. Certe postquam eos, a quibus crudelem in modum vexabatur Sanctus, factos propius, ipsumque Germanum magna cum animi tum corporis modestia viderunt subsequentem; coniectis attentius in eum oculis, speciem viri Angelis haud indignam, sed multo tamen pulchriorem ejus animum, taciti considerabant. Ex corporis quippe habitu exteriori non difficile illis esse poterat de internis animi bonis atque divitiis statuere. Confestim itaque e terra assurgunt, ac verbis homines illos immites duriter increpant. Cujus tandem rei causa aut que consilio, inquirunt. mortalium annium pessimi, virum, quiddam quasi divinum vultu spirantem, funibus adstrictum raptatis, nihil aut Deum veriti, aut communis inter nos naturæ miseratione permoti, qua alter alterius miseras quantumque possumus ope et auxilio levare jubemur? Non statim hominem illum sanctum a vinculis liberum esse jubebitis? non tantæ calamitatis causam protinus eloquentini?

23 Ad has voces ingens calumniatores illos simul ac viri sancti puniteros metus atque horror invadit, trementibus eum manibus a vinculorum molestia celeriter liberant: causamque exponentes, sermonem nondum finierant, cum a viris plane egregiis, sanctissimi innocentissimique hominis sortem miserantibus, centum e vestigio aurei persoluti sunt. Sapientissimam Dei providentiam, et qua ratione, ubi nulla videtur spes superesse evadendi, facilem evasioni viam sciat aperire, nec non et S. Germani spem insignem, ac mentem futuri providam hoc loco considerate. Sic equidem arbitror, hominem sanctum, cunctorum quæ erant eventura haud ignarum, summa sua voluntate et gaudio suscepisse vincula.

24 Posteaquam vero opifices, accepta pecunia impetrataque a S. Germano præteritorum venia, domos suas repetierunt; ipse cum dictis jam sæpe viris illustribus eodem loco Germanus permansit. Quid opus est enarrare, quos ad ipsos et quanta cum animi alacritate sermones habuerit? Quos autem alios nisi divinos? quorum pondere et efficacia sic hominum istorum animi sunt permoti, ut mox in numerum monachorum recipi ardentem flagitaverint, nihil amplius de Imperatore adeundo solliciti: ita sermonum ejus suavitate fuerunt evicti hominum egregiorum animi. Datis igitur viro sancto dextris, viam quæ in urbium omnium felicissimam ducit arripuerunt. Hanc vero salvi atque incolumes ingressi, ac suscepta legatione perfuncti feliciter, magnis deinde præmiis atque honoribus affecti sunt. Transacta autem aliqua ibidem mora temporis, et rebus domesticis ut oportebat recte compositis, postquam bonorum suorum partem aliam in necessitates pauperum, aliam in domesticos erogassent, aliam denique et hanc longe potiorem secum sumpsissent, magna animi voluptate sancto sese Germano rursus obtulerunt. Qui eos, summa sua voluntate ad societatem vitæ admissos, in monachorum morem tondendi continuo fecit; ac monastico paulo post habitu indutos, eorum adscripsit numero qui eo in loco vitam profitebantur asceticam.

24 Constructis deinde cellulis, vinetis quoque et pomariis non paucis constitutis, haud ita longi temporis intervallo universa hæc ad finem perluxit. Rerum porro tantarum fama longe lateque diffusa, tam quæ ad hominem sanctissimum, quam que ad ejus monasterium spectabant, ubique insiguit divulgabantur. Unde per singulos, ut sic loquar, dies, incrementum sumebat tam monasterium ipsum quam quæ aliqua ad illud modum pertinere poterant,

D
C. TEMP. D. C.

inhumanos
illos repre-
hendunt,

E
resolvunt
debitum

et monachi
fiunt sub
S. Germano:

F

quæ mona-
sterio instru-
cto

multis

Promissam
mercedem
nequiens
exhibere
Germanus

rincitur a
fabris

et ad urbem
raptatur:

quod con-
spicati duo
imperiales
Legati

INTERP. D. C.
et indus
auctiore :

A multis æternum mundo valde dicentibus, ac venditis quæ possidebant omnibus rerum suarum pretia ad S. Germani pedes afferentibus. Atque hæc quidem omnia, ita, ut dixi, gesta, eum sortita sunt exitum, quem in monasterii sui bonum optare potissimum Germanus potuit. Sed jam dies illa et tempus aderat, quo ut ad Deum proficisceretur vel potius rediret, ac spebus tandem suis potiretur homo sanctissimus, et tot arumnis laboribusque confectus, erat constitutum.

moriturus
ipse extreme
mum allo-
quitur suos.

25 Emigrationis ex hac vita dies, et quæcumque emigrationem illam comitari solent, aderant. Quo cognito, monachos universos sibi subditos in unum convocat: et supra lectum sese, ut poterat, erigens (infirmitate namque tenebatur, et extremum agebat vitæ spiritum) hanc ad eos orationem habet. Ego quidem, Filii carissimi, quæ Dei voluntas est, e vitæ hujus stadio discedo, ac lætus et alacer ad eum quem tantopere desideravi abeo. Scio quippe apud illum brevi me futuram, ac regni æterni aditum hereditatem; ejus causa infinitos prope labores et certamina, quorum vos ipsi testes esse potestis, ex quo monasterium illud condidi, fortiter perferre non dubitavi. In senilem hanc ætatem deveni, nunquam

non sive visibilibus, sive invisibilibus hostibus ad depugnandum oppositus. Vos autem pacem habete inter vos, et cum aliis quoque, si potestis, omnibus. In hoc siquidem omnes intelligent, quod humilis et pacifici Christi imitatores estis, si pacem habueritis ad invicem. Mundum hunc omnino et ex animo abnegate, nec ullo in pretio apud vos habeatur quidquid terrenæ materiæ concretione consistit. Paupertatem volentibus animis excipite: hæc enim devotum Deo ascetam, a rebus crassioribus avulsum, arctius Deo adstringit. Senioribus obsequantur juniores, et juniorum vitia patienter seniores tolerant; illi namque nonnunquam labuntur, quod equidem deprecor. Unusquisque sibi ac rebus suis attentus sit, ac diem illum supremum mente et cogitatione verset, obliviscens ea quæ sunt præterita, et ad ea quæ agenda instant semetipsum extendens, siquidem bonorum incorruptibilium sincerus amator existat. Omnes in Domini ac Salvatoris nostri cognitione et gratia ut crescatis satagite qui in omne opus bonum gratiam vobis abundante sufficiat, qua digni fiat is supremo in altera vita honoris gradu.

26 Hæc et multa alia in extremo vitæ termino licet constitutus, et magna parta...

G. II.

DE S. DOMINICO CALCEATENSI IN RIVOGIA HISPANIÆ PROVINCIA.

AN. MCIX.

Cultus in
Rivogia urbe
Calciata,

Rivogia, infra Rivonia, vulgo Rioia, provincia Hispaniæ, annexa Castellæ veteri, ab Alava provincia et Cantabria antiqua separatur Ibero fluvio; in quem defluit Oia amnis, a quo hæc provincia unneclaturam sortitur. Ejus urbs præcipua habetur Calciata, intra montes in amena et feraci planitie ad fluvium Laglera situ, celebris devotione erga S. Dominicum, de quo hoc die agimus, unde etiam vulgo la Calzada seu S. Domingo de la Calzada appellatur. Ejus ibidem sacrum corpus asservitur in ecclesia Cathedrali illi dicata, et festum solenni cultu celebratur hoc XII Maji cum Octava. Debet autem hæc urbs suam originem isti S. Dominico, qui teste Mariana lib. 10 de Rebus Hispaniæ cap. 7, quoniam viis munitis atque complandis, qua Compostellam ibatur, diligentem operam dabat, Calzadii vernaculo Hispanorum lingua cognomentum invenit, et hæc loco communicavit. Nam, ut Tamayus Salazar in suo Martyrologio Hispanico ex Garibatio ad hunc diem observat, S. Dominico territorium concessit Burevanum Alphonsus VI Castellæ Rex, ut ecclesiam extrueret. Post Alphonsus VII cuidam Abbati Sanctio anno MCCCX indulsit ut illam ecclesiam augetet: et in tantum erexit, ut anno MCCCXVII Calagurritanæ applicaretur basilicæ. Hinc auspiciis ejusdem Domini Najarensis, qui Burgum addidit, sic fuit amplificatum oppidum, ut anno MCLXXX Rodericus in Cathedrali erigeret Ecclesiam, scilicet sub Archiepiscopo Burgensi; sed ad anno MCCXXXVI ejus Episcopatus traditur unitus Calagurritano, a qua urbe XII leucis distat versus Occidentem: et ibi quoque festum S. Dominici celebratur sub ritu duplici primæ classis cum Octava. Indicat etiam Mariana S. Dominici urbem, fuisse Calagurritani Episcopi subjectam ditioni, deinde Hispaniæ Regibus; deque ea re extare diploma Ferdinandi Regis, ejus cui vitæ merita Sancti appellationem pepererunt, quæque suum cultum habet xxx Maji.

2 Præter sacrum venerationem, huic Sancto Calciata et in diocesi Calagurritana exhiberi solitam, in Breviario Burgensi anno MDII excuso præscribitur offi-

in diocesi
Calagurritana.

et in Bur-
gensi pro-
vincia.

cium Ecclesiasticum ix Lectionum cum quatuor cappis, et ista adjungitur Oratio: Sanctissimi Confessoris tui Dominici, misericors Deus, hodierna die solennia celebrantes, elementiam tuam suppliciter deprecamur, ut ipso intercedente et te largiente, delictorum nostrorum veniam et felicitatis æternæ gloriam consequi mereamur. Per Dominum. Præscribuntur dein sex lectiones de Vita hujus Sancti, et pro septima lectione legitur Evangelium: Nemo accendit Lucernam, ut dein octava et nona lectio iterum de Vita desumuntur. En videtur extitisse satis diffuse composita, cum hæc lectiones solum deducant lectorem usque ad eremitam, cujus infra in tertia lectione vita solitaria indicatur. Datus ergo S. Dominici Acta ex Legendario Asturicensi MS. quæ judicio Tamayi Salazar ab annis fere quadringentis fuere exarata, cum Appendice, quæ perperam lectio decima appellatur, extra ordinem miraculum a vivente patrum referente. Habuit præterea S. Dominicus in Breviariis antiquis Hispanicis, Compostellano, Placentino, Palentino et aliis quamplurimis assignatum sibi in Martyrologio Tamayi cultum Ecclesiasticum, in quo dicitur P. F. Ludovicus de Vega ejus Acta patrio sermone descripsisse, typis apud Burgos anno MDCVI edita, quæ ex ipso loco tandem accepimus, indeque in linguam Latinam transtulimus cetera, quæ apud Tamayum desiderabantur, miracula. Horum enim antiquiora licet Latine descripta fuerint a prælaudate vitæ collectore, tempore Petri Crudelis, seculo XIV ultra medium provento; nulla tamen nobis spes superest originale textum obtinendi ante finitam hujus mensis impressionem. Eadem vita recentiori stylo Hispanice scripta invenitur in Hagiographia seu Vita Sanctorum, a Joanne Basilio Sanctio, Bilbai anno MDLXXXV excusis: Joannes item Marietta in Historia Ecclesiastica de Sanctis Hispaniæ anno MDXCVI vulgata, de S. Dominico agit lib. 6 cap. 18 et sex sequentibus: agunt etiam de eodem Villegas et alii in Floræ Sanctorum. Ediderunt præterea illustrata Vitæ compendia Joannes Maldonatus et Thomas de Trugillo in Thesaurio Concionatorum. Horum omnium auctoritate me-

ruit

Vita datur
ex Legendario
MS.
P

eadem ab
aliis quoque
scripta.

A *runt nomen suum inscribi hodierno Martyrologio Romano, et Additionibus Molani ad Usuardum. Inscripturunt quoque eundem Martyrologiis Benedictinis Wion, Dorganus, Menardus, Bucellius; et addit Wion se ignorare utrum vitam monasticam solenniter fuerit professus, quod iis in cœnobiis, in quibus vivere peroptabat, susceptus minime fuerit; placuisse tamen Benedictinis inserere, quod ex historiis cognoverit, eundem ad finem usque vitæ habitum S. Benedicti gestasse; et quod actu nequivit, voluntate perfecisse. Quibus Tamayus Salazar opponit, nequaquam fuisse monachum actu, imo nec habitu, cum hoc ex historiis non patescat.*

3 *Vixit eodem tempore S. Dominicus de Silos, de quo ante laudatus de Trugillo in Vita S. Dominici Calciatensis istu scribit: Visitavit eum ibidem quidam alius Sanctus, Dominicus de Silos nuncupatus, qui contemporaneus ejus erat: seque mutis amplexibus deosculati sunt præ amore et caritate. Commendavit autem plurimum, qui venerat Dominicus ad visitandum virum sanctum, opera illa omnia præclara quæ ædificabat. Hæc ibi, quæ etiam referunt Sanctorius, Maldonatus et alii. Mortuus est S. Dominicus de Silos*

B *anno MLXXII die XX Decembris quo colitur. Decennio ante hunc obiisse B. Joannem de Urtica eremitam, id est anno Domini MLXII, quarto Nonas Junii quo colitur, in tribus MSS. Codicibus, ex quibus Vitam habuit, reperisse se fatetur Tamayus: ipse tamen a se demonstrari putat, vitis librariorum omissam litteram C, adeoque seculo integra posteriorem fuisse Joannem, cujus laboriosa caritas erga peregrinantes ad S. Jacobum similibus fere fluxit operibus unde S. Dominicus commendatur. Vega huic illum synchronum facit, mutuoque impensa auxilia prolicite commemorat. Sed cum neutrius Acta harum expresse meminerint, malumus in diem II Junii istius chronologicæ examen differre: eoque rejicere quidquid Sancti sibi mutuo dicuntur præstitisse. Interim S. Dominicus Calciatensis dicitur superfuisse in Actis usque ad annum MCIX: asseritque Maldonatus, post constructum pontem mansisse in eadem solitudine, annos sexaginta pauperibus ministrando. Hinc talem Tamayus Salazar conficit supputationem. S. Georgius Ostiensis obiit anno MXLV: post ejus obitum S. Dominicus quinque annos consumpsit in extructione pontis; post ejus fabricam sexaginta superfuit annos: hinc procul dubio mortis ejus tempus ad annum MCIX consignandum erit. Dein rejicit eos qui dixerunt anno MLX occubuisse.*

C VITA Ex antiquo Lectionario Asturicensi

a Tamayo Salazar edita.

In Dei omnipotentis honorem et B. Dominici Confessoris, pauca de ejus vita et miraculis plurimis, adjuvante Domino, prose quemur. Beatissimus igitur Dominicus, laicæ professionis et illitteratus existens, e a Villoria, in Cantabriæ finibus posita, originem duxit. Qui ad partes Rivoniæ gressum dirigens, quasi ad suæ dispositionis portum pervenit: ibique per aliquot dies moram faciens, statuit intra se communem vitam in contemplativam mutare.

L. 2 Ad Abbatem b Valvaneriæ Ordinis S. Benedicti celeriter tendens, humiliter petiit se in ejus admitti consortium, et sacrarum doctrinis imbui litterarum. Cujus voto cum præfatus Abbas renneret; vir sanctus ad c S. Æmiliani cœnobiū accessit, et Abbatem præsentiam adivit, ut suum propositum adimpleret. Abbas autem vitæ suæ d deputans occultare infamiam, ut alter fecerat, ipsum refutavit. Impar enim morum proprietas mores discrepantes

sibi minime appetit sociari. Inde vir sanctus recedens, ad quemdam sanctum eremitam, qui circa monasterium S. Æmiliani degebat, perrexit.

L. 3 Eremita solitariam dicens vitam, e parvunculam orationis domum sibi composuerat. Habito profinus vicissim de contemptu mundi sermone, adiecit eremita: Si locus iste tibi placet, cedere præsto sum, festinabo mihi alium parare. S. Dominicus respondit: Nolo sic tuis commodis ditari, ut tua dispositione priveris. Sic sancto valedicens eremita, ad Barovanos profectus est fines, qui nunc Calciata vocantur, et e peregrinorum strata non minime distat situ: quo in loco cellulam in honorem B. Mariæ fundavit. Per lustrum ibi, et amplius diutius, hortum fertilem cum amœnis arboribus et vineis fecundissimis plantavit.

L. 4 Eodem quoque tempore quidam sanctus Episcopus, g Gregorius nomine, in partes Hispaniæ ad prædicandum Dei verbum pervenit. Quo audito B. Dominicus ad ipsum tendens, ut animam ejus salutaribus doctrinis reficeret, ipsius discipulus efficitur h; illumque est longo tempore usque ad obitum ejus comitatus. Beatus igitur Dominicus, sancto privatus Patrono, quid de suo diffiniret statu cogitavit. Considerato enim loco, ubi Christi pauperibus suam substantiam distribueret, tandem villam aggressus est, quæ ab ipso sortita est nomen S. Dominici de Calciata: ubi nunc veneranda consistit ecclesia, in qua ejus sanctissimum corpus honorifice quiescit sepultum.

L. 5 Locus iste tunc erat nemoribus densus, et latronibus frequentatus, et transeuntibus valde periculosus, modo est fertilis et amœnus, i per quem undosa k lympharum vorago fluebat; ad ejus evasionem pontem sibi fundare disposuit. Domo tamen sibi et familiæ suæ in primis instructa, prope ipsam parvam orationis domum in honorem beatæ Virginis fabricavit l. In hac vir beatissimus crebro intendens orationi, ad sustentandam corporis debilitatem usque ad cellam baculorum sustentaculum supponebat. Ad pontis quoque ædificationem, quasi ad opus commune, auxilium villarum circumjacentium imploravit. Habitatorum vero ipsi huic tam pio operi unusquisque pro suis viribus succurrebat.

L. 6 Quodam festo, hujus operis causa, ruriel las de corporali subsidio in ecclesia ad Missarum existens sollemnia requisivit. Petitioni sancti viri populo exposita, quidam animalia, alii currus, alii vero personaher auxilium promiserunt. Tunc quidam rusticus perversus et indevotus, affectans sancto Patri illudere, cum haberet in montanis duos tauros feroces, quos nunquam tangere potuit, dixit: Ego duos tauros, quod in montibus habeo, in subventionem pontis illius per diem unam promitto: ita tamen ut Pater Dominicus ipsos de monte perducat, et ad currum vehendum simul jungat. Almus Deo Dominicus, ejus spiritus cælo inhærebat, subridens ait: Conditionem voti tui opulutione divina complere tentabo. Tauri vero viso B. Dominico, omni ferocitate deposita, a sancto viro sunt per cornua capti, atque jugo vehiculi cum omni suavitate conjuncti: qui levius et æquius aliis bobus domitis onus sibi impositum ad pontem traxere prædictum. m

L. 7 Septem quoque annis, antequam vir beatus ab hac vita ad Dominium migraret, sibi lapideum excidit sepulcrum: quod singulis annis a nona replebat, pauperibus per industriam misericorditer dividenda. Cum quædam commater ad eum visitandum quodam diu venisset; vir sanctus dixit ei: Commater Deo devota, mansueta, quam nuper construxi, nunquam tuis oculis conspexisti? Cumque sepulcrum ambo cernerent simul, commater adiecit: Quare membrorum tuorum requiem ab ecclesia tam

Memoria in Fastis

etiam Benedictinis.

Congressus cum S. Dominico de Silos:

an et cum S. Joanne de Urtica?

Tempus obitus.

a Natus in Cantabria

b in Ordinem Benedictinum non admissus,

c

d

D

e cum eremita agit:

f apud Barovanos habitat:

g

h fit discipulus B. Gregorii Ep. Ostiensis:

i

E

k Calciatæ deijt:

l

m constructum sacellum Deiparæ

n

o et pontem,

p tauros feroces reddidit mansuetos:

q

r

s sepulcrum sibi constructum:

tam

A tam remotam tibi parasti? Cui B. Dominicus: In providentia divina est, me ab ecclesia in posterum nullatenus sequestrari: aut enim ecclesia nostra sequetur vestigia, aut nos ejus beneficia prosequemur. Mira res. Quod vir Dei ore prophetico prædixerat, hodie completum cernitur: quia ad ejus monumentum ecclesiam pervenisse cunctis manifestum apparuit. *n*

L. 8 His et aliis quoque plurimis pollens virtutibus, arumnas hujus seculi varias sustinendo patienter. iv Idus Maji anno Domini mxcix, multis plenus meritis gloriosis, migravit a seculo ad Dominum, corpus in terris, cælo spiritum destinando. Cujus corpus gloriosum devota ejus familia in tumba, quam ipse sibi paraverat, honorifice tumulavit. *o* Accidit postmodum, quod agricola quidam arbores, quas beatus Dei Confessor in horto et extra plantaverat, propter accepta securi radicibus extirpare. Qui dum incisioni propensius instaret, et a vicinis transeuntibus ob hoc continue increparetur, nec desistere vellet; divino flagello luminibus est privatus. His mirandis miracula stupendiora succedunt.

moritur 12
Maji.

o
Irreverens
rusticus fit
cæcus,

B L. 9 Item quidem miles valde locuples, de Gallicis partibus oriundus, male a dæmonio vexabatur: qui gratia recuperandi sanitatem ad S. Jacobum peregre veniens, per villam hujus Sancti transivit. Cumque ligatis pedibus ac manibus ad ejus tumulum duceretur; statim fuit a dæmonio liberatus. Ipso vero iter inceptum prosequente, hostis antiquus omnes ejus eversiones, in recompensationem amissi corporis, antequam limina B. Jacobi visiteret, interfici curavit. Miles autem de peregrinatione rediens, cum ad pontem sancti viri appropinquaret, sciens se ejus precibus liberatum, a descensu pontis usque ad sanctum sepulcrum ejus, flexis nudisque pedibus et genibus, laudans apud Deum ipsius meritum et potentiam, est cum magna ejus devotione et reverentia regressus. Vigiliis vero ibidem ab eo devotissime celebratis, ac muneribus largissimis solemniter oblatis, ad propria est cum ingenti gaudio et exultatione reversus.

miles euer-
gumicus
liberatur.

ANNOTATA.

a Villoria, etiam in antiquis Breviariis Burgensi et Compostellana et aliis scribitur. Vega Calceatensi urbi propinquum esse locum ait; unde merito hic Sanctus Hispaniæ seu Cantabriæ tribuitur. Assentiuntur Maldonatus, Sanctorus, Tomayus qui asserit, mutatis perperam litteris, intrusam ab aliis Victoriam, oppidum Alavæ vicinam. Sunt etiam qui Villoriam in Calabria querant, et Italum natione fuisse arbitrentur: sunt qui parentes ei fugant opulentos et nobiles Ximanium Garziam et Auream-Dulcem. Contra Marinus Siculus lib. 5 de rebus Hisp. Opilionem vocat.

b Valvanera, seu cœnobium S. Mariæ de Valvanera, est in Rivigoia seu Rioia supra urbem Najaram.

c Colitur S. Æmilianus Presbyter 12 Novemb. de cujus Vita et cœnobio hoc, ad ejus honorem condito, præclare scribit Prudentius Sandovalius par. 1 de Foundationibus monasteriorum S. Benedicti in Hispania, ubi § 19 fol. 39 tradit aliquas Reliquias S. Dominici Calceatensis, una cum aliquibus Reliquiis S. Dominici Fundatoris Ordinis Prædicatorum, et S. Joannis de Urtica, contineri in dicto monasterio; easque ex antiqua capsâ fuisse anno 1593 transpositas in novam argentam deauratam.

d Eodem cum nonnullis pejoribus leguntur in Breviario Burgensi.

e Idem Brev. parvulam orationis composuerat mansuenculam, et mox fuit.

f Imo fundatam ante, ibidem ab eo repertam, inveniunt Santorus et Marietta. Vega hoc solum certo sciri ait,

quod in Bureba fecerit primam suam cellulam. Sunt contra qui existiment, ipsam esse quæ hodieque visitur prope urbem Calceatensem, S. Mariæ de los Posados dicta: alii ipso præsentis urbis situ comprehendere dicunt ejus, non amplius extantis, locum.

g Hic est S. Gregorius Episcopus Ostiensis, cujus Acta dedimus 9 Maji.

h Marinus Siculus addit, quod S. Gregorius eum Sacerdotem ordinavit. Hoc vero non solum traditio popularis rejicit, cui in hac parte plus tribuimus; sed ex eodem, aut forte etiam ex antiquioribus monumentis asserit Vega, litterarum prorsus expertem fuisse, quia imo incapacem: frustra enim in eo docendo laborasse Gregorium, ideoque auctorem fuisse, ut a se recedens hospitale conderet, eique se impenderet: quod tamen fecere recusavit, quoad vixit ille.

i Idem Vega Fagolam sive del Fagal veteri nomine dictum locum ait, juxta quæ desertum fuerit a S. Gregorio, dum viveret, designatum S. Dominico ad foundationem hospitalis, quod nomen nunc abolitum sit.

k Hoiam rivum appellat idem.

l Proximam fuit, inquit Vega, lacunas et salebras implere, per easque Calceatam ducere, a qua loco deinde nomen mansit: ad extirpandas autem spinas et cetera silvestris soli impedimenta ignem adhibitum a quibusdam credi, ex succis aut in lignis incensisque carbonibus sibi collegisse Sanctum ad usum peregrinorum: quibus etiam, donec pons confectus esset, trans rivum bajulandis solutus fuerit commodare humeros.

m Breviarium Calceatense, teste Vega, addit hac occasione resuscitatum a Sancta hominem, quem juxta viciniam, quæ a S. Dominici urbe Granionem ducit, tenere dormientem petulei juvenis cum onusto carro transieront. Ipsum miraculum ex dicto Breviario Vitæ subnectit his verbis Tamayus: Item accidit, quod cum peregrinus quidam prope locum illum divertens obdormiret, casu exorbitantes boves rota miserum oppresserunt. Quod ut agnovit vir Dei, defuncti manum tenens, elevatis oculis in cælum in hanc deprecationem prorupit: Domine Deus omnipotens, qui me in hunc locum tua providentia adduxisti, ut in tuo nomine omnia hæc operarentur insignia; ostende potentiam tuam, ut omnia, quæ in tua edificante virtute in hoc loco, tuo noscantur nomini ædificata, a quibus generis humani et veritatis inimicus aufugiat: et concede, ut anima hujus famuli tui ad suam revertatur mansionem, et omnes credant extare hic tuum brachium cum potentia. Quo dicto defunctus ad vitæ spiritum rediit. Verum addit idem Vega, alios esse qui S. Joanni de Urtica miraculum hoc adscribant: ipse utrique, vices orationis et laboris inter se alternanti, tribuit. Sed hoc fieri non potest, si Joannes integris cxxiii annis post pontem a Dominico confectum vixit, juxta calculum Tamayi.

n Pergit autem Vega, et ex tabula altaris S. Sebastiani, quod est in ipsa Sancti Dominici ecclesia, juxta capellam majorem ad latus Evangelii, ante annos tunc ferme tredecenas sculpta, addit, ruina fornacis sive arcus unius obtritos operariorum dnos, simili modo resuscitados; item hominem dormientem, et ab incute adequantibus conculcatum; item filium duorum peregrinorum illac transeuntium, in itinere mortuum. Nec non in ipsius Sancti sepulcro sculptum videri operarium, qui, cedente cui insistebat saxo, de ponte cadens, in vivis servatus sit vel ad eos revocatus.

o Post pontem vero, etiam constructum Hospitale, vivunt omnes: additque Vega, locum quidem ei fabricando cessisse Fajalenses, sed materiam negasse. Cumque saltum tantum sibi concedi petisset, quantum putatorio suo falcastro posset obtinere; illis conditioni annuentibus, arbores tamquam paleas secuisse, quot opus sibi erat. Indignatam autem ad hujus stragis conspectum plebem, sedatam miraculo, quo coram ipsis unico ictu ingentem quercum

E

F

A *quereum falcastro suo excidit: falcastrum autem istud etiam hodie ad sepulcrum ejus appensum cernitur. Addit etiam Vega, quod cum ad usum sui hospitalis putrem fodisset Sanctus, eadem plebecula, jus suum violatum quiritans, concurrerit ad lapidandum eum, aut saltem a se expellendum: sed ad ipsum ejus conspectum cecidisse iras ex pectare, lapides e manibus. Inter eos vero, quos ibi receperat fuisse pauperes duos, qui hospitii gratiam maleficio compensarint, insultantes Sancto circa focum occupato, adeo ut etiam eorum unus, ipsum brachio impellens, mediam in flammam protraheret: Dominica autem citra novam assurgente, digressos illas capisse alterari, et a verbis devenisse ad verbera ac mutuam eadem: quorum corpora canes lacerarint, unus vero raptum inde scelestum brachium obtulerit Sancto, ob ecclesiam regredienti, idque in prædicta tabula sculptum videri. Fuisse insuper quemdam rusticum ex Punensi villa, qui, ut Sancto agere faceret, gregem suum immittere solitus in hortulum servi Dei, ad eum depascendum, nulli ejus mansuetudine abduci potnerit ab iteranda injuria; donec percussus divinitus membrisque contractus, elumbis, surdus et toto capite defluentibus pilis culvus apparuit, ut aliorum exemplum.*

B *Denique dicitur Sanctus præter pontem et hospitale ac quatuor oratoria, quorum unum fuerit adiecit S. Mariæ ipso in loco, alii vero alibi, ædificasse etiam ecclesiam S. Salvatoris, eam quæ deinde in majus porrecta spatium facta est Episcopalis. Addit autem, situm ejus eodem prorsus modo comparatum a Fojulensibus, quo Virgilius fabulatur condendæ Byrsæ locum emptum a Didone. Secto scilicet, quod sibi datum fuerat, corio complectum Sanctum esse totam eam arcem, quæ hodie Margubeto dicitur, continens præter Cathedralem, nunc grandem ecclesiam, claustrum totum Clericale, et Episcopale palatium. Minorem tamen tunc fabricasse ecclesiam, quia majori nondum opus erat; invitasseque Calagurritanum Episcopum ad eam consecrandam. Quod cum hic facere nescio qua causa recusasset, anno toto conflictatum cum morbo, tandem agnovisse eam esse penam repulsæ, quam a se tulerat Sanctus; ideoque mississe qui nuntiaret, ejus se voto facturum satis, si precibus morbum amoliretur; moxque sanatum promissi fidelem implevisse. Quæ in hunc locum referre malui, quam velut vitæ antiquæ supplementum seorsim dare, propterea quod existimem nonnulli discretionem opus esse; neque vulgaribus traditionibus, quæ antiquo scripturarum careant testimonio, nimis facile habendam fidem: istud certe de corio, excogitatum ingeniosius quam veracius narratum dixerim.*

C *Ita ut, inquit Vega, ipsum sepulcrum nunc sit in capite navis sinistra.*

Idem, ex tumæ mensura imaginibusque Sancti, colligit, fuisse cum tum procrea corpore, ut statura octo fere pedes æquaret.

MIRACULA.

Ex Hispanico Ludovici de la Vega,

Impresso Burgis anno MDCVI.

CAPUT I.

Injuria in Sanctum punita, captivus liberatus, suspensus innocens servatus.

Non tantum hominibus venerabilem Sanctum fecit Deus, castigando eos qui in ipsum resque ad eum pertinentes irreverenter egerunt; sed etiam irrationalium animalium exemplo eandem reverentiam voluit inculcatam fidelibus, quemadmodum sequens casus probabit. Bos ab aratro fessus jugoque solutus, ut erat sudore madidus, procubuit supra sepulcrum Sancti, quod tunc in ipsa via erat, per quam

Bos ad Sancti sepulcrum repente mortuus,

transibatur a peregrinis. Paulo post assurgere conatus, non modo non potuit, sed crepuit ipso in loco: quod ne post id contingeret etiam aliis, visum fuit inquilinis sepire sepulcrum venerabile, illudque decenter operire.

2 Ad festum quoddam, in ecclesia Sancti celebrari solitum, accessit inter alios vir quidam cum sorore; quæ simul atque observavit qua liberalitate quicumque ad locum illum convenerant, suas ad Sancti hominis sepulcrum eleemosynas offerrent, simulans se quoque eleemosyna Sanctum velle honorare, ad capsam in quam pecuniæ conjiciebantur propius accessit, atque inde certam pecuniæ summam clanculum sustulit. Quo autem momento scelus patravit, Deo audaciam ejus castigante, visum repente amisit, et per templum incedere cepit impingendo et gressum tentando per columnas atque parietes. Hoc animadverso, frater ejus non sine admiratione ex ea quaerit, equid illi accidisset, quidve sibi vellet quod eo modo ingrederetur. Illa igitur in peccati sui cognitionem deveniens, et immissæ cæcitatibus causa cognita, rem omnem plane fratri suo exposuit dicens: Justo Dei judicio, mi frater, oculorum usu sum orbata, propterea quod sine debita erga Deum ejusque Sanctum reverentia ad locum accessi, in quo dabantur eleemosynæ, atque nummos aliquot ex iis surripui, pro quibus eam quam vides pœnam sustineo. Hoc audiens alter, sororem suam manu apprehendens, ubi ad Sancti eam sepulcrum deduxit, et quam ipsa surripuerat eleemosynam reddidit, implorata suppliciter a Deo venia delicti, per merita et intercessionem magni hujus Sancti, oculorum usum continuo recepit.

3 Oia fluvius, qui S. Dominici urbem præterlabitur, non infrequenter extra alveum sese effundit, eo quod magnis sæpe augeatur accessionibus aquarum, e propinquis montibus nive soluta ruentium. Quodam autem tempore contigit eum ita exerescere, ut in non exiguo pereundi periculo ipsa versaretur civitas. Jamque fluvius uno sese impetu in eam videbatur effusurus, totamque obruturus aquis; quando qui in tanto versabantur periculo, unanimiter ad Patronum suum auxilii causa confugere statuunt, quemadmodum agere semper consueverant. Hoc porro auxilium (admirandam sane rem!) adeo in promptu adfuit, ut quo præcise tempore ad Sancti sepulcrum, non sine lacrymis et magna cum pietate, ut a tam horrendo tamque vicino periculo liberarentur, postulabant; recedens continuo aqua, nullo plane nocumento illato, intra suum sese alveum contineret.

4 Innumerabiles sunt qui e vinculis et servitute, per hujus gloriosi Sancti intercessionem, fuerunt erepti ac libertati redditi; quorum si exacta notitia superesset, vel de illis duntaxat liber facile unis confici posset. Verum in hisce, non minus quam in aliis, colligendis negligentes sese præbuerunt, qui nos præcessere. Hinc factum est, ut de uno solo habeamus memoriam, quem in nescio quo contra Christianos bello captivum fecerunt Mauri. Miserrimam is apud illos agebat vitam, seu longam potius trahebat mortem. Ferro crudelem in modum detinebant vincitum. Christianus interim, cum in tantis se calamitatibus cerneret constitutum, ad unicum quod tunc supererat remedium confugit, quodque in rem ejus maxime erat. Sincere itaque Deo se commendat, ut e misera adeo fortuna eripiat. Sanctum quoque Dominicum Calceatensem, ut melius exaudiatur, intercessorem adhibet, per cujus merita, fore ut suis tandem votis potiretur, spem certam accipiebat. Quoties autem hac in oratione versabatur, non modicam tormentorum suorum experiebatur diminutionem. Tandem die quodam Sanctus

D
EX HISPA.
LUD. VEGA
Illud decentius
custoditur

Eleemosynas
in Sancti
honorem
oblatus furata

cæcitate puni-
tur,

E
et culpam
confessa mox
visum recipit.

Urbs S. Do-
minici a
periculo inun-
dationis ser-
vatur.

F
Apud Mauras
captivus
prodigiöse
liberatur.

EX HISPA.
LUD. VEGA

A eum e carcere eduxit, per mediam Maurorum turmam, a quorum nemine observatus abiit. Paulo autem post, cum jam seuro loco consisteret, ferrui quo manus ac pedes vinciebantur, ultro exiit. Quæ quidem vincula in tanti beneficii gratam memoriam ad S. Dominici sepulcrum attulit, ibique curavit suspendi.

§ *Post hæc, integro ac satis longo Capite, subjungit auctor miraculum de gallo et gallina a S. Dominico resuscitatis, cum jam essent ad comedendum appositi, ejusdem fere rei geminam exhibens narrationem, quarum alteram ex MS. ecclesie Calceatensis et P. Fr. Petro de la Vega in Flore Sanctorum; alteram sic proponit, ut ex variis capitibus ostendat, gallum et gallinam, qui semper in ecclesia Calceatensi servantur, ab illis originem trahere de quibus est narratio secunda, licet utramque contendat esse recipiendam ut veram. Ego utrumque casum, ut diversam miraculum propono; liberum lectori relinquens utrum id malit, an vero credere velit, unicum dantur esse quod sub quadam circumstantiarum varietate refertur ut geminum: multo autem libentius videm definiendum relinquo controversiam ab auctore hic motam, et quæ ille solius disputationis causa interjecit, prætermitto. Prima autem narratio hæc est.*

B 6 Cum Mauri, quibus id temporis Hispania nostra adeo erat referta, e Rivogia captivum abduxissent, teterrimo carceri incluserunt: ad cujus molestias accedebant perpetuæ ab excubitoribus vexationes, quales ab hominibus extra Dei cognitionem versantibus. Captivus ergo S. Dominicum, patriæ suæ Patronum, pro se intercessorem apud Deum per continuas orationes adhibebat, ut e miserrimo vitæ statu liberaretur. Aliquot deinde elapsis diebus Maurus, in cujus potestatem devenerat adolescens, convivium instruxit, in quo inter alia fercula appositus fuit gallus ad ignem assatus. Universis igitur mensæ accumbentibus, e carceris custodibus nonnemo, suo convivas sermone detinens, inter alia dixit: Multum vereor, Domine mi, ne propter continuas, quas captivus iste Christianus ad S. Dominicum preces fundit, eum aliquando e carcere isto educat Sanctus, et libertati restituat. De hoc, reposuit Maurus, sollicitus ne sis. Etenim si in eo quo illum nuper reliqui statu captivum detineas, sic ille evadere poterit e carcere, sicut gallus hic gallinaceus assatus e catino avolare poterit et cucurire. Sermonem necdum finierat, quando appositus gallus vitæ redditus sese crexit, plumis vestitus candidis, et coram omnibus cucurire mox incepit. Magna fuit omnium qui spectaculo intererant consternatio, qui ut in carcerem descenderunt, eum vacuum; et captivum deprehenderunt esse abductum. Et carcer quidem multo adhuc lumine resplendebat, quod a S. Dominici presentia, cum vinculis captivum eximeret, in loco permanserat. Miraculi fama continuo per orbem fuit vulgata: quæ ad S. Dominici urbem ubi delata est, et captivus ipse jam liber in ea apparuit, beneficii agnoscendi causa; diu nequit, quanta incolarum fuerit exultatio, ubi suum Sanctum ita a Deo honorari viderunt. Gallum quoque redivum omni conatu acquirere sibi studuerunt, quem cum gallina compare certo loco aloerunt. Ab hisce porro descendisse aiunt gallos et gallinas, qui eodem loco in hunc etiam diem servantur. *Hactenus prima narratio: secunda talis est.*

7 Conjuges duo, natione Galli, peregrinatione religiose suscepta, ad S. Jacobi Apostoli sepulcrum visitandum proficiscebantur, itineris socium habentes filium, adolescentem octodecim aut novemdecim annos natum, corporis animique dispositione insignem. Hi ad S. Dominici urbem Calceatensem devenerunt, in qua ejusdem quoque Sancti sepulcrum religiose venerari statuerant. Noctem istic unam

certi traducere, hospitium ingressi sunt, in quo D hospitis ipsius filia tanto erga peregrinum quem dixi adolescentem amore est incensa. ut, postquam flagitiosam suam voluntatem juveni indicasset, nihil non egerit, ut in peccatum eum pertraheret. Frustrata tamen. Pius namque adolescens adduci nunquam potuit, ut quidquam ageret, quo Deus offenderetur. Eam ob rem in tantam devenit rabiem tristis ob repulsam puella, ut, converso in odium amore, solum quo vindictam sumeret modum deinceps circumspiceret. Diabolus porro hoc ei tanquam suum suggestit consilium. Scyphum argenteum e paterna supellectile, quando mane abituri erant hospites, in adolescentis caputio secreto abdit. Discedunt peregrini; ac mox puella, scyphum furto ablatum simulans, clamare incipit, fieri non posse, quin adolescens, cui ea nocte hospitium præbuerant, eum abstulisset. Re ad judicem delata, missi sunt qui una cum accusatoribus peregrinos insequerentur: quos ubi facile assecuti sunt, scyphum penes adolescentem reppererunt, in ea chlamydis ejus parte, in qua perdita eum puella clam posuerat. Captivi igitur omnes reducti sunt ad civitatem: in qua cum E nullos reperirent innocentiae suæ defensores, peractum brevi est iudicium, et suspendio addictus adolescens. Nullus appellationi datus est locus, et, sententia e vestigio executioni mandata, suspensus juvenis, eum parentibus mœrorem attulit, qui cogitari facile potest. Attamen iter suum prosecuti, susceptam ad S. Apostoli sepulcrum peregrinationem absolverunt.

8 Cumque redeuntes, per eandem S. Dominici urbem iter instituerent, mater adolescentis (ut quæ E teneriore filium suum amore diligeret, et nunquam non ob ejus infortunium animo commoveretur) videre statuit, utrum in patibulo adhuc suspensus permaneret. Ut ergo accessit propius, filium suum agnovit pendentem. Qui læta et alacri voce matrem compellans; Noli, inquiebat, o mater, me ut mortuum deflere; Dei namque miseratione vita adhuc fruor. Maria Virgo sanctissima ac Dei mater, nec non et S. Dominicus Calceatensis hoc in statu vivum, ut ipsa vides, conservarunt. Vade, Mater, ad rectores civitatis, ut e patibulo me deponant; quod sane supplicium minime sum commeritus, cum delicti nihil admiserim. Quo audito mulier dolorem suum in gaudium convertit, et quanta potuit festinatione ad urbis Prætozem, de tota eum re edoctura, perrexit. Ad mensam consederat Prætor, ubi mulier advenit; appositique erant ad comedendum gallus et gallina, assati nescio, an elixi. Mulierem ut attente audivit Prætor, apud se statuit, illusionibus eam agi, ex nimio erga filium amore profectis. Mournit itaque, errorem suum ut adverteret, ac sciret, æque in vivis agere filium, ac gallus et gallina quos ad comedendum videret appositos. Quo dicto, gallus et gallina vivi e catino exsilierunt, plumis candidis insignes, quo modo etiamnum ostenduntur; ac gallus quidem cucurire mox instituit. Præ admiratione Prætor non fuit apud se: et absque mora, abrupto convivio, domo egressus, cum universo civitatis Clero ac populo, ad locum in qua pendebat adolescens pervenit: quem vivum ita ac sanum reppererunt, quemadmodum fuerat eum ad supplicium deduceretur. E patibulo deinde depositum ad civitatem et S. Dominici sepulcrum solenni pompa et supplicatione deduxerunt, non sine gratiarum ad Deum actione, qui admirabiliter adeo, ob Sanctorum et Electorum suorum intercessionem, suis opitulatur. Adolescentem porro parentibus reddiderunt, quo cum illi ad S. Apostoli sepulcrum venerandum denuo converterent iter. Urbis autem incolæ cum omni Clero ad Prætoris domum regressi, gal-
lum

Item alius

gatto galli-
naceo prius
in vitam re-
vocato.

in eodem
vivo permanet

F
donec suscitatis
in signum
gatto et
gallina ad
comedendum
appositis,

miraculose in
vivo conser-
vatus depre-
henditur.

Innoctus
patibulo affi-
xus

A lum et gallinam miraculo suscitatos ad majorem urbis ecclesiam deportarunt: ubi ante sancti Domini sacellum in cavea, ferreis clathris communita, in hodiernum usque diem conspiciuntur. Ab his generati sunt, qui in sancta illa ecclesia semper aluntur, gallus et gallina, e quorum plumis dari sibi perpetuo poscunt peregrini. *Ita de his sentit Auctor, qui opinionem suam e variis capitibus probare pergit. Hanc autem disputationem, cum ad rem nostram non admodum faciat, lubentes omittimus.*

CAPUT II.

Sanitas variis collata, captivi liberati, urbs servata contra Petrum Crudelem.

Civis quidam ex urbe omnium Sanctorum, a S. Domini oppido haud longe dissita, cui Garzia nomen, nescio quo infortunio, sic membris omnibus erat fractus, ut nullum eorum commovere ullo modo posset: cui malo accedebat, quod oculorum usu privatus omnino esset. Novem is septimanas ac dies tres in eo statu exegerat, nec quidquam auxilii a medicis aut medicamentis adversus tantum malum experiebatur. Verum exacto eo tempore, cum de miraculis, quae S. Dominicus Calceatensis quotidie operabatur, non pauca audivisset, ad ejus sepulcrum deportari sese jussit: ubi cum dies aliquot in vigiliis et oratione exegisset, nocte quadam, per merita S. Domini, divinam miserationem vehementius implorans, ad pristinam rediit sanitatem. Qua recuperata, et gratis rite persolutis, cum miraculi magnitudinem ubique divulgasset, sanus ac vegetus in domum suam est reversus. Alius ex eadem omnium Sanctorum urbe civis, membris omnibus sic erat affectus, tantosque toto corpore experiebatur dolores, ut in mortis articulo versari ab omnibus putaretur. Magnam ille in S. Dominico fidem fiduciamque habet repositam; qua adductus, caudalam ad corporis sui altitudinem exactam, ut ante Sancti sepulcrum absumeretur, destinat, Deum pro aliquo malorum suorum remedio cum lacrymis et pietate obsecrans: a quo, per S. Domini intercessionem, tam paratam sibi opem est expertus, ut in momento membris omnibus sanus ac vegetus effectus sit.

10 Loci cujusdam Praetor captivum injuste cepit, civem ex oppido Bannares (pertinet illud ad Ducem de Veiar, et distat uno ab urbe S. Domini milliari) quem arctissimo carcere, appositis etiam custodibus, servabat. Vehementer angebatur infelix quod tanta haberetur immanitate, idque contra fas omne et æquum. E caelo itaque auxilium sibi poscendum statuens, continuis Deum precibus interpellabat, ut per S. Domini Calceatensis merita e tantis molestiis atque incommotis aliquando eriperetur. Magnam Deus, ut a malis eximamur, curam habet, tunc praesertim, quando ejus providentiae unia nostra committimus. Hinc factum est ut insigni plane miraculo homini huic succurrerit. Cum enim nocte quadam divinam ardentius opem imploreret, vox ad eum, veluti quondam ad S. Petrum, est emissa; Festina, Sancho, et surge. Expavit ad vocem captivus, propterea quod, unde ea accideret, omnino ignoraret. Attamen resumpto tandem animo: Quis, inquit, es, qui isto ad me sermone uteris? Ac rursus vox audita: Ego S. Dominicus sum Calceatensis. Quo percepto responso, magis etiam animatus captivus, ferro et catenis onustus sese erigit, ac per medios custodes abit: e quibus nemo ne verbo quidem eum morari est ausus, quamvis omnibus observatus incederet. Hoc modo ad oppidum usque Bannares devenit: cujus portae cum essent clausae, ultro ac nemine manum admovente, sunt reseratae.

Hic postquam tantisper quieti indulgit, ad S. Domini urbem, sepulcrum ejus visitaturus, se contulit. Quo simul ac perventum est, omnia e manibus ac pedibus vincula ultro sunt delapsa. Post quae, peractis Deo et S. Dominico gratiis, ad propria est reversus. Alius quidam corpore debilis (quod sanctae illius ecclesiae Canonicus aliquis, cui nomen Raol, commemorare saepe solebat) non semel conspicuum habuit S. Dominicum, sic eum compellantem: Vade ad domum meam, ibique sanaberis. Quod ille exsecutus, simul atque ad S. Domini sepulcrum devenit, sanitatem adeptus est.

11 Adolescentulas, cui nomen Joannes a S. Dominico in tanta erat infirmitate tantosque patiebatur dolores, ut ad extremum vitae tandem visus sit devenisse. Hujus mater, filii sui dolores miserans, ad S. Domini sepulcrum eum defert. Sanctum cum lacrymis precata, ut seu vivus seu mortuus filius a tantis molestiis liberaretur. Tam vero arduas ejus fuere preces, tamque promptum a Sancto auxilium, ut momento temporis adolescens sanus extiterit. Viso miraculo, conjecit mulier, ad majora etiam suum a Deo filium destinari, quem adeo prodigiose sanitati restituerat. Studiis ergo illum addixit, in quibus ab egregia sua indole adjutus sic profecit, ut in ejusdem S. Domini ecclesia dignitatem Decani obtinuerit. Neque intra unius miraculi terminos Sancti erga eum beneficentia constitit, sed ulterius progressa est. Cum enim Canonicorum Calceatensium Collegium ad Romanam curiam suam destinasset Decanum, negotii conficiendi causa quod Calceatensis Clerus istis habebat, duo eum in itinere pericula exceperant: equibus, invocata S. Domini ope, per Dei misericordiam salvus evasit. Primum fuit, quod, cum majori quam consultum erat fiducia flumen quoddam trajiceret, aquarum fuerit violentia abreptus: cumque jam prope ut mergeretur abesset, implorato S. Domini auxilio supra aquam sustentari sese sensit: supra quam eandem sic visus est incedere, ac si continenti insisteret. Alterum accidit, cum in suscepto itinere longius jam esset progressus. Tansendum erat per quasdam rupes et praecipitia, quando equus cui insederat, non satis firmiter figens vestigia, in subjectum fluvium ibat praecipit. At ejus sessor suo se Patrono plurimum commendans, e praesenti vitae periculo ereptus est. Tribus omnino mensibus infelicem quamdam mulierem ita malignus spiritus vexaverat, ut non semel putaretur emortitura. Hanc ubi familiares et propinqui hinc illuc remedii causa pertraxissent, nihil usquam opis consecuti sunt, donec quadam nocte ante S. Domini sepulcrum vigiliis intenta, malum omne per ejusdem Sancti intercessionem depulsum sensit.

12 Juliobrigae, quae civitas una est e principibus totius Episcopatus Calagurritani, Martinum quendam, ex Cenizero Rivogiae oppido oriundum, contra fas omne et æquum carceri manciparant: qui quidem carcer cum ex se satis esset molestus, gravissimae tamen insuper compedes hominem constrangebant. Quin etiam non parum huic calamitati adjectum est, quando pedes ejus cippo conclusi, et gravis collo catena est injecta, et severius quam pro aequitate caritateque Christiana habitus fuit. Cum in tantis angustiis versaretur miser, et caeleste auxilium perpetuo exposceret: nocte quadam S. Dominicum, ingenti luce et splendore cinctum, per carceris ostium conspexit intrantem. Is propior factus captivo, Surge, inquit, Martine, quia ex hoc te carcere liberare constitui. Quibus vix prolatis, omnia quibus captivus retinebatur vincula sponte sua fuerunt soluta; et, duce eodem Sancto, per fenestras carceris absque ulla sui lesione evasit.

Post

D
EX HISPANIA
LUD. VEGAParalyticus
sanatur:item puer a
doloribus
gravissimis,E
quem eundem
super aquas,
ne mergatur,
S. Dominicus
sustentat.Energumena
curatur.

F

E carcere
quidam prodigiose
educitur.Cacus et
paralyticus
sanatus:

item alius,

carceri in-
juste man-
cipatus,S. Domini
ope evadit.

A Post hæc per plateas civitatis ita deductus fuit, ut a nemine conspiceretur, quamvis e civibus non pauci ea nocte ad defuncti cujusdam funus multa cum luce in plateis vigiliis agerent. Hoc modo ad urbis portas cum pervenissent, easque reperissent clausas, quod in illis Navarræ partibus bellum tunc gereretur, ultro illæ sunt apertæ. Ad duo deinde milliaria suum Sanctus captivum ubi deduxit, tandem disparuit. At qui liberatus fuerat, in S. Dominici urbem devenit, et ejus sepulcrum religiose visitans, catenam, qua in carcere fuerat constrictus, ibidem appendit, ut tanti miraculi tantique beneficii memoria nunquam excideret.

Effracto carcere ad S. Dominici sepulcrum confugientes

13 Civitatis S. Dominici Prætor quidam, nimia severitate et crudelitate duos habebat captivos; sic ut parum abesset quin uterque ex immoderata vexatione vitam amitteret. Ut ergo tantas aliquid molestias a se amoverent, S. Dominici ecclesiam et sepulcri privilegio statuerunt uti. Ruptis itaque vinculis et carcere effracto, post ipsa sepulchri clathra se abdidit. Quo cognito, Prætor urbis mox ad ecclesiam accurrit, gravibus profugos catenis onerat, et portis diligenter obseratis, alios abire quæsiturus, quorum opera captivos suos ex asylo abstractos, ad carcerem ex quo auferant reducat. Ubi autem cum omni satellitio et apparitoribus quotquot videbantur necessarij adfuit, elathrorum ligaturas quibus sepulcrum muniebatur aperire est aggressus; sed nec vi nec industriam efficere, aut ulla ratione captivos inde abstrahere valuit. Quamobrem domum regressus, S. Dominici beneficium erga eos agnovit, qui Sancti illius opem cum fiducia implorant. Sed et in semetipso experiri opem eandem meruit, cum a iudice superiore ad pœnam vocatus, propterea quod captivos passus esset elabi, ad S. Dominicum se convertit: cujus auxilio sic res omnis est transacta, ut molestiæ nihil Prætori sit allatum.

amoveri aut abduci inde nequeunt.

A potentiore oppressus et carcere detentus

14 Homo dives ac potens (quem quia manuscriptum, more in Biscalia usitato, Magnum-amicum, nominat, Biscainum tuisse puto) captivum detinebat hominem, cui Garziæ nomen. Hic ut e captivitate dimitteretur, non exiguam pecuniæ summam in lytrum offerebat; non tamen tantam qua extingui posset insana auri fames, qua tenebatur, in cujus alter potestatem devenerat. Quæcumque possidebat captivus jam obtulerat, sed cum ea ad consequendam libertatem minime sufficere videret, S. Dominicum in adiutorem putavit vocandum. Quamobrem magna illum pietate obsecrat, ut ejus ope e tam ferocis tyranni manibus posset liberari. Istud captivi sui consilium ut tyrannus advertit, fortissimè illum columnæ alligari, fores carceris diligentius claudi, ac plures etiam custodes apponi præcepit. Quod ut factum est, satis, ne elaboraretur captivus, putavit cautum: ad quem sic quasi jocando, Videamus, inquit, an Sanctus ille tuus Dominicus ex hisce te vinculis sit erepturus. Mirum dictu! Eadem ipsa nocte adfuit gloriosus Sanctus, et captivum vinculis exsolutum, pallore et metu attonitis custodibus, e carcere abduxit. Hoc factum deinde Domino suo iidem retulere custodes, ac prodigiosum rei eventum explicarunt; per quem et captivus permansit liber, et tyrannus ira ac pudore affectus est.

miraculo claudit

Verò homicida miraculose depresso,

15 Narratur in eodem manuscripto, quod, cum ingens ad templum S. Dominici factus esset populi concursus, cædes in eo facta sit hominis cujuscumque, qui cum nepte sua sacris istis vigiliis vacaturus advenerat. Perpetrato facinore fugam respiciebat homicida; verum Deus, ut tantum crimen esset inultum, non tulit, eum præsertim in S. Dominici pium cultorem esset commissum. Homicida itaque, etsi ad ipsas sæpe urbis portas pervenisset, num-

quam tamen per illas valuit erumpere. Quia autem nusquam reperiri potuerat cædis auctor, multi alii innocentes in carcerem erant coniecti, qui continuas ad S. Dominicum fundebant preces, ne ob unius erimen tot innoxiiis periculum crearetur. Nec multum temporis est elapsum, quando suis tandem votis potiti sunt. Sanctus namque Dominicus inquirentium judicium diligentiam sic adjuvit, ut deprehenso homine facinoroso, aliorum innocentiam ex ipso ejus ore intellexerint, cum se solum in culpa esse confiteretur. Hic igitur sceleris sui pœnas dedit, et innoxii omnes magno suo gaudio, quo vellent, abire permissi.

multi innocentes liberantur.

16 Quod modo narraturus sum miraculum contigit anno MCCCCLX hæc ratione. E severis moribus, qui fecerant ut Petrus Rex cognominaretur Crudelis, illud ortum est mali, ut universa Hispaniæ regna iis jaetata sint bellis civilibus et dissensionibus domesticis, ut non oculos modo, sed ipsam quoque cogitationem offendere haud parum potuerint. Hæc, ut dixi, mala ex insita quadam Regi severitate initium habuerunt: quam cum alia quoque et gravia vitia comitarentur, adeo subditorum suorum amorem sibi non acquisivit, ut in omnium odium inciderit. Universum interim regnum in partes erat scissum: civitatum aliæ, metu magis quam amore impulsæ, pro Regis sui causa decertabant: aliæ, eæque numero longe plures, partes sequebantur Henrici, qui frater erat Petri, quique tandem superior factus regno Petrum et vita privavit. Inter alias civitates, quæ cum Henrico optimæ spei Principe faciebant, una fuit civitas S. Dominici Calceatensis: quæ vel hoc nomine ei favebat, quod et ab ipso plurimum diligeretur, et erga S. Dominicum Princeps esset valde affectus. Ut autem Petrus intellexit, quo ardore S. Dominici cives fratris sui partes tuerentur, ut quantopere ea re offenderetur ostenderet, et qua solebat severitate pœnas sumeret, ad eam cum exercitu obsidendam accessit, ea mente ut vel incendio urbem absumeret, vel cives omnes ferro ad internecionem deleret; a severa namque ejus indole mitius nihil sperabatur. At cives, cognita Regis sententia, cum in tanto se periculo viderent constitutos, ad solitum in angustiis suis omnibus solatium recurrerunt; ad sepulcrum, inquam, S. Dominici, quem cum multis lacrymis et devotione rogarunt, ut in tantis angustiis suos eriperet, et obstinatum Regis animum mollire vellet. Tam porro perseveranter tamque lamentabiliter preces fuderunt, ut Deus, qui numquam non exaudit invocantes se in veritate, ostendere voluerit, exauditas quoque a se esse preces civium S. Dominici.

Petrus Crudelis Rex Castellæ urbem S. Dominici vastaturus,

eamque obsidens,

17 Sed et ipse Sanctus, quem in causæ suæ patronum assumpserant ostendere voluit quam non ingrata sibi accidissent suorum preces. Sic autem res haavit. Quo tempore universa pœne civitas orationi erat intenta, ex ipso S. Dominici sepulcro, non sine omnium stupore, vox erupit. Dum admiratione omnes hærent percussi, binæ manus, nivis instar candidæ, per fenestellam, quæ ad sepulcri latus erat exstructa, visæ sunt sese exerere. Hæ postquam aliquo tempore conspectui omnium patuere, tandem se denno abdidit, nec parva omnes qui aderant lætitia reliquerunt affectos, propterea quod certum hinc omen sumerent, auxilii in tantis angustiis non defuturi, et arrham veluti haberent rei, quam per S. Dominici intercessionem operatus esset Deus. Itaque factum est. Continuo namque oblatum sibi de cælo auxilium experti sunt. Simul atque ad monticuli cujusdam summitatem, ex quo S. Dominici civitas et tota Rivogia despicitur, quemque Morqueram nominant, Rex pervenisset; sistere eum Deus tandem decrevit, et ipsi totique exercitui prodigiosam

E

F

cum universo exercitu cœcitate punitur,

A sam immittere cœcitatē. Factum ergo est repente, ut nubes tam obscura exercitum universum involveret, ut nihil ei lucis relinqueretur. Quin etiam subito tam Regi quam cunctis militibus oculi sic inceperunt offundi aquis, ut veluti insani huc illucque in invicem incurrerent, ignari quo pergerent aut quo loco consisterent. Ita referunt manuscriptum, de quo non semel facta est mentio, et Breviarium ecclesiæ Calceatensis in Lectionibus Officii ecclesiastici, quod de S. Dominico solenniter recitatur : ubi additum reperitur, quod ea quam descripsimus cœcitate percussi fuerint Rex et milites, donec mutata sententia errorem suum agnoscentes, culpam sunt confessi, ac veniam suppliciter petierunt vastitatis contra urbem S. Dominici destinatæ. Tunc demum omnibus redditus est visus, et conversis alio animis, relicta S. Dominici civitate, iter quoque alio converterunt.

Eundem de emendanda vita moneri jubet S. Dominicus,

B 18 Non hic stetit S. Dominici erga Regem beneficentia, si modo uti ea Rex scivisset. Post enim illud quod jam narravimus prodigium, in Morqueræ collibus patratum, quodam tempore ex ipsis sepulcri sui adytis Clericum sibi perquam devotum compellavit Sanctus (quo is nomine vocatus, aut qua patria oriundus esset nullibi notatum reperio, quamvis ut certum passim habeant, in ipsa S. Dominici urbe fuisse natum.) Huic igitur Sanctus mandat, suo ut nomine Petrum Regem moneat, ut majorem de vita et salute sua curam susciperet; fore enim ut intra paucos annos fratris sui manibus vitam amitteret. Sic referunt qui de Regis hujus temporibus scripserunt historici, ex quibus idem refert Paribayus, ubi de hoc Rege tractat. Clericus porro diutius differendum haud putavit, ut S. Dominici mandatum exqueretur : sed mox instituto itinere ad locum quemdam perrexit, cui nomen Azofræ, tribus milliariis ab urbe Calceatensi dissitum, in quo tunc versabatur Rex, ibique legatione sua fungi apud Regem instituit; a quo deinde accersitus Sacerdos, palam est jussus proferre, quæ privatim sibi antea dixerat. Quod ubi alter intrepide præstitit, pro salutari admonitione, qua S. Dominici monitu Regem ab errore conatus fuerat abducere, hoc præmii tulit, ut Regis ejusdem jussu in præparatum ad eum finem rogum sit coniectos Flammas itaque absumptus vitam hanc mortalem cum meliori et immortalis commutavit, et præclaram martyrii coronam adeptus est. Paucis deinde post annis hoc est anno MCCCLXIX, xxiii Martii, quæcumque S. Dominici nomine sanctus Sacerdos edixerat, plane evenere. Henricus namque, Rege ac fratre suo occiso, supremus regnorum horum Dominus ac Princeps effectus est. Magna hic fuit pietate in S. Dominicum : qui postquam Santi ejusdem sepulcrum religiose visitasset, divina voluntate ad perpetuum in cœlo regnum possidendum evocatus est, postquam exiguo temporis spatio in terris regnasset. Mortuus porro est in ipsa civitate Calceatensi, mense Majo, quo eodem Sanctus quondam ipse obierat, die autem mensis xxx. anni MCCCLXIX; eodem illo, quo frater ejus germanus vita foit et regno privatus. Cor autem et intestina sepeliri voluit Rex Henricus in Cathedrali S. Dominici ecclesia, ut magnam qua erga Sanctum erat pietatem palam faceret, quamvis corpus suum ob rationes justissimas in majori ecclesia Toletana terræ mandandum curarit : ad quem locum, ea quantum Principem decebat pompa et celebritate, delatum est.

sed impius Rex monitorem flammas exuri imperat :

Regno itaque et vita privatur

CAPUT III.

A morte servati aut resuscitati : cæci illuminati : loquela donati muti.

Observando ordinem, quem in enarrandis quæ de

Sancto nostro cognita habemus miraculis hactenus sumus secuti, ea omnia nunc prosequemur quæ memorati sæpe Regis Petri temporibus contigerunt, sub quo Rege exaratum fuit manuscriptum, cujus frequens modo facta est mentio. Primum itaque miraculum quod jam supra narrato successit, mulierem spectat, quæ cum brachium haberet aridum et exsuccum, gravissimos patiebatur dolores. Post adhibitos medicos et sumpta quæcumque potuit remedia, cum frustra tempus a sese ac sumptus videret perdi, ad S. Dominici opem confugiendum, sibi tandem putavit. Ad Sancti ergo sepulcrum profecta, exiguo solum tempore orationi vacaverat, quando ita firmum ac sanum deprehendit brachium, ac si nulla nunquam molestia fuisset affectum.

20 Xenedochium quod Sanctus extrui curaverat, molendinum sibi habebat proprium; circa quod istud contigit admirandi, ut quadam vespera quæ annuam S. Dominici memoriam præcedebat, sic consisteret, ut quantumcumque adhiberent rotatum, circumagere illud nequaquam valerent, donec ejusdem Sancti festus dies esset peractus. Post illud autem tempus, absque ullius opera, velocitate cœpit verti prorsus singulari atque insolita. Quo sane prodigio significatum voluit Deus, quod sensus etiam expertes creaturæ docere nos valeant, quanto in honore, tum ipsi Sancti tum Sanctis dicati dies habendi sint.

21 Puer quidam, cui nomen Jacobo Giraldo, in S. Dominici urbe natus, ad puteum, ex iis unum qui multi sunt in civitate jam memorati, pueriliter ludendo se recreabat. Sed cum puerorum in morem parum sese circumspicere gereret, accidit ut in puteum delaberetur. Audiverat is frequenter ab aliis invocari opem S. Dominici, et quamvis in puerili adhuc ætate versaretur, illud tamen idem facere haudquaquam neglexit. Sanctum itaque Dominicum in adiutorem vocat, cujus ope effectum est, ut non solum aquis non mergeretur, sed incolumis quoque cum omnium admiratione evaderet : qui viso inopinato ac prodigioso casu, debitas Deo et S. Dominico gratias persolverunt.

22 In quodam Alemannia loco, quem Rean appellant, in Provincia Burgundiæ obierat nobilis quidam adolescens, qui inter alios, amicos et consanguineos non paucos avunculum habebat, e præcipuis unum et admodum divitem, a quo tenere diligebatur. Is porro adolescenti cum moreretur non adfuerat, sed voluerunt propinqui ut ejus saltem exequiis interesset : quamobrem missi sunt qui hominem advocarent, et duorum dierum spatio, dum is adesset, mortuum servarunt insepultum. Post duos dies avunculus adfuit, non dolore minus quam pulvere itineris obsitus. Paucis ante adolescentis mortem diebus idem ad S. Jacobi reliquias peregrinatum iverat : qua in profectioe cum sancti quoque Dominici sepulcrum visitasset, multa de ejus miraculis quæ quotidie patrabat inaudit. Nunc igitur Sancti hujus opem implorare et videre constituit, num solatii quidpiam in carissimi nepotis sui jactura sperare ab eo posset. Ad defuncti deinde corpus accedens propius, viva fide piissimam ad Deum orationem fudit, qua obsecravit, ut per intercessionem S. Dominici Calceatensis hac in molestia succurrere sibi ne gravaretur; et cum vitæ Dominus ipse sit et auctor, eandem nepoti suo restituat, ut hac ratione magna ipsius potentia, misericordia et bonitas clarius elucescat. Multum temporis sic orando transegit, patronum perpetuo adhibens S. Dominicum. Tandem mortuus se movere, et in omnium qui ad funus exuebant conspectu (erant hi sane complures) ruptis mortuariis vestibus vivus sanusque exurgere cœpit, gratias persolvens, tam ipse quam omnes præsentis, beneficii tanti auctori

D
*EX IUSPA.
LUD. VEGA
Brachium
aridum sonatur.*

Festo S. Dominici molendinum nequit circumagi.

E

Puer in puteum incidens ab eo servatur

Adolescens premature extinctus

F

in vitam revocatur.

A auctori Deo et S. Dominico, cujus potissimum precibus et intercessioni quidquid contigerat adscribendum non ignorabant. Magnam fuit adolescentis desiderium visendi sepulcrum S. Dominici, a quo tantum boni receperat: sed cum hoc per se haudquam valeret exsequi, misit qui suo nomine id præstaret, ac vestem mortuariam, qua fuerat involutus, ad Sancti gloriosissimi sepulcrum deferret.

23 Sed et homini, cui cura ea fuerat demandata, prodigiose pariter succursum est. Cum enim magnus transeundus ipsi esset fluvius, nescio quo modo vel ipse pons contractus, vel e ponte homo ipse cecidit, ea ratione ut non nisi miraculo mortem evasurus videretur. Quod autem præcipue fecit hoc fuit, quod cum inter cadendum sancto sese Dominico plurimum commendasset, non solum nullam passus sit noxam, sed ita prompte ac subito ex aquis evaserit, ut nulla vestis ejus pars madida fuerit deprehensa. Ad sancti deinde Dominici urbem ubi devenit, re ut oportebat diligenter examinata, universi Deo et S. Dominico gratias reddiderunt, et ante ejusdem Sancti sepulcrum allatam vestem suspenderunt. Originale manuscriptum, quod in narrando sequimur, notat, quod

B eo tempore quo ipsum scribebatur, vestis mortuaria ad sancti reliquias adhuc appensa cerneretur, quodque in Alemania adhuc in vivis esset qui a morte fuerat revocatus. Puella quaedam, civis S. Dominici filia, nescio qua incuria in puteum ceciderat. Cadens autem Sancti ejusdem auxilium invocare non neglexit: quod continuo ita est allatum, ut absque ulla sui lesione super aquam, sic quasi super tabulam, sedere sit compta. Ad voces, quas dum caderet emiserat, magna hominum accurrit multitudo: e quibus cum nonnulli eam e puteo extrahere fuissent conati, manus adjuvantium fefellit, ac denuo cecidit. Verum Deus miraculum miraculo addidit; nec enim submersa nunquam fuit, aut ullum passa detrimentum. E puteo igitur educta, ad S. Dominici sepulcrum solenni pompa perrexit, ubi ingentes gratias pro beneficiis, quæ nullo non die per Sancti hujus manus recipiant, pariter retulerunt.

24 Quidam Bernardus nomine et natione Germanus, loci ejus incolæ quem Sasatram nuncupant, ad S. Jacobi Apostoli sepulcrum visitandum pergens, ex itinere sancti quoque Dominici sepulcrum sibi duxit venerandum. Cumque ipso Resurrectionis Dominicæ festo die ecclesiam ingressus, ante Servatoris cruci affixi imaginem precibus vacaret; accidit ut mulier quæpiam non advertens, pallio suo non sane leviter oculos orantis perstringeret. Casum patienter tulit peregrinus, et sperans fore ut malum vires et incrementum nullum caperet, ceptum iter prosecutus est. Tanto autem dolore ejus oculi cœperunt affici, atque ita paulatim debilitari visus, ut non diu post eo fuerit omnino privatus. Suam nihilominus peregrinationem non omittens, cum in reditu ad S. Dominici urbem devenisset, templum ingressus, non sine lacrymis magna que pietate malo suo remedium expetiit. Hoc, inquiebat, loco visum perdidit; faxit Deus et S. Dominicus ut hoc eodem loco visum amissum recuperem. Qui hominem sic loquentem audiebant, ei suggererunt, ut, si absque ullius opera ad sancti viri sepulcrum pertingere conaretur, absque dubitatione speraret fore quod oculis suis remedium nancisceretur. Fecit is quod suadebatur, et cæci instar parietes manu pertentans, per ecclesiam cœpit prorepere. Non multum temporis sic eundo impenderat, quando ad desideratum Sancti sepulcrum perveniens, cum ingenti omnium admiratione visum recepit. Quamobrem oculorum suorum effigiem e cera fictam S. Dominico pariter cum aliis eleemosynis postquam obtulit, in patriam lætus et alacer est reversus, Deo ac S. Dominico gratias ubique debitas

persolvens. Alius ex Normandia peregrinus, ad S. Jacobum professionem religiosam susceperat. Qua peracta cum reverteretur in patriam, tantum in itinere capitis dolorem perpessus est, ut unius oculi usum omnino amiserit. Hoc in statu ad S. Dominici urbem progressus, sine mora in ejus se ecclesiam contulit: in qua cum non exigua pietate sancti imploravit opem, ut et capitis liberaretur dolore, et oculi amissi usus sibi restitueretur. Precibus adjecit votum, quo ad certam istic eleemosynam tribuendam sese obstringebat. Hæc ubi præstitit, sanitatem ac visum plane recuperavit, magna que lætitia et consolatione impletus ad propria remeavit.

25 Juvenis Villalobarillæ natus, cui Sanctio nomen, e quadam infirmitate mutus omnino evaserat, sic ut duorum plane annorum spatio ne verbum quidem proferre unquam valuerit. Quibus elapsis, a S. Dominico auxilium requirere statuit. Ad cujus sepulcrum ubi diei ejusdem Sabbatinæ vespera pervenisset, noctem totam vigiliis et oratione cum lacrymis magna que pietate transegit: quod inde sufficienter patere potuit, quoniam noctis istius medio per S. Dominici intercessionem linguæ, tanto tempore constrictæ, vinculum Deus solvit; cœpitque homo voce clara atque distincta uti, divinam erga se miserationem et S. Dominici intercessionem apud Deum efficacissimam celebrando. Simile prodigium accidit mulieri, cui nomen Mariæ Perez de Vallercanos, quæque e gravissima quadam infirmitate loquendi usum omnem amiserat. Quo malo cum fuisset diebus aliquot oppressa, ad S. Dominici sepulcrum vigiliis agens, ejusdem apud Deum intercessione loquelam momento sensit sibi restitutam.

26 Joannes Michael, in oppido Leyva natus, ingentes toto corpore, sed circa latera potissimum et manus, ad quas maligni multi humores defluerant, patiebatur dolores. Septimanis porro septem infirmitas tanta hominem jam affligebat, nihil de cruciату remittens, cum ad nundinas, quæ in S. Dominici urbe tum forte celebrabantur, se contulit; et reculis nescio quibus ibidem divenditis, e pecuniæ quam collegerat summa eleemosynam attribuit ecclesiæ S. Dominici. Verum sic agebat incurius, ut quanto illie fuit tempore, ne semel quidem eam visitando adiret. Ad propria igitur revertens, adeo vehementer antiquos suos dolores augeri sensit, ut toto inferiore corpore redditus sit omnino invalidus et absque sensu. Domum suam, quæ non procul inde ab erat, delatus ac lecto impositus, secum ipse cogitare cœpit, quæ ingravescentis adeo mali causa tandem esse posset. Post multas variasque cogitationes, divino tandem auxilio in eam incidit, quæ mali omnis causa et origo vere exstiterat. In memoriam revocavit, quod tanto tempore in S. Dominici urbe versatus, nunquam tamen sen ecclesiam sen Sancti ejusdem sepulcrum religiose adisset; quod tantis, quin et gravioribus quoque doloribus causam præbere potnerat. Quapropter ut solatium illis remediumque quæreret, illuc se deportari voluit. Impositum itaque jumento, ac brachiis deinde exceptum, ante S. Dominici sepulcrum deposuerunt. Hic cum per dies aliquot vigiliis egisset, et culpæ suæ veniam ac dolorum levamen multis cum lacrymis postulasset; ubi malum augeri sensit, circum sepulcrum reptare instituit, quod pietatis genus a peregre venientibus introductam est. In modum ergo hestiae, cum aliter requireret, circum illud reptabat: quando absoluta prima circuitione sanum sese et salvum erexit, gratias ut par erat pro tanto beneficio persolvens.

27 Petrus Ximenez in S. Vincentii urbe natus, loquelam amiserat: qua cum tempore non exiguo caruisset,

EX HISPANICA
LUD. VIGA

E submersions
periculo alius
eripitur:

item puella
quædam.

Casu cæcus
factus

ad sancti
sepulcrum
visum recuperat.

D
Dolor capitis
et oculi
unius cæcitas
curatur.

Sanantur
mutus,

E

et muta.

S. Dominicum
colere
negligens,

punitur acutis
doloribus

F

et ad sepulcrum
sancti sanantur.

Mulus loquelam recipit.

Brachium aridum restituitur.

Infantulus ad vitam revocatur.

Fornix templi inuicte corruit.

A caruisset, et omnia frustra tentasset remedia, omnium tandem efficacissimum statuit adhibere. Sancti igitur Dominici sepulcrum adit, ac mali sui levamen magna cum devotione expetit. Nec vanæ fuere preces, quandoquidem Deus ob Sancti ejusdem intercessionem in toto loquelam repente reddiderit. In hujus autem beneficii memoriam sollemnis instituta fuit, ipso qui loquelam receperat comitante, supplicatio. Qua finita domum suam, ea quæ cogitari facile potest letitia, repetiit. Dominica de Bannuelos (hoc enim nominis genere tunc utebantur) brachii unius usum amiserat, quod a cubito ad ipsam usque manum exaruerat, nullis remediis malum depellere valentibus. Solatii tandem alicujus adipiscendi causa deligendos sibi forte Sanctos statuit, ut qui ex iis sorte sibi obtigisset, in Patronum assumereetur. Obtigit porro S. Dominicus, a quo salutem et incolumitatem magna cum fiducia promittere sibi ausa est. Nec sua eam spes fefellit. Quo enim tempore sepulcrum ejus adiit, ac vigilas ibidem de more egit, pristina continuo sanitati per S. Dominici intercessionem brachium restitutum est.

28 Miles natione Longobardus, qui Antonium Cramor sese vocitabat, aliquot annos in Hispania nostra vixerat. Quibus elapsis, in patriam cum conjugate et familia universa revertens, ubi transeunda fuit S. Dominici urbs, et ab hac non nisi mediæ unius miliaris intervallo distarent, paucorum annorum infantulus, quem brachiis gestabat mater, e vita abiit. Amabant eum parentes tenerrime; quapropter cum magno doloris sensu jacturam suam lamentabantur. Sed pueri pater, in memoriam tandem revocans ingentia beneficia, quæ in cives suos tempore Petri Regis, sub quo ipse meruerat, Sanctus quondam Dominicus benigne effuderat; spem ipse quoque concepit reparandi eam quam fecerat filii sui carissimi jacturam. Oculis igitur animoque in cælum erectis, S. Dominicum in opem advocat, et incredibili eum pietate petit, ut quoniam cives quondam suos in tantis angustiis, quantas descripsimus, Petri Regis temporibus constitutos, auxilio suo tam manifeste texisset, sibi quoque deesse modo ne vellet, atque a Deo vitam mortuo impetraret filiolo. Quo autem momento has aliasque obsecrationes facere destitit (tantum valet oratio cum viva fide ad Deum pronuntiata) sanus ac vegetus in vitam infantulus rediit. Nohit vero Deus ut eventus adeo insolitus et prodigiosus in hominum notitiam non deveniret, sed potius ut Sancti sui gloria et honor ubique palam fieret.

C Eodem namque tempore, quo tam insolito miraculo in vitam revocatus est puerulus, supra S. Dominici sacellum lumen effulgere est conspectum, stellæ admodum magnæ lucidæque figuram spectantibus exhibens: quod ubi sensim ex ære delabi visum, supra memoratum jam sacellum consitit, miraculum recen-ter patratum, magnam Dei misericordiam, et continuum S. Dominici in suos favorem, qua poterat ratione, omnibus declarans. Hinc miraculi fama ubique pervagata est, et Clerus ac populus universus puerum redivivum ejusque parentes sollemni pompa circumduxerunt, ut beneficii magnitudinem grati agnoscerent. Quo peracto in patriam cum infantulo suo reversi sunt, gratias Deo, ob magnam erga se miserationem, ut par erat, persolventes.

29 Aliud quoque in manuscripto miraculum nobis proponitur. Fabri quidam murarii fornix, qui S. Dominici ecclesie et choro imminet, reficiebant; quando nescio qua incuria, ubi præcipuus fornici sustentando lapis collocabatur, ipse cum omnibus quibus innitebatur arenis, et operis, quæ circa eum laborabant, in terram collapsus est. Cumque tantus lapidum acervus et tot homines, eo præcise tempore quo omne Canonicorum Collegium in choro versa-

batur, decidisset; nemo tamen, sive eorum qui cum machina fuerant delapsi, sive qui in choro fuerant, ab ingruente mole obruti aut larsi omnino fuere, Dei miseratione per intercessionem S. Dominici eos protegente.

30 Mulier quedam, cui nomen Dominica a S. Millano, ut farinæ modicum commode posset deferre, saccum multis partibus lacerum cogebatur reficere. Colebatur eo die festum S. Dominici de Silos, quod in S. Millani oppido, e quo mulierem illam ortam fuisse autumo, solemniter quotannis celebratur: propterea quod sanctus ille monachus, in celebri armodum S. Benedicti Conventa, ibidem sito, et a S. Millano de Cogolla nomen habente, vitam egisset. Eo igitur die saccum, quem dixi, mulier illa reparare est aggressa. Nocte sequente ubi decubuit, insolito ita cepit malo vexari, ut omnem magno temporis spatio loquendi usum amiserit. Post aliquod tempus loquela recepta, magnis clamoribus domesticos et vicinos ad se evocat. Accurrerant non pauci, quid rei esset visuri; atque ita eam deprehenderunt debilem, ut brachium utrumque, quod pectori tenebat applicitum, ab eo amovere modo nullo nequiret. Omnes continuo ejus tetigit miseratione, omniumque fuit sermo de eo quod mulierem affligere poterat. E Ipsa porro, cum mulier esset satis perspicax, calamitatis sibi inflictæ causam facile intellexit; atque ita secum statuit, non aliam ob rationem hoc ei mali accidisse, quam quod S. Dominici de Silos festam lucem laborando transegisset. Veniam igitur multis cum lacrymis a Sancto petiit, emisso voto adeundi religiose ejus ecclesiam, cum primum daretur facultas: tunc enim ob hiemis rigorem proficisci haudquaquam poterat. Verum non immemor quanta invicem amicitia fuissent complexi Dominicus Silosius et Calceatensis, quodque ad præorem illum facilius susciperetur iter, jam tum ejus sibi sepulcrum adeundum statuit. Ad illud ergo deportari se faciens, confessione apud sanctæ illius ecclesie Sacellanum instituta, inchoatisque in S. Dominici sacello vigiliis, majorem in modum malo suo levare sese sensit. Postquam deinde Sacrum unum in Sancti ejusdem honorem jussit peragi, plenam omnino sanitatem miraculose adeptæ est. Quo beneficio leta, post institutam de more supplicationem, domum suam est reversa.

31 Alia mulier ex oppido Bannares, ad S. Dominici urbem accesserat; in qua etsi frequenter juxta ecclesie Sancto dicatæ portam transiret, nunquam tamen eam ingredi aut Sancti meminisse curavit; quoniam eæ non sunt potissimæ rationes, ob quas ad civitates accedere solent qui pagos habitant. Sic illa quoque Sanctum nostrum visitare tum quidem neglexit; verum ipsammet Deus insequente nocte visitavit, immittendo gravissimos manibus ejus pedibusque dolores: quibus ita fuit afflicta, ut nullus eorum membrorum usus ei sit relictus. Mali causam secum ipsa perpendens, facile sibi persuasit, supplicium sibi divinitus immissum, ob exiguam aut nullam S. Dominico exhibitam venerationem. Ad cujus urbem cum denuo pervenisset, de peccatis confessæ, illud a Sacerdote consilium accepit, ut novem dies ad Sancti sepulcrum vigilando exigeret, ejusque festum annua pietate deinceps colat. Quæ ubi summa sua voluntate facturam se recepit, Sanctus quoque Dominicus auxilium adferre nequaquam distulit; nam vix a Confessario mulier discesserat, cum sana sibi omnia atque integra esse advertit.

D
EX HISPANIA.
LUD. VEGA.

Festum
S. Dominici
de Silos
violans,

paralysi
punitur:

et S. Dominici
Calceatensis
ope curatur.

Alia Sanctum
visitare
negligens
K

fit paralytica

et voto jucto
sanatur.

A

EX TISPA,
LEO. VEGA

CAPUT IV.

*Miraculose curationes et gratiæ recentiores
ex authenticis instrumentis collectæ.**Muta et surda*

Catalina de Fonzea, Reginæ-domo, qui locus duabus a S. Dominici urbe leucis distat, oriunda, ex certa infirmitate loquelam pariter et auditum amiserrat. Quinque omnino annos malum tenuit, sic ut nihil plane loqui, nihil audire posset. Quibus exactis ad S. Dominici urbem ea mente accessit, ut gloriosi Sancti corpus veneraretur, et aliquod malis suis levamen expeteret. Ejus igitur ecclesiam ingressa, et sanctissimæ Trinitatis sacellam majus ante omnia visitans, mox ad S. Dominici sepulcrum sese contulit. Ante quod nixa genibus, cum a quinta matutina Sabbati ad quintam similiter matutinam diei Lunæ pervigilasset, rursus sanctissimæ Trinitatis altare, et stationes reliquas atque altaria ejusdem ecclesiæ reliqua pie devenerat. Ad S. Dominici sacellam ut pervenit, lingue vinculum solum sibi persentiens; Deus, inquebat, e cælo me adjuvet; quid hoc tandem est rei? Deinceps vero ea ratione perrexit loqui, acsi numquam hac in parte defectum ullum habuisset. Paulo post Reginæ-domum reversa est, ubi amicos, et quotquot illam ante noverant, magna admiratione implevit, qui Dei misericordiam et S. Dominici in beneficiendo benignitatem grati obique prædicarunt. Sed illis rursus valedicens puella in S. Dominici urbem denuo se confert, ubi quod pro collato sibi beneficio votum conceperat, duos omnino annos in S. Dominici xenodochio præstandi obsequium, religiose implevit. Hoc porro miraculum contigit anno MDLVI die XV Februarii; quod ex informationibus patet, quæ sumptæ sunt coram Licentiate Francisco de Berganzo, Episcopatus hujus Provisore, et coram Licentiate Bazau, urbis S. Dominici Prætoro. Eadem informationes recognite sunt coram Bartholomæo de Castro Notario, et Francisco del Castillo, Notario regio.

subito curatur

B

33 Hoc eodem anno Catalina quædam ex oppido Grannon, conjux Petri Garziæ del Oyo, a medicis erat deposita et absque ulla vitæ producendæ spe. Jamque morbi violentia loquelam amiserrat et magnos cordis sustinebat dolores. Animum tamen in cælum levare adhuc cum posset, memor beneficii Catalinæ, de qua jam diximus, Fonzea præstiti, magna cum pietate et ipsa Sancto sese Dominico commendare cœpit. Votis nonnullis et promissionibus in ejus honorem factis, loquelam recipit; ac sibi omnino reddita, sanitati prodigiose restituitur. Catalina de Flores, ex oppido de Briones, membris omnibus per novem mensium spatium facta erat inutilis, sic ut nisi duobus fulcris sustentata, movere se facile posset. Intellexit tandem et ipsa miraculum in Catalina Fonzea patratum, atque ejusdem Sancti intercessionem sibi quoque putavit conquirendam. Die ergo XII Maji, quando Festum ejus quotannis recurrit, ad sepulcrum ejusdem deferri se curavit: ubi cum novem dierum religionem pie exsolvisset, ac multis cum lacrymis S. Dominico sese commendasset, sana mox ac vegeta effecta est. Casilda del Rio, ex oppido Piernegas, in diœcesi Burgensi, genibus sic fuit debilis, ut nisi fulcrorum duorum adminiculo incedere nequaquam valeret. Tribus annis eo molestiarum genere vexata, in notitiam tandem devenit miraculorum, quæ propter S. Dominici Calceatensis merita Deus operari quotidie dignabatur. Hinc salutis et incolumitatis suæ spem haud vanam concipiens, Sancti ejusdem urbem adit. Ubi Confessione de peccatis instituta, et sumpta Communionem; novendialem pietatem solitasque vigilias peragere

Morti proxima sanitate subito adipiscitur;

C

*uti et paralytica.**pedibus debilis gressum recuperat:*

institerit, a XXVIII scilicet Januarii ad Februarii sequentis diem VI anni MDLIX. Postremo Novem die ad clathra gloriosi sepulcri in oratione excubans, quartam inter et quintam matutinam, majores quam ante in tibiis dolores cepit persentiscere. Quamobrem ut mali causam scrutaretur exurgens, sanam se et incolumem reperit, ut ex informationibus coram eodem Notario sumptis abunde constat.

34 Matthæus de Cadahalso, civis Logroniensis, sic membris omnibus erat captus (et opinio mihi est cum hac infirmitate foisse natum) ut nulla ratione valeret progredi, nisi manibus, quod dicunt, ac pedibus, animalis instar, reptando. Huic malo summa accedebat paupertas; ob quam simul et infirmitatem suis hominem sumptibus, Dei causa, alebant Petrus Herrera Syndicus et uxor ejus Catalina Zuaza. Magna hæc mulier commiseratione erga adolescentem tangebatur (mulieres quippe hoc affectus genere magis solent commoveri) ex qua multis a Deo precibus contendebat, ut tantæ ejus infirmitati finem aliquando poneret. Interea audit de insolitis prodigiis, quæ per dies singulos intercessione S. Dominici Calceatensis Deus operabatur: ac die XII Maji MDLIX, cum Sancti ejusdem festem consuevit celebrari, ad ecclesiam S. Bartholomæi, ex illius civitatis parochialibus usam, rem sacram auditura perrexit, præcipiens ut in eandem miser ac paralyticus deferretur. Reptans de more progrediebatur adolescens: qui ut ecclesiam intravit, hoc ab optima hera monitum accepit, ut Deo ac S. Dominico Calceatensi ex animo se ipsam commendaret. Fecit quod monebatur, et ipsa quoque cum eo Domina suppliciter Deum obsecrabat per merita S. Dominici, ut paralyticum illius, ad majorem nominis sui gloriam et honorem, sanare dignaretur. Tam antem subito petitioni eorum per gloriosissimi Sancti intercessionem datus est assensus, ut adolescens, qui non nisi rependo ad templum paulo ante accesserat, sanus et validus domum reverterit; magna omnium, qui spectaculo non pauci interfuerunt, admiratione. Hujus porro miraculi authenticas informationes sumpserunt Præcentor Ecclesiæ Calagurritanæ Martinus de Chauz; et Canonicus Rodericus de Valentia, tunc temporis Provisores Ecclesiarum Cathedralium Calagurritanæ et Calceatensis, coram Francisco de Valpuesta Notario Apostolico.

paralyticus ad Sancti ecclesiam delatus sanatur.

E

35 Maria de Aperrigni, vidua Joannis de Gayangos, ex oppido Briones, quod tribus aut paulo amplius leucis a S. Dominici civitate distat, manibus pedibusque sic erat debilis, ut nihil nisi dentibus apprehendere aut retinere nullo modo valeret. Annum in ista infirmitate et sex in lecto menses exegerat, ea ratione, ut movere se aut vertere absque aliorum auxilio nequiret. Sic affecta multum ac frequenter S. Dominici opem implorare erat solita, idque tanta cum pietate, ut primo illorum dierum, quibus Domini Resurrectio celebrabatur anno MDLIX, gloriosissimus Sanctus, forma et habitu peregrini in oppidum Briones adveniens, facie sic quasi a sole exusta, ex muliere quæpiam et infantibus per plateas civitatis forte occurrentibus quærere instituerit, equis in eo loco majorem reliquis pateret infirmitatem. Quemadmodum autem nulli ignotum erat malum, quo nominata jam mulier gravissime affligebatur, eandem Sancto, ut quæ omnium maxime cruciabatur, indicarunt. Quo audito, ad infirmæ domum continuo se peregrinus contulit, et salutem primus dicens, panem porrexit e pera, quæ gestabat, depromptum. S. Joannis Evangelio deinde recitato, benedictionem ægrotanti impertit. Qua percepta, mulier tenerius animo affici et pietate

*Membris omnibus debilem**habitu peregrini apparrens Sanctus*

majori

A majori in Sanctum suum ferri, quin et corpore ipso valere melius, sic ut nihil de vetere malo superesse sibi amplius videretur. Ac repentinæ quidem mutationis ut certius sumeret experimentum, advertens quod peregrinus e conspectu se repente subduxisset, exsurgere cœpit, eum ut consequeretur, gratias pro beneficio et hospitalitem quantam posset exhibitura. Verum quantacumque adhiberet festinationem, ut sana jam et incolumis e cubiculo exsileret, Sanctum, qui jam disparuerat, videre amplius nequivit. Tantum porro ex ea re solatii cœpit mulier, ut manantibus præ gaudio lacrymis, agnitum benefactorem toto oppido prædicare aggressa sit, omnibus declarans, illud tam singulare ac prodigiosum beneficium uni S. Dominico Calceatensi, quem persæpe in opem et auxilium advocarat, a se deberi. Hæc omnia certitudinem habent ex informatione quam coram Joanne Marin Notario sumpsit Franciscus de Berganzo, Cathedralis Calceatensis ecclesiæ Judex.

36 Pauci omnino anni præterierunt, quando S. Dominicus anno MDCXXXV aliud miraculum, ejusdem oppidi incolæ, Joanino Alphonso de Vinnegra, molitori, præstitit. Multi etiamnum supersunt qui (si tamen, quod nescio, adhuc in vivis sit) hominem norunt. Hic morbo laborabat insolito plane et nunquam ante viso. Ac talem sane esse eum oportebat, ut tanto majus esset beneficium a S. Dominico prodigiose conferendum. Gravissimi erant quos patiebatur dolores, et omnes corporis partes partiumque compositio ita a naturali ordine ac symmetria abierant, ut, cum in sinistra tibia ingens se vulnus ultro aperuisset, per illud omnis corporis succus, quin et excrementa omnia, relictis viis ad hoc a natura constitutis, effluerent. Ut verbo dicam, visu horrenda ac plane fœda erat infirmitas. Manum adhibuerunt medici ac chirurgi plurimi, sed parum, vel ut melius dicam, nihil omnino profecerunt, quoniam Deus per sese hominem illum sanare decreverat. Sic porro evenit. Infrans siquidem magna pietate S. Dominicum invocare solitus, hoc ab omnibus qui Sanctum invisuri ibant, humiliter flagitabat beneficium, ut propter Dei amorem ad Sancti ejusdem sepulcrum se quoque deferri curarent. Omnes quidem hominis dolebant vicem, sed nemo persuaderi potuit ut votis infirmi ac desiderii faceret satis; donec alius oppidi ejusdem incolæ, cui Michaeli de Velasco nomen, jumentum attulit: cui cum miserum illum inter geminos hinc inde saccos medium imposuisset, ad expetitam diu ecclesiam deportari fecit. Eo ubi perventum est, mox e jumento egrotum deponere sunt aggressi, ante ipsum ecclesiæ vestibulum: et vehementer adeo in tibia dolorem sentire cœpit tener, ut eam sibi abscindi violenter putaret. Tandem in templum eum inferentes, lecto imposuerunt ante Sancti sepulcrum. Atque ecce eodem quo illum reposuere momento, omnes dolores prodigiose cessarunt: meatus corporis naturales, antea clausi, repente aperti sunt, et tibiæ vulnus omnino fuit sanatum: post quæ pristina plane sanitate recuperata, gratiæ Deo et S. Dominico ob adeo singulare et prodigiosum beneficium redditæ sunt. Ne vero, quod multis aliis factum fuerat, miraculi hujus memoria omnis elaberetur, sufficiens informatio ut sumeretur effecit Andreas Vasquez Canonicus et Vicarius sanctæ illius ecclesiæ, coram Joanne de Castro-Malla Notario.

37 Ex eadem civitate mulier, nomine Maria de Ungria, vidua, paralytica erat ac toto corpore inutilis, sed pedibus præsertim, sic ut quinque annorum spatio non nisi reptando progredi valeret. Frustra fuerant quæcumque adhibita remedia, ita ut omnem ejus persanandæ spem medici ac chirurgi deponerent.

Maji T. III

Desperatio porro medicorum in causa fuit, eum in Deo, a quo mali ejuscumque remedium sperari potest, fiduciam haberet majorem. Hunc itaque ut magis sibi propitium redderet, S. Dominicum intercessorem pro sese adhibere statuit. Cum lacrymis itaque et magno pietatis sensu opem Sancti implorans, vigilias ante ejus sepulcrum, ut facere alii consueverant, peregit. Quodam die horam inter undecimam et duodecimam cum orationi esset intenta, majus solito dolorum suorum levamen sensit. Quamobrem tentat assurgere, ut osculo veneraretur velum ante Sancti sepulcrum pendens. Rem facile perfecit, et fixo religiose osculo sana evasit ac vegeta. Tum magnis etiam vocibus recuperatam subito sanitatem proclamare, et per S. Dominiaci intercessionem vegeto et erecto corpore cœpit incedere. Quamvis autem notum palam esset miraculum, sumpta nihilominus fuit informatio per Doctorem Bustinza, Canonicum Doctoralem sanctæ illius ecclesiæ. Sumpta vero est coram Martino de Victoria Notario. Miraculum contigit anno MDCXXXVIII die XI Maji Sancti ipsius pervigilio. Informationes porro tam hujus quam aliorum quæ narravimus miraculorum, in memoratæ sæpius ecclesiæ archivo conservantur.

CAPUT V.

Novissima quædam curationes et gratiæ.

I In pago quodam S. Dominici urbi subjecto, quem Corporales nuncupant, mulier erat vidua, proba, ac magna in S. Dominicum pietate. Summa autem premebatur egestate, quæ ex eo reddebatur difficilior, quod adeo numerosam prolem haberet alendam, ut, quamvis non omni destituta fuisset pecuniarum ope, in prolem solam consumi facile potuisset. Optimum quod in fame aliisque miseriis suis solatium sperare possunt liberi, in matribus suis habent repositum. Sic itaque et hi de quibus diximus liberi a matre paupercula, quo famem sublevarent, requirebant. Sæpe universi pariter ad illam accurrebant fame tantum non enecti, ac panem postulantes. Durissimum hoc accidebat bonæ mulieri et animo anxietur, propterea quod nec panis domi, nec qua eum compararet, pecunia esset. Illos ergo a se vel sese ab illis amovebat meliori qua poterat ratione, cum tantam proli sua necessitatem absque remedii ullius spe intueri diutius non sustineret. Quoties vero sic affligebatur, animum, ut piam et prudentem decebat mulierem, levabat in cœlum, atque inde aliquid calamitatis suæ postulabat solatium, adhibito præsertim deprecatore S. Dominico, quem tanta colebat pietate. Solet frequenter Deus, quando jam media omnia humana deficiunt, auxilium suum amplius non differre, erga eos præsertim, qui unice ad illum confugiunt. Accidit igitur quodam die cum in tanta versaretur necessitate, in quanta nunquam antea, ut Sanctus ejus patronus, cui se ex animo forte commendarat, specie et habitu peregrini in mulieris sese domum inferret: a qua cum Dei causa eleemosynam dari sibi flagitasset, magnum animo ejus dolorem attulit; non tam quod sponte et ultro eam non fuisset elargita, si fuisset ad manum, quam quod unde daret non inveniret. Dolore igitur plena hoc peregrinum modo compellavit: Animitus, Frater, angor quod necessitati tuæ succurrere nequeam. Sed neque in meum, neque in liberorum meorum usum, vel panis mihi frustum superest. Deus, qui id potest, te adjuvet. Tum sanctus peregrinus: Quo modo, inquit, hoc audes dicere, cum penus tua panibus abundet? Utinam, subjecit illa, res, ut dicis, haberet. Vade, reponit Sanctus, et quod factum est considera. Quo

23 audit,

D
EX HISPANIA:
LUD. VEGA

Vidua cujusdam pauperlati

sumpto rursus peregrini habitu S. Dominicus occurrit.

sanitati restituit.

Morbus artem omnem medicorum superans

et ulcus fœdissimum

ad sancti viri sepulcrum curantur.

Mulier item toto corpore inutilis

EX HISP. A.
LUD. VEGA

A audito, mulier domum ingressa, apertaue arca, qua exiguum pro sua paupertate victum solebat servare, coctis eam panibus refertam invenit. Miraculo attonita, nec ignorans node illud sibi contigisset, e panibus unum sumpsit et magna festinatione ad domus ostium contendens, illum peregrino statuerat porrigere, qui, cum ut panem daret, non ut acciperet, eo advenire fuisset dignatus, citius disparuit, quam festinans mulier prodire potuit; quæ Deo et glorioso ejus Sancto, a quibus tantum beneficii acceperat, debitas gratiarum actiones reddere non cessavit.

A carro
obtrita ac
semitimis
sana efficitur.

39 Maria de Cubo ex urbe S. Dominici oriunda, carrum agebat septem uvarum sarcinis oneratum, in usum Xenodochii ab eodem Sancto exstructi. Quæ cum nescio ex qua incuria, boum uni inniteretur, ab eo percussa et in solum dejecta est. Carrus deinde super eam pertransiens, semianimum in platea reliquit. Quin imo e præsentibus complures eam plane extinctam autumabant. Sed S. Dominicus, in cujus gratiam plaustrum minaverat, ab omni eam molestia liberatam voluit. Cum itaque exiguo temporis spatio sine loquela et extra se jacuisset, sibi deinde reddita sanitatem integram consecuta est. Magna e prodigio orta admiratio, ac Sancti beneficentia palam agnita.

Captivus
prodigiose
per S. Domi-
nicum li-
beratus,

B 40 Andreas de Tubia, ex eadem urbe a Mauris Afris in captivitatem abductus, eos aliquot jam annis patiebatur labores et afflictiones, quas ab infensis Dei hostibus ille sustinent, qui in miseram adeo conditionem incidunt. Tam porro tristem dum servitutem servit, memor inagis ipse quam reliqui omnes miraculorum, quæ per S. Dominicum operabatur Deus, utpote qui in urbe ejus fuerat natus; huic sese Sancto sæpe multumque commendare erat solitus. Accidit ergo ut, cum quodam die in carcere velut in familiariore sibi loco degeret, senis venerandi habitu apparuerit Sanctus, qui proprio captivum nomine ter compellans; Quid hic, inquit, agis, o Andrea? voce alter et apparitione nonnihil exterritus, felicior deinde eventu timorem omnem dispulit. Solutis namque Sancti ope vinculis, et reclusis carceris foribus, captivus, a nemine observatus aut impeditus, liber evasit. Neque hic stetit S. Dominici in miserum beneficentia; sed cum suam in domum repetens per vastam aliquam solitudinem institueret iter, leonem sibi habuit obvium, cujus occursum vel fortissimus quisque expavesceret. Verum species quædam mansuetudinis, quam ferox animal præferbat, omnem periculi metum abunde eximere videbatur. Et vero ita factum est; quoniam custodis et viæ ducis locum fera subiens, certo eum tramite deduxit, donec ad periculosi illius deserti exitum pervenit, ubi hominem leo deseruit, domum suam sanum deinde et incolumem reversum. Hoc mihi prodigium enarravit, qui e captivi ipsius ore universam rei gestæ seriem excepit.

leonem habet
itineris in
solitudine
ducem.

C 41 Mulier e regno Navarrae ex certa infirmitate sic membris omnibus capta est, ut movere se aut passu uno progredi, nisi reptando nequiret: gravissimi insuper dolores eam urgebant; qui eo usque tandem excreverunt, ut ad vitæ finem addicturi illam viderentur. In tam difficili conditione cum se videret constitutam, vehementer ab amicis et familiaribus suis petiit, ut ad S. Dominici sepulcrum deferendam se curarent; quoniam certo confidebat fore ut per merita et intercessionem istius Sancti ab infirmitate sua tandem curaretur. Ad locum igitur desideratum delatum, ante sacrum sepulcrum de more collocarunt. Istic vero in tantum creverunt dolores, ut illorum vehementia exspiraturam se arbitraretur. Benedictum manibus cereum jam sustinebat, et extremam unctionem conferebat Sacerdos: quando tam ipsa, in tanto tunc periculo constituta, quam

Mulier supra
modum debilis,
evadit
sana.

omnes qui circumstabant magna pietate S. Dominicum invocare cœperunt, ut miseræ huic mulieri opem suam ne denegaret. Vix preces pro ea finierant, cum nervi omnes repente sonare, et non aliter quam si magna protraherentur vehementia, dissolvi atque extendi cœperunt, ipsaque subito mulier sanitatem recepit. Quod quidem prodigium sic quasi publicum et notorium in sancta illa ecclesia narrabant plurimi, qui, dum fieret, forte interfuerunt.

Philippo II
ecclesiam
S. Dominici
visitante,

42 Miraculi etiam loco habetur, a S. Dominico patrati, quod in eadem sancta ecclesia contigit anno MOLXXXIX, quando Philippus II gloriosæ memoriæ Rex, sacrum ejus sepulcrum invisit. Quemadmodum enim magno omnes desiderio tenebantur Regem ac Dominum suum coram intuendi, ita ex omni parte ingens confluebat hominum multitudo, ubicumque iter ille suum institueret. Nec minor fuit e vicinis locis mortalium concursus, quando S. Dominici urbem memoratus modo Rex ingressus est. Verum ut ejus diutius conspectu daretur frui, exspectandum putarunt plures, donec in ecclesiam ad S. Dominici corpus religiose venerandum se conferret. Hic optimum quem quisque poterat locum sibi deligere, et, cum tanto esset confluentium numerus, omnibus capiendis minime sufficere ecclesia. Quamobrem alii e trabibus pendere, alii per fenestras et porticus atque sacella, ut optime poterant, prospicere. Unus ex omnibus, qui meliorem nancisci locum fortassis non potuerat, intercolumnii arcum et capitella conscendit: quo in loco ut commodius sibi esset, lapidem unum aggressus est labefactare, cum quo in terram delapsus, alteri homini impeditum, qui ad mortem inferendam potuisset sufficere, si non continuo adfuisset a S. Dominico auxilium; neque enim plus allatum est mali, quam si lanæ floccus in ipsum decidisset. Omnium vero fuit judicium, Deo permittente rem evenisse, ut tum ipsius, tum Sancti ejus gloria et honor in tanta celebritate clarius elucesceret. Hoc eodem anno factum contigit non minus quam quod modo narravimus admirandum, et ex quo non minus apparet cura et sollicitudo quam pro suis civibus conservat Sanctus. Petrus itaque de Puerto-carrero, qui tunc temporis cum Episcopi dignitate diœcesi isti præerat, Capitanei cujusdam, qui eo loco militem conscribebat, vexillum ad aram benedicebat. Excepta promiscua multitudine, plures quam quingenti milites spectandi causa intererant: e quibus majorem aliquis scelopum plus æquo oneratum secum detulerat. Hic igitur in media hominum multitudine magno cum sonitu disruptus est. Miraculi autem loco habitum est, quod cum in plures partes diffractus fuerit scelopus, aliæ in solum delapsæ, sepulcrales dumtaxat aliquot lapides fregerint; in altum sublatae aliæ, fenestras aliaque obstantia; e præsentibus vero, cum tamen tot essent itaque invicem conjuncti, nemo quidquam læsionis accepit. Quæ res S. Dominico, tamquam optimo suorum protectori, jure adscripta est, ante cujus sepulcrum contracti scelopi partes, in perpetuam prodigii memoriam, appensæ sunt.

ingens lapis
sine noxa
decidit.

Scelopus major
rumpitur
pari eventu

F

42 Aliud in eadem ecclesia, tamquam publice notum et memoria omnino dignum, referuat. Homo perditus, ut magis etiam se perderet, rem plane sacrilegam perpetranda suscepit. Quæ in arcam, ante S. Dominici sepulcrum ad id paratam, conjiciebantur eleemosynæ, furari constituit. Nec quod impie cogitaverat, diu exequi distulit. Nocte siquidem una intra ecclesiam furtim permanens, in ipsa sepulcri claustra, ubi arca eleemosynis excipiendis erat proposita, sese penetravit. Hanc postquam fraudulenter aperuit, quidquid in ea reperit, nefarie abstulit. Perpetrato facinore, extra sepulcri clathra se proripuit: cumque ad ecclesiæ fores accessisset eva-

S. Dominico
oblatas
eleemosynas
surripit

surus,

A surus, permittere Deus noluit, ut grave adeo peccatum et tantæ excommunicationi obnoxium facinus abiret impunitum. Factum porro est, ut cum infelix foribus ecclesiæ appropinquasset, adeo sensibus fuerit turbatus, ut portis se patentibus egressum, atque ad multa extra civitatem milliaria constitutum, et omne depulsum putaret periculum: cum tamen noctem illam universam circumeundo ecclesiam transegisset: donec apertis secuto mane templi foribus a superveniente populo deprehensus est, surreptam pecuniam suis ipse manibus ostentans. Cum igitur nullus esset relictus negationi locus, crimen suum palam est confessus. Eam ob rem suspendio vitam finiens, peccati sui pœnam et aliis exemplum dedit, ut Deum quisque timeat; et Sanctos ejus, quemadmodum par est, honore prosequatur.

43 Sed finem historiæ ut tandem imponamus, non unum modo, sed plura pariter miracula producemus in medium: quæ etsi, quo tempore aut quibus personis contigerint, singillatim enarrare nequeamus; facta tamen fuisse, nullo modo dubitare possumus. Præter alia multa captivitatis aut servitutis instrumenta et vincula, quæ in S. Dominici sacello ad gratam beneficiorum acceptorum memoriam appensa sunt, quindecim paria compedum in-

tueri licet (aut saltem licuit) si illas modo non sustulerint. E quibus satis apparet, totidem captivos vinculis suis et miseriis per Sancti intercessionem fuisse ereptos. Circum quoque ejus sepulcrum cereæ multæ conspiciuntur figuræ, brachia, tibiæ, capita, effigies puerorum, et ejus generis aliæ; quæ omnia declarant singularia prorsus beneficia, a gloriosissimo Sancto iis collata, qui cum debita fide et devotione eum implorant. Præcipue tamen qui dictam ab ejus nomine civitatem incolunt, quotidiana experientia (quoniam singulariter eos Sanctus, tamquam suos, amat et complectitur) verum a me dici cognoscunt. Hi siquidem majorem ab eo favorem ac benevolentiam, beneficia plura et majora in necessitatibus, in afflictionibus, in mœnore, in infirmitatibus quotidie recipiunt. Hic per Sanctum suum Dominicum quidquid cupiunt abunde consequuntur, requiem, auxilium, levamen, solatium, salutem. Ob quam causam majore etiam pietate Sanctum illi suum colant necesse est. Quæ porro ad S. Dominici laudem hoc in libro enarravimus, satis ut apparet curte et minus ad pompam descripta sunt, cum ad hoc ut oportet præstandum, nullius satis ingenii robur sit capacitas.

D
EX HISPA:
LEO. VEGA

Alia multa
patrata mi-
racula.

E

DE SANCTO DANNIO PRESBYTERO BONONIENSI.

D. P.

ANNO
MCLXXXIV

Notitia ex
Bononia
perlustrata
Masini.

Venerationem Sacram S. Dannii Presbyteri Bononiensis indicat Antonius di Paolo Masini in sua Bononia perlustrata ad hunc XII Maji, ubi asserit in parochia S. Mariæ de Amola, milliari a Castello S. Joannis in Persiceto, S. Dannium olim in parvo sacello vixisse, et diem extremum anno MCLXXXIV obiisse, ejusque corpus in arca particulari ad latus sinistrum majoris altaris requiescere, et festum magno populi concursu celebrari, potissimum quod istic infantes herniosi sanitatem acquirant, et tales propterea undequaue multos quotidie eo apportari. Hæc Masinius, nec plura alibi legeramus. Ergo Rectorem Collegii nostri Bononiensis, R. P. Alexandrum Zampi, a quo paulo ante Collegium Mantuanum regente sæpe sacramus adjuti,

C rogavimus ut ex ipso loco peteret quæcumque alia haberet inde possent circa Sancti illius vitam cultumque documenta. Hic nobis misit illius Sancti rudi prorsus sculptura expressum imaginem, qualis in dicto loco supra altare spectatur, in habitu stantis sacrificati in veste Sacerdotis aurosi, altera manu librum ante seopertum tenentis, altera ad pectus applicita cælum suspicientis, ad vultus ad genua hinc sene, inde juvene, quasi gratias agentibus de curata sibi hernia, et comparata rupturæ continendæ vincula eidem consecrantibus. Addiderat Rector seu Parochus Amolensis, eorum quæ sciebat omnium succinctam relationem, quam jurat Latinam reddere.

2 Anni circiter sexcenti sunt (quingenti duntaxat juxta Masinium) quod S. Dannius, Presbyter Bononiensis, recedens a civium suorum consortio, ex desiderio totum sese mancipandi famulatu divino, secessit in villam agri Bononiensis, ad confinia oppidi dicti S. Joannis in Persiceto, et locum qui appellatur Quarterium Postmani. Locus autem hic erat exigua vallis, ubi nunc consistit ecclesia parochialis dicta S. Mariæ de Amola: qui cum esset aliquanto elatior supra aquas, magnum convallium istarum spatium occupantes, iisdem paulatim magis magisque siccatis, reddita est tellus circumcirca arabilis et fœcunda satis. Hic ergo juxta prædictam ecclesiam,

Locus habitationis

et sepulturæ:

ex sinistro latere majoris altaris, cernitur cohærens ecclesiæ ædicula quadrata, operis antiqui: intra quam habitasse dicitur prædictus Sanctus annis tredecim, mortuusque accepisse sepulturam sub quadam fornice, ad quinque pedes infra terram depresso, tessellisque incrustato per latera fornecem sustentantia. Est ibi ejusdem operis tumba, intra petram excisa, quæ corpus venerabile S. Dannii continet. Pavimentum autem ipsius ædiculæ, ad subeundum illam fornicatam camerulam patescit ostio, quod clauditur saxo Travertino, quinque pedes longo, largo pedem unum et uncias septem. Hodieque adhuc servatur integrum corporis venerandi sceleton.

3 Placuit porro divinæ bonitati sacras hasce exuvias venerabiliores fidelibus reddere, frequentibus gratis ad invocationem S. Dannii concedendis, quibus quotidiana experientia pro authentico testimonio est. Sic anno MDCLVI die XVII Aprilis, feria II Paschæ, uxor Mag. Alexandri Zamboni, modo in parochia Longaræ commorans, venit ad visitandam ædiculam S. Dannii: et post receptam ibidem communionem Dominici corporis professa est, quod morbum comitalem pati solita, post votum nuncupatum Sancto libera fuerit ab ejusmodi infirmitate, ideoque venisset actura suo sospitatori gratias. Ejus autem patrociniū specialiter experiuntur herniosi, prout sequentibus demonstratur argumentis.

4 D. Blasius Munari, ex oppido Cento, ab infanzia tam graviter ruptus erat, ut malum incurabile judicarent medici, et de pueri vita desperarent. Accidit autem ut rusticana mulier domum ingrederetur, in qua mœsta Domina mater sua lamentabatur. Ea causam istiusmodi planctus edocta ab ancillarum una, dixit, sæpius audivisse sese, quod in ecclesia Amolensi requiesceret corpus S. Dannii, qui speciali polleret efficacia ad talis mali curationem: eoque multos propterea herniosos concurrere: voveret filium illuc deducendum, si forte eum istic sanare Deus dignaretur. His auditis accurrit ad matrem

F
Sanata comitanti morbo laborans:

item ex hernia moribundus puer:

A matrem familias puella, eique rusticæ verba exposuit. Quæ eam ad se vocans, atque de singulis interrogans diligentius, concepta fiducia vovit, quod tribus continuis sabbatis Amolam duceret filium: statimque surrexit de lecto parvulus, perfectissima donatus sanitate. Cum ergo consueta hora redivissent medici, potius ut mortuum intelligerent, quam ut medicinam aliquam applicarent deposito; monstravit eum illis mater sua ludentem inter coætaneos: atque ad subitam istam mutationem attonitis dixit, accersitum a sese externum medicum, qui puerum visitavit sanaveritque. Postquam eos in hunc modum suspensos habuisset aliquamdiu, rem totam eis ut acciderat narravit: qui eidem gratulantes dixere: Vade igitur, Domina, et gratias age Sancto; neque enim humano ullo remedio curari Blasius tuus poterat. Paruit illa, votoque expleto narravit Parocho, quod receperat beneficium.

alius post
relictum in
ecclesia cin-
gulum,

B

3 Anno MDCLVII mense Junio, venit quidam de Casumaro, oppido Centensis territorii in confinio Ducatus Mutinensis: qui dicebat se venisse ad gratias Sancto agendas. Cum enim alias huc venisset herniam patiens in comitatu plurium conterraneorum suorum eodem incommodo laborantium; et domum simul revertentes consedissent ad prandium sumendum, medio ab ecclesia miliari, dixit ei ex sociis unus: Quid? num cingulum tuum dimisisti in ecclesia? haud certe ego. Respondit alter: Reliqui equidem, confidens quod eo amplius opus non haberem, per intercessionem illius Sancti. Et ecce ipsa hora redintegratum se sanatumque sensit, sociis, qui absque ejusmodi fiducia iverant redibantque, optata sanitate frustratis. Ideoque redivisse se aiebat, ad gratiam acceptam testandum.

alii denique
ex voto an.
1668

6 XIII Maji MDCXLVII Mag. Andreas Rigazzi Mirandulanus, ad honorandum corpus. S. Dannii venit eum Mag. Angelo Lupi cognato suo: et multis presentibus publice declaravit ante annos ferme octodecim pæne ad extrema deductum se fuisse per incurabilem prorsus rupturam: statim autem ac vovit visitare corpus Sancti, liberatum se esse ab omni incommodo. Cum autem ante hos paucos dies in idem ex eadem causa periculum incidisset cognatus iste suus Mag. Angelus Lupi, persuasisse se dicebat eidem, ut simili sese obligaret voto; quo facto etiam ipse subito convaluerit. Ambo autem coram

multis testibus professi sunt, non esse sibi opus ut ab aliis gratias Sancti referentibus discant, quas in propriis suis personis adeo certa experientia cogoverunt. Nondum illi discesserant, quando supervenit Mag. Marcus Gaviolus Mutineusis, adducens filium suum Josephum, ad agendas Deo gratias propter herniam intercessione Sancti sanatam, immediate postquam eidem fuisset puer a suo patre commendatus,

7 XIV Junii MDCCLXXI venit Jacobus Lubius, ex Ravarino status Mutinensis oppido, gratias Deo acturus: dixitque, desperatum fuisse de vita sua propter incurabilem rupturam: statim autem ubi voto se obstrinxit visitandi Sanctum, redditum se pristinae sanitati. Denique cum hac X Julii MDCCLXXVIII prædictis gratis describendis occuparer, supervenit mihi Joannes Dominicus Forni, habitans in hac parochia S. Mariæ de Amola; cui cum ipsas legerem, Ecquid opus est, inquit, memorias e longinquo petere? Ipse præsens testis et præco possum esse mirabilium gloriosi hujus sancti mei Patroni: quippe qui dum adhuc essem puer, fuerim in proximum mortis discrimen ab hernia prægravante deductus, et ad votum patris mei Sanctum invocantis convalescui: habitabamus autem tunc in parochia Tivolensi: et adhuc optime recordor venisse nos ad implendum votum. Est igitur concursus fidelium propemodum infinitus ad tumulum Sancti, quemadmodum maximo in numero sunt gratiæ quæ hic per eum impetrantur.

8 Talia cum manu suo idiomate Italico scripisset loci illius Parochus, septimo post die attestationem suam in hunc modum Latine conclusit:

Fidem facio universis, præsentibus visuris et leturis, ego infrascriptus, Rector ecclesiæ parochialis S. Mariæ de Amola Bononiensis diœcesis, me fideliter descripsisse omnia et singula in præsentibus relatione descripta, juxta mihi per nominatas personas relata et narrata, tractu temporis ab anno MDCLV usque adhuc; excepta narratione tangente D. Blasium de Munariis, de tempore mei Antecessoris, a quo multoties audivi. In quorum fidem hic me subscripsi, et sigilli dictæ ecclesiæ meæ impressione munivi, hæc die decima septima mensis Julii, anni MDCCLXXVIII.

† Ego Joannes Bapt. Barbinus Rector.

DE B. GEMMA VIRGINE

RECLUSA PROPE SULMONEM IN ITALIA.

D. P.

C

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 55**

A. MCCCXXXIX.

Sulmo urbs Sannii ab omnibus pæne Scriptoribus memorata, Ovidii patria, Pelignorum populorum caput, inter Aquilam et Venafrum, inde fere xxx, hinc ad xlv M. P. distans, vulgo adhuc Sulmona. Hujus Sulmonensis diœcesis est Castrum-Gorianum ab Aquila x M. P. dissitum. In hoc magnam habet venerationem B. Gemma Virgo, ita ut templum S. Joanni Baptistæ dicatum, in quo corpus illius conditum est, nunc ab illa nominetur. Ita Ferrarius in Catalogo generali ex monumentis illius loci, et Vita ejusdem MS. et hoc eam appellat titulo. In territorio Sulmonensi B. Gemmæ Virginis, Ferrarius describit Arturus du Monstier in Gynecæo sacro. Meminit ejusdem Ludovicus Jacobillus ad diem XXIV Aprilis, in elogio alterius B. Gemmæ viduæ, quam inquit, ob reverentiam S. Gemmæ Virginis Sulmonensis, quod esset ejusdem patriæ, voluit appellari Gemma, cum ante Elisabetha diceretur. Istius autem S. Gemmæ Virginis corpus in

Memoria
festi apud
Ferrarium.

veneratione habetur in ecclesia illius nomini dicata in Goriano-castello, ubi ejus festum celebratur XII Maji. Est autem in Pelignis Gorianum duplex, alterum a vallibus appellatum, ad Aterni fluminis ripam Australem, media inter Aquilam et Sulmonem via; alterum cognomento Siccolum ab eadem via in Occidentem declinans: Hoc ultimum propius Sulmona abest, solis x M. P. distans, et hujus Sanctæ patrocinio gaudet; quemadmodum discimus ex Vita Italica (nec enim Latina ulla ibi amplius extat) eaque recenti satis phrasi exornata nostro hoc seculo; quam nobis ipso in loco describendam curavit R. P. Franciscus Jordanus, Neapoli in Collegio nostro studiorum altiorum Præfectus operis hujus promovendi cupidissimus. Hanc, quamvis verbis magis quam copia rerum narrandarum diffusam, ex Italico tamen Latinam facere lubet castigata luxuriantis styli prolixitate: ex ea interim præmonentes, mortem Sanctæ referendam videri ad annum Christi MCCCXXXIX et diem XIII Maji, cum Ferrarius

Cultus
Goriani.

Vita Italica
MS.

constanter

A *constanter XII signet, minime habiturus nos in hoc se-
quaces, nisi serius allatum fuisset hoc scriptum, post
impressum jam indiculum Sanctorum hoc die referen-
dorum : quod proinde in altera hujus, si qua fiat, operis
ordine mutari poterit.*

VITA

Ex MS. Italico Gorianensi.

Ubi in Marsorum valle scaturiunt aquæ claræ ac frigidæ, e quibus principium sumit fluvius Inventus, vulgariori usu dictus Invengelus, qui eandem vallem irrigans tandem in Fucinum lacum illabitur; ad montis radicem situm est castellum exiguum, quod a S. Sebastiano Martyre nomen habet. Hujus loci incola quidam fortuna tennis, virtute locuples ex uxore sua filiam suscepit, cui in sacro baptismate nomen Gemmæ est positum. Deinde cum modica familia sua, quæ paucularum ovium porcorumque pastu sustentabatur, transiit ad castrum Goriani Sicoli, quinque passuum millibus a patria dissitum, qua jugum Apennini inclinatur in vallem modicam ad viam Valeriam. Ibi crescebat annis et moribus Christianis puella, quam parentes sui, pro conditione generis et usu patriæ pecoribus pascendis applicarunt donec adolesceret, quod illa prompte et alacriter faciens otio omni utebatur ad orationes devotas Deo crebrius faciendas, cui uni placere studebat extra hominum frequentiam posita. Quamvis autem in tali vitæ genere, nulla ei esset formæ cura, contigit tamen loci ipsius Dominum (quem temporis circumstantiæ credi faciunt fuisse Rogerium Celani Comitem, ad quem spectabant castra Subæquinæ seu Subrequinæ vallis circa annum MCCC.LXXXIII) ea sic capi, ut per famulos suos raptam e pascuis puellam dumtaxat duodennem suæ destinavit libidini: in cujus potestate illa se positam videns, fortiori intus divini amoris igne succensa, quam impurus erat, quo ardebat Dominus, suum illibatam Deo virginitatem servandi propositum tam apte gratioseque eidem explicuit, ut ejus custos esse voluerit, qui accesserat raptor; atque ex ejus voto cellulam ei construxerit ad ecclesiam sancti Præcursoris, intra quam prospectus pateret per fenestellam ferrea crate munitam.

2 Huc ingressa Gemma atque inclusa, solitariam cœpit vitam agere, eam sustentans modicis, quas fidelium caritas subministrabat eleemosynis, quibus ipsa rependebat vicem ferventis ad Deum amandum exhortationis, liberæque ac Christianæ correptionis, quibus eos noverat displicere supremo conscientia-

rum humanarum Arbitro. Vixit autem sub hac reclusionem sancta Virgo totos quadraginta duos annos, post quos ætatis annum agens quinquagesimum quintum correpta morbo et mortem animo intrepido prospectans, tamquam ingressum ad diu concupitatas nuptias; petiit extremis Sacramentis muniri, iisque susceptis, genua inclinavit ad terram atque in hujusmodi piæ adorationis actu spiritum Deo reddidit die decima tertia Maji anno Redemptionis humanæ, quantum per conjecturas assequimur, millesimo quadringentesimo vigesimo nono. Ad cujus ingressum quæ fuerit supernæ civitatis exultatio declaratum in terris est, prodigioso campanarum istius ecclesiæ a nemine pulsatarum sono tali, qualis ad fidelium funera convocando populo in usu est. Convenit ergo turba ingens ad cellam delunctæ, eaque tunc primum ab ingressu ejus erant reserata, reperientes genuflexum in speciem orantis cadaver. Eodem in loco post consuetas pro mortuis ceremonias illud sepeliverunt; non sine magna de ejus sanctitatis æstimatione, quam divina bonitas confirmavit frequentatione gratiarum ad ejus invocationem præstitarum.

3 Vix annus a morte Sanctæ transierat, cum paries extimus illius cellulæ prolapsus in terram, casu suo Gorianenses movit, ut de transferendo in locum patientiorem honoratioremque sacro corpore cogitarent. Convocato ergo eum in finem Clero, advenit Episcopus, qui tunc erat Valvensis D. Guidalottus Perusinus, raræ prudentiæ et virtutis Præsul: cumque submotis ruderibus detexissent sepulcrum illudque niterentur aperire, subito extitere fulmina et tonitrua: quibus consternati cessarent ab opere: animadvertentes deinde cœli jubilantis potius quam irati ea signa esse, utpote sereni et nihil triste præferentis, regressi sunt ad cœptum lapidis amolendi laborem: quo facto cœlestis continuo totum locum perflavit suavolentia; repertamque est corpus ab humanæ corruptionis necessitate adeo adhuc integrum, ac si recenter expirasset, in pectore habens argenteam cruculam, cum bursula Reliquiis Sanctorum referta. Tunc piæ ex omnium oculis fluxerunt lacrymæ, adornataque est ex mandato Episcopi prænominati solennis pompa, cum qua sacrum pignus deferretur ad ecclesiam, ubi eodem honorificentius condito, non cessat Deus, fidelium ad ejus suffragia postulanda concurrentium, exaudire preces; largiendo plurimas mortalibus gratias, et sanitates ægrotantibus, ad gloriam suam, qui vivit et regnat unus ac trinus in secula seculorum. Amen.

D
EX MS. ITAL-
GORIAN.

ubi post an-
nos 42 san-
cte mortua.

E
et sequenti
anno reperta
incorrupta

transfertur
atque mira-
culis claret.

F

DE B. IMELDA LAMBERTINA

VIRGINE BONONIÆ.

Inter monumenta, quæ de B. Imelda hactenus vidimus, eminent epitaphium, a Gente Lambertina erectum, quod est hujusmodi. D. O. M. Beata Imelda Lambertina, Virgo claris orta natalibus, clara magis præcocis vitæ sanctimonia. Cum divino sacræ Eucharistiæ incensa desiderio, propter ætatis imbecillitatem (vixdum annum undecimum egerat) ad sacratissimam ejus mensam accedere vereretur; in pias preces lacrymosasque effusa, divina prorsus ope recreari meruit, hostia cœlitus demissa; post cujus sumptionem feliciter expiravit anno Domini MCCCXXXIII. Ejus ossa, per multos annos hic tumultata, monialibus Ordinis Prædicatorum, quæ hinc

in Divæ Mariæ Magdaleneæ canobium intra urbem migrarunt, efflagitantibus concedentibusque hujus ædis Fratribus, eo relata sunt. Anno Domini MDLXXXII Kalendis Martii, Gens Lambertina, ad piam Gentis suæ memoriam et posteritatis exemplum, lapidem hunc posuere. Hoc epitaphium ediderunt Celsus Falconus Canonicus Regularis Lateranensis, in Memoria historica Scdis Bononiensis, lib. 4 pag. 350, Michael Pio Bononiensis lib. 2 de Viris illustribus Ordinis S. Dominici cap. 18, et alii.

2 Antonius Masini in Bononia perlustrata ad diem XVI Junii, occasione solennitatis ob dedicationem Ecclesiæ S. Mariæ Magdaleneæ, in platea Gallerana

Corpus nunc
intra eam
in monaste-
rio S. Mariæ
Magdaleneæ;

sive,

G. II

Rusticani
sed piis nata
parentibus,

dum pecora
pascit,

raptorem
suum duo-
dennis exorat,

ut se reclusam
vivere sicut:

AN.
MCCCXXXIII

Epitaphium
in loco pri-
mæ sepulturæ
extra urbem.

A *scilicet*, indicat ab anno MCCCXIX eam satis parvam pertinuisse ad monachos Benedictinos; dein ab anno MCLXXXIX fuisse Ecclesiam parochialem, postea anno MCCCIII fuisse datam Patribus Servitis, qui anno MCCCIV ejus acceperunt plenam possessionem. Denique, quod huc maxime spectat, anno MDLXVI, data per Breve Apostolicum a Pio V Pontifice facultate, facta fuit permutatio inter dictos Patres Servitas et Sanctimoniales Dominicanas, quæ tum temporis debebant extra portam Saragozzam in Vallo-Petra, in Ecclesia S. Mariæ Magilalenæ: et utrimque die XVIII Maji hora eadem in publica processione migrarunt Patres Servitæ extra civitatem, et sanctimoniales in Urbem, assumpto nomine prioris monasterii, cum sacris Reliquiis: atque ita jam asservantur apud dictas Sanctimoniales corpora S. Eugeniz Virginis et Martyris, et B. Imeldæ de Lambertinis. Sed corpus S. Eugeniz est Romæ tempore Gregorii XV anno MDCXXXII acceptum, ut indicat Masinius ad diem XIX Januarii, quo festum translationis celebratur.

B *Ludovicus Torellus Augustinianus, professione sacre Theologiæ, vario regimine, etiam Provincialtus, et pluribus libris editis celebris, concedit Ordini Prædicatorum, ut memoriam recolat B. Imeldæ de Lambertinis, nobilissimæ Virgunculæ Bononiensis, quod sacras ejus Reliquias possideat. Verum asserit B. Imeldam in dicto monasterio vixisse et mortuam esse, cum in eo degerent Sanctimoniales Augustinianæ. Mystrium totum explicat supra laudatus Masinius pag. 129 num. 18, ubi asserit, dicta in monasterio primum habitasse monachos Cluniacenses Ordinis S. Benedicti, eosque relicto suo habitu assumpsisse alium S. Augustini secundum Congregationem Brietinnensem, atque exstare tria Brevia Apostolica illis concessa ab Innocentio IV. Postea migrantibus inde monachis, circa annum MCLIX ingressas esse Sanctimoniales Augustinianas. Præterea ex Registro Generalis Bartholomæi de Venetia, XVII Septembris anni MCCCXI signato, constare eas tunc adhuc ibidem resedisse. Verum anno MDV accepisse regulam et habitum Sanctimonialium Dominicanarum. Hæc Masinius. Torellus occasionem ejus monasterii in registro nominandi explicat in epistola ad nos data, cum ait ibi haberi, quod Bartholomæus Generalis, quemdam Fratrem Stephanum privavit studio canobii Bononiensis, eo quod associasset quemdam studentem Bononiensem ad monasterium prædictum, contra ordinationes et jussa ejusdem Generalis.*

C *Promittit autem Torellus tamo suo quarto seculorum, quem prælo paratum habet, se ejus Vitam tamquam Augustinianæ descripturam: addit præterea matrem Imeldæ fuisse Castoram de Gallutiis, quam suspicatur sororem germanam extitisse Fr. Neapolionis, Augustiniani Ordinis in prædicto conventu alumni: cui Joannes Papa XXII, per bullam datam anno MCCCXXIV, facultatem fecit duo monasteria fundandi Bononiam inter et Tusciam. Quæ suspicio si vera est, apparet causa cur puella in hujus Ordinis potius, quam alterius monasterio fuerit collocata.*

4 Alia difficultas est ut explicetur quomodo ea, quæ propter ætatem Confessariorum arbitrio obstinebatur a sumptione Sacratissimæ Eucharistiz, iisdem potnerit apta æstinuari, ad religionem monasticam etiam in gradu et ordine Novitiæ. Potuit habitum assumpsisse e voluntate aut etiam voto parentum, atque in dicto monasterio (quod etiamnum fit) apud sanctimoniales vixisse, ut postmodum ibidem, quando per ætatem liceret, suam probatimem auspicaretur: va scilicet moda, quo Eugenius II de S. Nicolao Tolentino in Bulla Canonizationis ait, in ordine Augustiniensium a pueritia educatum fuisse, et in Processu legitur habitum Ordinis vix decennem sumpsisse. Hos autem exemplo conatur Torellus comprobare, B. Imeldam tunc ut Sanctimo-

nalem habitum sumpsisse, cum nondum ab Ecclesia præscriptum erat certum tempus, pro religiosi habitus sumptione tam viris quam mulieribus.

5 Annus obitus in Epitaphia assignatur millesimus trecentessimus trigesimus tertius. Huic supracitatus Celsus Fulconus addit diem XII Maji et festum Ascensionis Domini. Verum quia dicto anno littera Dominicali C Pascha incidit in diem IV Aprilis et festum Ascensionis in XII Maji, arbitramur legendum Profestum Ascensionis Domini: maxime quia Masinius et reliqui cum ipso Fulcone constanter diem obitus observat esse XII Maji. Laherius in Menologia Virginum retulit ad Kalendas Martii, quo die Epitaphium a Lambertinis est positum. Vitam B. Imeldæ, Italice a Celso Saroferrato monacho conscriptam, Latine et Belgice reddidit videlicet Antverpiæ circa annum MDCXXXVIII nobilis Dominus Joannes Baptista Lambertinus, ex Bononiensibus Lambertinis oriundus, nobis olim optime notus, uti et ejus filius ejusdem cum patre nominis urbis hujus Antverpiensis Senator. Hanc Vitam lectori proponimus, ex jam datis observationibus facile intellectu, quid in ea per antiquitatis ignoracionem peccatum, quid ex liberali ac verosimili conjectura expressum, quid denique ex certu constantique traditione acceptum debeat æstimari.

6 Imelda, claris licet orta parentibus, ex pervertusta videlicet Senatoriaque Lambertinorum prosapia inter primas Bononiensis ditionis (ex qua familia, veluti uberrima avitæ nobilitatis stirpe, summi continenter viri prodierunt; quorum excelsos animos eximiamque virtutem pace belloque cernere licuit: utpote qui nova semper tam sibi quam urbi suæ ornamenta pepererunt) splendor tamen ille ac nobilitas, quam virtute sua et adversus Deum religione sibi ipsa comparavit, et orbi terrarum patefecit, haud dubie lucem omnem, a clarissimis ceteroquin majoribus ortam et propagatam, dignitatemque ab iisdem haustam longe antecellit: quæ in femineo licet sexu, supra quam credi potest, stirpem suam extulit. Unde non vulgarem, hujus tam præstantis Virginis ortu, stemma illustre laudem sibi vindicat, ac præ ceteris ipsa Imeldæ parens, quæ nobilem adeo factum suscepit et in lucem edidit. Si enim verum est, quod est verissimum (utpote ex ore Christi prognatum) Ex fructibus eorum cognoscetis eos; quis digno præconio sæcundam hujus præclari fructus radicem complectatur? Certe si fas esset sacerarum paginarum sensum nonnihil inflectere, et alteri feminæ adscribere, quod B. Elisabeth æternæ Cælorum Reginæ attribuit, dicere non formidarem: Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Cum potiori jure possit hæc mater, quam Lacæna illa quondam, ostensa filiola sua, gloriari et dicere: Hujusmodi esse oportet honestæ mulieris opera, hisque se jactare. Ceterum Regina- rum omnium gloriam hæc nostra mater superat, quæ de natis sibi forma modestiæque decoris filibus, et ad Regum nuptias idoneis gloriari potuerunt: habet enim hæc filiam, omnibus profecto, quæ natura largiri solet, ornamentis belle instructam, et cœli terreque itidem Monarchæ thalamis sociatam. Nata igitur Imelda ex Egano Lambertino magis magisque indies proficiebat sapientia et ætate et gratia apud Deum et homines; vixque præcisum adhuc tenera lingua balbutiebat sermonem, quin continuo, nescio quid supra humanum ostentaret, indolemque illam proderet, vel jam virtute imbutam: adeo cum lacte nutricis pietatem suxerat. Jam vero quam futura mea messem putas, ubi tam mature semina gratiarum et virtutum actis alte radicibus erumpunt? Nihil in illa insolentiæ, nihil levitatis, nihil imaturæ immodestiæ speciem præbebat: sed rara quædam in infante (quis credat) maturitas, universos merito

quod fuit primo Augustinarum,

dein Dominicanarum.

VIDE OPP. TOM. VII MAJI NOT. 56

Imelda an vere fuerit religiosa dubitatur.

Obitus anno 1333 die 12 Maji.

Vita scripta.

E

Nobili progentie orta,

Matth. 7, 16

F

ab infantia virtuti dedita,

merito

A merito in admirationem rapiebat. A fletu non animum fabularum, sed spiritualium rerum narratione, piisque documentis se advocari sinebat. Ubi infantiae annos paululum excesserat, oratorium sibi a se constructum, sphaerulas precativas, Davidicos versus, et alios piarum precum libellos, puerilium crepundiarum loco habebat: deque his et aliis ejusmodi, cum sermo incideret, non puellam parvulam, sed quasi gravem religiosamque feminam agentem audivisses.

decennis in
monasterio
degit:

7 Tandem simul atque decimum aetatis annum attigit (o quam mirabilis Deus in Sanctis suis!) continuo maximum quid animo agitabat. Vide praecoces plane, certissimos tamen et suavissimos virtutum fructus. Vix mundi decora juxta ac paternae domus splendorem adolescentula conspexit, cum ab iis se remove statuit: cuncta maturo firmoque consilio insignia, quibus eminere poterat, ut fluxa, ut vilia, ut se minus digna contemnens, et infra se humana omnia judicans, voluntariam paupertatem, castitatem et obedientiam amplecti, atque adeo in religiosam familiam transire decrevit. Cumque multis precibus ac lacrymis id prosequeretur, saepius Cœnobiarum per se per alios supplicata, tandem aliquando omnium calculo in sanctissimam Religiosorum D. Dominici familiam adscita est, quae tum temporis non longe ab urbe Bononiensi, loco celebri morabatur: qui locus modo sanctissimo Josepho sacer a Patribus Servitis incolitur. Huic novae militiae adscripta, quemadmodum strenue religiosae disciplinae exercitationibus usa sit, quas corporis asperitates adhibuerit, quanto studio in affectuum interiorum refrenationem incubuerit, quantopere orandi studio fuerit impedita, quam generose cetera munia tum insueta tum aspera subierit, dici nequit. Hoc certum testatumque, illam aliis, et annis et exercitatione se superioribus, faciem semper praetulisse.

pia erga Eu-
charistiam,

8 Venerabilem Eucharistiam praecipua religione observare nihil habebat antiquius. Numquam Sacro intererat (quod in dies singulos contingebat) quin profundissima mysterii hujus arcana attentissima mente pervolveret, et lacrymis amorem suum indicaret, desideriique indices gemitus exhalaret. Tunc vero vel maxime cruciabatur animo, cum ceteris caelesti pabulo relictis, ipsa per aetatem abstinere cogere: ita visum erat iis qui ei a Confessionibus erant, virtutem, pietatem, modestiam, sapientiam, non ut in hac virgine erant, sed annorum paucitatem ponderantibus. At non diu votis suis destituitur, qui Deum ardentissimo amore prosequitur. Ipse enim longe aequiore lance, non temporis sed virtutum ratione subducta, Imeldam aequavit ceteris, imo vero etiam praeceteris dignam, citra spem omnem, manifesto prodigio declaravit. Religiosis ergo omnibus stata die ad sacram Synaxim accedentibus, Imeldae accessus prohibebatur: quae

hanc sumere
prohibita,

C

tamen dolore, precibus, lacrymis, gemitibusque quam maxime eo anhelabat. Et ecce tibi illico caelo delapsa augustissima Sacramenti hostia, medio in aere haerens, visa est Virginis capiti superimminere. Quae tum Virgini mens, quae suspiria, quae colloquia, quae alia ex aliis iterabat, nihil hic opus est pluribus commemorare. Considera, Lector, qualia illa fuerint, quae Dei filium diutius abesse minime patiebantur. Consodales ejus Virgines, rei insolentia percussae, haerebant, oculis fidem aegre adhibentes. Demum Sacerdoti, qui eis praererat, nuntiant. Venit, videt, patella sanctam Hostiam excipit, quo Imeldae (quoniam Dei nutum et placitum id esse videbat) impertiretur. Sentiebat jam nunc Imelda ex voto desiderioque suo Coelitum se pabulo reficiendam (gaudium hoc verbis quis complectatur?) relecta est: tantumque priori gaudio accessit, ut ferendo amplius non esset. Clausis igitur suaviter oculis, quasi somno indulgens, spiritum Christo sponso suo reddidit; qui mortali corpore conclusus tantas delicias ferre diutius non posset. Hujus prodigii fama, per omnium ora longe lateque vagata, celeberrimum fecit Virginis nomen: quae illustri tumulo illata eo in caenobio tantisper quievit, donec Religiosarum illarum sedes abhinc ducentis triginta tribus annis ad S. Mariae Magdalenae, ubi etiam nunc degunt, translata est; semperque instar Sanctae summa veneratione habita, Deo Optimo Maximo plurima hujus Sanctissimae Virginis nomine mortalibus munera impertiente. Postea una cum Religiosis alio migrantibus, etiam ossa Virginis novum in caenobium translata sunt; ubi continuato hucusque favore Deus (cujus manus non est abbreviata) Imeldam etiamnum innumeris ostensis clarere facit.

D
AUCTORE G. H.
sacram ho-
stiam de
caelo delapsam

sumit,

et continuo
moritur.

E

Corpus in
urbem trans-
latum

clarior et mira-
culis.

9 Fuerat D. Joannes Baptista Lambertinus, anno MDCXXV civitatis ac territorii Hallensis in Belgio, a miraculosa Deiparae imagine celeberrimi loci, tertia a Bruxellis leuca positi, summus Praetor: qui cum sacri Jubilaei causa Romam profectus, eadem occasione gentiles suos Lambertinos Bononiae salutasset, ad sacram B. Imeldae memoriam venerandam deductus est, Reduci ergo ad suos Hallenses gratulari volentes alumni Gymnasii, quod nostra ibi Societas habet, argumentum a visis adoratisque sacris illis cineribus sumpserunt Poeta: totam deinde Beatae historiam partiti vario metro ac versu etiam Graeco, ulius Genethliacon Imeldae punxit, alius desiderium vitae religiosae ineunda expressit, tertius ipsius jam Christo desponsae epithalamium cecinit. Fuit qui ejus ad sacram Communionem aspirantis lacrymas, et nec in somno sopita desideria, arstantemque in tenello corde amorem versibus illigret. Fuit qui miraculum Hostiae salutaris supra caput apparentis, felicemque ipsius Imeldae mortem, utque festivam inter virginum choros receptionem diversimode celebraret. Atque haec omnia, ut intra unum erant conscripta libellum, sic habuimus, restituimusque nominis paterni virtutumque heredi, inter familiae monumenta servanda.

VIDE APP-
TOM. VII MAJI
NOT. 57 **

DECIMA TERTIA MAJI

SANCTI QUI III IDUS MAJI COLUNTUR.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 58**

Sancta Glyceria Romana,
S. Laodicius, eustos carceris,
S. Alexander Romanus, Martyr Drusipatæ in Thracia.
S. Aprodisius,
S. Agrippa,
S. Sabinus,
S. Crisius,
S. Lucius,
S. Cyrilla,
S. Cridula,
S. Juvinus,
Alii duo,
S. Victor,
S. Saturninus,
S. Alexander,
S. Agrippa,
S. Ageres,
S. Cyrilla,
S. Savinus,
S. Credulus,
S. Maximus,
S. Gagus,
S. Sebastianus Episcopus,
S. Marcellianus, Episcopus Autissiodorensis in Gallia.

Martyr. Heraclætæ
in Thracia.

Martyres Alexandriæ
in Egypto.

Martyres Polentiaë.

S. Christantianus, Martyr Asculi in Piceno.
S. Theodorus Presbyter,
S. Victorianus. } Martyres.
S. Onesimus, Episcopus Suessionensis in Gallia.
Sancti Martyres plurimi, Alexandriae occisi.
S. Servatius, Episcopus Tungrensium, Trajecti ad Mosam in Belgio.
S. Joannes Silentiarius, in Palæstina.
S. Agnes Abbatissa, } Virgines Pictavi
S. Disciola Monaecha, } in Aquitania.
S. Dominica Virgo apud Lacum Comensem in Insubria.
S. Pausiacus, Episcopus Synnadarum in Phrygia.
S. Nafalis, Archiepiscopus Mediolanensis.
S. Sergius Confessor Constantinopoli, in exilium actus.
S. Rolendis Virgo, Garpiniæ in Comitatu Namurensi.
S. Moeldodius Abbas in Hibernia.
B. Gerardus, Solitarius Tertii Ordinis S. Francisci, in Villa-magna prope Florentiam.
B. Antonius Ungarus Tertii Ordinis S. Francisci, Fulgini in Umbria.
B. Magdalena Albrica, Ordinis Eremitarum S. Augustini, Comi in Insubria.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Sancti Fuigentii, Ruspensis Episcopi et Confessoris, memoria *inscripta est MS. Florario. Vita ejus est illustrata die* 1 Januarii.
S. Gregorii, Episcopi Lingonensis, elevatio facta anno MCLXXXII, a Guidone istius nominis secundo Episcopo, simul et S. Gengulphi, *uti ad hujus Vitam XI Maji diximus, et refertur a Saussayo et Claudio Roberto et Sanmarthanis in Episcopis Lingonensibus. Vitam S. Gregorii dedimus* 14 Januarii.
Petrus, monachus Cisterciensis, Caduini mortuus, *cum titulo piæ recordationis refertur a Saussayo: ab aliis sequenti die. Videtur is esse, de quo egimus inter Prætermisos* 19 Januarii.
SS. Liberatæ et Faustinae Virginum Translatio celebratur in Martyrologio Comensi. Acta illorum dedimus 17 Januarii.
SS. Faustini et Jovitæ, Martyrum Brixiensium, Translatio *iudicatur ab Ughello tomo 4 Italiae Sacre, columna 733 in XLII Episcopo Brixiensi. Varia Acta martyrii dedimus* 15 Februarii.
S. Felicis Papæ III depositio *inscripta est MS. Florario. Vitam ejus illustravimus* 25 Februarii.
Motomagus *insertus est Catalogo Sanctorum Hibernia apud Henricum Fitzsimon, qui in Alphabetico indicat referrî ad XVII Maji, citato Martyrologio Canisii: sed is refert ad XII Martii, et videtur in-*

telligendus S. Mochoemogus, cujus Vitam dedimus 13 Martii.
S. Liminii Martyris, Translatio capitis Arvernensis, in Prioratu Thureis, *iudicatur a Saussayo; Natalis hujus celebratus est* 29 Martii.
S. Elphegus, Episcopus Cantuariensis, *inscriptus Catalogo Ferrarii: sed ex errore legitur XII Maji, loco XII Kalendas Maji, et tunc ejus Acta dedimus* 19 Aprilis.
S. Hugonis Abbatis Cluniacensis translatio *memoratur a Dorganio, Menardo, Buccelino, Ferrario. Acta ejus illustravimus* 29 Aprilis.
Tilbertus, Botwinus, Albertus, Sagedus et Wildenus, *cum S. Wulfrido secundo Archiepiscopo in monasterio Riponensi diæcesis Eboracensis requieverunt: quorum corpora a S. Oswaldo Archiepiscopo Eboracensi inventa fuerunt. Hos quinque Edwardus Maltheu ad hunc diem inscripsit suis Fastis Anglo-Benedictinis in Addendis pag. 78, et Beatos Abbates appellat. Secuti Menardus et Buccelinus, et Sanctos Abbates vocant, additque Buccelinus plurimos cænobii Riponensis monachos. In Vita S. Oswaldi XXVIII Februarii, solum Reverendi Abbates nominantur. Consule hujus Vitam, ut et S. Wulfridi supra citati ad diem* 29 Aprilis.
S. Florianus Martyr, cujus corpus Alexander Papa tertius donavit Casimiro Regi Poloniae, *memoratur*

- in Sanctuario Romano Abbatis Piazza. At Poloni cum colunt iv Maji.
- SS. Zebedæus et Tadaeus Carmelitæ, socii S. Angeli Martyris, referuntur in *Acie bene ordinata S. Philippi a Visitatione, ex Vita S. Angeli et Calendariis Cormeliticis. Hæc nulla vidimus, nec publica Ordinis auctoritate collecta putamus, sed privata quorundam devotione: nam in typo excusis nihil tale: sed nec in Mechliniensi excuso quidem, licet pluribus manu adjunctis successive aucto: Vita vero illa cujus auctoritatis sit, judicet Lector ex Annotatis ad eam in Appendice tomi 2 ad diem v Maji.*
- S. Victor Martyr, hoc die inter Patronos a Volaterranis colitur, et refertur a Ferrario in *Catalogo generali. Verum quia arbitrantur esse S. Victorem Mediolani coronatum, hunc controversiam attigimus ad hujus Natalem vii Maji.*
- S. Desideratus, Episcopus Bituricensis, proponitur a Ferrario, citatis *Tabulis Ecclesiæ Bituricensis. Verum in ea colitur, quando et nos ejus Acta illustramus viii Maji.*
- S. Meiro, inclusus Veronæ, indicatur in *MS. Usuardo, in Alsatia olim aucto. Est hic Meiro Presbyter, a nobis relatus viii Maji.*
- S. Mucius Presbyter, Martyr Constantinopoli, memoratur ab Usuardo et aliis cum *Martyrol. Rom. Coronatus is est et relatus a Græcis die, quo Acta domus xi Maji.*
- S. Gangulfus, Martyr Lingonensis, memoratur in *MS. Trevirensi, Martyrologio Coloniae et Lubecæ sub annum 1490 excuso, item apud Greveaum, Molanum, Canisium. Vitam delimus xi Maji.*
- S. Gualterius, Confessor in Aquitania, indicatur in *Supplemento Saussayi. Vultur esse S. Gualterius Stirpensis: cujus Vitam dedimus xi Maji.*
- Immaculatæ Dominæ Deiparæ nostræ memoria, in ecclesia Diaconissarum, indicatur in *MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Construxit illam Cyriacus, Patriarcha tempore Mauriti Imperatoris. Ita vero denominata est, quod Patriarcha adhuc Diaconus ibi habitaret, et Soror ejus ibidem esset Diaconissa. Ita Georgius Codinus de Originibus CPP. pag. 53.*
- Theodora Virgo indicatur ab Arturo du Monstier in *Gynæceo Sacro, et a Ferrario in Catalogo generali in Notis, citantibus Maurolycum, in cujus duplici editione non habetur.*
- S. Theodorus Episcopus, quem Misenatem plerique, alii Puteolanum fuisse volunt, ut hoc die depositus, laudatur in titulo lapideo, juxta forum Putentis posito, ab indoctis hominibus (ut censet Cupaccius apud Ughellum in *Episcopis Puteolanis*) et jam fere exeso. Ejus tituli verba hæc sunt: Hic requiescit S. Theodorus Episcopus, qui depositus est in Idus Majas Cons. Theodosi XV et Valentiani III. *Esset hic annus Christi ccccxxv. Quod ad ulteriorem disquisitionem satis est lectori proposuisse.*
- S. P. N. Harachas monachus indicatur in *Kalendario Coptico sive Ægyptiaco per Seldenum edito: de quo ulibi nihil legimus.*
- S. Josiphaci memoria est in *MS. Martyrol. Arabo-Ægyptiaco Gratix Simonii. De quo alibi similiter nihil.*
- S. Amatus, Abbas et Martyr in monasterio Habensi, refertur a Bucelino, citante *Andream Bumbergensem, ostendens ulterius indagare non licuisse.*
- Dubliterius Fiond seu Candidus refertur in *MS. Tamlachtensi. Fuit Dabhlitirius Abbas de Cluain-Ednech, in diocesi Lethglinensi et regione Lagsiæ, mortuus anno 927. Sed num de hoc ogatur non constat. Alius die 15 Maji occurrit.*
- Sancti Presbyteri memoria, in monasterio Aphaxeos, celebratur in *MS. Synaxario Ecclesiæ Constantino-*
- politanae: sed nomine non indicato difficile est in majorem ejus notitiam devenire: neque ipsam monasterii nomen alibi legimus, unde de situ et fundatione aliquid disceremus.
- Mochonna indicatur in *MS. Tamlachtensi, de quo dubitando inquirat Colganus ad viii Martii, ubi de Mochonna seu Dagonna agit.*
- Tobias, Rosensis Ecclesiæ in Anglia Episcopus, indicatur in *MS. Florario. Laudatur a Beda lib. 5 Hist. Eccl. cap. 9 ut vir Latina, Græca, et Saxonica lingua atque eruditione multiplici instructus. Verum de veneratione ejus Ecclesiastica nihil alibi legimus.*
- Fastidius, Episcopus in Scotia, ut Sanctus insertus est *Menologio Scotico Camerarii.*
- Hermingardis, nonnullis Theodora, filia Desiderii Regis Longobardorum, a Carolo Magno, cui nupta erat, repudiata, dein Sanctimonialis et Abbatisa in monasterio S. Juliæ Brixinensi, refertur in *Menologio Benedictino Bucelini: at solum tribuit ei titulum Venerabilis De repudio isto seu verius matrimonii non consummati dissolutione, egimus ad Vitam S. Hildegardis Reginae 30 Aprilis; et censuimus illam Desiderii Regis filiam proprio nomine vocatum Desideratam, ex Vita S. Adalardi Abbatis Corbeiensis, qui repudium istud improbens, ex anulo cognati Regis fugiens factus est monachus: si de monastica ejus professione constaret, minus difficultatis haberent secundæ Caroli nuptiæ.*
- Bernarius Episcopus, quondam B. Mathildis amitæ Ottonis tertii Sacellanus et familiaris, vir singularis poenitentia, memoratur a Gelenio citante *Dithmarum Merseburgensem lib. 7. Sed signo adjuncto indicat non habere cultum, licet eum Beati titulo honoret.*
- Abbenus, Eremita Hibernus in Comitatu Berche-riensi, cum titulo Sancti indicatur in *secunda editione Martyrologii Anglicani, citato Cambdeno: qui ut fabulam respuit, quod Abbenoniam urbem dicti Comitatus appellatam quidam velint ab Abbeno Hibernico Eremita: et ex vetusto libro Abbenonensi ostendit prius dictam Sheovesham, sed ab Abbazia constructa vocatam Abbenun, et Abbington, id est Abbatia oppidum. Interim Fitzmon in Catalogo Sanctorum Hiberniæ Alphabetico retulit ex Corabdeno dictum Abbenum Eremitam, cui hunc diem adjecit Wilsonus: quod aemo antiquitatum amator admittet.*
- Merwina, Virgo Abbatisa, cum titulo Sanctæ memoratur a Wilsono in *utraque editione Martyrologii Anglicani; et hoc citato a Ferrario et Arturo. Allegantur verba Westmonasteriensis ad annum 967, ubi dicitur Rex Edgarus in monasterio Rammesigo sanctimoniales congregasse, Sanctamque Merwinam in eo Abbatissam ordinasse. Agit dicto anno de Edguro Alfordus, sed absque mentione Merwinæ, cujus etiam non meminit in Indice Sanctorum Angliæ. Omittitur etiam ab Eduardo Mathew, et Hironymio Portero.*
- Herveus sive Hermens Toleti circa Ordinis Minorum cum an. 1342. titulo Beati
- Thomas Illyricus Burdegala sec. 16. referuntur ab
- Boixius, Barcinone circa an. 1526. Arturo in
- Helena a Latere, Tertiaria in Lusitania, sec. 16. Martyrologio
- Maria ab Incarnatione, in ditione Fancise. et
- Cordubæ sec. 16. Helena et
- Maria in illius Gynæceo. De Herveo Consultus domus nostræ Toletanæ Præpositus R. P. Jospho de la Torre, diligenti apud Franciscanos facta inquisitione, respondit nihil ita eos scire de corpore aut cultu. Multo igitur majori jure recenseri hoc loco potuisset et Martyrologio isti ac Gynæceo sacra inseri.

Pasithea de Crogis, Virgo Cappucinarum Senensium parens, *cujus insigne elogium ad hunc diem exhibent Fasti Senenses : nam et corpus ejus anno 1657 recluso sarcophago adhuc plane integrum est inventum, ut ibi in Notis additur ; omnioque constare dicuntur ex Actis rite firmatis in Archiepiscopatus Senarum archivio, et ex Vita Parisiis edita Gallico idiomate. Necdum illa quidem ad hoc opus spectat : Acta tamen illa ab aliquo ejus memorie devoto optari aliquando in ordinem reliqui, nobisque mitti, ut si forte eam aliquando Beatorum Catalogo inseri contingeret, ad manum sint in operis hujus Supplemento laboraturis ; aut forte etiam eorum Vitae, qui singulari cum opinione sanctitatis obierunt, singulari opeve collecturis.*

Thomas, monachus Dunensis, in Anglia sub Henrico VIII occisus, memoratur post alios in *Menologio Bucelini cum titulo Beati.*

- S. Gemina Virgo colitur hodie in *Castro Goriani prope Sulmonam, uti scimus ex Vita inde missa : sed serius quam ut integrum nobis esset, eam huc transferre dic, quae illa Catalogis suis ejus nomen inscripsit Ferrarius* xv Maji.
- S. Pontii Martyris translatio, Aqua-vivam in partibus Italiae, refertur in *Notationibus Carthusiae Bruzellensis ad Grevenum. At quis hic S. Pontius fuerit non indicatur. Ejus meminimus ad Acta S. Pontii Romani, Cimellae coronati,* xiv Maji.
- S. Bonosius, Episcopus Salernitanus, refertur a *Ferrario in utroque Catalogo. Nos cum Ecclesia Salernitana* xiv Maji.
- S. Carthacus, Episcopus in Hibernia, memoratur a *Greveno, Canisio, Ferrario et Fitzsimon uti indicatur ad ejus Acta duplici, quae damus* xiv Maji.
- S. Hilarus, Abbas Galeatensis in Italia, memoratur a *Greveno, Manrolyco, Galesinio et aliis. Acta illius damus,* xv Maji.
- Thomas Cantipratanus refertur in *Anno sancto Ordinis Praedicatorum et inter Pios a Saussayo, ab aliis die quo mortuus est* xv Maji.
- Olybrius, ex Patricio Veneto monachus sub S. Hilaro Abbate Galeatensi, cum titulo Sancti refertur a *Wione, Dorganio, Menardo. Omnia habentur in Actis S. Hilari* xv Maji.
- S. Dympha Virgo et S. Gerebernus Presbyter, Martyres Ghelae in Brabantia, indicantur a *Saussayo : ab aliis* xv Maji.
- Bonifacius Papa IV indicatur in *Martyrologio Witsfordi, Anglice Londini excuso. Forte occasione dedicationis Ecclesiae S. Mariae ad Martyres, quae hoc die a S. Bonifacio facta refertur in pluribus Martyrologiis, quae omnia memorantur ad Natalem S. Bonifacii* xxv Maji.
- S. Othonis, Episcopi Bambergensis, ordinatio inscripta est *MS. Kalendario Benedictino, ut Natalis celebratur* ii Julii.
- Seraeanus, Apostolus Pomonae Orcadam maximae, indicatur in *Menologia Scotico Dempsteri, quem Joannes Lestrus lib. 4 de Rebus gestis Scotorum pag. 157, a S. Palladio ad Orcades missum dicit : preinde cum in vetustioribus Martyrologiis necdum inscriptum invenerimus, differimus eum, ut simul cum S. Palladio de eo agatur ad* vi Julii.
- S. Liborii, Episcopi Cenomanensis, Translatio me-

moratur ad *Vitam, a Bollandi nostro seorsim editam et dandam* xxiii Julii.

- S. Jacobi Apostoli translatio brachii Leodium, ad monasterium S. Jacobi anno 1056 facta, uti diximus 3 Januarii in *Relatione capituli ad monasterium S. Vedasti num. 3. Plenius de eadem agendum erit ad Vitam S. Jacobi* xxv Julii.
- S. Bernardi, a Deipara Virgine lactati, memoria celebratur in *Kalendario Cisterciensi Divione excuso : colitur ipse* xx Augusti.
- S. Paulini, Episcopi Trevisensis, translatio indicatur in *MS. Florario, Martyrologio Coloniae et Lubecae anno 1490 excuso, item apud Grevenum et Canisium. Dies natalis est* xxxi Augusti.
- SS. Proti et Hyacynthi translatio tertia, facta anno 1317 in *Martyrologio Novocomensi et Galesinio notatur ex usu antiquo, quae postea propter Dedicationem ecclesiae Cathedralis hoc die factam, ut seorsim ab ea commemoraretur Officio semiduplici, translata est in diem sequentem : agemus de ipsa, quando praecipue hi Sancti coluntur,* xi Septembris.
- SS. Innocentii et Vitalis Martyrum, ex legione Thebaeorum, translatio Siburgi indicatur in *Auctario Greveni et a Canisio : poterit de iis cum reliquis Thebaeis agi* xxii Septembris.
- S. Grati, Episcopi Cabilonensis, Translatio indicatur in *Usuardo aucto pro Prioratu Candiaccensi. Agitur de ea in Vita danda* viii Octobris.
- S. Joannis, Prioris Canonicorum Regularium in Anglia, translatio anno mcccxc indicatur in *MS. Florario. Natalis celebratur* x Octobris.
- SS. Tharacus, Probus, Audronicus, Martyres in Palaestina, memorantur in *quatuor apographis Martyrologii Hieronymiani et apud Florum : item in MSS. Richenoviensi et Rhinoviensi : et dicuntur passi in Oriente, sed loco non indicato. Hi in Martyrologio Romano et aliis, quando haec erunt illustranda, dicuntur passi Tursi in Cilicia* xi Octobris.
- S. Martini Presbyteri depositio, in territorio Sanctonico, indicatur in *MS. Reginae Sueciae, per Holstenium laudato. Refertur etiam viii Moji, sed dies ejus natalis est* xxiv Octobris.
- S. Maria ancilla, post varia tormenta martyrium passa refertur a *Rabano : In Martyrologio Romano et aliis die* i Novembris.
- Commemoratio omnium Abbatum et monachorum monasterii S. Aemiliani in Hispania, sanctitatis et miraculorum gloria illustrium, proponitur a *Bucelino allegante Sandovallium. Hic ipsos quidem laudat, sed nullum iis publice venerandis diem decretum indicat : quare laus ea melius differetur in diem, quo de S. Aemiliano agemus* xii Novembris.
- S. Balsamia, nutrix S. Remigii, quae aedem sacram collegio Canonicorum insignem Remis habet, refertur a *Saussayo et Arturo du Monstier. Verum in Breviario Remensi colitur* xvi Novembris.
- S. Catharinae, Virginis et Martyris, inventio corporis in monte Sina indicatur in *MS. Florario, et a Galesinio, Canisio, Ferrario, Arturo. Dies natalis est* xxv Novembris.
- SS. Marcellius et Exuperantius Martyres recoluntur in *MS. Florario. Sunt hi Diaconi, Spoleti passi, et cum S. Sabino Episcopo celebrantur in Martyrologio Romano* xxx Decembris.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 59 **

DE SS. GLYCERIA VIRGINE ET LAODICIO CUSTODE CARCERIS,

G. H.

MARTYRIBUS HERACLEÆ IN THRACIA.

CIRCA ANNUM
CLXXVIICultus etiam
in Oriente.Elogium ex
Menologio
Basilii Imp.

et Menæis

Illustrissima est memoria sanctissimæ matronæ Glyceriæ potissimum in Patriarchatu Constantinopolitano et apud Orientales ad hunc xiii Maji : quo die in Typico, secundum consuetudinem Ecclesiasticom apud Hierosolymitanos soceræ Lauræ sanctissimi Sabbæ et aliorum monasteriorum, indicitur solennis veneratio S. Glyceriæ Martyris. Sic etiam certamen S. Glyceriæ Martyris celebratur hodie in Martyrologio Arabico-Ægyptiaco perantiquo, quod Gratia Simonius Maronita ex lingua Arabica nobis in Latinum transtulit. Sed Græcorum Ecclesia, clariore notitia Actorum martyrii imbuta, ipsam in Menologio Basilii Imperatoris seculo x exarato, primo loco honorat isto elogio : Glyceria Christi Martyr fuit temporibus Antonini Imperatoris ; et Sabini, Trajanopoli in Thracia Præsidis : qui eum quadam vice idolis sacrificaret, ipsa, venerando Crucis signo in fronte munita, ad eum accedens, Christianam sese esse ac famulam Christi libere est professa. Tunc jubente Præsidente, ut etiam ipsa sacrificaret, idolorum templum ingressa, et precibus ad Christum fuis, simulacrum Jovis dejecit et contrivit. Quapropter capillis suspensa, ferreis virgis verberata, deinde in carcerem conjecta, cibatur ab Angelo ; ac tum e carcere educta, in ardentem fornacem projicitur : sed extincto per rorem divinum igne, incolumis evadit. Postea detracta capitis pelle, denuo in carcerem detruditur : ubi ab Angelo sanata, custodem carceris ad Christi fidem convertit : qui illico capite truncatur. At sancta Christi Martyr feris objecta occubuit, et corpus ejus Heracleæ in Thracia fuit depositum. Hæc ibi : quæ fere eadem leguntur in pervetusto MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanae, nunc pertinente ad collegium Claromontanum Societatis Jesu Parisiis. Aliud aliquanto exactius elogium continetur in Menæis Græcorum et Novo Anthologio, quod est hujusmodi.

2 Erat hæc [Glyceria] temporibus Antonini Imperatoris et Sabini Præsidis Trajanopoli : cumque in ea Præses diis sacrificaret, ipsa habens in fronte sua depictam sanctam Crucem, accessit Præsidentem ; et se Christianam professa, famulamque Christi testata est. Quam ubi Præses hortatus est, ut diis sacrificaret ; ingressa fanum, precibus ad Deum fuis, Jovis simulacrum in terram dejecit et comminuit. Pagani ergo istis præsentibus, lapidibuseam impetentes, numquam potuerunt tangere. Tum a crinibus suspensa dire cæditur, ac dein in carcerem dejecitur, ibique multis diebus jubetur absque omni cibo relinqui. Sed pasta ab Angelo nihil inde detrimenti accepit : omnesque in stuporem dati sunt et Præses et consilium ejus, cum in carcere viderent et mensam appositam, et panes, et lac et aquam ; atque interim nullus omnino aditus per vigilantissimos custodes et claustra ulli mortalium pateret. Conjecta inde in rogam est, sed rore e cælo misso ignis extinctus est, et ipsa illæsa ex fornace prodixit. Deinde detracta e capite usque ad frontem pelle, et vinctis manibus et pedibus reducit in carcerem substratis lapidibus. Sed ab Angelo vinculis soluta est, et capitis sanitate donata, Præfectum carceris admiratione perculit : qui confestim Christum confessus, capite plexus est. Sancta autem Martyr ducta ad Præsidentem, feris objicitur, ex quibus una Martyrem sic attingit, ut nullius plagæ vel livoris

vestigium præter unicum morsum in corpore deprehenderetur : ex quo spiritum Deo reddidit. Depositæ sunt ejus Reliquiæ Heracleæ in Thracia. Hæc ibi : quæ arguunt Acta martyrii jam olim fuisse conscripta.

3 Nos ea Romæ reperimus inter libros Comitum Palatini, in Bibliothecam Vaticanam transmissos, in MS. codice numero 27 signato, ubi a pagina 19 continentur, sub hoc titulo. Certamen sanctæ et pulchre-victricis Martyris Christi Glyceriæ. Ea Græce etiam infra damus, et hic Latine, collata cum translatione Guilielmi Sirleti, qui eadem reperit Græce in monasterio Cryptæ-Ferrate, Ordinis S. Basilii, Roma XII M. P. distante. Sed quod ea Acta adscribat Simeoni Metaphrastæ, non admittimus, cum stylus concisus sit, et ab ejus periodico scribendi genere alienissimus : quod agnoscens Leo Allatius, in genuinis ejus scriptis dignoscendis versotissimus, inter illa numerat quæ sub nomine Metaphrastæ, sed errore communi, referuntur a Lipomano tomo 7 de Vitis Sanctorum Patrum, et a Surio : ubi sub finem indicatur obitus ad diem decimum Maji, ex illa Sirleti versione : cum dies XIII accurate indicetur in MS. Comitum Palatini, et hunc confirmant omnia Menologia, Synaxaria, et Menæa Græca, ipsumque quod Sirletus ex illis contraxit Menologium. Hoc citato ista leguntur in hodierno Martyrologio Romano : Heracleæ S. Glyceriæ Martyris Romanæ, quæ sub Antonino Imperatore et Sabino Præsidente passa est, nulla facta Laodicii mentione, licet in dicto Menologio esset facta. Hujus singularis notitia habetur ad hunc XIII Maji in MSS. Menæis, Divione a nobis in collegio Societatis repertis, addito disticho, quo ejus in præsentia populi confessio fidei Christianæ, et martyrium gladio consummatum sic laudatur.

Ἀποδέκτος ἐν μέσῳ λαῶν, Ἀόγε,

Θεὸν καλῶν σε πρὸς δίκην ἕχθη ζήτους.

Sola autem Glyceria laudatur in Ephemeride metrica hoc die

Τῇ δεκάτῃ τριτάτῃ τίς δάμασε Γλυκαίρην;

Quis decima tertia, Glycæria, te superavit?

F Solam etiam hoc die ponit figuratum Moschorum Calendarium : Possesvinus Ciliarum corrupto nomine scriptam reperit.

4 S Glyceriæ meminerunt etiam Genebrardus in suo Calendario Græcorum, Molanus in Auctario Usuardi, Arturus in Gynæceo sacro, Laherius in Menologio Virginum, et Gallouius in Historiæ Sanctarum Virginum Romanarum Italice edita, ubi late Vitam ejus deducit, et Annotatione secundu multa sollicite examinat, num Virgo habenda sit, cum de illo statu nihil dicatur in Actis martyrii, quorum interpres omnino duodecies inculcat nomen femine aut mulieris : sed quæ hic in Græco deberet responderi vox γυνή, ne senel quidem est in MS. Palatino. Græci autem in Menæis hujus diei Canonem de S. Glyceria sic incipiunt : Διὰ πόνον ἀλλήσεως τῷ δεσπότη γενόμευσε παρθενίας καλλεσι διαλάμπουσα. Prepter certaminis laborem Domino desponsata est virginitatis pulchritudine effulgens. Favent etiam huic titulo Acta, dum nobilitatem Sanctæ ex parte patris matrisque exaggerant semel iterumque, nulla usquam facta mentione mariti. Quibus igitur etiam ob virginitatem a S. Euphemio, Virgine et Martyre, Soror appellata fuerit (uti infra in Appendice ad Vitam referetur) cum corpus ejus ad insulam Lemnum

Acta Græca
Romæ reperta,eadem et
Latina lingua
dantur :

E

Memoria in
Martyrolog.
Romano.Græci addunt
Laodiciam,et titulum
virginitatis.Lemni cultus
et Reliquiæ,

Lemnum

EX MS. GR.
A Lemnum in Archipelago Septemtrionali esset appulsum, ubi etiam celebris cultus erat S. Glyceriæ, ob aliquas hujus ibidem asservatas Reliquias? Deditur die III Aprilis Vitam S. Nicetæ Hegumeni Mediciensis in Bithynia, qui a Leone Armeno Imperatore iconomacho ob fidem afflictus, fuit Constantinopoli relegatus ad unam parvularum insularum, quæ sunt in sinu, S. Glyceriæ dictam, ut in illius Vita a Theostericto discipulo scripta legitur num. 44. Hanc insulam tunc conjectavimus esse aliquam circa Proconnesum, non longe ab Heraclea ad oram Propontidis, in qua urbe fuit S. Glyceriæ templum, in coque Corpus ejus sacrum peregrinorum concursu frequentatum propter unguentum quod ex ejus monumento defluebat, uti infra in Appendice refertur ex Nicephoro Callisto et Theophylacto Simocatta : qui libro 6 Historiæ Mauricianæ cap. 1 narrot, quomodo Mauricius Imperator Perinthum sive Heracleam navigare contendens, ob turbulentam tempestatem appulserit Daonium, indeque in equo Imperiali Heracleam ivit, Glyceriæque Martyris templum ingressus, et quam maxime illud veneratus, pecuniam insuper, ad partes ejus, illato per Avaros incendio vastatas atque prolapsas, iterum excitandas exornandasque, erogavit.

et in insula vicina,

templum Heracleæ

a Mauricio Imp. restauratum.

B

VIDE ACTA GRÆCA PAG. X

ACTA MARTYRII

Ex MS. Græco Latine reddita.

CAPUT I.

Genus. Fides Christi annuntiata. Tormenta Trajanopoli illata.

A Anno primo Imperatoris a Antonini, Præsides Græciæ Sabino, multa erat consensus Christianorum, qui habitabant in urbe b Trajanopoli. Per singulos autem dies in unum locum conveniebant, et multo labore ac studio a Deo pacem petebant : pauci enim erant Deum metuentes. Antoninus vero Imperator, cum Græcorum superstitionem sequeretur, omnibus idolis sacrificabat, is videlicet, qui falso nomine dii appellabantur : sed multo diligentius ac frequentius Jovi sacra faciebat, et in ejus superstitionis errore assidue versari videbatur. Quodam autem die in templo ipsius Jovis cum execrandis illis sacerdotibus consultavit, et in omnes urbes, regiones ac provincias misit, ut universi homines accederent, et diis sacrificarent, Jovi præsertim. Hac autem consultatione facta, terribile præconiū evulgavit per universam terram sic præcipient, Omnes qui noluerint diis sacrificare, jubeo crudeliter interfici. Cum autem edictum illud tam iniquum ubique divulgaretur, in c Europam quoque perlatura est. Quod cum Præsides accepisset, primum sacrificium in templo apud d Maximianopolim offerebat, Imperatoris legem ostendens, neminem vero adhuc cogens. Postero autem die mane Trajanopolim profectus, similiter et iis, qui illic erant, legem ostendit, et hoc edictum proposuit. Sabinus fortissimus Præsides et valde illustris, omnibus populis et regionibus illustribus salutem. Una mente ac sententia omnes convenientes, intra tres dies nosipsos purgemus, et in Jovis templum ingrediamur; atque Imperatoris natalem diem agentes, magno deo Jovi sacrificium offeramus. Qui vero non obtemperaverit, neque lampadem tenens sacrificium obtulerit, gravibus suppliciis cruciatus moriatur.

2 Tunc omnes in urbe illa Christiani homines Deum precabantur, pacem petentes. Glyceria vero quædam Romana, filia e Macarii ter Consulis, cum esset in urbe illa, et singulis diebus atque horis in eam parvam domum ingrederetur, in quam homines

c S. Glyceria Christianos amat :

Christiani congregabantur, seipsam Deo et Christo D ejus purgabat. omnibus ita dicens : Fratres, sorores, filii, patres, et quæcumque matris loco mihi estis, videte et vobis cavete, ac diligenter advertite, qualis est Imperator ille, cujus characterem habemus, et quali forma in fronte signati sumus, qualis denique monetæ inscriptionem accepimus. Hæc igitur cum sciamus, demus operam, ut quam diligentissime Domini nostri præcepta servantes, apud illum ipsum æternum Regem salutem consequamur : characterem etiam, quem accepimus, ab omni labe vacuum ac purum custodientes. Id cum femina illa dixisset : Optamus, inquiunt omnes, horum omnium, quæ dixisti, compotes fieri. Tum illa : Vestræ igitur preces Deo ipsi offerantur.

3 Postea vero quam tres dies præterierunt, cives omnes cum lampadibus insanientes concurrebant. Venit autem et Glyceria, quæ Crucis Christi signum in fronte inscriptum habebat, quo animam illuminare posset. Ad Præsides igitur cucurrit : cumque ante illum stetisset, sic est locuta : Clarissime Præsides, en sacrificiorum, quæ Deo ipsi offerenda sunt, ipsa initium faciam. Prima enim sum, et eo patre nata, qui fuit tertio Romanus Consul. Et ubinam, inquit Præsides, lampas tua est, qua te id facturam significes? E Cui Glyceria : In fronte scriptam habeo lampadem meam, quæ cum extingui non possit, sincera nostra, quæ Deo ipsi offerimus, sacrificia illuminat, et æterno Regi offert. Tum Præsides id non intelligens dixit : Accede igitur et sacrificia. Minime, inquit Glyceria, æterno Regi et Deo lampadibus fumum emittentibus opus est : sed jube ipsas extingui, ut sacrificium meum non labefactetur. Jussit igitur Præsides, et extinctæ sunt lampades. Quibus extinctis, S. Glyceria, pectus temperantia et fortitudine præcinctum habens, oculos ad cælum intendit, et manu ad populum extensa, Videtisne, inquit, illustrem hanc lampadem in fronte mea inscriptam? Cumque hæc diceret, Crucem Christi ostendit, ac dixit : Deus omnipotens, qui per Christi tui Crucem a servis tuis gloriose collaudaris, qui sanctis illis tribus pueris te ostendisti eosque ab ignis fornace liberasti, qui leonum ora clausisti et servum tuum Danielem victorem effecisti, qui Belo everso et dracone interfecto dæmonum imaginem confregisti, Jesu Christe, purissimus Dei Agnus, veni, quæso, et mihi humili opitulare, et dæmonem hunc, arte humana erectum, comminue, novaque et inania istorum sacrificia disperge ac dissipa. Repente autem magnum quoddam tonitruum auditum fuit, et Jupiter ipse corruit atque comminutus est : erat enim lapideus.

4 Hæc cum vidisset Præsides, furore percitus una cum iis sacerdotibus, qui cum illo erant, jussit Glyceriam lapidibus in eam jactis interfici. Itaque nefariorum hominum multitudo descendit, et lapides in Glyceriam coniecit. Lapidibus vero ipsi, tamquam in locum quemdam repositi, eam circumdabant quidem, sed non tangebant. Cum vero Dei beneficium hoc esse illi non intelligerent, pharmaceutriam f eam esse dicebant, ob idque lapidibus non percuti. Tum Glyceria, Recte, inquit, dicitis me pharmaceutriam esse : Christi enim pharmaca, per me vim suam operantia, vestrum errorem redarguunt, ejusque auxilium injurias vestras dispergit. His auditis, Præsides dixit : Ad crastinum usque diem in carcere custodiatur, ne forte beneficiis suis utens effugiat, et a Deo suo se adjutam fuisse dicat, et ita multos decipiat. Tum Glyceria : Stulte, inquit, excæcate atque impurissime homo, non advertis me præceptis Dei ligatam esse, et ejus legi affixam, e quibus solvi non possum? Ipsius enim vinculum est indissolubile, quo superbiorum vincula dissolvuntur, et eorum

Præsides alloquitur :

E

precibus statuas Jovis comminuit. F

Lapidatur, sed non tangitur.

carceri inclusa

A eorum qui Deo ipsi resistunt consilia dissipantur. Hæc cum dixisset, in carcerem abiit. Ad eam Philocrates Presbyter accessit : Illi autem dixit Glyceria : Signa me Christi signo, et pretioso veritatis Chrismate me ipsam exorna, et Deo illi atque Imperatori, cui tu militas, et cujus arma ipse geris, me commenda, ut eo signo munita, pravissimi dæmonis malitiam superem. Ad hæc Philocrates Presbyter : Signum, inquit, Christi vota tua expleat, et pretiosum Christi unguentum faciat, ut, quod cupis, id assequaris. Hæc cum dixisset, pacem ei precatus, discessit.

5 Eo autem die, qui consecutus est, Præses ipse mane ad domum regiam venit, ut Glyceriam ad se duci faceret, eamque interrogaret, an diis sacrificare vellet : quod si facere nolisset, pluribus tormentis afficiendam, ac morte denique condemnandam esse censuit. Ducta igitur fuit, et ante Præsidentem stetit hilari vultu. Cui Præses : Dic, inquit, Glyceria : Num adhuc persuasum non habes, ut magno deo Jovi sacrifices, cui et Imperator ipse sacrificat? Quomodo, inquit Glyceria, illi sacrificem, qui fractus est, et in multas partes comminutus? Quique sibi ipse opem ferre non potuit, huic me vis sacrificium offerre? Habeo notitiam illius magni Dei, qui sedet in cælis, quique mihi opem tulit, et nefariam vestram potentiam dissolvit : illi me sacrificia offerre decet, illi me gratam esse convenit. Cum hæc audisset Præses : Sacrifica, inquit, antequam te cruciem. Tum Glyceria : At cruciabit me Deus meus, si te audiam. Ecquidnam, inquit Præses, mori cupis? Respondit Glyceria : Ego studeo et propero corporis mei labore animæ vulneribus mederi.

6 Tunc Præses jussit Glyceriam crinibus suspensam ac dilaniatam interfici. Illa vero suspensa dicebat : Gloria tibi sit, Deus omnipotens, qui stolido huic Præsidi ostendisti, non alia illi esse tormenta, nisi crines illos a tua benignitate mihi datos, quibus caput meum circumdatur. Iis, inquam, crinibus, per quos Præses me cruciat, ipse redarguitur : illi enim pro corporis tegumento et gloria tua mihi a te adjutore meo dati sunt, et illi ipsi nunc adversus bonarum rerum inimicum Præsidentem hunc adjumento mihi sunt. Hæc cum illa dixisset, jussit Præses eam laniari. Quæ dum laniaretur : Nefarie, inquit, et omni malitia referte minister diaboli, nihil sunt ista tua tormenta, quæ ipsa non sentio : habeo enim omnium Dominum Deum, qui per Jesum Christum me servavit, qui et nunc mihi opitulatur. Para igitur majora aliqua tormenta : hæc enim nulla sunt. Taha dicebat Glyceria, et carnificum manus ipsam laniando defatigatæ jam erant.

7 Præses vero cum se ab illa superatum videret, eam deponi jussit, et ejus faciem contundi. Tum Glyceria : Lux mea, inquit, Deus, et firmamentum meum Christus est, qui sua bonitate ancille suæ cogitationes confirmat. Te precor, Domine, ut vultum meum illumines, et ad verbera excipienda paratorem me reddas. Tu, Domine, in patientia tua me corrobora : tu enim es Deus, qui per Dominum nostrum Jesum Christum sancti Spiritus tui thesauros iis conferre soles, qui nominis tui confessionem oratione firma ac stabili profitentur. Qui omnibus tuis viris sanctis opem tulisti, per quos et ipsa tui notitiam accepi, eamque amplexa sum, exaudi nunc ancillam tuam : quoniam nominis tui causa studeo e laqueis diaboli et ab ore serpentis liberari. Hæc cum diceret, a carnificibus verberabatur. Angelus autem Domini Dei repente illic adstitit, et carnifices illos ita prostravit, ut mortui viderentur. Tum Præses : Dic, inquit, Glyceria : Quare Imperatori non obtemperas? At illa : Cuiam Imperatori vis me obtemperare? Dico, inquit Præ-

ses, ut illi obedias, qui rerum habet imperium, et legem hanc servandam jussit. Respondit Glyceria : Ego omnium rerum Imperatori Deo et ejus legi obedio, eamque servo. Tum Præses : Obtempera, inquit, et diis sacrificia. Illi autem Glyceria : Nolo sacrificium offerre, quod jubes, cum inane illud sit : sed sacrificium offeram Deo meo, quod ipse in Spiritu sancto requirit, quodque pater Abraham sacrificavit, cum Isaac filium suum obtulit, et vero Deo gratus fuit, a quo beneficium accepit, ut esset pater multarum gentium. Fac, inquit Præses, quod dico, et sacrificia ; ne muliebriter decepta, gravi ac turpi morte pereas. At illa dixit : Christus nostri certaminis præfectus, in spirituali stadio non solum viros certantes, sed etiam mulieres ipsas contra diabolum patrem tuum præliantes splendide coronat. Commune enim veritatis stadium iis, qui in eo currunt, propositum est.

8 Jussit autem Præses ipsam in carcerem duci, neque cibos ab aliquo ad eam ferri. Abiit igitur illa valde læta, et divinam gloriam celebrans, in carcerem ingressa est. Custos autem ipse multo timore illam in carcere custodiebat, quæ Deum ita laudabat : Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, qui cognitus es a sanctis viris præcepta tua observantibus : qui te sancto Petro Roma discedenti ostendisti, et adversarium tuum Simonem magum per eundem redarguisti ; qui magno David adjumento fuisti, et Goliath adversarium ipsius sub ejus pedibus conculcasti. Tu venerandus et purissimus Deus, exaudi me, et esto simul cum ancilla tua, eamque eripe a pravissimo Præsidente. Cum tres dies præterissent, dixit Præses Tribuno : Accipiens hunc annullum, vade, obsigna carcerem, in quo maga illa servatur. Tribunus igitur abiit, et in carcerem ingressus, Glyceriam ipsam invenit diligenter custoditam, et Deum laudantem. Sigillo igitur claustris impresso, jussit et exteriora carceris loca custodiri. Cum autem illa intus esset, et Deum laudaret, Angeli cibum ei afferebant. Præses vero cum post aliquot dies in urbem Heracleam *g* profecturus esset, ad carcerem accessit videre eam, ut post se duci juberet. Videns autem appositum sigillum existimavit eam jam esse mortuam : multi enim transierant dies. Aperiens vero, eam vinculis solutam vidit, et lancem ipsi appositam, in qua erant panis, atque lac, et aqua in cratere. Itaque stupore affectus illam eduxit, non intelligens, Deum esse, qui eam nutrebat. Illa vero sic Deum precabatur : Domine Deus, qui veritatis cognitionem nos doces : qui populum tuum providentia maxima prosequeris, qui Danieli per Angelum cibos præbuidisti, et ad sanctum illum virum Eliam in torrente *h* prandium ac cœnam misisti, qui errantes convertis, et cæcos illuminas : tu, inquam, Deus recordatus es et mei humilis ancille tuæ, et ex illis tuis thesauris, qui diripi non possunt, beneficentiam depromens, me humilem ancillam tuam audivisti.

ANNOTATA.

a Anno 161, Antonino Pio 7 Martii mortuo, successit gener ejus Marcus Aurelius Antoninus Philosopher; sub quo resumpta persecutio, de qua hic agitur, ex seditione populi anno Imperii 17, Christi 177, ut constat ex Proœmio libri 5 Historiæ Ecclesiasticæ apud Eusebium et Rufinum.

b Trajanapolis urbs Thraciæ, et metropolis provinciæ Rhodopes Archiepiscopalis, ad Hebrum fluvium, etiamnum celebris.

c Europa proprie est provinciæ Thraciæ primaria, quod nomen inde ad quartam orbis partem translutum est. Sirtetus Græciam verterat, cum Thraciæ non censetur proprie provinciæ Græciæ.

a Philocrate Presbytero confortatur :

iterum Præsidi respondet,

crinibus suspensa laniatur,

sed non sentit tormenta :

alapis cæsa

ab Angelo protegitur,

D
EX MS. GR

reducta in carcerem

E

obsignatum

g
cibatur ab Angelis.

I

h

d

A *d* Maximianopolis urbs Episcopalis Thraciæ, sub Trojanopoli metropoli. Apud Lipomanum et Surium legitur Maximianopolis, sed Græce melius, ἐν Μοξίμα-
EX MS. GR. νοπόλει, ejusque mentio est in Itinerario Antonini et opud Appianum. Dicit autem videtur locus eo nomine, quod uno seculo post accepit scilicet a Maximiano Imperatore collega Diocletiani.

e Macarius ter Consul, scilicet in Thracia, aut etiam Trajanopoli a Romanis constitutus : et forte ex Urbe eo missus, hoc enim ut summum dici potest, etsi in Græco sit Ἐπιστάτης Πρωτοῦ : nullus enim toto 2 seculo Romæ ter Consul fuit, si Imperatores excipias : et nullus vel semel eodem tempore in fastis Macarius seu Felix nominatur.

f Addit Sireletus hoc est Veneficam : et hoc sane sensu voce ille utebatur vulgus : sed cum eadem meliorem quoque sensum habeat, eam a se non repellit Sancto.

g Heraclea metropolis Thraciæ appellatur in Vita S. Partheui Lampsacensis Episcopi 7 Februarii cap. 3 ; sed et proprie metropolis Europæ Provinciæ in Thracia, sita in Propontide Thraciæ e regione Lampsacis in Hellesponto.

B h 3 Reg. 3 dicitur Eliæ, Abscondere in torrente Carith, qui est contra Jordanem : et tibi de torrente bibes, corvisque præcepi, ut pascant te ibi ; unde in Græco hic simpliciter ἐν τῷ χειμάρρῳ in torrente, pro quo Sireletus vertit, in fluvio Jordane.

CAPUT II.

Varia tormenta Heracleæ illata. Sanctus obitus. Sepultura.

Hæc cum dixisset, abiit in urbem Heracleam, Dei gloriam laudans. Cum vero Præses ipse illic esset, in templo Jovis immolabat. Christiani autem, qui erant in illa urbe, audiverunt de certamine ejus, omnesque una cum venerando Episcopo Dometio ei obviam venerunt, tribus miliaribus longe ab urbe. Tunc Episcopus ipse orationem hæc ad Deum misit: Christe lux, quæ nunquam extingueris, sol justitiæ, lux eorum qui sunt in tenebris, et errantium dux, qui Moysen duxisti et Pharaonem in mare præcipitasti, tu, quæso, esto dux et servæ tuæ in confessione nominis tui. Hæc cum dixisset Episcopus, sancta Christi Martyr Glyceria in urbem ingressa est. Postero autem die jussit Præses Sanctam ad se duci, et, si diis sacrificare nolisset, igne comburi. Ducta igitur illa est. Cui Præses dixit : Num, Glyceria, certum aliquid deliberasti ? Tum illa : In lege scriptum est : Non tentabis Dominum Deum tuum : et, Sit vester sermo, Est, est : Non, non. Dixi enim tibi, me Deo meo adjuctam esse, et diabolo, cui tu servis, renuntiasse : quomodo igitur Christo adjuncta, possam aliquando ab eo segregari, et pro vita mortem eligere ? Fac igitur quidquid lubet : ego enim parata sum brevia ista et caduca despiciere, ut bona cælestia consequar.

10 Tunc Præses eam in fornacem ignis conjici jussit. Accensa igitur fornace, sancta mulier Crucis signo seipsam munivit, ac dixit : Domine Deus omnipotens, benedico tibi, et nominis tui gloriam celeberram, quoniam præsentem diem atque horam hanc mihi ancillæ tuæ in exultationem æternam concessisti. Scripsisti a confessionem meam coram Angelis et hominibus : exple animæ meæ desiderium, et iniquo atque impio Præsidi ostende, quod sis adjutor meus. Hæc cum dixisset, et in fornacem conjecta esset, repente ros e cælo demissus, ignis flammam extinxit, et Sancta in fornace ipsa, velut pura quædam agna, stetit canens verba hæc : Sanctus es Deus, qui divinitate tua ad humilem ancillam tuam

Glyceriam de cælo auxilium misisti, ut omnia tibi et voluotati tuæ subjecta te cognoscerent. Hujus flammæ radii, horribilia jussa tua non ferentes, aufugerunt, et nunc iniqui atque improbi Præsidis memem comburot. Hæc cum dixisset, exiit e fornace sine læsione aliqua. Tunc Judex : Cujusnam inquit, auxilio confisa, non sacrificas ? Respondit Glyceria : Deo meo et Christo ipsius. Tum Præses : Ne verbis artificiosis atque prolixi utaris, et omnes decipias. Cui Glyceria : Non verbis, inquit, artificiosis, sed operibus bonis ac sermonibus fidem omnibus facio.

11 Tum Præses jussit capitis ejus pellem a vertice usque ad frontem detrahi. Itaque satellites cum manibus ac pedibus victam tenerent, fecerunt id quod jussi fuerant. Sancta vero Glyceria, dum pellem ei secaretur, ita Deum orabat : Domine Deus, qui effulgentem lucem emittis, et justitiam facis efflorescere, per hanc pellem meæ detractionem, scelesto Præsidi Sabino illud ostende, quod, quicumque spem suam in te collocarunt, student per maximas quasque ærumnas confessionis coronam a te percipere. Quamobrem gratias tibi ago, quod per hujus meæ carnis pellem detractam, omnia, quæ in me sunt, detexisti, ut lumine tuo illustrata, possim dicere ; Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua. Hanc suam injuriam non ferens Præses b, jussit eam in carcerem duci, ut usque ad crastinum diem manibus et pedibus victa servaretur, et super acutos lapides prosterneretur, quo super illos agitata, ærumnose ac pessime interiret. Fecerunt mini-tri quod jussi fuerant, et ita eam disposerunt. Media vero nocte Angelus Domini venit, et a viculis Glyceriam dissolvit, et faciem ejus ita curavit, ut talis esset, qualem Deus effecerat.

12 Postridie vero mane Præses, cum progressus esset, jussit ad se duci sanctam mulierem Glyceriam. Itaque custos carceris, cum patefactis foribus eam solutam vidisset, neque agnovisset, in desperationem venit, et seipsum interficere voluit. Illa vero, Quiesce, inquit, et tibi parce : ego enim sum illa, quam tu quæris. Tum custos tremens, dixit : Miserere, quæso, mei, ne moriar : credo in Deum illum, qui tibi opem tulit. At illa : Sequere igitur Christum, qui salutem affert. Tum Glyceriam eduxit, et ejus vinculis ipse illigatus eam sequebatur. Id cum Præses vidisset ; Quidnam, inquit, istud es, quod fecisti, Laodici : Ubi est mulier illa, quæ devincta tibi commissa fuit ? Tum Laodicius : En tribunali assistit, quæ proxima nocte divino lumine illustrata, insignem ac splendidam faciei speciem per manum Angeli a Deo missi recepit, et ab eodem vinculis exsoluta fuit : ejus autem vincula, cum Dei miracula perspexerim ipse accepi : credo enim et ejusdem mortis volo fieri particeps. Tum Præses : Feriatur, inquit, iste, et capite privetur. Sine, videamus, an illi Christus opem ferat. Ille vero cum securi feriendus esset, hæc verba protulit : Tu Christianorum Deus, connumera me, quæso, cum serva tua Glyceria. Itaque illa sic Deum oravit : Pater Domini nostri Jesu Christi, qui mortis dolorem dissolvisti, et captivos liberasti ; tu, quæso, libera servum tuum Laodicium, et da, ut in Christi tui confessione perficiatur, et spiritum ejus in pace ad te collige. His auditis, Laodicius addidit, Amen. Cumque hoc dixisset, securi c percussus est, et ejus corpus a Christianis sublatum fuit.

13 Tum Præses ad Glyceriam : Scis, inquit, Glyceria, te patre natam, qui Romæ ter Consulatum gessit, et matre, quæ nihilo minus quam pater, et ipsa nobilis est. Dic igitur : Quisnam est iste, qui tibi opem affert ? Christus, inquit Glyceria, mundi Salvator, et Deus totius consolationis, qui mihi prandium misit in carcerem, et a vinculis me liberavit,

detrahitur
pellis capitis,

E
Psalm 118

b
sed in carcere
ab Angelo
restituitur.

Laodicius
credit in
Christum,

F

c

et capite
plectitur.

et

Heraclea a
Christianis
honorifice
excipitur,

Matth. 4. 7
et 5. 37

signo Crucis
se muniens,

d

jaclatur in
fornacem,
qua divinitus
extincta,

A et faciei meæ honestam speciem restituit: is, inquam, est adjutor meus. Hæc cum audisset Præses, jussit ipsam feris objici, et cum eis pugnare. Illa vero ad feras, quasi ad jucundissimas aliquas epulas, accessit. Sedente igitur Præsede, ingressa est Glyceria composito incessu et hilari vultu, et stetit in medio stadio, Christum adjutorem suum expectans. Cumque illa sic stetisset, ferarum d præfectus repagula sustulit, et læana ingenti corpore fremens exiit, quæ ad Glyceriam accurrit, et ad ejus pedes revoluta est. Tunc illa cum oculis suis ad cælum erexisset: Gratias, inquit, tibi ago, Deus omnipotens, Deus patrum, Deus misericordiarum, qui agrestes feras mansuetiores effecisti ad Divinitatis tuæ potentiam comprobendam; qui aspera et difficilia, mihi lenia et plana reddidisti; qui arida loca aquarum multitudine complevisti. Exaudi me Deus, et redde maligno Præsidi consilii ipsius congruentia. Da, quæso, mihi, ut quæ tibi grata sunt, ea faciam, et mandata tua observem, quæ venerandam coronam cum sanctis patribus assequar. Hæc cum dixisset, vox e cælo demissa est, quæ dixit: Exaudi orationem tuam; veni cum pace; patefactæ sunt tibi fores regni cælorum. Tunc alia quædam læana in Glyceriam immissa fuit: quæ cum egressa esset, ipsam momordit, neque morsus vestigium aliquod reliquit. Itaque sancta illa bellatrix Glyceria, in veritatis confessione perfecta obiit. Tunc præfectus repagulum sustulit, et feræ illæ tristes in stabulum suum redierunt Præses vero illa ipsa hora hydropticus effectus, et in platea, omnibus rebus indigens aliis in exemplum, mortuus est.

14 Cum vero B. Glyceria, martyrii confessione perfecta, obiisset; ejus corpus Dometius Episcopus accepit, et in loco quodam venerando prope urbem reposuit. Cujus memoriam pie ac religiose agimus e decimo tertio die mensis Maji, Deum precantes, ut ejus socii esse eum gloria mereamur. Martyrium autem obiit S. Glyceria una cum Laodicio, Antonino Imperatore et Sabino Præsede: in nobis autem regnante Domino nostro Jesu Christo, cui gloria una cum Patre et Spiritu Sancto, in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Sirletus*, Scripsi et pronuntiavi confessionem tuam.

C b *Longiori paraphrasi sic usus Sirletus*. Cum ejus mulieris constantiam non ferret Præses; putabat enim injuriam ab ea fieri. *Ubi nota apud eum ad nauseam iterari et inculcari paragraphis singulis has voces femina, mulier: cum in textu Græco ne semel quidem Glyceria appelletur γυνή.*

c S. Laodicius etiam hac 13 Maji colitur, eodem ut videtur die, martyria coronatus.

d Græce ὁ βρωτόρων, quod hinc in suum *Glossarium* retulit *Meursius*, nescio an alibi inveniendum: infra usitatori voce dicitur Θαρσοτόπος, Bestiarum curator sive altor.

e *Lipomanus* et *Surius* decimo die mensis Maji, quo die *Kalendario Felicij*, et *Martyrologia* cuidam *Basilieensi* ambo inscripti sunt. Interim in *MS. Græco* legitur μην Μάιος ἢ scilicet ἡμέρα, mensis Maji die 13, quo eodem die coli a Græcis passim omnibus supra ostendimus.

APPENDIX

Reliquiæ Lemni. Unguentum ex monumento Heracleæ distillans.

Magna et familiaris videtur communicatio fuisse in-

ter Euphemiā Virginem et Martyrem, et hanc S. Glyceriam. Nam cum Constantinus Copronymus Imperator irreligiosus, ut ait *Theophanes*, anno Imperii xxvi, Christi dccc.lxvi, pretio-issimum celeberrimæ Euphemiæ corpus in maris profundum cum ipso loco demersisset, Martyrem sub Christianæ plebis conspectum sanctis unguentis exsulantem videre non ferens: et Deus illud illesum servans, ad Lemnum insulam emata fecisset; tunc, inquit, *Constantinus Episcopus Tii in Oratione de Inventione Reliquiarum S. Euphemiæ*,angebantur et dubitabant, cujusnam essent Sancti Reliquiæ. Illa vero nocte acceperunt revelationem earum, per ejus nominis enuntiationem. In illa enim insula S. Glyceriæ jacebant Reliquiæ. Dicta autem nocte visa est egredi ex insula Martyr Christi Glyceria, et hæc *Euphemia* e navi exiisse et se invicem esse complexæ. Et cum dixisset, quæ ex insula erat egressa, ei quæ e navi exierat: *Silve Martyr Christi Euphemia benedicta, et se invicem salutassent; rursus per se recedebant...* His ita gestis sanctissimus Lemni Episcopus venerabile templum ædificarat in illis temporibus. Visum est ergo ut illic portarentur sacræ benedictæ Euphemiæ Reliquiæ ad dedicationem templi, quod ab eo constructum fuerat. Et cum supplex fudisset preces, et venisset ad Reliquias benedictæ Euphemiæ, et illic totam noctem transegisset, ab eo visa est in somnis Martyr Christi dicens: Ne aggrediaris facere quod statuisti: non obediam enim hac in re tuæ sanctitati. Sed abi ad sororem meam et in martyrio sociam Glyceriam, et ego illam rogabo. Ipsa enim se tibi tradet ad hoc, ut impleas quod desideras. Exprectus autem sanctissimus Episcopus, fecit ut ei jusserat benedicta Christi Martyr. Hæc ibi.

2 At plurimis annis citius *Mauritio Imperatori* varia contigerunt circa monumentum utriusque Martyris, quæ a *Nicophoro Callisto lib. 18, historiae Ecclesiasticæ* narrantur, ubi cap. 21 asserit ipso passionis die S. Euphemiæ in conspectu omnium ex defunctæ corpore sanguinis liquorem spongiis hauriri: illudque *Mauritium Imperatorem* experimento explorasse, et digitis sanguini admotis eoque humore delibutis seipsum sanctificando conspersisse, et reipsa ut hoc crederet persuasus; laudes suas Martyri tribuisse. Quæ latius ad xvi Septembris, quo colitur, dicenda. Dein idem *Nicophorus* capite sequenti 22, explanat miraculum, quod ad monumentum S. Glyceriæ Martyris, unguento scaturiens, ad Heracleam Perinthi accidit: quæ ex *Historia Mauriciana Theophylacti Simocatta, lib. 1 cap. 11* ita descripsit.

3 Minime vero abs re fuerit, si celeberrimæ Martyris istius prodigio, admirandæ Glyceriæ et ipsius Martyris miraculum conjunxero. Vir quidam, cui *Paulino* nomen erat, obscuro loco natus, in bonis tamen disciplinis admodum educatus, manifesto in impostorum et maleficorum barathrum demersus esse deprehensus est. Incantatori huic et mago argentea fuit pelvis, in qua detestandum cruorem excipiens, per eum execrandus ipse cum apostatis virtutibus colloquebatur. Vasculum id necessitate fugitante argentariis vendidit. Qui pretio numerato lancem eam receperunt, venalemque et ipsi pro foribus, cuius prætereunti emendi liberam facultatem facientes, proposuerunt. Accidit autem ut Perinthius Antistes Byzantii esset, et pelvim eam ita ut venun labatur compararet. Itaque cum vasculo empto se in Sedem suam recepit, et ob reverentiam unguenti Martyris Glyceriæ, sublato priore vase æneo, argenteum istud reposuit, cultui divinitus manantis unguenti id maxime convenire arbitratus. Atque ille quidem hoc fecit: rivus autem unguenti constitit. Martyr enim ipsa piaculum tantum detestata, gratiam et donum

D
EX MS. GR.
Familiaris
S. Euphemiæ

Reliquias
Lemnum
appulas

E
revelat,
ipsam amplecti visa.

et illa vicissim
hujus Reliquias honorari jubet.

Illæ sanguinem,

hæc unguentum stillant,

cui cum supponretur pelvis a mago profanata,

ipsumque fluere cessaret;

S. Glyceria
feris objecta
lis mansuetiscentibus
d

pro voto, unius
leri morsti
suffocatur,

e
sepelitur
13 Maji.

EX MS. GR.

A donum id cohibuit. Haudquaquam enim fas esse, tacens etiam dicebat, ut mundum immundo tangeretur.

donec ea amota substituat alia :

4 Hoc postquam diebus plurimis fieri cognovit Episcopus, oppido quam graviter tulit : variasque curas in animo ipse suo quod ipsius culpa Ecclesia commoditate tanta orbari deberet, volutavit. Proinde ad lacrymas et preces conversus ; Deo supplicavit, ut hanc rem tam gravem auferret, et facti ejus causam latentem ostenderet. Deus vero rite abominationem eam amolens, et inscitiam misericordia legitime prosequens, Antistiti in somnis lancis piaculum manifestat. Ille statim argenteam phialam subducit, et priorem illam æream, proinde atque puram et quasi virginem atque immaculatam ministram, cultui religioso restituit. Et ecce tibi derepente unguentum rursus scaturit, et miraculosum latex denuo exundat. Piaculum autem exerrandum manifesto in apertum producit, et non aliter quam in publicis columnis incisum proponitur, urbiq; sua gloria redditur.

5 Ea res ubi ad Imperatoris aures, per primariæ Sedis Episcopum (Joannes is Jejunator erat) relata est, Princeps ab eodem Episcopo ad reos capitali supplicio persequendos excitatus est : nam is resipiscencia atque pœnitentia crimen corrigere voluit. Judicium igitur maximum cogitur, et maleficorum multitudo ingens producit. Qui in gravem carcerem conjecti, ad supplicia, debitas persoluturi pœnas, traditi sunt. Inter quos Paulinus in palum summa parte hiantem actus, turpiter vitam finit, cum prior cædem filii spectasset : siquidem et hunc abunde impiæ imposturæ et maleficii portentis imbuerat. Atque hoc ita est gestum. *Ante relatus Joannes Jejunator, creatus fuit Patriarcha Constantinopolitanus anno DLXXXII Indictione XV ultimo anno Tiberii Imperatoris, et usque ad XIII annum Mauriti Imperatoris, et usque ad XIII annum Mauriti Imperatoris vixisse dicitur apud Theophanem. Perinthius autem Episcopus idem est qui Heracleensis in Thracia, cum urbs Heraclea Perinthia, ad distinctionem altarum ejusdem urbium cognominetur, et ante etiam Perinthus dicta fuerit.*

magus cum illo punitur.

E

B
G. II.

DE S. ALEXANDRO ROMANO,

MARTYRE DRIZIPARÆ IN THRACIA.

SUB MAXIMIANO

Acta martyrii e Græco translata.

D risipara sen Drusipera, Ptolomæo lib. 3 Geographiæ Δροσσιπάρρα, urbs antiqua Thracia, in Provincia Europæ sub metropoli Heraclea, inter Hadrianopolim et Propontidem ; post varia tormenta S. Alexandro, de quo hic agimus, illata, tum Romæ tum toto itinere, fuit ultima illustris martyrii palæstra : in qua ei ecclesia erecta, et gloriosum monumentum sacro corpori servando constructum. Hujus Acta martyrii edidit Aloysius Lipomannus tomo 7 de Vitæ Sanctorum Patrum, et ex eo Laurentius Surius ad hunc XIII diem Julii. Ea Acta Græce scripta reperit Guilielmus Sirletus in monasterio Cryptæ-Ferratæ in agro Latino XII M. V. Roma distante, et a se Latine reddito misit dicto Lipomanno. Nos partem ejus priorem Græcè etiam habemus, Romæ ex libris Comiti Palatini descriptam : reliquam ac potiore partem necdum potuimus impetrare, eo quod Codex Palatinus mutilus hic sit, alter autem ex Crypta-Ferrata in Vaticanum non ideatur translatus, ibi certe non invenitur : quæ causa est cur Lipomanni versione cogomur esse contenti. Auctor est antiquus, et accurate notat singula itineris loca, quorum plurima alibi necdum legimus nominata : facilius tamen credimus hæc ex vero appellari, quam ex certa scientia haberi tot Angelicas apparitiones et allocutiones, colloquiaque inter Martyrem et tyrannum, et tormentorum per viam tolerantium species singulas : hæc enim omnia suspecta nobis sunt, tamquam circumstantiæ Poetica quadam licentia ad ornatum compositæ, quemadmodum in similibus diu post scriptis sæpe contigit. Erraret, qui auctorem non distingueret a Simeone Metaphraste, quemadmodum ex stylo liquere potest. His subjungimus quæ circa sacras Reliquias ejusque templa, tempore Mauriti Imperatoris, circa annum Christi sexcentimum contigerunt, desumpta ex Theophylacto, Simocatta, Theophane et alii.

C

Appendix de Reliquiis.

Elogium ex Menologio Basilii Imp.

* at. Numeriano

2 Aliqua martyrii epitome est in Menologio Basilii Imperatoris seculo X composita, his verbis : Alexander Christi Martyr fuit sub Imperio Maximiani, militarem artem exercens sub Tiberiano Comite. Semel autem Comite una cum suo exercitu idolis sacrificante, solus Alexander non tantum sacrificare recusavit, verum etiam Comitem cum suis sociis deceptum dixit et dæmonum cultorem. Comprehensus

proinde adductus fuit ad Maximianum, ac interrogatus et Christum professus, crudeliter cæsus fuit. Deinde Tiberiano Præsidi traditus est, ut in itinere tormentis afficeretur, ex urbe Romana Byzantium usque. Ac primum quidem igne in lateribus ustulatus est, et spineis deinde virgis cæsus, matre ipsum sequente ac læto animo ejus martyrium sustinente. Adductus autem Berœam vincetus, et precibus aquam producens, multos ex idololâtris persuasit fidem Christi amplecti. Demum cum Driziparam Thraciæ urbem pervenisset, martyrium gladio percussus consummavit. Hæc in dicto Menologio Basilii Imperatoris. Quæ multo accuratius exponuntur in pervelusto MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quod nobis concessum a nostris Parisiensibus Collegii Claramontani est hujusmodi :

3 Certamen sancti Martyris Alexandri. Hic fuit ex urbe Romana sub imperio Maximiani, miles in centuria Tiberiani Comitis : quo cum cohorte sibi familiari idolis sacrificium offerente, noluit sanctus Alexander sacrificare, sed et Comitem et reliquos id facientes, vocavit insontes, et insanientes, et deceptores, et mentium prava insitione inebriatos, ac tandem dæmonum cultores, et non venerantes Deum creatorem universorum Dominum Jesum Christum. Adducitur igitur ea de causa ad Maximianum Imperatorem, sed ab Angelo ei apparente ad martyrium corroboratus ; ac tum Christum libere confessus crudeliter est cæsus. Qui imitatus magnum Protomartyrem Stephanum in cælos oculos intendit, eosque vidit apertos et Filium sedentem ad dexteram Patris, et facie effulgens apparuit, et aspectu matutino festinus, Angelo æquiparandus, neque poterat [Maximianus] in eum impios oculos intendere, neque etiam ad examen revocare, quadam circa illum desperatione actus. Traditus ergo est Tiberio et Sebastiano Præsidi, ut in itinere tormentis afficeretur, ab urbe Romana Byzantium usque, cum mandato Christianos ubique affligendi. Primo igitur igne latera ejus aduruntur. Sequebatur vero mater ipsius Pœmenia, illum ad patiendum pluribus confortans. Accedens deinde Philippopolim, in occursum habuit dictæ urbis Christianos, vincula ejus osculantes, et gratias

Aliud ex MS. Synaxario.

* imo Tiberiano

A gratias Deo egit. Ductus deinde versus Berœam, in loco Parembolis dicto ad tribunal sistitur et crudeliter verberatur, Angelo eum confortante. Cum vero aquam deficientem precibus Sanctus procurasset, multi Christi fidem amplexi sunt. Postea ad urbem Thraciæ Drisiparam ductus, ad præterfluentem existens fluvium, sententiam accepit ut gladio interficeretur. Cum autem carnifex executurus sententiam, vellet occidere, territus visione Angelicarum Virtutum circa Sanctum existentium, non fuit ausus in ipsum manus inferre. Verum Sanctus ut Angeli tutores paululum recederent, precibus impetravit : et tunc collo præciso martyrium complevit. Solennitas ejus celebratur in Centumcellis : quem locum Constantinopoli fuisse arbitramur. Aliud elogium descripsimus Mediolani in Ambrosiana bibliotheca ex codice MS. littera O et num. 148 signato. Idem prorsus elogium, sed die XIII Maji, describitur in Synaxario Chiffletiano, ubi perperam pro Tiberiano Comite legitur Tiberius Cæsar : elogio autem hoc distichon præmittitur :

alia in variis.

Τῆν νῆς κεφαλῆς ἐκπομπῶν εὐρώων σαΐφους,
Περὶ τρυφίλους Ἀλέξανδρος ἐκ βίου.

B

Capite rescisso, eum fune solvens ratim, Festinus e vita trajicit Alexander.

Aliud ad hunc diem habetur in excuso Menologio per dictum Sirletum collecto.

4 At Græci in Menæis excusis celebrant memoriam S. Alexandri die xxv Februarii, sed cum elogio non satis emendato, et forsan pluribus ejus nominis Sanctis tribuendo, quod est hujusmodi : Alexander Carthagine natus, Maximiano imperante et Tiberiano Præsidi, instigatur ut idolis sacrificaret, quæ ipse contumeliis et ludibriis exposuit. Quare ab summis manibus suspensus, gravique saxo appenso tortus est. Deinde Carthaginem ductus, ibique rursus in equuleum actus, laceratur et verberatur. Inde Martianopoli tædis ardentibus in facie ustulatur, ac demum in Thracia capite plectitur. Hæc ibi. Galesinius, asserens martyrium e Græco in Latinum sermonem a se brevi conversum; ait, civem Puteolanum fuisse : et dein Ferrarius in Catalogo generali ad eundem xxv Februarii, citata Menologio Græco et Galesinio, quem solum videtur legisse, eundem S. Alexandrum, patria Puteolanum, refert in Thracia Martyrem sub Maximiano. Sic unus sponte vel casu aberrans, facile invenit erroris socium, dum alteri credere quisque navavit quam per se veritatem indagare.

Aliquod in Menæis excusis corrigendum ad 25 Febru

5 Retulimus ad diem xxvii Martii S. Alexandrum Martyrem in Pannonia, ejusque cultum confirmavimus ex quamplurimis Martyrologiis ac potissimum auctoritate Usuardi, quo citato Baronius hodiernum Martyrologium Romanum auspiciatus est his verbis : Driziparæ in Pannonia S. Alexandri militis, qui sub Maximiano Imperatore post multos pro Christo agones superatos, multa que miracula edita, martyrium capitis abscissione complevit. Quam procul Driziparæ urbs Thraciæ et Byzantii seu Constantinopoli vicina, a Pannonia dissita sit, indicavimus ad diem xxvii Martii, et norunt, quotquot in antiqua Geographia tantillum versati fuerint. Interim in Annalibus Ecclesiasticis iterum Driziparæ urbs Pannoniæ asseritur. Reliqua in Appendice post Acta martyrii proferuntur. Galesinius iterum ad hunc XIII Maji ista refert : In Græcia S. Alexandri Martyris, qui Maximiano Imperatore, cum tot tantaque gravia supplicia exhausisset, præclarus victor et testis pietatis, demum præciso capite palmam accepit. Et in Notis citantur Horologium Græcum et Metaphrastes. Quod nos habemus Horologium Græcum, Venetiis anno MDXC excusum, nihil habet de S. Alexandro; et solius Glyceriæ, de qua supra egimus, meminit. At si Acta martyrii, quæ vulgo solent Metaphrastæ sed perperam tribui, vel obi-

Muji T. III

ter inspexisset Galesinius potuisset magis proprium elogium proferre. Meminit Molanus, S. Alexandri Martyris sub Maximiano Imperatore. Plura et magis accurata leguntur in Martyrologio Basileæ anno MDLXXXIV impresso, his verbis : Drizipari in Thracia S. Alexandri militis, qui sub Maximiano Imperatore ab urbe Roma ductus in Thraciam, atque sævissime cruciatus, post multos pro Christo agones superatos, multa que miracula edita, capite cæsus, martyrii coronam accepit.

D
AUCTORE G. B.

ACTA MARTYRII

Ex Aloysio Lipomano, et MS. Græco.

VIDE ACTA
GRÆCA PAG.
XII *

CAPUT I.

Genus. Professio fidei. Tolerata Romæ tormenta.

Quo tempore impius Maximianus imperabat, persecutio multa contra Christianæ religionis sectatores per omnes regiones commota erat. Centurio autem quidam, dæmonum amicissimus, Maximiani Imperatoris jussu erexit templum Jovi, longe ab urbe Roma stadio uno. Edixit igitur Maximianus Imperator, ut quicumque Christianam fidem sequebantur, diis ipsis sacrificare cogerentur : jussitque omnes præsto esse in templi dedicatione, ac præcones ipsos per totam urbem indicere, ut quicumque illic essent deorum studiosi, crastino die omnes in templi dedicatione cum Imperatore convenirent. Itaque omnes, audita præconum voce et tubæ ipsius clangore, parati erant una cum Imperatore in Jovis templo præsto esse. Multi ergo a qui opera curiosa habebant, iis secum assumptis accessere, simul ut ea venderent, simul ut Jovi sacrificarent. Quidam vero admodum dives, Tiberianus nomine, sub Imperio suo habens milites, a Felice Tribuno sibi commissos, omnes illos convocavit, eis que hæc dixit : Audite, fratres. Scitis vos omnes, quemadmodum Imperator præcepit, ut hodierno die in templo Jovis cuncti una cum ipso præsto simus : parate igitur vos, ut mecum una in templum veniatis. Hæc cum militibus suis diceret, nuntiatum illis fuit, Imperatorem in templum venisse. Tunc celeriter cum Tribuno ipso milites omnes properabant, ut Imperatori assisterent.

In persecutio-
nem Maximiani

E

a
ad dedicatio-
nem templi
Jovis,

2 Unus vero ex illorum numero, nomine Alexander, cum, a puero pietatem servans, Deum ipsum timeret, Tribuno respondit ; Si ad Deum illum, qui vere Deus cælestis est, nobis eundem esse dixisses, enimque adorandum, recte quidem locutus fuisses : quos enim vos deos esse dicitis, dæmones illi sunt, non dii. Tum Tiberianus : Non omnibus, inquit, diis, sed uni deo Jovi nobis nunc sacrificandum esse dixi, licet sint alii, quos et Imperator et nos colimus. Ad hæc Alexander : Jovem ipsum Deum nominasti : at ille talis est, qualis et ceteri, qui dæmones sunt valde fallaces ; cum eos a quibus coluntur, circumvenire atque omnino perdere soliti sint : quemadmodum et vos ipsi asseritis, quod dii vestri b aliquando mulierem appetiverint ; eaque inventa, cum aere simul et mare polluerint in deceptione sua. Quis vestrum unquam vidit, aut aliquando audivit, Deum impuris facinoribus labefactari ? Non solum igitur, ut dixi, dæmones, sed etiam fallaces illi sunt. At noster Deus corporeis oculis non cernitur, qui cæli et terræ effector est : neque iis indiget sacrificiis, quæ vos impuriis dæmonibus offerre consuevistis : sed sacrificium postulat purum ac sine sanguine. Hæc cum Tiberianus audivisset : Omitte, inquit, insaniam istam, Alexander, et deos ipsos beneficiorum auctores ne contempnas ; ne forte Im-

F
Alexander
ive renuit :

b

Memoria
27 Martii,

et hoc 13
Maji.

A perator hæc audiat, et adversus me indignetur, quod te talia dicentem feram.

EX LIPOM.

3 Hæc cum dixisset, festinabat una cum Imperatore in templo esse : erat enim tempus, quo Imperator diis sacrificia offerret. Memor vero eorum verborum, quæ a milite suo audiverat, Maximianum adjit, et ita eum allocutus est : Milites omnes, Imperator, quos mihi majestas tua commisit, tuo edicto inservientes vidi : unus vero e militibus non solum mihi repugnavit, sed deos etiam ipsos contumeliosis verbis affecit, affirmans deos illos, quos tu, Imperator, et nos colimus, dæmones esse impurissimos : neque cogitat eos, qui edictis imperii tui adversantur, mea manu interfici. Hæc cum Maximianus accepisset, militi, de quo hæc audiverat, valde iratus fuit : et, Ubinam, inquit, ille est, de quo hæc dicis? Age duc illum ad me, ut sciam quid ille sentiat. Tum Maximiano Tiberianus : Ita edictum tuum, Imperator, et me ipsum miles ille pro nihilo fecit, ut huc venire neglexerit. Illico Maximianus jussit tres milites abire, et illum ferreis catenis vinctum ad se ducere c.

adducti jussus,

4 Beatus vero Alexander domi suæ in lecto requiescebat : erat autem hora quasi sexta. Tunc Angelus Domini in somnis illi apparuit, et ait : Esto fortis, Alexander, quoniam multa passurus es pro nomine Christi crucifixi : parata enim tibi sunt tormenta multa. En veniunt ad te Imperatoris milites : sed ne timeas, neque cor tuum expavescat : ego enim missus sum, ut tibi opem feram adversus omnia tormenta illa, quæ ab Imperatore afferenda sunt. Surge igitur, et Deum tuum ora : ego enim tecum ero, quoad cursum confeceris. Hæc cum beatus Alexander ab Angelo audivisset, surrexit, et Deo Psalmum illum cecinit : Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Dicit Domino, Susceptor meus es tu, et refugium meum in die tribulationis meæ : Et quæ deinceps sequuntur.

confirmatur ab Angelo :

Psalm. 90

5 Cumque Psalmum totum absolvisset, domo sua egressus, militibus illis occurrit, quos olim sodales habuerat. Qui cum Alexandrum vidissent, præ timore in terram ceciderunt : erat enim ejus aspectus tanquam fulgur. Tunc beatus Alexander dixit : Surgite, fratres : quidnam timidi estis? Cui milites responderunt : Vidimus Dei potentia te circumdatum, et præ timore in terram cecidimus. Ad hæc Alexander : Audite, inquit, fratres : Deus ille cælestis providit servo suo. Facite igitur vos, quod jussi estis in eum, contra quem missi fuistis, et in vinctum ducite. Tum milites responderunt : Nos deereveramus nihil tibi dicere : quomodo igitur tu hæc ipsa cognovisti? Non necesse habeo, inquit Alexander, vobis multa loqui, quoniam propero ad certamen mihi propositum, quod cælestis Imperator mihi præparavit. Ego enim ab urbe Roma Byzantium usque iturus sum.

seque vincendum ultro sistens,

6 Hæc cum dixisset beatus Alexander, flexit genua, et has preces ad Deum misit : Domine Jesu Christe, Deus patrum nostrorum, laudabilis et benedictus es in secula. Nunc te precor, Domine, ne separe me a consortio justorum tuorum, neque me ad te venientem repellas : quoniam nomen tuum sanctum et terribile mihi notum fecisti, quia tu es adjutor et susceptor meus. Mitte, quæso, Domine, Angelum tuum, qui mihi opem ferat, et coram Maximiano Imperatore orationem expeditam lingua mea suppeditet. Has preces cum Alexander complevisset, milites in ipsum manus conjecerunt, eumque vinctum ad Maximianum Imperatorem duxerunt. Mater autem ipsius Pæmenia eam rem ignorabat. Milites igitur festinabant quamprimum ad Imperatoris tribunal Alexandrum ducere. Turbæ vero cum eum vidissent, magnopere obstupuerunt : erat enim ætate valde robustus, annum agens quasi

post preces fusas,

ducitur ad Maximianum,

decimum octavum, aspectu ita formoso, ut Angeli alicujus speciem præ se ferre videretur. Cum vero et adspexissent illum valde hilarem, furore magno perciti, dixerunt : An non iste, qui talis est, multo ante debebat apud Imperatorem deferri? Hæc cum beatus Alexander audivisset, exardescens, et vultum instar ignis accensum habens, ad scelestos illos homines conversus. Vos, inquit, de me Imperatori vestro nuntiate. Maximianus igitur cum audivisset Alexandrum præsto esse, Tiberianum accersiri jussit. Qui cum venisset : En, inquit Imperator, adest ille, cujus causa milites misimus.

7 Cumque hæc dixisset, jussit Alexandrum ante tribunal sisti. Tunc Maximianus : Verene, Alexander, majestatem meam contempsisti, quia ita stulte atque insolenter Tribunal una cum sociis tuis ad templum, sequi nolueris, ut mecum simul magnum deum Jovem coleres? Ad hæc Alexander : Ego, inquit, Deum meum, qui in cælis colo, et ejus filium Jesum Christum, et Spiritum sanctum : alium enim ipse neque novi, neque confiteri possum, cum nullus alius sit Deus, nisi quem ipse colo. Cum igitur præter cælestem hunc Deum alius non sit, ne me amplius de deo alio interroges. Quod vero ad majestatem tuam pertinet, ego neque minas, neque tormenta tua extimesco, quæcumque a te mihi afferenda sunt. His auditis, iratus Maximianus, dixit : Equidnam potest facere Deus iste, quem tu dicis? Respondit Alexander : Deus meus corporeis oculis non videtur, sed omnia potest facere : neque quidquam est, quod ejus potentie subjectum non sit. At Maximianus : Estne Deus, qui ab hominibus in cruce suffixus atque interfectus fuit? Obmutesce, Satana, inquit Alexander : non enim dignus es, qui Christum crucifixum nomines. Stulte, quem crucifixum ac mortuum fuisse dixisti, an non eundem audivisti a mortuis etiam resurrexisse, et multis, qui mortui fuerant, vitam restituisse?

8 Ad hæc Maximianus : Miseret me juventutis tuæ, quod ætate admodum juvenili te esse video. Misereat te, inquit Alexander, conditionis tuæ, et resipisceas eripe teipsum a laqueis diaboli. Tum Maximianus dixit : Accede, miserime, et Jovi deo sacrificia, ne morte pessima intereas. Teipsum, inquit Alexander, miserimum appella, qui dæmones impuros veneraris : ego enim neque minas tuas, neque tormenta, quæcumque ipse allaturus es, extimesco, cum verum Deum adiutorem habeam. Maximianus autem : Jam dixi, me tui misericordia commotum esse : accede igitur et diis sacrificia : idque si feceris, scito te unum ex eorum numero futurum, qui in palatio meo regali primas tenent. Et quisnam, inquit Alexander, deus ille est, cui a me sacrificium offerri vis? Cui Maximianus : Magno deo Jovi sacrificium offeres. Tunc beatus Alexander, elatis in cælum manibus, ita Deum precatus est : Domine Jesu Christe, ne derelinquas me humilem servum tuum, sed opem feras mihi peccatori et indigno. Cumque preces complevisset, oculos ad cælum erexit, et vidit cælos apertos, et filium Dei sedentem ad Patris dexteram : ac tunc Maximianum rursus interrogavit : Cuiam deo vis sacrificem? Jovi magno, inquit ille. Ad hæc Alexander : An ignoras, dæmonem et fallacem istum esse, quem tu deum appellas? Quondam mulierem quandam concupivit, et ejus amore captus, tauri forma se induit, et præstigiis suis mulierem miseram decepit ac fœdavit. Hæc Maximianus eum audivisset, rideas ait : Hoc nostrorum deorum potentiam demonstrat, quod hominibus tales se ostendunt, quales ipsi volunt. Propterea, inquit Alexander, laudas illorum turpia facinora, quia cum illis convenis ; neque Deum illum cognovisti, qui te honore et Imperio isto donavit.

Adem profetetur,

E

et Christum a morte resurrexisse prædicat

Minas et blanditias spernit :

F

turpitudinem Jovis arguit :

A 9 Tum Maximianus : Mihi quidem dii Imperium hoc largiti sunt. Cui Alexander : Tu quidem, inquit, veritatem odisti, ob idque Deum non agnoscis : et quamvis prudens videaris, te ipsum tamen perdidisti, dæmonibus fidem habens. Iterum dixit Maximianus : Multum profecto me miseret tui, ob idque te sustineo, cum me contempnas, et ita mecum loquaris, quasi tui similis ego sim. Propterea, inquit Alexander, te ipsum contemno, quod prudens cum appareas, stultus factus es, colens idola muta et sensu carentia. Cum enim immortalem Deum et semper viventem impie dereliqueris, patrem tuum Satanam diabolum secutus es. Relinque igitur tenebras, et ad lucem te converte, ne pereas, et in sempiternum ignem tradaris. Tum iratus Maximianus, jussit ad se accersiri Tiberianum Tribunum : cumque Alexandrum eiecisset, tradens eum Tiberiano : En, inquit hominem hunc potestati tuæ trado, quin etiam precipio, ut ab urbe Roma Byzantium usque diligenter inquiras de nostris diis, et de Jesu, qui dicitur, quem colit Alexander : cujus sectatoribus, quoscumque invenies, nolim parcas, neque isti Alexandro : sed et ipsum, et omnes Christianos affligas, utcumque tibi visum fuerit, ut omnes edicto meo adversantes

hortatur
Tyrannum,
ut respiscat :

a quo tradi-
tur Tiberiano,

B cognoscant manu mea se posse interfici. Tum beatus Alexander : Gratias ago tibi, Tyranne, quod me per multas regiones celebrem fieri jussisti. Per deos ipsos, inquit Maximianus, non effugies manus Tiberiani : non enim ille tui miserebitur, quemadmodum ega misertus fui. Cui Alexander : De hac etiam re Deo meo gratias agam, si forte dignus inveniar, qui ubique gentium pro Christi nomine labores et ærumnas patiar.

10 Hæc cum audivisset Maximianus, jussit Alexandrum extra tribunal eici. Quem cum Tiberianus eiecisset, et potestati suæ traditum haberet, postero die sedens in tribunali, jussit ipsam illuc duci. Cum autem duceretur, risit ac dixit : Ea ut rursus Satanas se instruxit, et contra me armatus est. Postquam autem ille ingressus fuit, Tiberianus ita eum affatus est : Quid est, o Alexander? An adhuc in illa temeritate tua persistis? Fac, quod dico : diis sacrificia, et te ipsum a tormentis libera. Respondit Alexander : Vidi ego sempiternam gloriam mihi præparatam : qua re delectatus sum, et exultavit spiritus meus. Ad hæc Tiberianus : Si facies, quod jussit Imperator, et diis sacrificabis, tunc magis lætari et exultare poteris : at si perges temere agere, illud tibi prædico per deos omnes, per omnes urbes ac regiones ossa tua a me dispergenda esse. Ego, inquit, Alexander, facio quod jubet Dominus meus cælestis, neque minas tuas timeo, neque tormenta tua formido. Hæc cum audisset Tiberianus, ita percitus, jussit Alexandrum suspendi, et ejus carnes laniari. Cum vero laniaretur, vocem nullam emittebat : sed erigens oculos in cælum, Deo ipsi gratias agebat. Quod cum vidisset Tiberianus, jussit militibus Alexandrum e ligno depositum extra urbem educere, gravibusque catenis vinctum in Thraciam perducere.

cujus jussu
tortus in
Thraciam
duclitur.

C

CAPUT II.

Iter Roma usque Beroëam et tormenta variis locis tolerata.

Angelus autem Domini ejus matri apparuit in somnis, et ait : Surge Pœmenia : quam celerrime præpara pueros tuos et jumenta, nihil molestiæ in animo habens, ac filium tuum sequere : martyrium enim pro Christi confessione illi obeundum est. Hoc igitur, ut dixi, tibi molestum non sit : neque prius desistas, quam ad locum ei propositum perveneris. Alexandri mater, cum hæc audivisset ab Angelo, magnopere lætata est : cumque surrexisset, sicut dixit illi Angelus, iter faciens sequebatur filium. Quæ in urbem ingressa, in quam perductus fuerat, illic eum invenit, quo tempore a Tiberiano Præsidente interrogabatur. Cum igitur optima illa femina eum vidisset, missa voce magna : Deus, inquit, ille altissimus, pastor bonus, cui tu credidisti, adjutor tibi sit, fili mi. Postquam vero Tiberianus feminæ illius vocem audisset, quæsivit quænam esset vox illa : neque quisquam ex illa turba, quæ multa illic assistebat, potuit dicere, undenam ea vox advenerat.

Prosequitur
eum mater :

12 Tum Alexandro dixit Tiberianus : Age, miser, diis sacrificia. Sacrificio, inquit Alexander, sacrificium laudis cælesti Deo meo. Ad hæc Judex : An non dixisti mihi, Alexander, ves'rum illum Deum sacrificiis non egere? Talibus, inquit ille, sacrificiis, qualia vos offertis, Deus meus non eget : sed sacrificium justitiæ ac sanctitatis requirit, quoniam Deus noster sanctus est. Tunc jussit Tiberianus faces accensas ejus maxillis admoveri, dicens : Videamus, an veniat Deus ipsius, et liberet eum de manibus meis. Itaque ministri Satanæ fecerunt quod jussi fuerant, et faces accensas Alexandro admoverunt. Ille vero, elatis in cælum oculis, hæc dicebat : Gloria tibi sit, Domine Jesu Christe, qui Archangelum Michaelem in Babilonem misisti, et tres illos pueros ab ignis fornace liberasti. Tu, Domine, libera me ab hora hac et presenti angustia, et tyrannum hunc subjice potestati tuæ, ut et ego cum Davide illud dicam : Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium. At cum Tiberianus vidisset, ignem ipsum nullam vim habere contra Alexandrum, erubuit, et servis suis præcepit, ut eum vinculis adstrictum ducerent : quibus et dixit : Interim præite vos : ego vero sequar. Miter autem Alexandri, cum filium a Judicis conspectu abductum vidisset, rogavit milites, ut eum sinerent filium adire atque alloqui. Cum igitur illa prupe accessisset, et Alexander matrem vidisset : Bæne, inquit, mater domina mea, huc venisti : se puere me usque ad eum locum, qui propositus mihi est, quem diadolum Christus Dominus hoc mihi revelavit. Quidam vero e militum numero cum hæc viderent, dicebant : Tu quidem, Alexander, beatus es, quoniam magna est fides tua : magnus enim Deus est Christianorum. En ut multa tormenta passus pro nomine ipsius, nihil mali accepisti.

E

facibus ad-
motis

Psalm. 65

non uritur :

F

13 Hæc dicentes iter faciebant, ut a Tiberiano jussi fuerant. Cum vero ad fontem venissent, et apud illum consedissent, cœperunt una cibum sumere : et B. Alexandrum hortabatur, ut ipse quoque id faceret : erant enim dies quadraginta, quibus vir ille beatissimus neque panem, neque aquam gustaverat. Tunc Christi athleta, flexis in terram genibus, cœpit psalmum illum canere : Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi : auxilium meum a Domino, qui fecit cælum et terram. Domine Jesu Christe, serva me ovem tuam sine peccati labe, ne gaudeat inimicus meus super me : quoniam cognovi nomen

post 40 die-
rum inediam

Psalm 120

ANNOTATA.

a Ita MS. Græcum Palatinum : apud Lipomanum simpliciter legitur : Multi ergo, rebus omnibus omnis templum adierunt et Jovi sacrificarunt.

b Ita ibidem : Lipomanus vero : Asseritis illum ipsum Jovem aliquando mulierem appetivisse, et cum illam juxta mare invenisset ipsam deceptam corrupisse, ubi respicitur ad fabulam de raptu Europæ infra num. 8 adhuc clarius expressam.

c Hactenus fragmentum Palatinum præcitatum, cetera desiderantur.

A nomen tuum sanctum et terribile. Ne me confundas ante tyrannum hunc, sed emitte Angelum tuum et dexteram tuam, et esto adjutor et protector meus. Cumque preces complevisset, illa ipsa hora adstitit Angelus Domini, eique dixit: Ne timeas, Alexander, quoniam exaudivit Dominus preces tuas, et me misit, ut tibi opem feram. Cum vero ii, qui cum illo erant, Angeli cum eo loquentis vocem audirent, et neminem viderent, valde timuerunt, et in terram prostrati sunt. Tum Alexander: Quidnam, inquit, fratres, vidistis, quod vos in terram prostraverit? Illi autem responderunt: Audivimus Dei vocem tecum loquentis, et timore percussi sumus, talem sonum non ferentes.

ad tribunal constitutus

14 Hæc cum illi dicerent, venit Tiberianus cum satellitibus suis. Erant autem cum illo et ejus urbis Optimates. Quæsiuit Tiberianus a ministris suis, quo nomine locus ille appellaretur. Responderunt illi, Judicii locum appellari. Ducite, inquit Tiberianus, huc Alexandrum, qui Christianum se esse dicit, ut interrogem, quodnam sit ejus consilium, si forte, mutata sententia, diis velit sacrificium offerre. Cum igitur Judex ipse pro tribunali sederet, adstiterunt quatuor consiliarii. Tunc B Alexandrum interrogavit: Adhucne in temeritate illa tua prava et insania persistis, neque diis sacrificas? Sed, ut video, corpus tuum robustum est, propterea non vis sacrificia diis offerre. Me certe miseret tui, ob idque ad deos ipsos omnium dominos te convertere vellem. Tum Alexander respondit: Impie et excæcate filii Satanæ, cum teipsum diabolo tradideris, quomodo te miseret mei? Satanæ enim pater tuus nemini misericordem se præbet: sed vult omnes secum una in gehennam ignis attrahere ac perdere. Itane, inquit Tiberianus, homo scelestissime, tecum loqueris, quasi ego sim tui similis? An propterea contumeliosis verbis me afficis, quod te benignitate et misericordia prosecutus fuerim? Id quidem te hortari debebat, ut me honore potius, quam contumelia, prosequeris. Tum Alexander: Vere similis es patri tuo Satanæ, qui tamquam silex aliqua durissima, omni plane sensu cares. An ignoras locum hunc, Judicium appellari? Quæ res manifeste significat, tibi Dei judicium imminere. Veniet enim, qui judicaturus est vivos et mortuos, et unicuique operum mercedem redditurus. Tum cognoscere poteris, an hæc, quæ tibi dixi, vera sint. Nam Deus ipse te quoque judicabit, quod sine misericordia servum ipsius judices. Ille enim videt, quam impie tecum agas, et quibus tormentis me crucies: sed hæc mihi gloriam, tibi vero perniciem maximam asferent.

raptatus et excus dolorem non sentit.

C 15 His auditis, Tiberianus magnopere iratus est, jussitque tribulos in terram spargi, et Alexandrum super illos sterni ac distrahi. Has ærumnas cum vir ille beatissimus pateretur, ne vocem quidam emittebat. Tiberianus vero, cum animadverteret Alexandrum eos cruciatus non sentire, magis iratus, fraxineis virgis eum cædi jussit. At ille cum a militibus caderetur: Istane, inquit, homo impurissime, tormenta tua sunt? Adde alia, si qua habes his acerbiora: ego enim divina ope adjutus, nihil istorum tormentorum sentio, cum Dominus meus Jesus Christus præsto mihi sit, et opem ferat. Habes igitur corpus meum in potestate tua: fac illi quod libet: animæ autem meæ, neque tu, neque pater tuus Satanæ unquam dominabitur, sed Dominus meus Jesus Christus. Ad hæc Tiberianus: Jamjam te in ignem conjiciam, ut videam, an veniat Christus iste tuus, quem dicis, et te e manibus meis eripiat. Illud enim velim scias, carnes tuas et ossa per singulas regiones, per quas ego transiturus sum, dissipatum iri: et ne mulieres ipsæ aliquid e carnibus tuis et ossibus inveniant, quod postea unguentis odoratissimis per-

fundant, et ut sanctas aliquas reliquias venerentua, jubebo cineres tuos in fluvium projici: sicque ne vestigium quidem aliquod memoriæ tuæ supererit.

16 Tunc Alexander: Perdet, inquit, te Christus ipse, et carnes et ossa tua sub cælo ita disperget, ut monumentum tuum quamprimum dispareat: futurum enim est, ut, Domino meo Jesu Christo ita providente, non redeas, neque Imperatoris tui scelesti adspectum videas: et delebit Deus memoriam tuam de terra, quoniam eum non cognovisti, neque miser illum honorasti, qui honorem et potestatem istam tibi largitus est. Nam si ipsum cognovisses, in cælo vivere potuisses. At nunc viventem Deum reliquisti, et patrem tuum Satanam diligis, cum quo in gehennam ignis detrusus peribis. Ego autem semper Domino meo et Salvatori Jesu Christo benedicam, qui me ex manibus tuis iniquis eripiet, quoniam ipsius est gloria et imperium in secula. Hæc cum Tiberianus accepisset, furore magno percitus, vultum mutavit, et jussit ministros suos eo in loco manere, et cœnam parare. Cubuit autem illic ipse cum toto satellitio suo: Alexandrum vero milites ipsi sub arbore quadam collocatum servabant. Cum autem Tiberianus cubaret, adstitit illi Angelus Domini valde terribilis, qui gladium tenens: Tiberiane; inquit, adversum te ego veni, quoniam cum Alexandro Dei servo tam inique te geris, ut videas ac scias, quam facile hoc gladio te interficere possim. Surge igitur, et per Illyricam regionem Byzantium quam celerrime propera: tempus enim Alexandri Deo servientis jam prope est. Cum Tiberianus rem ita terribilem vidisset, ita tremore correptus fuit, ut ejus carnes fere liquefierent. Cum igitur tremens surrexisset, cohortibus suis et principibus viris convocatis, visum illud narravit. Tum illi dixerunt: Volebamus quidem nos te admonere, ne male atque injuste Dei servum cruciaries, sed timebamus: audivimus enim et nos, magnum esse Christianorum Deum, et eos, qui ejus servos cruciant, igne consumendos esse.

17 His auditis, Tiberianus valde timuit, et illa ipsa noctishora omnes iter facere, et B. Alexandrum præire jussit. Cum vero multas urbes prætergressus fuisset, in nullam introivit, ut servaret, quod ab Angelo per visum audiverat, a quo admonitus fuerat, ut per Illyricam regionem quamprimum Byzantium properaret. Per multos igitur dies non ausus est a B. Alexandro aliquid quærere: cujus corpus nulla ex parte debilitatum fuerat, sed integrum et robustum erat. Præteriens igitur per Illyricam regionem, venit in urbem a Sardicam, in quam neque ipse, neque Judex ingressus est. Cum vero ejus civitatis Optimates eum adventare audivissent, obviam illi cum multo comitatu processerunt. Christiani etiam homines, qui illic erant, cum audivissent Tiberianum venire, Martyrem quemdam secum habentem, egressi ex urbe, Alexandrum seorsum in via stantem invenerunt. Quem cum vidissent, ad ejus pedes se abjicientes, dixerunt: Precare Deum pro nobis, serve Dei altissimi. At ille: Vos etiam, inquit, fratres, pro me Deum precamini, ut cursum meum in Christo perficiam; et coronam, quam promisit mihi Dominus, ab eo recipiam. Postea vero, quam urbem transierunt, quæ Clisura nominatur, et ad castrum quoddam, Bonamasium nomine, advenerunt: quod est supra b Philippi urbem fere milliaribus quadraginta, illic constiterunt.

18 Tunc Tiberianus Alexandri memor fuit, et illum ad tribunal duci jussit, quem sic interrogavit: Num, Alexander, adhuc permanes in temeritate tua, neque vis ab ea desistere, et ad magnos deos ac misericordes accedere, Jovem, inquam, et Æsculapium, qui omnem terrarum orbem gubernant? Tum B.

Alexander:

Tribunus Martyris prænuntiatione,

E et Angeli apparitione territus,

F a per Illyricum Sardicam

b indrque Philippopolim Alexandrum ducit.

A Alexander : Excæcate, inquit, et stulte fili Satanæ, adhucne vis a me aliud audire, quam quod dæmonibus non sacrifico? Ego enim initio dixi, me Christianum esse, et Dei cœlestis cultum servare, neque impuros dæmones vobis similes a me coli. Ad hæc Tiberianus : Avertat Deus, ut ego id faciam : non enim præcipio, ut dæmones, sed Jovem et Æsculapium, summos illos deos, colas. Obmutescere, Satana, inquit Alexander : nihil enim sapis. Tum Tiberianus dixit : Si diis sacrificium vis offerre, quamprimum dicas : sin minus, cur me et deos ipsos, sceleste, convitiaris? Vide, Alexander, quid agas, et te misereat tui : rursus enim per deos omnes futurum tibi prædico, ut per omnes terras de te sermo divulgetur. Hoc, inquit Alexander, valde cupio, et precibus a Christo meo exposeo, ut omnes qui terrarum orbem incolunt, ad Deum et Christum Dominum per me humilem et abjectum ejus servum gloriam referant. Tunc ait Tiberianus : Auferte hinc hominem istum, et a conspectu meo removete : non enim ejus contumelias ferre possum. Abducite ipsum in urbem Philippi, et conjicite in carcerem : ego enim vos sequar. Itaque cum B. Alexandrum Tiberianus præmisisset, ipse quoque in Philippi urbem profectus est.

ubi eum solantur Christiani :

B 19 Cum vero ejus urbis incolæ audivissent, Tiberianum cum suis cohortibus adventare, Optimates multo cum comitatu obviam illi prodierunt : qui in urbem illam ingressus est, Jovi et Æsculapio sacrificium oblaturus. Audierunt et Christiani, qui erant in urbe illa, quemadmodum Tiberianus Martyrem quemdam in carcerem misisset. Itaque omnes in eum carcerem convenerunt, et custodem illius precati sunt, ut sineret illos ad Christi Martyrem introire, et eum videre. Id permisit custos, quippe qui et ipse Deum timebat. Cum igitur omnes ingressi, beatum Martyrem in ligno sedentem et vinculis adstrictum vidissent, ad ejus pedes se dejecerunt, eumque et ipsius vincula exosculabantur, ac dicebant : Vere faustus et felix nobis fuit adventus tuus, serve Dei : urbem enim et patriam nostram hoc ipso felicem futuram scimus. Patientiam igitur serva, ut eursum tuum conficias. Nos autem Christiani multo metu ac tremore hæc terram incolimus. Nam hujus loci, Præses singulis diebus nos Christianos inquirat, ut puniat : sed ille quidem nobis minatur : at potestatem tamen nullam habet, qua nos detinere possit, quo minus Christiani simus : multi enim, divina ope adjuvante, in hac urbe sumus, qui Christi fidem tenemus, ex quorum numero sunt et urbis hujus Optimates. Iidem speramus Christi potentia Gentiles ipsos, male de fide Christiana sentientes, ita superatum iri, ut omnes fiant Christiani. Esto igitur patiens Christi Martyr, et quicumque ab impio Judice cruciatus afferentur, eos forti animo perferas.

qui iterum interrogatus

C 20 Interea Tiberianus recordatus fuit, suo jussu Alexandrum fuisse missum in carcerem. Itaque civitatis illius Optimatibus dixit : Scire debetis vos, Christianum hominem ab Imperatore ex urbe Roma fuisse mihi traditum, quem per totam viam admonerem atque hortarer, ut ad deorum religionem se converteret : verum nihil adhuc in eo profeci : dura enim quædam respondens, et me et deos ipsos contemnit : cumque multis cruciatibus eum subjecerim, nihil illis læsus est. Si placet igitur, vobis presentibus, huc illum accersiri jubebo : fortasse multos reveritus, ad deos ipsos beneficiorum auctores se convertet. Alexandrum igitur eductum e carcere, illuc accersiri, et ante tribunal sisti jussit. Cum igitur eo ductus esset, Tiberianus cum civitatis Præsidi Alexandrum sic interrogavit : Age Alexander, an adhuc persuasum non habes, ut a priore senten-

tia discedas? Cumque Christiani homines, qui in hac urbe sunt, omnes diis sacrificent, tunc solus nobis repugnas et deos contemnis? Age saltem nunc mecum una et cum Præsidi templum ingredi, et diis sacrificare. Tum B. Alexander : Excæcata mentis homo, fili Satanæ tecum una sedentis, quid a me vis amplius audire? Sæpissime tibi dixi, me Christianum esse, et dæmonibus impuris non sacrificare : nunc igitur his omnibus audientibus profiteor, me cœlestis Dei cultorem esse, neque Domini mei Jesu Christi nomen a me negari. Scito nihil præterea te a me auditurum.

D
EX LIPCM.

fortiter respondet :

21 Hæc cum Tiberianus una cum Præsidi audivisset, jussit Alexandrum illuc amoveri, dicens : Abducite istum, milites, et vinctum per plateam ducite : ego enim vos sequar. Cum vero milites una cum illo ad fluvium quemdam venissent, cui nomen est c Serminus ; beatus Alexander manus et faciem lavit, et ad orientem solem conversus, his verbis Deum precatus est : Domine Jesu Christe, laudo gloriosum et sanctissimum nomen tuum, quod mihi dedisti, ut et in urbe Philippi nominis tui confessionem servarem. His dictis, milites eum abduxerunt : cumque ad locum quemdam venissent, ubi emporium erat, quod Castrametatio dicebatur, eos Tiberianus consecutus est : qui cum Alexandrum vocasset, ei ita dixit : Scis, Alexander, crebro te fuisse a meipso admonitum, neque tamen diis sacrificium offerre voluisse? Rursus, inquit Alexander, fili Satanæ, vis a me audire, quod non sacrifico? Sæpius dixi me Christianum esse. Tum Tiberianus ita percitus, jussit Alexandrum, ad quatuor palos alligatum et extensum, a quatuor militibus ducentis verberibus pulsari. Hos cruciatus cum sanctissimus ille Martyr fortiter sustineret, vocem nullam emittebat, sed oculos in cœlum ad suum Dominum Jesum Christum erectos tenebat. Tum vox hæc audita est, e cœlo demissa : Esto bono animo, Alexander, neque tormenta ista timeas : brevia enim sunt, egoque tecum sum. Hac voce audita Tiberianus valde timuit, jussitque carnifices ab Alexandro abstinere. Abduxerunt igitur illum milites.

abductusque ad fluvium Serminum

c

E

d rissime verberatur :

22 Postea vero ad castrum quoddam, cui nomen est Carasura, quod quadraginta miliaribus ab urbe Philippi, et decem et octo distabat a Berœa, Alexander et Tiberianus pervenerunt. Cumque Tiberianus illuc ingressus esset, in castrum illo diversatus est hora fere sexta. Milites vero sanctum Martyrem Alexandrum secum habentes, una cum ipso prope castrum aliud ad locum arboribus consitum diverterunt. Tum Martyr Alexander dixit militibus : Eamus, fratres, ad arbores illas ; cum enim eum locum vidisset, valde oblectatus est. Itaque cum eo venissent : Vere, inquit, fratres, ego sitio. Illi vero : Et undenam hic aquam habebimus? Expectate paulisper, fratres, inquit Alexander : potest enim Deus meus etiam hoc in loco nobis aquam suppeditare. Cumque hæc dixisset, flexis genibus, ita Deum oravit : Domine Jesu Christe, qui lapidem in solitudine olim discidisti, et aquam ex illo eduxisti, ne populus tuus Israel siti deficeret, nunc tu misericors respice servum tuum, et hoc in loco aquam præbe, ut ego servus tuus bibam, et nomini tuo gloriam reddam. His dictis, statim tellus, quæ infra arbores illas erat, aperta est, et gelidissima ac purissima quædam aqua erupit : unde et Alexander, et milites, qui cum illo erant, biberunt. Id cum vidissent milites, quod tam mirabiliter sanctus Martyr fecerat, mirati sunt, et inter se dicebant : Vere magnus est Deus Christianorum, quoniam sic servos suos ex-

prope Carasuram

Exod. 17

precibus aquam impetrat.

A

EX LIPOM.

ANNOTATA.

a *Sardica urbs in confinio Thraciæ et Mysiæ, Concilio Sardicensi sub Constantio Imperatore habito clara. Ejus rudera ostenduntur prope Sophiam metropolim Bulgariæ; et per hanc ex Hungaria transitur in Thraciam. Erat apud Lipomanum et Surtum Sardinia loca Sardiæ perperam excusa.*

b *Hæc est Philippopolis, etiam nunc ita appellata, metropolis Thraciæ proprie sumpta, ex qua, et ex Sardica cognoscitur situs Clisuræ et castrum Bonanosii.*

c *Serminus credi potest rivulus aliquis in Hebrum i-fluens.*

CAPUT III.

Iter Berœa Driziperam. Martyrium, sepultura.

Tunc Tiberianus sedens pro tribunali, jussit B. Alexandrum illuc duci: quem interrogans: Age, inquit, dic Alexander: Facisne quod jubet Imperator, an non? Respondit ille: Ego cælestis Imperatoris mei edicto parere volo, neque te aliquid esse puto, neque Imperatorem tuum, mortalem et caducum hominem. Hoc responsum cum Præses ab eo accepisset, non amplius illic eum interrogare voluit; sed convocatis militibus: Celeriter, inquit, istum comprehendite, et in urbem a Berœam abducite. Ceperunt igitur illum milites, et ad fluvium quemdam venerunt, cui nomen erat Arzon. Cum autem essent fessi de via, seipsos apud flumen illud refrigerabant. Illic quoque B. Alexander manus et faciem lavit. Cumque arbores, quasdam celsiores vidisset: Venite, inquit, fratres, et parumper sub arboribus illis quiescamus. Cum igitur illic milites cum Alexandro sederent, venit Tiberianus; qui cum eos ita sedentes vidisset: Cur, inquit, scelestissimi servi, hominem istum sedere permittitis? Postea vero quam in Berœam urbem Tiberianus ingressus est, ejus civitatis Optimates illum acceperunt. Quamvis enim plerique ipsorum Christi fidem servarent, Imperatoris tamen metu eam rem dissimulabant. Qui autem Christianam fidem profitebantur, audientes Christi Martyrem Alexandrum illuc venire, magno gaudio affecti, illum acceperunt: quem ita salutarunt: Felix et sanctus est adventus tuus in urbem et patriam nostram, serve Dei Alexander: tuo enim adventu omnes res nostræ feliciores factæ sunt. **E**sto igitur fortis pro nomine Domini nostri Jesu Christi, neque quidquam dubites.

24 Cum adhuc illi verba facerent, jussit Tiberianus Alexandrum ante tribunal sisti. Quem cum prope se haberet: Age, inquit, Alexander, mihi obtempera, tamquam patri tuo, et mecum veniens diis sacrificium offeras: id enim si facies, audientibus his omnibus tibi polliceor, te statim absolvendum esse; ac, si ex illa ipsa hora mecum esse volueris, eris ut unus ex iis, qui principem locum in exercitu ipso tenent; at si mecum esse tibi non placuerit, liceat ire quocumque libet. Hæc cum B. Alexander audivisset, ridens dixit: O acerbam et tristem consolationem, qua in me usus es! Verba ista tua acerbitalis plena sunt; ista enim admonitio majorem cruciatum animæ meæ affert. Sed avertat hoc Deus, ut ego consilium tuum sequar. Sæpissime tibi dixi, me Christianum esse, et impuris dæmonibus non sacrificare. Illud igitur scito, me nihil aliud, nisi quod audivisti, posthac dicturum. Tunc Tiberianus egressus ab urbe, præcepit militibus, ut Alexandrum vinctum per viam publicam ducerent, et ipsum Tribunal Martyr sequeretur. Cum igitur Tiberianus ad

fluminis, quod supra diximus, vadum alterum venisset, qui locus quadraginta fere milliariibus distabat a Berœa urbe, ubi et hospitia multa erant, illic Martyrem exspectabat. Postea vero quam Alexander Martyr eo venit, ubi erat Tiberianus, eum rogavit, ut tempus sibi concederet, quo Deum orare posset. Cumque illic vidisset magnam arborem nucem, ad illam accessit, sub qua flexis genibus sic Deum oravit: Domine Jesu Christe, mitte Angelum tuum, et accipe animam meam, quoniam nihil amplius ferre possum. Cum vero Tiberianus Alexandrum precantem vidisset: Rursus, inquit, magicas preces iste aggreditur. Miror ergo valde, undenam iste has prudentes orationes didicit; scio enim manibus meis illum educatum, et militem creatum fuisse: neque unquam novi, quod ille hæc sciret. Hoc igitur est, quod valde miror, undenam hæc didicerit: Illum igitur ad se vocavit, et his verbis affatus est: Age jam, Alexander, diis sacrificia. Ad hæc ille: Vere mens tua tenebris perfusa est, qui cogis me denno tibi dicere, quod sæpissime dicentem me audivisti.

25 Hæc ubi audivit Tiberianus, jussit oleum candidissimum fieri, et supra illius terga effundi. Angelus autem Domini venit, et vas, in quo oleum erat, confregit, et oleum ipsum in ministros Tiberiani effudit. Id vero cum ille vidisset, furore accensus, ac ministros increpans: Itane, inquit, nihil potuistis isti facere? neque quidquam Alexander passus est? Tunc vectibus eum cædi jubens, niebat: Sacrificia diis, Alexander. Ad hæc ille: Obmutescere Satana, qui veritatis es inimicus, et patris tui diaboli amicus. Hæc Præses audiens, iratus illi est, et dentibus frendens, jussit, facie in terram versa, prosterni sub nuce illa, et a quatuor carnificibus verberari. Cum ille autem verberaretur, vocem nullam emittebat. Tunc videns Tiberianus, quod nihil proficeret, jussit milites desinere. Alexander vero cum surrexisset, has preces ad Deum fudit: Domine Deus, benedicas quæso, arbori huic, quoniam sub ejus ramis nomen sanctum tuum confessus fui. Hæc ubi Alexander dixisset, Christianorum hominum multitudo, quæ usque ad arborem, quam diximus, comitata eum fuerat, salutato illo, in regiones suas reversi sunt.

26 Milites autem, cum sanctum Martyrem apprehendissent, abierunt per viam illam, per quam a Præsede jussi fuerunt: Præses vero sequebatur, ceteram secum habens. Cumque milites illos una cum beato Martyre consecutus esset, simul in locum quemdam venerunt, Bortiam nomine. Quæsit autem Præses ab ejus loci hominibus, quam via compendiosius ad *b* Europolarum provinciam pervenire possent. Illi responderunt, compendiosius iter futurum, si transeuntes per montes, in campam quemdam descenderent, in eum locum, qui dicebatur Burtodexion. Cum enim Tiberianus multos Christianos in urbe *c* Adrianopoli esse audivisset, deflexit de via publica, ne in urbem illam ingrederetur. Cum igitur eam urbem a dextera, et castrum a sinistra reliquisset, transiit per montes illos, sicut ab ejus loci hominibus didicerat, et venit in Burtodexion. Cum vero beatus Martyr Alexander illuc venisset, matrem suam invenit. Quæ, viso filio, ad ejus pedes se dejecit, et flere cœpit. Postea vero surrexit, et filium osculata est. Tum B. Alexander illi dixit: Noli, mater mea, flere: spero enim futuram, ut Domini mei Jesu Christi ope adjutus, crastino die cursum meum perficiam. Mansit autem Tiberianus apud castrum illud, et octava noctis hora illinc discessit, et milites suos sequi jussit, Alexandrum vinctum ducentes.

27 Orto autem sole, venit ad fluvium quemdam, apud quem erat hospitium. Fluvium autem illum ejus loci homines Zioncellum vocari dixerunt. Illic

finem vitæ desiderat:

ibidem varie tortus sed frustra, E

F
b
ducitur per Bortiam, et Burtodexion,

c

ubi matrem salatur:

B.

B

a

ductus Berœam Sanctus

a Christianis animatur:

C

et blandientem tyrannum aversatus

A B. Alexandrum Tiberianus ad se accersivit, eique dixit: Age, Alexander, audi me, deosque ipsos confitere. Tum Alexander: Vanissime, inquit, homo, et patri tuo Satanæ addictæ, rursus me interrogas, et deos vocas qui non sunt? Ad hæc Tiberianus: Multos cruciatus tibi adhibui, neque quidquam ad hoc profeci, et ab urbe et patria mea peregrinatus sum, neque adhuc assequi potui, ut te ad deos converterem. Nunc igitur scito, hodierno die rerum tuarum finem futurum. Idque cum dixisset, ad eum locum properabat, in quo Christi martyr certamen suum confecturus erat. Celeriter igitur ad locum pervenit, qui Druzipera vocabatur. Sedit vero in sublimi quodam loco ultra fluvium Erginam, ad orientem solem conversus. Cuique Alexandrum accersivisset: En, inquit, finis tuus hodierno die præsto est. Jubeo corpus tuum in fluvium projici, ut feræ illæ, quæ sunt in aquis, carnes tuas consumant. Gratias, inquit Alexander, tibi agam, tyranne, si vere facies quod dixisti, ut eripiat me Dominus de manibus tuis iniquis. His auditis, sententiam adversus illum Tiberianus pronuntiavit. Cuique quatuor militibus eum securi feriendum tradidisset, illos dimisit, et illinc abiit.

B 28 Milites igitur illum apprehenderunt, et ad dexteram partem ejus viæ ad Boream vergentem festinabant, ut facerent quod jussi fuerant. Beatus vero Alexander, cum huc atque illuc circumspexisset, et turbas, quæ ad ejus spectaculum convenierant, vidisset; petiit a carnifice, ut Dei orandi facultatem ei præberet; idque cum carnifex concessisset, aquam petiit. Tunc unus ex iis, qui ad spectaculum venerant, vase quodam aquam e fluvio Ergina celeriter ad B. Alexandrum attulit: ille vero manus et faciem lavit, ac totum corpus Cruce ter signavit, et ad Orientem conversus: Gloria, inquit, tibi sit, Deus patrum nostrorum, Abraham, Isaac et Jacob, quem omnia contremiscunt et adorant, cæli et terræ opificem et totius cælestis potentiam effectorem. Te quoque universarum rerum Deum, corporeis oculis non spectabilem, incorruptum et inviolatum, Seraphini magno cum timore adorant: qui non adentes erectis oculis te intueri, clamant: Sanctus, Sanctus, Sanctus: plena est omnis terra gloria tua. Sol ipse per ætherem quadrigam suam ducens, tibi benedicat. Terra et homines, qui in terris sunt, jumenta et omnis spiritus tibi gloriam canunt, qui solus es in omnia secula Pater, Filius, et Spiritus sanctus. Recordare, Domine, illorum, qui te metuentes, tibi grati sunt, et sanctum nomen tuum decantant. Ne despicias me, Domine benignissime, servum tuum peccatorem et indignum.

C 29 His dictis, se ad eam turbam, quæ illuc venerat, convertit ac dixit: Admoneo vos, fratres et patres, Deique mei nomine vos hortor, ut labores meos recordemini, quos pati non recusavi: neque enim piger fui pro nomine Domini nostri Jesu Christi, ut propitius fiat peccatis meis et genti nostræ, quoniam misericors est et clementissimus ipse Dominus Jesus Christus. Scitis enim, fratres, quantum iter fecerim cum impio et iniquo Tiberiano: qui per totam viam nunquam mihi parcens, multos cruciatus in me intulit. Sed hæc omnia sustinui propter nomen Domini nostri Jesu Christi, ut cursum meum perficerem, et superarem tyrannum contra me bellum gerentem, et diabolum concertantem: ipse enim fuit adiutor Tiberiani. Cuique hæc turbis dixisset, ad carnificem conversus: Mane, inquit, frater, parumper, ut ad hoc Deum orem: ac, flexis genibus, ita Deum precatus est: Domine Jesu Christe, exaudi servum tuum, qui nominis tui causa laboravit, et da gratiam corpori meo, ut quo loco illud repositum fuerit, illic signa, prodigia et curationes ad tuos

minis gloriam edantur. Statim autem vox hæc e cælis demissa est: Quæcumque petisti, dilecte et perfecte Martyr Alexander, omnia faciam, neque quidquam denegabo. Jam vero veni, et cum patribus tuis requiesce: paratum enim est tibi regnum cælorum, teque Michael Archangelus excipiet, coronam receptorum, quam concupivisti. Hac voce audita, beatus Martyr surrexit e terra, et milites hortatus: Cito, inquit, fratres, facite quod jussi estis.

30 Cælestinus autem quidam (sic enim appellabatur unus ex iis, qui illic stabant) ei dixit: Ego sum, Martyr Christi, cui negotium hoc impositum est: sed precare Deum pro me, ne mihi peccato ea res sit. Tunc B. Alexander: Age, inquit, fili, fac quod jussus es: peccatum enim non est facere, quod jussus fueris. Hoc cum ille dixisset, gladium eduxit Cælestinus, et linteis sumpto, oculus B. Alexandrini contexit. Cum vero illum percutere voluisset, Angelum assistentem vidit, neque amplius ausus est manus in ipsum inferre. Tum B. Alexander: Age, frater, fac quod jussus es. At carnifex: Timeo, inquit, serve Dei; video enim viros quosdam terribiles circa te stantes. Tum B. Alexander Deum ita precatus est: Domine Jesu Christe, da ut hæc hora martyrium complere possim. His precibus ad Deum missis, Angeli parumper ab ipso recesserunt. Itaque carnifex Alexandri caput gladio abscidit; ejusque beati viri animam Angeli ad cælum sustulerunt, Deum ipsum magna voce laudantes: turbis omnibus, quæ illic erant, audientibus. Itaque B. Alexander martyrium complevit in Patris, Filii, et Spiritus sancti nomine.

31 Ejus autem mater cum properans ad eum locum venisset, qui Zorolus dicebatur, quaerens a militibus Tiberiani; Ubinam, inquit, est filius meus? Tum illi unus e militibus respondit: Sententia hodie filio tuo decreta est in loco quodam, qui appellatur Druzipera: distat autem hinc locus ille (ut opinor) fere decem et octo miliaribus. Cum igitur mater rem ita se habere didicisset, publicam viam ingressa, venit in eum locum, qui Druzipera nominabatur. Dum vero iter faceret ac lamentaretur, et tanquam bos aliqua proprium vitulum quaerens, ingemisceret, occurrit militibus. Illi enim cum sancti Martyris caput abscidissent, ejus corpus in fluvium projecerant. Divina vero providentia factum est, ut quatuor canes in fluvium illum venissent, et sancti Martyris corpus inventum, e fluvio extraherent, suisque linguis illud lambentes, ac prope sedentes custodirent. Ut autem B. Alexandri mater duobus miliaribus prope locum illum venisset, in quo Martyris corpus situm erat; duo illi canes accurrentes, ipsi obviam venerunt, et uterque, unus a dextera parte, alter a sinistra, mulierem ipsam ad ejus filium recta deluxerunt. Illa vero sancti Martyris corpus accepit, et unguentis multis ac pretiosis linteis involutum, deposuit in monumento quodam insigni ultra fluvium Erginam. Occidentem solem versus, quem admodum Spiritui sancto visum fuit. Postea vero, quam Spiritum sanctum adiutorem habens, omnia, quæ cupiebat, explevit, Domini nostri Jesu Christi præstante gratia, Angeli multi una cum ea Psalmos canebant.

32 Magna vero quædam miracula beatus martyr Alexander edens, adjuvat eos, qui vexantur, et his, qui diuturnis morbis affliguntur, curationem affert, Christi ope auxiliante, cujus ipse particeps factus est Martyrium autem complevit sanctus Alexander decimo tertio die mensis Maji, sub Tiberiano illo homine valde impio, imperante Maximiano, iniquo et impio tyranno, in nobis autem regnante Domino nostro Jesu Christo Salvatore; cui gloria et imperium in secula seculorum. Amen.

D
EX LIPOM.

cælesti voce
comfortatur

gladio cæditur:

E

Corpus a
fluvio a canibus extractum

F
a Pœmenna matre sepelitur:

claret miraculis

A 33 Apparuit autem sanctus Alexander, completis rebus omnibus, matri suæ, eique dixit: Bene, mater, laborasti, et per totam viam defatigata es, ut proprium filium sequereris. Det tibi Dominus meus Jesus Christus in regno suo, ut tecum una mercedem habeas. Ne igitur mœrore afficiaris: sed pueros tuos tecum habens, cum pace redeas in locum tuum: spero enim a Domino meo Jesu Christo me impetraturum esse, ut cito te quoque assumat in eum locum, in quo ego sum. Hæc cum beata illa d Pœmenia audivisset, et Dei gloriam celebrans ipsi gratias egisset, una cum pueris suis leta reversa est, persuasum illud habens, quod beatum Alexandrum Domino nostro Jesu Christo magnum donum obtulisset. Magna igitur gratia eo in loco inest; ubi repositæ sunt sancti et gloriosi Martyris pretiosæ Reliquiæ, in gloriam et laudem Christi Dei nostri: quoniam ipsi gloria est in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Præter Beroëam Syria est alia Macedonia, postea Irenopolis ab Irene Imperatrice appellata, teste Bricia in Illyrico antiquo: sed necessarium est aliam inveniri inter Philippopolim et Hadrianopolim, nisi enormiter erravit Auctor.

b Provincia Europæ sive Europolarum est primaria Thraciæ: in qua sub metropoli Heraclea est urbs Drizipara.

c Hadrianopolis, urbs celebris ad Hebrum fluvium, Metropolis provincie Hæmi-montis, ubi sub Maximiano hoc Imperatore martyrio coronati Maximus, Theodorus et Asclepiodotus celebrantur in Martyrologio Romano ad diem xv Septembris.

d Pœmenia mater, ut Sancta, inscripta est Gyneco sacro Arturi ad diem 16 Maji, utique ejus arbitrato lectum.

APPENDIX.

Templum S. Alexandri in Thracia. Ob Reliquias ejus dissipatas, Chaganus Rex Avarum divinitus punitus.

C Cardinalis Baronius, in Annalibus Ecclesiasticis ad annum Christi cccviii, agit de quamplurimis Sanctis, martyrio sub Maximino Imperatore coronatis, actundem numero xxvii addit ista: Driziparæ civitate passus est Alexander Martyr, miraculorum post obitum virtute orbi notissimus. Aliqua miracula in genere indicantur in Vita jam dicta. At notissimus fuit in Thracia variis locis, per quæ ductus et tormentis afflictus fuit, ac tandem Driziparæ coronatus. Theophylactus Simocatta duarum Ecclesiarum ei in Thracia dicatarum meminit, in Historia rerum sub Mauritio Imperatore gestarum, quem auctor isto tempore ibidem degenus scripsit. Ac primum lib. 6 expouit bellicas Chagani Avarum Regis incursiones, et capite 5 asserit eum Anchialum pervenisse, ubi Martyris Alexandri ædem reperit, quam Anchialo discedens flammis pro ludo exussit. Est Anchialus urbs Thraciæ, a Ptolomæo lib. 3 Geographiæ cap. 11, memorata, postea Episcopalis in provincia Hæmi montis sub metropoli Hadrianopoli.

Sancti ecclesiam Anchiali Chaganus currit:

a Drizipara repulsus

2 Inde, inquit Simocatta, Drizipara profectus urbem subigere aggreditur... Divina autem providentia quædam ab urbe opprimenda colubuit. Visus est enim Chaganus medio diei videre innumeras Romanorum phalangas, una frementes ex oppido procedere, et in campum ad animas in acie profundendas cupidissime properare. Hinc se in fugam conjecit, tametsi, quos viderat, adversarii nihil essent nisi

vana opinio, terriculamentum oculorum et consternatio animi. At postmodum, uti idem Simocatta scribit lib. 7 cap. 14 et 15, post varios fortunæ bellicæ eventus, Barbari paulatim Driziparam procedunt, urbem capiunt, ædem Alexandri Martyris inclyti incendio excitato absuunt, ejusque monumentum argento ornatissimum nefarie spoliant. Quin etiam corpus inde indignissime ejiciunt, mirificeque victoria elati ad convivandum toris discumbunt. His itaque diebus Jesus Dominus noster, qui a Patre imperium in omnes gentes et possessionem in omnes terminos terræ accepit, regnum suum Chagano nequaquam intestatum esse voluit. Passim quippe inmissa pestilentia barbaros delevit: eratque malum indeprecabile, non ulla medicina, quantumvis solerter excogitata, curabile. Itaque a Chagano, ob Alexandrum Martyrem tam ignominiose tractatum, pœna commerita exigitur. Nam septem ejus filii peste inguinarum corripuntur, caloreque vehementi et igneo plane uno simul die extinguuntur. Sic Chaganus in victoriis suis infeliciter felix fuit. Nam propæanibus et canticis et hymnis, et manuum plausibus et saltationum numeris et risu effusissimo, lamenta et lacrymas, et luctum nulla consolatione sanabilem et jacturam intolerandam adeptus est. Percussus est enim ab Angelorum exercitibus: et cum plaga esset aspectabilis, acies tamen illa visu contingi non potuit...

3 Senatus Cæsarem de Legatis ad Chaganum mittendis hortatur: qui accito Harmaton eas partes mandat. Harmaton multis cum muneribus Driziparam venit. Chaganus presentes fortunas lamentans, amissionem filiorum, pestiferumque copiarum exitium immenso dolore prosequitur. Decem diebus ibi positus, Harmaton conveniendi copiam impetrare non potuit. Erat quippe dolor vehemens, ut dixi: nec levandæ calamitati ulla via ratiove apparebat. Die duodecima in tabernaculum introducit, barbarumque leni ac placida oratione demulcet... Tandem multis verbis eum Legatus permovet, ut se donis coli patiatur. Postridie pace firmata domum redit... Ex pacto autem Ister ad Romanorum Avarumque fines dirimendus constituitur, atque hoc sane modo bellum inter Avars et Romanos profligatum est. Hactenus Simocatta.

4 Theophanes etiam in sua historia ad annum Mauritii Imperatoris xviii, Indictione iii, qui est Christi sexcentisimus, commemorat irruptionem Chagani Regis Avarum: ejus milites, homines barbari, Driziparam profecti, civitate direptioni tradita, in S. Alexandri templum incendio grassati sunt. Cumque sepulcri thecam argento ornatam reperissent; illis prius et contemptis Martyris reliquiis, ornamentum omne sacrilege spoliavere... Porro Deus injurias Martyri Alexandro irrogatas ulturus, morbum pestilentem in barbaros immisit, qui uno solo die febris ex peste orta septem Chagani liberos cum innumera populi multitudine extinxit, adeo ut triumphalis lætitiæ, victoriæ, pæanum, cantuumque vice, luctus, lacrymas atque plauctus prorsus inconsolabiles receperit. Hæc Theophanes, eumque secuti Anastasius bibliothecarius in sua Historia, et Paulus Diaconus in Historia miscella.

5 Non videntur sacræ Reliquiæ plane periculis, sed earum multæ a piis Christianis, uti in simili casu sæpe contigit, fuisse collectæ. Unum certe frustum, digito majus, ex Reliquiis hujus S. Alexandri ad Ecclesiam Pragensis circa annum mccciii sub Wenceslao II Rege pervenisse, asserit in Pragensis Ecclesiæ Diario Thomas Joannes Pessina a Czechorod Decanus Metropolitanæ ædis S. Viti, nunc etiam Samandriensis in Hungaria Episcopus.

D

eadem postea capta Reliquias dissipat:

ideoque filiis et copiis per pestem diminutus,

E

pacem cum Romanis sancit,

F

verso in luctum triumpho.

Aliquæ Reliquiæ Pragæ.

DE SANCTIS MARTYRIBUS ALEXANDRINIS

APHRODISIO, AGRIPPA, SABINO, GRISO, LUCIO, CYRILLA, CRIDULA, JUVINO, ET ALIIS DUOBUS.

G. II.

XIII MAJI

Antiqua Martyrologia Hieronymiana præsentem diem ab his Martyribus auspiciantur hoc modo : In Alexandria Aphrodisii, Agrippæ, Sabini, Grisi, Lucii, Cyrillæ, Cridulæ, Jovini et aliorum duorum. Ex his loco Grisi legitur etiam Grissi et Grippi. Ex nominibus Lucii et Cyrillæ, unicum conflatur in MS. Eptarnacensi Lucirillæ : in eodemque pro Cridula est Oritula, et tres Socii adduntur. Juvinus est in solo Corbeiensis Parisiis excuso, et duobus anonymis postponitur. In aliis Martyrologiis etiam nonnulli memorantur : nam in MS. Richenoriensi ista sunt : Alexandria Agrippæ, Sabini, Lucii, Cyrillæ. MS. Rhinoriense : Alexandria Agrippæ.

Notkerus sic habet : In Alexandria Aphrodisii, Agrippæ et multorum Martyrum. Palæstra vero martyrii non indicata sunt in MSS. Aquisgranensi, Augustano et Labbeano Agrippa, Lucius, Sabinus ; quamvis et Agrippus et Lucas etiam legatur. Apud Grevenum in Additionibus ad Usuardum hæc traduntur : Item Sanctorum Gagi, Luci, Agrippæ et Sabinæ. Et in MS. Florario fit mentio Sanctorum Virginum Agrippæ et Sabinæ : interim Sabinus aut Savinus legitur in antiquis Martyrologiis, in quibus Gagus infra inter alios Martyres colitur. In MS. Tamlectensi referuntur nomina Afrodisii, Sabini, Agrifæ, Luci, Credulæ, Quirillæ, Gressi, item Lucii.

B DE SS. VICTORE, SATURNINO, ALEXANDRO, AGRIPPA, SAVINO, CREDULO, MAXIMO, GAGO

E G. H.

MARTYRIBUS POLENTIÆ.

XIII MAJI

Nomina
Martyrum
in Fastis
Hieronymi:
VIDE APP.
TOM. VII MAJI
SGT. 60 **

et aliis.

Multa hic controversa occurrunt, num hi Martyres sint simul collocandi, et quonam sint modo dividendi. Ac primo in apographo Lucensi Martyrologii Hieronymiani ista leguntur : In Polentia passio S. Victoris, Saturnini, Alexandri, Agrippæ, Agris, Cyrillæ, Savini, Creduli, Maximi, Gagi. Erant hic post Alexandri nomen quedam de S. Servatio, quæ plene præter mentem auctoris iatrusa cum Florentinio arbitramur : quod eu in MS. Blumiano sub initium hujus diei collocentur, et in MS. Corbeiensis Parisiis excuso sint inter superiorem et hanc classem ; ne plene desint in antiquissimo codice Epternacensi, in quo de his Martyribus sic legitur : Polentiæ, Victoris. In Vicia daucti, Saturnini, Alexandri, Agrippæ, Aeris, Cyrillæ, Sabini, Credolæ, Maximi, Gagi. Ex codice Corbeiensis ista sunt Parisiis excusa : In Polentia passio S. Victoris et Saturnini. In Alexandria Agrippæ, Veris, Cyrilli, Savini, Maximi, Credili, Gagi. In MS. Blumiano etiam legitur Alexandriæ, Agrippæ, Ageris, in reliquis cum Lucensi conveniunt. Ex his Sanctis indicantur in MS. Tamlectensi nomina Saturnini, Alexandri, Sabini, Maximi. Ast nomina Victoris et Gagi sunt in MS. Augustano S. Udolrici : Victoris, Saturnini et Gagi in MS. Parisiensi Lubbæi : Saturnini solus in Casinensi. Palæstram vero addit Notkerus : In Pollentia, inquit, passio Sanctorum Victoris et Saturnini. In MS. Richenoriensi fit memoria Aeris et Maximi : Gagi denique in MS. Aquisgranensi et apud Grevenum in Auctario Usuardi. In aliquibus sunt nomina Agrippæ et Sabini, uti supra indicavimus, quod ea etiam inserta

siat inter Martyres Alexandrinos. Et hæcæus quæ de his Martyribus apud antiquos indicantur. Ac primo dubitatur an recte in MSS. Epternacensi, Lucensi et Tamlectensi nomen Alexandri instar Socii exprimat, et an pro eo non sit urbs Alexandria supponenda, quæ in præcedenti classe exprimitur : quod vel ideo cum Florentinio non arbitramur, ac sequimur antiquissimum MS. Epternacense et alterum Lucense cum Tamlectensi. His positis inquirenda Palæstra martyrii. Ea Polentia dicitur in tribus apographis et apud Notkerum, quæ Polentia est in MS. Epternacensi. Tres vero urbes Polentiæ nomine celebres indicat Ferrarius in Lexico Geographico. Hæc sunt Polentia Balearis majoris, Polentiæ in Picino inter Macerata et Septempedam : ast quæ nobis cum Florentinio hic videtur signari est Polentia urbs Lignariæ, apud Tunarum fluvium olim celebris, nunc excisa, ubi Stilico feliciter adversus Wisigothos pugnavit, teste Claudiano de Victoris Stiliconis hoc versu :

Palæstra
martyrii
Polentia,

P

O celebranda mihi cunctis, Polentia, seclis.
At quod interponitur in MS. Epternacensi Vicia daucti non æque expleri potest. Quid si dicatur Vicus Adaucti, sicut Vicus Aurelii, Vicus Aquensis, Vicus Cuminarius, Vicus Egonum, Vicus Matrini, Vicus Varronis, Vicus Pacis ? Ita res tota posset exponi. Si quis tamen dauctum ex aliis MSS. Martyrem probaverit, et Viciam urbem esse docuerit, ei gratias referemus. Colitur hoc die inter Patronos Volaterranos S. Victor Martyr, cujus ibidem caput habetur : sed, eo quod arbitrentur esse S. Victorem Mediolani coronatum, de eo egimus ad diem vii Maji.

an et Vicus
Adaucti ?

An Alexander
his jun-
gendus ?

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
SGT. 61 **

DE S. SEBASTIANO EPISCOPO.

XIII MAJI

Inter alios Sanctos aliquoties occurrit nomen S. Sebastiani. Sub hoc toti orbi celeberrimus est S. Sebastianus Princeps militiæ sub Diocletiano, qui ejus mandato sagittis confectus colitur xx Junnarii. Alius fuit Sebastianus inter Martyres Thævos, cum S. Alverio a nobis relatus ad diem ii Januarii : de Maji T. III

quibus multo plura dicendo nobis restant in Supplemento ejusdem mensis ex MSS. ad nos Fossano missis : atque utinam interim inveniri contingat inventionis eorum historiam, quam Baldesano de Thævis scripturo communicatum, deinceps non amplius visam a se esse Fossanenses Episcopus et Canonici querantur. Alius Dux Sebastianus

A *Sebastianus, a S. Victore ad fidem conversus, et cum eodem ac S. Photina coronatus martyrio notatur ad diem xx Martii. Tertius etiam Sebastianus, in Armenia cum SS. Dionysio et Æmiliano Martyr, celebratur viii Februarii. Et ita alibi occurrent alii, uti hoc die S. Sebastianus Episcopus, inscriptus quatuor antiqua Martyrologii Hieronymiani apographis, uti etiam Martyrologio Coloniensi Ecclesie S. Marie ad Gradus; ibique autem memoratur hujus S. Sebastiani Episcopi depositio, ut vel inde possit suspicio oriri, eum potius*

Confessorem quam Martyrem esse censendum. In MSS. Augustano S. Udalrici, et Parisiensi Labbei nudum nomen profertur S. Sebastiani. Cetera latent, forsitan alias reperienda, docturaque quæ fuerit ejus Sedes Episcopalis et quo tempore vixerit: hoc interim arbitramur ad quatuor Christi priora secula referendum, cum in omnibus prædictis Martyrologiis Hieronymianis sequatur S. Marcellianus, Episcopus Ecclesie Autissiodorensis secundus, de quo jam acturi sumus.

DE SANCTO MARCELLIANO

EPISCOPO AUTISSIODORENSI IN GALLIA.

G. II.

CIRCA AN.
CCXXIVB
Cultus sacer.

Antiqui Ecclesie Autissiodorensis Episcopi aliique Presbyteri videntur venerationi Sanctorum valde addicti fuisse. Hinc quæ habemus antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa, passim habent subjunctos priores Ecclesie Autissiodorensis sanctos Episcopos, ut videatur ipsum ceterorum protographum ab illis conservatum. Colitur ibi hoc xiii Maji S. Marcellianus Episcopus Autissiodorensis officio Ecclesiastico trium lectionum, uti indicant antiqua ejusdem Ecclesie Breviaria, nobis a Petro le Fenier dictæ Ecclesie Penitentario submissa: de qua citata Martyrologii Hieronymiani apographa Epternucense, Blumianum et Corbeiese Parisiis excusum ista habent: In civitate Autissiodoro depositio et translatio S. Marcelliani Episcopi. In apographo Lucensi dicitur depositio et translatio corporis S. Marcellini Episcopi. At depositionem S. Marcelliani Episcopi saltem habent antiqua MSS. Trevirense S. Maximini, et aliud Regine Suecæ ab Holstenia vulgatum, ac MS. Florarium, et cum iis Notkerus, Grevenus, Mauralyceus, Canisius; item Martyrologium Coloniae et Lubecæ anno 1490 excusum, in quibus Marcellianus dicitur. At Marcellinus, in MSS. Richenoviensi et aliquo Trevirensi S. Maximini. De eo longum encomium edidit Saussayus in Martyrologio Gallicano, quod ibidem legi potest.

Elogium,

C

2 Historia Episcoporum Autissiodorensium ex MSS. eruta a Philippo Labbe et tomo 1 Nova Bibliothecæ excusa, cap. 2 de S. Marcelliano ista habet. Marcellianus, natione Gallus, sedit annos xxxix. Hic in prædicationis officio fideliter elaborans, felici cursu migravit ad Christum iii Idus Maji, et sepultus est in monte Autrico. Fuit autem temporibus Alexandri

et Maximi Imperatorum, Aureliano et Marcellino Consulibus; Præsulantibus apud urbem Romam Felice atque Eutyehiano. Hæc ibi. Fuerunt Aurelianus Imperator III, et T. Avonius Marcellinus Consules anno cclxxv, quo etiam anno S. Felici I Pape successit S. Eutyehianus: sed procul ab isto anno absunt Imperatores supra indicati. Nam Alexandro post tredecim Imperii annos occiso anno ccxxxv successit Maximinus, qui supra Maximus dicitur. Sed ne hoc anistoriæ patentis vitio conturbetur lector, meminerit ostendisse nos Kalendis Maji, ad Vitam S. Amatoris Episcopi, nomina Imperatorum et Pontificum cum magna rerum confusione fuisse dictæ historiæ inserta. Decessor S. Marcelliani dicitur S. Peregrinus, primus Autissiodorensium Episcopus a S. Sixto II Pontifice Romano missus, nec diu postea martyrio coronatus xvi Maji: post quem statuuntur SS. Marcellianus Episcopus II, Valerius III, et Valerianus IV, de quibus eodem vi Maji, diximusque S. Valerianum designatum Episcopum circa annum cccxxxiv, ergo a martyrio S. Sixti Papæ usque ad hujus Episcopatum intercurrunt anni lxxxvi: ex quibus in dicta Historia assignantur S. Marcelliano triginta novem, et S. Valerio septemdecim: adeoque viginti reperiuntur anni, quibus Sedes vacavit, quos arbitraremur proximos a martyrio S. Peregrini posse concipi. Quid si Marcellianus dicitur ordinatus Aureliano et Marcellino Consulibus? Ita superfluisset ad annum circiter ccxiv aut sequentem. Nihil nos hic affirmamus pro certo: solum aliqua ut magis verisimilia ulteriori discussioni aliorum proponimus. Bucelinus ejusdem meminit in Sacratio Benedictino, quod Autissiodori in monasterio S. Germuni fuerit sepultus.

Tempus sedis.

F

DE SANCTO CHRISTANTIANO

MARTYRE ASCULI IN PICENO.

G. II.

XIII MAJI

Processio solennis.

Imago.

Patrocinium contra grandinam,

Asculum, urbs Piceni nobilis et opulenta, post Auconam nulli ceterarum secunda, inter Mæceratam ad Occidentem et Aquilam ad Ortum quasi media, supra xxx m.p. utrinque distat. In ea urbe colitur hoc xiii Maji S. Christantianus Martyr: quo die habetur processio per Capitulum et Magistratum ab Ecclesia Cathedrali ad Parochialem S. Victoris: ubi in altari majori dictæ Ecclesie imago hujus sancti Martyris, in habitu Levitico expressa, cum martyrio ab eo passo sub lapidum grandine. Fertur ex traditione majorum ejus corpus requiescere in dicta Ecclesia Cathedrali; sed in quo loco soli ignoratur, ex incuria eorundem Majorum. Est ipse Patronus ad depellendam grandinem, non solum hujus civitatis et totius diocesis, sed etiam

finitimorum oppidorum: estque peculiaris Patronus et Advocatus nobilis castri Moldignani, in quo nunc et olim mixtum habet imperium Ecclesie Asculanæ Capitulum ex donatione Caroli Magni. Recitabatur olim ejus Officium sub ritu duplici, quod postea omissum est ex generali decreto sacræ Rituum Congregationis. Non extant ejus Acta manuscripta, nec typis excusa quod sciamus. Huc usque exacta de Sanctis Asculanis nobis submissa informativ. Memoriam ejusdem ex Tabulis Asculanæ Ecclesie celebrat Ferrarius in Catalogo generali et alio Sanctorum Italiae, additque eundem in diocesi Laudensi, in qua contra tempestates adversas invocatur, venerationem habere: licet Confessor apud eos habeatur.

et tempestates.
VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 62**

DE SANCTIS MARTYRIBUS

THEODORO PRESBYTERO ET VICTORIANO.

Inter alia antiqua monumenta, quæ nos anno MDCLXI in celeberrimo S. Benedicti monasterio Casinensi reperimus, fuit aliquod illustre Martyrologium MS. antiquo caractere Longobardico exaratum, et numero 334 signatum : in quo ad hunc xiii Maji ista scribuntur : in Idus Maji natalis Sanctorum Martyrum Theodori Presbyteri et Victoriani. Dolendum est, quod in dicto Martyrologio non apponitur

tempus martyrii aut saltem ejusdem palæstra. Tunc facilius judicarem, num alio aliquo die colerentur. Est aliquis Theodorus Presbyter Antiochiæ, sub Juliano Apostata, die xxiii Octobris, sed absque Socio Victoriano. Nos propter Martyrologii venerabilem antiquitatem, utrumque simul relinquimus, forsitan in vicina Italia eadem palma martyrii coronatum : et optamus aliquando lucem pleniorum de utroque nascisci.

DE SANCTO ONESIMO

EPISCOPO SUESSIONENSI IN GALLIA.

D.P.

CIRCA AN.
CCCLX

Cultus sacer.

Vita ex MS.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT 63**
Translatio
corporis
Duacum.

Suessionum Augusta, urbs Episcopalis Gallia, ad sinistram Axonæ fluminis ripam, inter antiquiores suæ Sedis Episcopos veneratur hoc die S. Onesimum, cujus primo loco in suo Martyrologio B. Rabanus, seculo Christi nono Archiepiscopus Moguntinus, ita meminit : Tertio Idus Maji festivitas S. Onesimi Confessoris. At natalis appellatur in Usuardo MS. Reginæ Sueciæ. De eo ista scribunt Sammarthani in Gallia Christiana : Septimus Episcopus S. Onesimus vixisse fertur ad annum Christi ccclx, mortuus in Idus Maji. Quiescit in ecclesia S. Georgii Martyris, extra confinia civitatis Suessionensis, citra fluvium Axonæ in fisco Croviaco, in vico qui postea nomine S. Medardi insignitus habetur : ita refert MS. vetus. Hæc Sammarthani. Dictum MS. vetus quidem, sed tamen multis seculis infra ipsius Sancti ætatem exaratum, de vita, morte et sepultura S. Onesimi, descripsit manu sua ex Legendario monasterii Longipontani Ordinis Cisterciensis, et ad nos misit anno MDCLXVI Dominus Muldrac, senior Longipontanus : quod hic edimus. Scriptum illud videtur antequam sacræ Reliquiæ alio fuerint deportatæ : de qua deportatione scribunt dicti Sammarthani : illius Reliquias ex D. Medardi monasterio Doncheirium, prope Sedanum, membrum ejusdem Abbatia, translatas fuisse. Quidquid sit de hac translatione, cujus alibi nullum vestigium reperimus, Duacenses asserunt, tria sacra corpora SS. Amati Senonensis Archiepiscopi, S. Onesimi Suessionensis Episcopi, et Gurdinelli Confessoris, post extinctam Normannorum persecutionem, ex Suessionibus translata fuisse circa annum Domini MCCXVI, et etiamnum adservari in insigni collegiata S. Amati. Ita Arnoldus Raysius Duacenus in Hierogazophylacio Belgico. Ex hic colitur S. Amatus Idibus Septembris, mortuus Brogli apud S. Maurontum, et inde Duacum translatus, uti dicitur in Vita S. Mauranti v Maji, et S. Rietrudis xii Maji. S. Gurdinellus colitur xvi Octobris. Hujus itaque et S. Onesimi corpora ex Suessionibus solum translata tradunt alii. Cultum ejusdem S. Onesimi apud Duacenses testatur etiam Molanus, in Additionibus ad Usuardum et in Natalibus Sanctorum Belgii, cum longo ex Vita elogio; Miræus in Fastis Belgicis, Canisius in Martyrologio Germanico, Saussayus in Galliano, Galesinius, Ferrarius aliique.

VITA

Ex MS. Codice Longipontano.

In sanctorum Patrum solennitatibus, divinis nos

convenit instanter exerceri laudibus : ad hoc enim feriatis diebus humana indulgentur otia, ut immortalitatis impensius inquirantur obsequia. Idcirco confessionem laudis Christo personet mens, sensus, et lingua, dum beatissimorum Patrum annua recolluntur solennia, maxime quorum sacra gratulamur præsentia. Adest igitur nobis, dilectissimi, natalitius dies Patroni nostri S. Onesimi : cujus vitæ gesta vel miracula, licet aut nimia vetustate temporum consumpta, aut desidia scribentium recordationi posterorum non sint tradita ; inter præcipuos tamen Confessores ejus celeberrima perpetualiter habetur memoria. Quod fieri non posset, nisi in æterna Dei prædestinatum fuisset præscientia : quos enim ille summa ante constitutionem mundi præscivit sapientia, hoc etiam ad laudem et gloriam nominis sui prædestinavit elementia. Misericordiam ergo B. Onesimus consecutus est et benedictionis gratiam, quia in temporibus suis operatus est justitiam. Siquidem in annis adolescentiæ cepit Deo devotus existere, et ad supernæ vitæ patriam totis desideriis anhelare. Contra incentiva quoque vitiorum didicit viriliter agere, ut liberiori mente viam virtutum gratanter posset incedere. Denique promotus ad sortem Clericatus, sacrorum Ordinum gradatim ascendit gradus. Sed quoniam vitium elationis operibus se frequenter assolet ingerere justis, summa cum difficultate timoris, ministerium suscepit altaris.

2 Non parva denique sancto Dei famulo inerat molestia, quod adhuc vana Gentilium superstitionis secta tota sibi pæne vendicaverat Suessionum confinia. Adhuc enim in valde Suessionica tenera nascentis ecclesiæ pullulabat infantia, ut antiquiora Annalium tradunt monumenta. Legitur namque quod felici completo cursu martyrii, postquam animæ a SS. Crispini et Crispiniani martyrum [cœli] petiere palatium, per visum Pontificem aggrediuntur Romanum, et ut Pastor vigilantissimus Suessionicis sedibus quantocius dirigatur, evidenter admonent, qui et populum Deo acquisitum lucrifaceret, et Ecclesiam-nova sobole fœcundatam verbi pabulo nutrireret et fidei fundamento solidaret. Mox sanctus Antistes Romanus, certus de oraculo, religiosus pro officio, venerabilem Sixtum Apostolicæ benedictionis gratia sublimavit, et eum præficiendum Episcopum in Suessionica direxit Ecclesia. In quam urbem ingressus felix supradictorum Martyrum successor, felices aggressus est labores. Sed quia juxta Evangelii vocem videbat albescere regiones ad messem, Sinitium suæ Suessionicæ diœceseos consecravit Episcopum :

E

Patronus
habetur :

pie educatus

sacros Ordines
suscepit:
Fa
post martyrium SS.
Crispini et
Crispiniani,et Episcopos
S. Sixtum,

Sinitium,

A Episcopum : ipse vero maximam remorum metropolim prædicationis officio penetravit, et Rerensensem Ecclesiam sub Præsule Christo *b* primus Pastor suscepit regendam. Ubi instanter agens quæ Dei sunt, tam passione quam fide præfatorum Martyrum sortitur collegium. Hujus vestigia pari fide et eadem devotione secutus Sinitius, simili ordine *c* S. Divitianum Suessonicis constituit Episcopum, et ipse in Remensi cathedra collocatur, ne labore Magistri sui Sixti populus Deo acquisitus periclitaretur. Nec multo post, S. Divitiano vita mortali exempto, Rufinus Pontificales infulas accepit, cui Filanus successit, deinde *d* Mercorinus, in Episcopatu seuarium complens munera, jam septiformi gratia repletum in ministerio prædicationis sibi dilectum adscivit Onesimum. Et recte Onesimus in domo Domini assumitur verbi minister, ab illo *e* Onesimo Apostoli Pauli discipulo nusquam degener, de qua inter cetera Philemoni scribit, quia prædicationis illi verbum commisisset, et Episcopum Ephesiorum ordinasset. Exaudiebatur interea divinitatis occulto judicio, ne quid deesset Apostolico Pontifici mox futuro : miroque modo populus in Dei cultu per sanctum virum accendebatur, quotidianis ab eo illustratus miraculis atque doctrinis. Quid pluribus immoror? Mercorinus diem vitæ claudit ultimum : Onesimum vox una postulat omnium : fit communis vox lætitiæ in populo, qua in eligendo unanimiter acclamatur Dei famulo. Complentur in Electo Dei divina munia, secundum Ecclesiasticæ sanctionis instituta : constituitur dies sollemnis in condensis usque ad cornu altaris, in quo a Participibus suis Onesimus consecratur oleo divinæ unctionis. Exhilaratur facies Onesimi in oleo sanctificationis, quia in nitore mentis per manifestationem sancti Spiritus, ad interpellandum Deum pro populi salute, assumitur medius.

3 O vere felix Ecclesia, quæ tanto Pastore suscipitur regenda! felices et filii, qui tantum merentur Patronum, quo duce perveniant alacres ad Christum! Jam cætera colla sub tanto Pastore deponit suavi jugo regio Suessonica, et Evangelicæ legis excipit onus leve : cui prius dominabatur jus potestatis dæmoniacæ. Funditus evertunt falsorum aras Deorum, qui prius vana religione contenti, colebant simulacra dæmonum. Ubique destruantur Paganorum delubra, et undique præclara sanctæ Crucis stigmata prædicantur. Ad Ecclesiæ baptismum gregatim confluit credentium turba, ut peccatorum remissione percepta procedat, lavaeri salutaris fonte dealbata. Viam mandatorum Dei cucurrit Onesimus cum ceteris Sanctis, ut et nos exemplis ejus informati per eandem viam currere sapiamus : spiritualium charismata virtutum Dei gratia non solum promeruit, verum eisdem virtutibus dum vixit nobiliter uti sapuit. Quibuscumque enim in tribulationis succurrebat angustia, et qualibet calamitate affectis opem adhibebat suæ consolationis : quod enim sibimetipsi, hoc procul dubio omnibus impendebat aliis. Aliena damna acsi propria conquerebatur incommoda, sicque aliorum detrimenta multa illi pariebant incrementa virtutum per caritatis officia. Ubique fit innumerabilis populi concursus, ubi præstolatur summi Pontificis adventus.

4 Non differuntur ægrotis dona salutis, ubi manum dignatur per suum famulum imponere medicus cælestis. Omnes indifferenter suscipiuntur, et universis præveniente gratia subvenitur. Cæcis equidem diu negata patent lumina, pervia fiunt surdis diutina claustra surditatis, lingua mutorum cælitus soluta per Sanctum perfecte perfecta novit edere verba, sed et manci agilitate operis in præsentia viri Dei prorsus efficiuntur idonei : spiritus immundus

ab obsessis recessit, sæpius ope intercessionis ejus expulsus. Quidquid debile vulgi sanctum virum veniebat, prompta in melius ad sanandum divina per suum famulum restaurabat virtus. Tanta ergo miraculorum insignia justæ necessitatis ordo deposcebat, propter teneram nascentis Ecclesiæ infantiam in valle Suessonica : signa enim data sunt infidelibus, non fidelibus. Attamen in omnibus sancto Dei famulo custos erat humilitatis maxima virtus : qui si quando extra se fortia egisset, maluit abscondi intra se, ne humana opinione captus raperetur super se. Pro talibus ergo meritorum prærogativis culmen ascendit perfectionis, et nihil in hoc mundo voluit appetere, verum ardentem sui Conditoris desideriis inhiare. Ad illum enim indesinenter anhelabat, cui devota mente usquequaque inhæserat : quia pennas assumpserat tanquam columbæ, per quas volare posset ad cælestia et requiescere. Deum itaque vere amavit, cujus præcepta toto ex corde servavit. Unde contigit, ut amando quæreret, quem quærendo inveniret; ne ab ejus amore divelli posset in ipsa tentatione, cum etiam in afflictione efferveret.

5 O quantas injurias et opprobria, in mediogentis prævæ et perversæ, ubi habitabat, pertulit! O quot sibi cruces conscivit, qui in suo corpore fluxum luxuriæ domare potuit! Sine ferro enim longum martyrium in suis pertulit membris, ut quod sanguinis non contulerat effusio, conferret proluxa in attritione flagelli membrorum vexatio. Primum [certamen] illi fuerat in nimia tenacitate cibi et potus, ut indicta parsimonia in utroque, veluti sine Cere et Libero, frigeret Venus. Pallida ora præ nimis traherat jejuniis, et in vigiliis constans erat animus, et mens Deo devota vacabat orationibus. Factum est tandem, ut exitus ejus de hoc seculo appropinquaret, et triumphum gloriæ de hoste caperet superato, et ad Regem suum cum palma perveniret victoriæ, qui nunquam in ejus prælio novit terga versare. Nam quantum Deo placuit, Pontificatus sui officium feliciter administravit : sicque corporali percussus molestia, usque ad extrema vitæ suæ perductus est tempora. Securus itaque sustinebat Judicem, quem toto desiderio expectaverat venientem; quique eum, ab humanitatis consideratione, non longe post transferret in contemplationem divinitatis suæ. Igitur languore præventus, a divinis non cessabat laudibus; et evoluto cursu sui tempore, acri usque ad mortem correptus est dolore; plenusque dierum, eflagitatum divinis operibus Christo reddidit spiritum *f*. Salva fide credimus, in exequiis tanti Pontificis Angelorum non defuisse obsequia : qui illius sanctam animam, carne exemptam, de labore ad requiem, de terrenis transferrent ad cælestia.

6 Sepultus est autem in ecclesia S. Georgii Martyris *g* extra Confines civitatis Suessonicæ, citra fluvium Axonæ in fisco Croviaco, in vico, qui postea nomine S. Medardi dictus atque insignitus habetur. Plurima in ejus transitu patuerunt miraculorum signa, et ad ejus tumulum ægri sæpe veniunt, ut optata suæ sanitatis remedia referant : sicque remeant cum gaudio, qui se alicujus infirmitatis oppressos angustia cælesti offerunt medico. Quæ omnia ad laudem illius fiunt, cujus dono Sancti mirabiles existunt : qui dum ab eo plenitudinem accipiunt gratiæ, cum perfectione cohærent justitiæ. De qua plenitudine beatus Confessor et Episcopus Onesimus in superna curia cum Angelicis exultat spiritibus : et quod hic acquisivit in itinere, illic procul dubio adeptus est in perventione. Jam enim inter supernos cives emicat, et inter ignitos lapides diadematis Regis æterni pretiosa gemma coruscat. Jam in superna curia illa Divinæ majestatis perfruitur præsentia, in qua Cherubin et Seraphim prospicere desiderant incessanter

Deum amat :

E patitur adversa :

pie moritur :

sepelitur in aede S. Georgii,

invocatur ab auctore.

cessanter

A cessanter ardentia. Debitis ergo laudibus ejus solennia celebremus, et diligenter ejus amplectamur presentiam corporis, qui dum adviveret fuit vas et habitaculum Spiritus sancti. Imploremus tandem pia ejus suffragia, ut digna languoribus animarum nostrarum remedia conferat; et sic nos presentialiter deponat beate vivere, quatenus in cœlestibus mereamur æternaliter assistere, ad laudem et gloriam sanctæ et individuae Trinitatis et inseparabilis Unitatis: cujus virtus, honor et imperium permanet sine fine in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a SS. Crispinus et Crispinianus sub Rictiavaro in persecutione Diocletiani passi sunt 23 Octobris.

b Flodoardus lib. I Hist. Ecclesie Remensis cap. 3, de his 2 Episcopis ista habet: S. Sixtus, Remorum primus Episcopus, etiam Suessionicam fundasse fertur Ecclesiam, et B. Sinicium collaboratorem et cooperatorem suum inibi constituisse: quique post ejusdem S. Sixti decessum, nepote suo, ut ferunt, S. Divitiano Suessionis a se Pontifice ordinato...

B Remis Archiepiscopalem subiit Cathedram. At quis Pontifex Romanus S. Sixtum miserit, controvertitur: S. Petrum Apostolum assignat dictus Flodoardus: Sixtum II Hincmarus in Opusculo ad Hincmarum Laudunensem cap. 16. S. Marcellum, qui seculo fere

dimidio post Sixtum II præfuit ab anno 308 ad 310 D præfert Melchior Reginaldus in Historia Suessionensi, EX MS quod presenti relationi magis congruit. Sed hæc accuratius erunt discutienda ad Kalendas Septembris, quo die ambo Sixtus et Sinicium coluntur.

c S. Divitianus colitur 5 Octobris, cujus corpus in D. Crispini Majoris ecclesia conditum esse tradunt Sanmarthani.

d Mercurinus etiam legitur in MS. S. Amati. At Mercurius alius: qui adfuit Concilio Agrippinensi anno 346.

e S. Onesimus, discipulus S. Pauli et Episcopus Ephesiorum, colitur 26 Februarii Pro hoc scripta quidem est epistola ad Philemonem, sed longe tunc adhuc remoto ab Episcopali gradu, cujus nec ibi nec alibi apud Pontium mentio. Alius esset S. Onesimus, Magister SS. Alphi, Philadelphi et Cirini martyrum, et xxxi Julii Puteolis martyrio coronatus. De hoc egimus supra 10 Maji in Vita dictorum: Martyrum. Ceterum verba hic relata transcripta sunt a Molano in Natalibus Sanctorum Belgii.

f Ex sequentibus plurima eisdem verbis allegat Malanus, in prima editione Auctarii ad Usuardum, addens in fine, Scriptum in gestis ejus.

g Hæc ex vetere MS. citari a Sanmarthanis supra diximus. Quid autem, si ipse Sanctus, inclarescente etiam in Galliis nomine S. Georgii, hæc ecclesiam sub nomine illius struxerit et dedicavit?

DE PLURIMIS SANCTIS MARTYRIBUS

G. II.

ALEXANDRIÆ OCCISIS.

In Hodierni Martyrologii Romani tabulis proponitur hoc XIII, tanquam propria Alexandriae, commemoratio plurimorum Sanctorum Martyrum, qui ob fidem Catholicam ab Arianis in ecclesia Theonæ occisi sunt. Quam ab hisce Arianis persecutionem tulit S. Athanasius Episcopus Alexandrinus, late deduximus ad diem ejus natalem, qui secundus hujus mensis est. Successor ejus in Episcopatu fuit Petrus, sudorum illius particeps, domique ac foris assiduus comes, omnisque generis pericula cum illo expertus, et veræ orthodoxæque fidei propugnator. Verum provinciae Rector, idolorum cultui deditus, collecta Gentilium et Judæorum manu, cinctis Ecclesiae septis Petrum Episcopum exire jussit, invitum alioquin expellendum minatus. Admirandus ergo Petrus, inopinatum bellum animadvertens, clam exiit; et consensu navigio Romam profectus est. In cujus locum Lucius Arianus introductus, cum videret populum Alexandrinum vere orthodoxum ab Arianis suis conventibus abstinere; satellitum loco idolorum habens cultores, alios verberibus laniabat, alios carceribus includebat, alios ad fugam adigebat, aliorum etiam domos ritu barbarico populabatur. Indicat ista Theodoretus Episcopus Cyri libro 4 Historiæ Ecclesiasticæ cap. 21. addens ista omnia melius Petrum Episcopum in epistola commemorare, quam operi suo intexuit cap. 22, quamque in Notis a Baronio citatam nos inde damus. Meminerunt ejusdem persecutionis S. Gregorius Nazianzenus, Rufinus, Socrotus, Sozomenus, Theophanes, quos infra referemus.

EPISTOLA PETRI EP. ALEXANDRINI.

CAPUT I.

Virgines sacræ stupratæ, occisæ. Variæ insolentia.

a **P**rovinciæ Rector a Palladius, secta Gentilis et

simulacrorum cultor assiduus, qui ad bellum Christo inferendum sæpius sese exercenerat, collecta multitudine impetum in Ecclesiam fecit, perinde ac si ad subigendos Barbaros properaret. Tunc vero teterrima facinora perpetrata sunt; quæ cum ego dumtaxat referre vellem, tantum mihi dolorem attulit eorum recordatio, ut ingentem lacrymarum copiam effuderim: atque in eo statu mansissem diutissime, nisi divina cogitatione dolorem meum compressissem. Ingressa enim turba in Ecclesiam, quam vocant b Theonæ, loco verborum gravium laudes idolorum canebant: pro lectione sacrarum Scripturarum plausus manuum indecoros, et fractas eum obscœnitate voces usurpabant: ejusmodi denique contumelias adversus Virgines Christi, quas nec lingua proferre sustinet: nam et turpis est ipsa prolatio. Certe ex cordatis hominibus quisquis hæc solummodo audivit, statim obturavit aures, et surdus esse potius optavit, quam illorum obscœnitatem auribus suis audire. Set utinam verbis contenti hæcenus deliquissent, nec verborum petulantiam factis ipsis superassent. Nam convitia, quantacumque sint, tolerabilia sunt iis, in quibus Christi sapientia et divina mandata resident. Isti vero, utpote vasa iræ ad exitium præparata, expanso naso turpem sonum pernares edentes, et tubis, ut ita dicam, ac fistulis procul emittentes, sanctarum Christi Virginum vestem disciderunt: quarum continentia sanctorum Angelorum similitudinem exprimebat: easque nudas, sicut natæ erant, per totam urbem traduxerunt, petulante iis illudentes, prout ipsis libitum erat: erantque omnia prorsus crudelia atque inaudita. Quod si quis ad hæc miseratione captus, eos impedire ac verbis eos admonere voluisset, vulneratus abibat. Sed, O rem calamitosam! Multæ Virgines per vim stupratæ sunt; multæ, dum fustibus capita verberarentur, manserunt exanimæ. Ac ne corpora quidem sepultura

Inimpre in ecclesiam Præfecto Palladio

b post verba obscœna, f

saec. c Virgines nudæ per urbem traducuntur,

constuprantur et occiduntur,

EPISTOLA
PETRI EP.

A turæ mandari permittebant. Plurima certe corpora, magno cum parentum dolore, hactenus reperiri non possunt.

puer effem-
natus in al-
tari saltat,

2 Sed quid persequor parva ac levia, si cum majoribus comparentur? Quid his immoror, aut non potius ad ea quæ urgent contendo? in quibus admirabimini, sat scio, clementiam Domini; et nobiscum attoniti diu manebitis; ac stupentes, quod universa non obruerit. Etenim quæ neque facta sunt neque audita in diebus patrum nostrorum, ut ait Scriptura, ea in ipso altari impii perpetrarunt. Nam velut in pulpito scenæ petulantis, puerum, qui virilem sexum ejuraverat et muliebrem affectabat, oculos stibio depictos atque munitos habentem, sicut ipsorum simulacra habere solent, muliebri habitu in ipso sancto altari, ubi adventum Spiritus sancti invocamus, saltare fecerunt, solubili motu, hac et illac manus jactantem ac gesticulantem, ipsi immoderate ridentes vocesque nefandas emittentes. Quin etiam istud ad lasciviam spectare arbitrati, et præterita decora potius esse quam impia existimantes, quemdam ex suo numero notissimæ turpitudinis, qui una cum veste pudorem exuerat, nudum sicut natus erat, in Ecclesiæ solio collocantes, concionatorem infamem adversus Christum salutarunt. Nam divinatorum verborum loco turpitudinem proferebat, pro gravibus verbis petulantiam, pro pietate impietatem, pro continentia scortationem, adulterium, masculam venerem, furtum, escam et potum, vitæ hominum utilia esse docens.

alius nudus
concionatur
adversus
Christum.

B

ANNOTATA.

a *S. Gregorius Nazianzenus Oratione 23 in laudem Heronis, de Polladio ista habet: Ducis munere fungebatur, vir impius et consceleratus, ac Christiani quidem nomen gerens (hoc enim totius contumeliæ indignissimum est) verum ab idolis ad Dei templum properans, ab impuris erroribus ad execrabiliores et detestabiliores, ac fortasse hujusmodi adversus nos contumelia, quasi victima quadam dæmonibus litans. Socrates lib. 4 cap. 21. Mandatum Imperatoris Valentis missum est ad Palladium Prefectum Ægypti, jussumque erat, ut milites operam suam ac ministerium præberent.*

b *Theonas Episcopus Alexandrinus inscriptus est Martyrologio Romano ad diem 23 Augusti, sub cujus invocazione hanc ecclesiam positam addit Baronius.*

C c *Virgines mirabilem in modum distractas asserit Nazianzenus. At Rufinus tanta ac tam turpia in Virgines et Continentes Ecclesiæ gesta sunt, quæ nec in persecutionibus Gentilium memorantur.*

CAPUT II.

Sub Lucio Pseudo-Episcopo Presbyteri et Diaconi XIX, post varias promissiones et minas, torti et in exilium missi.

a
Post disces-
sum Petri

Quæ cum ita fierent, atque a ego Ecclesiâ excessissem (quomodo enim non abiissem, cum milites incursionem facerent, plebs pecuniis conducta esset ad tumultuandum, nummi erogarentur, multitudo Gentilium magnis pollicitationibus illecta adesset?) Successor noster mittitur, qui Episcopatum, velut secularem quemdam Magistratum, pretio coemerat; b Lucius quidam, lupi prorsus improbitatem et actus studens æmulari, non in Orthodoxorum Episcoporum Synodo, non suffragio legitimorum Clericorum, non postulatione plebis electus, sicut Ecclesiasticæ leges requirunt. Erant una cum illo (neque enim simplex ejus ingressus esse potuit) nunc Episcopi aliqui, non Presbyteri aut Diaconi, non populi mul-

b
sub Lucio
Pseudo-Epi-
scopo,

titudo. Non illum præcedebant monachi, hymnos e D Scripturis depromptos canentes: sed c Euzoius, qui olim cum Diaconus esset Alexandriæ nostræ, in sancta et magna Synodo Nicæna simul cum Ario depositus est: nunc d vero Antiochenam Ecclesiam Præsulatu suo devastat. Simul etiam Comes largitionum Comitatus, e Magnus nomine, immensam militum multitudinem secum ducens, qui in omni impietate semper antesignanus esse cognoscitur...

4 Qui statim, ne momento temporis interjecto, acerbus satelles et crudelissimus Satrapa, collecta multitudine eorum, qui sub ipsius cura ductique erant, Presbyteros ac Diaconos novemdecim numero comprehendit, ex quibus nonnulli octogesimum annum excesserant: et quasi in detestando quodam facinore et legibus Romanis contrario deprehensi fuissent, constituto publico judicio, ipse Christianarum legum de virtute ignarus, avitam fidem per Patres nobis traditam prodere eos coegit, clementissimo Augusta Valenti gratissimum id fore asseverans. Assentiatis miseri, clamabat, assentiatis dogmati Arianorum. Quamvis enim vera sit religio quam colitis, ignoscet tamen vobis Dens: quippe qui non sponte, sed necessitate compulsi, id feceritis. Nam necessitati quidem excusatio semper relinquitur: liberam autem voluntatem sequitur accusatio. Has igitur rationes præ oculis vestris habentes, omni cunctatione abjecta, alacres accedite ad subscribendum dogmati Ariano, quod nunc disertis verbis prædicat Lucius. At pro certo habete, vos, si quidem parueritis, pecunias et opes atque honores ab Imperatoribus consecuturos: si vero renuatis, carcerem, tormenta, quæstiones, flagra et cruciatus vos esse subituros: ac pecuniis ac possessionibus cunctis spoliatos et patria extorres, in loca aspera atque incommoda deportandos. Ad hunc modum generosus ille vir, fraude atque illecebris minas suas temperans, hortabatur simul et coegit cunctos ut a pia sententia recederent.

5 Verum illi, pietatis prodigionem omni tormento acerbiorum esse ducentes, uti revera est, his illi verbis coacti responderunt, fraudem ejus pariter ac minas suas virtute animique magnitudine calcantes: Desine tandem, desine his verbis nos terrere. Cessa inanes proferre sermones. Nos enim nec novitium nec recentem colentes Deum (licet instar maris fluctuum inaniter spumes, et tamquam veemens ventus cum fragore irruat) rectæ ac piæ doctriinæ ad extremum usque spiritum adhæsuri sumus: non potentiæ, non sapientiæ expertem, non sine veritate unquam fuisse sentientes Deum: non enim eum aliquando Patrem, aliquando autem non fuisse dicemus, juxta impium istum Arianum, Filium temporalem esse credendo. Nam si Filius creatura est, ut aiunt Ariomanitæ, nec consubstantialis Patri: ad nihilum redigetur etiam Pater, cum secundum ipsos, Filio non existente, Pater aliquando non fuerit. Si vero semper est Pater, existente ex ipso scilicet vero fætu, et non per defluxum (Deus enim passionis expertus est) qui fieri potest, ut non amens sit ac vecors, qui de Filio dicit: Fuit tempus, in quo non esset, cui cuncta accepta ferre debent, quod existunt? Hac de causa Patres nostri, qui ex toto terrarum orbe Nicæam convenere (a quibus exidentes illi, merito spurii facti sunt) cum perversam Arii opinionem, quam nunc junior iste defendit, anathemate damnassent; non alterius quam Patrem substantiæ, Filium esse dixerunt, sicuti nunc nos cogis dicere: sed ex una eademque substantia. Quod pio sensu recte intelligentes, ex multis divinis vocibus in unum collectis, Consubstantialem esse confessi sunt.

Presbyteri et
Diaconi XIX
capti,

ad Arianis-
mum inci-
tati

promissis et
minis,

generose
persistunt in
orthodoxa
fide

de Filio
consubstan-
tiali Patri,

A 6 Hæc et hujusmodi alia cum dixissent, eos multis diebus Comes in carcere detinuit; ratus eo se facto a pia sententia illos abducturum. Verum illi, velut in stadio fortissimi athletæ, abjecta omni formidinae, rebus a majoribus ex divina mente fortiter gestis se ipsos communiens, excelsiore animo pro pietatis defensione stabant, cruciatus esse ducentes gymnasium virtutis. Cum igitur ad hunc modum decertarent, et spectaculum, sicut ait B. Paulus, facti essent Angelis et hominibus; accurrit tota civitas visura athletas Christi, qui flagra Judicis ipsos torquentis tolerantia sua superabant, et trophæa adversus impietatem per patientiam erigebant, et de Arianis palam triumphabant. Quod hostis ille acerbissimus, minis ac fraudibus subactos, impiæ in Christum factioni dediturum se putabat. Fatigatus igitur in infligendis, quæ subinde excogitabat, tormentis; cum universus populus crebro ingemisceret ac lugeret; crudelis iste et ab omni sensu humanitatis alienus, convocatis iterum turbis incompositis et ad tumultuandum assuetis, eos ad iudicium, seu potius ad paratam condemnationem vocat juxta urbis portum; Gentilibus ac Judæis multas adversus eos acclamationes, mercede conductas, ex more jactantibus. Cumque ipse manifestæ Arianorum impietati cedere nolissent, universo populo ante prætorium lamentante, sententiam in eos profert, ut Alexandria excedentes, in urbem Phœnicæ f Heliopolim migrent: in qua ne audire quidem nomen Christi ullus incolarum sustinet: sunt enim omnes simulacrorum cultores.

B 7 Mox cum illos navigium conscendere jussisset, ipse in portu stans (prope enim in publico lavacro sententiam contra eos tulerat) strictum gladium ostentabat; ratus hoc facto se territurum eos, qui ancipiti gladio infestos dæmones sapius vulneraverant. Sic igitur solvere eos jubet, nullo comæatu instructos, nihil prorsus habentes solatii ad exilium perferendum: quodque mirandum et incredibile est, spumante mari, ac per hoc (ut arbitror) indignante, nec sustinente, ut ita dicam, ut per horum virorum susceptionem injusti præcepti socius ac particeps fieret: demonstrabat enim barbaram Judicis propositum, iis quoque qui illud ignorabant. Vere igitur dici potest: Obstupuit cælum, ob hoc facinus. Ingemuit enim universa civitas, et in hodiernum diem usque luget. Et alii quidem pectus identidem manibus percutientes, ingentem sonitum edebant: Alii manus simul et oculos in cælum tollebant, vim contestantes, tantum non ista dicentes: Audi cælum, auribus percipe terra, quam iniqua sunt, quæ fiunt. Denique ejulatu plena erant omnia, nœniæ ac lamentationes tota urbe resonabant. Et fluvius quidem lacrymarum, mare ipsum inundatione sua obtegens, cunctis repente effluxit. Itaque cum supra memoratus in littore stans, remigibus præciperet, ut vela panderent; tunc promiscuus ululatus virginum ac mulierum, senum ac juvenum, et lamenta acerbis lacrymis permixta, clamoresque omnium simul juncti, fremitum ventorum, qui turbati maris fluctibus allidebantur, longe superabant. Interim supra dicti hoc modo navigabant Heliopolim, quæ in urbe sunt omnes idolorum cultores: ubi studia atque instituta diaboli vigent ad voluptatem tendentia: ubi ferarum horrenda domicilia; montibus enim undique cingitur cælo ipsi contiguit.

ANNOTATA.

a *Mortuo S. Athanasio anno 371, Petrus vir longe optimus Præsulatum accepit, primum Suffragio S. Athanasii designatus, deinde consensu omnium tam in sacra quam in politico ordine electus. Ita Theo-*

doretus. Eum Valente mortuo proprium thronum recepisse scribit Theophanes: quod factum est anno 379. De ejus veneratione aliqua attigimus ad Vitam S. Athanasii num. 374.

b *Nazianzeno Lucius appellatur, veritatis proditor, luporum pastor, percaulam transcendens latro, secundus Arius, etc. Rufino Arianæ partis Episcopus, continuo tanquam ad ovem advolans lupus.*

c *Euzoios, qui tum apud Antiochiam Arianæ præerat Ecclesiæ, occasionem ab Valente, qui tunc Antiochiæ versabatur, opportune oblatam arripens ambivit, ut ipse Alexandriam mitteretur, quo ejus loci Ecclesiæ Luciano Arianæ traderet. Ita Socrates lib. 4 cap. 21.*

d *Porro Euzoios, rebus quas instituerat ad exitum perductis, Antiochiam reversus est. Ita Sozomenus lib. 6 cap. 19.*

e *Magnus regionum thesaurorum una cum Euzoio perrexit, inquit Socrates.*

f *Heliopolis in Phœnicia Libani sub Damasco metropoli: ejus incolæ postea, forte per hos exules, susceperunt fidem Christianam: eorumque Episcopus Petrus subscripsit anno 451 epistolæ ad Leonem Imperatorem, quæ habetur in parte 3 Concilii Chalcedonensis. Ceterum hoc tam inculentum de Heliopolitanorum pertinacia testimonium, valde nunc apud nos unget scrupulos, qui pridem nobis successunt negotium circa Acta S. Eulociæ ibidem Martyris sub Trajano, quæ Regem istius loci Aurelium cum familia et magistratibus ad fidem Christi dicitur convertisse: et mortuorum suscitatione, ac denique martyrio suo quamplurimos debuit confirmasse in fide, si vera forent Acta illa: quæ nunc vellemus rigidiori subjicere censuræ, æque ac S. Martini Acta in Januario: optaremque ut saltem a talibus non fuisset datum mensi utriusque initium. Quod hic ad posteriorum, qui priora recognovimus, instructionem putavimus indicandum.*

CAPUT III.

Cædes plurimorum. Exilium Monachorum, Episcoporum, Clericorum.

Cum omnes posthæc in media urbe publice et privatim singuli gemerent, et verba lugubria funderent (ne flere quidem permitti sunt, vetante id Palladio Præfecto urbis Alexandriæ, qui et ipse demonum cultui erat addictissimus) multi ex flentibus rapti, ac prius custodiæ mancipati, deinde verberati, torti, ad a Phœnensia et Proconensia metalla damnati sunt, viri qui pro Ecclesiæ defensione divino zelo incensi pugnaverant. Plerique enim erant monachi, accuratioris ac districtioris vitæ studio b solitudinem incolentes, tres ac viginti numero. Cum quibus paulo post Diaconus quoque, qui a carissimo nostro Damaso Episcopo urbis Romæ consolatorias simul et communicatorias litteras attulerat, manibus post tergum revinctis, publice a carnificibus ductus est, non secus ac insignis quispiam maleficus. Qui cum homicidarum tormentis, et adhuc acerbioribus cruciatus fuisset; lapidibus ac plumbis cervicæ diu verberata, navigium in mari conscendit, sicut ceteri, divinæ Crucis signo frontem suam consignans, omnique cura et solatio destitutus, ad æris metalla datus est quæ sunt in Phœnæ.

9 Porro dum Judex tenera puerorum corpora adhuc torqueret, quidam juxta ipsa calavera remanserunt, ne exequiarum quidem honore iis persoluto; cum parentes, fratres et cognati, tota denique, ut ita dicam, civitas unum hoc extremum solatium sibi concedi flagitassent. Sed ol summam judicantis, seu potius damnantis, immanitatem! Qui pro pietate certaverant, cum homicidis non sunt iudicati, insepu-

D
EPISTOLA
PETRI EP.

E

Multi, cæsi,

f

a

b

in quibus 23
monachi

ad metalla
damnantur

atque occisi
negatur sepultura.

A insepultis corporibus jacentes. Qui strenue depugnauerant, feris ac volueribus laniandi objiciebantur. Qui cæsarum patribus compati propter conscientiam voluerant, proinde ac si grave facinus admisissent, capite truncabantur. Quæ lex Romana, quæ barbarorum sententia, in eos unquam animadvertit, qui parentibus condoluissent? Quis unquam ex veteribus tam iniquum facinus perpetravit? Jussit quondam Pharao, ut Hebræorum mascula necarentur: sed invidia ac metus hoc mandatum ei suggesserat. Quanto ea, quæ tunc gesta fuerunt, humaniora sunt iis quæ nunc cernimus? Quanto magis optabilia, si optio detur injuriæ? Quanto potiora, si conferatur iniquitas, tametsi vitia a se invicem sejungi non possint? Incredibilia sunt quæ dicuntur, immania et gravia, crudelia et barbara, inimitia atque acerba; his tamen oblectabantur atque exultabant Arianæ dementiæ sectatores. Cunque universa civitas lamentaretur (nulla enim erat domus, sicut in Exodo scriptum est, in qua non erat *c* mortuus) ii tamen, quorum animus, in omni scelere exercitatus, nulla iniquitate satiari poterat nequaquam quiescere.

B 10 Propositum enim suum ad pejora semper acuentes, improbitatis suæ venenum usque ad Episcopos provincie protulerunt, satellitem ac ministrum sceleris habentes Comitem largitionum, quem supra diximus Magnum. Et alios quidem Curie tradiderunt, alios aliis modis pro arbitrio suo vexarunt, nihil intentatum relinquentes, dum cunctos undequaque student ad impietatem pertrahere. Omnia enim circumvenientes, quemalmodum parens et auctor hæreseos ipsorum diabolus, quaerunt quem devorent. Postremo cum eorum conatus ab omnibus repelleretur, Episcopos Aegypti undecim numero, viros qui ab ineunte ætate usque ad senectutem districtioris vitæ gratia solitudinem incoluerant, qui ratione et actu voluptates corporis superaverant, qui pietatis doctrinam una cum nutriceis lacte suxerant, qui victoriam de demonibus saepe retulerant, qui sua virtute pudorem incutebant adversario, qui denique Arianam hæresim sapientissima oratione vincebant ac denotabant, ministro crudelitatis suæ usi supra memorato Magno, *d* Diocæsaream relegarunt, urbem quæ a Judæis Domini interfectores colitur. Et tamen velut Orcus, fratrum morte minime satiati, crudelitatis suæ monumenta dementes ac stulti ubique terrarum relinquere ausi sunt, famam ex male-

factis consequi studentes. Ecce enim rursus Ecclesie Catholice Clericos Antiochiæ degentes, qui una cum piis quibusdam monachis adversus fraudes eorum protestari decreverant, cum Imperatoris aures variis criminationibus obtudissent, Neocæsaream Ponti relegari fecerunt: qui nunc etiam vita forsitan privati sunt ob locorum asperitatem.

11 Hujusmodi tragædias tempus illud expertum est, silentio quidem et oblivione dignas, sed quæ litteris traditæ sunt, adversus reprehensionem eorum, qui adversus unigenitum Filium Dei linguas suas exacerunt: qui pestilenti blasphemie morbo correpti, non solum in Dominum universorum tela jacere conantur, sed et adversus pios ejus famulos implacabile bellum susceperunt.

ANNOTATA.

a *Hæc duo loca sunt procul hiuc et a se invicem disita, scilicet ut ita magis separarentur. Nam Phenæ, alius Phinon seu Phunon Namerorum 33 versu 42 et 43, S. Hieronymo in Locis sacre Scripturæ dicitur Fenon, castra filiorum Israel in deserto: olim civitas Principum Edom, tunc viculus in deserto, ubi teris metalla damnatorum suppliciis effodiebantur, inter civitatem Petram et Zoaram. At Proconnesus insula est Propontidis ante Cyzicum, unde marmora effossa dicebantur Cyzicena; imo et ipsam insulam hodie Marmoram dici scribit Ortelius, citans Bellonium et Curopalatem.*

b *Rufinus, Vastat eremum, bella quiescentibus indicit. Triamillia simul et eo amplius viros, per totam eremum secreta et solitaria habitatione dispersos, oppugnare simul aggreditur. Mittit armatas equitum ac peditum manus; Tribunos, Præpositos et bellorum Duces, tamquam adversum barbaros pugnatos elegit. Qui cum venissent, novam belli speciem vident, hostes suos gladiis objectare cervices, et nihil aliud dicere, nisi. Amice ad quid venisti? Similia habet Socrates, addens Rufinum asserere, se coram vidisse, et cum illis perpressum esse.*

c *Theophanes. Plerique tunc orthodoxorum viri, mulieres, virgines, verberibus fæde sunt lacerati, plures etiam perierunt.*

d *Plures Diocæsareæ fuerunt, scilicet in Phrygio, Cappadocia et Cilicia aspera, ut incertum sit, quænam earum hic potissimum intelligatur a Judæis possessa.*

compatientes capite plectuntur.

Relegantur XI Episcopi Diocæsaream,

D et Clerici Antiocheni Neocæsaream.

E

F

DE S. SERVATIO EPISCOPO

TRAJECTI AD MOSAM IN BELGIO.

CAPUT I.

Urbs Trajectum. S. Servatii res gestæ in variis Conciliis. Euphratas ab hæresi indicatus.

AN. CCCLXXXIV

Trajectum ad Scutum,

Inferioris Germaniæ sive hodierni Belgii plura loca sunt, nomine Trajecti celebrata, et a Trajectu fluminum Scoldis, Mosæ, ac Rheni sic appellata. Sunt supra Valencenas ad Scaldim, Pons et Trajectum, vulgo Tricht, uti me docuit vir nobilitate et doctrina eximius Franciscus Dirnidanus, Toparcha de la Balque, cujus atloquio Valencenis aliquando fruitus fui: ejusque memini iv Februarii ad Viam S. Veronicæ (ut appellant), § 5. Sed magis eminent aliæ duæ istius nominis civitates, ambæ solio olim Episcopali ornatae, ad Mosam flumen altera, altera ad antiquum Rheni alveum. Illa a situ superius Trajectum dicitur, Teutonico sermone Ober-Tricht et Obtricht. Quo etiam

nomine Ammianus Marcellinus (qui tempore S. Servatii floruit) libro xx Historiarum Obtricense Mosæ oppidum scripsit. Belgæ plerique, uti flumen Masam, ita urbem Mas-Tricht nuncupant. Altera illa ad Rhenum civitas Onder-Tricht, et contracte Utricht sive Utrecht, ac Latine Ulterius-Trajectum et Ultrajectum nuncupata, olim (dum Episcopalis in altero ad Mosam Trajecto Sedes erat) metropolis fuit Frisiorum, sed o fide Christiana abhorrentium: quibus postmodum per viros Apostolicos excultis, datus est sub finem seculi septimi primus Episcopus S. Willibrordus, S. Huberto (qui Sedem e superiore Trajecto Leodium transportavit) per annos aliquot superstes. Quæ cum minime ambigua sint,

Mosam;

Rhenum,

sint,

A *sunt, scriptores tamen nonnulli, nominum vicinitate de-*
cepti, varios prioris Sedis Episcopos ad hanc Ecclesiam
ac diocesim Ultrajectinam transtulerunt. Ita S. Aman-
dum Episcopum Trajecti ad Mosam (ut pluribus exem-
plis parcemus) Ultrajectinæ Sedis ad Rhenum Episco-
pum dixerunt Gaspar Bruschius in Episcopis Argen-
tinensibus, Martinus Crusius par. 1 Annatum Suevi-
corum lib. 10 cap. 6, Petrus de Marca lib. 1 Historiæ
Bearnæ cap. 25, Samuel Guichenonus in Historia
Bressiæ et Beugesiæ ex MS. Martyrologio monasterii
ibidem Nantuacensis, ac plures nli. Sed omisso nunc
Ultrajecto, de Trajecto ad Mosam nobis agendum est.

et duo hæc a
quibusdam
confusa :

illius Patro-
nus S. Ser-
vati,us,

anno 346,
Concilio
Agrippinæ

ob hæresin
Episcopi
coacto,

subscripsit,
citato contra
eum teste
S. Athana-
sio,

olim apud
Treviros
commorato.

2 Hujus urbis, gloria et corona fuit S. Servatus
Episcopus, qui divino monitu, Tungrensium civitatis suæ
prævertens excidium, istuc se contulit : et mox hoc XIII
Maji, quo colitur, ex hac mortali vita decessit anno
CCCLXXXIV. Hujus Acta ex antiquis monumentis colli-
gentes primam ejus notitiam invenimus in Concilio
Agrippinensi, anno CCCXLVI. Post Consulatum Aman-
tium et Albini IV Idus Majas habito : ad quod ista an-
notat Jacobus Sirmondus : Concilii hujus manuscrip-
tum exemplar nullum vidimus. Itaque Surianam
editionem repræsentamus, nisi quod in nomenclatura
Episcoporum pro *Articlavo* irrepsit a *Laticlavo*,
Virodunum porro, cujus Antistes Santinus, urbem
Clavorum olim dictam fuisse, docet inter ceteros
Bercharius Presbyter, qui brevem Virodunensium
Episcoporum historiam ad Dudonem Episcopum
scripsit. Hæc Sirmondus. At loco Auctoris Episcopi
Mediomatricum, legi ibidem nomen Victoris plurimi
observarunt, infra num. 13 reloti. Et Simplicio datur
Episcopatus Augustodunensis, cum ibidem videatur tunc
sedisse S. Cassianus, et post hunc Egemonius, ac dein
seculo sequenti Simplicius, uti diximus ad Vitam S.
Amatoris 1 Maji. Liceat nobis ergo, cum venia lectoris,
indicare, quod arbitremur aliud nomen quoque in eum-
dem textum irrepsisse, aut falso suppositum a sciolo ali-
quo, aut ab imperito librario longe a vero deformatum ;
ipseus scilicet Episcopi Agrippinensis, ab aliis autem in
Concilio Episcopi forsitan alto silentio involutam, ut sanæ
illius consuleretur, aut pro nomine Eupraxii, Euphra-
sive aut alio simili perperam scriptum ; Euphrata in-
quam, viri et eruditissimi et integerrimi, ut mox pate-
bit : imo quem arbitramur nequitias alterius detexisse,
et in ejus depositi locum fuisse subrogatum. Præfuit huic
Agrippinensi Concilio S. Maximinus Trevirorum, qui
vulga habetur istius Sedis Episcopus XXVII, et saltem se-
culum nos, qui octo ex illis Tungros amandamus, es-
set decimus nonus. At Catalogi Episcoporum Coloni-
ensium adeo imperfecti sunt, ut adhuc apud Sammarthanos
post Maternum secundus statuatur Euphratas. Adfuit
Maternus Concilio primo Arelatensi anno CCCXIV : ex
cujus Successoribus (si plures ante Euphratem fuerint)
censemur fuisse hunc Pseudo episcopum, eumque con-
spirasse cum Photino et Christi divinitatem abnegasse :
de quo in isto Concilio inter quatuordecim Episcopos
penultimus S. Servatius Episcopus dixit : Quid fece-
rit, quidve docuerit N. Pseudo episcopus, non opi-
nionem sed veritate cognovi, pro finitimi loci conjuncta
civitate, cuique publice et domesticè obstiti sapie,
cum ille Christum Deum negaret, audiente Athanasio
Episcopo Alexandriae et Presbyteris et Diaconibus
plurimis. Et ideo censeo Christianis Episcopum
eum esse non posse, quia Deum Christum sacrilega
voce negavit ; neque illum Christianum esse judi-
candum, qui ejusdem confinitus fuerit inventus.
Hæc S. Servatius : at quando obstitit audiente S.
Athanasio, nisi quando hic Augustæ Trevirorum apud
S. Maximinum exul commoratus, potuit cum S. Ser-
vatio Coloniæ excurrere, et Pseudo-episcopum com-
monuisse, et obstitentem illi S. Servatium audivisse ?
Fuisse autem S. Athanasium in hoc suo exilio a mense
circiter Februarii anni CCCXXXVI usque ad mensem Junii
Maji T. III.

anni CCCXXXVIII, ostendimus 2 Maji ad Vitam illius
cap. 10, quo tempore S. Servatium fuisse creatum
Episcopum Tungrensem arbitramur, et quod inde con-
sequitur, annos circiter XLVII in ea dignitate vixisse.
Pseudo Episcopum vero (ut scribit Bucherius lib. 9
Belgii Romani cap. 6 num. 9) ita damnatum atque
depositum, paulo post senio mæroreque contabuisse
volunt, et contra Novesium ad Rhenum tumultum.
Quod alibi necdum legimus.

3 Successit anno proximo CCCXLVII, Consulibus Eu-
sebio et Rufino, Concilium habitum Sardiæ urbe
Thraciæ, in confinio Imperii utriusque, Constante et
Constantio subjecti, adnitentibus Julia Romano Ponti-
fice et dicto Constante Imperatore : ad quod profecti
dictus Euphrates, Episcopus Coloniae Agrippinæ, in
locum Pseudo-episcopi ordinatus ; tum alii plerique
Episcopi, qui fuerant in Concilio Agrippinensi, et cum
eis Maximinus Trevirensis, et Sarvatus Tungrensium.
Græce *Σαρβάρτος*, aliis etiam Servatius scriptus : per
quos potuit Concilio innotuisse hæresis Photiniana, quam
ibi detectam esse auctor est Epiphanius hæresi 72, ibi
Episcopi ex quinque et viginti Provinciis collecti S.
Athanasium cum suis innocentem declararant, eaque
de re quaquaversum scripserunt, subscribentibus post
Hosium singulis, prout ad Vitam S. Athanasii latius
deduximus cap. 15 et 16. Electi tunc a toto Concilio
fuerunt duo Episcopi, Vincentius Capuanus et Eu-
phrates Coloniensis, ut viri eximia sanctitate et do-
ctrina præclarissimi : quos ad Constantium Imperatorem
destinatos, Athanasius in epistola ad Vitam solitariam
agentes, describit his verbis : Missis a sancto Concilio
in legationem Episcopis, Vincentio Capuæ, quæ me-
tropolis est Campaniæ, et Euphrate Agrippinæ, quæ
est metropolis superioris Galliæ, ut pro Synodi de-
cretis Imperator Constantius Episcopos, quos ipse
ejecerat, in suas Sedes reverti pateretur : et in eam
sententiam a Constante pientissimo ad fratrem suum
litteris datis, quibus Episcopos illi commendabat.
Viri vero isti mirifici et ad quodvis facinus prompti
(Eusebiani scilicet Arianique) cum Legatos istos An-
tiochiæ vidissent, in commune quidem consilium
ineunt : sed ita tamen, ut Stephanus (Antiocheus
Episcopus Arianus) fabulam initi consilii peragen-
dam susciperet, utpote ad istiusmodi res longe ap-
tissimus. Suscepto negotio conducit ille publicam me-
retricem in ipsis feriis sanctissimi Paschatis, eamque
nudam per tenebras inmittunt in ades Euphratæ
Episcopi. Meretrix autem, quia principio credebatur
juvenem esse a quo accerseretur, prompte sequebat-
F
tur. Postquam autem ita destituta ab illis, hominem
dormientem, ignarum omnium, intueretur ; diligen-
tiusque considerans, sevis vultum et Episcopi spe-
ciem animadverteret ; statim clamorem edit ac vim
quiritatur : Illi contra eam orare ut taceret, et fal-
sum crimen Episcopo concinnaret. Die igitur illuce-
scente vulgatur facinus, et universa civitas concur-
rit : et qui in Palatio erant, rei admiratione com-
movebantur, neque eam silentio tradi volebant. Itur
in judicium, leno prodit eos, qui meretricem accer-
sierant, illique deinde auctorem istius rei Stephanum
esse ostendunt : erant enim ejus Clerici, qui cum
lenone convenerant. Stephanus igitur Episcopali
dignitate exiit, et in ejus locum sufficitur Leon-
tius ille castratus ; non in aliud, quam ut non deesset
hæreseos propugnator. Imperator vero Constantius
paulisper compunctus ad se rediit : conjecturaque
ex iis, quæ adversus Euphratem designaverant,
facta, consimiles esse eorum in alios calumnias ar-
bitratus, relegatos ex Alexandria in Armeniam
Presbyteros et Diaconos e vestigio redire jubet, et
diserte Alexandriam scribit, ne ulterius Athanasii
aut Clericos aut laicos persequerentur. Deinde post
menses decem defuncto Gregorio, accersit Athana-
sium

D
AUCTORE G. H.

Interest anno
347 Concilio
Sardicensi,

E

unde misso
ad Constantium Imp.
Euphrate

structæ ab
Arianis in-
sidia pate-
scent,

F

A sium cum omni honore, non semel aut iterum, sed tertio ad illum amicissimas litteras scribens, quibus illum animabat, et ad veniendum hortabatur : misitque ad illum Presbyterum et Diaconum ut majori cum fiducia ad se rediret.

et viri virtutem notam faciunt, *4 Hæc omnia S. Athanasius : quibus Theodorctus lib. 2 Hist. Eccl. cap. 9 multas minutiores circumstantius addidit, scilicet o Constante Imperatore adjunctum Legatis Saliannum Prætozem, virum pietate et justitia insignem : Quindecim virorum turbam in Episcoporum hospitio abditam, qui meretrice ingressa tumultum cierent : Legatorum seniore Euphratem, in exteriore cubiculo dormientem, ac pedum strepitu excitatum, audita visaque muliere velut ad conspectum dæmonis expavisse, atque ad Crucis orationisque arma confugisse : Demum clausis a Vincentio ostiis, et septem ex insidiatorum numero comprehensis, a Salianno imperatum, ut quæstio in regia haberetur. Quæ omnia ad Vitam S. Athanasii explicantur cap. 16. Citatum supra Pascha, in cujus feriis submissa meretrix, erat anni eccxlvi, et celebratum est die iii Aprilis. Secuta dein abdicatio Stephani ab Antiocheno Episcopatu, ac post decem menses mors Gregorii Alexandriani. Postea multis litteris invitatus S. Athanasius, cum ante Romam profectus Julium Pontificem convenisset, iter Antiochenum suscepit, et a Constantio benigne susceptus est : quo tempore Legati Vincentius et Euphrates jam pridem a suis se Sedes receperant. Est autem omnino absurdissimum vel cogitatum, quod post ea omnia talem virum defuisse a fide somniant nonnulli, cum maxima ejus injuria. Nam quomodo potuit postea detectus et damnatus fuisse in eo Concilio, quod anno eccxlii celebratum demonstrant Consules additi? Aut hoc qui potuit multo serius esse celebratum, cui S. Maximinus præsedebat, anno eccxlix mortuus; uti ostendemus ad ejus Vitam xxix Maji? Quomodo etiam S. Servatius, audiente Athanasio, obstitit homini jam Photiano post omnia prædicta, idque sub vitæ suæ finem, ut Surinus alique post Acta Concilii voluit : cum semel egressus e Gallis Athanasius, numquam eo redierit, et Servatius vixerit usque in annum eccxxxiv? Quid erit totam Agrippinensis Concilii historiam subvertere, temporibus personisque confusis, si hæc non sit miscere omnia? Munstret alius, si potis est, faciliorem rationem ab eo quam tenuimus, ad dirimendum controversis ex hoc Concilio subortis; eam libenter ingrediemur.*

B quem stultum sit postea lapsum dicere. *5 Anno cccl Magnentius tyrannidem assumpserat, et acriso Constante Imperatore, potitus est Imperio in Italia, Gallia et Africa. Ab hoc missi ad Constantium Imperatorem Legati, Servatius et Maximus Episcopi, item Clemens et Valens : qui cum Alexandria transitum habuissent, occasionem arripuerunt Ariani calumniandi S. Athanasium, quasi per eos tyranno scripsisset : quod ille crimen fortiter a se removit in Apologiu ad Constantium. Fnerant in Concilio Sardicensi inter Italos Episcopos Maximus, et inter Gallicanos noster Servatius, ibidem uti hic Græce Σερβάτιος scriptus. Sicuti autem postea ad Maximum Imperii invasorem legationes susceperunt SS. Ambrosius et Martinus, ita et hi ut Ecclesie quietem procurarent, potuerunt missi fuisse ad Magnentium, ulque anno cccli, quando hic magis quietem habuit suum Imperium.*

C *6 Anno ccclix, Consulibus Eusebio et Hypatio, habita est in Italia Synodus Ariminensis per septem menses, a Junio ad Decembrem usque. Huc quoque interfuit S. Servatius, cujus et S. Phœbadii Episcopi Agrippinensis memoria in illa potissimum celebratur. Hujus Synodi res gestas exponit Sulpitius Severus lib. 2 Historiæ Ecclesiasticæ, et nos late descripsimus ad Vitam S. Hilarii xiii Januarii : hic unam paucam ex eo damus quæ ad S. Servatium potissimum spectant, hujusmodi verbis edita : Apud Ariminum urbem Italiæ*

Constantius Imperator Synodum congregari jubet, idque Tauro Præfecto imperat, ut collectos in unum non ante dimitteret, quam in unam fidem consentirent; promisso eidem Consulatu si rem effectui tradidisset. Ita missis per Illyricum, Italiam, Africam, Hispanias, Galliasque Magistris officialibus, acciti aut eoacti quadringenti et aliquanto amplius Occidentales Episcopi, Ariminum convenere; quibus omnibus annonas et cellaria dari Imperator præceperat : sed id nostris, id est, Aquitanis, Gallis ac Britannis indecens visum, repudiatis fiscalibus, propriis sumptibus vivere maluerunt... Interea Legatos Ariminensis Concilii ex parte nostrorum compellit Imperator unum hæreticorum communioni, eisdemque conscriptam ab improbis fidem tradit, verbis fallentibus involutam, quæ Catholicam disciplinam, perfidia latente, loqueretur. Namque Usiæ verbum, tamquam ambiguum, et temere a Patribus usurpatum, neque ex auctoritate Scripturarum profectum, sub specie falsæ rationis abolebat, ne unius cum Patre substantiæ Filius crederetur. Eadem fides similem Patri Filium fatebatur : sed interius aderat fraus parata, ut esset similis, non esset æqualis.

D *7 Ita dimissis Legatis, Præfecto mandatum, ut Synodum non ante laxaret, quam conscriptæ fidei consentire se omnes subscriptionibus profiterentur. Ac si qui pertinacius obsisterent, dummodo is numerus intra quindecim esset, in exilium pellerentur. Sed regressis Legatis, licet vim regiam deprecantibus, negata communicio. Enimvero compertis quæ decreta erant, major rerum et consiliorum perturbatio : dein paulatim plerique nostrorum, partim imbecillitate ingenii, partim tædio peregrinationis evicti, dedere se adversariis, jam post reditum Legatorum superioribus, et ecclesiam, nostris inde detrusis, obtinentibus. Factaque semel inclinatione animorum, catervatim in partem alteram concessum : donec ad viginti usque nostrorum numerus imminutus est. Sed hi quanto pauciores, tanto validiores erant : constantissimisque inter eis habebatur noster Phœbadius, et Servatio Tungrorum Episcopus. Hos, quia minis et terculis non cessarent, Taurus precibus aggreditur, ac lacrymans obtestatur, mitiora uti consulere : clausos intra unam urbem Episcopos jam septimum mensem agere : injuria hienis et inopia confectis nullam spem reversionis dari. Quis tandem esset finis? Sequerentur plurimum exemplum, auctoritatem saltem ex numero sumerent. Et enim vero Phœbadius paratum se exilio, atque ad omne supplicium, in quod deprecaretur : profiteri, se ab Arianis conceptam fidem non recepturum.*

E *8 Ita in hoc certamine aliquot dies tracti. Ubi parum ad pacem proficiebant, paulatim et ipse infractor, ad extremum proposita conditione evincitur. Namque Valens et Ursacius affirmantes, presentem fidem Catholica ratione conceptam, ab Orientalibus Imperatore auctore prolatam cum patulo repudiari : et quis discordiarum finis foret, si quæ Orientalibus placuisset, Occidentalibus displiceret? Postremo si quid minus plene præsentis fide editum videretur, ipsi adderent quæ addenda putarent, præbituros se in his, quæ essent adjecta, consentiam. Favorabilis professio promissis omnium animis excepta : nec ultra nostri repugnare ausi, jam quoquo modo finem rebus imponere cupientes. Dein conceptæ a Phœbadio et Servatione professiones edicere : in quibus primum damnatur Arius totaque ejus perfidia : ceterum non etiam Patri æqualis, et sine initio, sine tempore Dei filius pronuntiat. Tum Valens, tanquam nostros adjuvans, subjicit sententiam, cui inerat occultus dolus : Filium Dei non esse creaturam, sicut ceteras creaturas : sefellit-*

F *que*

D cum 400 Episcopis,

E variisque ad Arianismum pertractis,

cum S. Phœbadii constantissimus persistit,

sed tandem hoc quoque in fraudem evulso

visus etiam edere,

Ad eundem Imp. missas etia videtur S. Servatius anno 351

VIII. APP. TOM. VII. MADI. NOY. 63.

dem anno 359 Interst Concilio Ariminensi

A que audientes fraus professionis. Etenim his verbis, quibus similis esse ceteris creaturis Filius negabatur, creatura tamen, potior tantum ceteris pronuntiabatur. Ita neutra pars vicisse se penitus aut victam putare poterat : quia fides ipsa pro Arianis, professiones vero postea adjectæ pro nostris erant, præter illam quam Valens subjunxerat; quæ tum non intellecta, sero demum animadversa est. Hoc vero modo Concilium dimissum bono initio, sædo exitu est consummatum... Tum Hilarius Pictavorum Episcopus redire ad Gallias jussus, optimum factu arbitratus, revocare cunctos ad emendationem et pœnitentiam, frequentibus intra Gallias Conciliis; atque omnibus fere de errore profitentibus, apud Ariminum gesta condemnant, et in statum pristinum Ecclesiarum fidem reformant.

et a S. Hilario reductus in viam,

9 *Hæc ibi. Colitur S. Phoebadius xxv Aprilis, ubi ab eo liberum contra Arianos scriptum atque a S. Hieronymo laudatum diximus. Quibus similia a S. Servatio, in odium Arianismi, mox actitatu non dubitamus. Dicuntur quidem duo sanis consiliis restitisse, Saturninus Arclutensium Episcopus, et Paternus a Petrocariis, sed uterque ab Ecclesia dejectus est, potissimum quando Juliana imperante Episcopi ad suas Ecclesias reversi sunt, tum enim Sancto Hilario curante, frequentio illa intra Gallias Concilia fuisse habita, scribit Severus, illa non nominans, nec quo potissimum Galliarum parte celebrata sint indicans. Unicum ex omnibus notum est Parisiense anni cccclxii, idque tempore Juliani upostatæ, in quo formula fidei, ab Arianis suppresso Usiæ nomine condita, et Arimini suscepta, fuit condemnata; fides Catholica exposita, et ad Orientales Episcopos missa. Huic autem desunt subscriptiones Episcoporum, inter quas forsitan Servatius, nisi morbo aut alia re impeditus, suum locum tenuit: vel ab Arianis semel deceptus, ab omnibus Episcoporum conventibus abhorruit, nec deinceps voluit ullam Synodum adire, sed sibi et suæ diœcesi attendere solum curavit. Hoc tempore factum crediderim, ut S. Severinus Coloniensis Episcopus, Euphrata, non in Concilio Coloniensi anni cccxlvii, sed post annos decem aut sedecim susceptus, Tungros accesserit, de causis ecclesiasticis collaturus cum S. Servatio jam senex: quod in vita S. Evergisti successoris apud Surium die xxiv Octobris, haud sine vulgaris de Euphrata erroris admiratione, sic narratur. Grassabatur tum etiam in Galliis Ariana hæresis, quam beati-simus Severinus passim profligare nitebatur. Cumque ea intentione etiam Tungros inviseret... primum e Fratribus, qui illi Ecclesiæ cura et dignitate præerat, ad se accivit; ex illo diligenter inquirens de fide eorum et studio cultus divini. Respondit ille ad singula quod res poscere videbatur: et inter cetera etiam Evergisti religiosi pueri miras virtutum primitias accurate exposuit. Bucherius cap. 5 Disputationis historicæ post primum tomum Chapeavilli, hæc ita accipit, quasi post mortem S. Servatii, Tungrorumque excidium, acta cum eo qui Sede vacante miserandæ urbis reliquias utcumque procurabat in rebus sacris. Sed cum ea Vita primæ notæ non sit, diuque post scripta; sicut ejus auctor erravit comminiscendo causam hujus excursionis, quasi apud Tungros perfidiosus Euphrata impij dogmatis zizania sanæ doctrinæ tritico superseminaverit, quibus evellendis Severini opera necessariu fuerit; sic idem videtur ignorasse, quem ea Ecclesia tunc habuerit Episcopum, aut an omnino habuerit aliquem, cum inde abductus S. Evergistus est. Causam autem quam habere potuerit S. Severinus Tungros adhuc stantes invisendi, longe verosimilins credemus fuisse unam ex pluribus illis Gallicanis Synodis, a quarum una rediens ille, curaverit cedere S. Servatium, ut de rebus in Synodo actis decretisque eum informaret, qui id forsitan ab eodem antea postularat.*

nescitur habitus postea Conciliis adfuisse,

a quorum uno rediens S. Severinus Coloniensis

S. Evergistum puerum commendante S. Servatio, secum duxerit.

10 Denique ad hæc tempora spectat, (si verum est) quod in MSS. Trajectensibus sub finem miraculorum continetur his verbis: Tempore quo beatus Pastor Ecclesiæ Servatius divini verbi semina in suo passim Episcopio omni cum diligentia seminaret, occurrit ei Comes oppidi Lovaniensis, Porus nomine, ab incurabili morbo, quem in naso gerebat, gravatus: quem Deus ad preces beati Antistitis sanitati illico restituit. Cujus quidem miraculi gratia ille Comes beato viro medietatem temporalis domini oppidi Trajectensis hereditario jure contulit: quod Ecclesia Leodiensis, ad quam translatum est, hodie noscitur possidere. *Hæc ibi, ex quibus potest colligi offertur S. Serrati erga populum Trajectensem, quem ut suum diligenter in fide et moribus Christianis instruxit. Ad diem tertium Maji in Vita S. Alexandri Papæ ostendimus, Aurelianum tempore Trajani Imperatoris, sub quo iste passus est, fuisse Comitem utriusque militiæ in Isauria, et tales titulos durasse usque ad tempora Arcadii et Honorii. Eodem modo fuerunt Comites appellati, quos Imperatores aut Præsides Provinciarum et Proconsules e Comitatu suo mittebant, ad ditionem aliquam aut civitatem administrandam armisque tuendam. Plurima de simili Comitum dignitate apud Romanos congressit Olivarius Uredias, in Historia Comitum Flandriæ capite primo. Ita etiam patuit in Belgio Romanæ militiæ præfuisse aliquis, cum titulo Comitis; quem imperita posteritas, nullum in hisce partibus alium antiquiorem Comitem cognoscens, quam Lovaniensem, aliquam multis seculis postea primo captum nominari, ejus urbis titulo proleptisq; insignierit; addito forte eadem licentia Porus nomine, ex Historia Alexandri Magni sumpto. Potuit quoque idem Comes egisse apud Imperatorem, ut Tungrensium ecclesiæ juribus adderetur medietas proventuum in Trajecto Imperialium, idque in gratium S. Servatii. Potius tamen dixerim, quod diu post mortem hujus Sancti et ædificatam sub ejus nomine ecclesiæ, tempore Regum Francorum (sub quibus integra etiam oppida et urbes allohiati jure quandoque possidebantur a præcipuæ nobilitatis viris) aliquis eodem jure Trajecti dominus, juris sui medietatem dederit S. Servatio, id est ecclesiæ ejus: qui modus loquendi usitatissimus, sæpe occasionem dedit viventibus Sanctis attribuendi miracula, diu post mortem eorum patrata. Hoc vero jus Leodiensium Episcoporum aliquis, incertum quando, ad se traxerit per aliquam cum Monasterio seu Capitulo Servatiano conventionem, ut illud ejusque ecclesiæ emanciparet, futurum deinceps sub tuitione Imperiali.*

D AUCTORE G. H.

Medietas domini Trajectensis

E

a quo et quomodo S. Servatio tradita?

F

CAPUT II.

Iter Romanum. Tempus mortis Successio Episcoporum. Chronologia stabilita.

P ost Julianum imperarunt Jovianus, tum Valentinianus et Valens fratres, quibus de n adjunctus prioris filius Gratianus, et patri mortuo Valentinianus junior substitutus. Tunc Valente v et Valentiniano juniore Consulibus anno cccclxxvi, Gothos a gente Hunnorum ejectos et expulsos esse, scribit in Fastis Consularibus Idatius. Biennio post interit Valens, quando Hunni occuparunt Pannoniam, in eaque sedem fixerunt, ac terrorem vicinar Germaniæ et Galliæ incusserunt: quo tunc permotus S. Servatium, iter Romanum suscepisse scribit Gregorius Turonensis lib. 2 Historiæ Francorum cap. 5 his verbis: Igitur rumor erat Chunos in Galliis velle irrumpere. Erat autem tunc temporis apud Tungros oppidum Servatius, eximie sanctitatis Episcopus: qui vigiliis ac jejuniis vacans, crebro lacrymarum imbre perfusus, Domini misericordiam precabatur, ne unquam gentem hanc incredulam, sibi que semper indignam in Gallias venire permitteret.

Hannorum metu perterritus,

A teret. Sed sentiens per spiritum, pro delictis populi sibi hoc non fuisse concessum; consilium cepit, ut expeteret urbem Romanam, scilicet ut adjunctis Apostolicæ virtutis patrocinis, quæ humiliter ad Dei misericordiam flagitabat, mereretur facilius obtinere. Accedens ergo ad beati Apostoli tumulum, deprecabatur auxilium bonitatis ejus, in multa abstinencia, maxima inedia se consumens, ita ut biduo triduoque sine ullo cibo potuque maneret, nec esset intervallum aliquod, in quo ab oratione cessaret. Cumque ibidem multorum dierum spatia in tali afflictione moraretur, fertur hoc a beato Apostolo accepisse responsum: Quid me, vir sanctissime, inquietas? Ecce enim apud Domini deliberationem prorsus sancitum est, Chunos in Gallias advenire, easque maxima tempestate debere depopulari. Nunc igitur sume consilium, accelera velociter, ordina domum tuam, sepulturam compone, require lintamina munda. Ecce enim migrabis a corpore, nec videbunt oculi tui mala quæ facturi sunt Chuni in Galliis, sicut locutus est Dominus Deus noster. Hoc in sancto Apostolo Pontifex responso accepto, iter accelerat, Galliasque velociter repetit: veniensque ad urbem Tungrorum, quæ erant necessaria sepulturæ secum citius levat; valeque dicens Clericis ac reliquis civibus urbis, denuntiat cum fletu et lamentatione, quia non visuri essent ultra faciem illius. At illi cum ejulatu magno et lacrymis eum prosequentes, supplicabant humili prece dicentes: Ne derelinquas nos, Pater sancte: ne obliviscaris nostri, Pastor bone. Sed cum eum fletibus revocare non possent, accepta benedictione cum osculis, redierunt. Hic vero ad Trajectensem urbem accedens, modica pulsatus febre, recessit a corpore: ablatusque a fidelibus juxta ipsum aggerem publicum est sepultus. Cujus beatum corpus qualiter post multorum temporum spatia sit translatum, in libro Miraculorum scripsimus, inquit Gregorius, et nos infra referemus.

12 Annus is erat cccclxxxiv, quo eum vita functum esse die Maji tertia decima, feria Pentecostes secunda, se legisse in antiquissimo Trajectensis Ecclesiæ pittacio asserit Vendelinus cap. 7 Legum Salicarum. Et optime congruunt characteres: nam dicto anno, cyclo Lunæ 5, Solis 1, litteris Dominicalibus GF, Pascha incidit in xxiv Martii, et Dominica Pentecostes in xii Maji. Elapsi tunc erant anni duo et quadraginta post habitum Concilium Agrippinense, cui Episcopus interfuit S. Servatius, sed aliquot ante annis Episcopali dignitate exornatus: ut videatur in ea annos circiter septem et quadraginta vixisse, neque necessario cogamur multos annos ultra septuaginta ejus vitæ concedere. S. Remigius, seculo integro junior, anno ætatis vicesimo secundo est Episcopus Remorum ordinatus, et postquam septuaginta quatuor annos in Episcopatu ministraverat, nonagesimo sexto ætatis anno cursum sancti certaminis consummavit. Si tamen velint aliqui annos octoginta aut aliquanto plures Servatio adscribere, non ideo funem contentiosum trahemus. Degebant quieti eo tempore Sali Franci apud Tarian-driam-locum, in confiniis Tungrorum, in sedibus per Romanos precario concessis, nec ullum vicinis inentiebant timorem. Non tamen ad illos in hac sua fuga discessit Servatius, quos a fide Christi alienos et in sua idolorum cultu obstinatos repererat: sed ad cives Trajectenses, a se in orthodoxa religione ac sincera pietate instructos migravit. Nec difficile est statim post mortem ejus, ad supra memoratum tempus relatum, invenire occasionem, qua in hasce Germaniæ inferioris provincias excurrerint populabundi Hunni, Tungrosque vastarint. Invaserat enim Imperium Maximus, illudque sibi corroborarat, Gratiano Imperatore occiso, viii Kalendas Septembris Indictione xi, Merobauda ii et Sa-

turnino Coss. ut scribit Comes Marcellinus in Chronico, id est anno Christi cccclxxxiii.

13 Contra hunc evocatos a Gratiano Hunnos scribit Baronius, qui partim Britannicum mare navibus, partim Galliam incursionibus infestarent; sed quod id fecerit Gratianus, veteri nullo testimonio probat: imo cum Alanis, Hunnorum sociis, bellum tunc fuisse Gratiano, indicare videtur Zosimus libro quarto, cum hanc alienatorum a Gratiano militum consum fuisse ait, quod Alanos quosdam transfugas, susceptos et militum numeris adscriptos, muneribus largis cohonestabat; tantique faciebat, ut eis maximi momenti res crederet, nulla ratione suorum militum habita. Non enim transfugæ nominarentur, nisi ab hostibus venissent. Demus tamen, iisdem conciliatoribus, pacem Gratianum inter et barbaros coaluisse (nam cognita militum multorum a se defectione, Gratianus non ausus dubiæ ceterorum fidei committere pugnae aleam, fugam inivit versus Rhoetias, Noricum et Pannonias et Mysiam superiorem, pridem a barbaris occupatas, utique tamquam ad amicas regiones) non tamen eorum auxilia ille in tam subita trepidatione potuit evocare, nisi forte ut sibi occurrerent. Nec eos in Britanniam Galliamve longo circuitu amandare debuisset; sed sibi eos potius adungere, et opponere Maximo, qui transmissis navibus Oceano ad ostia Rheni impulsus, et exercitibus qui erant in Germania ceterisque secundum hanc regionibus electionem approbantibus, tota jam dominabatur inferiori Germania, atque adversum se veniebat. Denique S. Ambrosius, pro Gratiani interempti fratre Valentiniano secunda ad Maximum legatione fungens, eidem sibi objicienti, quod Bantbo Comes barbaros sibi immisit; non respondit, eos pridem a Gratiano evocatos: sed excusat quod non contra ipsum, sed adversus Juntungos, qui populabantur Rhoetias, Hunnos accitus est, uti habes epistola 27: imo laudat, quod cum ipse barbarorum stipatus agminibus in Italiam sese infunderet, Valentinianus Hunnos atque Alanos, appropinquantes Galliæ per Alemanniæ terras reflexit. Dicamus igitur Bantbonem fuisse, qui sub specie repellendi a Rhoetiis Juntungos, Hunnos Alanosque exciverit post mortem Gratiani; eosque dum Gallias occupat Maximus, populabundos excurrisse per eas omnes, quæ illi se primæ adjunxerant, Germaniæ superioris inferiorisque regiones, ipso fortassis anno cccclxxxiv, quando xxi Octobris in eosdem, Coloniam Agrippinam obsidentes, videntur incidisse Ursulanæ virgines, cum illi scilicet jam essent in reditu, Tungris Remisque et aliis pluribus urbibus destructis; eumque eorum vestigia insequeretur Maximus, ut adversus similes incursiones deinceps muniret easdem regiones illas, Sedemque imperii sibi Treviris constitueret. Ita factum esse potuit, ut S. Servatii mortem secutum mox fuerit Tungrorum excidium.

14 In tractatu præliminari ad ultimum tomum Maji agemus cap. 3 de Hadriano Valesio, duos obrudente Episcopos pro hoc unico Servatio, atque hanc Hunnorum irruptionem ad tempora Attilæ et annum Christi ccccli transferente, quasi tunc alter Servatius sive Aravatius e vita decessisset. Verum quidni Valesius hoc loco arguat fidem, falsa scripta, negligentiam et nimiam securitatem, dictorum oblivionem, aliosque errores Gregorii, quos ait se refellisse, ne quis post hæc tam veteris historici auctoritate deciperetur? Equidem ejusmodi censuras, optimo scriptori injurias, non probo: est tamen operæ pretium legere quomodo ille eundem tractet, narrantem irruptiones Vandalorum. Non sufficebat ei quod tomo i lib. 5 pag. 209 et sequentibus Gregorium arguisset erroris, sed in præfatione ad sequentem tomum ista adjecit: Initio libri secundi Reges Vandalorum in Hispania primum, deinde in Africa quinque solum pro septem, ac ne ordine quidem, enumerat Gregorius, omissis Geiseric

Supervenerunt deinde Hunni, non a Gratiano,

E

sed post hujus mortem a Bantbone Comite evocati.

F

S. Gregor Turon. quomodo explicandus, cum Attilæ meminit.

A rico ac Gunthamundo : et regnante Thrasamundo Vandalos ex Hispania in Mauritaniam transiisse, ac per totam Africam esse diffusos dicit, quod ductu principatuque Geiserici factum esse constat. Interim illa erunt magis publica, recentius facta, et orbi universo notiora, quam prima irruptio illa Hunnorum in hasce Belgicas regiones, cui dein adunxit Gregorius, quæ postmodum sub Attila contigerunt. Præterea solet idem externa, licet disparata conjungere : nam uti dicto loco Reges Vandalorum ; ita, lib. 3 cap. 20, conjungit Reges Hispano-Gothos, in eo et cap. 17 ejusdem libri 3 simul proponit Episcopos Turonenses decessores Sedis suæ, licet non satis exacto calculo. Dicitur ergo more suo fecisse, quando hic conjunxit plures Hunnorum irruptiones : et sic parens historiæ Francorum, et vir sanctitate et cultu Ecclesiastico celebris, potest explicari et excusari ; non item Valesius, dum auctoritatem ejus, alibi apud se tam levem, ut ineluctabilem hic nobis objicit, nullam hujus loci obscurioris explicationem recipiens, nedum negligentiam vel erroris auctorem suo more accusans. Sed ad S. Servatium redeamus. Fuerat is, ut dictum, anno CCCLXXXIV feria secunda Pentecostes die XIII Maji vita hac mortali functus, designata Sede Episcopali in urbe Trajectensi, et sepultus juxta aggerem publicum seu viam militarem, cui hodieque adjoget illustris Ecclesia ejus nomini dicata, uti ipsi ibidem existentes observavimus. Dicitur autem hæc eo esse loco, ubi S. Maternum, ad honorem Christi Salvatoris et S. Petri ædificasse Ecclesiam, antiquo traditio est. Reliquias deinde Sanctorum Tungrensium eo delatas et hactenus servatas certum est, ut vel propterea credi possit Cathedra istic collata fuisse : de qua re plenius egimus in Preliminari tractatu cap. 9. S. Servatio successit S. Agricolaus, qui traditur tectum sepulcri S. Servatii, ventorum violentia dejectum, restaurasse : quem circa annum ccccxx mortuum et Trajecti sepultum, diximus v Februarii die ejus natali. Hujus Agricolaus tempore cives Hovenses Ecclesiam B. Mariæ, ab Hunnis cum oppido destructam, reædificasse, antiqua traditio est. Post B. Servatii mortem, inquit Ægidius, completis annis septuaginta, quos Dominus ad pœnitentiam concessit omnibus confugientibus ad sepulcrum ejus, per Gallias Hunnorum erupit sævitia, duce scilicet Attila. Ægidio præixerat Harigerus sic scribens. Post eam vindictam, quæ ab Hunnis facta legitur, Wandolica item crudelitate sequenti, incertum quanta temporis intercapedine Ecclesia Tungrensensis fuerit sine Pontifice. Huc scilicet eos impulit ouctoritas S. Gregorii, priam ab Hunnis eadem conjungentis cum altera post annos, si præcise numerare velis, LXVII subsecuta : et quasi non tantum eo tempore, sed etiam diu post usque ad S. Remigii ætatem desolata Ecclesia jacuisset, uterque scriptor multa de Francis admiscens, tunc demum referunt ordinationem S. Agricolaus et subsequentium Episcoporum. Verum in hoc vehementer eos falli ex hoc patet ; quod eorum septimus Falco, fuerit cœrens ipsi S. Remigio. Itaque omnino tenemus S. Agricolaum, qui dicitur tectum sepulcri S. Servatii ventorum violentia dejectum restaurasse, obiisse circa annum ccccxx, uti diximus die ejus Natali v Februarii.

quorum primus S. Agricolaus circa an. 400 videtur ordinatus

15 Adde nunc ordinationis auctorem videri fuisse S. Evergisum, supra memoratum Coloniensem Episcopum. Hic enim, ut in ejus vita legitur, Pastoralium perurgente cura et sollicitudine, sed et patrii soli amore stimulante, fidei fervore inflammatus, ad Tungros profectus est, idololatriæ sordes eliminaturus, quas scilicet illuc intulerant Franci, post primum Hunnorum sub Valentiniiano discessum toti dominantes Hasbania. Et ille quidem dum rebus istis restaurandis intendit, noctu a latronibus interfectus Tungrisque sepultus, simili ibi capit clarere miraculorum gloria, qua Trajecti Servatius : ordinatus vero ab eo Episcopus, ea

carde conterritus, in loco patenti ac seminato subsistendum sibi non putarit, sed Trajecti figendam Sedem. Idem fecerunt successores, maxime post secundam sub Attila vastitatem anno ccccli : adeo ut non alio quam Trajectensium Episcoporum nomine censerentur ; itaque appellarentur sequenti seculo tempore S. Gregorii Turonensis, quando Episcopalem Cathedram Trajecti fuisse, ipsumque Tungrensium appellationem desiisse, pro certo habeo. Fuerunt autem eodem quinto post S. Agricolaum seculo inter Episcopos sanctos alii septem Ecclesiæ Trajectensis Episcopi, omnes fastis sacris adscripti, videlicet Ursicinus relatus Kalendis Octobris, Designatus Idibus Januarii, Resignatus seu Renatus Kalendis Decembris, Sulpitius seu Supplicius xviii Januarii, Quirillus xxx Aprilis, Encherius et Falco xx Februarii. Hic autem est ille Falco, qui a S. Remigio acri epistola sub finem seculi quinti reprehensus est, quod Presbyteros aliosque ministros Ecclesiæ Mosomensi præfessisset, et quidem in Episcopatus sui exordio. Verum ille ignorans dictam Ecclesiam ad Episcopatum Remensem pertinere, studio divini honoris curandæque salutis animarum id fecerat. Ceterum hæc retulimus, ut lector observet, tot Episcopos Trajectensi Sedi tam paucio tempore præfuisse, ut S. Servatii obitus ultra annum jam præfixum non videatur differendus.

16 Alia nota temporis, per quam confirmari potest Chronologia, S. Servatii mortem ad annum cccclxxxiv referens, et Valesii, duos Servatios comminiscens, figmentum evertens, desumi potest ex ætate S. Auctoris Metensis Episcopi : ad quem ex itinere Romam instituto deprecandi excidii causa S. Servatium accessisse narrat Harigerus infra, atque post eum omnes Servatiorum Vitæ scriptores. Concedat hic S. Auctor cum S. Servatio in Concilio Agrippinensi ; sed littera unica mutata per amanuensium inadvertentiam in Actis Victor scribitur : qui error jam ante observatus fuit a Meurissio Episcopo in Historia Episcoporum Metensium, ab Ægidio Gelenio lib. 1 de Magnitudine Coloniæ Agrippinensis syntagmate 6 notatione 3, Claudio Roberto in Gallia Christiana aliisque. Inscriptus est S. Auctor ad diem x Augusti pluribus Martyrologiis, manu exaratis et typo cussis, et apud Saussayum in Martyrologio Gallicano dicitur, ad pietatem vindicandam, Agrippinensi Concilio suffragium deusque laud modicum contulisse. Illum Meurissius ait sedisse annis novem et quadraginta. Inter illustiores quoque Episcopos Metenses recensetur in Vita S. Decolii, ad xviii Januarii a nobis edita, ubi nominantur Clemens, Cœlestis, Adelfius, Auctor, Arnulphus. Successores ejus fuerunt Æfletius, Urbicius, Bauolus, Terentius, Gunsolinus seu Gosselinus a S. Auctore sextus : sub quo urbem Metensem altera vice furori Hunnorum, quibus præerat Rex Attila, subjectam fuisse asserit citatus Meurissius. Itaque si ejusdem Attilæ adventantis metu, ut vult Valesius, Romam iturus S. Servatius cum S. Auctore Remis egit, necesse erit Remensibus quoque dare duos Auctores, vel unum Victorem, alterum Auctorem, quorum primus Coloniensi adfuerit Synodo, secundus sub Attila vixit ; uti ille Servatium ab Arvatio distinxit : eademque omnia citra ullius vel levissime auctoritatis prætextum Valesius deberet Remensibus impingere, quæ Trajectensibus impacta diluimus. Cum utrumque effugiat sententia nostra, congressum SS. Auctoris et Servatii ponens sub primum adventum eorum Hunnorum, qui uno post seculo Duce Attila alteram in Gallias ferere irruptionem, dicendo Gregorium Turonensem hoc solum et nihil aliud significatum voluisse, quando ad primam mentionem Hunnorum etiam Attilæ meminuit.

D
AUCTORE G. H.
succedentibus eadem
Trajecti aliis
septem eodem
5 sec.

E
item ex ætate
S. Auctoris
Ep. Metensis

F
qui alius
etiam esset
geminandus

A

AUCTORE G. II

CAPUT III.

Acta S. Servatii ab Harigero Abbate Lobienſi conſcripta ex editione Chappeavillæi; cætera obiter indicata.

Omissis fabulis quas collegit Jucundus,

Seculo Christi XI ac XII et deinceps, varii varie S. Servatii Actu seu Vitam collegere, quorum apud nos cægrapha ex diversis MSS. collecta extant. Inter hos, ut style prolixior, sic etiam ætate prior fuit Jucundus Presbyter. Hic autem qua levitate crediderit Armeni cujusdam fabulatoris somnia de viri sancti Genealogia, vidimus in Exegesi præliminari; quo fit ut neque in cæteris, quæ habet; nec invenitur in vetustioribus de Sancto monumentis, fidem ei passimus securam habere, eandemque cogamur quoad ista abrogare cæteris eum secutis, Legendæ Servatiæ scriptoribus. Prudentior illo fuit, qui in confinio seculi X atque XI floruit Lobienſis Abbas Harigerus, solisque insistens antiquioribus (quæ utinam adhuc extarent) S. Servatii Actis in Chimico Episcoporum Tungrensium, Trajectensium atque Leodiensium ea scripsit, quæ, prætermittis Egidii Aureavallensis interpolamentis, lubet hic verbatim præponere, juxta correctionem et emendationem Roswidi nostri manu factam ad fidem veteris exemplaris: jam enim, ut puto, ex duobus præcedentibus capitibus abunde constat, ut quæ tempora referenda sint singula. Ita ergo ille apud Joannem Chappeavillæum, cujus hic in margine adnumerabo paginas, quibus singula sunt tomo ejus primo de gestis Pontificum Leodiensium, invenienda.

habemus ex Harigero, Actu vetustiora seculo

B

18 Eo tempore, quo scilicet Gallias Hunni vastare cæperunt, de quibus prolixam præmiserat narrationem, S. Servatius Tungrensi Ecclesiæ decimus præsedebat, vir omnium virtutum honestate præclarus. Cujus quidem ortum et prosapiam licet quidam putent ex Domini Salvatoris cognatorum descendisse familia; quia tamen locum nativitatis ejus nequam accepimus, nec adventus ejus causas aliunde uspiam audivimus, idcirco nec faciles ad credendum esse possumus; nec tantæ opinioni, quæ fortasse ex pietate ingeritur, judicamus omnimodis derogandum; cum juxta Tullium non debeat pudere, nos fateri nescire quæ nescimus; et hujus opinionis assertoribus conveniat ignorantiam potius verecunde fateri, quam irreverenter pro pietate mentiri. * Hic sane vir (sicut in Gestis ejus legimus antiquioribus) ex generosa magnorum virorum stirpe editus, nobiliter natus, nobiliter conversatus, Pontificale Petalium gessit, oves Dominicas ab insidiatore lupo protexit, pro eisdem, etsi gladius persecutoris defuit, paratus ferre mactyrium. In diebus sane sui Sacerdotii placens Deo, probatus et inventus est justus, in tempore imminentis iracundiæ quærens pro barbarica irruptione fieri reconciliatio. Ejusmodi nempe multas tunc temporis provisio Divina pro necessitate accenderat faces, qui et erroris mundani pellere possent tenebras, et sævientis in tanto turbine tribulationis sedare procellas. Unde quidam Metricanus, luculenter satis scribens, ait:

pag. 28

de patria ejus nihil constare,

pag. 30 sed solum quod stirpe nobili natus

C

difficultate ecclesie Gallicanæ tempore,

Talibus ecclesiæ fautoribus undique firmæ,
Obstant imbriferis vento quotiente procellis,
Desuper et petram nequeunt trepidare ruinam.
Et de hoc specialiter beato viro inter alia:
Servatius, servando fidem, servat perentem
Orando populum, confortans forte Trajectum.
Et B. Lupus Trecassinæ urbis Episcopus
Dum bella cuncta perderent,
Orando Trecas munit.

19 Et Hieronymus, ad Ageruchiam super mundi contemptu scribens epistolam, super hujusmodi quoque cladem sumit lamentum, cujus hæc sunt

verba: Quod rari huc usque residemus, non nostri meriti, sed Dei misericordia est. Innumerabiles et ferocissimæ nationes universas Gallias occuparunt: quidquid inter Alpes et Pyrenæum est, quod Oceano et Rheno includitur, Quadus, Wandalus, Sarmata, Alani, Gepides, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alamanni, et (O lugenda respublica!) hostes Pannonii vastaverunt... Et quia perit pius cum impio, multos sanctorum, tam clericorum quam monachorum et sanctimonialium, sub hoc contigit perisse excidio. Urbes, munitissimæ licet, longa obsidione evertebantur, ecclesiæ Sanctorum exurebantur, altaria jugulorum ante ea Sacerdotum sanguine profanabantur*, pueri in nuptæque puellæ suffocabantur, Virgines Deo dicatæ violabantur, Monachi, et Clerici ludibrio et spectaculis exponebantur, et omnibus in commune diversa mortium facies adhibebatur.... Nec solum nostri hæc sunt pœna multati, sed etiam hæreseos Arianæ defensores Gothi, qui soli Valenti Augusto et Romanis in Gallia resistere videbantur et reniti, ab Hunnis sunt crudeliter devastati; et Athalaricus eorum Rex, pro sanguine innoxio quem nimium effuderat, pulsus a regno meruit exulare...

D
Hunnis vastationem facere incipientibus,

pag. 31

E

20 Horum adventum B. Servatius sciens et audiens, simulque de irruptione suæ civitatis metuens, multis lacrymis et corporis afflictionibus misericordiam Domini precabatur, ut populum suum a perfidorum nequitia tueretur. Sed sentiens per spiritum, peccatis populi præpedientibus, id sibi nullo modo concedi, Apostolorum Petri et Pauli limina decrevit adire, ut suis saltem Tungris ereptionem per eorum merita inereretur obtinere. Paratis igitur omnibus viatico competentibus, assumptisque secum comitibus* necessariis, civibus jejuniorum et orationum super tanto discrimine indixit instantiam: et sic itinere arrepto primum B. Auctoris, Metensis Episcopi, requirit prudentiam. At beatus Antistes Auctor, habita cum B. Servatio deliberatione, adjudicavit ejus ratam esse intentionem, simul exposcens pro se suaque urbe fundi profusius illic orationem: ut quoniam per se Romam nequibat adire, ejus sanctissimis precibus, Apostolis intervenientibus, optatam ereptionem sibi commissis civibus mereretur obtinere. Accedens ergo ad B. Petri tumultum, deprecatur ejus interventione auxilium, ut ejus occurrentibus ieritis et orationibus a Tungrensi et Metensi urbe arceretur infanda gens* Hunnorum. In hac assiduis persistens oratione, maxima corpus affligebat media, perfundebat lacrymis ora pio prodeuntibus a pectore, nec erat interstitium quo ab oratione vacaret. Et die quidem aliorum Sanctorum patrocinia frequentabat, nocte vero ad B. Petri suffragia remeabat. Tandem quia sine intermissione non cessabat aures pulsare clementissimi Dei, tali meruit visione solari

pag. 37

Romam ierit cladem deprecaturus Tungrorum,

pag. 38

itemque vicem S. Auctoris pro Metensi urbe oraturus.

pag. 39

Ibi ad S. Petri tumultum offertur ei visio

F

21 Videbat, et ecce coram altari ecclesiæ majori quasi thronus positus, et in eo sedens Altissimus, tam Sanctorum Angelorum, quam et sanctarum animarum concione vallatus. Duos etiam conspicui vultus viros, ante ipsum thronum genibus flexis nunc Domini majestatem, nunc sanctissimæ ejus Genitricis implorare subventionem (quos constat præcipuos fuisse Apostolorum, Petrum scilicet et Paulum) et ob conservationem Galliarum enixius supplicare. Et quia vir venerandus B. Servatius, cum sua supplicatione, Beati quoque Auctoris Metensium Præsulis obtulit preces; vidit in parte Septemtrionali stantem personam, vestibis albis et pretiosis indutam (quam proculdubio constat Protomartyrem fuisse Stephanum) et ad eum sanctos Apostolos responsa quædam perferentes, et ab eo ad Omnipotentis majestatem supplicationes quasdam referentes.

Sanctum

qua intelli-
git Tungros
vastandos.

A Sanctum itaque Servatium, hac contemplatione attonitum, sanctus compellat Apostolus Petrus: Quid me, inquiens, sanctissime vir, inquietas? Præfluitum noveris Omnipotentis justissima sanctione, Hunnos Gallias impeiere, cunctaque Europæ oppida et castella complanare: Tungrensium urbem incolarum peccatis exigentibus eversum iri; Protomartyrem vero Stephanam, quem nobis hactenus vidisti colloquentem, pro sua Metensi Ecclesia noveris exauditum, ne civitatis reliquæ debeat sustinere periculum. Tu autem, sanctissima anima, in sorte Sanctorum jam prælecta, vives inter peccatores, a mundi turbine in brevi transferenda, ne videant oculi vestri mala quæ superventura sunt in terra: nec habebis in urbe scelerata et ideo peritura sepulcrum: sed placuit Altissimo oppidum tibi servare Trajectum, ut illic speliatar sanctum corpus tuum. Hoc oraculo venerabilis Pontifex Servatius suscepto, reversionem accelerat, transitumque per urbem Metensium habens B. Auctori indicat, quæ in responsis acceperat.

Metis ser-
vandam
solam S.
Stephani
ecclesiam.

pag. 43

qui Tungros
regressus
valedicit
suis:

22 * Egressus tandem ad urbem Tungrensem, convocato Clero simul cum populo, hortabatur universos in animarum suarum salute fore sollicitos, quibus tantum imminet discrimen. Dicebat autem eis: Jam collegio vestræ fraternitatis nequeo celare, quod per triduum dissimulans tandem compellor dicere. Super vestra salute B. Petri sepulcrum adii, hujus urbis reservationem supplicatione præmissa petivi; sed peccatis vestris exigentibus inevitabilis iustat ei interitus: vobis quoque immortalis imminet perditio, nisi morum ex toto corde præcedat conversio. Quapropter prohibitus sum et hic effodere mihi sepulcrum, et ad vicum Trajectensem transmeare hinc jussus sum; ut illic me dies assumat extrema ne me contingat vobiscum vestra vel cernere vel perpeti mala. Ab hac jam die faciem meam non videbitis, nec ulterius me vobiscum commorantem conspicietis: quia post breve tempus corpusculum hoc sum relicturus, neque huc deinceps reversurus. Verumtamen certos vos esse cupio, quod si corporibus salvandis intervenire nequeo, animabus saltem vestris incolumitatem semper impetrare curabo.

pag. 45

coque Trajecti
mortuo ac
sepulto,

23 * His igitur a B. Servatio flebiliter peroratis, mox universus adstans populus clamoribus magnis irugit: lætus et ejulatio ab utroque sexu increvit. At vir Domini, necessariis sepulturæ secum delatis, ab Orientalis Tungrensium ecclesiæ porta pedes egreditur, ac tramite recto Trajectense petit oppidum. Et cum Trajectum pervenisset, modica pulsatus febre, post modicum fragile corpus deseruit, et a viris fidelibus juxta aggerem publicum, tertio idus Maji, est sepultus. * Post hujus obitum Hunni, subversis quamplurimis Galliæ urbibus, civitatem quoque diruere Tungrorum; deinde Metensem petentes urbem, in vigilia Paschæ, eam obsidionibus circumdederunt. Fatigati vero longa obsidione cum de abscessu jam tractarent, muri civitatis ultro corruere, adiunctumque revertentibus patefecere. Illico civitatem ingressi, peremptis omnibus ipsam tradiderunt incendio, remaneute intacto S. Stephani oratorio, quod videbatur a quodam splendidissimo desuper stante viro defendi.

pag. 47
sequitur
predictionis
effectus.

Incerta plu-
ra ex Jucun-
do addita

24 Hactenus Harigerus: quibus multa interserit Ægidius, fere ex Jucundo accepta: integreque et suis quæque locis expressa apud Chapeavillam, quæ cum exigua apud nos fidem obtineant, non lubet eis angere molem hujus operis. Summa omnium hæc fere est. Angelo duce venit Tungros, ab eoque post traditum baculum Pastoralem evehitur ad Cathedram Pontificalem: de divinis loquens ab omnibus ejusdemque nationis intelligitur: quotidie Missam celebrat, nec præter Corporis Domini, aliarum epularum gustum

habet: variis modis agros sanat et dæmoniacos liberat: Tungrensibus post varias illatas contumelias urbe pellitur: excipitur Trajecti in basilica a B. Materno consecrata: contemplationi intentus cognoscit mala superventura, eaque exponit: rogatus peregrinatur Romam ad limina Apostolorum: accipit responsum, et a B. Petro Apostolo clavem argenteam, cum potestate claudendi curium et aperiendi. In reditu ab Hunnis capitur: jubare cælesti carcerem illustrante, et facie instar solis resplendente, in admirationem Hunnorum venit: dormiens in campo ab aquila protegitur: Jesu Christi fidem profitetur, et in aliquam ejus notitiam Hunnos adducit: sitiens fontem elicit potationi salubrem: columna ignis de cella ejus ad cæli fastigia extolli visa: sericum Angelicis manibus supra corpus ejus positum. Circa hæc nihil notandum occurrit præterquam de clavi, quam licet secundum vulgi opinionem de cælo accepisse dicatur Sanctus, et pro tali ea hodie ostendatur, sitque in signum Capituli assumpta, quo omnia ejus Acta signantur: viri tamen eruditi plures, in quorum sententiam vehementer propendo, existimant ex earum genere esse unam, quales a sepulcro S. Petri acceptas et de rasura catenarum ejus nonnihil intra nodum continentes, sæpe legimus Romanos Pontifices honoris causâ misisse bene meritis de Ecclesia Principibus, aut etiam Romanis adventibus donasse: quemadmodum videre licet in Registro S. Gregorii Papæ lib. 1 Epist. 25, lib. 6 Ep. 23 et 25, lib. 7 Ep. 35 Post hunc quoque Vitalianus Papa Osni Northumbriæ Regis uxori Christianæ similem misit, teste Bedæ lib. 3 cap. 29; et S. Gregorius II Carolo Martello, ut refert Continuatio Gregorii Turonensis cap. 110.

D
AUCTORE G. H.

ac nomina-
tum de clavi
virtus ac-
cepta,

25 Erat tunc, cum ivisse Romam S. Servatium credimus, ibidem Pontifex S. Damasus, anno CCCLXXII ordinatus. Hæc ergo clavem istam S. Servatio dedit ex argenti et aris mixtura constalam; non quasi eam ea conferens ligandi atque solvendi potestatem (hanc enim acceperat cum ordinaretur Episcopus) sed in pignus fraternæ caritatis et memoriam S. Petri, quem in successore suo veneraturus Romam accesserat. Sanctum quoque Servatium Tungris migrantem catulisse secum refossa Sanctorum decessorum ossa, ita scribit in additionibus ad Harigerum apud Chapeavillum Ægidius cap. 27. S. Servatius festinanter Sanctorum Valentini, Naviti, Marcelli, Metropoli, Severini, Florentii, Martini, ejusdem urbis Episcoporum, et aliorum Sanctorum Reliquias tolli imperat, et Cruces, divini mysterii vasa, simulque sepulturæ suæ necessaria... Tunc subito voces exaudiuntur de caelo hymnizantium, sacrique Præsulis et Sanctarum Reliquiarum iter, a porta Tungrensi usque ad portam Trajecti, concentibus comitantium. Sed uti hoc ultimum, de Angelorum cantu, et pia fictione videtur additum auctore Jucundo: sic primum quoque de S. Servatio, Decessorum Reliquias efferente, per gratulitum conjecturam scriptum fortassis fuerit: cum non satis cœtaret, quis primus dictam translationem curaverit. Ego post destructis secunda vice ab Hunnis Attilam secutis Tungros, aut etiam post extractam a S. Monulphi Servatianam Basilicam, lentius crederem esse peractam. Nulla certe verisimilitudo id suadet de S. Servatio, cui alia cura non fuisse videtur, quam ut secum efferret sui mox futuri funeris apparatus. Pro S. Agricolæ si quis velit pagnare, et hanc saltem diete translationis auctorem credere, suam ipse sibi sententiam habeat, donec eam aliquo certiori documento confirmet.

E

VIDE APP
TOM VII MAJI
NOT. 65 **
quam vero-
similium
demonst
Damasus
Papa.

P
et de trans-
latis Reli-
quis & de-
cessorum

26 Festum Sanctorum Trajecti quiescentium sub ritu duplici fuisse olim celebratum vi Februarii, ibidem inter prætermisissos late docuimus. De omnibus autem simul hæc recitabitur Oratio: Præsta nobis quaesumus, Domine, famulis tuis, per sanctorum Confessorum tuorum, Servatii, Monulphi, Gondalphi, Martini

qui cum
atris coluntur
6 Febr:

A Martini, Valentini, Candidi et Amandi, et aliorum, qui in præsentia Ecclesia requiescunt, merita gloriosa : ut eorum pia intercessione ab omnibus semper protegamur adversis. Vides ut in dicta Oratione memorantur ex antiquis Episcopis Tungrensibus SS. Valentinus et Martinus, et S. Servatius utrique Sedi assignatus, et præterea ex Trajectensibus Monulphus, Gondulphus et Amandus, licet hujus corpus adservetur Elnone in monasterio Amandino, de cujus tamen Capite Reliquias alias adhuc obtinent Trajectenses. Qui additur S. Candidus Episcopus, aliunde refertur ad venerandum S. Servatii Reliquias Trajectum advenisse, ibique decessisse vii Junii : quo die una cum S. Valentino Tungrensi Episcopo colitur. Habemus Epitomen seu Medullam Gestorum Trevirorum Joannis Euen et Joannis Scheckmanni, editam anno MDXXVII, in qua notabiles Reliquiae Ecclesiarum Trevirensium referuntur. Habemus etiam antiquos libellos tres distinctos, de Reliquiis adservatis in Ecclesiis S. Marini, S. Paulini, et S. Matthæ, et nusquam invenimus mentionem octo Episcoporum supra relatorum; sed solum S. Materni, cujus corpus Treviris in Ecclesia Cathedrali adservatur : quod ipsum nos in ea confirmat opinione, qua indicabimus in Exegesi præliminari ad tomum septimum Maji eorum nomina perperam fuisse intrusa recentioribus Episcoporum Trevirensium Catalogis.

CAPUT IV.

Duplex Corporis Translatio. Cultus sacer. Reliquiæ alibi.

Gregorius Episcopus Turonensis, libro de Gloria Confessorum in perpetuo codice MS. Leodiensi S. Laurentii cap. 72 ista his verbis scribit : Servatius vero Trajectensis Episcopus tempore Hunnorum, cum ad irrumpendas prorumperent Gallias, fuisse memoratur : qui et sepultus refertur juxta ipsum pontem aggeris publici Circa cujus sepulchrum, quamvis nix defluisset, nunquam tamen marmor, quod super erat positum, humectabat : et cum loca illa nimii frigoris gelu ligentur, et nix usque in trium et quatuor pedum crassitudinem terram operiat, tumulum ullatenus non attingit. Datur enim intelligi verum Israelitam hunc esse. Nam illis, inter muros aquarum, aquæ non sunt perniciosæ, sed salutis : et circa hujus Justi tumulum nix decidens, non humoris causa est sed honoris : videasque in circuitu montes niveos elevari, nec tamen attingere terminum monumenti : et non miramur si terra operiatur nive, sed admiramur quod attingere nixa non est locum beati sepulchri. Nam plerumque devotio studiumque fidelium oratorium construebant de tabulis ligneis levigatisque, sed protinus aut rapiabantur a vento, aut sponte ruebant. Et credo idcirco ista fieri, donec veniret qui dignam ædificaret fabricam in honorem Antistitis gloriosi. Procedente vero tempore adveniens in hanc urbem Monulphus Episcopus, templum magnum in ejus honorem construxit, composuit, ornavitque : in quod multo studio et veneratione translatum corpus magis nunc virtutibus pollet. Hæc Turonensis, qui eodem seculo sexto cum S. Monulpho floruit, sed aliquanto junior. At Monulphus omnium præcuratorum suorum heredem scripsit S. Servatium (inter quæ Dionantense castrum censetur) et Clericos Deum timentes atque in amore superno ferventes, qui sub ipso digne Deo militarent, addidit non paucos; super universis Christi beneficiis, circa S. Servatium suis temporibus factis; letatus valde : et sicut dignum erat, mirabiliter glorificabat eum in auro et argento, et universis etiam quibus in ministerio opus est divino, uti legitur in MSS. Actis, aut etiam apud Chapevillum ex Egilbio.

Sepultus est S. Monulphus, uti et successor ejus S. Gondulphus, in medio Ecclesiæ viri gloriosissimi Servatii. Colantur ambo die xvi Julii, et de horum sacris corporibus, sub eodem monumento cum corporibus SS. Valentini et Candidi depositis, dicemus ad horum natalem diem vii Junii.

28 Alia corporis S. Servatii translatio refertur facta tempore S. Huberti, occasione victoriae de Saracenis ipso die festo S. Servatii obtentæ. Videtur hæc illa esse, quæ in Anaalibus Fuldensibus et aliis narratur occasione Eudonis anno DCCXXIV in fugam conjecti, ubi deinde ad unum DCCXXV ista leguntur : Saraceni ab Eudone in auxilium suam vocati cum Rege suo Abdirama, Garonnam Burdigalemque perveniunt, cunctis locis vastatis et Ecclesiis igne crematis. Basilicam quoque S. Hilarii Pietavis incendunt : postea autem anno DCCXXVI, Carolus, Saracenis cum valida manu occurrens, et auxilio Dei fretus, Regem eorum cum infinita multitudine prostravit, devictisque hostibus cum triumpho regreditur Hoc bellum et secutam Translationem corporis S. Servatii habemus in plurimis MSS. late descriptum, atque hic damus, prout in vetustis membranæ Ecclesiæ S. Servatii Trajecti anno MDCLXVIII reperimus, præfando auctorem non videri eorum. Est autem hujusmodi.

29 Carolo Martello monarchia gubernante, Saracenorum phalanges innumere Francorum terminos pervasere. Id Carolus agnoscens, iramque attollens, præ nimio zelo celeriter hostem finibus detradendi, hen! non permisit tempus legiones suorum congregandi; paucis vero quos ducebat verbis et exemplo indidit audaciam; passimque castra hostilia lustrans, irrumpendique aditum attentans, nunc cruentabatur, nunc cruentabat : sed non prævaluit, quia nimis impar egressio fuit. Paulatim vero militum suorum millibus, instar nivium de Alpibus, grandinumque de nubibus labentium, per turmas et cuneos suos confluentibus, invocato Christi auxilio, resonantibusque tubis prælium rursus commisit, hostiumque cuneos ad noctem usque palantes pugnantisque cecidit, nec tamen prævaluit : numeras enim adversariorum adhuc amplior fuit. Præhebatur illo vespere illaque nocte casum humanorum spectaculum miserabile : spectabant singuli tristes occisorum suorum acervos, coram oculis in tabem sedentes, bestiasque commilitonum cadavera crudeliter depascentes, sanguineoque stillantes rore arbores, quibus viscera Heronum sævis unguibus supervexerant alites. Spectabant, inquam, tristes, tristabanturque talia humentibus oculis aspectantes. Nocte inclinata nobilium mentes juvenum, cum sidera cæli labi conspicerent, flexoque Arcturi temone propinqui rursus belli dubias vices paverent; iidem tamen Ducis virtutem, Christique nomen attenderent; ultro iterum optavere certamen, instruxeruntque barbari nihilominus aciem. Ferrum denuo imbre letali conseritur : plurima mortis imago vertitur : Imperator a latere labescentes providit, lectas quoque retro legiones immisit; cessantes inerepabat, alacres proprio ex merito laudabat, ac ne summa virtus nutaret, anxius orabat. Cives, ut creditur, Angelici desuper ex aula Dei, animæque felices Sanctorum cum Christo jam regnantium, hæc detuentes ab arce cæli, iras miserabantur inanes vanosque tumultus, totque lantosque miseris mortalibus esse labores. Taliter dum vicissitudine funesta inter acies, cadentium capita raptim utrumque carperet diræ mortis alea, partem alterutram penitus absumptura; tandem Deo Christianos protegente, fortitudo gentium instar fumi dispersa est. Tum etiam fortissimi barbarorum, qui resederant eo usque in castris, ut suos terga dantes cernunt, occurrunt, decernunt; sed nihilominus corruunt

Annus sepulchri a miribus intacti miraculo

Idem postea sub Carolo Martello,

post variam contra Saracenos fortunam,

motus S. Monulphus,

extruit in templum et corpus transfert.

insignem de his victoriam adepti

in die s. Servatii:
A ruunt, equorumque prostrati pedibus intereunt. Actum est hoc in die festivitatis B. Servatii : indubitatumque tam victori Carolo, quam cunctis qui opem ejus mane specialiter invocaverant, meritis ipsius indultam sibi ea die victoriam. Itur Parisios, placuit Triumphatori cunctisque Principibus, Sanctam hunc solennius celebrari in terris, cujus tot ac tanta jugiter ope clarescerent de caelis. Mittitur Trajectum Præsul Willigisus, ut si qua essent dilapsa in templo, memoriæ ac venerationi illius restauraret; si qua minus perfecta consummaret. Quod diligenter per eundem Præsulem adimpletum est. Erexit enim etiam super viri sancti sepulcrum ciborium, auro et gemmis instar speculi lucidissimum.

hujus corpus a S. Huberto elevandum
30 Eidem autem Willigiso Venerabili viro, nocte quadam suavi sopore sopito, vir venerandus astitit, Sanctum Domini levare de tellure jussit : incongruum, dicens, latere sub modio, qui cælum terramque sanctitatis illustraret radio. Visionem Huberto, Sedis ejusdem tunc Episcopo, indicat : ille adhuc ulterius voluntatem Domini quaerendam judicat. Quid referam semel secundoque triduana jejunia, consulta responsa, timores, spes, tot lacrymas,

in monumento per S. Monulphum structo repertum,
B tot preces ? Invento subterraneo demum secretario, apparuit locus omni jucunditate plenus : et ecce sedilia in circuitu, in quibus omne decus et thesaurus Ecclesiæ Tungrensium, in altiori gradu reliquiæ Sanctorum, in medio pretiosi marmoris conspexere sarcophagum, in quo Sanctum Domini credebant conditum. Tolluntur interim quæ inveniuntur, luctuque mixta cum inenarrabili gaudio ante altare ponuntur ; necdum enim præsumi fas erat, ut quidquam super Altare poneretur præter sacrificium, quod mensa est Domini exercituum. Admirabantur autem ultra omnia, quod sacræ vestes nil lesionis aut nidoris ex tanti temporis situ habuerant. Sarcophago autem aperto, nec Sancti corpore reperto, ululatus et desperatio, timor et hebetudo cunctos occupat, quia furtim sublatum formidabant. Peragitur nox illa vigiliis, diesque jejuniis. Nocte sequenti circa galli cantum, cum cetera per omnes terras animalia somno curas laxaverant, Trajectigenæ consilium summis de rebus versabant, superiorisque oratorii monumentum visitant ; in quod tamen, illum a S. Monulpho translatum eatenus ignorabant. Aperto sed enim maxima cum reverentia monumento, tanta subito fragrantia suavitatis effusa est, ut omnium pigmentorum redolentias incomparabiliter superaret. Expanduntur manus ad cælum, multiplicantur vota ad Deum : apparet corpus sacrum lineis et sericis involutam : quibus dimotis Crucem auream de pectore levant ; de sub capite auri purissimi monile, in quo de ligno erat Crucis Dominicæ : a dextris virgam Pastoralem : alio de latere traditam illi quondam Romæ a B. Petro argenteam mirifici operis clavem. Capsas quoque electro lucidissimas, ex utroque latere perplurimas. Quid Pontificale memorem vestimentum ? nulla quippe corruptione læsum. Tollunt et quoddam sericum, in die depositionis ejus manibus Angelorum, adstantibus mille fidelibus Christi, allatum, superque illum diligentissime locatum. A facie ejus cum abducunt sudarium, tamquam irradiatum a sole meridiano, totum resplenduit sanctuarium. Pavor illico ingens ac stupor, singulorumque per artus gelidus cucurrit eror : genibus corruunt, pectora tundunt, lacrymas fundunt, implentque clamoribus locum : Vivusne Pater, nec defunctus eras ; aut si te sacer finis abstulerat, veranne resurrectionis gloriam apportas ? Post hæc diligentius exanimem intuentes, manusque applicare cupientes, instar candentis ferri prunarumque ardentium transfigurata membra contemplati sunt. Rursus hebetudo, rursus

luce et odore locum replet,
C desperatio ; sed arrepto quispiam Psalterio, exclamavit versu primitus prælato : Exurge, quare obdormis Domine ? Exurge, et ne repellas in finem. Quam vocem prosequentibus ceteris, cœpit jubare ad tolerabilitatem minui, tandemque levatur : et in loculo, interius argenteo, foris deaurato, locatur. Interim, sicut cynamomum et balsamum aromatizans, dedit ille odoris suavitatumque diversarum fragrantias. Clausis dum foribus hæc aguntur interius, pavendi miraculi splendor templum circumfudit exterius, terroremque gaudiumque ingens infudit intuentibus.

et in novam capsam reponitur
31 *Hactenus MS. Trajectense. In aliis MSS. additur hujus translationis excoli quotannis memoriam solennem vi Idus mensis Junii, quo die ea inscripta est Martyrologiis MSS. Leodiensi S. Lamberti, Bruxellensi S. Gudilæ et plurimis excusis, et officium Ecclesiasticum sub ritu duplici præscribitur in Breviariis Tungrensi et Trajectensi ante ducentos annos excusis, et novem Lectiones in uno, et sex in altero recitantur ex præscripta relatione desumptæ. Hæc elevatio corporis videtur adhuc facta anno MCCXXXVI, cum a victoria obtenta elapsi essent dies quinque et viginti. Nam anno sequenti MCCXXXVII mortuus est S. Hubertus, et ut plurimi volunt die xxx Maji, cujus tamen præcipuum festum incidit in diem iii Novembris, quo corpus incorruptum est inventum et elevatum. At prior Translatio sub S. Monulpho videtur facta ipso depositionis die Nam in antiquo Martyrologii Hieronymiani apographo Lucensi ad hunc xii Maji ista habentur, Trajecto depositio S. Servatii Presbyteri et Confessoris, et Translatio et Dedicatio basilicæ. In Apographo Blumiano ita sub initium legitur : In Trajecto depositio Sanctissimi Servatii Episcopi et Confessoris. In Apographo Corbeiensi Parisiis excuso ista habentur. Trajecto porto in Gallia depositio S. Servatii Episcopi et Confessoris : quod Florus nitidius explicat his verbis : Trajecto porto natale S. Servatii Episcopi, ac dein multa de itinere Romano ac responso S. Petri indicantur. Rabanus etiam ejus elogium sic incipit. Eodem die in oppido Trajectense natale S. Servatii Episcopi et Confessoris, ac multo plura ex Gregorio Turonensi describit, cum templi per S. Monulphum constructione. Similia habent Ado, Usuardus, Notkerus ac reliqui posteriores Martyrologi cum hodierno Martyrologio Romano. De serico, supra corpus S. Servatii reperto, mentio fit in Vita S. Norberti vi Junii. De Carolo Martello late egimus xx Februarii ad Vitam S. Eucharii Episcopi Aurelianensis § 3 et 4, et hujus visionem de illius damnatione, ostendimus esse plane rejiciendam.*

7 Junii anno 726.
32 Florebat eo tempore Fontanellense ad Sequanam monasterium, in cujus Chronico apud Acherium tomo 3 Spicilegii cap. 12 ista de Reliquiis S. Servatii traduntur : Wando regimen assumpsit cenobii ab anno Dominicæ Incarnationis MCCXLII, qui est annus primus Principatus Carolomanni et Pippini filiorum Caroli Martelli. Igitur idem vir religiosus Wando, dum de Trajecto castro ubi ad exilium ductus fuerat, cum permissu ac jussione gloriosissimi Principis Pippini reverteretur, pignora Reliquiarum B. Servatii Confessoris assumens secum detulit : veniensque in hunc locum ædificavit basilicam in honorem ipsius Confessoris Christi, juxta ecclesiam beati Principis Apostolorum Petri, ad meridianam ejusdem ecclesiæ plagam. In qua solarium posuit, ita ut per gradus sursum ascenderetur : collocavitque ibi altare unum, in quo de Reliquiis prædicti Confessoris posuit. Quo in loco, ob meritum ejusdem almi-fici Confessoris, plurimæ a Domino patratae constant fore virtutes. Nam e pluribus unum proferam. Lampas, quæ coram ara hujus basilicæ dependebat, postquam in ea semel positum fuit, sponte liquorem olei in usu lucernæ, nullo quippiam adjiciente, per

Reliquie ejus et Ecclesie Fontanellæ
miraculis claræ :
28 plurimos

D
 AUCTORE G. N.

et in novam capsam reponitur

7 Junii anno 726.

E

Natalis 13 Maji.

F

Reliquie ejus et Ecclesie Fontanellæ

miraculis claræ :

A plurimos manavit annos : donec quidam latomus (sicut relatione cujusdam venerabilis senis didici, qui tunc temporis in hoc degebat monasterio) fortim inde abstulit ; sicque deinceps ob piaculi hujus facinus manare desiit. Aliud quoque memorabile miraculum huic operi inserere commodum duxi. Quodam denique tempore, id est anno Dominicæ Incarnationis DCLVI, qui erat Pippini Regis annus quintus, Ecclesia B. Petri per culpam incuriæ igne cremata est : hæc autem B. Servatii Confessoris basilica contigua erat illi. Cumque furentium flammarum globi alta peterent, aliqui ex Fratribus ad ipsum virum religiosum Wandonem, qui in eadem sanctissimi Servatii basilica residebat, accedunt : monebantque ut egrederetur, metuentes, quia adhærebat ei quæ incendiū patiebatur, ne similiter igne cremaretur. Tunc idem vir Domini respondisse fertur : Si potuerit, me quidem S. Servatius ac basilicam istam, quam devoto pectore ædificavi, ab his ignibus defendi faciat : sin vero, sponte cum ipsa temporale subire non recuso incendiū. In eadem denique basilica, sicut dixerat, orationi insistens remansit : exustaque S. Petri basilica, hæc illæsa permansit obtentu B. Servatii Præsulis. *Hæc ibi. Nos de Fontanellensi monasterio lotins egimus xiv Aprilis ad Vitam S. Lautberti Abbatis, dein Archiepiscopi Lugdunensis.*

illa ecclesia
ab incendio
liberatur :

B

Item Cen-
tula,

33 Floruit etiam eodem tempore S. Angilbertus Abbas Centulensis, cujus Acta illustravimus xviii Februarii. Hic multorum Sanctorum Reliquias conquirit et exornavit, et in altariis deposuit, inter quas S. Servatii impositæ capellæ sive alteri S. Mauritii dicuntur num. 43, quæ in scripto S. Angilberti memorantur num. 8 inter Reliquias Confessorum. Dicti Centulensis canobii fundator fuit S. Richarius, a quo jam nomen habet situm in Pontivensi regione, uti late deduximus ad ejus Acto xxvi Aprilis. Romæ in basilica S. Petri esse mentum S. Servatii, legitur apud Baronium ad an. 828 num. 23, et in Sanctuario Romano Abbatis Piazza. At Pessino in Diario Pragensi asserit Carolo IV Imperatori, dum anno mcccclxxii Trajecti esset, a Capitulo Trajectensi donatam fuisse partem capitis (hanc ipse deinde per litteras descripsit molicam, cui adhæreat pars mandibulæ superioris cum quatuor dentibus) pro eaque exoranda Illustrissimum Dominum Servatium Baronem de Engelfluss, sanctissimi sepulcri Domini nostri Equitem, pro sua erga sanctum Patronum suum eximia pietate, argenteam statuam pectoralem fieri curasse : quam deinde idem Eques anno mdcclxxiv die 1 Martii ecclesie donavit, ipsoque anno et mense pie obiit die x. Fœrat natus Trajecti cum fratre suo Angelo, Societatis nostræ utilissimo in conversionem integrarum regionum hæresi infectorum operario, transgressusque cum eodem in Bohemiam, quam e patris illius utilitatis pietatem erga Sanctum, in locis Swanenbueh, Muisssech et Hrassitz apud Bohemos acquisitis induxit, insignis Sicello in Muisssech sub ejus nominis invocatione extracto ; cum grandibus campis, et tabularum eleganter pictorum, miraculi et gesta S. Servatii representantium ornitu virio ac speciosa. De aliis pluribus Coloniae existentibus S. Servatio reliquiæ agitur infra in Annotatis ad Cap. 8. Embriense Societatis Jesu Collegium in Christo, in sacro thesauro reliquiarum suarum numerat nodum de tibia S. Servatii Episcopi Tungrensis.

Romæ,

Pragæ.

C

CAPUT V.

Miracula tempore Caroli Magni patrata, aliaque seculo nono et decimo facta.

Tempore
Caroli Ma-
gni miracula
patrata
indicantur.

Gregorius Turonensis supra num. 16 relatæ, asserit nunc, id est suo tempore, et sexto Christi seculo, corpus S. Servatii magnis virtutibus pollere. Ea tamen scripta si fuerint, modo non extant. Videntur aliqua

exhibita Carolo Magno dum Trajecti haud procul Aquis-grano degeret, aut certe dum quodam anno, inter sua cum Saxonibus bella, Paschalem festivitatem Trajecti peregit. Nam tunc, ut plurima MSS. habent, in sacratissimæ noctis Vigiliis, inter legendum lectiones, duæ in conspectu omnium sanatae sunt ante altare mulieres, gibbosa altera, altera contracta ; et paralytica quoque una in hospitali domo, insuper euer-gumenus duabus catenis horrendum antea vinctus. Eo præ stupore quam plures nobilium, soluto cingulo, sese divino ibidem mancipavere ministerio. Dum vero multum temporis insumeret Imperator, de tanti viri gaudenter loquens vel audiens laudibus ; liber miraculorum ejus coram eo est * oblatum, conctisque miraculo habitus. *Hæc ibi. Insecuta est seculo Christi nono magna Normannorum persecutio : quando, uti inquit Regino Abbas Prunmiensis, anno DCCCLXXXI mense Novembri duo Reges Normannorum, Godefridus et Sigefridus, cum inestimabili multitudine peditum et equitum consererunt in loco, qui dicitur Has-loe, juxta Mosam : et primo quidem impetu finitima loca depopulantes, Leodium civitatem, Trajectum castrum, Tungrensem urbem incendio cremant. Eodem referunt ad dictum annum Annales Fuldenses his verbis : Illi instaurato exercitu et amplificato numero equitum... vastaverunt Cameracum, Trajectum et pagum Hasbanicum totamque Ripuariam etc. Interim non potuisse eos spoliare templum S. Servatii referunt omnia passim Acta MSS. S. Servatii, in quibus ista leguntur : Gens Danorum, armis potens et animis, templum Trajectense famosum invasit : sed tamquam turbine ab intrito inhibiti, utroque ex latere scalis fastigia conscendant, lino, stipula, fomentis ignem injiciunt : sed plures eorum retorquente se flamma combusti sunt, plures hærentibus indissolubiler ad tegulas manibus, ridiculum monstrum pependerunt. Quis non intelligat, quam gratificum miseris oculis præbuerunt dependendo spectaculum ? Postremo in se redeuntes, vota que voventes, Dei clementia sanctique Præsulis Servatii indulgentia laxati sunt. *Hæc ibi. De hac re antiquæ picturae hæc inscripti sunt versus :**

Normanni invidia moti delubra cremare

Nituntur, sed in hos urens se flamma retorsit.

35 Anno post hoc miraculum circiter trigesimo Quinlingeburgum, aliis Quedelinbrogum, Germanis Quedlinburg, urbs in Comitatu Reginstenio inter Halberstadtum et Ermeslebam, utrimque duobus leucis Germanicis distita ad amnem Bodam, ab Henrico Aucupe Rege Germaniæ, seculo Christi decimo muris cincta est ; in eaque extractum illustre monasterium sanctimonium, S. Servatio Episcopo Trajectensi dicatum : in cujus Ecclesia idem Rex transtolisse stolam et hæc illum S. Servatii dicitur in predictis Actis S. Servatii. Uxor hujus Henrici fuit B. Mathildis Regina, cujus Vitam illustravimus ad diem xiv Martii Ibi num. 10 indicatur, Regis corpus in Quinlingeburgum transportatum, ubi ipse requiescere decreverat, et quod mortuæ B. Mathildis Reginae corpus sepelierunt in basilica S. Servatii juxta sepulcrum Regis Henrici, cum magno honore, ubi ipsa decreverat requiescere, et diem judicii expectare : quæ ibidem num. 33 legi possunt, nulla facta mentione corporis S. Servatii eo per Ottonem Imperatorem instigante B. Mathilde translata, ac post triennium clanculum de nocte oblata, et Trajectum reveci. Quæ tamen historia in pluribus codicibus MSS. Trajectensibus hoc modo narrantur. Otto filius ejus, Romanorum Rex effectus, surrexit virtute paterna, quasi leo de cubili suo : Romam venit, repugnantem subegit, ordinari se Imperatorem exegit, decusque nominis tanti a Francigenis in Teutonios primus magnanimiter transvexit. Mater proinde ipsius Ottonis Augusti, considerans

D

* al. ablatum

In persecu-
tione Nor-
mannorum,

E

templum
ejus miracu-
lose serratur.

F

Quedelin-
burgi Ecclesia
S. Servatio
erecta a
B. Mathilde
Regina

A considerans ex B. Servatii veneratione se sobolemque suam arcem juris cœqualium excessisse, filium indefessa sollicitavit prece, ut causa cultus Dei ampliandi, ad visitandam in Saxonia constructam sibi basilicam, deferrentur ejusdem Sancti Reliquiæ. Oravit et impetravit. Adductas autem tantæ venerationis reliquias pius Jesus Rex Regum mille signorum honorificavit virtutibus : personabatque laus altisona jugiter in nubibus, cunctis audientibus. Dicentibus obinde præ nimia lætitia Saxonibus : Dominum in devotionis perfidia timendum nescimus, et Servatium a nobis non dimittimus.

Corpus ejus ad dictam Ecclesiam ab Ottone I Imperatore translatum

clam inde relatum refertur Trajectum,

et miraculis claret

36 Infinita desperatio et calamitas accrevit Trajectensibus. augebaturque indies per triennii tempus. Tunc tempore statuto accolis terræ illius ad festivitatem commenantibus, sed nimia se licentia securitati epulisque laxantibus, cum per diem solennem lusibus et poculis fatigati, nocte sequenti decubarent, gravissimo sopore sopiti; clam exploratores Trajectigenarum Dilecti sui, illuc directi, oblata opportunitate ecclesiam ingressi, arcem sacri corporis de altari corripunt, funes campanarum abscindunt, valvas claudunt, abscedunt, abeunt, et evadunt. Ortodiluculo Saxones evigilant, damnoque suo comperto, frustra demum, qui fugientes occupent, ordinant. Ultra igitur fidem et vota Saxonum, pignore gratissimo ad sedem pristinam cooperatione divina relato, conelamentibus obviam omnibus; Benedictus qui venit in nomine Domini, tanta sanitatum largitas provenit, ut ventus loqueretur, hydropticus in salutem siccaretur, dæmoniacus mundaretur, surdus audiret, cæcus visum reciperet, reverberaretque vox astra dicentium; Venit Deus in castra. Septimo Idus Junii ingrediente illo Trajectense templum, luminaria parietum et coronarum, in manibus quoque astantium candelæ divinitus mira levitate succenduntur. Ascenso pulpito, qui simul venerant, quanta fecisset illis Deus in via, protegens eos insequentibus ab hostibus per nubis columnam, enarrabant: et expansis in cœlum manibus, aiebant: Nonne Dux fuisti, Domine, in misericordia populo quem elegisti? Nonne et portasti Sanctum tuum, Domine, in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum? Ascenderunt Saxones et irati sunt; dolores obtinuerunt habitatores Bodæ: tunc conturbati sunt Principes amici; consiliarios Augustæ obtinuit tremor, obriguerunt omnes sanctimonialium illarum amici et affines: facti sunt immobiles quasi lapis.

C donec pertransirent legati tui, quos ad reversionem direxisti.

Cultus ejusdem Servatii apud Boreales Germanos.

Giselbertus Dux a novis muris extrahendis detinetur.

37 *Hactenus illa relatio. Porro summam apud Boreales Germanos fuisse reverentiam et venerationem erga S. Servatium, produnt antiqua Breviaria istarum regionum: ex quibus nonnulla habemus, utpote Ecclesiarum Erfurtensis in Thuringia, Hildeshemensis in vicina Brunsvicensis dittonis, Caminensis in Pomerania, Raceburgensis et Lubecensis inter Mechlenburgium et Holsatiam, Mindensis et Osnabrugensis in Westphalia: in quibus præscribitur ad hunc xiii Maji officium Ecclesiasticum de S. Servatio recitandum. Floruit eodem tempore Giselbertus Lotharingie universæ, ut est superioris et inferioris, Dux, ob ductam filiam Henrici Aucupis Regis Germaniæ. Is anno mccccxxxix, Rheno flumine absorptus perit, cum jam Otto tribus annis post mortem patris in Germania regnasset. Interim in sequenti relatione huic attribuantur, quæ ad Henricum patrem pertinent: ac proinde sequentia non sunt ab auctore plane cœvo conscripta, et sunt ista: Giselbertus Dux Lothariæ, Ottonis Majoris gener, Trajectum a socero Imperatore petiit et accepit; locique habitationem diligens, Servatianæ spatium memoriæ regiumque Palatium cingere muro instituit. At Beatus in una noctium Servatius apparens illi, cur funda-*

mentum aliud posuerit, præterquam quod a se positum fuisset, inquisivit. Quem agnoscens Dux ex imagine ipsius, per aurum expressa in sanctuario, respondit: Aliud esse positum, Domine, neque novi, neque vidi. Cui Sanctus; Quod dextera, inquit, Altissimi fundavit, nisi peccatis eradicantibus dirui non poterit, sed stabile ac solidum permanebit in æternum. Iis blande dictis jussit desistere cœptis, nimirum ut comprobaret Dominus seipsum esse murum loci illius, ad similitudinem orbis, cujus lux Dominus, et cujus lucerna est Agnus.

38 Uxor autem ejusdem Ducis sericium quoddam permirandæ pretiositatis de Sancti arario, cum curiosa thesaurum templi contempleretur, tulit: muliebrique levitate rassolembum, ad sui corporis modum, inde sibi fieri jussit. Quo insolenter induta, ejusdem Patris Servatii in festivitate, oculos vulgi occupatura, mane processit ad basilicam, propriæ conspuitatis lascivum emittens jubar, dum aurea ridimicula gemmasque perlucidas rutilans verberaret aurora. Inter Missarum porro Agenda, in suggestu suo dissolutæ sopor irrepsit, et subito insolitum exclamans: Parce, parce, ancillæ tuæ: parce, Domine Servati, o Pater inclyte, dixit Tertio in talia erupit verba coram multitudine universa, ingenti excitata strepitu. Accurrens de throno suo Dux, rogitat super hoc eventu: At illa; Ut veni, Domine, inquit, infelix, ut sedi; me sævus soporavit sopor; vidi Dominum Servatium, aureo in throno residentem ante altare hoc sanctum, circaque conventum virorum venerabilium. Cujus cum pedibus cuperam prosterni, quidam horrendus capillis me comprehensum crudeliter avertit; latusque meum humerosque fuste percutiens, nisi ocius Pater ipse sanctus dexteram pacis extendisset, animam de hoc corpusculo meam eiecisset; abstrahendo quoque vestimenta mea nudam exponere me voluit, quia, pro pudor? sericum hoc injuste de thesauris Ecclesiæ hujus abstuli; demens! quæ non extimui extendere manum in Christum Domini. Obstupuere omnes, occultorum cognitorem Deum benedicentes. Dux porro erubescens ad contentalis culpam, B. Servatio in reconciliationem magnifica coram omnibus obtulit munera. Sic censura Sancti Regiæ prolis petulantiâ repressit. Mox referam quid etiam de familiaribus posterius fecerit. *Hæc ibi. At Gerberga Ducissa post obitum Giselberti mariti nupta est Ludovico IV Regi Francorum Transmarino dicto. Quæ vero mox sequuntur, facta sunt post obitum Ottonis III vita sancti anno millesimo secundo, cui successit S. Henricus.*

D EX MSS.

Ducissa ob sericum ablatum

E

punita dicitur.

F

CAPUT VI.

Miracula seculo xi facta, ex pluribus Codicibus MSS.

Post obitum deinceps Ottonis Junioris, filii illius Ottonis, qui pugnavit in Calabria cum Grecis, ante successuri Electionem Principis confusum est regnum nimis. Hæc erroris licentia quidam Potentium, haud procul a castro Confluentis situm, suæ proprietati vendicavit G. Servatii prædium. Trajectenses allato Patroni sui feretro, tanquam bellatore fortissimo, rerum potiri cœperunt. Protinus ab invasore qui ejiceret eos directi sunt: die vero Domini Servatii quidquid adversarius illis præcluserat, reclusum patuit, ipsaque omnesque complices sceleris ultio terribilibus occupavit. Inter epularum namque delicias, cominantes et insultantes sufflavit eos Satanas. Alii videntes a limine sunt, conturbati sunt et confusi sunt, et tremor apprehendit eos. Potentibus obinde Confluentinis, ut illo sacer deportaretur locus gratia benedictionis; multa inter millia plebis

Invasores prædii S. Servatii

sudita morte puniuntur:

bis

A bis, contra castellum depositis in campo Crucibus, et occurrentium Sanctorum capsulis, feretrum sacri pignoris a capite in arcem se levavit: atque ad orientem meridianum, in quo alicujus a Beati memoria colitur, tertio quasi salutans inclinavit. Salutans, inquam, inclinavit, sive ut recessurus jam exinde, valefacere se consorti suo, Sanctus Domini sic demonstravit.

pueri botros carpentes redduntur immobiles,

40 Gulisanorum in præfato alledio pueri, tempore autumnali, vineam B. Servatii noctu introierunt, botros furaturi. Extrahebat alter cultrum, alter attrahebat botrum; ille uvas carpebat, pars canistris imponebat: cum subito senior apparens sole splendidior; Ut quid, ait, pueri vastare vineam meam incursastis? Quos ego, si non ætas infirmior flecteret, punirem: verumtamen vestros hic exspectabitis parentes. His dictis abcessit, illorum vero corpora gelidus torpor oppressit, utque singulorum variis gestibus conspexerat membra, sic diriguere pariter, instar uxoris Luth, velut in saxea simulacra. Orto lucifero a suis parentibus quaquaversum requiruntur: vix tandem aliquando tantæ afflictionis monstro intricati reperiuntur. Singulorum gestus causam cur venissent predebant: ipsi porro quid vidissent, vel quid dictum eis fuisset referebant. Quis vulgi mox clamores? quis matrum angores expediat? Protrahuntur consilia doloresque usque ad vesperum, seroque saltem supplicibus votis impetrata B. Servatii indulgentia, pueri resolvuntur: exultantium vociferationes rusticorum in excelso audiuntur. Apprehensa deinde quilibet comparis sui dextra Trajectum, Deo grates relaturi, votivum iter inibant. Tali custodia, bone custos de nocte, bone, inquam custos de nocte, supplices tuos, Servatii, omnibus horis et momentis confove.

renuens censum solvere

B 41 Tempore, *b* Conradi Imperatoris in familia Hloieni, quam olim Sancto Domini Rex obtulerat Suendebaldus, juvenis erat spurius, a quo pancolorum pro capite suo ad altare nummulorum exigebatur census. Atqui liberioris illum propagine stirpis elatum, quatenus inferiorum propinquorum exemplo debita redderet, nulla concione civium, non aliqua ratione juridicialium, non confessione parentum, nec dulcibus edomare quisquam valuit sermonibus persuasionum. Denique in contendendo pertæsis omnibus, juravit; Amen, quamdiu suis consisteret pedibus, hac se repugnantia haud unquam desistere penitus. Res differtur in crastinum. Infelix nocte illa paralyti depascitur pedum. Sole diem revebente vindicta cœlestis in placito nuntiatur: filius confusionis in medium apportatur: integra superficie tali usque ad plantas ad inflexibilitatem induruisse probantur: gratesque ab universis Deo, et ab ipso jam saltem se recognescente misero vota frequentantur B. Servatio, nec tamen ulla prorsus subsecuta est incolumitatis recuperatio. Justificata igitur est auctoritas sermonis Prophetici, quia tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui.

fit paralyticus,

Isa. 28, 19

c
Henricus II structa monasterio

d
e

42 *c* Henricus secundus, Romanorum Imperator Augustus, tam animo virtutumque pondere magnus, quam corporalis decore proceritatis arduus, B. Servatii (ut ipsemet erat referre solitus) opem sapenumero pace ac bello expertus, primum aut inter primos erga Deum hunc Patronum sibi diligens, monasterium d Goslarianum suo jussu constructum, cum in honore Apostolorum *e* Simonis et Judæ, tum et B. Servatii dedicatum iri voluit: quem tametsi duodenaria Apostolatus dignitate, non tamen inferiore operum insignitate [præterire] noluit. Cujus devotionis amplificandam ad gloriam, post legationem unam et alteram, ipsemet pro Patris ejusdem reliquiis Trajectum venit: tandemque impetrato quod desideraverat, gloriando tripudians remeavit.

In honorem igitur ipsius caput aureum fabreferi decrevit, quod visu delectabile cunctis, memoriam Sancti arctius plebeis mentibus impresserit. Jacitur aurum in ignem, egressum expolitur ad unguem: præsentatum Imperatori displicuit, quandoquidem gemmas, quæ oculorum gerebant effigiem, sane prorsus indifferens parilitas consimulavit. Magnanimitate Regia regalis ira carceri artifices, ut impostores, mancipavit. Pro vindicta quippe: quod haud quemquam inventum iri, qui inerrabilis per artem malleatoriam quam se quidquam effigiare posset aut nosset, jactaverant. Porro ne tanti Regis tanta devotio sanguine contaminaretur innexio pius eadem nocte Servatius in visu illi communis astitit, claustrisque vinctos educi postulavit. Denique omnium, quæ illius in honore vel amore Imperator ubicumque fecerat, benigne conscium et memorem se demonstrans; insuper, Considerasne, inquit, fili mi, faciem quam diligis? Nonne quæ tuo nunc sese offert animo, eadem facies eodem modo est expressa in auro? ita non secus quam Deus voluit manus artificium opus disposuit. Expergefactus exhilaratusque Augustus opus opificesque jussit præsentari, malentibus aurificibus omnia tunc pericula, quam opus ipsum iratamque Imperatoris faciem conspiciari. Verum ab eo ultronea sunt indulgentia dignati: siquidem indisparem similitudinem præbens Imperator, et aurei capitis et personæ per visum se alloquentis ex ordine amicis visionem exposuit, omniumque pariter ex ore gloria Deo personuit. Celebre mox in aula regia foroque percrebuit; Imperatorem Henricum Beati visitatione Servatii dignatum. Ipso denique per atrium regaliter descendente, universaque diversi sexus et ætatis plebe ad basilicam festinanter occurrente, aurea effigies, maximo Cleri militumque tripudio, per manus Cæsareas Deo super altare cum donis et votis mille millenis oblata est. Exivit ergo edictum ab Augusto Henrico, ut Servatianæ venerationis religio, summa devotione per secula seculorum haberetur in Goslariensi emporio.

D
Reliquias aureo capiti inclusas,

post apparitionem S. Servatii,

E

super altare deponit:

e
laborantium in ejus festo tela sanguine manut.

F

43 Ejusdem ad huc Augusti tempore, in campis subjacentis vicinæ *e* Francorum, antiquitas ecclesiola B. Servatii constructa fuerat memoriæ, rari tamen accessus; quam quidem et utrinque consecrata fuisset nec ne, postumi noxa oblivionis dubium habere. Verum quoniam semel in anno, scilicet in die Servatianæ festivitatis, ut frequentaretur ruricolæ moris habuerant; duæ aliquando mulieres, eodem modo illuc post ceteros inter Missarum Agenda, vestes totas et capita manusque conspersæ sanguine, superveniebant. Causam tanti monstri requisitæ, responderunt: Aliis ecclesiam accurrentibus, heu! importunum se ministerium opere textrino exercuisse, singulaque suæ subito fila telæ tale portentum stillasse. Festinato mittitur, tela adgeritur, sanguinis feracissima cernitur: dato pretio a mulieribus emitur, ante ostium ecclesiæ suspenditur: dies illa feriarum impensius tum denique honoranda quotannis censetur. Altera die sanguis defluere desiit: tela tamen ibidem diu post pendit, nec de consecratione basilicæ illius, ulla deinceps dubitatio extitit, quin ita fuerit, ut eam populus ante annue, licet anceps, excoluerat. Triste nomen est judicium fontibus, fulmen montibus, tempestas ratibus, contemptoribus suis Servatius. Sed sis ex opposito quoque, Servatii, tuæ lætus lectori, tuo Præsul præconi, singulorum scilicet hominum, more læi, respondens votis et cogitationi.

Agros S. Servatii occupans, cum filia petiit:

43 Idem Imperator Henricus secundus agros quosdam possessionis S. Servatii, apud Juliacum sitos, cuidam Coloniensi Generoso petenti dono concessit, nesciens tamen quod Beati essent Servatii, et præbendis Canonicorum ejus adscripta. Coloniensis

A sis itaque ille cum uxore, filia et familia hoc prædium intravit, epulisque lætissimis convivium fecit, quia hoc de manu Regis susceptum filia suæ unica futuram in dotem tribuit. Media nocte sequente, filia ejus unica a Satana suffocata est. De mane familia filiam extinctam reperiens, terribiliter infreodens, domum clamoribus implevit. Exterritus etiam tantis prodigiis, tanti pater auctor facinoris, Trajectum ad Sancti sepulcrum fugere voluit, sed intrare basilicam Sancti nequaquam potuit. Confusus desperavit: desperans rediit, sed prædictum prædium minime intravit. Spiritu enim nequam exagitante de curru suo cecidit, et inter sublevantium manus clientum moriens defecit. Nullus amicorum præfatos ultra contingere agros audebat. Augustus etiam suum errorem, ut agnovit, exhorruit: celeresque legatos, ut, quod consilia impiorum abstulerant, dignis redderetur muneribus, misit: veniam quoque pro ignorantia oravit, orantibusque pro se unanimiter Trajectensibus, periculum evitavit.

45 Sublato immortales ad sedes secundo Henrico, Romanæ Urbis Augusto, S. f Anno Agrippinensium Præsul, pariterque g Everardus Treverorum Pontifex, cum Duce Lothariæ h Godefrido, et Comite i Palentino Henrico, convenere castro in Rheni littore Andernaco, gratia roborandi Imperii. Excursabat obviam illis B. Servatii familia, partes illas inhabitans (quam Palentini Miles quidam ibi præsens, quem Advocatum habebat, violenter oppræserat, et a quo direptionem bonorum Ecclesiæ sustinebat) interpellans humiliter ut a violentia desisteret, et bona Ecclesiæ redderet, quæ sibi hactenus vendicasset. Videns ergo Miles tumidus contra se agere volentes, minabatur, quod multo pejora post discessum Principum delatoribus inferret. Nec mora: aderat in Principum comitatu ursus catenatus, qui ruptis repente loribus superbum invasit Militem, impetuque rabido eum visceribus evacuavit, nec de cadavere comedit, sed acsi nihil nisi noxium necare insontesque ulcisci voluerit, mira cum lenitate ad magistrum suum rediit. Agnoverunt quod evenerat Primates, et expaverunt intuentes, sanctique familia Servatii a sævo tyranno erepta, gaudenter ad propria remeavit: tantæ autem severitas vindictæ deinde perterruit universos. Eadem siquidem familia alium Defensorem seu Advocatum a Palentino petiit, juvenemque admodum nobilem accepit: qui primo devotum se exhibuit, postea malum, postremo

C pessimum. Rursus dolores, rursus creverunt clamores. Exacto triennio, Principibus denuo colloquium ineuntibus castro Andernaco, familia S. Servatii illuc occursans proclamabat contra oppressorem suum: et quia ob magnas provinciæ causas audientiam ipsa non habebat, in littore Rheni fluminis deambulabat tristis. Interim Advocatus navigio se præparans, familiamque S. Servatii in arena propius spectans, et subsannando verba submordens, dixit: Quinam sunt isti stolidi et otio vacantes, qui curias Magnatum adire præsumunt, ut nostro super nomine Principes querelis fatigent: scio namque quod de Servatio suo stulte præsumentes superbiunt. Nonne Servatius fuit homo, sicut et nos homines sumus? Et hæc dicens equum spumantem arroganter ascendit, et quospiam ipsorum proterere bellualiter calcibus voluit: sed justo Dei judicio præoccupatus infelix, retrorsum corruit, et miserime vitam finivit.

46 Henricus quoque Palatinus et Dux Lothariæ Godefridus, pauperes iniquis afflictabant judicibus, rebusque et familiæ B. Servatii mala plurima ingerebant: unde contigit ut Henricus, præter alia facinora sua, contra sanctum Pontificem Coloniensium Annonem bellicans, ultio divina in sensum repro-

bum traditus est k. Mathildam contectalem nobilissimam in lecto conjugali securi excerebravit, desertusque a militibus, et coactus ab amicis, accepta tonsuramonasterium intravit. Godefridus vero, dum exercitum duceret in Italianam, vidit in somno B. Servatium, juvenemque eum sequentem, gladium ex utraque parte acutum dextera vibrantem; cui cum S. Servatius, digito Dncem designans, dicere; Irrue in hunc leralem, qui per plurimam Fratibus nostris intulit cladem; illico juvenis visceribus ejus gladium immersit; Dux vero vigilans, interemptum se clamabat, statimque disenteria laborare cœpit: uxor illius l Beatrix nomine, mariti mortem metuens, medicos consulit: qui artibus suis diffidentes suadent Ducem redire in Lothariam, si forte naturali cibo et aere mortis periculum queat evadere. Rediit et nimis pressus angustiis m obiit in terra, in qua maxime Deum et B. Servatium offendit.

47 Sanctimonialis quædam femina, de finibus Metensium adducta, indeque seducta Trajectum, ante ostium Basilicæ Sancti est relicta Servatii: clauso enim templi ostio, qui advexerant eam, ibi eandem dimiserunt. Mulier itaque diu sola stans, iterum iterumque pro foribus pulsans, multumque vociferans, post uberes lacrymas, jannam, quæ obserata pridem fuit, pateferi vidit. Illa, cui nullum adesse visibilium vel advenisse constabat, gressum ulterius maturabat. Itaque cryptam Occidentalem intrans, eodem modo clausam sed divinitus reserata, secretarii Beati Servatii transivit januam. Ibi prostrata in preces, somno felici soporata est. Nam S. Servatius illi palam astitit, omnesque illi seductorum technas reseravit. Inter hæc Ecclesiæ custos, portam apertam offendens, feminamque in secretario reperiens, stupore metuque mixto comprehensus est. Mulier, ut sensit; Ne turberis, Domine, inquit, feriatiisque cuncta ei quæ pertulerat maia intimavit. Cum talia memorans, Christo flens referret grates, supervenere de foro juvenes, ut iret ocuis urgentes. Renuit illa: rogabant causam; retulit traditionis suæ fraudisque illorum historiam. Requirit sagaciter, quomodo nosset; respondit ibidem apparuisse senem sibi, cujus decori et gratiæ nil unquam conspexisset simile; causam sui itineris quæsivisse; Cumque non haberem quid responderem, cor vestrum mihi exposuit ac ne ultra sequerer intiravit. Confusi nimium pestilentes illi, et quæquæ attulerant, illa tollentes, recosserunt festini. At Confratres Ecclesiæ omnimoda consolatione trepidam refovebant, usquequo noti ejus legatione suscepta reduxerunt eam ad loca propria, laudibus condignis illius extollentes magnalia, qui tanta per famulum suum Servatium exercet miracula.

48 In Trajecto contigit quoddam mirabile. Erat enim ex Canonici S. Servatii quidam satis religiosus, qui honorem Dei, Patrisque sui S. Servatii totis visceribus diligebat, et in illud quod est benedictionis, quod salutis æternæ, semper intendebat. At salutis humanæ adversarius diabolus ei invidit, et puerum quemdam adeo seduxit, ut omni die fere per fenestram intraret domum ejus, et quæcumque invenisset, maxime esculenta, ei diriperet. Quadam vero die dum more solito intrasset, et quod invenit collegisset; in exitu pendens fenestræ inhæsit et laqueo suspensus usque ad mortem laborabat. Missa finita exiit Ecclesiam Confrater ille, et domum venit: vidensque furem pendentem ingemuit, miratus vehementer quia de tantillo Dominus curam agebat. Conversus continuo ad furem, donavit quæ peccaverat: et egressus est, atque plene liberatus, quasi nihil passus fuisset.

D

EX MSS.

k

et Godefridus Dux Lotharingiæ.

l

m

Sanctimonialis seducta

E

a S. Servatio admonitur ne seductores suos sequatur:

F

furtum impeditur.

f
g
h
i
Familia
S. Servatii
Advocati
duo tyrannice
agentesunus ab urso
occiditur,alter ex equo
lapsus moritur:puniti Henricus Comes
Palatinus,

A

EX MSS.

ANNOTATA.

Otonis 2 infelix pugna et obitus indicatur 23 Aprilis, ad Vitam 2 S. Adalberti Episcopi Pragensis cap. 2. At mors Otonis 3 describitur 16 Martii in Vita S. Herberti Archiepiscopi Coloniensis cap. 2. Huic 24 Januarii anni 1002 in Italia mortuo subrogatus S. Henricus, quo imperante, hic relata contigerunt.

a In quodam MS. in margine ita adscriptum. Hic mons est mons S. Beati prope Confluentes, ubi Carthusiani habitant. Cultur 26 Julii.

b Conradus S. Henrico successit anno 1024, mortuus anno 1039 die 4 Junii.

c Henricus 2 Imperator et 3 Rex Germaniæ, patri Conrado successit, mortuus 5 Octobris anni 1036, festo SS. Simonis et Judæ natus, quo etiam die sepultus est Spira.

d Goslaria illustris urbs Saronia inferioris Imperialis, intra Ducatum Brunsvicensem, 5 leucis Germanicis ab Hildesio in Eorum dissita.

e In alio MS. Biturria, quasi Biturices intelliguntur: extat autem hujus miraculi pictura antiqua cum hisce versibus:

Stamina sanguineo maduerant tincta rubore,
Dum tua, Servati, violarunt festa puella.

f S. Anno post obitum Henrici Imp. vixit annos 19, mortuus anno 1075 die 4 Decembris.

g Everardus profuit usque ad annum 1066, quo primo Pasche 18 Aprilis extinctus est.

h Hic est Godefridus Barbatus, dictus, pater B. Idæ vulgæ Boloniensis, a cujus Vita 13 Aprilis ejus genealogiam deduximus. Obtinuit Lotharingiam anno 1055, mortuus anno 1070.

i Preherus parte 1 Originum Palatinarum cap. 11 pag. 89 profert instrumentum Henrici Palentini Comitis Rheni, sed multo junioris, datum anno 1198, unde liquet Palentinos et Palatinos Comites appellari. In Vita S. Annonis Henricus Palatinus Comes appellatur, ubi reconciliatus illi donavit Sigebergam.

k Adelheidis appellatur in Vita S. Annonis, ubi eadem narrantur, et dicitur Comes monachus factus Gorziæ prope Metas, sed monasterium reliquisse.

l Beatrix, ante nupta Bonifacio Tusciæ Marchioni, pepererat Mathildem Marchionissam, celeberrimam pro Ecclesia Dei tuenda matronam: de qua sæpius agimus.

m Bertoldus Constantiensis, ad annum 1069, Godefridus Dux, inquit, inter seculares excellentissimus, et in recordatione peccatorum suorum ad compunctionem lacrymarum facillimus, in erogatione elemosynarum largissimus, in vigilia Nativitatis Domini satis laudabili fine quievit. Laudatur etiam a Lamberto Schafnaburgensi, asserente Verduni sepultum.

CAPUT VII.

Alia ejusdem XI seculi, ex iisdem MSS.

Comes Brabantia, n Henricus nomine, dum res Canonicorum Trajectensium invaderet, S. Servatius ei per visum, ut cessaret, indixit. Postremo, quia stultus non corrigebatur verbis, eum verberibus afflixit: quod eum erubesceret confiteri, acerbissimo languore meruit urgeri. Necessitate itaque ductus, visiones correctionis exposuit amicis. Conterriti hortabantur, quidquid male usurpatum fuisset, quantocius reddi. Illo illud de crastino in crastinum protelante; amici ejus pro eo abierunt in prædium, et ad distinctionem terminorum fixerunt palum; sed altera die receperunt ejectum. Fixerunt rursus die secunda ac die tertia, nec palus consistere potuit in terra: nimis quippe in hereditatem

progressi fuerant. Dum sic pro palo figendo mora protrahitur, Comes gravissimo dolore conteritur: et ecce homo ignotus superveniens, conscium se dixit veritatis, palum fixit, nullus convocatorum contradixit, controversia cessavit, Comesque convalevit. Otto Brabantia Comes possessione: B. Servatii vastavit. et trium juvenum patrisque ipsorum pedes atrox amputavit: super quo familia Servatiana, pulsis pectoribus complosisque manibus, superavit; si qua in celo esset pietas, super his judicium postulavit. Statim suscitavit Dominus hostes Otonis super eum, qui fecerant plagam ad mille hominum, nec fuit numerus argenti et auri, vestiumque et animalium atque ædificiorum, quæ præda consumpsit et vis flammarum. Ignis etiam invisibilis pedes et manus Otonis exurens torrebat, unde ululatum diri cruciatus die ac nocte ipse promebat, donec Trajectum deductus pro injuria satisfecit, munera obtulit, intercessionem pro se Canonicorum impetravit: et sic sanitate percepta gaudens atque pavens ad propria remeavit.

50 Accidit aliquando, ut Canonici Trajectenses, causam acturi [adessent] Aquisgrani, super Ecclesiam et bona de Echt, quam pridem e Gerberga soror Otonis majoris Imperatoris, uxorque Gisleberti Ducis Lothariæ a militibus interempti, et Trajecti regali magnificentia sepulti, animæ illius pro reconciliatione B. Servatii tradidit. Quæ post hunc litigium eis fuit adjudicata, si tamen prædictam donationem sacramento ex more confirmarent, atque feretrum cum Reliquiis Patroni sui per septem Milites nobiles eadem die peteret secum deportari. In eundo mulier cæca atque debilis, quæ ubi turbam sensit illuc se convertit, supplex humi corruit, et sana surrexit. Eadem hora cæcus natus accepit visum, loquebatur mutus, sanabatur contractus, aliaque sacrorum dona emicuerunt, donec Aquisgrani ad Palatium pervenerunt. Peracto ad vota negotio, dum non impari cum gloria referretur feretrum, puer claudus prosiliit salvus, mulier contracta stetit super pedes suos, et ambulavit erecta: sicque infinito populi comitatu in Dei laudibus atque gaudiis ad propria redierant. At contumax d. Gerardus Comes, qui hujus facti incentor fuit, æstu febrium tactus, se et omnes nobiles pro superbia justo supplicio dignos confessus est. Statim Legatos Trajectum direxit, guttam aquæ petiit quæ ossa piissimi Patris tetigerit, acceptamque gustavit et periculum evasit. O Pater, metuende contumacibus, venerande supplicibus, miseris misericors, Servati, tua sectantibus patrocinia! quamvis ille non solis optuletur supplicantibus, sed crebro succurrat etiam non invocatus.

51 Advena quidam, nomine David, vesana Trajecti vexabatur phrenesi, et hoc in diebus recolendæ Passionis Domini: cujus quid memorem fremitus, et discursus, clamores, vulnera vel caedes, quantumque in cives debacchatus sit; cum illius, quem legio demonium intraverat, non impar furis, in ipsos etiam excubiæ sacri templi Canonicos frequenter effleratus irruerit; atque in tantum equidem, ut in sanctissima nocte Paschalis vigiliæ fores basilicæ post Completorium irruperit, ac sacri baptismatis latice sese amens perfuderit. Ejectus tandem ante valvas Ecclesiæ invicto tumultuabatur furore. In conveniendo autem populos cum Canonicis in unum, ut in Matutinis laudarent Deum, grandis erat timor ne repente clamorosus incursaret, divinæque religioni aggregatorum oculos atque intentiones interstrepando contaminaret. Verum gratia cœlestis præordinaverat aliter: nuntiatur enim præ foribus quieto jacere sopore sopitus: ipsemet quoque paulo post sani capitis expergiscens, ubinam tanto fuerit

b
et Otto ab injuriis Sancto illatas puniit.

E
c
Dum Reliquiæ S. Servatii Aquisgranum portantur,

plures miraculose sanantur:

d

furiosi duo sanæ menti restituuntur.

Luc. 8, 36

a
Comites Brabantia Henricus

A fuerit tempore mirabatur vehementer. Requisitus porro de habitudinis suae qualitate, Hac, inquit, nocte media senex splendidior astris, hac egrediens Ecclesia, comprehensum me deorsum in terra posuit; sancta-que Crucis, signaculo singula membra mea sanavit, dicens, Age B. Servatio, gratias, fili mi, quoniam per illum te Deus vitæ restituit. Putasne gaudium erat recordantibus qualem vidissent eum heri et nudius tertius? Ex Longobardia quidam Trajectum venit, qui sæpe se in fluvium Mosam præcipitavit, instar pueri, quem pater in Evangelio sæpe in ignem, sæpe in aquam a demone angariatum asseruit; sed per gratiam Dei quispiam semper ex populo succurrens, exceptum a periculo repulit: neminem tamen Trajecti læsit, licet Leodii paulo ante puerum occiderit. Quadam die, dum maxime laboraret, nescitur tamen quo sensu raptus, Ecclesiam S. Servatii intravit, coram altari corruit, obdormivit, evigilans sanus exivit. Pro gratiarum igitur actione duobus in eadem Ecclesia servavit annis. Postea Patriam infeliciter revisit, ibidem pristinam incidit ægitudinem; et cum vota plurima faceret, nil profecit. Demum cognati et affines, ubi prius convalescenter redierunt Trajectum ad B. Servatii monumentum, ubi secundo sanitate recepti, Deo gratias egit, et patriam ultra non repetiit.

B

52 Imperator Henricus secundus quadraginta reos in carcere tenuit, quibus nulla Primatum intercessio, nulla gratialis redemptio impunitatem prævaluerat obtinere. Custos carceris, confluentibus cætervatim ad instans festum B. Servatii populis, custodiam multiplicavit vincularis: sed non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Deum. Dum namque nox medium iter peregisset, quidam in tenebris sole rutilantior adstitit, et noxiis ait: Pax vobis: imperatque vincularios oppido exire. Illi autem responderunt; Omnibus aliis de festo S. Servatii gaudentibus, nobis miseris a civibus varii criminacionibus oppressis pœna duplicatur. Me, inquit, ille cujus nunc festum agitur misit ad vos, ut soluti a vinculis cum gaudio recedatis. Illi dum trepidant, mirantur, vultumque loquentis notant, ex oculis ille stupentium disparuit. Enimvero in augmento miraculi Augustus interim vidit virum Angelici vultus, duobus cum juvenibus pulchris, ipsique Imperatori dixit: Oportet te, Imperator, dilecti tui Servatii hodie in pueris, quos carceri addixisti, meminisci. Reperente quippe visio illorum ex oculis eius disparuit. Dum sol de mane apparuisset, carceris custos anxius Imperatoris præsternit se pedibus, palmisque protensis; Pareat, inquit, servo tuo, Imperator, invictus oculis tuis. Heri autem ad Patroni festum grassante tanta populi multitudine custodes carceris multiplicavi: hodie vero dum reddi, vigiles universos decubantes graviter soporatos offendi, foribusque apertis, quos vespere compenditos reliqueram, ibant soluti. Auditis clementer his, gavisusque Augusto, gaudium exhibebatur omnibus. Tunc ipso præcedente ad basilicam, ante introitum templi præsentati rei, referebant quæque viderant, quæque audierant, quæque sibi acciderant. Qui introducti in sanctuario, manu Cæsarea donantur S. Servatio. Hic multimoda vox auditur, Deum laudans super hujusmodi B. Servatii beneficia.

53 Pauper ab Esseda quidam paralyticus, Walterus nomine, ad beati Viri memoriam delatus, extra Ecclesiam plerisque annis jacebat: penitusque forsitan asperitate algoris extinctus interisset, nisi bonæ recordationis Canonicus, Adelbertus nomine, hospitio suo eundem quasi Lazarum in sinu sæpe invexisset. Labentibus itaque multis diebus, patientia unius, compassio exercebatur alterius:

donec æstivo tempore Beati revolvebatur Servatii D festivitas: in qua paralytico perfecta sospitas, perfecta-que Canonico probata est compassionis caritas, ac sic utriusque pondus et laborem Servatiana sustulit sanctitas. Claudus quidam, nonnullis incolis Trajectensibus ex cognatione notus, Trajectum venerat. Hic ut orationes suas offerret Deo propensius, post horas Canonicas in Ecclesia mansit frequentius, quem Custodes Ecclesie velut hypocritam multotiens extra Ecclesiam cum contumelia eiecerunt. Ipse etiam omnia patienter ferens incommoda, nonnunquam ante Ecclesie valvas pernoctabat. Urebat enim eum acerbior vis doloris in anima, cujus humanitatem quidem respexit Dominus. Dum ergo die quadam Servatianum invocasset nomen, in medio Ecclesie ante Crucem sacram prostratus, ruptis venis ejus cruor effluxit copiosus. Ille gemitum horrendi clamoris ex imo pectoris produxit. Obstupere presentes, quidnam acciderit perquirentes: innotuit salus servati Clero, et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo.

54 Porro Flandrus quidam cum viginti octo navibus Angliam adibat: et ecce quarto Idus Decembris, circa horam tertiam, tempestas Oceanum conquassabat asperissima, ita ut nautæ eiecerunt quæcumque in navibus erant. Extemplo frigore solvebantur membra nautarum, insequeretur clamor pavitantium, voveruntque viri vota Sanctis omnibus, in cælum oculis, manibus suppinatis ad Deum, quique Patronos gentis suæ invocantes ob imminens exitium; solus autem Flandrus solum Sanctum inclamabat pro sui conservatione Servatium. Sed repente tantorum ex melio mortuum, tanquam manu hominis, litori attracta est quæ Flandrum continebat ratis. Quin imo illud nequaquam suppressendum, quod hi qui naufragium evaserant, perorant S. Servatii sibi apparuisse lugubres narrarunt, atque indicasse cuncta quæ decreta divinitus ceteris navibus acciderant. Postquam scilicet ipsi tanta de voragine se mirabiliter ereptos admirati et congratulati sunt; venerunt Trajectum, sepulcrum Beati visitantes, suæque salvationis historiam exponentes, ac sua vota solventes: tandem cum divinum actione gratiarum cum gaudio ad propria redierunt.

55 Erat in Elsatia quædam Abbatisa honestæ vitæ et famæ, quæ habebat libellum de vita atque miraculis B. Servatii: ad quam venit quidam Episcopus de Saxonia, ejus cognatus, cum viris religiosi, affectum habens legendi Vitam ejusdem S. Servatii: in quo affectanter legens valde letabatur. Interim fures, qui in vicina morabantur, conspirabant, ut equos absentis Episcopi, qui in piscuis erant, furarentur. Episcopus vero nimio legendi desiderio victus, obdormivit incœnatus. Et ecce aderat ejus vitam legebat, et Episcopo iniquorum detexit consilium. Expergefatus autem Episcopus Deo gratias egit, et misso pnero homines et junenta salvata invenit: post triduum autem ad propria rediit gloriificans Deum, et omnia pii Patris Servatii opera omnibus revelans e.

ANNOTATA.

a *Fidetur in hvari Henricus I Comes Lovanicus, anno 1038 occisus et Nicellis sepultus.*

b *Otto sive Otho dicti Henrici filius Comes, non diu præfuit, in juvenili ætate caecus mortuus. Apud Jocundum non dicitur Comes Brabantie, sed Comes Otto, cujus possessio a B. Servatii non longius aberat.*

c *Hæc si legenda transposuimus. Erat hoc modo: Gisberta soror Giselherti Imperatoris, uxorque Ottons majoris prædicti Ducis Lotharingiæ, a militibus occisi. Au ergo a militibus Rheuo injecti, nam Rheuo absorptus fuit.*

D
EX MSS.

et claudus

Servantur
tempestate
periclitantes:
Elegens Vitam
Sancti
servatur
a dumno
F

e

d

Math. 7, 14

Captivi 40

in festo S.
Servatii
liberanturet ab Henrico
2 Imp.ducuntur in
templum.Sanantur
paralyticus,

A *Quis hic Gerardus non æque liquet, addebat*
 ex MSS. Flamingorum scilicet Comes. Quid si Gerardus Comes Vadani-montis, filius Gerardi Ducis Alsatii, mortui anno 1070? et hic Gerardus dicitur vixisse tempore Henrici 4 Regis et tertii Imperatoris, ergo post annum 1084.

e *Subscriptum erat.* Concordat præsens extractum eum registro miraculorum S. Servatii. In fidem Guilielmi Lyssen Decani: qui nos anno 1668 excepit Trajecti, cum Domino Canonico von Eyll: qui curavit describi ista: ex variis aliis quoque sua manu descripta transmisit anno 1673.

CAPUT VIII.

a *Alia ex sex a MSS. Codicibus transcripta.*

Miles quidam, gentilitate Brabantus, genere ingenuus, ingenii mali ac pravi, corporis vasti ac validi, fasque nefasque omne pariter pendebat, sacrumque profanumque nihil inter habebat, modestis tamen ac mitibus atrocior imminerebat. Quo in una die ferociente in medio populi, aggravata est super eum manus Domini, multisque intuentibus repentina ruina occidit mortuus. Stupor timorque non immerito apprehenderunt præsentibus. Delatus inde ab amicis domum, die altera efferebatur ad sepeliendum. Inter agendum autem, dum longilitero extensus et oblectus a-portaretur feretro, inopinatum spectaculum mortuus præbuit: membra commovit, manibus operimenta devolvit, gestatorii medio consedit, ambivalentibique vultu oculos circumflexit: turbam comitantem stupens ipse aspexit. Quid continuo non pavore, quid non admirationis! Pars cursum in diversa festinabat currere; pars frontem signo Crucis munire; aliis horroris frigore genua lapsare; pauci fide solida cominus adstare. Enimvero qui onus quadrangulum humeris sustulerant, eum igne imprudenter attacto, vel dracone inter herbas repente calcato, ut moveri supra verticem cadaver mortuum cernebant, capti pavore perexsanguis expalluere, exclamavere, desuper dissiluere, procul fuga pulsivix demum pedes fixere, tantique ad novitatem portenti exanimis eminus admussitavere. Is porro qui revixit ut singula perspexit, ut quæque agebantur intellexit, complicatis in condylos digitis, pectus totudit, gravique suspirio ingemuit: Deinde in pedes suos attollitur, progreditur, loquitur. Quos pavor pepulerat, calor curiositatis revocat: medio gyro circumdant, constipant: an vere obiisset, ubinam fuisset, quidquamne vidisset, rogitant.

restitutus ad vitam,

asserit se tormentis gravissimis afflictum;

57 Ille demum consistente spiritu: Ut primum, ait, heri oculis ac pectore noctem acerbam sobivi, uti corpusculum hoc velut ergastulum exivi, ac membra velut vestimenta exui, neque spiritum nudum atque unum repente vidi; tum demum infelix demoniaca fraude me deceptum intelligebam, tum euncta facinora sero recognovi quæ gesseram: neque me dextra lauce momentum meritorum ad sedes et concilia insontium animarum per viam justorum transtulit, sed ad loca tormentorum daemonibus impellentibus via peccatorum me rapuit. Quis genera, quis horrores, quis immanitates referat aut credat, suppliciorum illius fortis immitesque vicissitudines flammarum sulphurivomarum et diri algoris? Post cruciatus innumeratos doloresque infandos, rursus attollebar in æra, offendique illic etiam incendia, ipsis potestatibus aeris perhorrenda. Ignem illorum rogo maximo imponebar, adurebar, consumebar; in cinerem usque ad pulverem, ut equidem revera mihi videbatur, comminuebar. Hoc prælium poenarum infernalium veluti gratis exagitatus sum: tamen postremo, pro alterius mali principio, pavendum Christi

ad Tribunal examinandus trahebar. Heu infelicium D sortem miseram, qui dulcis Dei demerentur gratiam! Sed quid autem hæc ego vobis nequidquam, vel multis forsitan nocitura revolvo? Quidve moror? Cur non aliquid potius quorum tempus indiget molior? Lumen cœleste, vitamque animarum, consciosque rerum illarum Angelos juro, vereri me incredibilibus dictis veritati fidem derogare, vobisque in non convertendo noxam infidelitatis accumulare: neminem vero inexpertum illius seculi vel piorum gaudia, vel miserorum piacula posse ad purum pensare. Tum enimvero adstantes ardentius inflammantur, et singula obnixè sciscitantur, spondent credendi devotionem conversionisque participationem. Prosequitur secum ipse pavitans, ac tremulo corde Deum inclamitans. Producebar, accusabar, discutebar; nihilominus convincebar, condemnabar, ejiciebar: præstolabantur parati ante portam in vulturum specie demones, reum rapturi ad inferos inferiores. Vidi, defeci, ultima desperatione anxius hæsi. Illius necessitas articuli mediturienda incessanter omni homini. Exigebar pro minutissimis cogitationum et verborum minutiis rationem, qui grandia expurgare facinora nequaquam possem. In fumum tartareum spes omnis evanisset, nisi pro me tunc, ille singularis pietatis et meriti, S. Servatius judicantis Domini pedes appetisset; obtinuitque mihi vitam; non spiritualementem illam, sed corporalem istam; neque pro delectamento dierum longitudinem, sed pro poenitentia tantum annos septem. Ad me conversus; Consolare jam, fili, inquit; illiusque angustiae semper ut memor essem indixit: quod meo ex corde præceptum neque lancearum depellet unquam ferrea seges, neque pilorum vulnifici imbres, non limati legionum congregientium enses obvia quæque in mortem metentes, non terror fulminis, non omnia subruens ignis, nulli amores, nulli dolores, nullæ mortes, neque omni morte terribiliores tempestuosi maris horrores.

58 Denique ingenti fama bonitatis, sanctus ipse Servatius, sacris ingentior actis, manum salutiferam extendit, meque tenuem fere favillam contigit. Mox duras æstuantis adhuc dum in me incendii reliquias sacer attactus extinxit, et cicatrices obduxit: incolumemque meum spiritum rigentibus gelida morte membris restituit. Quem ego quanto magis tantæ benignitatis ac potestatis intellexi, tanto minus æquum est illius nostro ex pectore vultum aboleri, sed illum colere, sed illum venerari, sed illius voluntatem semper sectari. Discite rumores alios ex aliis: ego calamitatis tartaræ præsto sum testis: quem tametsi natura finxit infelicem, haudquaquam tamen ultra veritas arguet mendacem. Horæ quidem labuntur et menses, et anni mihi induciæ breviantur, terribile ad tribunal repedandi. Percussit tamen jam cor meum magna spes salvationis, simul et beati patroni mei Servatii conspectus incussit ardorem. Illius me ut nomen diligere, sic et monumentum invisere. Talia effatus iter direxit Trajectum, plurimumque audientium haud dissimili devotione comitati sunt. Ibi multifariam Deo auxiliisque cœlestibus gratias referens, atque alia quaquaversum oratoria Sanctorum, poenitentiae fractus parturiendo, circumiens; post hiemes quatuor et tres hilaris decubuit: utque puras mentes semper amant Sancti, bonæ jam illi conscientiae sanctus fidejussor Servatius apparuit; illeque, relabente in quatuor unde convenerat elementa corpore, sancta jam anima, atque ad summæ Trinitatis imaginem reformata, cum Servatio, qui pro eo terras patrocianter adierat, ad congregationes justorum tripudians abibat.

59 In littore Rheni, haud longe Coloniensium ab urbe, in monte manebat quidam b Presbyter magnæ vitæ

sed patrocianante sibi Servatio indulgentiam 7 annorum poenitentiam,

E

Trajectum venit ibique tandem pie obit.

F

b

A vitæ et sanctissimæ : hic solitus erat singulis fere noctibus vigilare in psalmis ceterisque divinis laudibus, diluculo passionis Dominicæ mysteria celebrare, celebrando seipsum offerre hostiam vivam et veram Altissimo. Hinc sane populo longe lateque in regione illa posito placuit : placuit vere et majoribus cunctis, non minus Clericis atque laicis. In monte dum erat, divinis omnino vacabat. At cum descenderet omnibus condescendebat infirmis et debilibus, memor Dominicæ consuetudinis, qui ne laborarent iuvalidi et imbecilles, semper infirma petebat. Hic pauperes reficiebat, hic infirmos visitabat, hæc faciendo omnia factus est omnibus. Præterea Ecclesias Sanctorum memoriasque eorum semper frequentabat, et maxime B. Servatii in Trajecto. Quadam vero die, dum more solito ascenderet in montem, valde graviter infirmari cœpit. Convocatis, protinus amicis et cognatis, omnia quæ habebat, manu propria tribuebat : cœlestia amare, terrestria proculcare hortabatur. Cum subito personam Domini Servatii adesse lætabatur, et in hæc prorumpens verba, ait : Congaudete mihi, fratres delectissimi, quia quod semper optavi jam video. Et conversus ad eum omnibus audientibus ; Accipe, inquit, Pater Servati, spiritum meum. Et eadem hora obdormivit in Domino. Tunc omnes qui aderant glorificaverunt Deum et B. Servatium, vere scientes quia salvatus est per eum.

60 Operæ pretium est nomen S. Servatii multipliciter propalare, qui vere ab eo, de quo Psalmista canit, Deus meus, misericordia mea, mundo labenti est destinatus janua misericordiæ et salutis. In Opido c Nivellensi, inter puellarum gregem d, mulier erat, quæ nobilis nobilem in seculo nepotem habebat : vivebat idem frater ejus secularium more, qui pro facto nihil periculi putant stipendiis non suis vivere, sua omnibus modis retinere, iras et inimicitias pro suis habere, qui nesciunt illud Apostoli perpendere ; Mundus transit et omnis concupiscentia ejus. Illic quodam tempore ad festum gloriosi Præsulis Servatii, discalciatus et in lineis, pedes Trajectum adiit ; fidele patrocinium hujus Sancti fideliter imploravit, imploratum sibi promeruit, ut in sequentibus patebit. Inde regressus octavo die ab inimicis comprehenditur et occiditur : cujus neptis elemosynis et orationibus pro salute animæ attentius insistebat, vigiliis seu jejunia plus solito ducebat, et piæ conversationis vitam commendabilem in conspectu Dei ampliabat. Infra triginta dies obitus illius hæc agebantur ; cum una noctium semivigilanti nepti in precibus juvenis apparuit, et ab eo requisitus qualiter esset ei, utrum cum electis vel reprobis sortem accepisset ; Bene, inquit, dulcis neptis, ne formides ; dexteram, qua fidelium animæ felici jucunditate lætantur, accepi ; atque sinistram, quæ malorum exercet poenam, et ad impia tartara mittit, evasi. Ante octavam diem, qua morte multatus sum, sancti ac pii Servatii limina adieram : cujus fidele patrocinium, quod fideliter imploraveram, feliciter adeptus sum, quo potenter potens indistricti examinis iram, dum debitum supplicium avertit, impetravit mihi indebitam misericordiam. Satisfecit audienti nepti cum verbis lætitiæ loquentis leta effigies : et certior facta ; Quanam, inquit, dignitate pollet Servatius inter Cœlestes ? Et ille ; Sanctus, inquit, Servatius, de quo fideliter requiris, servator est Curiæ cœlestis. Hæc nitima verba loquentis, et visio finita est hæc audientis.

61 Comes Lovaniensis quoddam Servatianiæ possessionis prædium pervasit, et cuidam Militi, Eustachio nomine, illud concessit. Interim Trajectenses Canonici possessionem Patroni sui multis proclamationibus repetebant. Placuit tandem B. Servatio, ut

sibimet ipse Advocatus existeret. Cuidam ergo sancto viro per visum apparens, prædicti Eustachii avunculo denuntiari jubet, quod eodem anno vitæ esset terminum habiturus ; quod et factum est. Illo namque mortuo per eundem devotum virum ipsi Eustachio comminatur, quod propter prædictam possessionem infra anni cursum mortis subiturus esset sententiam. Credit ille contritus, in morte avunculi veritatem nuntiantis expertus : tandemque pœnitens sibi bene consulens, pii Confessoris Servatii sepulcrum nudis adiit pedibus : culpam fatetur : nec solum quod a Canonicis exigebatur reddidit, sed et sua propria bona Sancto Dei devotus et humilis obtulit. Deinde pœnitentiam aggressus, peregrinationem suscepit in Galitiam ad suffragia S. Jacobi Apostoli, Beato Servatio specialiter se suamque viam committens. Cum igitur ipse in reditu esset gravi infirmitate correptus, mortis sibi tempus adesse credidit. Tunc pie et humiliter compunctus, fidelem Servatium, cui se commiserat lacrymabiliter interpellavit, ut sibi aut celerem mortem aut celerem indulgeret sanitatem ; quia propter eum socii sui itineris tardabantur. Mox autem ut hæc orasset gravabatur somno. Cumque evigilasset, surrexit ; et ita sanum se sensit, ut tam subitam virtutem ipse miraretur. Rediensque ad servatorem suum Servatium, Deo immensas gratias retulit, omnibus contestans manifestam in se virtutem illius et pietatem.

62 Abbatissa de Bellisia religiosa devotione Vitam S. Servatii legere consueverat, et præ nimio affectu, quocumque isset, libellum hunc frequenter ferebat. Accidit ut quodam tempore, cum ad partes Elsatiae perrexisset, ut in domo Episcopi consanguinei sui, apud quem hospitata erat, quidam ejus familiaris Clericus esset, qui in illis locis graves inimicitias et vitæ suæ insidiatores habuit. Moris enim est apud duros regionis illius incolas, ad inferendam ultionem, in sacro Clero non deferre reverentiam. Hic ergo Clericus, cum vigiliæ noctis agerentur, regressus a monasterio, libellum supradictæ Vitæ sedili superjacentem reperit ; sedensque cum lumine diu cupitam sibi Vitam legere cœpit, et in legendo somno repente corripitur ; paululumque dormitans, vidit sibi senem assistere veneranda canitie, talia sibi dicentem : Quid, inquit, dormitas ? Surge velociter, et mortem instantem quantocius effuge, salvatus beneficio Servatii, cujus Vitam legis. Exiliens ille subito clamat sibi subveniri, talia sibi Sanctum Servatium dixisse. Jam sibi equus parabatur ne dissimulans ab inimicis comprehenderetur. Cumque ei diceretur, somnium non esse credendum. Numquam, inquit ille, vanum hoc reputabo somnium : jam inimici in vicino sunt. Ascenso igitur equo quantocius eripit fugam, salutem suam fidele Servatio magna fide committens. Vix autem miliarium unum quamvis velociter currens evaserat ; ecce multitudo armatorum domum qua exierat irrumpens, incredibili furore cuncta perturbat, cuncta diversoria quæque cubiculorum abdita debacchando perrumpit, si forte jacentem aut latitantem Clericum in aliquo angulo contigisset truncari. At ille fugiens atque salvatus, magnum omnibus fuit exemplum, non perdere illos gratiam, qui hujus Sancti pie ac fideliter legerint aut audierint Vitam.

63 Eadem Abbatissa aliquando infirmata, sic jacebat per tres dies, ut in sola mortis expectatione pendere videretur. Visum est ei, sibi apparere B. Servatium in habitu Sacerdotali, baculum in sinistra, thuribulum tenentem in dextera : cujus pallium, quo indutus esse videbatur, cappam videlicet, sicut moris est Episcopis fieri, sequens juvenis utraque manu a brachiis exerebat. Cumque sibi thuribulum

D
EX MSS.

cum illud
pœnitens
reddidisset

e morbo con-
valescit :

E

legens Vitam
S. Servatii

monitus ab
illo

F

mortem mox
inferendam
effugit.

Abbatissa et
Clericus San-
cto devoti

A quasi pro incensi odore obtulisset; tamquam ab ipsis faucibus mortis revocata, in seipsa experta est, pium esse ac salubre memoriam tanti Pontificis habere. Item Clericus quidam Aquensis infirmatus, et jam in confinio mortis positus, hoc modo per eundem Servatium ad vitam est revocatus. Vidit beatam Dei Genitricem Mariam in throno sedentem, et hinc inde assistere ei B. Servatium, Sanctumque Nicolaum, videlicet quibus ipse devotus fuerat, pro se orantes. Ipsum autem B. Servatium propius astare, et attentius orare, atque ipsi B. Mariam salutem ejus, pro quo rogabatur, annuere. Cui rei fidem fecit statim subsecuta sospitas. Nam deinceps convaleuit, qui jam magna ex parte pramortuus fuerat.

EX MSS.
eodem appa-
rente sanan-
tur.

In mari pe-
riculantes

B 64 Quidam Coloniensium Clerici simul et laici ierant ad orationem in Jerosolymam. Cumque in mari tempestate laborarent, votum fecerunt de rebus suis quindecim libras, incerti cujuslibet Sanctorum servitio eas devoventes, videlicet cujus patrocinio et praesens periculum evaderent, et de reliquo securum iter peragerent. Et cum incerti essent de Patrono, et singuli pro suo arbitrio vel affectu illum atque illum Sanctum praerferrent in patrocinio; hi qui erant sanioris consilii, incertitudinem hanc dubiam abhorrentes, in crastinum rem detulerunt, Dei potius ordinationi committentes, non quem ipsi eligerent, sed quem Deus eis dignaretur tutorem annuere. Itaque mane orto, vel occulta edocti cordis inspiratione, vel aperta noctis commoniti visione, gravissima vero compulsi imminentis periculi necessitate, omnes unanimis velut uno ore pium inclamitant Servatium: eum praeter ceteris tunc sibi clementiorem fore judicantes, cum lacrymis invocant et eligunt adiutorem, supradictas quindecim libras ejus specialiter servitio devoventes. Postquam igitur hoc votum consignaverunt, continuo cessavit tempestas, et deinde nullum passi periculum omnes incolumes ad sua reversi sunt. Pecuniam illam, quam huic sancto devoverant, persolvunt Coloniae in quadam ecclesiola nomini ejus dicata, quae olim a B. f Severino Coloniensi Episcopo in eodem loco, quo super eundem B. Servatium, Roma redeuntem hospitio susceptum et orantem, noctu caelitus columnam luminis dimissam viderat (qui etiam in transitu S. g Martini caelestem melodiam audierat) Porta-coeli nuncupata est.

eodem Pa-
trono electo

incolumes
redeunt.

c

f

g

ANNOTATA.

C a Haec miracula continentur in duplici MS. Trajectensi, et MSS. Trevirensi S. Maximini, Bodecensi, et Reginae Sueviae, et Domini Lindani, ac primum de mortuo resuscitato etiam apud Jocundum, qui historiam concludit cum anno 1088.

b Plane quid simile legitur 5 Januarii in Vita S. Gerlaci, sed eremite in territorio Trajectensi degentis. Hic fere singulis diebus S. Servatium in Trajecto frequentabat: et templum S. Servatii ultro patuit, et est in mortis articulo a S. Servatio visitatus. Beata quoque Juliana, Virgo Cornethensis, solebat Leodio peregrinari Trajectum ad Reliquias S. Servatii, uti dicitur 5 Aprilis lib. 2 Vitae num. 12, ab auctore coaeva scriptae.

c De oppido Nivellensi et nobili Canonissarum cenobio egimus ad Vitam S. Gertrudis Fundatricis 17 Martii.

d Haec in quibusdam scriptis Oda appellatur.

e Haec ecclesiola S. Servatii etiamnum nuncupatur, in clivo vel alto Rheno litore sita, et fuit primum hospitium, in quo excepti fuerunt Patres Societatis Jesu. Ibidem adservatur costa major brachii S. Servatii, argenteo brachio inclusa, a fabricantibus honorata, ac cibus potusque harum Reliquiarum attractu sacratu solet morbis mederi. Sunt Coloniae

articulus S. Servatii in Ecclesia Collegiata S. Geronis hierotheca xxv: aliae particulae Reliquiarum, in Ecclesia Collegiata S. Mariae ad Gradus hierotheca xv, in Parochiali S. Lupi hierotheca ii, in Abbatiali S. Martini majoris Ordinis S. Benedicti hierotheca xviii, apud Carmelitas hierotheca x, et apud Sanctimoniales tertii Ordinis S. Francisci hierotheca viii. Denique in antiquissimis Breviariis Ecclesiae Coloniensis, quae varia habemus, praescribitur cultus et veneratio S. Servatii, ad hunc xiii Maji. At dedicatio Ecclesiolae S. Servatii celebratur xii Novembris, quo etiam die colitur S. Cunibertus. Ecclesiae Decanus habet jus patronatus hujus Ecclesiae, illi anno 1249 concessum. Consulendus Gelenius de Coloniae Agrippinae Magnitudine in variis hic citatis Ecclesiis, et potissimum Synagoga 151.

f Colitur S. Severinus 23 Octobris.

g Haec historia describitur a Gregorio Turon. lib. 1 Miraculorum S. Martini cap. 4. Mortuus hic est anno 397, ut sapinus probavimus. Colitur xi Novemb. qua autem fide nitatur revelatio eidem de S. Servatii sanctitate facta, nescimus divinire: cum in hujus Vita nil tale legatur, possitque ex simili de S. Martino id aliquibus temere persuasum fuisse.

E

CAPUT IX.

Alia miracula potissimum seculo xv facta.

Aliud miraculum omni devotione recolendum. a Henricus namque Bavarie Dux, arthetica podagrae [erat] tactus, adeo quod membra sua movere non poterat; quin imo contractus et ab eorum usu penitus destitutus, quemadmodum proprium est illi aegritudini hoc agere b. Attactus [autem] Spiritu sancto, qui mentem ejus accendit, per visum monitus est, ut Trajectum iret, sacras reliquias visitaret, ibique Divinum Beatique Servatii Patroni nostri suffragium imploraret. Dum igitur ecclesiam ipsam accessisset, intromissus in reliquiarum Cameram, videns imaginem nostri Salvatoris in Cruce suspensam et ibidem reservatam, devotus oravit, ut per virtutem sanctissimae Passionis suae usum membrorum donaret ac sanum remitteret. Oratione completa, surrexit incolumis; c Crucifixo a gibus fere citra tibiis et pedibus concidentibus, ubi Dux prius majores patiebatur angustias; quod usque hodie apertissime videtur contuentibus. Qui Dux ad propria remeans Ducissam suam conthoralem Trajectum advexit: ibique moratus, bono fine vita functus, apud eandem ecclesiam B. Servatii in d parva crypta cum prolibus sepultus existit; Beatoque Servatio multas possessiones, villas et praedia comparavit: quas saepe dicta Ecclesia u que hodie, ad gloriam Dei sui que cultus augmentum, dignoscitur possidere.

66 Mulier quaedam venit ad Ecclesiam B. Servatii, quae miserabili peste ventris intumuerat, adeo ut tamquam folliis vento inflante distentus, ita totius corporis ejus pellis turgida ac distenta videretur. Aderat tunc quidam Clericus, nomine Rado, ipsius Ecclesiae Custos: cui miseranda mulier rognopere supplicabat, ut sibi de pignoribus B. Servatii aliquam benedictionem impenderet, eo quod haberet fidem, quod virtute ejus ab illa morte posset liberari. Visum est praedicto Clerico particulam Dominicae Crucis quae ibi habetur aqua lavare, et ipsam a quam petenti mulieri fideliter propinare: quod cum fecisset, et illa magna fide bibisset, egressa statim tantum noxii humoris evomuit, ut mirum esset omnibus unius hominis corpus tantam mortem qualiter unquam ferre potuisset. Mox reversa cum magna voce magnisque lacrymis Deo gratias agebat, ostendens

a
Henricus
Dux Bava-
riae podagri-
cus et con-
tractus sa-
natus,
b

c

F
ibidem se-
pultus:
d

hydropica
mulier

sanatur
ablutione
Crucis S.
Servatii.

A dens in membris suis laxas pelles, quas illa pestis vomitu egesta vacuaverat; ita ut qui illam ante non viderat, in hoc advertere posset quid passa, vel a quo liberata fuisset. *De Cruce illa agi hic credimus, quæ anno DCCXXVI cum sacro corpore inventa fuisse dicitur supra num. 30: quare priusquam ad sequentia miracula seculo xv patrata, quæ hic consequenter post primam collectionem habebantur adscripta, transitum faciam; lubet hic ex Ægidio Aureæ vallis monacho referre aliquid de Clave, similiter inventa juxta corpus, quod ille narrat in Additionibus ad c. 28 Hurigeri: cum Ægidius tanto ante seculum xv floruerit, quippe in fine historiarum suarum profiteus, quod columno silentium imposuit fimente anno Domini MCLII. Sunt autem ista.*

67 Reservatur in præfato loco, ubi corpore requiescit B. Servatius, Clavis illa, quam ab Apostolo Petro accepit, dum oraret apud Deum pro imminente excidio Galliarum: quæ hujus virtutis esse dignoscitur, ut si aliquando soricum pestis aut tale aliquid agros invaserit, ipsa per agros deportata omnem hujusmodi putredinem funditus extinguat. Testati sunt Clerici, qui eam aliquando per agros Hasbanicæ, Tessandriæ, atque Saxoniz circumtulērunt, cum eadem qua ierant via repedarent, se acervos invenisse soricum extinctorum. Hæc aliquando cum thesauro ecclesiæ a furibus noctu sublata est. Clerici autem pro ea potius quam pro thesauro non modice contristati, statuunt pro hoc communiter invocare Dominum, triuinanumque jejunium atque solennes litanias sibi met indicunt. Cum igitur litanias agendo longius procederent vident eminus cuidam spineto maximam avium multitudinem insedissee, Deo utique per hoc hujus rei pro qua rogabatur indicium dante. Siquidem fures, cum partem thesauri detraxissent, divinitus perterriti reliquam partem et ipsam Clavim sub spineto fossa humo absconderant. Foderunt igitur et ita invenerunt. Sed quod ad cumulum doloris accessit, ipsam Clavim in duas partes fractam repererunt. Com igitur fidelibus ac probatis artificibus redintegranda committeretur, nec quemquam eorum sequeretur effectus; dolentibus et auxiliis omnibus, apparens uni ex dictis fidelis Patronus Servatius, non posse ait arte humana refici, quod ab homine factum non esse constaret: quærendum esse divinum auxilium, ubi humanum succumberet ingenium. Sic itaque communiti, post solis occasum altari illam imponunt, et ad Matutinorum solennia surgentes integram ac solidam recipiunt, Deo ac Providori suo B. Servatio gratias in omnibus agentes. *Hactenus Ægidius: hinc ad MSS. nostra revertor.*

68 Anno Domini millesimo quadringentesimo, quinquagesimo nono, venit peregrine Trajectum, quidam Francigena, et fassus est coram cunctis Canonicis et Capellanis hujus Ecclesiæ S. Servatii Trajectensis, qualiter corpus nudum fratris sui jam defuncti positum fuerat super stramina in terra strata, quousque calor vitalis deficeret: et dum in loculo seu libitina poni deberet ad sepeliendum; erexit se corpus et revixit, vocans fratrem suum præfatum ista protestantem, et præsentem fratri dixit suspirando: Ecce, frater, regrator B. Servatio, qui apud Deum obtinuit mihi, quod revixi, ut adimpleatur votum quod voveram accedendi sepulcrum suum, quod morte præventus heu! non persolvi. Supplico, mi frater, ex toto corde, ut nonine meo promittas hoc facturum, ut redeam gaudens, quo jussus sum ire: et fratre suo hoc facturum promittente, idem corpus inclinavit iterum deorsum ad terram, et amplius non est locutum, nec mansit in illo alicujus aut aliquod vitæ signum, et sepultum est. Et in signum veritatis hujus notabilis miraculi, frater hæc uarrans assumpsit secum Pastorem et

duos vicinos Parochiæ suæ, qui secum expensis suis visitaverunt limina B. Servatii in Trajecto, et tamquam boni testes protestabantur prædicta esse vera.

69 Anno sequenti venit Trajectum quidam laicus ex Francia, et protestatus est coram duobus custodibus hujus Ecclesiæ S. Servatii, quod filius ejus, quem secum istuc adduxit, fuit submersus in aquam: et per invocationem divini auxilii et S. Servatii, idem filius fuit restitutus ad terram et ad vitam. Eodem anno sexagesimo quitaverunt vota sua nonnulli nautæ de Normannia, affirmantes custodibus ecclesiæ hujus, quod ex magna maris tempestate per invocationem Dei et S. Servatii liberati sunt, et salvi ad portum venerunt.

70 Anno LXI venit ad sepulcrum S. Servatii quidam Francigena, corpore nudos, qui asseribus fractis ante quoddam molendinum in aquam cecidit, et dum vis gurgitis eum nitebatur submergere, ipse quoad valuit S. Servatium invocabat: cui sub aqua existenti videbatur quod B. Servatius, quem invocavit, eum per manum extraxerit ad terram, et ita a periculo submersionis evasisset. Et ita factum esse protestatus est hujus Ecclesiæ custodibus clara voce. Anno LXIX penultima Octobris venerunt Trajectum, vota peregrinationis adimplentes, quatuor nautæ de Britannia, affirmantes se fuisse in maximo maris periculo, et desperantes ex toto de vita invocabant Deum, voveruntque visitare limina B. Servatii: et continuo cessavit tempestas, et ad portum incolumes devenerunt, offerentes aurum et navem ceream. Eodem anno, in festo S. Martini Turonensis, duo nautæ de bassa Britannia, ex oppido, Gallice dicto e Cornuailge, venerunt Trajectum; affirmantes quod in eodem periculo maris cum quatuor prædictis fuerunt, et per invocationem Dei et promissionem voti ad sepulcrum S. Servatii liberati sunt, et duas salutias obtulerunt B. Servatio.

71 Anno Domini MCCCCLXX, viii Maji, venerunt plures peregrini, de villa, Gallice dicta Jaurac, patriæ Normanniæ ad numerum quindecim personarum, ad sepulcrum B. Servatii: inter quos unus vir dictus Joannes Moïsnereaux affirmavit, quod in absentia sua filius suus, existens infans unius anni, fuit morbo præventus, et adeo vexabatur infirmitate quod exspirasset. Uxor sua, Peronia nomine, corpus exanimatum textit linteamine, ut terræ mandaretur. Casu de foris venit pater infantis, et præ tristitia imprævisæ mortis filii animo turbabatur non modicum. Tandem cœpit flagitare et invocare Divinum auxilium, et voverunt B. Servatio ipse una cum uxore sua, quod visitarent sepulcrum suum in Trajecto, et darent sibi massam cereæ ad quantitatem eorum infantis, ut revivificaret Deus eorum infantem. Et statim infans ejulando respiravit et convaluit, et adhuc superstes est: et hoc miraculum contigit ante festivitatem Nativitatis Christi proxime transactam, et alii peregrini hoc idem attestati sunt, laudantes magnalia Dei in S. Servatio operata.

72 Eodem anno et die exposuit alius peregrinus cum uxore sua de numero prædictorum peregrinorum, quod haberent prolem femineam, unicam, adhuc viventem, quinque annorum et ultra: quæ a die nativitatis suæ rupta fuit, et sic permansit usque ad quintum annum: et adeo miserabiliter vexabatur de exitu viscerum ejus per moliebricam, quod cum magna pœna vix poterant reintrudi. Ircirco prædicti parentes, hoc nobis exponentes, et remedium medicorum non inventientes, desperabant de vita unicæ filiæ suæ. Demum ubi humanum auxilium defecit cœperunt invocare Deum, et voverunt jam proximis diebus visitare limina S. Servatii, et offerre sibi corpus cereum ad quantitatem suæ filiæ, si sanitatem dictæ ægritudinis Deus concedere filiæ dignaretur.

D
EX MSS.

Anno 1460
submersus
reviviscit

et tempestas
sedatur.

Similiter
anno 1461,

et 1469
liberantur
ab aquis.

E

e

f

Infans mortuus vitæ
restituatur:

F

ruptura al-
terius cura-
tur:

cujus Clavis

ad Sorices
obigendos
circumferri
solita.

miraculo
recipitur et
redintegratur.

Anno 1459

cum voto
visitandi
Sancti se-
pulcrum
mortuus,

tantisper
resurgit do-
nec id protri
suo commen-
det.

A dignaretur. En mirum in modum filia continuo convaluit, et amplius de ruptura non sensit, et omnes audientes dederunt laudem B. Servatio: et alii peregrini hoc idem miraculum affirmaverunt esse factum.

73 Erat quoque in numero præfatorum peregrinorum alia mulier cum viro suo, de eodem loco nata: quæ exposuit, cum attestazione viri sui, et aliorum peregrinorum, cum eo peregre venientium ad limina Ecclesiæ S. Servatii, quod ipsa infra hunc currentem annum adeo laboravit in partu, quod ex dolore requiem perdidit et loquelam. Et quia in tanta infirmitate permansit quatuor diebus, omnes mulieres præsentibus desperabant tam de vita matris quam proli. Tandem maritus, pro uxore et prole, vovit Deo, si uxor sua liberari posset a prole, et proles baptisma reciperet, ipse cum uxore visitarent limina Ecclesiæ S. Servatii. Et instanter Deus ostendit virtutem suam: et filius natus est et baptizatus: affirmantes, quod idcirco huc venerunt, vota sua adimplentes, et Deum glorificantes de meritis gloriosissimi Patroni nostri B. Servatii, quod etiam sui peregrini assertive fuisse factum contestati sunt g.

74 h Anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, mensis Maji die duodecima, coram Rev. D. Joanne Groetheynen, Ecclesiæ Collegiatæ Divi Servatii oppidi Trajectensis ad Mosam Canonico et Camerario, ad examinandum quemdam peregrinum, nomine Jacobum Joannis, natum in Borey provinciæ Franciæ sub diocesi Suessionensi, per venerabiles Dominos Decanum et Episcopum dictæ Ecclesiæ S. Servatii deputato; super eo quod idem Jacobus Joannis dicebat et asserebat, sibi beneficio Dei omnipotentis et meritis Divi Servatii, dum quarto die existens in itinere versus Trajectum, quo tendere statuerat ad invisendum ecclesiam prælibati Divi Servatii, restitutam fuisse loquelam, qua aliquamdiu antea privatum se fuisse dicebat. Qui Jacobus in mei Notarii infrascripti, ad hoc per præfatum D. Joannem Groetheynen deputatum, assumpti præsentia, prævio solenni juramento, per ipsum corporaliter præstito de veritate dicenda, dixit et declaravit: Primo quod ultra biennium ante restitutam illi loquelam fuerit obsessus a dæmone, et ita vexatus ab eodem, ut spatio octodecim mensium plane mutus factus fuerit, et triduo aut circiter ante festum Purificationis proxime præteritum Suessione fuit exorcizatus a Curato de Marsiem, præsentem Reverendissimo Domino Episcopo i Suessionensi,

C mansitque nihilominus mutus. Secundo dicit idem Jacobus, quod promiserat se religionis ergo visitaturum prædictam Ecclesiam S. Servatii Trajectensis: qui quarto die postquam jam esset in itinere, sub finem Martii anni millesimi quingentesimi nonagesimi octavi præfacti, sensit agitationes maligni spiritus, quibus prius male afficiebatur, ut plurimum esse sedatas, ita ut ab eo tempore loquelam receperit, et quiete sacrosancto Missæ officio interesse valeat, quod sine maximis doloribus et agitationibus dæmonis antea præstare non poterat. Deinde seorsim vocata uxor dicti Jacobi Joannis, Joanna Mechay, et supra præmissis examinata, præstito per eandem solenni juramento de veritate dicenda, dixit et attestata est in omnibus, pro ut ejus maritus Jacobus supradictus declaravit. Antonia Join vidua, soror præfati Jacobi Joannis, supra præmissis prævio solenni juramento examinata, dixit et attestata est, quod in proximo festo Nativitatis Joannis Baptistæ crit annus, quod redierit ad fratrem suum præfatum, et vidit illum obsessum et male vexari a dæmonio: et se fuisse præsentem ubi Suessione fuit exorcizatus: et quod post exorcizationem manserit mutus, et concutiebantur manus ejus adhuc postea,

cum malum eundem arriperet, et quod voverit visitare ecclesiam S. Servatii Trajectensis. In reliquis concordat cum aliis ut supra. Supra quibus prælibatus D. Joannes Groetheynen petit fieri actum, et in perpetuam rei memoriam, et per me Notarium infrascriptum in hoc libro registrari, sic subscriptum. Symon de Bellemonte, sacris Apostolica et Imperiali auctoritatibus, et per Concilium Brabantiae admissus Notarius, ad præmissa assumptus.

ANNOTATA.

a Plurimi fuerunt Duces Bavariae, Henrici nomine appellati: quales quindecim recenset Aventinus, et potuit fuisse aliquis ex iis prognatus, qui more Germanico istum titulum gessit.

b Andreas Bouwens in sacro Thesaurio Servatiano, per Litanias exposito, et anno 1652 excuso pag. 62 addit: Cum nusquam sanitatis remedium, quod in diversis locis quæsiverat, obtinere potuisset.

c Idem Bouwens, Crucifixus pedes quasi ad tibias, ut adhuc apparet, perdidit. Postmodum Ludovicus XI Rex Franciæ, ex materno patris sui Caroli VII sanguine de Bavaria notus, in memoriam dicti miraculi capellam extrui fecit, sub invocatione Salvatoris sub specie Crucifixi, ut habet diploma sive instrumentum foundationis anno 1478 regni 18 factum. Quæ nobis indicavit Alardus Laurentius van Eyll Canonicus S. Servatii. Uxor Caroli VII fuit Elisabetha alii Isabella Bavara, mortua anno 1435, quo tempore vixit Henricus Dux Bavarus in Landshut, mortuus anno 1450.

d In hac parva crypta, occasione Serenissimi Leodiensis, anno 1666 invisentis ecclesiam S. Servatii, inventa fuit inscriptio, laminæ plumbeæ incisa his verbis: Karoli Com. Carolinæ stirpis, filii Lothoici, Fratris Lotharii Francorum Regis, anno Domini m. Ut autem illa reperta est, ita speramus aliquando repertiendam sepulturam hujus Comitissæ, aut aliquod ejus indicium.

e Cornuwallia vulgo seu Corisopitum.

f Salutæ monetæ genus, vulgo Saluts, de quibus jam actum i Maji ubi de S. Africano num. 7.

g Subscripta erunt hæc verba: Quod præsens extractum miraculorum S. Servatii per omnia concordet cum Registro, in pergameno descripto, testor Guilielmus Lipsen ad S. Servatium Decanus. Quæ eadem nos habemus in antiqua MS. codice papyraceo, sed ob foliuli 2 defectum, deest ultimam miraculum.

h Hoc miraculum addebatur ad Vitam S. Servatii in MS. Ultrajectino S. Salvatoris.

i Hieronymus Hennequin ab 1585 ad 1619 Episcopus Suessionensis.

CAPUT X.

Miracula duo seculo xvii patrata.

Guilielmus Lipsen, ad S. Servatium Decanus, hæc fideliter ex suis originalibus descripta testatus, sua manu subscripsit. Secundum nos ex Gallico Latine transtulimus, et Gallicum MS. penes nos asservamus. Est ergo primum miraculum hujusmodi.

Ego Marcus vanden Tynpel, Societatis Jesu Religiosus Professus et Sacerdos, in fide Sacerdotis affirmo et assevero: quod, cum jam decimus laboraret mensis, ex quo febris quartana laborarem, et post varios adhibitos medicos et medicinas, missus tandem, fuisset Leodium, ut ibidem Spadanam biberem; interea in mentem venerit Trajecti ad Mosam bibere aquam ex Scypho S. Servatii, sanctiorem Spadana non sine frequenti miraculo. Eo profectus ad aram Sancti votum feci, me nimirum pridie festi xii Maji jejunaturum, ipsoque die in honorem ipsius quotannis

rx MSS.

an. 1470 mulier in partu liberatur.

g

h

an. 1593

energumenus mutus

frustra exorcizatus

Trajectum ex voto veniens liberatur et loquitur.

An. 1630 Febr. quarta na

A quotannis celebraturum. Ter sacrificium ibidem obtuli, ter aquam sumpsi. Quartana febris me deseruit, et quarta vice feci pro gratiarum actione. In burum fidem hæc mea manu scripsi et subsignavi, et Trajectum Leodio misi anno MDCXXX. Julii XIII. *Signatum erat Marcus vanden Tympel, Societatis Jesu Sacerdos.*

Attestor ego infrascriptus Reverendum Patrem Tympel, Societatis Jesu, suprascriptam declarationem apud me exhibuisse, ac professum esse, ita evenisse pro ut in ea narratur, ad majorem Dei et Sancti Servatii gloriam, quod omnibus eam legentibus testatum esse cupio ad fidem etc. Leodii die XIII Julii anno MDCXXX *Signatum*

Joannes Baptista de Ninis J. C. Perusinus, Protototarius Apostolicus et Illustrissimi Nuntii Auditor.

Et erat in margine expressum sigillum.

Eodem anno MDCXXX, ego Godefridus Henschenius, qui hæc Acta S. Servatii in lucem profero, veni Lovanium ad studia Theologica, et quatuor ibidem annis cum dicto Marco vanden Tympel vixi, eodem cum reliquis domesticis Confessario usus, ejusque coactiones in templo nostro habitas audiui, uti ante anno MDCXXIV eundem etiam ex Cathedra Ecclesiae Downs-Professæ Societatis Jesu ad Antuerpiensem populum audiui verbum divinum perorantem: quem sciodiu ante fuisse Superiorem omnium Patrum, qui in missione Hollandica et adjunctis provinciis ad solatium Catholicorum, ibi sub jugo heterodoxorum degentium, in suis latebris tunc vivebant. Aderat idem Marcus vanden Tympel Romæ cum Gregorius Papa XV viveret, eique moribundo adstitit, et piæ precis suggestit. Tandem senex ex hac mortali vita decessit XVII Maji anno MDCXXXVI. Sed ad aliud multo illustrius miraculum progrediamur ex Gallico ductum.

76 Anno millesimo sexcentesimo sexagesimo primo, die vicesima tertia Maji, convenerat in loco capitulari insignis Ecclesiae Collegiatae S. Servatii admodum Reverendi, nobiles et eruditi Domini, Dominus Guilielmus Lipsen, Decanus; Andreas Mantelo, Licentiatus utriusque Juris Scholasticus; Fredericus de Grammaie, Cantor; Martinus Bevers, Licentiatus Sacrae Theologiae, Pastor parociae S. Matthæi, modo S. Catharinae; Joannes Velen, Licentiatus sacrae Theologiae, Pastor parociae S. Joannis, nunc S. Jacobi; Andreas van Beul; omnes dictae Ecclesiae Canonici; Joannes Gysen, Capellanus et custos Reliquiarum; item Andreas Bouvens, Antonius Vaes, Hieronymus Stas, Licentiati utriusque Juris; Joannes Baptista Gaethovius Doctor medicus, et Robertus Carbonier Chirurgus juratus: coram quibus introducta comparuit honesta femina, nomine Poncetta Coquelet, vidua Francisci Cornet, oriunda ex pago Estione, prope Carolopolim, in quo oppido ultra triginta annos habitavit, ætatis annorum octo et triginta, fullonico artificio solita lanam parare. Hæc serio admonita, ne facile obligaret se juramento, aut aliquid veritati contrarium effaretur, inter manus prædicti Domini Decani juramento reipsa præstito dixit, cum ante annos circiter duos in festo SS. Jacobi et Christophori, esset inter pagos Hornam et Escomam, tribus Carolopoli leucis dissitas, in aperto campo sub pyro arbore, se fuisse fulmine percussam; hujusque vehementia et stupore inde contracto ad arborem projectam, atque inde detinuisse quamdam in sinistro brachio contractionem adeo molestam, ut illud sit illi redditum inutile, nec ullo potuerit modo moveri; ac continuo absque intermissione incusserit tantum dolorem, ut non absque difficultate potuerit, etiam de nocte, quiescere. Redditum etiam fuerat brachium illud sinistrum multo brevius, quam erat dextrum. Facta ergo impotens

debutit adjuvari a Maria Brayard, quæ ab aliquot annis ei cohabitarat. Adhibita varia fuerunt remedia, etiam frictio olei, ex benigno consilio aliquot honestorum virorum et judicio Domini Gallardi chirurgi istius loci. Verum non est ullum experta solatium, adeo ut ab initio Quadragesimæ ultimæ seposuerit omnem usum cujuscumque medicinæ, applicationis aut unctionis, comperiens affectum brachium continuo in deterius ruere; ac tandem die Mercurii hebdomadis sanctæ debuerit muniri sacramento extremæ unctionis. Deinde cum postridie festi Paschalis sacrosanctam Eucharistiam communicasset, accepit quamdam devotionem obliuiscendi se voto peregrinandi Trajectum ad S. Servatium, et mox reipsa vovit: et consequenter abhinc elapsis septem diebus, scilicet die Martis decima septima hujus mensis Maji, cum aliasocietate navim ingressa, voti peragendi causa, huc pervenit hesternæ die, scilicet vicesima secunda hujus mensis. Ast hodie circa horam sextam matutinam ingressa dictam Ecclesiam S. Servatii, expletura suam devotionem, post Confessionem sacramentalem suscepit sacram Eucharistiam Corporis Dominici: ac mox obruta fuit ingenti dolore, et valde extraordinario, in humero brachii sinistri; unde sensit malum derivari in brachium, et postea vehementem extensionem dicti brachii; ac simul eodem tempore aliquod deliquium est passa. Quo dein cessante, sensit ab omni se dolore liberam, ac brachium adeo sanum redditum, ac si nullum unquam in eo incommodum habuisset: illudque ad quemcumque usum, uti olim, potuit adhibere. Hæc omnia ex confessione ejus descripta, fuerunt illi prælecta, et perstitit in sua sententia, asserens verissime ita omnia evenisse: at nesciebat scribere ut subsignaret nomen suum.

77 Eodem die et anno, coram prædictis Dominis in eodem loco consistentibus, comparuerunt Claudia Adam, vidua defuncti Lilli Baucheri, ætatis circiter annorum quinque et quinquaginta, residens Carolopoli in ædibus vicinis domui, in qua habitat Poncetta Coquelet; Maria Brajard, ætatis plus minus annorum quinquaginta; Joanna Beraut, uxor Joannis Joly, annorum octo aut novem supra quadraginta; Joanna Gaunin, uxor Nicolai Clouet artificis pectinum ad lanas carminandas, nacta ætatis annus triginta quinque aut circiter; Alisonna Gaignier, annorum viginti. Hæc omnes habitantes Carolopoli, et Brajard (ut dictum est) in eisdem cum Poncetta Coquelet ædibus, pertinentibus ad quemdam solearium fabrum ferrarium, nomine Ludovicum Vignol, et aliæ præter ultimam in vicinia illarum in platea Judæorum; sub juramento (cujus energia illis fuerat abunde intimata) declarant se optime ab annis plurimis elapsis cognovisse dictam Poncettam Coquelet, concivem suam; eamque a festo SS. Jacobi et Christophori anni millesimi sexcentissimi quinquagesimi noni arreptam aliquo infortunio sinistri brachii, adeo ut eo non potuerit ad ullum servitium uti: et quia una in societate omnes in urbem Trajectensem ad S. Servatium in peregrinatione adveniant, declararunt illam hoc adhuc die circa horam septimam, mox post sacram Communionem, cecidisse in quamdam debilitatem; e qua liberata declaravit, se a suo malo plane sanatam, neque amplius ullius mali laborare sensu, ac si nunquam aliquo fuisset vexata, ac se sinistro brachio æque libere atque dextro uti, imo et reipsa illud ostendisse: ac pro sua scientia allegarunt causam cohabitationis, vicinitatis et cognitionis, quam de ea habuerunt et adhuc habent, et supra scripta propriis oculis observarunt. Cumque hæc omnia illis essent prælecta, perstitit, omnia ita vera esse, neque se ut ita deponerent fuisse ante instructas, aut aliqua compositione ut ita facerent

D
EX MISS.

ex voto Tra-
jectum venerit

E
et subito
sanata sit.

Idem attestat sub juramento quinquaginta sociæ:

F

per haustum
aquæ ex
scyptho S.
Servatii li-
beratur,

P. Marcus
vonden
Tympel S. J.

An 1661
coram Decano
et Canonicis

testatur mu-
lier

quod ex ictu
fulminis
incurabiliter
in brachio
perculso cru-
ciata,

A fuisse inductas. Et his subsignarunt Guilielmus Lipsen Decanus, Andreas Mantelo. Fred. Grammaye, Martinus Bevers, Joannes Velen, Andreas van Beul, Joannes Gysen, Andreas Bouwens, Hieronymus Stas, Robertus Carbonier.

Eadem Carolopolis

narrat infortunium suum,

B

78 Coram nobis Notariis in supremo Dominio Archensi, et presentibus aliis Officialibus, civibus et mercatoribus dictæ Carolopolis, infra nominatis et subsignatis, comparuit Poncetta Coquelet, vidua Francisci Cornet, in dicta Carolopolis habitans : quæ nobis dixit, et sub juramento, quod debet Deo et justitiæ, testata est, quæ modo vigesima quinta Julii die SS. Jacobi et Christophori, anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono, ex dicta Carolopolis egressa, iter suscepit versus Cartoniam; et cum inter Escoman et Hornam, hinc tribus leucis distans, esset; circa horam quartam et quintam matutinam, aer nubibus oppletus magnam obscuritatem præcreavit, et ob ventum vehementem perterrita versus arborem accesserit, ubi ob tonitru, vehementia venti cum fragore retortum, fuit ictu quodam percussa; ejusque plantæ pedum et tibie denigratæ et ambusticæ, et ipsa arbor vehementer concussa et aliquatenus extirpata. Tunc ibi perstitit, dum tempestas lapsu grandinis paulatim sedaretur: dein magno cum dolore, et quasi sulphure oppleta, iter suum promovit; arbitrata se murtem evasisse, quod sancto Scapulari esset cineta: et in reditu septem aut octo horas impendit, ut iter trium circiter horarum absolveret. Reversa Carolopolim, per sex hebdomadas fuit lecto affixa, quod pedibus nequiret consistere; et quo plura adhibebat medicamenta, eo pejor habebat: quare coacta fuit omittere ista remedia. Præterea e tonitru brachium sinistrum habuit mutilum, nervis illius adeo retortis, ut nullum admitteretur nutrimentum, sub quadam paralysis forma, cum vehementi ejus dolore. Adhibita fuerunt varia remedia, etiam frictio olei ex judicio honorabilis viri Nicolai Gallardi chirurgi et pharmacopœ: sed nullum experta solamen, deseruit medicamenta, applicationes et unctiones. Tandem malum adeo in deterius ruit, ut die Mercurii in hebdomada sancta debuerit sacramento extremæ unctionis muniri. Postridie Paschatis, sumpta sacra Eucharistia Corporis Christi, et variis orationibus recitatis, vocit peregrinationem ad S. Servatium in urbe Trajectensi. Quapropter die decima septima Maji hujus anni millesimi sexcentissimi sexagesimi, in portu dictæ Carolopolis navem ingressa, sibi quæ adjunctæ Sociæ Claudia Adam, vidua Lilli Bucher ætatis annorum quinque et quinquaginta; Maria Brajard, ætatis circiter quinquaginta annorum; Joanna Beraut, nupta Joanni Jolly annorum etiam quinquaginta; Joanna Gauvin, nupta Nicolao Clouet artificii pectinum ad lanas carminandas, nata annos quinque et triginta; et Alisonna Gaignere, incepta puella viginti circiter annorum. Hæ omnes domicilium habent

et recuperatam tollit peregrinatione sanitatem.

C

Carolopolis; et familiari notitia conjunctæ et una venerunt Trajectum die Lunæ, die vicesima secunda dicti mensis Maji. Ibi sequenti die hora sexta, post factam Confessionem et sumptam sacram Eucharistiam, aggravata fuit illa vehementi supra modum dolore brachii sinistri, atque in ejus extensione summam debilitatem passa: qua deinde liberata, cognovit se extra dolorem esse, et nihil mali pati; et jam brachio restitutum vigorem pristinum, quo in hunc usque diem ad omne servitium utitur, uti olim solebat.

79 Occasione cujus agnoscimus miraculum, in illa a Deo præstitum per intercessionem S. Servatii, quæ ad hunc effectum votis et precibus suis invocarat. Equum proinde est et justum, ut actis Deo gratis agnoscamus authenticis actis obtentum beneficium: prout ipsa rogavit Dominos Odonem Pilleum, Joannem Pelterium, Joannem Archambaldum, Joannem Milletum, Jacobum Robinetum, Antonium Morellum, Jacobum Cheaux, Jacobum Deloches, Joannem Briancourt, et Petrum Briancourt, omnes mercatores et cives dictæ Carolopolis, item dictum Dominum Gallardum, qui sanandam eam susceperat, et hanc juridicam petitionem persuaserat. Omnes hi unanimi consensu, post conceptum more solito jusjurandum, jurati nobis testati sunt, se hanc Poncettam Coquelet vidisse, a die vicesima quinta Julii anni millesimi sexcentissimi quinquagesimi noni, per septem circiter hebdomadas lecto suo affixam, et brachii sinistri stupore percussam; neque potuisse ejus obsquio frui, nisi post suum ab urbe Trajectensi reditum, quo peregrinata fuerat ad S. Servatium. Quod idem similiter juramento et attestatione confirmatum est a supra citatis Claudia Adam, Maria Brajard, Joanna Beraut, Joanna Gauvin et Alisonna Gaignere, quæ cum dicta Coquelet eandem susceperant peregrinationem; et in itu Trajectum versus viderant infirmam et brachio sinistro mutilam, et in reditu sanam, et cum libero dicti brachii usu sicut alterius, uti supra relatam est. Quapropter postulante memorata Coquelet, hæc acta rei gestæ in testimonium veritatis perfecta sunt, presentibus venerabilibus et prudentibus viris, Domino Roberto Bertrando Presbytero, Parocho et Decano dictæ Carolopolis in propriis ædibus, in quibus hæc congregatio est instituta, Mario Canel Carolo Coichon Consiliariis suæ Celsitudinis Serenissimi Mantuani supremi Domini Archis et Carolopolis, item Advocatis et Generalibus dicti Domini; et Magistro Joanne Halma, Procuratore Syndico ejusdem civitatis; tum etiam Graphariis, Secretariis et Tabellionibus dictæ Carolopolis. Vicesima secunda Junii, anno millesimo sexcentesimo sexagesimo primo, est hæc scriptura facta.

Adducuntur XI jurati testes Carolopolitani,

et v. femina sociæ itineris.

Erant in margine impressum sigillum in rubro cera. Et erant infra positæ varix signaturæ et signa dictorum respective comparentium.

VIDE APP. TOM. VII MAJI NOT. 66 ** ET 67 **

DE S. JOANNE SILENTIARIO

G. H.

EX EPISCOPO COLONIENSI IN ARMENIA

MONACHO LAURÆ S. SABÆ IN PALÆSTINA.

ANNO DLXIII

Cultus apud Græcos 8 Decemb.

Illustris est memoria S. Joannis Silentarii, tam apud Græcos quam Latinos; sed diversis plane diebus, potissimum apud dictos Græcos. Nam in Menologio Basilii Imperatoris ista ad diem vii Decembris leguntur: Commemoratio sancti Patris nostri Joannis Episcopi, qui postea in monasterium

S. Sabæ se recepit. Joannes Christi servus, Nicopoli Armeniæ natus, mortuis parentibus, Martiano Imperatore, erogatis in pauperes facultatibus suis, monasticam complexus est vitam. Qui tantos in virtute progressus habuit, ut a Sebastæ Archiepiscopo Coloniæ Episcopus creatus fuerit. Episcopatu vero, quem

A quem annos decem gesserat, renuntiato, Hierosolymam profectus, in monasterio S. Sabæ ad otium sese addidit: eamque a Deo recte factis gratiam iniit, ut medio itineris labore defatigatus, aliquando divina arreptus virtute, ad suam cellulam, quæ millia passuum quinque aberat, temporis momento deferretur. Infestam forte illius regionem excursionibus habebant Persæ, qui cum ad monasterium Sancti pervenissent, excæcati repente Inere. Optavit etiam videre, quo modo excederet de corpore anima: votique compos factus, quinque annos supra centum natus, migravit ad Dominum. *Longiora et accuratiora encomia, sed ex Vita ejus desumpto, habent Mena Græca MSS. reperta Mediolani in bibliothecæ Ambrosianæ codice, littera O et numero 148 signato, ad eundem diem vii Decembris: sed ad diem vii Decembris Synaxarium MS. Ecclesiæ Constantinopolitanæ, in bibliotheca Claramontana Societatis Jesu Parisiis. Alia Mena tam MSS. quam excusa ad diem iii ejusdem mensis Decembris: ad quem diem Matthæus Raderus, parte prima Viridarii Sanctorum, illud elogium Latine protulit: sed videtur ignorasse, illum eundem sub nomine S. Joannis Silentiarii magis innotuisse.*

item 7 et 3
Decemb.

2 Alios etiam Græcos retulisse ad hunc xiii Maji festum S. Joannis constat ex Lipomano, qui tomum suum sextum auspiciatur de Vitis Sanctorum Patrum incidentibus in mensem Majum, inter quos secundo loco proponitur Vita S. Joannis Episcopi Silentiarii, Lauræ Abbatis Sabæ, xiii Maji, quam deinde Svirius ad dictam diem retulit. Secutus Lipomanum Molanus; Et Joannis, ait, Episcopi, postea Silentiarii in Laura. In Martyrologio etiam Romano ita recitatur: In Palæstina S. Joannis Silentiarii. Ubi ista annotat Baronius: Hujus Vitam fidelissime scripsit Cyrillus monachus, qui etiam gesta SS. Sabæ et Euthymii litteris commendavit. Colitur S. Sabas die v Decembris, ast Acta Euthymii illustravimus ad diem xx Januarii, ubi de Cyrillo scriptore late egimus. Sed Baronium secuti aberravimus, tribuentes Cyrillo ea S. Euthymii Acta, quæ ipsius non esse postea cognovimus; vere ab illo scripto reservantes in supplementum ejusdem Januarii. Incipit autem Cyrillus caput tertium Vitæ S. Joannis a suo ad ipsum adventu, et passim indicat se ex eodem jam sene pleraque accepisse, ac proinde per annos ætatis ejus atque Indictiones hæc Acta prosequitur, eoque subinde per mortem Imperatorum et tempora Patriarcharum Hierosolymitanorum confirmat; ac demum finiens, significat Sanctum adhuc vivere cum scriberet quatuor annos natum supra centum. Nos dicta Acta etiam Græce assecuti sumus ex codice Bibliothecæ Patavianæ num. 866 signato, et contulimus eum versione Latina Francisci Zini Verouensis, nonnihil eamdem expolientes.

item 13
Maji, cum
Martyrol.
Romano.

Vita a Cyrillo
monacho
scripta

cum MS.
Græco collata

NOT. 6.

VITA

Auctore Cyrillo monacho, teste in pluribus oculato.

Cum MS. Græco collata.

CAPUT I.

Ortus, Monachatus, Episcopatus, secessus in Lauram S. Sabæ.

Primum mihi propono dicendum de Joanne Abbate Lauræ B. Sabæ, Silentiario: ut qui et tempore et vitæ splendore omnes alios antecedit. Hic ergo illuminatus Pater noster Joannes, ducit quidem originem ex a Nicopoli, quæ est in Armenia, natus ex parentibus, qui nominabantur Encratius et Euphemia. Erant autem insignes opibus et claritate gene-

Natus Nicopoli illustribus et Christianis parentibus.

a

ris, multosque præclare magistratus gesserant, Ducesque fuerant exercitus et populi rectores, et in aula regia magnam habuerant potentiam. Quorum res plurimas pulchre gestas Byzantini narrant et Armeni, quas quidem libens præteribo, ne a proemio asseram satietatem: illa sola de eo narrans, quæ sunt propemodum nota omnibus, qui illum novere. Natus est itaque, ut ipse mihi narravit, octavo mensis Januarii, septima indictione, quarto anno Imperii pii ac religiosi Martiani b. Cumque essent Christiani, qui eum genuerant, fuit Christiane cum suis fratribus educatus.

b

2 Cum autem præterisset aliquantum temporis, et essent consummati in Christo ejus parentes, et divisæ essent parentum facultates; hic vir divinus Deo seipsum consecravit, et edificavit in ipsa Nicopoli Ecclesiam semper laudandæ et semper Virginis Mariæ, et hujus vitæ rebus renuntiavit, c octavodecimo anno suæ ætatis: assumptisque decem Fratribus, qui volebant esse salvi, illic construxit cœnobium. Toto autem tempore suæ juventutis multum posuit studii, ut ventri imperaret, et superbiam contemneret: ut qui sciret quod ventris quidem satietas nesciat vigilare neque esse temperans, et quietem minime patiatur superbia. Absque vigiliis autem, castitate et humilitate nihil potest recte gerere exercitatio. Sic ipse quidem in juvenili ætate contendebat, ut mentem servaret minime sublimem, et sermonem nulli reprehensioni affinem, ut qui divino esset sale conditus: eos autem, qui erant ei subjecti, verbo et opere componebat, ac formabat ad se recte gerendum in exercitatione: neque eos onerans jugo regulæ, ut qui recenter compacti fuerant; nec permittens, ut manerent otiosi, et se nullo labore exercerent: sed eos paulatim ducens, et divinis fluentis irrigans, effecit ut fructus producerent pro dignitate suæ vocationis.

fit monachus
anno 18 ætat.

c

3 Cum autem intrasset d vigesimum octavum annum suæ ætatis, bona virtutis quæ in eo resplendebat fama Sebastie Metropolitanus commotus, et a civitatis, quæ dicitur e Colonia, habitatoribus rogatus, eum tamquam ad rem aliam accersivisset, ut qui Ecclesiasticorum graduum jam omnem pervasisset consequentiam, ordinat Episcopum, mortuo dictæ civitatis Antistite. Cumque sic Pontificatum suscepisset invitatus, monastica disciplina non mutavit regulam, sed decertabat in Episcopatu, tamquam in monasterio, ut qui maxime vitaret balnea, nec se unquam lavaret; non solum cavens ne videretur ab alio, sed etiam ne seipsum videret nudum: in animo cogitans Adæ nuditatem, et quæ scripta erant in illa parte: et existimabat esse unam ex maximis virtutibus, nunquam lavari: et ut semel dicam, omne studium ponebat, ut Deo placeret in jejuniis et orationibus, castitate corporis et puritate cordis, cogitationes semper purgans, et omnem altitudinem quæ extollitur adversus Dei cognitionem. Quin etiam frater ejus Pergamus, qui apud utrumque Imperatorem, nempe Zenonem et Anastasium, in magna fuit existimatione, et plurimos gessit Magistratus, ab ejus virtute illustratus, omne adhibebat studium, ut Deo placeret. Idem et ejus nepos Theodorus Scriba, vir clarissimus, cum hujus sui patris, qui in virtutibus consenuerat, famam audiret, et per auditionem suam illuminaret animam, Deo valde placuit cum tota sua familia, qui quidem Theodorus nunc apud omnes nempe Senatuum et imprimis pium nostrum Imperatorem Justinianum, propter prudentiam et vitæ honestatem, rectamque fidem et misericordiam, habetur in admiratione. Atque hæc quidem postea. Ego autem redeo ad temporis consequentiam.

subditos instruit.

d

e
ordinatus
Episcopus 28.

f
servat pristinum
rigorem.

fratri et nepoti
secularibus
exemplo
suo utilis

4 Cum hic ergo divinus Joannes transegisset jam

f

f A *f* novem annos in Episcopatu, accidit ut maritus sororis ejus, qui vocabatur Pasinicus, Armeniorum haberet administrationem: qui instinctu satanico incipit damno afficere et conturbare eam, quæ illi credita fuerat, Ecclesiam; iis quidem, qui eum administrabant, non permittens, ut ecclesiasticarum rerum curam gererent: eos autem, qui intra ejus fines confugiebant, vi avellens, et jus asyli solvens ac violans. Qui cum sæpe rogaretur a Dei servo, evadebat deterior, Maria ejus sorore jam mortua. Cum autem ex eo vir justus in gravissimam incidisset afflictionem, cogitur venire Constantinopolim. Cum vero illic fuisset, et quæ erant ejus Ecclesiæ utilia peregisset, circa finem *g* Imperii Zenonis, *h* Euphemio Archiepiscopo Constantinopolitano pro ipso decertante, Deo gratum inquit consilium: nempe ut in sanctam secedat civitatem, et per se quiescat ab omnibus hujus vitæ negotiis. Cumque dimisisset eos, qui cum ipso erant, Presbyteros et Clericos, et omnibus inscientibus solus navem ascendisset; venit Hierosolymam, et manet in primo sanctæ civitatis gerocomio: in quo est oratorium S. Martyris *i* Georgii. Cumque illic fuisset, et mundanam illic turbam adspexisset, magno animi dolore est affectus; Deumque rogavit cum lacrymis, ut deduceretur in locum sibi gratum et quietum, et aptum ad salutem consequendam.

g h *ob rezationes sororis*
g h *abit Constantinopolim,*
i *NOT. 7*
B
secedit ad Lauram S. Sabæ:
k
traditus Œconomio,
C
4 Reg. 4
vitiarum ministeria obit:
5 Postquam autem in dicto gerocomio mansit venerandus Pater noster Joannes, in fundendis noctu ad Deum precibus versans longo tempore; cum una nocte ex omnibus solus gerocomii impluvium et cælum suspexisset, adspicit repente stellam lucidam, quæ habebat figuram Crucis, et ad ipsum veniebat: et audit vocem ex illa dicentem: Si vis esse salvus, sequere hanc lucem. Is autem cum credidisset, protinus est egressus, et illam lucem secutus, venit in maximam Lauram sancti Patris nostri Sabæ, cum eo tempore esset Hierosolymitanæ ecclesiæ Pontifex *h* Salustius, quartadecima Indictione, tricesimo octavo suæ ætatis anno: quo quidem tempore a Deo constructæ maximæ Lauræ ecclesiæ celebrata sunt encænna seu dedicatio; Anastasius autem, mortuo Zenone, susceperat Imperium, ut eum audivi sua lingua narrantem. Cum venisset ergo ad maximam Lauram, invenit B. Sabam: qui habebat conventum centum et quinquaginta anachoretarum: qui degebant quidem in magna penuria eorum quæ ad corpus pertinent, erant vero divites spiritualibus gratiis. Cum eum autem suscepisset B. Sabas; tradit eum Lauræ Œconomio, ut ei mandaretur ministerium unius ex novitiis, ignocans thesaurum, qui erat in eo reconditus. Ne miretur autem quispiam venerabilem senem Sabam latuisse thesaurum bonorum factorum Joannis: sed potius is reputet, quod quando vult Deus suis Sanctis revelare, ii sunt prophetæ; quando vero noluerit revelare, vident ad omnium similitudinem; fertque orationi testimonium Propheta Elisæus, dicens de Sunamitide: Tristis est anima ejus, et Deus id me celavit. Divinus autem Joannes omnem implebat obedientiam, Œconomio et reliquis Patribus inserviens cum omni humilitate, promptitudineque et alacritate animi; aquam ex torrente afferens, coquens iis qui ædificabant, eisque ministrans in lapidibus et ceteris ministeriis ædificationis, quando construebatur Laura xenodochium.

6 Secundo autem anno ejus in Lauram adventus, purgato castello ab habitatione demonum, ut jam a me dictum est in vita S. Sabæ, multum cum Patre nostro Saba hic laboravit cum quibusdam aliis, ut ipse mihi narravit. Quo tempore sanctus quoque Abbas *l* Marcianus per divinam revelationem ad eos misit alimenta, esurientes et nihil habentes neces-

sariorum ad vitam. Cum vero tempus mutandorum ministeriorum venisset in prima Indictione, qui creatus fuerat Œconomus, hoc magnum lumen præficit excipiendis hospitibus et culinæ. Quod ministerium cum alacri et læto animo suscepisset, omnium Patrum curam gerebat, eum omni humilitate et mansuetudine unicuique ministrans et inserviens. Cumque is hoc munus obiret, accidit ut conderetur cœnobium, quod vergit ad Septemtrionem extra Lauram: ut qui vitæ mundanæ renuntiabant, in eo prius monasticam accurate docerentur disciplinam: deinde sic in Laura habitarent, cum vitam cœnobiticam perfecte didicissent; B. Saba affirmante et dicente, quod sicut flos fructum præcedit, ita vita cœnobitica anachoreticam. Cum hoc ergo cœnobium construeretur, cogebatur hic vir justus, qui hospitum excipiendorum curam gerebat, præter alia xenodochii ministeria, coquere artificibus, portareque cibaria et reliqua ad eos qui laborabant, plusquam decem stadiis a xenodochio.

7 Cum autem in hoc annum ei esset impletum ministerium, omnibus Patribus ædificatis ex ejus moderatione et honestate et spiritali prudentia; dat ei Pater noster Sabas cellam ad silentium. Venerandus itaque Joannes, accepta cella, cum jussus esset silere, mansit tres annos per quinque dies hebdomadæ a nullo omnino homine visus, neque aliquid sumens. Sabbato autem et Dominico ante omnes intrabat ecclesiam, et exhibat omnium ultimus, stans cum gravitate et timore, et omni pietate ac reverentia, implensque psalmodiæ regulam, prout dictum est in psalmis: Servite Domino in timore, et exultate ei cum tremore. Tanta vero ei aderat compunctio, ut ipse vehementer lacrymaretur in tempore incruenti Sacrificii, et non posset se continere: adeo ut Patres, qui videbant gratiam lacrymarum, obstupescerent, et laudarent Deum datorem honorum. Impleto autem tempore triennii, præficitur communi Œconomix, Deoque eum adjuvante in omnibus, benedicta fuit Laura, accevitque Conventus ejus ministerio.

8 Cum autem hoc quoque impleisset, voluit B. Sabas eum ordinari, ut virtute præditum et perfectum monachum. Itaque acceptum secum in sanctam civitatem, *m n* sexta Indictione, adduxit ad B. *n* Eliam Archiepiscopum; et narrans ejus virtutes, rogavit, ut ordinaretur Presbyter. Et Archiepiscopus quidem, his de eo auditis, processit ad sanctum Calvarix locum, volens eum propriis ordinare manibus. Hic ergo magnus Pater sic deprehensus, ut non posset effugere, cum ea, quæ sibi inerant, sapientia dixit Archiepiscopo: Venerande Pater quoniam me quædam oportet dicere, rogo, ut tuæ Beatitudini ea seorsim exponam: et, si me dignum esse existimaveris, accipio ordinationem. Cum eum autem assumpsisset ad ascensum sancti Golgotha, dicit seorsim: Parce vitæ meæ, rogo tuam Sanctitatem, et nemini annunties mysterium, ne ego ab hac recedam regione: eo autem pollicente, dixit: Ego, Pater, sum unius civitatis ordinatus Episcopus, sed propterea quod multiplicata esset mea iniquitas, procul aufugi, et habitavi in solitudine, expectans Dei visitationem. Justum autem esse putavi, dum sum adhuc robusto corpore, ministrare et servire Patribus: ut quando ero imbecillus, minime condemner, si mihi ministrent alii. Cumque hæc audisset Archiepiscopus, et esset admiratus, vocat B. Sabam, et dicit: Quædam mihi secreta confidenter aperuit, et fieri non potest, ut ipse ordinetur: sed ab hodierno die silebit, ei nemine molestiam exhibente: quibus solum dictis dimisit eos Archiepiscopus.

9 Beatus vero Sabas magno animi dolore affectus, secessit

D
excipit hospites,

inservit extruentibus cœnobium,

dein cum triennio vixisset inclusus,
E

Psalm. 2

creatur Œconomus:

m n
ordinandus Sacerdos
F

indicat Patriarchæ se Episcopum esse

A secessit circiter triginta stadia a maxima sua Laura, ab Occidente Castelli, in speluncam, ubi postea construxit cœnobium. Cumque sepronum in terram dejecisset coram Deo, dixit cum lacrymis: Cur, Domine, me tantum despexisti ut ego deciperer, et putarem Sacerdotio dignum esse Joannem? Et nunc Domine de eo quid sit mihi aperi (tristis enim est anima mea usque ad mortem) an vas, quod a me fuit existimatum, sanctificatum et utile, et dignum quod divinum susciperet unguentum, sit inutile coram tua majestate. In his et hujusmodi cum lacrymis totam noctem traducente beato Abbate Saba, Angelica quædam apparet forma, dicens: Non est inutile vas Joannes, sed vas electionis: Episcopus autem jam ordinatus, non potest fieri Presbyter. Et eousque quidem fuit visio: Pater vero noster Sabas, ut qui Dei apparitioni et visioni Angelicæ esset assuetus, non timuit; sed lætitia affectus, venit in cellam divini Joannis, et eum complexus, dixit: O Pater Joannes, tu quidem Dei in te donum me celasti, Dominus autem mihi aperuit. Et divinus quidem dixit Joannes: Tristitia afficio, o Pater: neminem enim volebam hoc scire mysterium: nunc autem non potero habitare in hac regione. Senex vero ei promisit per verbum Dei, se hoc meminisse omnino enuntiaturum.

3 annis silentium servat.

10 Ab eo autem tempore siluit in cella, neque procedens ad ecclesiam, neque ullum omnino conveniens, spatio quatuor annorum, eo excepto, qui ei ministrabat, ac nisi solum die Dedicationis, quæ fuit in Laura o nona Indictione, venerabilis domus sanctissimæ Deiparæ et semper Virginis Mariæ. Tunc enim solum ad Archiepiscopum Eliam, qui accesserat ad dedicationem, coactus est exire, et eum salutare. Qui quidem Patriarcha cum eum convenisset, et spiritalis ejus prudentiæ et suavis colloquutionis amore esset captus, eum in honore, habuit toto tempore sui Pontificatus.

ANNOTATA.

a Nicopolis urbs Armeniæ primæ, Episcopalis sub Sebaste metropoli, cujus Episcopus Joannes anno 451 interfuerat Concilio Calcedonensi.

b Ergo anno Christi 454. Nam Martianus a S. Pulcheria et Senatu electus est in Imperatorem anno 450 die 25 Augusti.

c Ergo anno 471.

d Vigesima octavus ætatis incidit in annum 481. Græce τὸν εἰκοστῶν. Apud Lipomakum et Surium legitur Trigesimus octavus, sed mendum infra patet.

e In secunda Notitia antiqua Græca Episcopatum, apud Carolum a S. Paulo in Provinciâ Armeniæ sub Sebastia habetur Κολωνεία, in priori Notitia Κολωνία scribitur, ab Ortelio et Ferrario dicitur esse urbs in Cappadociæ et Armeniæ minoris confinio, sub Sebastienſi Archiepiscopo, quam nunc Tanaram dici voluit.

f Anno ætatis 38, uti infra dicitur, et anno Christi 491. Zmus decem legit.

g Mortuus est Zeno dicto anno 491, die 6 Aprilis.

h Euphemius coronavit Anastasium dicto 491, feria quinta in cana Domini xi Aprilis.

i De S. Georgii antiquo cultu late egimus ad ejus Vitam 23 Aprilis.

k Salustius præfuit Ecclesiæ Hierosolymitanæ ab anno 486, mortuus anno 493 die 23 Julii.

l Marcianus a Salustio fuerat constitutus universalis Archimandrita omnium monasteriorum. Consule Vitam S. Euthymii 20 Januarii, cap 22, et in Annotatis litteram a.

m Indictio 6 convenit cum ultimis mensibus anni 497, et reliquis anni 498.

Maji T. III

n S. Elias successit Salustio, mortuus anno 518, inscriptus Martyrologio Romano ad diem 4 Julii.

o Ergo sub finem anni 500, aut anno 501.

D
A. CYRIL.
EX MS. GR.

CAPUT II.

Vita acta in solitudine Ruba, et dein in Laura.

Impleto vero tempore quadriennii, cum B. Saba a Laura secessisset ad partes a Scythopolis, propter insolentiam eorum qui novam Lauram postea habitaverant; hic imprimis venerandus Joannes, fugiens concilium insolentiæ, secessit in desertum Rubæ b, quinquagesimo anno suæ ætatis, undecima Indictione. Siluit autem illic sex annos, remotus ab omni humana consuetudine, cupiensque cum Deo quiete conversari, et contemplativam mentis facultatem longa purgare philosophia, ad hoc ut revelata facie Domini gloriam contemplaretur: omne etiam studium adhibens, ut a gloria in gloriam proficeret, desiderio eorum quæ sunt præstantiora. Post duos autem aut tres dies, se demittens ad naturalem usum corporis, exibat e spelunca, et obibat solitudinem ad colligenda c melagria quæ sua sponte nascuntur, quibus aluntur anachoretæ qui sunt in solitudine. Quodam vero die cum illic versaretur, in principio antequam esset eam expertus solitudinem, egressus ad ea colligenda, incidit in invia quædam præcipitia. Cumque non invenisset viam, per quam rediret in speluncam, neque posset ingredi, cecidit propemodum exanimis. Ecce autem repente divinæ virtutis visitatione in altum sublatus, non secus ac Propheta Abacuc, inventus est in sua spelunca. Procedente vero tempore, cum vastam illam expertus esset solitudinem, et locum didicisset ex quo sublimis est evehctus, invenit id esse spatium quinque miliarium passuum.

12 Frater quidam, qui venerat in Rubam, mansit apud eum parvo tempore, vitam cum eo exercens anachoreticam. Quem Fratrem cum cœpisset satietas talis philosophiæ, dicit seni: Paschali jam festo appropinquante, eamus ad Lauram, Pater, et diem festum Paschæ peragemus cum Fratribus: nam hic nihil habemus quod edamus, præter hæc melagria. Divinus autem Joannes volebat illuc ire, cum non esset illic Pater noster Saba, sed a Laura, ut dictum est, recessisset. Fratrem vero, qui ut eo iret urgebat, admonnit dicens: Quiescamus, Frater, et credamus, quod qui sexcenta hominum millia quadraginta annos aluit in solitudine, ipse quoque nos non alet solum necessariis, sed etiam superfluis. Ipse enim sic dixit: Non te dimittam, non te derelinquam. Et dicit in Evangelio: Nolite solliciti esse, dicentes: Quid comedemus, aut quid bibemus, aut quo induemur? Novit enim Pater vester cœlestis, quoniam his omnibus opus habeatis. Sed querite regnum Dei primum, et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis. Sustine ergo, o fili, et angustam viam præpone latæ. Nam quæ est hic relaxatio ac remissio, æternum parit supplicium: præsens autem afflictio præparat honorum perceptionem. Ilis et hujusmodi verbis Frater minime persuasus, recessit, et inivit viam, quæ fert ad Lauram. Cum vero is recessisset, venit homo quidam omnino ignotus ad senem, qui habebat asinum multis bonis onustum. Habebat autem ejus sarcina panes mundos et calidos, vinum et oleum, et recentes caseos, et ova, et urnam mellis: eumque eum exonerasset, recessit. Et venerandus quidem Pater noster Joannes exultavit spiritu propter Dei visitationem: Frater autem qui recesserat, cum a via aberrasset, valdeque fractus fuisset et afflicto, tertio die rediit esuriens et resolutus, et fructum capiens suæ inobedientiæ. Cumque tot bona invenisset in spelunca, et

a
Vivit in deserto
Rubæ annis 9:
b

c
E
inter colligenda
melagria aberrans,

divinitus
restituitur
speluncæ suæ:

confidens
Providentiæ
divinæ

F

Jos. 1
Matth. 6

eibus abundanter accipit:

A se damnasset incredulitatis et inobedientiæ, pudore affectus, procidit ad pedes senis, petens veniam. Senex autem misertus humanæ imbecillitatis, et Fratris motus misericordia, eum erexit et admonuit, dicens: Plane scias Deum posse mensam parare in deserto.

d
Saracenicæ
Incurione
e
NOT. 8
non movetur
ut redeat ad
Lauram:

13 Eodem vero tempore *d* Alamundarus Sicices, qui accepit Regis auctoritatem in Saracenos subiectos Persis, invasit Arabiam et Palestinam cum magna ira in Romanos, omnia diripiens, et multa hominum millia abducens in servitutem, et multa faciens nefaria, postquam capta fuerat *e* Amine. Cuius multitudo barbarorum dispersa esset per hanc solitudinem, iique, quibus mandata fuerat custodia solitudinis, denuntiarent, ut caveretur barbarorum irruptio in monasteria: maximæ Lauræ Patres significarunt venerando Patri, ut desisteret quidem in Ruba vitam degere, veniret autem ad Lauram, et quiesceret in sua cella. Et divinus quidem Joannes, qui per quietem divinam gustarat dulcedinem, eam lubenter sequebatur, et non poterat in animum inducere, ut eam relinqueret, apud se hæc reputans et dicens: Si Deus mei curam non gerit, quid vivo? Et sic Altissimum suum ponens refugium, mansit minime obstupefactus. Deus autem, qui semper curam gerit suorum famulorum, Angelis quidem suis mandavit (ut dicit Scriptura) ut Sanctum suum conservarent: volens autem eum securum reddere, ut qui paululum esset territus, misit sensilem custodem, Leonem iocundum et terribilissimum, qui eam diu et noctu custodiret ab immanium barbarorum insidiis. Ac prima quidem nocte, cum leonem adspexisset prope dormientem, nonnihil extimuit, ut ipse mihi narravit: cum autem vidisset diu noctuque sequentem ab eo non avelli, et propulsare barbaros; emisit cantica, quibus ageret gratias Deo, qui non dimittit virgam peccatorum super sortem justorum.

f
Psalm. 90
sed leonem
ad custodiam
accipit,
Psalm. 124

14 Cumque beatus quidem Pater noster Sabas venisset *f* Nicopoli, et novam Lauram constituisset, accedensque ad speluncæ ædificium, ut a me dictum est in secunda oratione, et in mentem revocasset eam, quæ in ipso fuit aliquando, visionem de S. Joanne, ivit ad eum in Rubam, et dicit ei: Ecce Deus te servavit ab incurione barbarorum, teque reddidit securum, ad te misso sensili custode: surge, et tu quoque fac id quod est humanum, et fuge sicut patres, ne superbiæ vitio id tibi vertatur. Multi-que aliis ad eum usus admonitionibus, deluxit eum ad maximam Lauram *g* secunda Indictione, et inclusit eum in cella, cum ageret quinquagesimum sextum annum suæ ætatis, nullo alio ex conventu cognoscente, eum esse Episcopum. Cum autem plurimum temporis præterisset, providit Deus, ut aperiretur, qui occultus erat thesaurus, hoc modo.

g
ad Lauram
an. ætat. 56.

15 Vir quidam profectus ex regione Asiæ, nomine Ætherius, Archiepiscopus dignitate, vitam ei gradui decentem agebat. Hic cum venisset Hierosolymam et loca veneranda cum vivifico Igno Crucis adorasset, multasque distribuisset pecunias pauperibus et monasteriis, egressus est e sancta civitate, properans redire in patriam. Sed cum navi conscensa parumper navigasset, propter quendam ventum contrarium eum in igno periculo reversus est Ascalonem. Post duos autem dies volenti rursus navigare, in somnis apparet Angelus Domini, dicens: Non licet tibi navigare, nisi reversus in sanctam civitatem, iveris in Lauram Abbatibus Sabæ, et conveneris Abbatem Joannem Silentiarium, virum iustum et virtute præditum, qui est Episcopus, et habet vim magnam operum spiritualium, et propter Dei metum et desiderium omnia quæ sunt hujus vitæ con-

*ab Ætherio
Archiepiscopo
dignitate
monito visi-
tur,*

tempit, et voluntaria paupertate et exercitatione seipsum humiliavit. Tunc ergo cum a somno surrexisset Ætherius, et esse visionem judicasset; diligentissime inquirens, venit in Lauram Abbatibus Sabæ. Cumque visionem renuntiasset Patribus, deductus est ad Silentiarium. Quem cum salutasset, et duos dies apud eum mansisset, et eum amplissime convenisset, jurejurando adigit, ut sua ei plane et libere narret et enuntiet. Sicque compulsus, genus enuntiavit, et patriam, et Sacerdotium. Quæ cum cognovisset Ætherius, et supra modum esset admiratus, dixit; Vere nunc quoque sancti Lepides in terra voluntur. Cuius sic Justo vale dixisset, ivit ad B. Sabam, eique et Patribus exposuit omnia de B. Joanne: et ab eo tempore cognitum fuit Patribus Joannis genus et Episcopatus, septuagesimo octavo anno ætatis Sancti Joannis, vicesimo autem quarto suæ inclusionis.

16 Sanctus vero Pater noster Sabas eodem anno in pace dormivit, die quinto mensis Decembris decimæ Indictionis. Tunc magnum animo accepit dolorem pretiosissima hæc margarita Joannes, quod non esset egressus e cella, et adfuisse consumptioni sancti Abbatibus. Et autem, cum esset adeo anxius animo, et se esse Patre privatum defleret ac lugeret, in somnis apparet Pater noster Sabas, dicens: Ne sis de meo decessu tristis, o Pater Joannes: nam etsi sine a te carne separatus, sum tamen tecum spiritu. Eo autem respondente: Roga Dominum, ut me quoque assumat, dicit B. Sabas: Hoc nunc non potest fieri: gravis enim tentatio est invasura Lauram; Deus autem vult te esse in carne, ad eos consolandos et confirmandos, qui se pro fide fortiter gerunt et decertant. Hæc cum vidisset et audivisset divinus Joannes, evasit quidem lætus, ut qui de Patre ægritudinem animi exeuisset; sed sollicitus erat de tentatione, quæ ei fuerat significata.

17 Eum autem invasit desiderium videndi, quemadmodum anima separetur a corpore. Dumque de ea re Deum rogaret, mente raptus fuit in sanctam Bethleem, et videt in imis ambonis subselliis venerandæ, quæ illic est, Ecclesiæ jacentem virum, sanctum, peregrinum, qui consummabatur, et assumebatur ejus anima ab Angelis, et cum divina quadam hymnodia et suaveolentia ferebatur in cælos. Et volens ipsis oculis videre an ita esset, surrexit ea ipsa hora, ivitque in sanctam Bethleem, et invenit, quod eadem hora homo decesserat: et ejus sanctas amplexus reliquias, cum in eodem loco ei justa fecisset, in sanctis thecis ea deposuit: et sic in suam cellam est reversus.

18 Illuminati hujus senis discipuli Theodorus et Joannes mihi narrarunt, dicentes: Postquam dormisset S. Sabas, misit nos senex, ut curaremus responsa quæ iam in Libiadem i. In via autem, cum transissemus Jordanem, occurrerunt nobis quidam, dicentes: Videte, leo est ante vos. Nos vero cogitavimus posse Deum nos per preces sancti Abbatibus custodire: an non enim ejus voluntate hoc mandatum exequimur? Hæc cogitantes, ambulavimus: et ecce venit nobis leo in occursum, et valde timuimus, nec nobis vires remanserunt: statimque adspicimus senem, in medio nostri venientem, et jubentem nos esse bono animo. Tunc leo, tanquam qui esset actus flagello, recessit fugiens a nobis: nosque sine damno ambulantes, rediimus ad senem, qui prior dixit nobis: Videtis, quemadmodum inventus sim vobiscum in necessitate? Sed hic quoque multum pro vobis Deum rogavi, et ecce fecit misericordiam.

19 Hoc autem mihi quoque dixit unus ex discipulis, eum multos annos vixisse solo pane, eique admiscuisse cinerem thuribuli, et sic comedisse. Eum

D
eique fassus
se Episcopum
esse inno-
scit an. 79.

ob mortem
S. Sabæ tri-
stis

E

recreatur
ejus appa-
ritione:

NOT. 9
videt ani-
mam mor-
ientis assu-
mi ab An-
gelis:

F

1
apprensus
discipulo
servat a
leone:

solo pane cineribus misco vescitur.

A vero, inquebat, hoc facientem deprehendi hoc modo Oblitus erat semel suam observare fenestram : cumque vellem ei dare mixtum, et tetigissem fenestram, ea aperta est, et invenio eum exinanientem thuribulum in calicem. Cumque propterea magno esset dolore affectus, volens ego ejus reprimere molestiam, dixi : Non tu solus hoc facis, o Pater, sed plurimi quoque hujus Lauræ, implentes Scripturam, que dicit : Cinerem tanquam panem manducabam : et vix potui bis verbis mutare senem.

psalm. 101

ANNOTATA.

a Scythopolis metropolis Palestinæ secundæ, in confinibus Judææ et Galilææ.

b Hæc aptime congruunt in annum 503.

c Melagria, id est, poma silvestria.

d Theophanes. Alamundarus Zizices Saracenorum Regulus, irruptione facta primam Syriam depopulatus est. Sed hæc refert ad annum 529, cum hæc irruptio sit 20 annis citius facta. Forsan Theophanes, uti aberravit in Hierosolymitanis Episcopis istorum temporum ordinandis, ita potuit aberrasse circa tempus irruptionis.

B e Num Amida metropolis Mesopotamiæ, an Anitha urbs Episcopalis in Arabia Petrææ satis vicina? aut certe locus aliquis munitus magis propinquus?

f Nicopolis, alius Emmaus cum Ptolomæo dicitur, urbs Judææ ab Occidente Hierosolymæ.

g Annus hic est Christi 509.

h Apud Lipomanum et Surium, annus octavus omisus, qui est Christi 531, Indictione x, qua eodem anno mox dicitur S. Sabas obiisse, et nonnisi vicesimus Tertius ab initio inclusionis in cellam.

i Libias, trans Jordanem posita ut mox apparet, nullum habet ad Libyam, Africæ regionem; vel etiam ad Libam, Ægyptiacæ eremi partem, respectum.

CAPUT III.

Accessus S. Cyrilli scriptoris. Miracula patris. Senectus 104 annorum.

Cyrillo scriptori suadet monasterium S. Euthymii.

C Nonagesimo anno ætatis hujus sancti Senis, mense Novembri sextæ Indictionis egreliens ego e Metropoli Scythopolitanorum (ut jam a me quoque, dictum est in oratione de S. Euthymio) accepi mandata a mea matre Christi amante, ut nihil facerem ex iis, quæ ad meam pertinent animam, absque sententia et jussu divini Joannis, dicendo : Ne forte abductus ab errore Origenistarum, excidas ab initio a tua stabilitate. Cum itaque venissem Hierosolymam, et peregissem encæma novæ ecclesiæ omni ex parte laudandæ Deiparæ et semper virginis Mariæ, veni in Lauram B. Sabæ, et conveni divinum Joannem, ei meipsum dedicans, et Deo gratum consilium volens ab eo acripere. Cumque ab eo audissem : Si vis esse salvus, magni Euthymii habita monasterium : ego, utpote juvenis et stultus, contempto ejus mandato, descendi ad Jordanem : volensque habitare unum ex iis, quæ illic sunt, monasteriis, non solum iter non habui prosperum, sed etiam magna laboravi ægritudine b in Laura Calamonis. Cum autem fuisset in magno mœrore et tristitia, tum quod essem externus, tum quod ægrotus, et quod conventus jugum nondum subiissem; apparet mihi in somnis hic illuminatus senex, dicens mihi : Quod meo mandato minime obedieris, fuisti satis castigatus : sed nunc surge, et ingredere Hiericho, et invenies seniculum quemdam monachum in xenodæchio Abbatis Euthymii : sequere eum in monasterium, et eris salvus. E somno vero excitatus, et protinus confirmatus, cum fuisset in

b non obedientem apparentem castigat.

temeratorum particeps Sacramentorum, et cibum sumpsissem, ascendi pedibus in Hiericho, adeo ut mirarentur Patres tam subitam mutationem. Cumque sic venissem in S. Euthymii monasterium mense Julio c sextæ indictionis, ex eo tempore assidue ad eum veniebam, omnia mea offerens : jamdiu enim ex Scythopoli habebam notitiam cum ejus discipulis, qui ad nostras ædes divertebant, tanquam ad proprium xenodochium, et annuam quamdam benedictionem accipiebant a meis parentibus communi ipsius Lauræ Patri (multum enim ei afflicebantur) et Patribus ejus Lauræ, ex quo præsentia sancti Patris nostri Sabæ dignata est nostra domus : quocirca mihi recedenti mater mea hæc dedit mandata. Quamobrem ego quoque ad eum vadens confidentius, admonitione ejus fruor et precibus, maxime nunc ab eo jussus novæ Lauræ habitationem dimittere, et habitare maximam Lauram, quod Deo quoque volentæ feci. Et hoc quidem postea.

21 Aliquo autem ante tempore conveni hunc sanctum senem, gravatus a cogitatione aliqua Satânica. Quam cum ei exposuissem, et preces ab eo accepissem, relaxationem ab ea statim sum consecutus. Me vero ejus fenestræ assidente, et divina fruente doctrina, quidam Georgius adduxit filium suum, qui vexabatur a dæmone. Quem cum ante ejus fenestram projecisset, recessit. Pueri autem jacente et lacrymante, cum cognovisset senex eum habere immundum spiritum, motus est misericordia; fusi que pro eo precibus, cum eum unxisset oleo sanctissimæ Crucis, eum sanum reddidit : maligno enim dæmone statim recedente, mundatus est puer ab illa hora.

22 Abbas Eustathius, qui ante hos paucos dies successit B. Sabæ in præfecturam, mortuo Sergio, vir spiritu egregius, rectisque dogmatibus et vitæ institutione, narravit mihi, sic dicens : Me aliquando graviter oppugnavit spiritus blasphemie : veniensque ad Abbatem Joannem Silentiarium, exposui ei meas cogitationes, rogavi que ut preces ab eo acciperem. Surgens autem senex, mihi fecit orationem, et dixit : Benedictus Dominus, fili mi, quod tibi non appropinquabit amplius cogitatio blasphemie. Atque ita factum est, ut senex dixerat : neque ab illo tempore sensi amplius malam illam et blasphemam cogitationem.

23 Mulier quædam, genere quidem Cappadox, Basilina d nomine, Diaconissa magnæ ecclesiæ Constantinopolitanæ, venit Hierosolymam, habens secum consobrinum, majori in ordine constitutum : qui erat quidem alioqui vir pius, Catholicæ autem minime communicabat Ecclesiæ, ut qui Severi a recta diversam suscepisset opinionem. Atque Diaconissa quidem multum ponebat studii, ut mens illius mutaretur, et eum Catholicæ uniret Ecclesiæ : et ideo unumquemque virum justum rogabat, ut pro eo oraret. Cognita igitur gratia divini Joannis, desideravit quidem eum adorare : sed cum didicisset non licere mulieri in Lauram accedere, accersito Theodoro ejus discipulo, rogavit, ut eum acciperet, et ad sanctum senem deduceret, credens fore, ut per ejus orationem Deus converteret cordis ejus duritiem, et dignum redderet communionem Catholicam. Quem cum accepisset Theodorus discipulus, venit ad senem; et cum pro more pulsasset fenestram, et senex esset aperturus, uterque se inclinavit. Dicente autem discipulo, Benedic nos Pater : senex aperiens, dicit discipulo : Tibi quidem benedico, hic autem non est benedictus. Cum autem diceret discipulus, Non sic, o Pater : Respondit senex : Revera ei non benedicam, donec a mala schismaticorum sententia destiterit, et se Catholicæ Ecclesiæ confessus fuerit communicare. Hæc cum ille audisset, obstupuit senis

D
A CYRIL.
EX MS. GR.

e
et deinceps dirigit :

precibus liberal tentatum :
E

Item puerum energumenum

et vexatum spiritu blasphemie :

d

F
hereticum agnoscat et convertit.

A senis perspicacem gratiam, et miraculo mutatus, certo est pollicitus se communicaturum Catholicæ Ecclesiæ. Tunc senex, cum ei benedixisset et eum erexisset, primus ei intemerata impertiit Sacramenta, abstersa ex ejus corde omni dubitatione.

24 Hæc cum didicisset Basilina, venit in majus desiderium senem videndi suis oculis, et in animo habuit se virili amictu induere, et ad eum venire in Lauram, suaque ei exponere. Hoc cum ei ab Angelica esset apertum visione, ei significat, dicens: Scias, quod si venias, futurum sit ut me non videas. Noli ergo vexari: sed potius mane, et ubicumque degeris, apparebo tibi in somnis, et tua a te audiam, et quæ mihi Deus in mentem immiserit, ea tibi renuntiabo. Illa cum audiisset, et aperte credidisset visionem, ipse ei apparuit in somnis, dicens: Ecce Deus me misit ad te: enuntia mihi, an velis aliquid. Ea vero cum dixisset quæ ad se pertinebant, responsum accepit conveniens, et surrexit Deo agens gratias. Cumque senis venisset discipulus, formam ei et figuram renuntiavit. Atque hæc ego ab ipsamet Diaconissa Basilina audiui.

B 25 Locus autem, in quo fuit inclusus hic sanctus senex, habuit altissimum ab Occidente præcipitium, quod instar muri erat, in quo fixum erat cellæ tectum. Præcipitii autem petra est adeo sicca et succo vacua, ut nullo modo possit cellæ iogenerare humiditatem. Quodam vero die, cum hic sanctus senex accepisset semen unius caricæ, dicit suis discipulis Theodoro et Joanni: Audite me: Si Dei clementia donaverit huic semini et huic petræ virtutem ut fructum ferat, cognoscetur quod mihi Deus dono largitur regnum cælorum. Cumque hoc dixisset, infractæ illi petræ admovit caricam. Deus autem, qui Aaronis virgam, quæ erat sicca, pullulare et germinare annuit; ipse quoque jussit hanc infractam et nudam petrâ germinare, ut ostenderet posteris, qualem ejus servus gratiam sit assecutus. Cumque senex vidisset germen, gratias egit cum lacrymis. Quod quidem germen paulatim crescens in altum, pervenit usque ad tectum, quod etiam operuit, et (ut semel dicam) post aliquod tempus ecce tres ficus produxit. Quos accipiens senex, et cum lacrymis deosculatus comedit, Deo agens gratias, qui eum de salute sua certiore fecerat: ex eis quoque nonnihil dedit suis discipulis. Et ecce arbor clamat, testans virtutem senis. Ex quo autem comedit ficus se parabat ad exitum.

C 26 Quoniam vero jam ad profundam processerat senectutem, aperuit discipulus ejus locum, ut ei ministraret. Ego itaque ad ipsum ingressus, et germen terribile spectaculum contemplatus, diligenter considerabam, quemadmodum radices egerit, et an rimas fissurasve ullas habeat petra: nec potui invenire, adeo ut ego obstupefactus dixerim: O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! quam sunt imperscrutabilia iudicia ejus, et investigabiles viæ ejus! Sciunt enim, qui diuturnam Lauræ hujus B. Sabæ habent experientiam, quod nulla in arca aut horto ficus nascatur, aut ulla alia arbor, propter multum calorem et siccitatem aeris Lauræ. Quod si quis adducat arbores parvi cœnobii, quæ sunt in via, sciat

D eas quoque fuisse opus orationis B. Sabæ. Cumque terram invenissent profundam, et torrentem aquarum pluvialium copiosum, multique aggressi essent in profunda terra plantare juxta torrentem, et tota hieme irrigarent, vix uno anno potuerunt tenere arbores, propter multam, ut dictum est, aeris siccitatem et æstus vehementiam.

27 Hæc quidem pauca ex multis selecta mandavi litteris, mittens narrare ejusde fide certamina, quæ suscepit adversus Origenis et Theodori Mopsuesteni dogmata, eorumque qui ea defendebant; item persecutiones, quas congruenter Evangelio pro decretis sustinuit Apostolicis. Sed quæ ab eo in iis gesta sunt relinquo narranda aliis: scio enim fore ut multi (sicuti est consentaneum) post ejus decessum studeant scribere ejus certamina et persecutiones et pericula, quæ sustinuit pro fide Orthodoxa; victoriasque et res ab eo gloriose gestas in tota nostra (ut semel dicam) vita, ut qui propter vitam et coruscantes ejus virtutes fuerit insignis et celebris.

28 Ut autem audiui sanctam ejus linguam narrantem, vigesimo octavo e suæ ætatis anno fuit ordinatus Episcopus, ut superius dictum est, et transegit novem annos in Episcopatu. Mansit autem in Laura prius novem annis: et in cella sedens, in qua silet usque in hodiernum diem, implevit Dei gratia quadraginta septem annos: et ecce jam pervenit ad centesimum quartum annum suæ ætatis: estque, licet valde senex, læto vultu, promptoque et alacri animo, et divina plenus gratia. Oramus autem nos quoque humiles et abjecti, ut Deus eum adhuc magis confirmet et corroboret, et ejus cursum in pace consummet. Deo autem nostro gloria in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Ab anno nonagesimo, ut conveniunt mense Decembri cum Indictione sexta debent tolli anni duo, et sic rotundo numero dicitur pro anno octogesimo octavo, qui fuit annus Christi 541.

b Calamonis Laura fuit inter Lauram Pharan et Lauram Turrium sita, sicut apparet ex Prato spirituali cap. 40. Zinus Lauram Aruadineti Latine vertit.

c Anno 542.

d Idem Zinus Latine vertit Regina vocatione, ac deinde Reginam simpliciter oppellat, quod non placet in nomine proprio.

e Perperam iterum apud Lipomanum et Surium, trigesimo anno, Græce τῷ εἰκοστῷ.

f Est hic annus Christi 557. In Menologio Basilii Imperatoris dicitur natus quinque supra centum, tunc ultimo demum senio fessus obdormivit in Domino, uti alii Græci in Menæis finiunt. In codice Vaticano 1589 ista sub finem habentur. Precibus ejus misereatur nostri, ac miseros peccatores simul conscriptos habeat in secula seculorum. Amen. Vitam vero consummavit sanctus hic senex Joannes mensis Decembris die septimo, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est gloria et potestas, in secula seculorum Amen. Quibus simul expensis videtur obitus ejus contigisse anno 558.

A CYRIL.
EX MS. GR.

apparens in
somnia ad
petita re-
spondet:

caricam in-
serens petra
aridæ ex
ejus fructu
de sua salute
certificatur:

accipit ficus
inde productos

cum stupore
scriptoris
omnia scruta-
tati:

Rom: 11

NOT. 10

multa passus
pro fidei de-
fensione

NOT. 11
e

E

f
usque ad an.
ætat. 104
vegetus per-
manet.

DE S. AGNETE ABBATISSA ET S. DISCIOLÆ SANCTIMONIALI

VIRGINIBUS PICTAVIS, IN AQUITANIA,

G. H

CAPUT I.

Cultus utriusque Virginis. Acta S. Agnetis.

Sacra veneratio Sanctarum Agnetis et Disciolæ Virginum, celebranda ad hunc xiii Maji, præscribitur in Officiis propriis Ecclesiæ Pictaviensis, in qua sub ritu semiduplici coluntur, et hæc recitatur Oratio: Servularum tuarum supplicationem, Deus omnipotens et misericors, exaudi: ut qui solennitatem Beatarum Virginum tuarum Agnetis et Disciolæ humiliter peragimus, ad te, quem verum Deum colimus, ipsis pro nobis intercedentibus, pervenire mereamur. Dein pro secundo Nocturno recitantur propriæ Lectiones, quarum prior de S. Agnete est hujusmodi. Quanti apud Deum meriti B. Agnes, prima monasterii S. Radegundis in spiritu mater, extiterit; vel ex eo licet colligere, quod eam sanctissima Regina, post tot jejuniorum asperitates, orationum ardores, eleemosynarum effusiones, ceterarumque virtutum dotes, post crebra cum sanctis viris colloquia, post divinas apparitiones et illustrationes, in tanta prudentia taotoque propriæ salutis et alienæ desiderio, toti cœtui præfecerit: demum quod multis virtutibus illustris animam Deo reddiderit. Sepulta est in ecclesia B. Mariæ, quæ nunc B. Radegundis dicitur.

2 Colitur S. Radegundis xiii Augusti, in cujus testamento sive institutione ultimæ voluntatis suæ apud Joannem de la Haye post Origines Pictavenses, et Carolum le Cointe ad annum 587 num. 5 edita, illustre hoc testimonium de S. Agnete Abbatisa habetur. Congruæ provisionis tunc roboraliter ad effectum tendit exordium, cum generalium Patrum modicis a Pastoribus ovilis sibi commissi causa auribus traditur; eorumque sensibus commendatur, quorum participatione de caritate consilium, de potestate suffragium, de oratione ministrari poterit interventum. Et quoniam... Congregationi per me Christo præstante collectæ Regulam, sub qua S. Cæsaria deguit, quam sollicitudo B. Cæsarii Antistitis Arelatensis ex institutione sanctorum Patrum convenienter collegit, institui; consentientibus beatissimis vel hujus civitatis vel reliquis Pontificibus, electione etiam nostræ Congregationis, Dominam et sororem meam Agnetem, quam ab ineunte ætate loco filiæ colui et educavi, Abbatissam institui, ac me post Dominum ejus ordinationi regulariter obedituram commisi: et formam Apostolicam observantes, tam ego quam Sorores de substantia terrena, quæ possidere videbamur, factis chartis tradidimus, metu Ananiæ et Saphiræ in monasterio positæ nihil proprium servantes... Hoc etiam deprecans, ut cum Deus prædictam Dominam et Sororem nostram Agnetem de seculo migrare jusserit, illa semper Abbatissa de ipsa Congregatione debeat ordinari, quæ Deo et ipsi Congregationi placuerit, custodiens Regulam et nihil de proposito sanctitatis imminuat, et nunquam, quod propria cujusque voluntas, hoc præcipiat. Hæc atiaque S. Radegundis, quæ Institutioni a se factæ manu propria subscripsit. Colitur autem S. Cæsaria xii Januarii, ubi cum ejus Vita edidimus Regulam scriptam a fratre ejus S. Cæsario Episcopo Arelatensi, cui xvii dies Augusti sacer est.

3 Henricus Ludovicus Castanæus de la Rocheposay, in suis Notis ad Litanias Pictonicas a se concinnatas,

quæ et seorsim editæ extant, et post ejus Exercitationes in varios Bibliorum libros, atque a Philippo Labbe tomo 2 Novæ Bibliothecæ inter Miscellanæ rerum Aquitanicarum recusæ sunt, ista scribit: xiii Maji, Agnes Abbatisa sanctæ Crucis Pictavensis, cui plurimos versus Fortunatus Pictavorum Episcopus inscripsit libro xi suorum Poematum. Fuerat Fortunatus in familiam SS. Radegundis et Agnetis assumptus, jam tum Presbyter ordinatus, ac proinde illas passim commendat. Ita lib. 3 carm. 28 ad Avitum Episcopum Claramontanum;

Commendantur item vestræ pietatis amori

Agnes, voce humili, cum Radegunde pari.

Dein lib. 5, carmine 2 ad Martinum Episcopum Galiciæ,

Cum Radegunde humili supplex pia postulat Agnes,]

Ut commendatæ sint tibi, Sancte Pater.

Ut crescente choro per carmina sancta Sororum Complaceant Domino, te duce mite, suo.

Atque adscita sibi, servetur, ab urbe Genesi,

Regula Cæsarii Præsulis alma pii.

Libro etiam 8 extat longum poema 4 de Virginitate, quod idem Fortunatus sub finem S. Agneti offert hoc modo:

Hæc tibi, cara Deo, meritis venerabilis Agnes,

Offero, quo placeant, tu faciendo colas.

Judicis ut jussu munus tribuatur utrisque,

Quando corona tibi, tunc mihi vel venia.

3 Sed aliis omissis, carmina viginti octo sunt S. Radegundi et potissimum S. Agneti inscripta, ex quibus unicum excerptimus, cum apud auctorem cetera legi possint. Estque secundum ad S. Radegundem, de Natalitio Abbatissæ, hujusmodi.

Mater opima, decens voto lætare beato.

Gaude, natalem filia dulcis habet.

Hanc tibi non uterus natam, sed gratia fecit:

Non caro, sed Christus hanc in amore dedit.

Quæ sit in æterno tecum: tibi contulit auctor,

Perpetuam prolem, dat sine fine Pater.

Felix posteritas, quæ nullo deficit ævo

Quæ cum matre simul non moritura manet..

Hinc longinqua salus teneat vos corpore victas,

Rursus in æterno lumine jungat amor.

Ceterum elucent passim in adjunctis carminibus indicia casti et fortis amoris, qua Fortunatus hos illustres Sanctitate matronas prosecutus est: apparet etiam eum haud procul ab illarum monasterio vixisse, cum hos versus pangeret, res domesticas ipsarum describens, et munuscula lactea ac florea, quæ ultra citroque deferebantur. Est et ipse Fortunatus Litanis Pictonicis inscriptus, et ad xiv Decembris in Notis Castanæi relatus: quo die sub rita duplici coli in Ecclesia Pictavensi indicatur in Officiis propriis.

CAPUT II.

Acta S. Disciolæ.

Henricus Ludovicus Castanæus de la Rocheposay, in supra indicatis Litanis Pictonicis, invocat S. Disciolam, de qua in Notis ista indicat: xiii Maji Disciola,

SRC. VI

Cultus sacer.

B

Lectio propria de S. Agnete,

sub Regula S. Cæsariæ

C

prima Abbatissa.

Invocatur in Litanis Pictonicis:

commendatur Episcopis Avito,

E

et Martino.

Offeritur poema de Virginitate.

Filia Spiritu-
tualis S.
Radegundis.
F

A ciola, B. Salvii Albigenſis Episcopi neptis, monialibus sanctæ Crucis Pictavenſis olim annumerata est : de cujus felici obitu agit Gregorius Turonensis, hystoriæ lib. 6 cap. 29, ex qua relatione duæ sequentes lectiones assignantur in Officiis propriis Ecclesiæ Pictaviensis, recitandæ pro secundo Nocturno ad hunc diem xiii Maji. In monasterio B. Radegundis puella quædam, nomine Disciola, quæ B. Salvii Albigenſis Episcopi neptis erat, obiit hoc modo. Cum agrotare cœpiſſet, et ei assidue Sorores aliæ deservirent ; venit dies ille, quo migraret a corpore : et circa horam nonam ait Sororibus : Ecce jam levioſe me sentio : ecce nihil doleo. Nunc autem discedite a me, quo facilius sopori relaxer. Hæc audientes Sorores ejus, recesserunt parumper a cellula : et post paululum advenerunt. Denique stantibus illis coram ea, expectabant quid ab illa locutionis audirent. Ipsa autem expansis manibus, benedictionem a nescio quo efflagitans, ait : Benedic, inquit, mihi Sancte, ac famule Dei excelsi : ecce enim jam tertio fatigaris hodie mei causa. Et cur, Sancte, pro infirma muliercula crebras injurias sustines ? Interrogantibus vero illis, ad quem hæc verba proferret, penitus non est efflata. Tunc facto modico intervallo, emisit vocem magnam cum ritu, et sic emisit spiritum. Et ecce quidam energumenus, qui tunc ad beatæ Crucis gloriam mundandus advenerat, arrepta manibus

cæsarie, collisit se in terram, dicens : Heu ! heu ! D heu nobis ! qui tale damnum perpeſſi sumus. Vel licuiſſet prius causas inquirere, et sic de potestate nostra fuiſſet ablata hæc anima. Inquirentibus vero his qui aderant, quod eſſet hoc verbum quod loquebatur, respondit : Ecce animam puellæ Michael Angelus suscepit, et ipse eam ad cœlos evehit. Princeps vero noster, quem vos diabolus nominatis, nihil in ea participatur. Post hæc corpus aquis ablutum ita candore niveo refulgebat, ut nullum linteum reperire Abbatissa potuiſſet in promptu, quod corpore candidius cerneretur. Induta tamen linteis mundis sepulturæ mandata est. *Hactenus Gregorius Turonensis. Hanc Virginem inscripsit Sacro Gynecæo Arturus du Monſtier ad diem x Martii his verbis : Pictavis S. Disciole Virginis B. Radegundis discipulæ, virtutum meritis spectabilis. Verum dictus Arturus sæpe deprehenditur ad libitum definire Natus plurium, quando proprios ignoravit. Meminit ejusdem Carolus le Coiute in Annalibus Ecclesiasticis Francorum od annum DLXXXIII uom. cl. Perum quia Turonensis mor capite sequenti xxx scribit, eodem anno Tiberium Imperatorem migravisse a seculo, potius utriusque mortem referimus ad annum DLXXXII. At S. Salvius Episcopus Albigenſis, cujus hæc Virgo neptis erat, mortuus est x Septembris anno DLXXXV.*

a S. Michaeli
in celum
delata sit.

Memoria
10 Martii.

E

DE S. DOMINICA VIRGINE

APUD LACUM COMENSEM IN INSUBRIA.

D. P.

SEC. VI

Fratri suo
S. Agrippino
Ep. Com.
consepulta.

C omensi apud Insubres Ecclesiæ præfuit secundum ipsius Catalogos decimus tertius S. Agrippinus, ab anno DLXVIII ad DLXXXVI, die xvii Junii commemorandus, qui sepultus in insula Comacina ibidem requievit, usque ad ultimum insula illius excidium, ex mandato Friderici Imperatoris factum anno MCLX, quando ad D. Petri salutem ossa ejus translata sunt ; atque hoc etiam pavens post annos destructo, deportata ad ecclesiam Aquæ-Frigidæ, anno MCLXVII extractum a Cisterciensibus monachis, et deposita sub majori altari ; uti ad prædictum diem ex certioribus monumentis probat Martyrologii Novocomensis auctor, Primus Aloysius de Tattis, contra Ferdinandum Ughellum, hujus postremi loci fundationem S. Agrippino ipsi adscribentem : qua de re proximo mense plenius agrudum nobis erit. Nunc quod ejus loci memnerimus fuerit S. Dominica, ipsius Sancti Episcopi soror, paulo post illum defuncta, et juxta fratrem sepulta, simulque de novo in alterum locum translata. In prælaudato Martyrologio, Ipso etiam die, quo scilicet Cathedralis ecclesiæ Dedicatio et tertio SS. Pion et Hyacinthi translatio commemoratur, id est hoc xiii Maji, præscribitur cultus S. Dominicæ Virginis, D. Agrippini Comensis Episcopi sororis : quæ sicuti fratrem æmulata est vitæ sanctimonia, ita cum eodem meruit a Domino in æterna beatitudine coronari : cujus sacra pignora nunc in ecclesia monachorum Cisterciensium, apud Larii ripam, condigna veneratione coluntur.

2 Quidquid de ea nunc dici aut sciri potest complexus est hujus Martyrologii auctor, partim in sua ad ipsum Annotatione, partim in epistola postmodum submissa. Verba Annotationis jam indicate hæc sunt : De Dominica Virgine agit Lazarus Caraffinus Episcopus Comensis, in Diptycha Antistitum hujus urbis num. 13, et in Catalogo Sanctorum et Beatorum, quorum corpora in civitate et diœcesi Comensi requiescunt ; Philippus Archintus, in Tabella Sanctorum Ecclesiæ Comensis ; Quintilius Lucinus Passalacqua, in i Epi-

tola Historica ; Franciscus Ballarinus, in Chronico Comensi part. 3 cap. 2 ; Petrus Maria Campus, Historicæ Placentinæ lib. 8 ; Ferdinandus Ughellus, Italiæ sacræ tom. 5 in serie Episcoporum Comensium num. 13 ; Robertus Russcha monachus Cisterciensis, in descriptione cœnobii Aquæ-frigidæ, quam typis Landensibus in lucem edidit anno 1619 ; et Lelius Fravezzius, in Diario Novocomensi ad diem xvii Junii. Nos quoque de eadem nonnulli disseruimus lib. 8 Annalium Novocomensium a num. 73 ad 77.

3 Nemo ambigit de gloriosæ hujus Virginis sanctitate : digladiantur tamen inter se scriptores, quæ et qualis fuerit ejus vita. Franciscus enim Ballarinus, indubitanter affirmat una cum Ferdinando Ughello, Dominicam fuisse in asceterio S. Joannis Baptistæ, nunc S. Margaritæ, Novocomi moniale : quam etiam credit sociam SS. Liberatæ et Faustine circa annum Domini nxc, quo eam obiisse putat. Sed in hoc monasterio nulla viget aut in tabulis aut in picturis aut ulla majorem traditione hujus Virginis memoria : quæ procul dubio perduraret, si una cum sanctis Sororibus communem in hoc celeberrimo loco vitam duxisset. Plane si Dominica suos ibi clausisset oculos, aliquod sui vestigium ibidem reliquisset : et sacræ Virgines, adhuc ibi perseverantes, præclarum hoc decus non contemnerent : quæ sicut maxima pietate Liberatam et Faustine colunt, ita Dominicam venerantur et sibi vindicarent.

4 Contra Ballarinum Robertus Russcha existimat, illam vixisse inter Moniales SS. Faustini et Jovitæ, cujus asceterium olim erat in insula Comacina : qua funditus excisa a Novocomensibus, Moniales se receperunt ad continentem, quæ Campus appellabatur, ubi novam sedem fixerunt. Verum neque unquam Campi Moniales Dominicam agnoverunt, neque de ea servant vel leve in prisca sui monasterii codicibus monumentum. Ut propterea jure credendum

non fuit
monialis ad
S. Joannem
Baptistam.

P

neque ad
SS. Faustinum
et Jovitam,

Sanctas
diœcesis an-
numerata ab
auctoribus,

quomodo ab
apparente
ter Sancto
evocata ;

A credendum sit, Dominicam apud eas domicilium non habuisse, atque adeo sacram Deo virginem non extitisse, ut Ballarinus et Russcha contendunt, licet dissentiant in assignando monasterio quod ipsa incoluerit. His addere licet, quod cum insulæ Moniales ad insula transmigrarint, ad locum quem nostra hac tempestate tenent; si ante cum illis Christo mancipata convixisset Dominica, illius et reliquias probabiliter possedissent, et eas secum ad nova claustra asportassent: præsertim quia nulla ratio cogebat, ut ipsæ venerandæ suæ Sororis exuvias cederent Cisterciensibus monachis, incolis Larii recentioribus: quippe qui anno tantum Domini MCLII has oras inhabitaverint; ipsisque nulla jura favebant, ut Dominicæ corpus ab insulæ Monialibus extorquerent.

sed videtur
in seculo
ple vizisse.

B Veritati igitur magis est consentaneum, Dominicam, non inter septa monasteriorum virginitatem suam illibatam servasse; sed in seculo, seculari quidem amictu, sed procul ab omni vanitate et levitate muliebri; ut eam decebat, quæ sibi Sponsum immortalem delegerat, eique conabatur tota cordis et corporis puritate inservire. Qui ante Franciscum Ballarinum et Robertum Russcham Dominicam laudarunt, ne verbum quidem de illius religione inter S. Benedicti Ascetrias fecerant. Ex quo facile colligitur, ipsam tanti Patriarchæ institutum coluisse, Ballarini et Russchæ commentum omnino fuisse. *Hactenus ille: quibus adde, si placet, perquam incer-*

tam esse, utrum adeo cito post S. Benedicti mortem (obierat enim hic anno DXLIII) monasterium ullum habuerit Insubria, quod Regiæ Benedictinæ professionem susceperit; quæ potissimum sese diffundere cepit, post monasterii Casinensis restorationem sub S. Petronace initio seculi VIII.

6 Quod ad patriam S. Dominicæ attinet, eam haud dubie habuit communem cum fratre: sed vereor ne soli nominis Agrippini forma fecerit, cum ab aliquibus Germanum credi, Coloniæ Agrippinæ natam; Comam ex divino instinctu advectam, sub extremum S. Joannis Episcopi Comensis tempus annuque DLXVII, qui ejus cognita sanctitate curaverit prævisuasiouibus, ut post suum excessum eligeretur Episcopus. Non ita facile temporibus illis aliunde quam ex proprio Clero Episcopos sibi assumebant Ecclesiæ: si tamen id factum fuit, votivæ ad limina Apostolorum peregrinationis occasione Comam appulisse crediderim Agrippinum cum sorore Dominica: de cujus cultu speciali rogatus nos edocere distinctus prædictus R. D. Primus Aloysius de Tullis, in hæc verba respondit anno MDCLXXVIII, XIV Martii S. Agrippini cultus exploratissimus est: nam quotannis per urbem et diocesium Novocomensium memoriam ejus instauramus in Officio ecclesiastico: de B. Dominica vero quod postulatis, addo eam quidem non esse in nostro adnotatum Calendario, sed tamen habere ecclesiam in introitu Vallis-Tellinæ nomini suo sacram, in qua magna celebritate colitur.

D
AUCTORE D. P.

Quo funda-
mento dica-
tur advenisse
Coloniz
Agrippina?

propria ejus
ecclesia.
E

DE SANCTO PAUSICACO

EPISCOPO SYNADARUM IN PHRYGIA.

SEC VII

Elogium ex
Menologio
Basili Imp.

C **G**ræci celebrant hunc sanctum Episcopum die XIII Maji, et quidem in Menologio Basilii Porphyrogeniti Imperatoris hoc ejus proferunt elogium: Sanctus Pater noster Pausiacus, oriundus ex urbe Apamea, piorum parentum filius, medica instructus arte, urbes ac regiones peragravit, ægrotos omnes absque ulla mercede curando. Deinde cum mundum odisset, ac Christi amore flagraret; in quoddam monasterium se recipiens, monachus effectus est: atque adeo in virtute profecit, jejuniiis, vigiliis, et assiduis precibus vacans, ut maximis a Deo gratis donatus fuerit, solo pane ac modica similiter aqua vesci solitus. Ob ipsius autem virtutem, a Cyrico Patriarcha Constantinopolitano, quamvis non desideraret, Synadarum Episcopus initiatus fuit sub Imperio Mauritii; quem et ipse a gravissimo morbo curaverat. Postea creditum sibi gregem recte gubernans, vixit usque ad Imperium impii Leonis Iconomachi, atque extremam senectutem nactus, migravit ad Christum. *Hæc ibi: quibus similia leguntur in MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanae Parisiis in Collegio Societatis Jesu adservato, item in Menologio Cardinalis Sireti, et ubique adnotatur summa et extrema ejus senectus, Græcis βελῆς γήρας. Et profecto juxta prædicta vixisset in suo Episcopatu XV aut XVI ultra centum annos. Nam Mauritius Imperator, quo vivo ordinatus est Episcopus, a Phoca successore interemptus anno DCI, die XXVII Novembris, et Leo Isauricus suscepit Imperium XXV Martii anni DCXXVII, ad cujus usque tempora vixisse S. Pausiacus dicitur in jam relatis tribus elogis. Interim in magnis Græcorum Menæis, et apud Maximum Cytiorum Episcopum ἐν βίωσι ζήτων nulla Leonis fit mentio, in satis longo encomio, quod subjicimus et est hujusmodi.*

Synaxario
MS et Menol.
Sireti,

cum ætate
monstrata.

stribus et generosis et Christianæ fidei cultoribus. Adolescens inedia, assiduis precibus et vitæ austere disciplina seipsum emaciavit et edomavit: unde religiosam et asceticam viam ingressus, modico pane et aqua vitam toleravit, operamque medicinæ dedit, sanique corpora et animos sanavit: acrisque in demones bello suscepto, eos in fugam vertit, abortus levavit, incurva silicerni corripuit, aliaque admiranda prodigia fecit. Fama autem, que omnia aperit et vulgat, de illo ad Archiepiscopum Constantinopolitanum (Cyricus is erit) delata, Synadarum Ecclesiæ præfigitur: ubi statim facti divini verbi homines ut lupos grassantes persecutus, ab ovilibus aruit, et gladio verbi patrii membra rescivit, ne sincera pars Ecclesiæ ab illis corrumpetur. Ita sua ovilia sua ac integra servavit, triumphavit. Venit inde Constantinopolim, et cum Mauritio Imperatore congressus, ipsius quo detinebatur morbum curavit: impetravitque, ut civibus suis annuum vectigal, auri neque libræ, cum aureo sigillo, in quo additamentum ad annuam pensionem inscriptum erat, condonaret. Revertens vero Synadas, cum Solmi esset, sulis precibus aquæ scaturigenam produxit, suorumque comitum sitim inde levavit. Deinde post vitam præclare pieque peractam, multisque salutem procuratam, ex humanis excessit, atque ad desiderata ganlii transiit. *Hæc in dictis Menæis, absque mentione ætatis senectutis, et in di Leonis Iconomachi. Quod si hujus loco substitueretur impii Imperator Monothelita Constantinus, qui anno DCXIII imperavit? Adhuc grandem sulis esset assecutus senectutem, et aliquantulum sub Imperio Mauritii Episcopus fuisset. Si Vita ejus aliqua a cœteris scripta reperiretur (scripta enim eam aliquam persuadet miricula, tam specificè relata in posteriori elogio) aliquid certius posset forsitan erui. Est autem Synada, seu Synadæ metropolis*

Aliud elogium
ex Menæis,

F

in quo tantæ
ætatis mentio
nulla.

2 Natus est Pausiacus Apameæ, parentibus illu-

A polis Phrygiæ Salutaris, a qua circiter LXXXV millibus passuum distat Apamea, patria S. Pausicaci. At Cypriacus Patriarcha, qui illum Episcopum constituit, in

dictis Menais refertur xxvii Octobris. Inter Latinos nuper S. Pausicacum in Catalogo generali suo Ferrarius retulit, alibi de eo hactenus nihil invenimus.

DE SANCTO NATALE

ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI.

G. II.

ANNO DCCLI

Cultus sacer.

Antiquum S. Natalis cultum, ad hunc xiii Maji apud Mediolanenses recurrentem, indicant vetusta Missalia hujus Ecclesie secundum morem S. Ambrosii, qualia habemus anno MDXXI et MDLX excusa, itemque Breviaria anni MDXXXIX, et anni MDCCXXV, cum antea in Breviario anni MDLXXXVII ejus memoria esset omissa. Memoratur etiam a Galesinio in suo Martyrologio, Ferrario in Catalogo generali et alio Sanctorum Italiae, atque ab aliis rerum Mediolanensium scriptoribus. In præcitato Breviario anni MDCCXXV, pro Officio solenni præseribitur, secundum usum dictæ Ecclesie, Lectio iii de vita ejus, quæ est hujusmodi :

B

Elogium ex Breviario,

2 Natalis, Pastor hujus Ecclesie Mediolanensis, mirifica fuit eruditionis et ingenii fama : ac præcipue de eo traditur; quod Græcas Hebraicasque litteras eximie didicisset. Doctrinæ autem et ingenii sui vim etiam scriptis declaravit, quæ adversus fidei Catholicæ hostes edidit. Cælestia porro merita ejus multis post mortem et in vita miraculis illustrata fuerunt. Reliquiæ corporis ejus in S. Georgii æde, quæ dicitur ad Palatium, summa cum veneratione asservantur. Hæc ibi, quæ eadem leguntur in Lectionibus propriis editis ad usum illorum, qui in ea diocesi Romano ritu utuntur, quibus præseribitur Officium sub ritu duplici. In Tabula Archiepiscoporum Ecclesie Mediolanensis, ex decreto Concilii Provincialis iv sub S. Carolo habiti, illud habetur elogium.

ex Tabula Archiepiscoporum

3 S. Natalis, Latina Græcaque eruditione valde præstans, et Hebraice doctus etiam, eximiusque Catholicæ religionis cultor, Zacharia Pontifice Archiepiscopatum suscepit, et gessit usque adeo religiose, ut exantlatis multis pro fide laboribus, demum sancte in Domino quieverit in Idus Maji, sepultus in basilica S. Georgii, quam is ædificavit. Sedit annum unum, menses duos. Hæc ibi. S. Zacharias Papa præfuit Ecclesie a mense Decembri anni MCCXLI, usque ad annum DCCLII, et colitur xv Martii, ad quem diem ejus Acta edidimus. Subjungimus quæ Ferdinandus Ughellus in Archiepiscopis Mediolanensibus de Natale scripsit.

C

et Ughello.

4 S. Natalem S. Zacharias Papa in Mediolanensem Archiepiscopum ordinavit anno DCCXLIX, vel ut alii volunt DCCXLVII. Hic tum linguæ Græcæ tum Latinæ peritia clarissimus fuit, ritusque Ecclesiasticos peritissime calluit. Scripsit contra Arianos, quorum hæresis reliquiæ repullulare videbantur. Duos omnino annos Mediolanensem administravit Ecclesiam, laureamque decedens sanctitatis tulit a Stephano secundo Romano Pontifice, in Idus Maji, quo ipso die ejus festum celebrari est captum : sepultusque est apud S. Eustorgium, quod ipse templum excitaverat a fundamentis vel ut alii volunt, apud S. Georgium in Palatio, ubi Canoniam instituerat. Ceterum ut de sepultura Natalis scriptores varie narrant, sic nihilo constantius de ejusdem Pontificatus tempore sententiam ferunt. Ut enim vetustas obscura, ideoque recondita est; sic dum aliquid in ea expiscari conamur, conjecturis rem agimus; experturi, an propius accedamus ad scopum, qui computandæ ætatis, atque annorum certa ratione caremus. Hæc Ughellus. Panvinius in Chronico Ecclesiastico assignat Sedi ejus annos duos,

menses duos. Illum ferri a Stephano II, aliis III Pontifice Summo in Sanctos relatum tradunt Ferrarius et Besutius : addit hic basilicam S. Georgii ab eo constructam. Quæ fere omnia habet Paulus Morigius in Sanctuario urbis et diocesis Mediolanensis pag. 76, ubi de basilica S. Georgii agit : at pag. 63 describit basilicam S. Eustorgii absque mentione S. Natalis.

5 Certiora esse videntur quæ habemus in parte 3 Catalogi Episcopalis, hæud diu post ipsius S. Natalis mortem, ut nobis videtur, scribi capta, et deinceps ad annum usque MLXXXIV continuata, in qua ista leguntur : Natalis Episcopus, sedit menses xiv, obiit pridie Idus Maji, sepultus est ad S. Georgium : ad quem locum diximus, pro pridie Idus, assumptam videri diem præcedentem, quando captus est in Ecclesia coli : eo quod ipsa et vera mortis dies impediretur Translotione S. Victoris, jam antea solenni; neque vacarent ipsæ Idus, quæ potius assumi debuissent, Officio S. Evasii Episcopi Martyris occupatæ. Ibidem ostendimus tempus sedis certius statui non posse, quam si ordinatus mense Martio anni DCCXL, mortuus ponatur DCCXLI mense Majo : quo ipso quidem anno Pontificatum capit Zacharias Papa, sed mense Novembri exeunte; ideo ut, jnata hunc calculum, quo non facile fideliores inveniet aliquis, mors Natalis septem fere mensibus Zachariæ initio præcesserit. Nicolaus Brautius in Martyrologio Poetico hoc eum disticho honorat.

Tempus Episcopatus ex antiquo Catalogo.

E

Eximius Præsul sacros depromere sensus,

Eloquio linguæ triplicis aptus erat.

6 Hunc eundem Natalem Hispani sibi arrogant, quasi ante fuisset Episcopus Toletanus, dein Mediolanensis, nisi auctoritate Dextri, Juliani Petri, et maxime Luitprandi in Adversariis, in quibus dicitur obiisse, xiii Maji anno CCCLIV. Verum deficit horum tractatum nuper excogitatorum auctoritas, et nulla Natuli tribuitur veneratio in antiquis Breviariis et Missalibus Toletanis, qualia sunt jussu Francisci Ximenes Archiepiscopi Toletani edita anno MD et MDII, aliaque postea recusa anno MDLI, MDCCVII, MDCCXVI et MDCCXXXVIII. Si quis tamen delectetur hisce inventiunculis, adeat Tamayum Salazar in Martyrologio Hispanico aliosque ab eo citatos, quos non lubet hic proferre. Pars aliqua attingetur xxv Maji ad vitam S. Dionysii Mediolanensis Episcopi, anno CCCXLV in exilium acti, substituto in ejus locum Auxentio, qui totis triginta annis Episcopatus illi incubuit, et vix sero damnatus ut Arianus, latam a Damaso depositionis sententiam elusit usque ad mortem; non laturus ut Catholicis suum seorsim Episcopum seu Proepiscopum haberent in ea civitate, ubi poterat omnia, non tantum sub Constantio Ariano, sed etiam sub Valentiniانو, Christianissimo quidem Principe, Ariani tamen nequaquam molesto. Qua outem ratione persuaderi sibi visisset Toletanus Episcopus aliquis, ut permissus redire ab exilio, dimissa propria Ecclesie cura, ubi proniora habiturus erat ad restituendam pietatem omnia, hæreret in aliena, ubi erant impedissima cuncta, propter Auxentii quam dixi præsentiam et potentiam? Pari stultitia idem Natalis fingitur SS. Justi et Pastoris Martyrum frater, ex patre Hispano Vitali, qui ex primis in Italia nuptiis Natalem, et ex secundis in Hispania Martyres istos genuerit.

Idem etiam Hispanis tribuitur,

F

cum turpi anacronismo.

DE S. SERGIO CONFESSORE

CONSTANTINOPOLI IN EXILIUM ACTO.

G. H.

SUB ICO-
NOMACHIS.Elogium ex
Menologio
Basili Imp.cum nomine
Leonis,a Baronio
Isaurici cog-
nominati:aliud ex MS.
Synoxario

Celebris est memoria S. Sergii Confessoris apud Græcos : ac primo in Menologio Basili Porphyrogeniti Imperatoris hoc ejus elogium extat : Sergius Christi Confessor, Constantinopoli natus, nobilium ac divitum parentum filius fuit. Cum vero sacrosanctas ac venerabiles imagines cultu prosequeretur, ab iconomachis fuit comprehensus, et ad impium Imperatorem Leonem adductus, modo blanditiis, modo minis jussus fuit a sacrarum imaginum cultu recedere. At cum non assentiretur, sed potius tyrannum tamquam rem abominandam detestaretur, ejusque sermones et minas tamquam nugas contemneret, ac summa animi fiducia pronuntiaret, sacras imagines esse colendas, et ab omnibus Christi fidelibus merito honorandas, perinde ac si honor ille Prototypo, cuius est imago, exhiberetur; fune ejus collo alligato, tamquam scelestus ac maleficus, per fora protractus fuit: deinde in carcerem detrusus ac publice reus denunciatus est, divitiisque suis orbatus, una cum uxore sua Irene ac liberis relegatus fuit: ubi cum mala plurima gravesque inimicitias sustinisset, emigravit ad Christum. *Hæc ibi. At quis hic Leo Imperator fuerit, non indicatur. Baronius Leonem Isauricum interpretatus, refert in Annalibus martyrium S. Sergii ad annum dcccxxxv.*

B

2 Contra in MS. Synoxario Ecclesie Constantinopolitane, asservato in Collegio Claromontano Societatis Jesu Parisiis, tribuitur hæc persecutio Theophilo Imperatori, qui imperavit ab anno dcccxxix usque ad annum dcccxlvi, de cujus crudelitate egimus ad Vitam S. Theodoræ ejus uxoris xi Februarii. In dicto autem Synoxario ista leguntur: Eadem die, xiii Maji, me-

moria sancti Patris nostri Sergii Confessoris. Hic prognatus erat Constantinopoli, ex Parentela illustri et magna, sacrarum et venerabilium imaginum cultor: qua de causa jussus est apparere coram persecutore et impio Imperatore Theophilo, ac funibus circa collum constrictus, per forum sicut malefactor est circumductus; dein divitiis, quas plurimas habebat, spoliatus, una cum uxore sua Irene ac liberis in exilium ablegatur, ubi multas tribulationes ac varias tentationes perpessus, migravit ad Christum. *Hæc in dicto Constantinopolitano Synoxario.*

3 Aliud denique encomium ejusdem Sancti habemus in magnis Menais Græcis excusis, sed omissio nomine Imperatoris, quod est hujusmodi. Eodem die S. P. N. Sergii Confessoris. Sergius et genere clarus magnusque, et illustri animo celebrabatur. Delatus igitur est apud impium et persequentem Imperatorem propter sanctarum et sacrarum imaginum cultum, funeque ad collum ejus ligato, per forum populosum actus et circumactus, sannis contumeliisque affectus et oneratus fuit: postea omnibus suis bonis exutus, in carcerem est detrusus: ac tandem cum uxore, liberis ac tota familia fuit in exilium ejectus: adeoque ex alienis etiam malorum ærumnis triumphat, variis calamitatibus conflictatus. Unde a Deo vocatus est in cælum, digna ab agonotheta Christo præmia accepturus. Simile elogium formavit in suo Menologio Siretus; omissio etiam Imperatoris nomine. Memoria autem hujus S. Sergii celebratur in Martyrologio Gallico, excusis Leodii anno mdcxxiv, et apud Ferrarium in Notis suis ad hunc diem Catalogi generalis.

cum nomine
Theophili:tertium ex
Menais Græ-
cis absque
nomine Im-
peratoris.
E

DE S. ROLENDE VIRGINE

GERPINIÆ IN COMITATU NAMURCENSI.

G. II.

SEC. VII
AUT VIII

Cultus sacer

et transla-
tio corporis
in novam
cupam.Memoria in
Fastis,

Namureum, urbs jam Episcopalis ad Mosæ et Sabis fluviorum confluentes, caput est Comitatus, inter Belgicas provincias numerari soliti. Sub hoc recensetur Gerpiniæ, celebris pagus inter Tudinium et Fossas oppida, Lomacensis olim territorii inter Sabim et Mosam, Decanæ Boviniensis, a Namurco quinque circiter leucis sed vix duabus dissitus Fossis. Magna et laude prorsus dignissima est populi hujus erga S. Rolendam Virginem religio. Hujus rei fidem facit templum et imprimis chorus eleganter arcuatus, sub quo secretiora loca subterranea pari artificio concamerata conspiciuntur. In hoc templo quiescit ejus corpus, pro cujus majore veneratione capsula argentea affabre facta est, hinc inde marmorata, ab iisdem Gerpiniensibus egregia liberalitate curata: in quam Reverendissimus Dominus Jacobus Blasæus, Namurcensis Episcopus, sacra Virginis ossa anno mdcxc hoc xiii Maji, quo colitur, reverenter transposuit, presente Ægidio Monæo Societatis Jesu Sacerdote, qui ista in sua de Sanctis Namurcensibus historia MS. testatur

2 Memoria S. Rolendis ad hunc xiii Maji notatur in MS. Florario Sanctorum his verbis: Eodem die Rolendæ, alias Dolendis, Virginis, quæ iliacam passionem et vitium lapidis sanare connevit. Grevenus Carthusianus Coloniensis, in additionibus ad Usuardum Maji T. III.

anno mdcxv et mdcxxi excusis, ista commemorat: Rolendæ Virginis, quæ invocari solet contra iliacam passionem et calculum. Molanus in prima editione Auctarii ad Usuardum, addit: Cujus corpus requiescit Gerpiniæ in diœcesi Namurcensi. Similia leguntur in Martyrologio Germanico Canisii, Gallicano Saussayi, et alio Gallice Leodii anno mdcxxiv edito, item in Fastis Belgicis Muræi, et Coloniensibus Gelenii. Arnoldus Raysius in Hieroglyphico Belgico pag. 230 hæc scribit: Corpus S. Rolendis Virginis Gallicanæ, quæ nuptias potentis proci fugiens, Gerpiniæ pie defuncta est. Quotannis in feriis Paschalibus (Molano Pentecostalis) feretrum argento cælatum, in quo sacra Virginis exuvie custodiuntur, per parochiæ circuitum processionaliter defertur. Illa autem supplicatio ad quinque passuum millia sese extendit, ita ut sacris post medium noctis peractis, circa crepusculum matutinum ad iter, magna etiam populi conflente caterva, progrediatur. Juxta sacellum in ejus honorem dicatum spectatur mausoleum, ubi hæc Virgo telluri mandata fuit, ad quatuor aut amplius pedes a terra elatum, ex nigro ac tersissimo marmore his litteris exaratum: Diva Rolendis, summi Desiderii Galliarum Regis filia, mea hic ossa quieverunt. Curo stranguriam Dei permissu, her-

F

Annua pro-
cessio,

epitaphium,

A niam, cæcitatem, præter languores ceteros. Me implorate, mea qui opera egetis.

3 *Hæc ibi et magna simplicitate posita. Ubi pro filia Regis, legendum esse Dynastæ alicujus in Gallia arbitrorur. Nomen autem Desiderii fuit apud Gallos frequentissimum. Hinc Episcopi dicto nomine appellati sederunt Turanne, Autissiodori, Cabilone, Cadurci, Lingonibus, Viennæ et aliis Galliæ urbibus. Memini et Gregorius Turonensis Desiderii Ducis, sed qui diu ante vixerat. Est et oppidum in Picardia superiore Desiderii-mons, sive Mondiderium dictum, medium inter Arabianum et Compendium. Sed quid tam longe divinando expatiatur? In ipso de quo agimus ad Sabim tractu, inter Fossas et Marchianas ad Pontem, eriguo quatuor leucarum intervallo, omnia inveniuntur loca, quorum in hac Legenda fit mentio: dictis enim Marchianis, trans Huram fluvium, spatio unius leucæ adjacent Marchianæ alæ, in Monte-Desiderii positæ, vulgo Mon-Desir Marchiennæ. Hunc Sanctæ patriam si dixerimus, fuga ejus in proximum Villarii a Poteria cognominati oppidum, vulgo Villers la potry, iter vix plusquam leucæ unius fuerit: et hinc impulsus Gerpiniæ, dimidia vel paulo plus leuca distantem, una autem a*

B *Fossis leuca, ibidem infirmata obierit: sed hæc omnia auerit in immensum traditio; et a longiaquitate terrarum, per quas advecta, et potentia generis ex quo nata, proci etiam a quo expetita conditione Regali, admirabilitatem addiderit narrationi tanto majorem, quanto verosimilitudinem plus detrahebat. Nec e longinqua admodum advenerit mater, filię sepulcrum veneratura, ac inde itura Fossas ad S. Follanum, ibique suam oblationem factura. Sic autem rectum instituebatur iter Coloniam versus. Sed hæc ad ulteriorem disquisitionem proponimus ipsis Gerpiniensibus et Namurensibus. Thomas Dempsterus in Menologio Scotico ad xiv Maji, Gerpiniæ, inquit, inter Tudinium et Fossas, Rolendis Virginis: quæ in Gallia nobilibus orta parentibus, cum a Scotorum Regis filio in conjugem expeteretur, maluit Christa nubere, ad quem in fuga terreni Sponsi migravit. Idem Thomas Dempsterus xiii Junii: Gerpiniæ, Rolendis per Obertum Leodiensem Episcopum elevatio.*

4 *Præterea hæc facit, quod Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii indicat his verbis: Litteras canonizationis, sigillis munitas, putant majores sese sæpius vidisse, sed cum multis aliis in subitanea templi conflagratione periisse, scilicet, ut ad Molanum observant Doctores Duucenses, anno mDL. Unde, addit Molanus, eis sola superest historia, sive Vita S. Rolendis: quam sub præmissa cautione damus ex MSS. Canoniorum Regularium cænobiorum Rubec-vallis prope Bruxellas, et Corsendonceni juxta Turnhoutum; in quo derrat Prologus. Eandem Vitam, sed contractam, habet Monachus in citata MS. historia de Sanctis Namurensibus. Eandem, sed plenioram, edidit anno mDCXX Crispinus Paradis, loci Plebanus, ex vetustissimo MS. Codice loci ipsius, quam libro 9 Historiæ S. Ursulæ cap. 6 inseruit Hermannus Crombach. Est hæc ultima stylo meliore a posteris correctæ. Auctor vixit post multum temporis decursum ab elevatione corporis, sub initium seculi duodecimi facta: ergo quatuor aut quinque post ætatem S. Rolendis secuit, ut non mirum sit si genus hujus Virginis non potuerit assequi. Idem, se vident, miraculum unum alterumque testatur pertratatum.*

VITA

Ex variis codicibus MSS.

P ro admirationis speculo et imitationis incitamento proposita sunt nobis sanctarum Virginum exempla, suggerente Domino, ut qui potest capere capiat.

Ipsæ enim vario modo certaverunt viriliter, contra mundum, carnem et diabolum, in præsentis exilii curriculo, pro æternæ retributionis bravio, præoptantes castitatis sigillum illibatam conservare potius, quam illud temporalis vitæ jucunditate attainare. De quarum numero extitit inclyta Virgo Rolendis, quæ consummata in brevi explevit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius. Hujus ergo gesta compendiose subnectimus, ut in ejus miraculis copiose spatiamur.

2 Fuit vir genere clarus, dignitate reverendus, nomine a Desiderius: qui nobilium stirpe progenitus, ac Regiæ majestatis heres inclitus, Gallicis gentibus imperavit: qui dum ætatis adhuc teneræ tanto præfulgeret imperio, creandæ sobilis amore permotus, tantæ Celsitudini condignam antiquorumque Regum nobilitate exortam conjugem honestissimam sibi legali copula sociavit. Iste si quidem naturæ studio temperatissimo invigilans affectu, unicam filiam, Rolendem nomine, meruit procreare. Pater autem prædictus, hujus nativitati primordiali arri-dens favore, ipsam, tamquam Gallorum imperio destinatam, regalibus nutrimentis instituit educari. Hæc tandem adulta claro lumine totam respersit provinciam: ardebat enim fides in pectore, religionisque dignitas coruscabat in facie. Quanto autem gradu altiori ceterarum Virginum choris præeminabat, tanto virtutum flore generosior et morum honestate lucidior apparebat. Fama ergo innovante, qua nihil velocius, nomen tantæ Virginis vitæque discretio admiranda, non tantum Latinorum Principum, verum etiam nobilium Regum finibus in remotis aures intentas cum omni laudum vigilantia commovit.

3 Regis denique b Scotiæ filius, Miles probatissimus, communi [præconio] laudes ejus percipiens, in amore ipsius protinus exarsit: floremque militiæ apud Gallicanas partes frequentiori usu exercens, ut dilectæ Rolendis fruere alloquio, Desiderii patris ejus curiam aliquando intravit. Ab ipso igitur Principe, tum hospitii gratia tum tanti viri reverentia susceptus, a beata Virgine, quæ tota intentione totisque viribus quotidianum Creatori suo servitium impendebat, pompisque regalibus abrenunciare proposuerat, neglectus est. Juvenis igitur prædictus multo magis tædæ jugalis amore compulsus est, ut virginitatis incorruptæ lilia prælibaret, ipsamque Virginem sibi uxorem dari in matrimonio postularet. Pater vero super hac re consilio brevi inito, omni applaudente curia, dignum tanti honoris sibi adoptans generum, virorum nobilium fretus consortio, amantis voto consensit. Virgo autem opus Deo perfectum exhibens, ut inter perfectos Christi sectatores annumerari mereretur, nihil sibi proprii retentans, sed regnum et Regum insignia tamquam transitoria vilipendens et vituperans, simplici tantum indumento contenta, paucisque (tribus videlicet, ancilla et duobus servis) comitata, ut terrenæ maculæ copulam fugeret, iter Christi de nocte arripuit. In via ergo mandatorum Dei delectata incedere, obstacula mundi a se penitus curavit abjicere; despiciensque omnes seculi pompas ac delectationes, cœlestibus studuit inhærere mandatis; speciale ducens, custodire mandatum Domini et ipsius pretiosum penetrare mysterium, rogans toto corde Dominum, ut vestigia mentis suæ dirigeret, quo posset ejus custodire justificationem.

4 Audierat autem Rolendis, undecim millium Virginum Coloniae c jungi consortium: quarum amore studio ardenti percussa, peregre pergere desiderans, ad Orientalem se transtulit regionem: quæ summo-pere ad hoc nitebatur, ut sponsa sponsum (videlicet Deum, quem dilexerat, in quem crediderat) cum illis amplexari

An pater dynasta Montis Desiderii in vicinia?

Bulla canonizationis perditæ.

VIDE APP. TOM. VII MAJI NOT. 68 ** VITA ex MSS.

Prologus

Nobili stirpe procreata,

E virtutum fama et morum honestate inclyta,

a filio Regis Scotiæ in sponsum expetita,

fugam meditataur:

itura Coloniam apud Ursulanas,

A amplexari mereretur. Dum autem villæ præsentis situm, tamquam calle directo et incessu temperato, transmearat; sole in meridionali plaga fere immorante; ab his tribus, qui causa ipsius quibuscumque poenis tolerandis destinati fuerant, ut sibi requiem pro invio viarum spatio fatigata in Gerpiniensi villa sumeret, dulci admonitione compulsus est. Ipsa vero in urbem Coloniae toto annisu aspirans nullatenus voluit immorari, sed ne casu aliquo investigata tardaretur ab itinere incepto, quantocius egrediens, ad arborem tunc temporis acernam, cujus de nomine *d* locus adhuc ita dictus est, nimio fatigata incessu et jam pæne viribus corporis ab insolito labore consumptis, ægrotans pervenit: illicque, infirmitatis conceptæ gravi cogente pressura, nulla admonitione coacta, residit. Præsens igitur familiola, dulci lacrymarum impensione solamen illi indulgens, ut vires corporis *e* nocturnali sumpta requie reformaret, causam quærendi hospitium iterum submovit: quorum voto Virgo amatissima, diffidens sanitati suæ, alacriter tamen et promptissime consensit. Pago igitur munitiori into, qui Romano *f* nomine *g* Viliers dicitur, hospitium sibi honestum, cum causa dicta quia necessitas ægrotantis et noctis affinitas exigebat, ibidem impetravit. Illic tandem prædictis sustentata clientibus fideliter est deportata. Ubi secundum ruris possibilitatem a quodam villano benigne suscepta, noctis discedente caligine cum primum aurora consurgeret, a rure prædicto tentans recedere, castelloque aspirans Fossensi, ut saltem affinior quæsitus Virginibus esset, et ut tutiorem in eo requiem sumeret, abire non potuit; sed graviore tempore afflicta, ibidem octo diebus permansit. Tandem Virgo regia, quæ tot et tanta facultatum genera extraneis possidenda reliquerat, debitum humanæ carnis casa brevi contenta persolvit. Ab Angelicis ergo choris solenniter suscepta, in sinum veri Spousi, cui virginittatis florem illibatam conservaverat, collocata est. Hic est, cujus oscula casta, sacer tactus, honestus amor est, denique iste utique cœlestis est,

Qui nulla niveum denigrat labe pudorem.

Sed castum casto servat amore decus.

5 Ipse verus Sponsus totiusque puritatis fons exuberans, ut dilectissimæ sibi Rolendis sanctitas tam præsentibus quam absentibus et futuris innotescat, virum quempiam orbatum lumine, ad tantæ Virginis corpus ire compulsus, spe luminis recuperandi concepta, ante ipsam flexo genu prostratum restituit claritati. Hujus miraculi veritate percepta, hospes, tantæ congratulans hospitiæ, eum qui cæcus fuerat ad matrem ecclesiam, *h* Gerpiniensem videlicet, cum multis eum intueri admirando gaudentibus, delegavit. Prænominata vero ecclesia, cum *i* signis hujus miraculi novitate resultantibus et resonantibus, filios ejusdem ecclesiæ, tunc temporis militia et probitate insignes et admodum florentes, convocavit ad se, et devotissime abnavit. Ergo veritate prorsus discussa, cum omni reverentia et lacrymarum devotione atque nudis pedibus, ad sanctissimæ Virginis corpus venerabiliter deportandum, a Clericis et Militibus atque honestissimis viris, quibus hæc villa tunc florebat, properatum est. Quod honorifice a majoribus et reverendis hominibus delatum, in præfata ecclesia, parte templi dextra, venerabili mausoleo consecratum et conservatum est. Ad ejus tumulum multimodo miraculorum genere eoruscantem, gens infinita, etiam a remotis regionibus, tum pro labe corporis tum pro mentis cæcitate purganda avidissime cœnrrit. Corpus autem virgineum stillabat olei sacri transcendente copia; cujus leni factu languentium curabantur vulnera. Contigit quemdam importunum virum et duræ cervicis, de tanta multitudine gentium pro temporis adstrictione conque-

stum, sacrum in terra cum phiala fudisse oleum: D
cujus effusionis pœna in ipsum et posteros ipsius
EX MS. originis, k nodis in manibus eorum innatis redundavit, oleumque ipsum in Virgine nullatenus comparuit. Christus tamen, pro fidei meritis digna dignis rependens præmia, electæ suæ localum miraculorum non privavit gloria.

6 Inter hæc autem mater, unicæ filiæ destituta solamine, quamplurimas ad ipsam quærendam investigari jusserat regiones: quæ tandem a multis, ab ipsius quoque famula et ab altero cliente prædictæ Virginis, qui post decessum illius, natalis soli capti dulcedine, ad patriam larem redierant, verius certificata est. Alter enim famulorum, beatam Virginem tantis gaudens coruscare miraculis, ut ab ipsa pro servili jugo tam corporis quam animæ sanitatem impetraret, in diebus vitæ suæ eidem ministrare volebat: eaque propter, cum beata Virgine numeratus, patriæ suæ fines, nunquam videre amplius cupiebat: verum parentum desiderio et omnium amicorum solamine postposito, fideliter illic permanebat: tandem vero morte præventus, in eadem ecclesia honorifice est sepultus. Mater vero sanctitate filiæ dolori suo conferens remedium, præparato itineris viatico, filiali capta amore, ad ipsius sepulcrum cum honestissimo comitatu devenit: sed quia recenter adhuc erat compositum, solius aeris tegumento circumdatum invenit. Videns ergo eam ventis et solibus expositam, ac pluvie et grandini subjectam, tum pro miraculorum dignitate ac solennitate, tum pro regæ sublimitatis honore inobservato, nimium indoluit: nihilque præter vestis purpureæ particulam, qua adornata fuerat, præfata ecclesiæ dereliquit; ita quod Fossense castellum declinando præteriens, ærarii sui partem in ecclesia l B. Foillani distribuit. Veste autem, tamquam memoriali ejusdem Regiæ accepta, astantes viri, casulam variis distinctam coloribus studiose composuerunt.

7 His insuper villæ honestissimi Milites et alii majores indignati Dominæ questibus, et commoniti negligentia, m basilicam dextero lateri junctam ecclesiæ, in honore beatissimæ Virginis Rolendis, de collatis sibi beneficiis ædificare studuerunt: in qua ad honorem Dei et ejusdem Virginis ac n B. Aldegundis, annuente pariter et juvante Metropolitano Pontifice venerabili Domino o Oberto, cum Abbatum sanctorumque virorum frequentia, altare rite consecratum est: feretroque perlucenti elimato, quod residuum erat sanctissimi corporis e terris honorifice p sublatum, ibidem surama cum reverentia est collocatum.

8 Contigit autem, post multum temporis decursum, huic provinciæ maximam frugum sterilitatem incurrere, terramque ipsam parum aut nihil cultoris sui respondere labori: si vero agrum quemlibet messe adaptata rara sæcunditas investiebat, dira post hæc tempestatum perniciēs annum miseri agricolæ laborem in momento extirpabat. Aliud quoque perniciosius acciderat, quia et plurimarum gentium superflua mortalitas et quam plurimus Procerum occasus inundabat. Ergo antiqui patres illius evitandæ cladis improprio exterriti, in beatæ vero Rolendis patrocínio equidem confidentes, ante tumbam ipsius, miraculorum gloria eoruscantem, unanimiter convenerant: corpusque illius sanctissimum cum honore summo, cum jejuniis et piarum lacrymarum impensione, tantæ pestis incursum ejus interventu cessare non desperantes, singulis annis circa metas parochiæ ipsius deferri instituerunt. Cujus quidem rei pietas quanto devotius est innovata, tanto celerius a Deo et ab ipsa Virgine sacratissima tempestas est abolita. His atque multis aliis hæc beata Virgo invigilavit miraculorum studiis.

D
EX MS.

k

Post reditum
anellæ et
famuli in
patriam,

E
ex oblata per
matrem veste,

l
casula con-
ficitur,

m
basilica et
ara S. Rol-
endis con-
struitur,

n
o
F
et corpus
elevatur.

p

Sterilitas et
mortalitas
voto curantur.

in itinere mor-
bo correpta,

d

e

f g

B
et Villarii
ad 8 dies sub-
sistere coa-
cta,

sancte mor-
itur.

Cæcus illumi-
natur:

C

h

i

Corpus Ger-
piniam dela-
tum,

claret miracu-
lis et olei
fluviu.

A 9 Sed quoniam nuper ab antiquorum veritate, ea
 ex MSS. quæ hic superius recitata sunt, accepimus; quæ de
 ipsa sub testimonio Dei et hominum vidimus, ad ma-
 jorem sanctitatis ejus evidentiam, deinceps explana-
 bimus. Erat quædam muliercula q Praellæ, quæ ex
 q Sanantur
 caeca,
 misere in-
 curvata,
 et muta,

accidenti vel forte ex nimia vetustate, oculorum cæ-
 citatem contraxerat. Sæpe ergo claritatis recuperan-
 dæ concupiscentia in prænominatam ecclesiam deve-
 nit: in qua, beatissima Virgine Rolende mediatrice,
 et visum oculorum recepit, et feretrum ipsius circa
 situm villæ ipsius cum multis aliis honorifice depor-
 tavit. Fuit et quædam puella infra præfatæ villæ
 terminos, curvitate genuum in extricabili oppressa,
 ita quod calcaneorum in renibus ejusdem patebant
 vestigia. Hæc ante corpus sacratissimum B. Rolend-
 dis cum lacrymarum devotione collocata, sanitatem
 corporis meruit accipere, et ab oraculo templi sospes
 ad domum propriam repedare. Vidi et quamdam in-
 digenam, quæ vocis privata arteriis, verbum nulla-
 tens explicare seu formare ad plenum poterat. Hæc
 ante corpus sanctissimæ Rolendis Virginis, flexo
 genu quotidie assistens, iter vocis cum verborum
 reformatione ibidem meruit impetrare.

B 10 Quomodo autem et a quo sepultura ejusdem
 Virginis manifestata fuerit, justum est ut dissera-
 mus, et natum omnibus faciamus. Erat nempe
 quidam Dei servus, nomine Eugorrandus, qui vitæ
 hujus gloriam aut nullam aut frivolam esse, oculo
 circumspectæ discretionis et fide bonæ conversatio-
 nis considerans, ab ea penitus tam mente quam
 corpore recedere curabat. Muro igitur basilicæ, in
 qua beatissimæ Rolendis virginis corpus inventum
 est, a dextro ipsius latere inclusus, motus illicitos
 a mundi hujus immunditiis refrænabat. Hic a beatis-
 sima Virgine Rolende, prima et secunda citatione,
 ut ipsius indicaret sepulturam, leniter admonitus;
 tertia tandem gravi impulsione commotus et com-
 monitus, et (ut verum fatear) verbere nimio tam-
 quam negligens et adhuc hæsitans afflicto, exorata
 venia, Virginis precibus vel coactus acquievit. Igi-
 tur gravius ægritudinis imminente pressura, visio-
 nem quam viderat et infirmitatis causam, paucis
 tamen, ne super hoc gloriari videretur, edocuit.
 Idem veru Reclusus, ut certior prædictorum pateret
 notitia, a carcere suo sepulturam prædictam baculo
 subscribente prænotavit.

C 11 Hæc de beatissima Virgine Christi Rolende
 brevis ad ædificationem legentium perstrinximus:
 in quibus, Deo teste, vitæ ipsius memoriam potius
 studuimus innovare ac propalare, quam expolito
 sermone (cum nusquam facultas ad hoc suppetat)
 quodcumque Scholaris vel Clerici ingenium aliquate-
 nus declarare: ideoque supradictæ Virginis sancti-
 tatem recolentes; exoremus eam instanter et humi-
 liter, quatenus ipsius interventu sic transeamus per
 hæc bona temporalia, ut non amittamus æterna.
 Præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum
 Patre ac Spiritu sancto vivit et regnat Deus, trinus
 et unus, per infinita secula seculorum. Amen.

ANNOTATA

a Quid de ejus dignitate censeamus, supra dictum.

D b In Sacroria Namurcensi, anno 1619 excuso, di-
 citur S. Rolendis Virgo Gallicana, nuptias potentis
 proci fugiens, in Namurcesio defuncta. Potuit hic
 proci ex nobilitate Scotica fuisse, et in Belgio mili-
 tasse, quamvis alioqui notum est, nihil in Belgicorum
 Sanctorum scriptis per traditionem Vitis, esse familia-
 rius, quam Scotos vocare, quosvis ignotæ gentis adve-
 nas. In MS. Gerpiniensi, societatem quiescere Co-
 loniæ.

c Hermannus Crombach lib. 9 Historiæ S. Ursulæ
 cap. 6 Vitam S. Rolendis profert, et sub finem in Epi-
 tome Chronologica refert hanc peregrinationem ad an-
 num circiter 690: potuit tunc aut etiam serius contigisse,
 cum plures et nobiles Virgines ad Parthenonem a
 Plectrude erectum confugerent.

d Monæus advertit, nullom amplius neque arboris
 neque pagi, quem Acere appellat, extare memariam.

e MS. Rubæ-vallis, naturali.

f MS. Corsendone, idiomate.

g MS. Gerpini. appellat castellum Domini Viltu-
 riensis. Molanus, Castellum Domini Villariensis la
 Potterie. Sic enim vocatur pagus. Romanum autem
 nomen hic dicitur; sicut communi usu Brabantia Ro-
 mana appellatur ea Provinciæ pars, in qua Romani
 olim sermonis, nunc Gallici ex eo deslexi, obtinuit et
 nunc etiam obtinet usus.

h Idem MS. miraculum hoc, ipsa adhuc vivente,
 ita contigisse narrat: Virgo morbo ingravescente
 cæcum claudicantem, qui in castro agebat, Ger-
 piniam misit ad Parochum, ut ecclesiastica Sa-
 cramenta illuc deferret. Is autem imperata ample-
 ctens, ex Gerpiniensi ecclesia, videns et bases solidas
 habens, reversus est. Verum reliquis MSS. fidendum
 potius.

i MS. Gerpini. Novo prodigio statim æra campa-
 na, nullo movente, dulcia consonant harmonia.

k Idem MS. In singulis digitorum articulis, nu-
 cum grandiorum instar, tubera protuberant.

l S. Foillanus Episcopus et Martyr, Fossis a fra-
 tre S. Ultano sepultus, circa annum 660, uti ad
 hujus Vitam diximus 1 Maji. At colitur ille 30 Octo-
 bris.

m In MS. Gerpini. et supra apud Rayssium dicitur
 sacellum, ubi et hodie sepulcrum sanctæ Virginis
 visitur.

n Acta S. Aldegundis varias dedimus 30 Januarii.

o Obertus, teste Sigeberto; creatus est anno 1091,
 mortuus pridie Kalendas Februarii anni 1119, qui in-
 choantibus tum a Paschate annum dicebatur annus
 1118, tunc successit illi B. Fredericus, postea Martyr,
 cujus Vitam damus 27 Maji.

p Hæc elevatio a Fisenno lib. 9 historiæ Ecclesiæ
 Leodiensis refertur ad annum 1103, quo a dicto Oberto
 elevata est Rhodæ, in diocesi hodierna Silvaducensi,
 S. Oda Virgo et Martyr, quæ colitur 27 Novembris.

q Pruella, vulgo Prellæ, vicinum Gerpiniæ oppi-
 dum: Gerpiniæ autem cum neque Hannoniæ neque
 Namurcesii tabulæ topographiæ expriment, illum au-
 tem notent æque ac cetera loca, superius in prævio Com-
 mentario nominata, facile est desinare verum Gerpiniæ
 situm, qui ibi desideratur.

VIDE UT SUPRA
 NOT. 70 "

E

F

VIDE UT SUPRA
 NOT. 71 "

DE SANCTO MOELDODIO,

ABBATE IN HIBERNIA.

G. H.

Orgiellia, vulgo Uriel, provincia Australis Ultoniæ, contigua extrema ad mare parti Orientalis Mediæ, progenitorem illustrissimæ Dominorum suorum familia: traditur habuisse Collam, cognomento Dachrioch: ex qua familia prognati viginti novem Sancti, recensentur apud Colganum ad diem XXI Martii in Appendice ad Vitam S. Eudei Abbatis Araniensis cap. 4, citato cap. 13 Sanctilogii genealogici. Verum non sunt hi Sancti extra Hiberniam noti, nisi valde pauci, ex quibus sunt dictus S. Eudeus, cujus Acta dedimus ad dictum XXI Martii et S. Moeldodius, aliis Maldodus et Maldod, de quo hic agimus. De hujus genealogia citotus Colganus num. 22 ista habet. S. Moeldodius Abbas de Mucnaimh in Oirgiellia filius Eingini, filii Aidi, filii Fiachrii, filii Fiechæ, filii Eugenii, filii Briani, filii Muredacii-Meth, filii Inachadii, qui erat unus ex tribus filiis supra indicati Collæ Dachrioch. Hæc ibi per novem generationes deducta ulteriori probationi Hibernorum relinquimus. Natalem horum Sanctorum assignat ibidem Colganus ex Martyrologiis domesticis, nempe Casselensi, Tam-

lachtensi, Damgallensi, Mariani Gormani, Engusii, et Cathaldi Maguir, et dein S. Moeldodii venerationi assignat hunc XII Maji: ad quem diem in Martyrologio Richardi Wulfordi, Anglice excuso Londini sub annum MXXXVI, ista leguntur: In Hibernia festum S. Maeldoki Confessoris. Ad diem sequentem XIV Maji memoratur S. Maldod, Confessor in Hibernia, in MS. Florario Sanctorum, in Auctario Greveni ad Usuardum, Martyrologio Germanico Canisii, Catalogis Ferrarum et Fit. Simonis. Dempsterus in Menologio Scotico ista tradit: In Hibernia Maldodi Episcopi, natione Scoti, viri in omnibus sanctissimi, qui miranda patientia et exemplo genti illi præsuit. Pro sua vero probatione litteras M C adjungit: quibus asserit indicari Martyrologium Carthusianum, scilicet Greveni, aut Canisii vel Adami Walasseris, quod ultimum non vidimus. In aliis nihil de ejus Episcopatu, aut origine Scotica habetur. Potius cum ipsis Hibernis Abbatem de Mucnaimh in Oirgiellia arbitramur. Reliqua nos latent.

DE B. GERARDO SOLITARIO,

TERTII ORDINIS S. FRANCISCI

IN VILLA-MAGNA PROPE FLORENTIAM.

D. P.

Villa-grandis olim dicebatur, quæ nunc Villamagna, vicus pass. m. v Florentia dissitus, cujus ecclesia parochialis S. Domino sacra, proxime sibi adjunctam habet aliam ædiculam, in qua nunc requiescit corpus B. Gerardi, ibidem nati ibidemque defuncti. Et hic quidem tota anno colitur ut Beatus; celeberrimum tamen ac proprium festum ei agitur quotannis feria II Pentecostali; quando ad ejus venerationem undique concurrentium numerus ad decem millia hominum plerumque ascendit. Ita per litteras ad me datas significavit Illustrissimus Eruditissimusque Magliabechius, qui ipsemet anno MDCLXXVIII die I Martii ad locum se contulit, ut certiora exploratioraque referret; et singulari favore Plebani fuit admissus ad sacri corporis inspectionem; quod olim quidem annis singulis in festo prædicto dumtaxat semel, nunc autem multo rarius ostenditur populo. Vidi et inspexi, inquit Magliabechius, attente et morose, istud quondam animæ sanctissimæ domicilium, exueta carne adhuc integrum; cui pars nulla deerat, quæ quidem adfuerat morienti, decrepita in ætate seni. Hærebant capiti capilli, gingivis dentes, sed rari utriusque. Maxilla sinistra tota incorrupta, plus integritatis monstrabat quam dextera: pellis inducta ossibus solida; et quidem a genibus sursum deorsumque, utrimque ad digitos quinque, mire callosa obdurateque: quam quidem callositatem contraxisse creditur, de geniculis visitando ecclesias quasdam satis remotas; integerrimi pedes ac manus nullum vel articulum vel unguem requirebant. Servatur autem sub altari sui oratorii intra capsam ligneam inauratam perquam honorifice, et hæc includitur grandiori lapideæ, quam ipse Beatus eo conductam, suis manibus aptarat ad formam altaris. Prius autem quam prædicta capsam inaurata conficeretur, jacuerat

intra aliam capsam æque ligneam, sed elegantia minoris, quam mihi sub altari suo parochiali monstravit Plebanus.

2 In hac eadem ædicula cernitur ejus imago, depicta cum quatuor historiis et vita acceptis: quarum una monstrat quomodo post obitum, eductum e pauperculo tugurio corpus, expositum fuerit supra truncam quercum, dispositis circum custodiis ad arcendam plebem indiscrete piam. In secunda exprimitur Sanctus, equitem quendam in fluminis trajectu admonens periculi. Tertia eundem repræsentat in oratione defixum, ante quoddam sacellum, et post eum turbam plurimam genuflexam. Quarta denique mulum onustum panibus, quos credo pauperibus a Sancto distributos. Similiter in quodam tabernaculo operis Gothici cernitur sculpta lapidea effigies Beati, scipionem dextera, sinistra funem tenens, qui præsumitur esse cordula, Tertiariorum S. Francisci gestamen. Singulis porro Quadragesimæ Dominicis ducuntur Processiones, in memoriam earum, quæ de genibus facere solebat Beatus, idque in hunc modum. Egrediuntur illæ ex parochiali S. Domini ecclesia, progrediunturque ad S. Romuli Rectoratum, mille passibus distantem a dicta ecclesia S. Domini; inde pergunt ad Montem-acutum, pari spatio dissitum, ubi est oratorium Nerliorum: tum procedunt ad aliam Villamagnæ ecclesiam, quæ S. Mariæ a Ringhiulla dicitur, distatque milliari magno, per iter difficile emetiendo: tum ad Incontrum flectunt, ubi est appendicula quædam Villæ-magnæ, et Eremitæ habitant, duorum milliarium intervallo a Ringhiulla, per viam difficillimam: ac denique ad ecclesiam parochialem revertuntur. Fiunt autem Processiones, illæ etiam nubilo, etiam pluvio tempore: quod si præceps nimium imber prohibeat tanto spatio

Imagines in ecclesia.

Processiones præ per Quadragesimam ejus exemplo institutæ.

XIII ET
XIV MAJI

B

E

AN. MCCLXVII

Cultus fer. 2
Pentecostes.

C

integritas
corporis in-
corrupti.

A spatio distantia loca circumire omnia, ut minimum visitantur semper aliqua.

AUCTORE G. II.

Acta antiqua exiderunt,

3 *Hæc Magliabechius, partim a se ipso visa, partim a Plebano audita: quæ quam certum nobis Gerardi cultum, tam molestum reddunt veterum de eo monumentorum defectum, peritiorum ut præsumitur circa annum MCCCLX, quando Senenses, incursione contra Florentinos facta, S. Gerardi ecclesiam spoliarunt ac destruxerunt. Defectum hunc utcumque supplebit Vita, quam prælaudatus Magliabechius post longam inquisitionem apud Dominos Gamburos Florentiæ reperit, sicut eam circa finem seculi præcedentis (post annum certe MDI) composuit Presbyter Bartholomæus Joannis della Quercia, quondam dicti luci Curatus, acceptam a fide dignis testibus et per traditionem istorum locorum, uti testatur u. 14 is qui recentiori manu transcripsit exemplum apud Gamburos inventum. Hujus antequam nobis copia fieret, paraveramus prælo Vitam recentissimæ compositionis aliam, nunc usum futuram ad Notus, quam per eundem Magliabechium miserat Rev. P. Fr. Antonius de Terrinca, Provinciæ Thuscivæ alumnus; misit autem Latine, allegatis in fine auctoribus, tam sui Franciscanæ Ordinis quam aliis; videbet, Legenda antiqua Minorum, Mariano Florentino in Append. tom. 1: Marco Ulisipponensi Chronic. parte 2 lib. 1 cap. 11: Luca Waddingho tom. 2 Annualium ad an. 1277 num. 12: Algezira in Arbore epilogica totius Ordinis: Palazzo lib. 6 Chronic. Prov. Castellæ cap. 25: de Syllis cap. 1 Tertiæ Regulæ: Martyrologio Franciscano Arturi ad XIII Maji: Silvano Razzio parte 1 de Vitis Sanctorum Thuscivæ fol. 335: Bosio parte 1 lib. 9 Historiæ Equitum S. Joannis Hierosolymit. Bzovio tom. 13 Annal. Eccles. ad an. 1241 num. 15; et quibusdam relationibus, ab adm. Rev. D. Bartholomæo Magnani, moderno Plebano S. Domini Villæ-magnæ, exhibitis: a qua eodem etiam nos accepimus posteriorem miracularum seu beneficiorum, B. Gerardi intercessionem attributorum, notitiam aliquam.*

pro quibus datur alia recentior Vita.

Ejusdem laus apud scriptores varios.

B

Obiisse dicitur an. 1242,

C

Waddingus an. 1277 notat:

4 *Ex his auctoribus Jacobus Bosius opus suum vulgavit anno MDXIII, eorum quas de B. Gerardi vita et reparatione profert notitiarum auctores allegans, Commentorem Fr. Petrum Guadagni Florentinum, qui ex mandato Ugonis Cardinalis, magni Magistri sui, ad locum se contulit omnia exacte cogniturus; et Fr. Julium Zanchini, ejusdem Ordinis et patriæ Equitem, qui multo etiam exactius id fecerit: refert autem Beati illius obitum ad annum MCCXLII, quem etiam signans Vita hic dandæ auctor, tanquam communiorem sententiam laudat; etsi fateatur certitudinem ejus rei nullam haberi. Lucas Waddingus, annis pluribus quam triginta post Bosium, anno MCCCLXXVII Feria II Pentecostes, III idus Maji obiisse Gerardum statuit: quod sequitur Arturus et nos tantisper tenemus, saltem quoad diem, donec certior aliqua ratio occurrat ejus definiendæ. Dixi quoad diem, licet enim cum hoc optime conveniant anni et feriæ numeri; repugnet tamen traditio loci, ex qua Presbyter Bartholomæus asserit ipsum sibi mortem prædixisse in diem Veneris; et ideo suspicatur Terrinca, Waddingum et alios, qui Feriam II Pentecostes scripserunt, eo solum fundamento id fecisse, quod tali die colatur annue; annum autem istum cultum originem suam forsitan habuisse, non quia tali die sit mortuus, sed quia tali die illatus sit in ecclesiam, consummatum intra annum a morte ejus: addo ego vel quia tali die post ruinam ecclesiæ a Senensibus factam, in restaurata capella et consecrata cæperit corpus ad publicam venerationem ostendi populo, quod antea non videtur factum fuisse. Certe de anno MCCCLXXVII mortis isti assignando ante Waddingum nemo videtur cogitasse: nam cum Vita scriberetur dux de eo solum erant sententiæ, altera pro anno MCCXLII, altera pro MCCLIV. Opinio quoque de ejusdem Beati nativitate, ad annum*

VIDE APP. TOM. VII MAJI NOT. 72.

ciriter MCLXXIV referenda, uti notatur initio Vitæ, repugnat morti ultra centum annos differendæ, cum adeo excessivæ grandævitatæ nullum appareat in imaginibus aut traditione vestigium.

5 *Utinam sciremus, ex quo fonte Waddingus accepit hunc diem III Idus Maji: hunc enim componentes cum die Veneris, possemus opinari mortuum esse Sanctum anno MCLXXIV, quem antiquitus Helrusci, novem mensibus prævenire Kalendas Januarias soliti, numerassent XLV, quod facile errore scribentium in XLIII verti potuit. Ita attigisset Sanctus ætatis annum circiter septuagesimum, vitæque eremiticæ potuisset auspiciatus fuisse post primum reditum e Terra sancta circa annum vitæ suæ quadragesimum, et verificaretur quod de eodem quinquagesimum annum agente habent Chronica Minorum, teste Waddingo, accepisse habitum tertii Ordinis Assisii ab ipso S. Francisco, qui usque ad annum MCCXXVI vixit. Si vero eum suscepit Gerardus, non ab ipso Sancto Patriarcha, sed a Ministro conventus Assisiatæ uti maruit auctor Vitæ, mihiq; verosimilius est; fuerit adhuc Gerardus in Terra-sancta, pro secunda vice novennio post primam eo reversus, circa annum MCCXXVIII quando de Frederico II Imperatore, jam palam contra Ecclesiam rebellante, prædixit calamitates eilem propterea obtenturas, sicuti in Vita eadem dicitur num. 7, et initia eremiticæ Vitæ ejus novennio ante habitum sumptum captæ paterunt post annum vitæ quinquagesimum differri.*

si 13 Maji feria 6 obiit potius ponetur an. 1255

et commodior erit chronotaxis vitæ.

E

6 *Paulus Mini Florentinus, apud Bosium, in suo de Nobilitate Florentina discursu, Gherardum Mecatti nominat, atque fuisse Fratrem Servientem nobilissimi Ordinis Equitum S. Joannis Hierosolymitani: quod ita admittit Bosius, ut fateatur non constare quando aut quomodo habitum Fratris Servientis accepit. Erroris autem convincit Silvanum Razzium, asserentem quod admodum juvenis ductus sit Rhodum a Frederico Falcho, Ordinis Admirali; ab eoque aut aliquo consanguineorum ejus, Ordini eilem adscriptorum, accepit habitum prædictum; quandoquidem Ordo iste non ante annum MCCCIX dictam Insulam obtinuerit. Certum tamen esse supponit Bosius, quod etiam post sumptum Tertiarii Franciscanæ habitum, prioris Ordinis gestaverit insignis, Crucem scilicet albam, asperrimo suo vestitui assutam, quia ita pingitur usque hodie. Sed auctor Vitæ, licet in Ordinem admissum fateatur, ne a communi opinione recedat, asserit tamen illius insignis sive habitum, solum a morte, ei fuisse aptatum: adeo ut ex eo quod Domini ejus, apud quos adolevit et cum quibus in Terram-sanctam bis profectus fuit, Ordinem istum sint professi, præsumi potius quam probari videatur, Fratrum Servientium numero fuisse adscriptum Gerardum. Quare, omisso titulo minus certo, solum usurpabimus nomen Tertiarii Franciscanæ, sic tamen ut in nullo præjudicare velimus nobilissimo Ordini, haud parum juris in illum sibi vendicanti.*

An apud Hospitalarios suscepit habitum Fr. Servientis?

F

7 *De iis quos ad militiam sacram secutus est Gerardus, Terrinca ex Razzio Bosiaque hæc sumpsit: A spectabili nobilique viro Frederico de Folchis, S. Joannis Hierosolymitani Equite ejusdemque illustrissimæ Militiæ Maris-præfecto, qui decies octies (teste Christophoro Landino in præmio Commentariorum in Dantem) de inimicis Catholicæ fidei retulit triumphum, sive ab aliquo illius fratre aut nepote (tres enim germanos fratres et nepotes octo, teste eodem Landino, ejusdem sacræ Militiæ Cruce insignitos habuit) Florentiam in proprias Folchorum ædes est adductus. Razzius hæc solum dubitanter asserit, ex eo quod D. Zenobius Cassi Legum Doctor Florentinus, cui uxor obtigerat filia Simonis Folchi, in quo familia Folchorum desit, ostenderit sibi exemplar cujusdam memoriæ, scriptæ anno MCCCXXXIX, unde constabat, quod dicta familia possessiones suas in Villamagna habuerit. Bosius, uti supra diximus, negat ab*

An Folchos ad militiam sacram secutus?

illis

A illis Rhodum duci potuisse Gerardum, multo prius mortuum scilicet quam pedem istie Hospitalarii ponerent. Eodem autem jure videntur debere removeri a Gerardo in Terram-sanctam ducto Fredericus Folchus ejusque fratres ac nepotes; siquidem Fredericus iste fuit Admiralius Ordinis. Non videtur enim Ordo diu ante finem seculi XIII naves et navales Magistratus habuisse, quandoquidem Bosius toto illo ac precedenti seculo nulli invenit navalium pugnarum nedum victoriarum indicia. Potuit tamen ante Fredericum Admiraliū, familia illa jam inde a seculi predicti initio habuisse in Ordine isto Equites, quibus Gerardus servierit; unde eadem familia semper ei devota extitit, forte et ecclesiam ejusdem, ut ait idem Terrinca, magna ex parte ædificavit dotavitque, prout indicare videntur insignia, in altari et ecclesia, et quaedam portio annua, quam Priorie S. Jacobi in Campo-Corbolini persolvit ecclesia ista. Sed et hæc intelligi debent de ecclesia, ut est post suam destructionem restituta: adeoque in eo solo videntur fundari, quod Folchorum familia esset in Villa-magna tempore istius restorationis potentior ceteris.

B

VITA

Per Bartholomæum a Quercu Parochum loci.

ex MSS. Italicis Florentiæ servatis.

Nativus,

Natus est gloriosus hic Sanctus circa annum MCLXXIV, quamvis in tempore multi variant, quidam citius, aliqui serius eum referentes. Natus est autem prope Florentiam intervallo quinque milliariū in loco montoso, vico qui dicitur Villa-grandis, quod nomen hodie redditur Villa magna, ex patre et matre rusticanis. Duodennis erat, quando, occasione pestilentie grassantis orbatu parentibus remansit orphanus; ejusque Domini a, coacti novos fundis suis colonos querere, puerum duxere Florentiam, suæque familiae inseruerunt: ubi pie ac Christiane educatus adolevit. Contigit porro Dominorum ejus uni, ut necesse haberet sacri belli causa in Syriam proficisci contra infideles: creditur autem is fuisse ex Folchorum familia, quæ tum temporis multas in Villa-magna habebat possessiones, et erat ipse Hierosolymitanus Eques. Hic eo secum ducere Gerardum voluit, propter bonam indolem, cujus experimentum dederat in familia, sibi dilectum. Appulsi vero in Terram-sanctam variis agitati sunt casibus: captique ab infidelibus, post ingentes ærumnas toleratas, redempti fuerunt.

a et a Dominis suis ductus Florentiam,

C

2 Post hæc moritur patronus Gerardi: quare visitato sanctissimo Domini sepulcro aliisque locis sanctis, in Hetruriam rediit: et salutatis Florentiæ reliquis Dominis suis, in suum tuguriolum apud Villam-magnam se recepit. Necdum ibi biennium exegerat, cum ab alio Domino ex eadem familia revocatus, et rursus in partes infidelium, quantumvis reniteretur, ductus est. Etenim generosus iste Eques, et pugnae cum Saracenis conserendæ cupidissimus, non ignarus erat periculorum quibus sese expositum ibat; eoque cupiebat socium habere Gerardum, cujus preces Deo credebatur acceptissimas esse, et sibi utiles fore sperabat. Neque diu dilata est experientia ejus, qua pia ista credulitas nitebatur, veritatis. Dum enim in Syriam navigant cum viginti militibus, quorum dux et capitaneus erat Dominus iste; occurrerunt quidam infidelium piraticæ, plus quam centum viris armatis instructæ. Expaverunt milites cum Capitaneo suo, fugamque libenter arripissent, si spes fuisset evadendi periculum: sed animati a Sancto sunt, et quodammodo ad pugnam coacti promissa victoria. Junctis igitur

postea cum eorum uno navigat in Syriam semel,

iterumque cum altero,

cui victoriam precibus impetrat,

navibus initur prælium, Gerardo genibus flexis orationem faciente, ac brevi obtinetur gloriosa victoria, Christianis duobus dumtaxat desideratis, occisis autem quinquaginta infidelibus, ceteris captivatis. Ex hinc tantæ venerationi Domino suo fuit Gerardus, ut nihil aggrediretur neque decerneret, quamvis minimum, nisi ex illius consilio: nec solum iste tanti eum faciebat, sed et alii milites multi maximo eum prosequebantur honore.

3 Septem solidis annis, hæc secunda vice, in istis partibus fuerat Beatus; quando cedens verecundiae suæ, non ferenti quod ita passim haberetur ut præditus virtute insigni, facultatem revertendi in patriam a Domino suo petiit, atque ægre impetravit ab eo, cui molestissimum erat tam sancto comite spoliari; impetravit tamen, promittens quod assidue esset pro eo oraturus. Tum navem cum pluribus sociis conscendit: quæ gravi jactata tempestate, atque jam jam submergenda, liberata est precibus B. Gerardi: qui appulsus in Tuscan: b, prius quam patriam suam repeteret, Assisium profectus est, ubi a Ministro conventus S. Francisci obtinuit habitum c tertii Ordinis: gestavitque illum quoad vixit ad genua usque decurtatum, ex panno rudi coloris cinerei, cum palliolo breviori: itaque in locum suum rediit, cui a Grottis, id est Cryptis, nomen erat: neque ultra alio commigravit.

4 Occupatio hujus sancti Eremitæ alia fere non erat, quam continua oratio in locis desertis ac piis: quandoque etiam visitabat ægros, eisque ut poterat subveniret. Quandoque se transferebat ad capita publicarum viarum, petiturus a transeuntibus elemosynas, quas deinde in pauperes erogaret: neque difficile erat notabiles etiam summas colligere, cum unusquisque magna sibi duceret felicitati, petenti Gerardo aliquid posse tribuere: ipse vero earum nihil servabat sibi ad proprios usus, sed integre pro Dei amore erogabat. Si quando contingebat eum non explere consuetarum orationum pensum, propter ægrorum visitationem aut alia ex causa, defectum ipsa supplebat nocte, per asperas illas semitas deambulans; aut ascendebat in podium (ubi nunc est ejus ecclesia et corpus) quia istie sub antiquo tabernaculo erat imago quædam beatissimæ Virginis, ibique sæpe visus est pernoctare. Solebat præterea visitare ecclesiam S. Laurentii in Vicchio, duobus milliariis distante, Florentiam versus: quandoque adibat locum qui dicitur... ad Incontrum d: cavebat autem quam maxime poterat, ne in oratione deprehenderetur: ideoque penetrabat se, si dies erat, in condensa silvarum et abdita vallium, in quibus ipsis tamen sæpe visus est a rusticis genibus flexis consistere.

5 In victum quotidianum panis et herbulae sufficiebant ei, quandoque et modico utebatur legumine: jejunabat autem ter in hebdomade, totaque majore Quadragesima, observans insuper cetera jejunia quæ sunt in usu Conventualium. Multiloqui osor fugiebat festa publicosque conventus, dicere solitus, quod lingua occidat animam. Rogatus aliquando ut quemdam suum consanguineum moribundum visitaret, qui trans Arnem habitabat in loco, cui Mons-Albanus e nomen, ivit eo tanquam coactus, et ibi perstitit donec æger moreretur, continuas pro eo preces ad Deum fundens, eaque omnia faciens quæ possent a Christiana caritate sperari. Cum autem cadaver, quod adhuc domi erat, sepeliendum esset; puer annorum quinque ex quodam domus podio cecidit supra cumulum saxorum, caputque vehementissime lesum doluit, totus sanguine copioso perfusus. Duplicatam minus familiae calamitatem misertus Sanctus, puerum sustulit, sanguinem abstersit, circumligavit caput, supra lectulum collocavit, faciemque

D
A. BARTOL.
PAROCHO
EX MSatque septimo
post anno
reversussumit habitum
Tertiarum.

b

c

E

Subvenit
ægris:noctes impendit
orationi:

d

F

multum jejuna-
nat:

e

pueri ex alto
lapsi caput
contusum
sanat:

A que sudario quo ad usum proprium accingebatur textit. Hora erat tunc vigesima quarta : mane vero sub horam decimam surrexit puer salvus ac sanus, quasi nihil mali passus, cum maxima admiratione circumstantium : quorum plausus pro tam insigni miraculo non ferens, debuit mox e loco abire.

A. BARTOL.
PAROCCHO
EX MSS.

arcam lapideam
miraculo
transvehit :

6 Accidit aliquando, ut in comitatu Curati sui cum aliis rusticis iret ad negotium quoddam expediendum; cum autem reverteretur, pulchram quamdam arcam ex saxo griseo factam intuitus, inspirante Deo, ipsam pro ejus amore petiit impetravitque. Tum consanguineum quemdam suum rogavit, ut eam cum bobus transveheret in suum locellum. Non habebat is nisi par juvenorum parvulorum et indomitorum : et ad tantum onus movendum ægre suffectura videbantur paria boum tria, multisque hominibus opus fore, eo quod distarent a loco miliaribus tribus, transeundæque essent fossæ ac rupes aliaque incommoda non sine periculo superanda : itaque censuerunt omnes, rem impossibilem peti, et ad sua quique se receperunt. Sequenti die solus eodem rediit Sanctus, et consanguineum suum propter Dei amorem precatus est, ut juvenos suos juugeret : quo facto soli ipsi duo coeperunt arcam illam protrahere, et maxima cum facilitate adduxerunt eam ad locum ubi nunc est, stupentibus ad miraculi tam evidentis conspectum rusticis f.

B

7 Prophetie quoque dono ornatus Sanctus varia futura prædixit ; atque imprimis Domino suo priori, ad bellum Saracenicum proficiscenti, prænuñtiavit, quod nunquam esset rediturus in Thusciam ; nec non plurima mala eventura ejus temporis Imperatori g, eo quod bellum gereret contra Ecclesiam ejusque Pontificem : quæ omnia certus probavit eventus. In patria autem sua viduam quamdam, nomine Bartholomæam, quæ prædium habebat versus Arnum, præmonuit ut salutis suæ invigilaret ; utpote eadem heblomade incursum periculum ne absque Confessione moreretur : quin et Curatum loci rogavit, ut vigil apud eam persisteret atque confitentem audiret. Verum hic parum discretus Pastor, visa muliere, verbis Sancti fidem non habuit ; sed domum suam rediit, existimans adeo exiguam invaletudinem non posse ei mortem adferre tam repentinam. Vix autem limen domus suæ attigerat, cum ei adfertur nuntius de improvise mulieris istius obitu : siquæ verificata est prædictio Sancti, quod absque Confessione moritura esset.

spiritu prophætiae
futura
nuntiat :

g

C

8 Jam fama sanctitatis ejus circumquaque ferebatur, et a deceno miliaribus accurrebant ad Gerardum populi, auxilia egentes. In his fuit Dominicus quidam de Ponte Sevæ, cujus filia Maria beneficiis infecta, ultra secundum annum detinebatur lecto, omni movendorum membrorum facultate carens, sic ut nec brachium quidem posset attollere : et gravissimos toto corpore patiebatur dolores. Tandem spei omnis expers pater ad Sanctum abiit, rogaturus pro liberatione filie suæ ; atque post plures repulsas exoravit eum, ut liceret sibi sumere scipionem ejus, quo solitus erat membra fatigata sustentare. Cum vero eum attulisset in domum, supraque lectum filie patientis collocasset, hæc post ingentem vomitum statim surrexit omnino sana. Agazoni cuidam, cum duobus jumentis ligna Florentiam deferenti, prædixit quod in Arno periturus esset, nisi abstineret a blasphemando : nec minus factum est. Cum enim quodam die mane transiturus esset prædictum flumen, solutus ab unco funis est, quo cymbula tenebatur, et impetum aquæ sequens, submersa est ipsa cum agazone, jumenta autem salva evaserunt ad ripam.

sanat reneficio
tactam,

blasphemi
penam prædicat :

sacrilege
confessam
noscit et corripit :

9 Sevocatam aliquando ad secreta mulierem, quæ a Confessione facienda revertebatur, monuit

redeundum illi esse ad ecclesiam, ut faceret exomologesim integram. Obedivit mulier verbis Sancti : atque ad Confessarium reversa etiam illud peccatum declaravit quod decennio celaverat propter verecundiam, quodque diabolica illusionem prævalente cogebatur tacere, quoties ad pedes Confessarii accedebat. In quadam sua infirmitate a duobus amicis Florentinis visitatus, unum eorum rogavit, ut cave-ret sibi perquam sollicite, periclitari enim eum ne ab inimicis invaderetur. Oravit ergo alter ut ipsum Deo commendaret, suarumque precum efficacia juvaret : tum bona spe et promissis plenus ad civitatem revertit. Vix dum transierant dies decem, cum ille nocturno tempore occupatus ab hostibus, sanctum cepit invocare Gerardum. Neque id frustra : sensit enim quasi brachio illius discuti ictus ; et quamvis læsus fuerit, intra paucos tamen dies a vulneribus suis sanatus est.

D

periculum
amico prænuñtatum
avertit :

10 Erat, ut dixi, Sanctus hic solitudinis et silentii amantissimus : ideoque verbis quam poterat paucissimus utebatur ad eos a quibus auxilium postulabatur, atque sic consolatos dimittebat : sed neque ab omnibus requirentibus eum inveniebatur, eo quod sæpissime in valles locaque absconsa et semota se reciperet atque ad silvarum opaca : ibique orationibus ac meditationibus diuturnis insistebat, plerumque de genibus, quæ ex assiduitate ista maximos callos contraxerant. Videntur etiam hodie manuum ejus signa, impressa saxo quod apprehenderat, cum orationi intentum tartareus hostis retrorsum trahens, præcipitare ex alto niteretur h : cessit enim digitis saxum, velut mollis cera, et sic a periculo illo est liberatus. Quidam etiam Petrus Bem-bus, domum ipsi Sancto vicinam incolens, affirmavit pro certo, quod mane quodam lignatum egressus, ex loco in quo Gerardus orabat, viderit ascendentem flammam seu splendorem ingentem. Cum autem nondum clara dies esset, conterritus Petrus aliquantum substitit, deinde paulatim appropinquavit loco : quem ubi attigit, continuo disparuit flamma, inventusque est Sanctus genuflexus ubertim lacrymare et vehementer plangere. Tum jovit eum Petrus ut sese erigeret, ac domum suam deduxit, continuantem lacrymas et gemitus, quorum causam aiebat esse sua et aliorum peccatorum crimina.

signa manuum saxo
imprimit :

E

h

flamma cælesti
collustratur orans :

11 Tanta interim erat nominis ejus istis in partibus celebritas, ut dies nulla præteriret, quin aliquis ad eum veniret auxilii causa, non sine magna ipsius molestia, qui ægre ferebat ea ratione se distrahi a suis orationibus, neminem tamen absque solatio solebat dimittere. Multos inter se dissidentes reconciliavit, multas lites composuit, multa jurgia sedavit, ex quibus alias secutæ fuissent plurimum hominum cædes. Aliquando ægrotans Januario mense, quatuor cerasa appetivit, et cuidam suæ sorori viduæ mandavit ea carptum iret, indicans locum et ramum ipsum nude colligenda erant. Noluit autem ire ipsa, sed filiulam i quamdam suam duodennem misit, quæ ea reperit; attulitque Sancto termiten pulchrum, recentem, foliisque ornatum suis, velut si medius Majus fuisset, cum magna admiratione adstantium, et præ teneritudine devotionis et miraculi magnitudine in lacrymas prorumpentium k. Alias a cujusdam ægri visitatione revertens, cum quodam Luca del Pesca, occurrit vulpi gallinam jam occisam auferenti : mandavit autem ei Sanctus, ut referret eo unde abstulerat : et paruit bestia, ipse vero iter suum est prosecutus. Alias visitatus a quodam Patre Benedictino, qui Confessarius suus erat, cum esset infirmus (tertio enim ægrotavit ad mortem, sed de duabus primis infirmitatibus prædixerat, ab iis convaliturum se, de hac autem tertia affirmarat, fore ultimam) dicente prædicto Patre, bono esset animo,

F

in Januario
cerasa invenit :

i

gallinam
a vulpe restitui facit :

k

prædicta
mortis die

cito

A cito enim sanandum ; respondit, non ita futurum, sed proxima die Veneris *l* finem vitæ suæ ponendum.

pie obit.

12 Sumpsit ergo extrema Sacramenta quam potuit devotissime, petitaque a circumstantibus errorum venia, auditus est cum Beatissima Virgine et Sanctis suis Patronis sermocinari ; atque ita vultu subridenti, ipsa qua prædixerat Veneris die, animam Domino Deo reddidit. Eo mortuo vulgata circumquaque est rei fama intra duos non integros dies ; tantusque fuit populorum concursus, ut ex mandato Dominatus Florentini fuerit adhibenda militaris custodia. Cum autem corpus esset impositum lignæ arcæ, posita hæc fuit supra truncam quercum, et *m* sepimentum circum eam factum : tantæque eo alate eleemosynæ sunt, tot votiva anathemata, ut antequam mensis unus præterisset : cæpta sit ædificari ecclesia supra *n* podium, ubi hodie sanctum corpus requiescit ; et quo dum viveret trahi iusserat arcam *o* illam saxeam, cujus superius facta est mentio. Depositum est autem sacrum istud pignus, concurrente ad id cum summa devotione innumerabili populo, sub crypta novæ fabricæ. Factum est hoc antequam finiretur annus, cæperuntque ecclesiarum vicinarum plebes advenire processionaliter ad novum Sanctum honorandum et invocandum. Quidam volunt fuisse annum MCCXLII, alii annum MCLIV notant : prima communior sententia est, veritas autem ipsa non scitur.

m

n

o

Ex eleemosynis collatis extruitur ei ecclesia

B

13 Porro cum circa annum MCCCX, quatuor annis minus vel amplius, ex Senensi Comitatu fieret contra Florentinos excursio militaris, transitusque esset per ecclesiam Sancti, fuit hæc multum deformata atque destructa ; ablataque ex loco multa supellex, et miraculo simile censeri potest, quod ipsæ sanctæ Reliquiæ combustæ non sint. Deo fortassis illas occultante ab oculis barbarorum istorum, qui nec saceris quidem rebus parcebant. Ipsis autem omnino digressis paulatim restaurari et resarciri cœpit prædicta capella, non tamen ea pulchritudine qua fuerat prius. Postmodum anno MDLI furto sublatum est velum sive sudarium, quo intra capsam operiebatur corpus sanctum : ex traditione autem credebatur, ipsum esse quo solebat Gerardus, ab itinere aliquo fatigatus, sudorem abstergere : ideoque occasione ægrorum sæpe petebatur, et domum ferebatur a fidelibus : quibus eo mediante Dominus Deus noster miraculosas multas curationes largiebatur, præcipue contra febres. Sacrilegii auctor, qui thesaurum hunc in suam regionem abstulerit, haud certo scitur : suspicio tamen plurium notabat quemdam Sacerdotem Casentinum, de quo refertur, quod collum sibi frangerit. In vicem autem ejus, quod ablatum fuerat, aliud simile positum fuit.

quæ circa 1360 destructa est, mox restaurata,

an. 1551 aufertur Sancti sudarium.

C

14 Ad habitum Equitum Rodiensium quod attinet, creditur Sanctus in vita sua nunquam gestasse ejus solitum insigne, quamvis Patronis suis intercedentibus fuerit receptus in Ordinem : ipse autem habitus ei primum post mortem impositus est. Dubium porro nullum est, quin sanctus hic Eremita miracula multa fecerit : sed omnia in oblivionem venerunt per militares incursus frequentes pestemque grassantem. Hanc vero historiam composuit et invenit Presbyter Bartholomæus Joannis della Quercia, quondam dicti loci Curatus, acceptam a pluribus testibus fide dignis et per traditionem illius regionis. Cum autem fabricaretur capella seu ecclesiola pro Sancto, fuerunt a devotis personis ibidem deposita, lanx una, scutella una, et scyphus unus, atque alia quædam, quæ fuerant Gerardo viventi in usu quotidiano, partes universim quinque. Sudarium vero prædictum post mortem Sancti tam multa fecit miracula, ut per traditionem habeatur, quod vulgo di-

Vita describitur.

ci fuerit solitum, opus esse sudario sancti Eremitæ, præsertim contra febres *p*.

D

A. BARTHOL
PAROCHO
EX MSS.

ANNOTATA.

a *Ilos passim nunc volunt fuisse ex Folchorum familia, cui nihil detractam velim.*

b *Putat circa annum 1230, ita ut prima profectio in Terram Sanctam modice præcesserit annum 1220.*

c *Waddinghus in elogia ad an. 1277, citatis in margine auctoribus antiquæ Legendæ et Appendicis ad Marianum, Florentiæ id factum ait.*

d *Waddinghus ex eoque Terrinca hæc scribunt. Qualibet hebdomade ter visitabat ecclesias tres, valde inter se dissitas, unam vetustam in vertice montis excelsi, qui Incontrus appellatur ; aliam ad Montem-acutum, sitam juxta fluvium Arni ; tertiam S. Mariæ in Monte-Romuli supra Sesinas. Sacrum hoc iter die Lunæ dicabat animabus e purgatorii pœnis liberandis, die Mercurii suis peccatis redimendis, die Veneris pro condonandis omnium fidelium peccatorum reatibus et infidelibus illuminandis.*

f *Idem Waddinghus ex eoque Terrinca sic narrant : Mortem præmeditatus, quatuor ingentes excidit lapides pro sepulcro construendo, quibus trahendis duo vel tria boum juga adhiberi oporteret : illa petiit a quodam agricola, sed non obtinuit : vocatis itaque, tamquam rationales, duos juvenecos, jugum adhuc inexpertos, ingenti currui submisit, et quo voluit facile minavit.*

e *Addit Terrinca, populi S. Andreæ de Rovezzano.*

g *Fredericum II Terrinca nominat.*

h *Rozzius aliam causam miraculi assignat, scilicet quod solitus quasdam suas devotiones noctu obire, rependo genibus ad tria milliaria, eoque labore fessus, istis subsistere consuevit, et manus supra saxum ponere : additque Inquillini Villæ-magnæ quotannis certo quodam festo processionaliter illuc eunt, in memoriam atque honorem sui Sancti.*

i *Waddinghus, ex eoque Terrinca, ipsam sororem ivisse asserunt.*

k *Addit idem, Inveniens brumali et rigido tempore arborem florentem, cerasis onustam, stupefacta collegit ad votum, languenti tulit, aliqua comedit : sed optimo sapore oblectata, dum regreditur ut sibi evellat, videt prius viridantem, jam aridam et gelu rigentem. Terrinca autem eadem sic proseguitur. Hinc cum ramo aut calatho cerasorum in manibus representari consuevit Gerardus : quod ut constaret certius vellem addidisset ecclesiarum nomina, in quibus sic representatur Sanctus : nihil enim tale in propria ecclesia reperit Magliabechius : et aliarum, ipsius imagines habentium, doceret cultum late extensum*

l *Terrinca addit vel feria secunda sequenti : quidam enim dicunt obire feria secunda Pentecostes, forte quod tali die populorum concursu colatur, alii vero feria sexta in Idus Maji.*

m *Addunt idem auctores Franciscani : Subtus contigit duci ad sepulcrum ancillam quandam Xenodochii S. Mariæ novæ de Florentia, quæ tunc ruri agebat : sed virtute sacri corporis statim surrexit, glorificans Deum in tanti viri potestate.*

n *Waddinghus minus verosimiliter ait : habitaculo ejus in ecclesiam constructo, religiose conditus est in sepulcro, quod vivens ipse paravit.*

o *Terrinca ait, quod supra eam, in formam altaris redactam, usque in hodiernum diem sacra celebrantur.*

p *Waddinghus : Ejus cingulum quotidie infirmis applicatur, et desideratam salutem impertit. Ita supra num. 5 dici videtur Sudarium, quod ad usus proprios accingebatur : sed hoc ita intelligo, ut ipsum non haberet usum cinguli, sed penderet ex cingulo*

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 73**
F

A *sive ex fune ejus cinctorio, ad sudorem tergendum etc.*

A BARTOL.
PAROCIO
EX MS.

APPENDIX

*Ex Italica epistola Bartholomæi Magnani, nunc
Parochi S. Dominici in Villa-magna.*

Exponitur
corpus lem-
pore pesti-
lentis:

ANNO MDCXXXI, grassante per Italiam pestilentia, ipso mali contagiosi principio, expositum in suggesto perquam ornato, media in ecclesia, fuit sacrum corpus, in habitu Franciscano: ad quod venerandum opemque poscendam, toto triduo, quo illud sic stetit, concursus fuit innumerabilis populi ex omnibus circum locis: multosque a morbo sanatos fuisse, credibile faciunt plurima vota, mox appensa per ecclesiam. Per annos deinde continuos tres, quibus lues decessit, vicinis in oppidis afflatus contagio fuit nemo; sed nec mortuus quisquam, præter senes duos, quos gravis ætas potius quam aliud quodvis malum diutius vivere non sinebat.

a qua præs-
entur familia
ei commu-
datu.

16 Erat in sua quadam villa D. Franciscus Nasi, Nobilis Florentinus, eo tempore quo pestis erat ferventissima: hæc autem sese manifestavit in famulo quodam ejus, qui illam Florentiæ contraxerat: non tamen ad alium quemquam transiit, quamvis cum domesticis ceteris et externis quibuscumque, cum ipsoque hero suo, nihil mali suspicantibus, versatus fuisset familiariter; quamvis etiam ab alio juvene tactum esset ipsum pestilens tuber sub una axillarum, existimante id provenire ex violenta cujusdam tubæ inflatione dum dictum juvenem ea canere doceret: solus autem famulus, sicut idem juvenis postea mihi retulit, Ancisam locum suum natalem reversus, ibi intra biduum obiit. Quod vero nemo contactus fuerit, attribuit D. Franciscus voto, quod nuncupaverat B. Gerardo, se suamque familiam in tam præsentis discrimine commendans ei: quare etiam in gratiarum actionem curavit a populis istis solennem institui processionem: et ipse donavit oratorio, in quo sanctum corpus asservatur, pluviale et casulam ex Ormusino rubro, quæ hodieque supersunt, indiciumque beneficii præstant, intextis sibi litteris ex voto.

Gressu donatur
paralyticis,

17 Quidam cognomento de Radichis ex Ponte-Sevæ, ab annis viginti quinque media sui parte a

cingulo deorsum paralyticus; sic ut vix modicum se movere ipse posset admiculo crucularum subaxillarum; votum vovens B. Gerardo convaluit, et deinceps liberrime ambulans, in gratiarum actionem suas in oratorio cruculas obtulit: ubi etiam nunc videntur appensæ. Eodem loci Præfectus publici satellitii (Barigellum vocant) ex gravi morbo desperatus a medicis, petiit sibi adferri velum dicti Beati quod ibidem servatur: ad cujus præsentiam mox habere cepit melius, atque intra paucos dies ex toto convaluit: in gratiarum vero actionem jussit confici argenteam capsulam, in qua dictum velum nunc servatur. Res autem contigit ab annis viginti duobus, et Præfectus ille (quantum memini) vocabatur Caesar Acciari.

avertitur gran-
do noxia

18 Felicitati porro singulari totum circa territorium ducit, quod ea Beatus valeat gratia apud Deum, ut ea mediante securum maneat liberumque a grandine, quamvis in remotioribus hinc locis grandia sæpius damna faciente. Quod si hæc aliquando cadere cõperit noxamque minari, mox ut pulsantur campanæ nostræ cum invocatione B. Gerardi, continuo videas dissipari nubes damnifera gelu gravidas, aliosque dispelli: cui rei certissimam fidem præbet frequens experimentum. Multitudo votorum, huc allatorum in testimonium receptarum gratiarum, has quoque plurimas fuisse probat: sed quia eæ non sunt scripto consignatæ, ideo eas exponere prætermitto.

E

19 Anni autem sunt octo circiter, quod ego Bartholomæus Magnani, Presbyter atque in præsentiarum Parochus hujus loci, faciendam curavi novam capsam, in illamque ex veteri transtuli corpus B. Gerardi, nemine præter Sacellanum meum adjuvante, illo per pedes, me per humeros illud attollente, plane ac si recens mortuum fuisset. Et tunc cum venia D. Bardi Vicarii generalis, concurrente ad spectaculum innumerabili populo, ipsum supra altare expositum mansit, aliquanto minus formosum quam fuerat in prima expositione conspectum, quia multitudo facularum, et aer a tanta turba hominum spirando reciprocatus, illud quadam fulgine tunc infecerunt: ex eoque tempore defecit etiam bona pars capillorum, qui satis densi eatenus capiti inhauserant.

Corpus in
novam capsam
transfertur.

DE B. ANTONIO HUNGARO

C

D. P.

TERTII ORDINIS S. FRANCISCI.

FULGINII IN UMBRIA.

AN MDCGACXVIII

In loco ubi
olim orato-
rium S.
Trinitatis

LUDOVICUS JACOBILLUS, libro de Sanctis ac Bratis Fulminatibus, sub annum MDCXXVIII vulgato, de hoc B. Antonio scripturus, amplam præmittit descriptionem ejus loci, ubi nunc in dicta civitate Hospitale sancti Spiritus est. Ibi S. Vincentium dictæ urbis Episcopum, ait, struxisse oratorium, in honorem Sanctissimæ Trinitatis, vitæ solitariae quam deperibat idoneam: Sanctum deinde Florentiam addidisse monasterium, in quo Benedictum Ordinis institutum tenentes monachi diu steterunt, sub novo S. Silvestri Curasserii titulo, veteris appellationis vestigiis remanentibus supra portam ecclesie intra extraque gemina scilicet sanctissimæ Trinitatis in igne, eaque vetusto satis; intelligi autem S. Silvestrum Papam, cujus festum ultima ære anni solemnissime ibi agatur, et cur, seu potius monasterio et sacra, cognomen sit inditum a cura ægris incurabilibus, quasi sero adductis, impendi ibidem solita. Opus hoc caritatis ibidem tam

detude mona-
sterium S.
Sideri Cu-
razzari,

antiquum esse, licet non probetur; malim tamen recipere eam quæ offertur nominis rationem, quam ex eo quod Curasero derivetur ab Italico Curazza (rox autem hæc etiam apud Francos loriceam notat, unde loricati seu cataphracti equites dicuntur Cuirassiers Francis, Italos Corazzari) malim, inquam, primum credere, quam citra aliam probationem, aliquem qui istic vixerit S. Silvestrum Loriceatum ibi statuere, ad instar S. Dominici Loricati, S. Guilielmi Eremitæ, aliorumque, qui lorica super undam pro veste usi sunt penitentia causa.

2 Stantibus autem adhuc ibidem monachis, ait Jacobillus, locum, qui extra muros civitatis primum stabat (sicut adhuc veteris portæ ac turrium reliquæ monstrant) ejusdem muris, anno MDCXXX latus protensis, fuisse inclusum; annis ducentis, postquam unitus fuisset Monasterio S. Mariæ de Stroraco Cassinensis Congregatio- nis prope Aurimum. Cum autem eodem monachi aliud

ac denique
hospitium
S. Spiritus,

Sanctæ

F

A *Sonctæ-Crucis ad Sarum-vivum Fulginiensis districtus oppidum possiderent, eos illic dimissos a Clemente Papa IV sub annum mcccxi, et monasterium ipsum unitum fuisse Romano sancti Spiritus hospitali, eamleque dici Hospitale sancti Spiritus, aut etiam laboratorum; eo quod in ministerio infirmorum laborent, deducti istuc Roma Fratres: quamvis Sixtus Papa IV anno mcccclxxiv, intelligens alia esse Fulgini nosocomia, ubi id genus caritatis exerceretur; jussit redditus amoves impendi alendis infantibus expositis aut aliter derelictis. Interim, cum prior ibi forma Hospitalis observaretur, adventit eo hic de quo agimus B. Antonius, cujus ibidem corpus supra majus altare intra arcam decenter collocatum, religiose honoratur. Vitam deinde Beati subjungit auctor præfatus, qualis fere ex traditione haberi potuit: quam deinde ommissa prolixiori loci descriptione anno mcccclxxv reverendam curavit in tomo I de Vita Sanctorum et Beatorum Umbriæ. Ex priori opere Latinam epitomen fecit R. P. Lucas Waddingus, inseruitque suis Annalibus Minorum tom. 4: et hinc eam transcripsit Arturus du Moustier, in Notis ad Martyrologium Franciscanum, hoc illius elogium præmittens: Fulgini in Umbria B. Antonii Hungari, Confessoris, Tertiarii, admirandæ pietatis, humilitatis et caritatis viri.*

colitur B.
Antonius,

B *3 Epitame apud Waddingum hæc est. Obiit hoc anno mcccxcviii, in Idus Maji B. Antonius Hungarus, tertii instituti S. Francisci sectator, ignotæ tamen urbis et prosapie. Venit in sacram urbem peregrinationis et magnæ Indulgentiæ Jubilæi lucranda causa anno mccccl. Ubi moram aliquot annis traxit, visendis Sanctorum liminibus operibusque pietatis exercendis totus intentus. Opportuniori veste et vitæ genere Deo famulaturus, tertii Ordinis S. Francisci habitum suscepit, et leges observavit. Deinde sui Legislatoris sepulcrum veneraturus, et celebris Indulgentiæ Portunculæ merita assecutus. Assisium profectus est: Hinc reversus Fulginium anno mcccclxxi in morbum incidit: ductusque ad xenodochium sancti Spiritus, multiplicem expertus est mi-*

an. 1368
ibidem mortuus,

ubi post volu-
nas peregrina-
tiones substi-
terat,

nistrorum caritatem. Recuperata valetudine, statuit, quæ recepit misericordiæ opera, erga alios exercere, et infirmorum pauperumque obsequiis operam suam omnem vitamque locare. Nihil illo mansuetius, nihil benignius, nihil erga proximum beneficentius. Infirmos curabat, alebat, confortabat: expositos infantes tenerrime fovēbat, pie educabat, instruebat: pauperes et peregrinos Christianis prosequēbatur officiis. Abstinentiæ et penitentiæ erat admirabilis, orationis assidua, et profundæ humilitatis; factus virtutum omnium exemplar. Tantam obtinuit in populo opinionem, ut ad eum omnes recurrerent angustiati pro consilio, afflicti pro remedio, tentati pro suffragio. Tandem annis et meritis plenus, longa purgatus infirmitate, quam patientissime toleravit, præmissis Christiani luminis munis, receptisque sanctæ Ecclesiæ Sacramentis, pie obdormivit Fulgini. Corpus honorifice, concurrente universo populo, in quodam sacello ecclesiæ prædicti Xenodochii positum est, et perpetua populi reverentia celebratum, Deo plurimis per ejus intercessionem bene faciente. Postremo anno mcccviii translatum est ad aram templi majorem, supraquam in nobili theca integrum et illaesum omnium exponitur venerationi.

D
AUCTORE D. P.

et annis 17
pie vixerat:

E
translatus ad
majus altare
an. 1608.

4 Vitæ plura his habet, quamvis pluribus verbis, Jacobillus; solum addit, in dicto Xenodochio substituisse Beatum ex voto conceptosi convalesceret: deinde translationis postremæ auctorem nominat P. Fr. Melchiorrem de Valle Tullensi, Francum, Priorem tunc ibi; et nobilem appellat arcam, in qua ejus corpus requiescit. Dolemus sane, quod cum anno mcccclx apud eum versaremur, dierum aliquot Hospites, chartas et libros ejus omnes curiose scrutando occupati, ut quæcumque nobis deerant describenda ipse curaret, quod et liberaliter fecit: dolemus, inquam, quod ei non incederit cogitatio deducendi etiam nos ad prædictum Hospitale, sacrum illud corpus inspecturos et veneraturos. Hoc ipsum tamen non tam oblivioni ejus, quam nostræ imputarim festinationi, qua iter accelerabamus, ut saltem Domini Natalem possemus Romæ celebrare.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 74''

DE B. MAGDALENA ALBRICA

ORDINIS EREMITARUM S. AUGUSTINI,

ABBATISSA BRUNATENSI COMI APUD INSUBRES.

D. P.

C

*C*ua anno mcccclxxx Generalia Ordinis Eremitani Comitia, in Monte-Pessulano Galliæ Narbonensis urbe celebrata, Augustino Romano Priori suo Generali in tertium sexennium proragassent munus; unicus ejus auctoritate et prudentia Joannes Rochus Portius Papiensis, Theologus insignis, Ordinem, a primævi instituti vigore deflexum, in Gallia Cisalpina suscepit ad meliorem formam reducendum, ut scribit Josephus Pamphilus Episcopus Signinus in ejusdem Ordinis Chronica. Fuit hoc Congregationis Lombardiæ in Italia principium, eo successu promotum, ut Nicolaus Crusenius in suo Monastico Augustiniano parte 3 cap. 24, suo tempore, id est anno mcccxxiv, numerata dicat ejusdem Congregationis in eadem Italia monasteria octoginta quatuor, structura ac proventibus magnifica: quorum tamen pleraque antiquiora fuerunt. Tale certe fuit Brunatense prope Comum, et ex hoc prognatum S. Trinitatis in ipsa urbe Comensi monasterium: quæ ut a reginæ Canoniarum Cathedralis ecclesiæ ad Eremitarum disciplinam transiret, effecit B. Magdalena Albrica, Brunatis Abbatissa, circa annum mcccclv; factum autem confirmante Pio II, as-

ANNO MCCCCLXXV

Congregationi
Lombardiæ

se sociasque
subicit Mag-
dalena,

sensum denique suum Canonici Comenses quarto post anno uldiderunt.

2 Ita compositis rebus vixit Magdalena usque ad annum mcccclxxv, quando mense Maji ex hac Vita migravit, continuo cæpta coli ut Beata, propter miracula, quæ Abundius Raymundi Comensis dicitur collegisse; sicut et vitam scripsit Paulus Ulmius, sive Lulmius, Bergomensis, quam Romæ excusam fuisse anno mcccclxxxiv scribit Gelsominus, in Thesaurio devotionis ad Beatam Virginem pag. 152, teste Herrera in sui Alphabeti Augustiniani parte 2 pag. 56, dolente quod inertia deperditam, vel in bibliothecis latentem, videre non meruit. Nos pro Abundii scriptione Comæ accipiendæ frustra laboravimus, operam ad id suam, sed effectu cassam, comnodante Primo Aloysio de Tattis, Novocomensis Martyrologii et Historiæ auctore; non item pro altera; hujus enim ecygraphum in suis MSS. repertum vir ille patriarum antiquitatum studiosissimus ad nos promptissime misit. Idem etiam in Annotatis ad prædictum Martyrologium, post longum de Magdalena elogium allegat auctores quotquot ejus cum laude meminerrunt; quibus addi poterat amicus noster Augusti-

cujus Vita a
Lulmio
comæ compo-
sita

uus

A *nus Torellas, in Centuriis Virorum atque Mulierum*
AUCTORE D. P. *ex Ordine Augustiniano sanctitate illustrium, annis viginti octo prius vulgatis Bononiæ, quam dictum Martyrologium prodiret.*

3 *Fuisse Abundium ipsi B. Magdalene coævum, præsumere citius quam probare possum : de Paulo constat (uti jam dictum ad Vitam B. Helenæ Utinensis, xxiii Aprilis editam) obiisse primum anno mccccxciv, septuagenario majorem, sicut Pamphilus ait : qui argumenta hujus suæ de Magdalena scriptiois se habuisse dicit a familiaribus ejus collecta, ac nominatim a Nicolao Zaffarone, comobii S. Andreæ ante susceptos Fratres Augustinianos Confessario, atque a Fr. Augustino de Perlaschis, Nicolai in eodem munere successore. Ab hac ergo scripta Vita lenire poterit desiderium ulterius opusculi ; nec non is qui utrumque habuit Hieronymus Borserius, indeque et ex scripturis variis ipsius monasterii Vitam Italica lingua collegit, ac prælo dedit anno mdccxiv. Hanc igitur secundo loco Latinam fecissemus, resectis parergis moralibus, quibus ad Sanctimonialium informationem fusa distenditur, nisi inter MSS. Vitæ, ad nostrum Hierbertum Rosweidum olim transmissas, invenissemus Latinam quendam aliam, succinctam ac brevem, ex ejusdem monasterii tabulis excerptam annisque decem aut quindecim citius compositam, nec Borserio visam ; quæ per addita ex ipso Annotata et Appendicem suppleri posset.*

et ex Italica recentiori

suppletur Vita 2.

B

4 *Ad cultum quod attinet, requisitus a me per litteras Comensis Collegii nostri Rector, Ambrosius Maria Spiuola ; anno mdclxvii respondit, Depositum ejus supra terram, et quidem honorifice collocatum servari in ecclesia S. Juliani, intra chorum Sanctimonialium ; quæ perpetuæ ardentem lampadem ad illud foyent, et in honorem ejus quotannis Sacrificium Missæ peragendum curant de Spiritu sancto die xiii Maji, tamen Lulmius dicit Idibus Maji expiravisse ; pro quibus sequentem diem xvi substituit Borserius, et hunc secutus Martyrologi Auctor : qui super hac differentia consultus, respondit, penitus inexploratum sibi esse quo argumento Moniales diem xiii cultui Magdalene delegerint, cum ex prisca earum monumentis nihil certi ad hanc rem invenitur ; se vero xvi prætulisse, tamquam diem non mortis, quæ pridie accidit ; sed Depositionis et exequiarum solennium, esto quod solum octavo post die corpus terræ mundatum sit, prout asserit Borserius. Nobis hactenus visum consultus est, eo quo Sancti solennius coluntur die de ipsis agere ; quod cum fuit xiii Maji, ipsomet Aloysio attestante (ejus Martyrologium, utpote auctoritate privata dumtaxat nixum, nec ad publicos Cleri Novocomensis usus inter divina receptum, non immutavit antiquiorem ritum) tenemus diem prædictum ; ideo fortassis a Sanctimonialibus assumptum, quod verus martis dies lateret, et certa scientia teneretur, tali die corporis sacra ossa, jam ante a Vicario Episcopali ex priori elata tumulo, fuisse in novum sepulcrum translata. Quod si contigit anno mdxcv, sicut Borserius scribit ; contigit in Vigilia Pentecostalis festivitatis, tunc in xiv Maji cadentis. Anno quidem mdxcii moniales o Brunati montis cacumine, ad eundem radices et Abbatiale cœnobium S. Juliani, non procul ab urbe situm, demigrarunt, inquit in sua ad nos epistola Aloysius ; idque ait constare liquido, tum ex Brevi Clementis Papæ VIII, tum ex processu Feliciani Ninguardæ Episcopi Novocomensis ; insuper in suo Martyrologio asserit, anno mxciii coram Tobia Peregrino, prædicti Episcopi Vicario generali et ecclesiæ Cathedralis Canonico, reseratum fuisse B. Magdalene tumulum primum, et sacra ossa ad S. Juliani translata. Nihil tamen obstat, quo minus inter hanc privatam, ut sic loquar, translationem, et solenniorem aliam, intercesserit sesqui anni circiter spatium ; dum scilicet alia multa, communi Virginum usui magis necessaria, componuntur, et progressu lentiori absolvitur novi tumuli opus.*

die forsau Translatio- nis factæ au 1595.

VIDE APP. TOM. VII MAJI NOT. 75*

5 *Quod reliquum B. Magdalene cultum, addit Herrera, quod extant adhuc sacræ illius effigies, radiis coruscantes, in ecclesia S. Andreæ et in D. Augustini fano super quadam columna, quæ ingredientibus ad manum dexteram prostat, cum hac inscriptione, B. MAGDALENA DE COMO. Vidimos etiam, inquit idem Herrera, in Conventu Tolentino et in aliis Italiæ Conventibus similes ejus icones. Et hæc post translatum, ut diximus, corpus ; ante quod tempus Hubertus Senensis, in Centuria illustrium Eremitarum eam collocans, testatur pie ac religiose coli, in ipso ubi primum sepulta est loco ; ubi etiam epitaphium legatur, eidem, ut Antistili beatissimæ positum ab ejus seniore fratre Pierio : multa etiam ibidem visebantur anathemata votiva, quemadmodum ex miraculis in Vita relatis apparet. Neque tuius contentus fuit Comensium erga Beatam affectus, sed de soleuni quoque Canonizatione procuranda tractarunt : hujus enim rei, inquit in proœmio Borserius, testes mihi sunt supplices quidam libelli, inter scripturas Communitatis asservati, quibus apud Leonem X Pontificem maximum (adeoque intra annos mdxiii et xxi) instabatur pro facultate celebrandi festi : qui libelli licet oblatis non fuerint, propter conditionem illorum temporum, iniquissimam ejusmodi negotiis perficiendis, probant tamen quæ fuerit de ejus sanctimonia æstimatio populi.*

D Images.

Æstimatio.

E

VITA

Auctore P. F. Paulo Lulmio Ordinis Eremitarum S. Augustini.

Ex MS. adm R. D. Primi Aloysii de Tattis.

Mire religionis et sanctitatis odore floruit B. Magdalena de Albricis de Como, Galliæ Cisalpinæ civitate. Hæc puella adhuc, cum in Domini nostri Jesu Christi amorem ferretur, totaque mente illius mandata percurreret, ingentem fabarum copiam clam pauperibus distribuens, D. Livium et Margaritam parentes jugales in religiosam sui admirationem perduxit. Quod cum et spiritualibus quotidie officiis comprobaret, de B. Abbatis Benedicti instituto eligendo cogitavit : verum in somnis a S. P. N. Augustino admonita, solitudinem quamdam extra civitatis mœnia adiit, ubi paulatim cilicis ac jejuniis carnem macerans, adolescentulas nonnullas coepit assumere. Quo factum est, ut locus ille, qui Brunas dicitur, fertassis ex mentis horrore, citra Ecclesiasticorum omnium opinionem in monasterium ductus sit : quod postea, Nicolai V, ac Pii II summorum Pontificum auctoritate, Congregationi Cremensi, Blanca-Maria Mediolani Ducissa, penes quam Virginis nomen audiebatur mirabiliter, expostulante, adscriptum est.

Ab infantia liberalis in pauperes

fit monacha :

F

2 De hac mira quam plurima referuntur. Fama enim est, ejus precibus per signum Crucis agrivolarum uxores binas febrim evasisse, pluresque alios sexus masculini ægros a mortis periculo fuisse ereptos. Quæ omnia nullatenus illius mentem inflabant, cum, quo magis indies sui ipsius nomen augeri animadverteret, magis etiam magisque humilis dignosceretur. Tradiderant illi parentes redditus cujusdam villæ Ponzati in limite : sed Zanino et Gasparino fratribus dominio utentibus, pensiones per annos aliquot sublata fuerant : quapropter ostiatim per moniales servulas cœnobio victum quarere coacta est. Quod cum sæpius frustra factum fuisset divinitus cibi et potus ante fores S. Andreæ, cui cœnobii basilica dicata fuerat, reperti sunt. Divinitus etiam fertur, in summo pluvie defectu, ad sitim removendam fructibus inassuetis recreata, sicuti accepimus ab Androza et Helena consorioribus,

patrata miracula :

divinitus pascitur :

quæ

A quæ ibi obtentum asserunt mense Augusto mccccxxx. Lite tandem composita, auxilio potissimum Martini a Comensis Episcopi, et F. Bernardini b ordinis Minorum instauratoris, ac Antonii de S. Germano c familiæ Dominicanæ in S. Joanne Prioris (quorum sanctissimis præceptis interdum consolabatur Ordinis sui Moniales) cœnobio, cui ipsa præerat, villa cum omnibus juribus adjecta est.

juvenem
libidinosum
convertit :

3 Ibi venerabilis Virgo, cum diebus ac noctibus sedulo ecclesiam frequentaret, totamque se Domino in holocaustum offerret; consobrinus Pierius nomine, facibus parum honesti amoris erga communalem ei subditam inflammatus, cum Magdalenam ipsam de rigore silentii in hospites pro Monasterii hospitii leniendo tentaret; a Deo optimo maximo obtinuit, ut ipsemet ex tenebrarum dæmone lucis Angelus factus sit, quod unum, flendo magis quam loquendo, ipso præsentate consecuta est. Id autem præstare conueverat ex sacris Sacerdotum colloquiis: quibus cum affici mirum in modum videretur, sese secundario voverat. Hinc orta ejus Fratrum nostri Ordinis electio, ad rectam instituti Augustiniani rationem: quod postea auctoritate Apostolica est comprobatum. Tenui victu, et rudi vestitu utebatur; ad illum vix legumina, ad hunc vix lanam infimæ speciei adhibere assueta, Cremensibus d in utroque Ordinis restitutoribus persimilis, prisearum Ægypti Eremicolarum imitatrix non sine omnium admiratione effecta est. Sacerdotes, uti Altissimi ministros, adcoluit, ut eorum consilio a choro, et a sacris nunquam abstinuerit, licet doloribus interdum oppressa difficillimis: in quibus perferendis, ut etiam in viduorum livore abjiciendo, virago ut plurimum Christiana habebatur. Quod probatum est, præsertim cum de cœnobio S. Andreae auferendo, et domicilio sanctissimæ Trinitatis ei subjecto restringendo, penes Mediolanensem Principem ex primorum suspicionem ageretur. Obstabant enim Civitatis decuriones, Petrus de Coquis, Joannes de Lavizaris, et Antonius de Mugiasca præ ceteris, ne cœnobium illud amplissimis ædibus illustraretur, et ne domicilium hoc in cœnobium, sicuti factum est, traderetur. Hoc unum Virgines quamplurimas, quæ in domiciliis id genus una debebant; sub institutis inter seculum adhuc et Religionem vulgatis, ad nostri Ordinis insignia in integrum assumenda ex voto excitavit: quod et Tertiariis quibusdam masculis, prope Communem susceptis, tribuitur. Siquidem per idem tempus ibidem nobis Moniales innumeræ subscripserunt, paucalimque novem Augustinianæ familiæ Monialium monasteria Civitas acquisivit.

Eremitis
Augustinianis
se subdens,

B
d
e

4 Norunt Comenses, quot qualesque tempestatum injurias per hanc omnipotentis Dei Ancillulam evaserint: cujus precibus bella sæpius intermissa, et populorum seditiones consepultas accepimus. Et sane Paulos et Antonios semper habens præ oculis (quamvis comitata) in solitudine perpetuo debebat: ubi non aut temporis calamitates, aut Virgines quas pascebat a pauperum cura pedes ejus tenuissent; quorum cellulas ad eos ex infortuniis eripiendos attentam intrabat. Diva intentio, et admirabilis in sexu fragili firmitas! Otium puniebat labore manuum, vigiliis ultra hominum usum dedita. De nullo gloriabatur: de nullo, nisi id cœleste esset, gaudebat, cujus durant adhuc monumenta. Vox interim administratorii Spiritus audita est, quæ ipsam ad suspensiones in veri Dei cultum et in Ecclesiæ unicum regimen suscipiendas impellebat. Sed id totum, sexus oblita, in fidei Apostolicæ basi constituabat. Nulla unquam penes eam inanis petitio, nullumque in Religione dubium: quidquid esset de his, quæ tunc temporis circa beatitudinis cœlestis e formam agitabantur. Quantum mundo crucifixa, Cruce etiam admodum delectabatur, vel ut orationum munera tutior persol-

rebus arduis
probat :

exercit vir-
tutibus.

veret, vel ut se ipsam a terrenis concupiscentiis certior erigeret. Hujusmodi signum visitur adhuc, quod ipsa suadente in summo montis cacumine prope monasterium S. Andreae erectum est. Pallor ejus ex jejuniis, caritas in pauperes, constantia in adversis, humilitas in properis, mansuetudo in officiis, modestia in obsequiis, et tandem fervor in religione, Commoniales subditas ad summam virtutum perfectionem mire accendebant. Accedebat et hæc sermo perpetuo sale conditus, et prudentia quam ab inenabulis deportaverat in domesticis.

5 Ex his igitur sanctitatis nomen ab Occidente in orientem sibi comparaverat, crescentemque fama indies cepit a Primoribus, etiam Ecclesiæ Prælati, in pretio haberi. Nulla Monialibus indulgentia aperiebatur, quam et ipsamet impetrare non conaretur, ad hoc Romam Bernardo fratre juniore transmissa: nullum item spirituale pro sexus viribus institutum, cui et ipsa statim non adhereret, ubi vel Apostolica auctoritate divulgatum, vel sapientum consilio saltem examinatum et propositum fuisse percepisset. Quas sibi leges in Ordine præscribendas curaverat, easdem etiam perpetuo servavit, et servari mandavit. Atque cum prima ab infantia a pompis abstinisset, volebat et in ingressu Religionis puellas vestitu, pœne religioso ad Religionem accedere. Secundo, nullam admittebat, de ejus morum rectitudine non constaret; illud subjungens, sui ipsius Regulam ad puras, non autem ad pœnitentes facere Tertio, a choro absentes voluntarie, puniendas in prædicio docernebat. Quarto, nullam a Sacris, si fieri poterat, abesse permittebat. Quinto, cum secularibus colloquia ad bene esse omnimode vetita supponebat; ut etiam quæ ad animi relaxationem inter consorores proponebantur. Sexto, non nisi Romanæ Ecclesiæ subscribendum affirmabat; licet Ecclesiæ [aliquandoque ab] Hierarchiâ norma devolverentur f. Septimo, illusiones demonum, sensuum oblectamenta, carnis susurrations, et quicquid hujusmodi spiritui obstat penitus removendum assererat, quamplurima ad hoc dividens medicamina, quæ ipsamet collegerat. Quod enim suis experta fuerat viribus, id etiam, uti certum, aperire aliis sæpius consueverat. Octavo, in contractibus cum seculo non nisi æquum ex directo usus processu assumebat, idem et Sorores per libellos canonicos interdum docere assueta.

6 His et aliis quamplurimis g regulis ancilla imperabat: cujus sanctitatis odore per proximas regiones effuso, mirabile dictu, quanta alacritate Virgines pariter et Viduæ, nobilitate insignes et divitiis exultæ, amplioribus contemptis palatiis, ad eam confluerint, præsertim Mediolanenses. Aliæ vero, Magdalene invitante præconio, eandem salutis viam, per quam ipsamet procedebat, alibi arripuerunt, monasteria suis sumptibus extruxerunt, et non modo civilia, sed etiam ruralia loca h Augustiniano Ordini adjecerunt. Quo temporis curriculo regimen ceterarum administrabat, subesse magis quam præesse voluit; et timore potius, quam timore præferri passa est. Infirmarum sedilia pluries lavit, pedes fragularum de foris revertentium sæpius expurgavit; et expurgatos deosculata est. Hoc autem spiritu imperans, imperio humilitatem, humilitati pauperiem, pauperiei constantiam, constantie fidem, et fidei denique amorem adjungebat. Semel atque iterum, ad binas puellas dictis saltem puniendas, quæ ab ejus cœnobio defecerant, tentata, seipsam potius strictioribus vigiliis punire cepit, certamen hoc non nisi silentio absolvi posse affirmans; quod Ordinis i Humiliatorum adamussim [vivere elegissent], licet non ad ejus gloriam, uti earumdem puellarum receptores adnotarunt.

D

AUCT. P.
LULMIOad quas exem-
plo est ceteris:monasterium
optimis legi-
bus temperat :

E

g

F

humilitatem
exercet.

h

i

A 7 Vigebat prava inter agnatos tunc temporis consuetudo, qua proximiores non nisi precibus proximæ tuto commendari seipsos posse arbitrabantur. Cum autem citra consuetudinem ad Albericam hospites confugerent, id magicis tantum artibus vel hypocrisi tribuendum contendebant. Veruntamen Alberica, nedum hoc sibi deberi pro humillima vivendi norma respondebat: Absint, asserens, absint qui me celestibus adscribant: me enim innumeris peccatorum nexibus et obvolutam et implicatam dignosco, quæ nulla animi prudentia discipulas instituo, nullo pietatis ardore foveo, nulloque orandi genere erigo: me prorsus immortalis gloriæ indignam fateor, quæ sorores, ut summa mentis in Deum alacritate versentur, singulis momentis nos hortor. Gaudeo quidem Sanctorum nominibus, mei tamen ipsius discrimen deploro, cum nullam mea oratio hominum unquam vicerit militiam, nullumque familiarem dæmonem ad cedendum compulerit. Memum est confugere ad Verbi Divini dispensatores, meum etiam sit horrescere ad divinarum virtutum inquisitores. Hisce et aliis hujusmodi assertionibus irascebatur, et hisce tumescebat. At crescente magis inde piorum concursu, non tamen Sororum obliviscatur, erga quas prima semper illi cura erat: quod ut facilius consequeretur, plures interdum Primorum famulos, qui depositis ad monasterii fores negotiis implicatam decipi posse, facillimum existimabant, alio remitti jussit. Nec mirum si Virginem exterorum affectus et artes non removebant a propriis. Erat enim cor a qualibet seculi cupidine alienum, et fides in unum Altissimum perpetuo erecta.

8 At lubet hic aliqua de ejus in Deum pietate recensere, quæ prorsus repetita ad actus singulos non videbuntur. Nam cum quinquaginta pæne annis in patriæ stadio cucurisset, languoreque letali paulatim deficeret, voluit sæpius in chorum deferri; ubi quod voce non poterat, spiritu perficiebat. Aderant Confessarii, quorum præceptis cum ad cellulam redisset, sibi Psalmos legendos quotidie curabat. Atque ubi ea omnia, quæ singulariter in vivendi norma suppetierant, qua fieri potuit, ad supernæ vocationis bravium præcognoscendum, testatrix religiosa proposuisset; in nonagesimi Psalmi versiculo; Cum ipso sum in tribulatione, Idibus Maji expiravit. Corpus ejus statim in monasterii basilicam delatum est, advenientibusque per singulas horas populis per dies aliquot sepultura caruit. Tandem in peculiari loculo humatum piorum votis cœpit muniri, quo factum est ut insigni elogio paulo post sit illustratum. Mitto beneficia, quæ ejus apud Deum suffragio fideles quam plurimi obtinuerunt, ne Vitæ limites excedere videar. Sciant tamen historiarum cultores, ea omnia quæ hic præ oculis ponuntur, a probatis piisque Magdalensæ familiaribus fuisse collecta, et potissimum a Philosopho de Sala: qui de ejus prudentia qua in infantia prælucebat metrum vulgavit; a Nicolao Zaffarone, S. Antonini Rectore, et cœnobii S. Andreae, ante receptos Fratres Ordinis nostri, Confessario; ac a Fr. Augustino de Perlaschis, Nicolai in eodem munere successore.

ANNOTATA.

a Scdm Martini, Comensis Episcopus, fratris sui Antonii successor, ab anno 1457 ad 1461.

b S. Bernardini *Vitam sancti et illustramus* 20 Maji.

c De hoc paucis agit Leander Alberti lib. 3 de *Vitis illustr. Ord. Prædic. f. 852, et obiisse ait an. 1458; prolixius autem Michael Pio Italice lib. 3 cap. 27. Dominicus vero de Herre Belgice, in Anno sancto*

sui Ordinis ad 28 Novembris, cum titulo Beati Patris, D eundem proponit.

d De *Cremensi Conventu scribit Herrera, quod susceptu an. 1439 observantia Regulari, Congregationis Lombardicæ prima vidit cunabula: et jam formatæ sodalitatæ sedes primaria fuit antiquitate originis, unde ceteri hic appellati Cremenses.*

e Sub Joanne Papa 22 circa an. 1332 ceptu agitari quæstio inter Theologos de visione beatifica, an anima jam caelis recepta ea fruere ante extremum judicii diem; et affirmativam definiit Benedictus 12, an. 1333; intuitivam eam esse asserens, nulla creatura mediante in ratione objecti: quod tamen non obest, quominus credi possit vetus error Magdalensæ tempore resuscitatus. Neque enim, ut meus in *Theologia Magister R. P. Jacobus van Calloca recte animadvertit, in quadam sua super hoc ad me epistola, definitione una ac ne pluribus quidem ita extinguuntur controversiæ de Religione, ut scintillæ sub cinere doloso non lateant, quæ absistunt non raro; ut omni tempore apparuit, et nunc quidem manifestissime, circa toties tamque expresse damnata Jansenii dogmata. Quin et hujus ipsius, quæ de agitur, controversiæ fibras hodieque perstare, quibus abradendis dandum adhuc sit opera, colligi potest ex Joannis Sinnerii Saule Exegetæ, cujus utinam gravissimus error esset, ut verosimile sustinuisse, lib. 1 cap. 67, Canonizationem Sanctorum, non importare actualem beatitudinem canonizatorum, sed duntaxat consummationem ipsorum in statu gratiæ, sanctitatis et divinæ amicitiae: quod ejus discipuli explicantes distinctius, publicis thesibus propositis sustinuerunt, non esse de fide, imo nec theologice certum, quod Canonizati sint in cælo. Adde quod licet lumen gloriæ, sicut idem meus Magister observat, et cetera hujusmodi, quæ ad intuum Deum facere putantur, ad formam cælestis beatitudinis non videantur pertinere; neque controversiæ, circa eadem jam olim et nunc agitata, excedere limites disputationis scholasticæ; aliquo tamen modo dici possint ex priori per Benedictum definita controversia fluuisse, dum sine cujusquam contumelia aliis aliud sentientibus quæritur; Teneatne se lumen gloriæ ex parte objecti an subjecti; Deturne species impressa Dei aut saltem dari possit; ac plura hujusmodi, quæ simpliciter ad intuitionem Dei attinent etiam Angelicam.*

f *Ecgraphum nostrum, devolveretur, et aberrant verba inclusa parentesi.*

g *Ibidem, plurimis habitui regulis; ubi forte pro habitui legendum statutis.*

h *Utinam ea nominare placuisset auctori, ad locupletandum Ordinis historiam!*

i *Humiliatorum Ordo, tunc valde florens apud Insubres, multa utriusque sexus numerabat monasteria; nunc sola Virginum cœnobîa supersunt, virorum cœtibz sub S. Carolo Borromæo dissolutis.*

k *Ecgraphum, eripi.*

l *Idem, testes.*

VITA II.

Ex MS. ad Rosveidum misso.

CAPUT I.

Pia infantia Magdalensæ: vita monastica, et Præfectura.

Albritorum gens, vetusto antiquitatis stemmate inclita, sed nominis a immutatione ac familiis divisa, in diversis Insubriæ oppidis reperitur: Comi autem, quæ est urbs in ultimo Latii sinu constituta, maxime illustris fuit: cum etiam ad summum Reipublicæ magistratum Zaninum ex eadem gente eventum

externisque ad eam accurren-
tibus

in cura sub-
ditorum ni-
hilo remis-
stor

k

l

pie obit.

C

E

F

a
nobilder
nata.

etum

A etum legamus. Sed multorum obscurata memoria, Nicolai *b* nomen aeternum fecit Magdalena filiae virtus ac sanctimonia minime vulgaris. Vix enim edita eadem obscuras futurorum bonorum notas praetulit: rerum sacrarum usu ac crebro sermone capi ac delectare, puerilis aetatis oblectamenta re-fugere, ac si quid minus pudicum animadvertisset prorsus adversari, parentum imperiis facilem se praebere, mirabiles denique apud omnes sui amores excitare. Sed super alia virtutum decora elucebat in illa mira quaedam in pauperes ac arduos caritas, cuius teneris adhuc in annis magnitudinem ex hoc ejus facto conjicias.

2 Urgebat forte per ea *c* tempora dira annonae caritas, ut deficientibus undique alimentis pauperum greges, lurido squallore fœdi et grandi macie prope enecti, per urbem vagarentur. Unum ex his, sane numerosum, parente domum egresso, Magdalena ad se vocat, atque ingentem arcam, fabis bene *d* refertam, una largitione absunit; mox mendicos dimittit. *e* Reverso deinde parente, audit ab eodem, se pactum certo pretio omnem illam arcam vindidisse. Extimuit parentis iram Magdalena, si res forte resciretur: nec diutius celari poterat, cum emptor in singula momenta expectaretur. Ergo rem totam Deo accurate commendat, et in lacrymas fusa obsecratur, ne se paterno furori objiciat. Audet optimus parens deprecantem Magdalenam: quae vix conceptis votis, arcam, legumine eodem ad summum labrum *f* plenam, aspexit.

3 His aliisque magnarum virtutum rudimentis pueritia exacta, cum orbam utriusque parentis funera reliquissent; rerum humanarum fluxum considerans, quae antea parvi fecerat, nunc omnino desere-re statuit. Ergo impetrata a tribus fratribus venia (ut haec a germanis nullo negotio obtinetur) sese totam in cœnobio, cui a D. Margaritæ nomen est, extra urbis mœnia, Deo statuit dicare. Huic cœnobio principium fecerunt notae virtutis et celebratae sanctitatis feminae duae nobilissimae, Liberata et Faustina, quae ab urbe illuc se conferentes *g*, veluti ex alto fluctuum in certum portum, parva casula eonducta, precibus ac piis commentationibus tempus omne traducebant occulto: sed elixit vera virtus, vulgatoque novi instituti odore, majorum auctoritate probante, multas illis ejusdem vitae socias conciliavit: quibus deinde certis institutis ac legibus in amplio-rem locum migrantibus, constitutum est cœnobium.

4 Hunc igitur locum, virginitatis praesidium et virtutum palastram sibi delegerat Magdalena: sed alia illi commemoratio divinitus parabatur, quod hoc maxime modo intellectum est. Pergebat forte ut in monacharum disciplinam admitteretur; cum repente missa a caelo vox est, Magdalena, alio iter converte, atque ad Brunatem te confer; ibi tua erit commo-ratio. Substitit primo, attonita rei seu novitate seu miraculo. Ceterum cum nihilominus, callidissimi hostis insidias subverita, pergeret ire quo cœperat; iterum ac tertio eadem audita voce, atque interiori quodam sensu divinam edocta voluntatem *h* se ad Brunatem convertit. Brunates ignobilis vicus est, in eo monte, qui vasto plane dorso ad Orientem urbi imminet, ant qua civium religione nobilitatus. Fama siquidem est in eo monte, praeter Eusebium *i*, Euty-chium etiam sanctissimum Antistitem edim scedere consuevisse, ut liberius, a pastoralibus curis remotus, sibi ac Deo vacaret. Mons est assensu arduo ac laborioso, cuius in altissimo vertice defixa ingens Crux piis saepe accolarum votis colitur. Brunates ipse vicus nemoroso in loco, medio ferme monte situs est. Huc se jam contulerant notae probitatis feminae nonnullae, et probante Eugenio Romano *k*

Pontifice, sanctimoniam vitam certis legibus ab Augustino petitis ducebant.

5 In hac virtutis schola brevi magnos progressus fecit *l* Magdalena, religiosae disciplinae domesticorumque institutorum religiosa observatrix, virtutumque omnium diligens sectatrix. Sed praecipuo quodam sensu perpetua acerborum Christi cruciatuum contemplatione capiebatur, quod eam uberem esse omnium Christianorum exemplorum segetem non dubitaret. Doleo equidem incruditi atque incuriosi seculi vitio accidisse, ut virtutum documenta, quae ad gloriosam ac frugiferam imitationem posteror possent excitare, Magdalena, tua aliorum etiam, in rebus gestis desiderentur; cum miracula sola adnotata legamus, quae omnes admirentur, imitari nemo sanus audeat. Ceterum nonnulla prudentia vestigia remanserunt. Etenim cum ab ingentium virtutum certissima opinione, Ministra (sic Parthenonis Antistitem vocabant) creata *m* esset, in suarum curam diligentissime *n* inebuit. Parebant per ea tempora Monachae Canonicis majoris aedis *o*, qui statis diebus illis in sacrarum usu operam locabant: verum enimvero Magdalena prudenter videbat, vix posse ab hominibus, religiosorum institutorum prorsus ignavis, quantumvis alioquin piis, religiosas feminas informari. Ergo cum accepisset, quosdam Parthenones *p* Mediolani se ad Eremitas D. Augustini, qui per ea tempora sanctimonia flore-bant, contulisse; statuit, et ipsa omni ratione id a Romano Pontifice impetrare. Quare interprete Blanca Vice-comite, *q* quae Magno Storciae nopta Mediolani imperabat; brevi voti compos, consiguatis publice tabulis, se ac suas *r* Virgines in Eremitanorum vitam *s* contulit, uberiore religiosae disciplinae proventu.

6 Occurrit etiam alteri incommodo, et ne Virgines, quae stipis petendae causa ad oppidum itare consueverant, impedita sapins ad reditum tempestate, apud ignotos dubiae famae hospites divertere cogere-ntur, domicilium illis *t* comparavit. Hortum *u* in pios usus donavit Aloysius Sala: Philippus *x* Vice-comes Mediolani Dux ex antiquis rumis, ad extruendam domum, cœmentorum quantum satis fuit, Coaluit deinde hoc diversorium, justumque effectum cœnobium est *y*, in quod continuo missa est ex Brunate colonia, solo capitis veli colore distincta. Tentatum est ut omnes tunc in urbem descenderent, ne repentinis militum excursionibus, quae eam aetatem infestam habebant, Virgines paterent, nimis periculo opposita. At Magdalena, divino scilicet nutu, ibidem cum multis remansit: nostra denique aetate cœnobium intra pomerium constitutum est.

ANNOTATA

a Scilicet Albrici, Alberici, et Albrizzi dicuntur; et omnibus commune insigne, Portam ac Leonem, habent: quibus Albrici, ad quod proprie Magdalena spectat, junxerunt Rotam, ut D. Catharinae cultum peculiarem profiteantur, cui in templo Augustinianorum Bergomi capellam erexerunt atque dotarunt. Ita pag. 8 Borserus.

b Tam affinis inter se sunt Livii et Luchii nomina, ut alternari facile a transcribentibus potuerint.

c Infra num. 10 indicatur haec pertinere ad annum 1409.

d S. haec capsula, inquit pag. 13 Borserus, similis fuit aliis, ea aetate usitatis Comi ad leguminum custodiam, et quales usque hodie plures videmus; capax fuit sextariorum viginti quinque aut triginta: nam etiam capaciores invenire est.

D

EX MS

l

inter quas
virtute ex-
cellensab Usdemque
electa Mini-
stra.

m

n

o

E

p
subditas ca-
nonicas, trans-
fert ad Ere-
mitarum
disciplinam.

q

r

s

t u

x

y

F

et ab infan-
tia dedita
virtuti,c
distributam
in pauperes
annonam

d

e

precibus fusa
restituit pa-
tri

f

Parentibus
orbatasegue ad S
Margarita
cœnobium
receptura,

g

divinitus
jubetur Brun-
atam abire,

h

i

ad monachos
Augustina
125

k

A *e* Hactenus etiam rem narrat Borserius: quem mirum est ignorasse sequentia.

f *Idem ait pag. 14 id quidem dici, sed auctorem idoneum non inveniri qui hoc scripserit, unde colligas hanc Putam, etsi pridem extabat, ei visam non fuisse.*

g *Seculo 12 id factum: nam Borserius ait, quod harum una XXI, altera XXIII Januarii obiit; prior autem Faustina, ætate licet junior, idque circa annum MCC. Addit quod eisdem prolem impetraverunt mulieri sterili, quæ ideo desperabunda se diabolo tradiderat: quod alteram a marito liberarunt, et tam ipsam quam illum, alias moribus corruptissimum, ad vitam ex virtute ducendam moverint: quod urbeni, laborantem annonæ caritate, precibus adjuverunt: quod denique Leo Lambertengus, Comensis Episcopus, corpora earum transtulit ad ædem Cathedralium. Comensis Martyrologii auctor eidem ipsas inscripsit, cum titulo Sanctarum Virginum et laogo elogio, ad XVIII Januarii. Egimus et nos eadem die de ipsis tanquam ad seculum 6 pertinentibus, ex vita per Franciscum Balarinum scripta, sed admodum diversa in plerisque punctis; erunt omnia denuo dijudicanda in Supplemento istius mensis.*

B *h* Tacet de secunda ac tertia vice Borserius; et consilii ancipitem Beatam, illud a suo spiritali Patre petiisse atque accepisse, scribit.

i *Sequentes prædictum Comense Martyrologium, de S. Eusebio 22 Maji, de S. Eotychio 5 Junii agemus: uterque colitur ut Comensis Episcopus.*

k *Neque in Eugenium tertium, qui anno 1145 sedere cepit; neque in Quartum, qui 1431, hoc convenit: Borserius enim allegat Bullam Nicolai IV, datam an. 1448, qua dicitur, Exhibita nobis nuper pro parte dilectarum in Christo Filiarum, Ministræ et Sororum Domus S. Andreae de Brunate, petitio continebat; quod licet ipsæ in præfata Domo, quæ olim circa centum annos elapsos (id est circa an. 1348 quando Clemens VI Ecclesie præsidebat) per nonnullas mulieres religiosas fundata sub regula dieti Sancti. An Augustini? Docere id nos deberet pars Bullæ anterior; vereor enim ne alterius expressum sit nomen, ideoque hic studiose omissum; nisi forte Comenses Canonici seculo 14 Regularium Canonicorum disciplina et legibus utebantur, quod apud Pennottum non invenio. Interim ex dictis patet errasse Jacobum Porcaccium, Pamphilum Signinensem Episcopum, et Petrum Cremonensem, qui B. Magdalenam fecerunt hujus monasterii Fundatricem.*

C *l* Addit Borserius, quod Professionem factura noluit eorum quemquam, uti moris erat, invitari ad convivium.

m *Idem apud eundem pag. 43 asserit, clectam esse ante ætatem legitimam.*

n *Huc spectat ex pag. 60, quod magna cum circumpectione eligebat Sorores, ad infirmarum ministerium applicandas: quodque nihilominus aliquando fuerit obligata curam istam ab una transferre in aliam, extra consuetum ejusmodi electionum tempus, aut ipsa eam per sese gerere: et allegatur testis Paulus, in quo hoc non reperio.*

o *Ignoravit hoc vel dissimulavit Borserius.*

p *Scilicet S. Augustini et S. Agnetis, in quorum utroque ultra centum monachos tunc fuisse ait Borserius. De priori agens Herrera in Alphabeto Augustiniano parte 2, pag. 249, conjectat erectum circa an. 1240, cum adhuc Eremitæ uterentur habitu coloris herretini, ut vocat, id est grisei vel rufi, ea quod in istarum monacharum habitu, sicut alibi variis locis, idem color adhuc perseveraret sec. 14: quæ deinde causa fuerit schismatis inter eas, quia earum pars major, tempore Eugenii IV, transire omnino volebat ad regulam S. Clare, ut suppositæ fierent Fratribus S. Francisci de observantia; pars vero alia*

in vocatione sua prioris Regulæ S. Augustini, sub jurisdictione Archiepiscopali ordinaria, perinanere intendebat. Ita Nicolaus V, in Bulla anni 1449, attingens lites et discordias graves: quæ sub Eugenio IV suo immediato decessore extiterant in monasterio novo de Vadiauo: sic enim proprio nomine appellabatur, id quod deinde S. Augustini est dictum. Unde apparet ipsas monachas, non nisi post aliquot annos ab hac contentione, circa annum 1455 subdi cepisse regimini Eremitarum, uti recte observat Herrera: qui etiam circa eundem annum putat monasterium S. Agnetis non reformatum (prout hic supponitur) sed primo fundatum fuisse sub Eremitarum disciplina.

q *Blanca-Maria, in titulo ecclesiæ Augustiniorum a se ædificatæ, dicta apud Borserium Ducissa Mediolani, Papiæ Angliæque Comitissa, Domina Cremonæ, nupta Francisco Sfortiæ, Mediolani Duci quarto: cum quo etiam an. 1456 Hospitale illud fundavit Mediolani, cujus, regni prorsus magnificentia dotata, admiratio omnes illud cognascentes in stuporem rapit: uti experti sumus anno 1662 illuc adducti.*

r *Fuisse eas tunc viginti quinque Professas asserit Borserius.*

s *De hac subjectone Herrera, part. 1 pag. 185, ex decretis Capituli Verthonensis anno 1455 celebrati, hæc describit: In civitate Cumarum, monasterium de Brunate et Trinitatis monialium Ordinis nostri, accepimus sub nostra cura, sicut et cetera monasteria quæ Mediolani habemus. Factum videtur primus approbasse Pius II; ait enim Borserius, quod Bulla hujus mutationis confirmatoria (cui adjecta conditio erat, ut monachæ veteribus ac primariis Patronis suis Canonicis Comensibus, in memoriam primæ subjectonis, die Natalis Domini quotannis penderent quatuor libras cere) ait, inquam Borserius, quod Bulla exhibita Canonicis prædictis, ab iisdemque benigne excepta sit an. 1459, 12 Septembris: ceperat autem Pius sedere priori anno 18 Augusti.*

t *Prius hoc factum quam Eremitis subiceret Albricia se suasque, quæ, teste Borserio, solum tunc decem Professæ numerabantur, scilicet Petrina et Catharina de Assono sorores, Maria Ferrera, Andreetta de Pedralis, Joanna de S. Benedicto, Elisabetha, Malacrida, Lucia Crivella, Margarita de Paravicinis, Helena Malacrida, et Agnes de Albeso.*

u *Sicut hic erat, juxta Borserium, intra civitatem in superiori parte ejusdam viæ, quæ dicitur Porta nova.*

x *Obiit Philippus an. 1447, nulla legitima prole relicta: nam Blanca-Maria naturalis duntaxat erat. Quam suam occasionem rati Mediolanenses libertatis acquirendæ, diu restiterunt Sforzæ, auxilio potissimum Venetorum fracti, ita ut non nisi an. 1450 post varios belli casus urbs capta, et Franciscus Dux agnitus sit.*

y *Factum id auctoritate Pauli II ad preces Blancae circa an. 1456: sed forte tunc primum conditio est ad dita, ut quæ intra civitatem manerent nigro capitis velo uterentur discernenturque ab aliis: atque hoc est monasterium S. Trinitatis dictum. Res autem perfecta est coram Martino Comensi Episcopo, qui sedit ab anno 1457 ad 1461.*

CAPUT II

Miracula viventi Magdelena concessa.

N *Neque sane multam dubitabat Magdalena de divino auxilio fidens: subiectam singulare a exemplum. Erat forte summa hiems et præalta nive interclusus aditus in urbe. Quare in Parthenone brevi domesticæ annonæ penuria sentiri cœpta, et cum prandendi hora immineret, nihilque esset quod Virginibus apponeretur, Proma ad Ministram advolat,*

a
Sororibus
egentibus
divinitus
panem

et

A et conceptum dolorem timoremque vultu præferens rem trepida exponit. Bene sperare de divina providentiâ jubet Magdalena, et consueto signo Virgines ad prandium evocare. Paret illa : neque hanc obedientiâ, neque Ministrâ fiduciâ in Deum sefellit. Vix accubuerant, cum repente ad ostium pulsatur. Occurrit janitrix, et prægrandem cistam pane optimo refertam invenit : cumque quis attulisset frustra oculis ac voce inquirerent ; agnovit divinam largitatem. Et vero intactâ nullisque vestigiis violatâ nives divini donatoris fidem faciebant. Huic illud non dissimile. Ardentissimo æstu cruciabantur Virgines, cum in loco aquarum indigo, fontes omnes æstivo calore aruissent : et ipsa quoque Magdalena siti ardebat tunc maxime : cum ad illam una ex Virginibus adit, atque opem urenti siti aliquam petit. Consolatur blande æstuantem Magdalena ; sed cum ardentior mali vis consolationem nullam reciperet, in hortum domesticum egreditur. Aruerant etiam arbores, torrente desuper intolerabili solis æstu. Hic in genua procumbens Patrem suum orat, deficientibus siti Virginibus mature subveniat ; et ecce statim arida in arbore, et ab ipsis foliis nuda, cerasa plurima conspiciuntur, quarum salubri succo utriusque sitis extincta est.

B 8 Sed per omnia fere miraculorum genera pervagata Magdalene virtus est : quare operæ pretium fuerit ea, que dum inter vivos ageret patravit, primo ponere, deinde reliqua sicuti notata invenimus. Inviserat Magdalenam vir nobilis, officii ac cognationis gratia. Hunc cum Magdalena gravi scelere obstructum divinitus accepisset, lacrymis multis excepit. Rogat ille cur lacrymetur ; cumque acrius tacentem urgeret, tandem Magdalena ; Tuam, inquit, mortem ploro. Elevabat homo, ab hujusmodi cogitationibus alienissimus, sanctæ mulieris responsum : etenim se sanum esse ; neque ullum præcursorem mortis morbumque aliquem in se animadvertere, integra præterea ætate florere ; quod si sibi ab inimicis structas insidias rescisset, ne moraretur detegere : effecturum se ut illos concepti maleficii pœniteret. Hic Magdalena, ingenti suspirio conceptum animo dolorem testata, se de æterna morte locutam dixit, perrexitque homini occulti sceleris uotas et vestigia omnia recensere. Qui tandem, tam certa denuntiatione attonitus, cum id Magdalenam non nisi divinitus accepisse certo sciret, et salubri Dei timore agitatus, exinde elutis per sacram confessionem animi sordibus, Christiano homine dignam instituit vitam.

C 9 Rusticus erat quidam, iræ admodum impotens, qua aliquando in furorem prope versus, curissimæ filię ex levi causa caput, impacta secure, fœde disciderat. Accurrit exanimis mater, et natam ad Magdalenam deportat, illi se ad pedes abjicit, magno fletu opem implorat. Magdalena post breves preces caput Christiano signo munivit velo obligat, et momento vulnus curat. Eodem etiam crucis signo virulenta ulcera rustico cuidam, quem sæviens atrociter lues corripuerat, repente obduxit. Itabat sæpius Magdalena in proximos vicos, ut Christianæ caritatis munere fungeretur. Ergo in gurgustiolum, fumo prope obscuro, ingressa offendit feminam b duobus apostematibus in gula laborantem : ejus egestatem doloresque miserata, impresso Crucis sigillo, omni illo dolore ac ulcere liberavit : et quando res celari poterat, cum obscuro in gurgustio esset gesta, feminam jussit rem omnem ad suum usque obitum diligenter tacere c. Hac eadem Cruce febribus laborantem pari modo restituit valetudini. Decumbentem Comi vir sane honestus, et doloribus acerrime cruciabatur. Audit forte illac transire Magdalenam ; conceptaque de illius virtute haud dubia

spe, se ad ostium sisti jubet, transeuntem d obsecrat : illa subsistens solito Crucis signo febrim illico, doloremque a corpore depulit.

D
EX MS.
d

ANNOTATA.

a *Borserius pag. 77. præter Paulum Ulmiam in Vita, allegat etiam Abundium Raimundi in Summario miraculorum, huic Beatæ attributorum.*

b *Idem tria apostematata numerat.*

c *Addit Borserius pag. 89 quod Rustica, post mortem Magdalene miraculum in se factum pingi, et ad sepulcrum in memoriam appendi fecit.*

d *Idem scribit, delegatam ab infirmo uxorem, quæ domum invitaret, ad ferendum marito auxilium.*

CAPUT III.

Mors Magdalene et miracula ad ejus invocationem patrata.

His igitur rebus gestis clarissima, jam plane grandæva, diuturno ac sibi familiari morbo conflictata, tandem anno MCCCCLXV a in eolum evolavit, magno relicto Comensibus sui b desiderio ; celebratoque funere exquisitis hominibus elata est, ac in eodem Parthenone sepulta hoc addito epigrammato :

MAGDALENÆ ALBRICÆ c ANTIST. BEATISS.
QUÆ PRÆTER RELIGIONEM SANCTIMONIA,
ET MIRACULIS ADAUCT. HOC DELUPIRUM
PIENTISS. POSTERITATI EREXIT.

PIERIUS ALBRICUS F. F.

Quo ætatis anno decesserit incertum : ceterum cum notata fabarum largitas in annum MCCCXC incidere, haud difficile est conjectare eam plane annum satis cessisse.

11 Perseverat eadem sanctimonie fama et miraculorum gloria ad nostram usque ætatem. Mira nonnulla admodum testata hic afferimus. Fratres in Albritia gente, cum in tres partes dividenda esset hereditas, fœde dissidebant, resque paulatim eo deducta erat, ut jam dicta die ferro lis esset finienda. Angebatur unius d uxor et mariti et affinium periculo : occurrit illi Magdalene vulgata virtus ; nec mora, certi ejusdem voti e se ream facit. Res mira ! repente divino numine elerata mentes ad concordiam revocantur, resque omnis familiariter admodum verbis conficitur. Alexander Sormannus, nobilis Mediolanensis, cum Eques iter haberet, ab equo excussus fracta coxendice ad terram affligitur. Erat solitario loco : ergo Superum ac hominum opem mœstissimis vocibus implorabat. Accurrunt in propinquo agrum colentes rustici, hominemque inter manus ad vicinum pagum deferunt. Multa cum (ut fit) dicerent de recentibus Magdalene miraculis, Alexander jubet eo se deportari. Vix ad sepulcrum delatus erat, cum subito voto suscepto omnino sanus apparuit f. Baccolina erat Comi, que sæviens per ea loca pestilentia correpta, prope erat deposita. Dira omnino morbi vis, et presens correptis mors. Extincta sunt in oppido non frequentissimo, vix primo volvente mense, hominum supra quinque millia. Hæc igitur ope Magdalene implorata, incolumis evasit g.

12 Sed in Joanne Baptista Pelizono Magdalene virtus duplici est nobilitata miraculo. Hic vitiatu genibus claudus et deformis, cum forte esset h in pueritia, Comum a parente defertur ; Brunatem venit, et Antistite in ulnas trahit. Illa accepto infante ad loculum una cum parente se confert, tum alta voce jubet puerum, per Dei omnipotentiam et Magdalene merita, illico rectis insistere vestigiis. Mirum plane!

33 Ad

et ad sitim
sedandam
cerasa im-
petrat.

Affinem in
statu peccati
esse divinitus
edocta,

prudenti ad-
monitione
emendat :

sciat vulnus
capiti
impactum,

et Crucis
signo pestilen-
tia ulcera
b

c
ac febres.

E
a
b
Mortitur
anno 1465:

c

ad ejus in-
vocationem
sopitur dissi-
dium inter
fratres,

d

e

F
et ad sepul-
crum crus
ruptum
solidatur :

f
voto ad eam
facto sanatur
pestilentia.

g

h
qui puer ad
tumulum
recte gradi
coeperat,

A Ad Magdalenaë nomen morbus omnis abcessit. Eisdem Pelziona jam grandi, in diverso genere, præsentem Magdalenaë operam contigit experiri. Profectus peregre incidit in latrones, qui hominem expoliare minime contenti, nefaria crudelitate, nudum omnino a vestibus in desertam casam bene ligatum conjiciunt: ibi sæpe barbære lubidundi intentatis gladiis terrent jugulumque prope feriunt. Ille frustra ferrea hominum pectora lacrymis mollire conatus, quia nihil spei reliquum esse videt, se tantum ad divinam operam implorandam confert; et veteris beneficii grata memoria spem fecit novi quoque accipiendi. Ergo non segniter Magdalenam implorat: ne clientem suum in tantis periculis deserat, obsecrat. Inter hæc sicarii foras ad epulas concedunt, ut deinde innocentis sanguine per lusum abutantur. Sed Pelziona jam vincula omnia sponte deciderant; et commodum, juvante haud dubie Magdalena, per nemorosa nudus aufugerat; ac non multo longe ad rusticas casas delatus, donatusque communi caritate rudi diploide, accepti beneficii non ingratus testis, se Commum contulit: seque rem fassus, vota persolvit, ac deinde donariis excultum Parthenonem nata *i* etiam anxio.

B Non multo post Joannes Petri, a dæmone obsessus, misere torquebatur. Curoque Christiano ritu importunus possessor expelleretur, exclamat, se non nisi Magdalenaë Albricie imperiis e sua possessione cessuram. Eadem nocte Joanni per quietem visa est Magdalena, sanctimonialis cultu, ardentem faciem manu præferens; quæ inreperitum dæmonem illico abegit, Joanne nihil hujusmodi deinde passo *k*. His igitur aliisque plurimis aucta Magdalenaë fama; et Brunnates tandem celebratus est, quamdiu sacrum pignus ibi servatum est. Nam superioribus annis Moniales, inde migrare jussæ, secum etiam sacra ossa detulerunt. Visitur picta *l* Comi in D. Augustini templo, ac monasterii pluribus locis; ubique culta, et antiqua civium pietate pro Beata habita.

ANNOTATA.

a Ita Borserius, Herrera, et Martyrologium Comense ad hunc diem relictis scriptoribus ceteris, qui omnium 1555 perperam notarunt. Eccegraphum nostrum habebat an. 1462: sed facili errore potuit 11 pro u lectum fuisse.

b Idem Borserius ex Paulo asserit, quod egrotante Beata, nemo in vico Brunatis fuerit, qui non accurreret ad monasterium, sollicitus pro salute, et trepidus de periculo tam dilectæ ibidem Sanctimonialis. Factum crediderim: sed apud Lulnium istud non reperio, uti nec plerique eorum, quæ Paulo auctore citata referantur in Analectis infra: adeo ut cogar suspicari nos vel saltem ejus Vitæ habere epitomen, vel Borserium secutam versionem Italicam quamquam diffusiore, ad ipsomet Lulnio petentibus eum monialibus, vel alio quopiam compositum, qui Lulnii Latino textu ut plurimum usus sit, non pauca vero addiderit de novo, ex relationibus haud minus certis.

c Ita Borserius scribit, haud dubie quia ex ipsomet lapide, et Rector Comensis in sua ad nos epistola: cum alius in nostro eccegrapho hic et alibi semper Alberitia et Alberitius scribitur.

d Minoris, inquit Borserius.

e Tabellam, inquit idem, curandi et appendendi ad sepulcrum, quæ beneficium repræsentaret. Addit præterea, quod votæ executioni pia mulier addidit bonam cleemosynam, ad sepulture ornatum; et quod fratrum primogenitus ea occasione inductus sit, ad ponendum supranemoratum Epitaphium, uti ex quibusdam literis tunc scriptis, ipsaque superstite adhuc tabella, colligere se scribit P. Butius.

f Refert idem, uti et cetera, Borserius pag. 145: D addit autem, Alexandro, cum cecidit, iter fuisse versus Genuvillam: et quod ad præsentioremem beneficii memoriam, in se suisque conservandam, jussit Magdalenaë effigiem depingi, quam domi suæ reverenter haberet; moriens autem ejusdem cultum heredibus suis commendavit: quodque etiam ejusdem de eadem re attestatio extat inter scripturas monialium, necessariis testimoniis consignata, cujus epitomen, inquit, penes me servo. Cur ergo non etiam annum, qui forte deerat in epitome, curavit ex autographo discere?

g Addit Borserius, quod eadem mulier tunc erat partui proxima, voveritque curaturam se ut fœtus suus, si supervivere daretur, Deo se consecraret: itaque intra paucos dies morbo et partu levata est, edito filio, qui ætate provector habitum sumpsit Tertiarii S. Francisci: totiusque rei testimonium reliquit ad calcem Missalis, etiam nunc apud moniales asservati: nam memor receptæ gratiæ, sæpe apud eas sacrificabat: additur autem annus, quo res contigit, 1490. Corius Hist. Mediol. parte 6 meminit ingentis pestilentia, Mediolani grassantis an. 1486. E

h Anno 1500, inquit Borserius, cui ex attestacione tunc facta, et sanctimonialibus tradita atque a se visa, ait, quod uno genito ita male affectos puer fuit, ut per se moveri loco non posset; a matre autem supra sepulcrum collocatus, ac B. Magdalenaë commendatus, mox convaluit, coram adstantibus monachis.

i Adjungit Borserius pag. 144, quod filii Petronii dicta fuerit Soror Prospera, quæ sæpe testata est, quod pater suus, in ipsa qua liberatus est hora, proximum se urbi Comensi invenerit, nesciens quo modo aut duce: ex epistola autem Fr. Augustini Melsi Brenitæ Augustiniani intelligi, quod tribus continuis diebus hæserit ad sepulcrum Magdalenaë, orationi intentus et gratiis agendis.

k Anno 1595 inquit Borserius; quod ante visionem illam, cum forte in ecclesia S. Juliani (jam ergo illuc erat translatum sacrum corpus) audiens multa de gratiis, B. Magdalenaë attributis, sæpius illuc accesserit, auxilium petiturus; quod, ut consanguinei ejus, memores molestiarum ab eodem, dum adhuc sub dæmonis potestate esset toleratarum, etiam nunc (scribat autem Borserius anno 1624) profiteantur singularem reverentiam erga dictam Beatam, cujus intercessionem tribuunt liberationem istam. F

l Rector Collegii nostri Comensis: In ecclesia S. Augustini, sita in suburbio civitatis Comensis, altitudine gigantæa depicta videtur, cum radiis ambientibus caput, dextera Christum liliis stipatum, læva librum pectori adnotum tenens.

ANALECTA

Ex Italico Hieronymi Borserii.

Fr. Petrus Cremensis, in sermone, quem composuit de hujus beatæ Monachæ laudibus, narrat, quod sancto Missæ sacrificio adeo pie affecta fuerit, ut quoties in sui monasterii ecclesia fieret, interesse curaret, etiamsi plures diebus Sacerdotes concurrerent, illic vel ab externis adducti, vel fama ipsius Magdalenaë affecti. Fr. Paulus Lulnius dicit, quod supra nudam carnem solita fuerit gestare radem ex cruda cannabepanum, in formam scapularis emque crasso fimo et quadamtenus nodoso adstringere: hujusmodi autem scapularia, in istis partibus satis usitata, supplebant defectum eorum, quæ nunc ex animalium setis texuntur, ciliciorum.

Pag. 28

Devotio erga Missam.

p. 31
clicca usq.

A 16 Ad exercitia spiritus fervens ac sedula, maxime cum jam ad senium vergeret, hæc fere observabat quotidie. Sub auroram signo Crucis se muniens flectebat genua, et culpâs confitens tria oscula figebat terræ in honorem sanctissimæ Trinitatis. Aliquot deinde horis post, inclinabat se versus imaginem beatissimæ Virginis Mariæ, puritatem cœlestis istius Reginæ laudans, eique pro materna protectione sibi impensa agebat gratias. In meridie salutabat aliam S. P. Augustini effigiem, considerabatque ejus, sub qua militabat, Regulæ dignitatem, petens doceri illius integram observantiam. Inclinato jam die convertebat sese ad figuram S. Mariæ Magdalene in tabula expressam; collatosque in eam a Dei filio favores recogitans, orabat ut sibi salutarem impetraret de suis delictis pœnitentiam. Vesperis denique se provolvens in genua, suam rursus confitebatur culpam, et Custodis sui Angeli petebat tutelam. Noctem similiter habebat trifarie divisam: ita ut prima ejus parte invocaret S. Michaelem Archangelum, divinæ justitiæ æquitatem considerans, et pectus suum humiliter percutiens; secunda, reflectebat sese ad Archangelum Gabrielem, optabat salutem alicujus animæ, et ruminabat principum nostræ redemptionis ex ore humillimæ Deiparæ prolatum: postrema, gratias agebat omnibus Angelis, eos quodammodo stringens brachiorum complexu, cum actu profundæ submissionis, addito firmo mentis proposito de curando ea die, quantum posset, suo profectu spiritali.

17 Scribit Fr. Paulus quod adeo reverens fuerit Sacerdotum, ut extra Confessionem Sacramentalem nulli eorum auderet sola loqui; tantamque eorum suggestionibus haberet fidem, ut consilia, etiam de rebus minimis, circa cœnobii regimen ab his data, conaretur executioni mandare. Accidit aliquando ut eorum aliquis, post sermonem de rebus divinis in monasterio habitum, inde recederet; quem subsequens Magdalena, neque sciens se observari a quoquam, non videbatur posse expleri osculando vestigia, quæ terræ impresserat; gratias Deo agens pro præceptis, quæ per eum sibi suisque ferre dignatus erat: ac deinde procumbens in genua, tantum ibi temporis expendit orando, quantum ille impleverat dicendo, hæc quodammodo ratione remetiri Deo volens acceptam gratiam. Interim ex Professis sororibus illæ, quæ rem totam notaverant, ejus notitiam toti communicarunt conventui. Quod ubi intellexit illa, deprehensam se dolens, humillime rogavit singulas, ut ne extra monasterii ambitum tale quiddam per eas vulgaretur. Visitata subinde a Martino, tunc Comensi Episcopo, ei procidebat ad genua, extremam vestimenti oram verecunde deosculans; idemque gaudebat fieri a Sororibus aliis, quas mox a discessu Præsulis convocabat in ecclesiam, jubebatque reddendis pro tali favore gratis tandem insistere, quamdiu illius præsentia fructuærant. Est qui addat, sæpe eam propterea visitatam a Beato Fr. Antonio de S. Germano, ex ordine S. Dominici, in quem receptus circa annum mccccxxv tantopere ad perfectionem profecit, ut in monasterio S. Joannis prope Comum Prior institutus, claresceret gratia curationum; cui collatos divinitus favores alios qui scire volet, legat vitam S. Petri Martyris, ab Archangelo Mancassone descriptam. Dicitur etiam ad eam accessisse S. Bernardinus, cum venisset in Lombardiam nimiam Ducis Mediolanensis licentiam reprehensus; et regionis monasteria sigillatim obiret, verbum in eis salutis prædicans.

18 Singulari imprimis erat modestia et animi demissione. Cum ergo aliquando ad eam venisset officii causa quidam ex Tuscia, eamque conaretur comparare sanctis Claræ et Catharinæ Senensi; ef-

fuse plorare cœpit. Illo autem cœptum sermonem continuante; Felicem me, inquit, si per ea quibus istæ præcesserunt vestigia vel eminus sequi possem: famulam me inutilem scio Creatoris mei, cui utinam saltem pro majoribus debitis faciam satis! tu tuis orationibus me adjuva, precor, ut salvari merear. Quidam addit, quod per eundem hospitem curaverit Roma impetrandam sibi peccatorum indulgentiam pro hora mortis: sed ex epistolis Pierii et Bernardi Albriciorum, colligitur, ejusmodi indulgentiam ei a minori fratre procuratam fuisse. Monita aliquando ut a Blanca-Maria, Ducissa Mediolanensi, monasterio suo peteret quadam prædia vicina, fisco addicta, non est passa ejus rei amplius sibi fieri mentionem, quamvis id facile impetratum fuisse apud Principem, quæ non raro ad eam visendam veniebant. Eademque modestia cavit, ne sibi persuaderetur, ut ab hoc vel illo devoto amico ornamentum quidpiam impetraret pauperrimæ ecclesiæ suæ: dicere solita, ejusmodi splendorem convenire ecclesiis urbanis aut suburbanis, ad quas frequentandas sæpe alliciuntur fideles seculares istiusmodi apparatu; in ecclesiis vero eremiticis aut ruralibus, quæ Parochiales non essent, sufficere structuram simplicem cum munditia.

19 Vehementer displicebat ei si qua sororum tardius ad chorum accederet, eamque jubebat post ceteras istic remanere, dum aliæ essent in refectorio: quod si prorsus abfuisset aliqua, ei injungebat noctem unam alteramve sine culcitra nudis in paleis cubare. Ultra regulam, Brunatensibus sanctimonialibus tunc communem, constituit ut sacræ Communioni participarent ut minimum prima Dominica Quadragesimæ et Adventus, in Natali Domini Epiphania, Purificatione Deiparæ, festis Annuntiationis, Resurrectionis, Ascensionis, Corporis Christi, Nativitatis B. Joannis Baptistæ, Assumptionis Dominae nostræ, S. Augustini, S. Michaelis, et Sanctorum omnium.

20 Patientiam in adversis probavit multoties: sed notatu dignus imprimis est casus, quo apud Franciscum Mediolani Ducem accusata fuit, quod laudavit consilium eorum, qui prætextu visendi monasterium Brunatense, ad explorandam commoditatem capiendæ vicinæ urbis Comensis abusi dicebantur, suspicione in hoc solum fundita, quod in aliquo loco, unde ad urbem prospectus patet, notati essent subsistere tantillum, ac situm ejus considerare. Non excanduit Magdalena in iram adversus delatores tam injustos, quamvis sciret fieri posse, ut ea res periculum, non tantum vitæ amittendæ, sed etiam monasterii funditus evertendi crearet: sed nec laborandum putavit, ut suam Duci probaret innocentiam; verum ad ecclesiam se contulit oratura pro illis, cetera Deo commisit, quasi certa aliunde retogendam istius calumniæ falsitatem. Nec spe sua frustrata est: cumque putarentur penam falionis luituri accusatores temerarii, ipsa pro iisdem sollicitè intercessit; remque totam silentio involvi curavit, præsertim in suo monasterio, ubi eam per dies aliquot jejunasse scribit Fr. Paulus, ut Deum iisdem placatum redderet.

21 Alia gravis persecutio contra Dei famulam mota est a duobus juvenibus, quorum senior ambiebat inatronio jungi cum Catharina de Pioppia, unica filia Joannis, primæ tunc inter Comenses auctoritatis: persuaserant enim sibi, licet falso, quod ipsa, cupiens monasterium suum ampla Catharina hereditate locupletare, non suasura tantum, sed pæne coactura esset ad habitum apud se sumendum. Hinc multipliciter detrahebant moribus et conversationi ipsius Beatæ, omnia in pessimam trahentes partem, famamque ejus quantum poterant apud cives et externos denigrantes, ut vel sic pellam ab-

D
EX ITAL.
BOBBERII.

aut sibi suisque
petere aliquid
a Ducissa;

E

p. 17
castigat tardas
ad chorum;

auget dies
Communions
ordinariæ;

p. 96
pro calumnia-
tis se

F

iple interce-
dit;

p. 98
pro detractori-
bus suis

p. 117

pro diu

nocturne exer-
citia:

p. 71
reverentia
erga sacerdotes

et Episcopum
Comensem.

p. 73
visitatur a
B. Antonio et
S. Bernardino:

p. 76
laudari re-
cusat,

A ducerent a capescendæ religionis proposito, cujus haud levia indicia dabat. Meleste eam rem ferebant monachæ, Matremque de remedio quærendo monuerunt: illa reposuit, magnas Deo agendas gratias, qui hac ratione ipsas probaret; se autem minime commissuram, ut de injuria sibi facta apud suos aut illorum consanguineos quereretur aliquis; imo jubere ut ea res altissimo premeretur silentio. Deinde ad ecclesiam se recepit, ubi ad orationem provoluta in genua, atque in altissimam cœlestium rerum contemplationem raptâ, mansit omnis motus expers, donec eam Sorores supervenientes pro mortua ad cellam suam extulerunt.

22 Sub hæc diffundebat se fama Augustinianæ disciplinæ, in Brunatensi monasterio reflexcentis; qua non solum nlectæ feminæ sunt ad ejus imitationem, sed etiam viri ad solitudinem colendam. Inter hos fuerunt Fr. Ambrosius Gerla et Fr. Andreas Mairuolo, ambo professi sub habitu tertii Ordinis S. Francisci: qui magna cura instantia supplicarunt, ut sibi liceret vitam solitariam ducere in ea parte silvæ, quæ Brunatem inter Comunque sita, a S. Donato nomen habuit. Facultatem hæc eis dedit Jacobus Mansueti Episcopus Bibliensis et Abbas titularis S. Juliani, anno mcccclym; sed eam ad annorum xxv spatium restrinxit, sub annua quatuor librarum ceræ et unius libræ thuris pensione. Quod deinde Martinus Comensis Episcopus, nomine Pii Papæ II, tamquam ejus Legatus, confirmavit: atque ex consensu subsequentium S. Juliani Abbatum, spelunca quam ibi natura fecerat, conversa est in justum conventum Fratrum: quibus anno mxxv ecclesiam nobilem, ibidem ædificatam consecravit Joannes Antenius Volpi, Comensis etiam Episcopus, nulle ut par est opinari urgentiori respectu, quam ut B. Magdalenæ sepulcrum adituris commodaret. Ita certe censuisse videtur Hieronymus Butius insignis Theologus, qui dum ibi Guardianum ageret, solite curavit annotare gratias, quas B. Magdalenæ meritis acceptas referebant, quæque illac transibant eoque divertebant hospites.

23 Insignis ejusdem erga miseros caritas frequentissimis poterat notari exemplis: pauca in specimen hic sufficient. Rusticus quidam pestilentia contactus, ut melius potuit, adrepsit ad monasterium; et notæ illius benignitati confidens, vocari ipsam ad se petiit. Quid mali pateretur indicis haud obscuris cognoscens quæ ad ostium observabat Soror, volebat eum longe abigere, ne sua præsentia malum illuc inferret: sed supervenit Magdalena, eamque ibi manere jussit; inspectoque morbi leco et signis ad cellam suam recurrit, oleum benedictum attulit, eoque plagas in brachiis apparentes perunxit, itaque dimisit, intra paucos dies sanum futurum. Sunt qui dicant continuo sanatum, sed ex authentica miraculorum relatione, cui addere nihil velim, non amplius elicitur quam nunc scripsi. Matrona quædam nobilis et nobiliter nupta, annorum circiter viginti, quia nullos concipiebat liberos, vehementer affligebatur: itaque fama mirabilium, quæ per Magdalenam operari dicebatur Deus, adducta, Brunatem venit, necessitatem exposuit, remedium postulavit. Oravit ergo pro ea Magdalena; nec frustra: brevi enim concepto foetu gravida illa, ac denique eundem feliciter enixam Brunatem attulit, benedictionem ei ab ipsa petens, cui acceptum referebat. Tum illa puero in ulnas suscepto, Deus, inquit, qui per suam misericordiam absque merito meo hunc tibi concessit, eidem benedicat; sicque dimisit. Rusticana mulier Brunatensis, sentiens febrim, qua laborabat, delorem capitis accessisse, orabat Deum ut se juvaret: mox autem intravit ad eam visitandam Magdalena, factoque supra caput infirmæ Crucis signo delorem dispulit, febrim mitigavit,

quæ ipsa quoque evanuit intra paucos dies, cum admiratione omnium, qui antea misellæ ministraverant. Rem totam ut accidit diffuse narrat F. Paulus, asserens eam habuisse se ex attestatiõe legitima ipsius feminæ, in scriptis reperta.

24 Anno mccccly die xvi Maji, mortuæ corpus tulerunt ad ecclesiam, extenderuntque supra tabulas aliquot, indutum monasticis ordinariis vestibus. Sed hæc cito dissipatæ sunt ab accurrentibus undequaque fidelibus, recisas inde particulas devotionis ergo servare volentibus: quorum impertunitate victæ monachæ sic insepultam Matrem suam toto octiduo reliquerunt, ac tum demum peculiari sepulcro, ipsi singulariter in ecclesia parato, condiderunt. Anno autem mxxcv, cum nolent earum posteræ discedere ex veteri suo monasterio absque Reliquiis tam sanctæ Matris, Superiorum permissu apertum prædictum sepulcrum est, ex eoque prædiit odor omnino cœlestis. Tunc Tobias Peregrinus, paulo ante Vicarius Generalis Feliciani Comensis Episcopi et Canonicus ecclesiæ Cathedralis, huic actioni assistens, jussit ut Joannes Baptista Raimundi, Notarius Episcopalis, publicum de re teta instrumentum conficeret, ipseque manu propria transtulit sacra essa in capsellam ad id paratam; quæ deinde deportata fuit ad Abbatialem S. Juliani ecclesiam, cujus ipse tunc Titulum gerebat. Eodem etiam translata est tabula ex marmore candido, epitaphium continens effigiemque Beatæ, a sculptore non imperito sic formatam, ut modice supra æqualem fundum emineat.

25 Ex his qui ante prædictam translationem Brunate sanitatem recuperarunt, Mediolanensis infans fuit, uti scripsit P. Butius prælaudatus; quem ex parentum voto sua illuc attulerat outrix, tria apostemata patientem, letalia omnia, a quibus in momento liberatus fuit. Martia Cernezza Comensis, cum duobus mensibus ingentem in brachio cruciaturo ægre jam toleraret, brachium argeoteum Beatæ offerendum vovit: citoque convalescens, vetum solvit, Hippelyta, uxor Joannis Donati Paravicini, singulis in puerperiis periclitari solita, Sororem Angelam Brunatensis monasterii Professam rogavit, ut se commendaret intercessioni, Beatæ. Fecit illa quod rogata fuerat xvi Octobris an. mclxiv, et proximo anno die vi Augusti citra difficultatem peperit Hippolyta filiam, quæ eidem se monasterio mancipavit postea, dicta Soror Octavia; curavitque ut memoria beneficii authentien extaret in monasterio, nec non argenteum anathema ex suprema matris voluntate.

26 Celia Mazaretta duobus post ista annis periculosum in gutture apostema patiens, cum vulnere gravi in latere dextero, proposuit ad sepulcrum Magdalenæ vetum cereum offerre, ut ejus intercessione mortem evaderet: nec multo post sana surrexit, Brunatemque veniens vetum solvit; rem autem totam, ut gesta est, descriptis accurato circumstantiis singulis, sicut et Soror Octavia fecerat, descripsit alia Soror, Constantia dicta. Josephus Pansoi, Modoetiæ natus, cupiens liberari a vehementi dolore capitis, quo annis duobus laboraverat, et recordatus quod penes se haberet particulam veli, quæ olim usa Beata erat; eandem manu duxit supra caput in formam Crucis. Quod cum sæpius fecisset, liberum se sensit, Bruatem accurrit, multis horis ad sepulcrum oravit; et cujus favori acceptam referret gratiam testatus est, oblata insigni elemosyna, fidelique rei gestæ narratione coram sanctimonialibus: quæ lætissimo eum audientes animo, verba ejus scripte mandarunt, uti et alios plures ejusmodi favores, per Beatæ istius invocationem obteatos.

D
p. 136
post mortem
octiduo pro-
stat in ec-
clesia:

p. 140
anno 1595
transferenda
assa suavi
olent.

E
Antea ad se-
pulcrum ejus
curata apo-
stemata,

dolor brachii,

periculum
partus,

F
grave vulnus,

capitis cru-
ciatus,

EX ITAL
BORSENI.
Deum orat.

p. 68
Tertiaris
Franciscanis

speluncam
habitandam
impetrat:

p. 38
pestilentiam
curat:

p. 39
sterili prolem
exorat:

p. 89
febres sanat:

A 27 Bernardus Carcanus, venenato telo læsus in gutture, dum in horas mortem operitur, oblatus B. Magdalenæ fuit, voto facto per Lucretiam Peregrinam de imagine argentea ad sepulcrum ferenda; quæ ubi eo allata est, coaluit plaga, et evanuit quod metum omnibus incusserat, periculum. Factum ut testatus esset fecit eadem Peregrina, per scripturam apud monachas servatam, qua agnoscit se quoque gratia Beatæ donatam pro se suoque marito, post similia vota: nam se quidem subito liberatam gravi stomachi dolore; maritum vero sanum surre-

xisse a lecto, in quo jacebat moribundus. Per hujusmodi etiam commendationem, factam a Sorore Helena Peregrina ejusdem monasterii Professa, pie creditur ejusdem mater liberata a duplici dolore, qui vitam ejus in periculum adduxerat, anno MDCX juxta registerum monacharum: quæ non omiserunt adhibere necessarias ad legitimam probationem circumstantias; sed et memoriam ejusdem beneficii particularem servat Ludovicus Peregrinus, Legum non minus Christi quam Justiniani peritus.

DECIMA QUARTA MAII.

SANCTI QUI PRIDIE IDUS MAII COLUNTUR.

S	anctus Victor miles,	Martyr. in Ægypto	S. Augia Martyr Aptæ-Julie in Gallia.
	S. Corona matrona.		S. Alexander,
	S. Justa.	Martyres in Sardinia.	S. Coluthus,
	S. Justina,		S. Barbarus.
	S. Ilenedina,		S. Barbarus Martyr, Methone Venetias translatus.
	S. Pontius Romanus, Martyr Cimellensis in Alpibus Maritimis.		S. Claudius Martyr, Roma Antuerpiam translatus.
	S. PONTIACIUS Romanus, Martyr Tarsi in Cilicia.		S. Pachomius. { Abbates apud Tahennenses in Thebaide.
	S. Secundianus,		S. Theodorus. {
	S. Quartus,		S. Ampelius Eremita Genuæ in Liguria.
	S. Victorianus,		S. Aprunculus, Episcopus Lingonensis dein Claromontanus in Gallia.
	S. Januarius,		S. Beignates Monachus et Anachoreta Perusie in Italia.
	S. Mebianus,		S. Bonifacius, Episcopus Neapolitanus.
	S. Adauctus,		S. Bonosius, Episcopus Salernitanus.
	S. Benecutia.	Martyr. in Africa.	S. Constantius Episcopus, in Italia depositus.
	S. Maximinus,		S. Cartachus seu Moeluda. Episcopus et Abbas Lismoriensis in Hibernia.
	S. Alexander,		S. Erembertus, Episcopus Tolosæ. mortuus Fontanellæ in Gallia.
	S. Proculus,		S. Paschalis Papa Romanus.
	S. Afranius		S. Harwaldus, Norwegus Martyr.
	S. Andactus.	Martyres Mediolani in Insubria.	B. Ægidius, Ordinis Prædicatorum Scallabi seu Santirenæ in Lusitania.
	S. Adeodatus,		
	S. Victor,		
	S. Nemor.		
	S. Felix,		
	S. Rusticus,		

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Petrus monachus Ordinis Cisterciensis Caduini in Gallia, indicatur ab Heuriquez et Bucelino, et pridie inter Pios a Saussayo. Omittitur a Chalemato, qui eum ab aliis Radulphum seu Gerardum vocari ait, ad diem, quo Petrus monachus Caduini, et forte non alius, memoratur ix Januarii.

S. Pontiani Martyris translatio Spoletu Ultrajectum memoratur in scriptis additionibus Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum de qua ad Vitam xiv Januarii.

SS. Liberata et Faustinae Virginum translatio indicatur a Ferrario et Arturo, de qua et nos egimus ad illorum natalem xviii Januarii.

S. Petrus Confessor, Ordinis nostri dicitur in MS. Carmelitano Calendario Mechliniæ adseruato. At quis ille sit non indicatur. Unicus S. Petrus Tomasius in Ordine colitur, et quidem nunc sub indelito Martyris titulo, cum olim Confessor diceretur: cuius Acta seorsum edidimus, et in Opere nostro xxix Januarii.

Yso monachus S. Galli refertur hoc die in Necrologia monasterii S. Galli. At nulla eius mentio in Officiis propriis dictæ Abbatia anno mxcxii excusis. De eo inter Prætermittos egimus die, quo dicitur mortuus, vi Aprilis.

S. Isaac Abbas apud Spoletum indicatur in MS. Calendario Benedictino: de eo egimus xi Aprilis.

S. Adalberti Episcopi Pragensis dedicatio Ecclesiæ

Aquisgrani, inscripta est MS. Martyrologio Aquisgrauensi. Acta ejus varia dedimus xxiii Aprilis.

S. Maximus, Martyr in Asia, memoratur in Epternocensi Martyrologio S. Hieronymi, item apud Græcos in Menologio Basilii Imperatoris et aliis Menais. Et dicitur in apographo Corbeiensi et apud Nalcerum Maximus, et in opographis Lucensi et Blumiano et MS. Richenoviensi Maximianus. Nos Acta S. Maximi illustravimus xxx Aprilis.

S. Orientius Episcopus memoratur in MS. Florario et in Auctario Gerreni, eique inscribuntur Acta, quæ dedimus die quo obiit i Maji.

S. Maurus miles, pro fide Christi primo per quinque dies fame in carcere maceratur, secundo fustibus creditur, tertio plumbo bulliente perfunditur; sed Angelica operatione ut aqua frigescit, unde et ipse Cæsar miratur: quarto decollatur. Post sex dies jubet Cæsar requiri, si corpus a bestiis sit consumptum, et ecce duo lupi illud custodiunt Veniens igitur S. Martinus Episcopus cum Christianis sanctum corpus abstulit et sepelivit. Ita Viola Sauctorum, Haguenæ anno 1508 excusa. Aliqua horum eisdem verbis referuntur in MS. Florario. Est hic S. Victor genere Maurus, cuius Mediolani Translatio, facta sex post necem diebus, memoratur a Galesinio, Malano, Ferrario. Item in antiquo Breviario Mediolanensi anni 1539, et Missali anni 1522 Acta passionis dedimus viii Maji.

VIDE ALP.
TOM. VII MAII
NOT. 67 **

- Garbhanus sive Garvanus in *MS. Tamblachtensi* indicatur. *Aliquis S. Garvanus Episcopus, filius Ængussii, memoratur in Vita S. Forannani 15 Februarii, ubi annotat Colganus cum fastis inscriptum xx Martii (quando ejus non meminit) et ix Julii.*
- Lasra seu Lassara refertur in *MS. Tamblachtensi. Consule quæ de Casara Virgine diximus inter Prætermisos* xi Maji.
- Maldod seu Maldodus inscriptus est *MS. Florario, Auctario Greveni, Martyrologio Canisi et Dempsteri, Catalogo Ferrarii et Fitzsimonis. Est aliis Moeldodius Abbas, de quo qñimus* xiii Maji.
- S. Rolendis Virgo Gerpiniensis, a filio Regis Scottorum in conjugem expetita, refertur in *Menologio Scotico Dempsteri. Vitam dedimus* xiii Maji.
- S. Stephania Virgo et Martyr colitur Scalæ in *Picentibus, et creditur esse S. Corona, quæ mox refertur.*
- Pachomius eremita apud Scythopolim, occasione S. Pachonii celeberrimi Abbatis, qui hoc die colitur, refertur post illum a *Petro de Natalibus lib. 4 cap. 172, Petrum secuti sunt Grevenus, Maurolycus, Felicius, Canisius. Verum neque apud Græcos, neque apud Latinos antiquos aliquod certi de ejus cultu legitur. Memoratur apud Heraclidem cap. ii et Palladium cap. 29, et dicitur Pachon.*
- Orosiensis, discipulus S. Pachonii, etiam refertur a *Petro de Natalibus lib. 4 cap. 173, sequentibus cum Greveno, Wifordo, Canisio, Ferrario. De eo agitur infra in Vita S. Pachonii, ejus fuit successor in regimine Fratrum, non notato obitus ejus die.*
- S. Theodori Martyris memoria colitur in *MS. Breviario, sed ejus Ecclesie hoc Breviarium sit non indicatur.*
- S. Theodori Papæ depositio inscripta est duplici *MS. Florentino, alteri Magni Ducis, alteri Senatoris Strozzi, et Martyrologio ibidem anno 1486 recensio. Contigit hæc depositio, seu potius ejus obitus, hæc die xiv Maji anno dclxix, sed quod miramur nullis aliis fastis, maxime Romanis, ejus nomen insertum reperimus.*
- Moncodon indicatur in *Catalogo Sanctorum Hiberniæ ab Henrico Fitzsimon. Vereor ne in descriptione nominis sit erratum. Nihil de eo alibi legimus.*
- Maelchedarius filius Romani indicatur in *MS. Tamblachtensi.*
- Midanus et Molanus fratres, monachi in Scotia, referuntur a *Wilsono in Anglicano Martyrologio, sub nota anni 1640 recensio, citato ad marginem Joanne Lesteri lib. 5 Hist. Scottorum, qui pag. 177 hos cum aliis indicat summæ eruditionis laude floruisse, nulla alicujus venerationis facta mentione.*
- Hieronymus Pragensis, Congregationis Camaldulensis, vir Apostolicus proponitur apud *Buclinam, ut extaret illustris memoria venerabilis viri.*
- Regreingunda Virgo indicatur in *scriptis additionibus Carthusiæ Brucellensis ad Grevenum: quæ nobis ignota est.*
- Arnoldus ejus nominis secundus, gente Comes Wedanus, in Parthenone Reinendorph a se fundato sepultus, ut pius Antistes videtur a *Geleio in Fastis Agrippinensibus. Præfuit Ecclesie Coloniensi Archiepiscopus ab anno 1155 ad 1156: monasterium autem prædictum situm est in districtu Bonacensi sub titulo S. Clementis.*
- Cistercienses monachi, ab hæreticis Tiaboritis suspensi prope Pragam, memorantur ab *Henriquez, Chalemoto, Bucelino. Nihil interim de us hoc die in suis Triumphis majalibus Crugerius, qui tamen ibidem commemorat, Jacomirzensem civitatem an. 1421 cum uxoribus liberisque, post defensas fortiter urbem, juxta deditonis pacta egressorum et magno numero, quia recipere Bohemicos articulos fidei Catholice injuriosos volebant, ab Hussitis contra datam fidem in Albim præcipitatorum; sacerdotumque viginti et unius, ex eadem causa ibidem flammis exustorum pro fide: quare arbitramur, Cisterciensibus Reliquosis istis prope Pragam commemorandis hunc diem pro libitu electum ab Henriquez, cum de vero cædis die non extaret notitia.*
- Gerardus Prior in Claravalle cum titulo Beati memoratur ab *Henriquez et Bucelino, citato Magno exordio Ordinis Cisterciensis, in quo Beatæ memoriæ appellatur, et amittitur a Cholemoto.*
- Ferdinandus Episcopus Granatæ in Hispania, ut Sanctus, refertur a *Ferrario, et ut sanctus Frater Ordinis S. Hieronymi a Joanne Marieta lib. 5 cap. 94. Omittitur a Tamayo Salazar, qui ad xvii Augusti referens Episcopus Granatenses solum ait obiisset cum opinione sanctitatis. Advertit etiam inter Sanctos Ecclesie Granatensis non contineri, neque in Ordine divinum officium recitandi apud Hieronymianos. Alibi additur ei cognomen de Talavera, et dicitur fuisse Abulensis Episcopus, dein primus Archiepiscopus Granatensis, miraculis etiam honoratus post mortem, quam hoc die obiit anno mivii. De illis autem formatus Processus versatur in Rota Romana: ubi dum causa agitur, sufficit nominasse ejus vitam in Historia Ordinis a Fr. Josepho de Signenza descriptam legi posse: insignem autem epitomen inde sumptam extare in Theatro ecclesiastico Ægidii Davilla inter Episcopos Abulenses.*
- Joanna, Virgo Regia, Ordinis Prædicatorum Averii in Lusitania indicatur cum titulo Beatæ in *Gyneo sacro Arturi da Monster. Vitam ejus edidit Antonius Vasconcellus in Anacephala osibus Regum Lusitaniæ, in quibus dicitur hoc die anno 1490 obiisse. At diem xii Maji mortis ejus tradit Cardoso in Hagiologio Lusitano, sed absque titulo Beatæ, quando de ea latius actum.*
- Petrus Catanensis, Laicus, Carmeli Nurciani in Apulia alumnus, inseritur *Aciei bene ordinatæ, ut Beatus, deque eo in notis MSS. additur, tanta excelluisse obedientia ut eam quoque post mortem observavit, referens Superiori salutis suæ statum: quare ibidem inter Sanctos colatur. Nos de eo cultu optamus distinctus edoceri, deque ætate ejus et miraculis aliis; quæ non possunt desuisse, si verum est eum coli ut Sanctum; neque enim ad hoc sufficere potuit simplex illa, quæ uni soli dicitur facta, revelatio.*
- Maria a S. Dominico, Virgo apud omnes sanctissima reputata, prope oppidum Petre-Fixe in Hispaniis, in monasteriolo a se condito collegit 100, aliis 300 Virgines, et proditur Christi stigmatibus insignita fuisse. Ita *Antonius Senensis in Chronico Prædicatorum ad annum 1515, Joannes de Rechar de S. Maria tomo 2 lib. 1 cap. 8, et Annus sanctus ejusdem Ordinis hoc xiv Maji.*
- Anonymus, in regno Chili occisus, {
Barbarus, socius S. Francisci in Umbria, {
Casiblis Calderonia, in Hispania an. 1557. {
Anna Maria S. Josepho, Salmanticae an. 1631, rum, {
relocati cum titulo Beati ab Arturo in Martyrol. {
Franciscano. Et Virgines duæ etiam in ejus Gyneo. {
Ex quibus venerabilis Maria indicatur in {
Menologio Laheri. Addi eodem jure potuit et, si tunc {
nota fuisset.
- Constantia, Cræoviensis Carmelitana, SS. *Terese et Monica conspectu in morte recreata an. 1627, et cum titulo Beatæ inserta jam diætæ Aciei.*
- S. Liberato, Confessor in Italia, indicatur in *scriptis additionibus Carthusiæ Brucellensis ad Grevenum. Verum est Episcopus et Martyr referendus* xv Maji.

- SS. Victor, Quartus, et Isidorus, Martyres Romæ ex MS. indicantur a Galesinio, sed veremur, ut sæpius indicuimus, ne non satis fidele MS. istud fuerit. Agimus hoc die de Victore, cum Corona in Syria passo, item de Victore, Martyre Mediolanensi, et de Quarto Martyre Afro. De Isidoro, qui etiam a Greveno refertur, agemus xv Maji.
- S. Isidorus, Martyr in Insula Chio, celebratur a Græcis in Menologio et Menæis: item in MS. monasterii S. Cyriaci, a Galesinio etiam et Ferrario. Eum cum Martyrol. Romano et aliis referemus xv Maji.
- B. Franciscus Bonvisius de Luca, Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Assisii, inscriptus est Martyrologio Franciscano Arturi. Verum Ludovicus Jacobillus de Sanctis Umbriae asserit eum obiisse, quando de eo acturi sumus xxi Maji
- S. Therapon Martyr indicatur in Menæis Græcis, et ei multa adscribuntur, quæ examinamus ad Vitam S. Therapontis xxvi Maji.
- S. Lantfrancus, Archiepiscopus Cantuariensis, ad hunc diem memoratur a Bucelino, citante Andreæm Bambergensem. De eo agemus die xxviii Maji.
- SS. Felix et Fortunatus, Martyres Aquileiæ sub Diocletiano, celebrantur Officio Ecclesiastico in Ecclesia Mediolanensi, et memorantur a Bellino, Greveno, Molauo et a Palladio de Olivis lib. 8 Rerum Foro-Julienisium. Verum in Martyrologio Romano et aliis die xi Junii.
- S. Gerasimus monachus, Ordinis S. Basilii in Calabria, indicatur a Ferrario in Catalogo generali, ex Tabulis et Chronicis Calabriae, et Paulo Regio lib. 2 de Sanctis regni Neapolitani hac die. Verum addit a Davide Romæo, qui ultimus scripsit de Sanctis ejusdem Regni, de illo agi xviii Kalendaris Quintilis, quanto iterum eum refert Ferrarius. Optamus ut aliquis interim Acta ad nos transmittat, idcirco differimus illum ad dictum diem xiv Junii.
- Trecenti quatuor, aut Quadringenti quatuor Martyres, qui cum S. Cyrico seu Cyriaco passi sunt, referuntur in antiquis apographis Martyrologii Hieronymiani, et variis aliis; ac perperam junguntur cum Martyribus Mediolani hoc die passis: scorsim autem S. Cyriacus memoratur in MS. Aquisgranensi et apud Grevenum. De iis et Cyrico seu Quirico et matre ejus Julitta agitur ad diem xvi Junii.
- S. Theodorici translatio in Crispo-castello proponitur in scriptis additionibus Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum. Colitur S. Theodoricus i Julii.
- S. Auctoris, Archiepiscopi Trevirensis, brachium hoc die magna solemnitate in monasterio Helmwardeshusen diocesis Paderbornensis susceptum est, uti dictum 12 hujus in Historia Translationis S. Modaldi cap. 1. Colitur vere S. Auctor die xx Augusti.
- SS. Proti et Hiacyinthi Martyrum translatio Comi memoratur a Ferrario: sed controversia est, explicanda ad Vitam xi Septembris.
- S. Editha Abbatissa, Regis Anglorum Edgari Soror, memoratur a Wilsono in Martyrologio Anglicano, et ea citato a Ferrario. Ab aliis habetur filia dicti Regis, et colitur in Martyrol. Romano et aliis xvi Septemb.
- Editha, Ethelwoldi Regis et Monarchæ Anglorum soror, indicatur ab Alfordo in Indice Sanctorum Angliæ, quasi hæc debuisset in Martyrol. Anglicano hac die collocari. Poterit una de hac agi ad dictam xvi Septembris.
- Tato ex monacho Emmerano creatus anno dcccxcvii Episcopus Ratisponensis, ac post annos Sedis sex et triginta mortuus anno dcccxxxvi laudatur a Wigulio Handia in Metropoli Salisburgensi ut Vir sanctus. Illum ad hunc diem absolute ut Sanctum celebrant Menardus et Bucelinus. Silent antiqua Breviaria et Officia propria anno mdcxlxxcusa. Laudatur in Actis S. Emmerani, quando, si aliquid de ejus veneratione indicetur, una agi poterit xxii Septembris.
- S. Gerardus Episcopus inscriptus est MS. Carmelitana Kalendario Mechliniæ adseruato. Colitur in dicto Oraine S. Gerardus Hungarorum Apostolus, xxiv Sept.
- S. Taracus miles memoratur in MS. Tam lactensi. Forsan est Taracus cum Probo et Andronico in eodem MS. pridie relatus: de quibus plenius agendum erit xi Octobris.
- Petrus Monneulus Abbas Claræ-vallis memoratur in Kalendario Cisterciensi anni 1617, et cum longo elogio et Beati titulo ab Chalemato. Verum tradunt Sammarthani et Manriquez ad an. 1186 cap. 6, num. 10 obiisse eum die xxix Octobris.
- S. Agricola civitate Arvernensis memoratur in vetustissimo apographo Epternacensi Martyrologii Hieronymiani, in aliis apographis dicitur dedicatio Ecclesiæ S. Agricolæ. Hujus et Vitalis Martyrum reliquæ traduntur a S. Nematio, Episcopo Claromontano, seculo quinto Bononia Claram-montem translata. Horum dies natalis est iv Novembris.
- Silvanus Archiepiscopus Dumblanensis in Scotia et successor S. Livini, memoratur in Menologio Scotico Dempsteri et Ferrarii Catalogo. Citatur Vita S. Livini, ad quam poterit de illo agi xii Novembris.
- SS. Audoeni Episcopi Rotomagensis, et Eligii Episcopi Noviomensis Ordinatio, hoc die facta indicatur ab ipso Audoeni in Vita S. Eligii, et memoratur in MSS. Casinensi, Florentino bibliothecæ Medicæ, et alio Senatoris Strozzi, MS. Florario, aliisque. Colitur S. Audoenus xxiv Augusti. et S. Eligius, etiam relatus in Menologio Scotico Camerari, i Decembris.
- Erkantrudis Virgo sanctimonialis, in monasterio Brigensi sub S. Burgundofora Abbatissa, virtutibus clara, cum titulo Beatæ indicatur in Menol. Bucelini. Poterit de ea agi ad Vitam S. Burgundoforæ vii Decemb.

NOT 12

DE SS. VICTORE MILITE ET CORONA MARTYRIBUS IN ÆGYPTO.

G. H.

CIRCA ANNUM
CLXXVII

Nobile adeo par Martyrum fuerunt SS. Victor et Corona, ut multiplicari necessario debeant, ob plurimas Ecclesias, quæ de eorum variis Actis, patrocinio et sacrorum Reliquiis corporum decertant. Aliquod hujus rei specimen dedimus ad diem xx Februarii, ubi retulimus SS. Victorem et Coronam Martyres, sed quæ nulli certa loco attribuerè

potuimus, omni decisione in hunc xiv Maji rejecta. Quod utinam cum aliqua partium litigantium satisfactione jam possemus præstare! Porro hoc unum singulis addicimus, nos nulla partium favore abreptos uni veritati eruendæ adlaborare. Ex variis quæ conquisivimus martyrii Actis, arbitramur certiora, primo quæ nacti fuimus ex MSS. Romanis, asservatis in bibliotheca

Acta Latina
ex MSS.

Vaticellana

- A *Vallicellana Patrum Congregationis Oratoru S. Philippi Neri et u Cardinali Carassa ad nos missis: tum quæ ipsi curavimus describi ex antiquissimis membranis Trevirensibus Imperialis monasterii S. Maximini, dein quæ in MS. codice Ultrajeetino Ecclesie S. Salvatoris reperimus. Ea omnia scimus etiam extare in MSS. Lætiensibus in Hamoniæ et aliis Arduennatibus monasterii S. Huberti, sed quæ noluimus pro nobis describi, cum alia tria exemplaria viderentur sufficere, maxime quia ea ex majoribus Actis fuisse contracto notaveramus. Omnibus autem pleniora domus ex tomo secundo Actorum a Bonino Mombritio ante ducentos circiter annos editorum, eaque cum dictis aliis MSS. conferimus. Reperta etiam fuerunt Græca apud monasterium Cryptæ-Ferratæ in agro Tusculano, et Latine reddita a Guilielmo Sirleto, editaque sub nomine Simeonis Metaphrastæ apud Lipomanum tomo 7 par. 2 et Surium ad hunc XIV Maji, itaque allegantur a Baronio in Notis ad Martyrologium Romanum. Verum quia ea ab aliquo scriptore juniore et dicti monasterii monacho ex Latinis translata, plane omittenda censuimus, cum apud dictos auctores legi possint. Consuli autem optamus quæ ad diem III Aprilis, de similibus Actis in*
- B *Cryptæ-Ferratæ reperitis, diximus § 2 ad Acta SS. Agapes, Chionix et Irenes.*

Græca minus
probantur.

Memoria
in fastis S.
Hieronymi,

Beda,

2 Memoria sacra duorum horum Martyrum ad hunc XIV Maji, inscripta est antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis primo loco, his verbis: In Syria Victoris militis et Coronæ, qui simul passi sunt. *Fenerabilis Beda in genuino Martyrologio a nobis ante tomum 2 Actorum Martii edito, ex dicto Martyrologio præposuit ista verba: In Syria, reliquum verbum fere ex antiquis Actis, quæ ex Mombritio dare promisimus, ille desumpsit, utque hac ratione ea nobis reddidit certiora, quoad magnam antiquitatem eis necessario tribuendam sub ejusmodi teste. Quare elogium illud ut conferre cum dictis Actis possis, hic accipe: Ipso die in Syria natalis Victoris et Coronæ sub Antonino Imperatore, Duce Alexandriæ Sebastiano, Erat autem Victor miles a Cilicia, cui Sebastianus in confessione fidei confringi digitos et velli jussit a cute. Deinde illum jussit in caminum ignis mitti, ubi triduo permanens non est læsus. Deinde venenum bibere jussus, non est mortuus: sed veneficum potius ad fidem convertit. Deinde jassum est, nervos corporis ipsius tolli: deinde oleum bulliens mitti in pudendis ejus. Post hæc jussit ardentes lampades suspenso ad latera applicari. Post hoc acetum et calcem simul misceri et dari ei in ore: deinde oculos erui: deinde triduo jassum capite suspendi; dum spiraret, jussit eum excoriari. Tunc Corona, cum esset uxor cujusdam militis, cæpit beatificare B Victorem pro gloria martyrii. Id dum faceret vidit duas coronas de cælo lapsas, unam Victori et alteram sibi missam. Cumque et hoc cunctis audientibus protestaretur, tenta est a Judice, et jassum est duas arbores palme curvari ad invicem, et canabinis funibus ligari Coronam in utraque manu et pede utroque, et sic arbores dimitti. Quod dum feret, divisa est Corona in duas partes: erat autem annorum sedecim. Tunc quoque Victor decollatus, et ipse victoria perennis triumphum promeruit. Hæc Beda, quæ fere eandem habent Rubinus, Ado et Notherus, et aliqua inde exceperit Usuardus, plerumque autem parum mutata leguntur in hodierno Martyrologio Romano. Consentiant auctor Martyrologii sub nomine Bedæ excusi, Bellinus, Grevenus, Manrolycus, Molanus, Cunisius, Galesinius, alique in Martyrologiis manu exaratis et typorepensis. Petrus de Natalibus lib. 4 cap. 168 quod edidit elogium, asserit esse Adonis in Martyrologio suo, sumpto a B. Hieronymo. At majus encomium ex gestis eorum, quæ hic dari diximus, edidit Ciceronius Bellovacensis lib. 10 Speculi Historialis cap. 107, et hujus fere verba tran-*

Rubani Adonis
Usuardi etc.

Vincen-
tius
Bellovac.

scripsit S. Antoninus parte prima Historiarum seu Chronicorum tit. 7 cap. 6, § 9, nisi quod apud hunc dicitur S. Victor a Sicilia in utraque Lugdunensi editione anni MDXXXVII, et MDLXXXVI; cum apud Vincentium in editione Veneto anni MDXCI, et Duacensi anni MDCXXIV legatur S. Victor miles a Cilicia, uti in Actis omnibus Latinis et citatis Martyrologiis habetur.

3 In Actis Græcis, a monacho Cryptæ-Ferratæ adornatis, dicitur S. Victor miles genere Italus, sed hæc perperam a Sebastiano Duce ad Victorem translata possent videri. Nam ad diem XI Novembris, quo Græci eos colunt, in Menologio Basilii Imperatoris ista leguntur: Victor, Antonino Imperatore et Sebastiano Duce in Italia, comprehensus cum adduci non posset, ut Christum abnegaret, luxatis prius membrorum articulis in fornacem projicitur: deinde lethali pharmaco, quod sibi porrectum a mago fuerat, exhausto, nulloque prorsus affectus damno, magum ad Christum convertit. Erutis vero oculis, capite plectitur. Sancta vero Stephanis, seu Corona, illa tormenta intuita, et summam sancti felicitatem eloquuta, comprehensa est, atque ad palmas duas, quæ in unum inmani viriam contentione contorta fuerant, alligata, præcisisque repente vinculis in duas partes dilaniata fuit. Hæc ibi, quæ aliquanto fusius ex ipsis Actis referuntur in Menæis excusis et apud Maximam Cytherorum Episcopum; Sebastianus autem Dux in Italia dicitur, et S. Victor non capite plexus, sed exutus cute spiritum Deo reddidisse. S. Corona vero seu Stephanis relicto marito in viduitate fuisse: quæ minus placent. Potuit ergo Sebastianus Italus fuisse, ac Dux Ægypti ab Antonino constitutus, quo tempore Alexandriæ fuit quidam vir Christianus a Cilicia Victor miles. Nam, ut in Notitia Dignitatum Imperii Romani sect. 1 dicitur, erant Duces per Ægyptum duo, Libyæ et Thebaidos: et infra in Actis sub finem dicitur passus S. Victor cum S. Corona, octavo Kalendas Majas hora nona, sub Imperatore Antonino, agente impiissimo Duce Sebastiano in Thebaide Ægypti, contra civitatem quæ dicitur Lycos, aliis Lycopolis, urbs ibidem olim Episcopalis in provincia Thebaidos primæ sub metropoli Antino.

4 At quod duentur VII Kalendas Maji passi, suggerit modum solvendi nodum difficilem extricatu, nempe quomodo ab illis alii sint hi, qui hoc die XIV Maji, referuntur in Martyrologii Hieronymiani apographis passi in Syria, cum dicto VII Kalendas Maji, referantur in eisdem passi Alexandriæ Corona, Victor cum aliis sociis: et Corona, quæ passim Virgo celebratur, absque tali titulo refertur in antiquissimo egrapho Epternacensi. De quibus prutæ seu IX Kalendas Maji, in Martyrologio Flori cum genuino Martyrologio Bedæ a nobis edito, ista leguntur: In Ægypto passio SS. Victoris et Coronæ sub Principe Antonino, quorum Victor post evulsionem nervorum et ferventis olei in ejus pudilibus membris effusionem, et post eruptionem oculorum, suspensus est deorsum, decoriatus atque sic decollatus. Corona vero duabus arboribus divisa est. Hæc ibi. Num ergo alii Martyres dicendi sint passi in Syria, alii in Ægypto, qui tamen fuerint a supra memoratis Martyrologiis in unum idemque par Martyrum conflati, judicio ultiorum relinquimus. In Actis Græcis dicuntur passi quarto decimo die mensis Decembris, in urbe Damasco. Quo ad hoc autem secuti sunt Græcos, et Martyrii palestram Damascum nominarunt Baronius in Annalibus ad annum CLIV, Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italie, et in Topographia ad Martyrologium Romanum. Veram sicut in die XIV assignando erratum est, ita potuit urbs Damascus ex arbitrio auctoris adjecta fuisse. Ab his diversam par tertium Martyrum, a nobis relatum ad diem XX Februarii, sed nulli loco tributum diximus, et singulis sacre memoria assignatur in antiquissimis

D
AUCTORE G. H.

in Menol.
Basilii

B
et Menæis.

An aliud
par passum
in Ægypto,
allud in Syria,

F

et tertium
atibi.

A *Martyrologi Hieronymiani: apographis et aliis antiquis fastis. Isti porro eorum multiplici- tati favent diversa hujus nominis Sanctorum corpora, quæ variis in Ecclesiis ab antiquissimis temporibus summa cum venera- tione asserviri infra ipsa Acta referemus. Imo Martyres, Victoris nomine appellati, in quatuor men- sibus prioribus a nobis elucidatis, facile sexaginta repe- riuntur, et hoc mense Mayo quam plurimi Victores celebrantur. Quibus subinde etiam aliquibus, quos no- men sanctæ suæ passæ latebat, Coronæ, nomencla- tura placuerit?*

cui etiam
plura.

ACTA MARTYRII

a *Mombritio edita et cum pluribus MSS collata.*

CAPUT I.

Professio fidei. Contractio digitorum. Proje- ctio in caminum ardentem absque læ- sione.

B **I**n diebus illis, facta in Christianos persecutione ab Imperatore Antonino, temporibus Sebastiani Ducis Egypti, Alexandriæ fuit quidam vir Christianus a Cilicia, nomine Victor, miles, ab infantia metuens Deum: cui Dux dixit: Victor, litteræ mihi vene- runt ab Antonino, jubentes ut sacrificent Christiani: qui autem noluerint sacrificare diis, in magna erunt damnatione. Ergo, Victor, sacrificæ, ne periclitetur animu tua. Victor dixit: Ego enim miles sum magni Regis immortalis Jesu Christi: nam regnum hujus Antonini instabile et exterminabile est: regnum autem Domini mei Jesu Christi semper stabile et incorruptibile est, et finem non habet. Sebastianus Dux dixit: Et tu ad Regem nostrum pertinens, obandi illi et sacrificæ diis. Victor dixit: Et ipsi quidem militabam, et ipsum amabam: sed quia in corde meo Deum meum colo, propterea non me vincat diabolus. Hoc solum scito, quoniam in carnem meam habes potestatem, perdere autem animam meam non habes. Solus Deus est, qui habet potesta- tem mortificare et vivificare corpus et animam, ipsi gloria et honor, laus et imperium in secula seculo- rum. Sebastianus Dux dixit: Video te magnam ha- bere sapientiam in sermone. Victor dixit: Sapientia hæc non est mea: sed Dominus donavit mihi eam. Sebastianus Dux dixit: Erue te a malis tormentis. Victor dixit: Ego propter hoc libenter torquor, et plus confortor: quoniam dignatus est me Deus ad hoc perducere, ut propter testimonium ejus possim torqueri, et in spem venire Regis sempiternalis. Se- bastianus dixit: Lector es aut Diaconus, qui talem eloquentiam habes in sermone? Victor dixit: Non fui dignus talem habere gratiam, sed gratia Christi perduxit me ad hoc. Ipse est, qui donat rectis cor- de, et iis, qui servant mandata ejus, sapientiam et prudentiam de divitiis suis. Quomodo ergo agricola si bene colit agrum suum, superveniente pluvia per- ducit eum ad fructus suos; sic et sapientia Dei omnes sperantes in illum suscitæ, et non permittit inimicum supervenire in illis; sed potius perducit eos fructiferos ad Deum. Sebastianus Dux dixit: Ergo nunc est cogitatio tua magis mori quam vive- re? Victor dixit. Hæc mors non est, sed vita æterna: si perseveravero in hoc sufferens tormenta tua. Sebastianus Dux dixit. Hoc ergo consilium tenuisti? Victor dixit: Etiam.

S. Victor in-
vitatus ad
sacrificandum
se Christia-
num asserit:

C *paratus ad
quævis tor-
menta per-
ferenda:*

u
patiens
confractionem
digitorum
magis confor-
tatur:

2 Tunc jussit Sebastianus confringi digitos ejus a quo usque exirent a carne sua. Tunc S. Victor dixit: Gratias ago Deo meo, quoniam appropinquavit ad me gratia ejus per Dominum meum Jesum Christum. Sebastianus Dux dixit: Acquiesce et sacrificæ

diis meis, ut non male moriaris. Dicit ei S. Victor: D Hoc numquam ero factururus, ut lapidibus et sculpti- libus, quibus tu ipse similis es, ego sacrificem. Sed ego sacrifico Deo vivo, qui fecit cælum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt: ipsi soli serviet anima mea: nam tibi numquam consentio. Tunc Sebastianus furore repletus, jussit eum in carcerem mitti.

3 Altera vero die jussit sibi præsentari S. Victo- rem: cui et dixit: Quoniam annonam non accipis? S. Victor respondit: Quoniam per vim et injuste exigitur, propterea nolo accipere nec manducare. Ego enim habeo cibum meum spiritalem, et non esuriam in sempiternum. Tunc Dux ira repletus, jussit mitti illum in caminum nimis ardentem, ut consumeret eum ignis. Tunc illi accipientes eum perduxerunt ad locum camini. Et respiciens S. Vi- ctor in cælum dixit: Deus patrum nostrorum, exau- di me peccatorem: quia propter te hæc patior: et præsta mihi, integrum in conspectu tuo permanere: serva me ab igne, quem paraverunt mihi: ut sciant hi, qui te non noverunt, quoniam tu es Deus. Et signans se signo Christi intravit in caminum: et erat glorificans nomen Domini in camino ignis, di- cens: Gratias ago tibi, Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, quoniam sicut visitasti Ananiam, Aza- riam et Misahel misso Spiritu sancto, et liberasti eos a camino ignis; ita fecisti et mihi peccatori, et non dereliquisti me sperantem in te. Post dies autem tres jussit Præses aperiri caminum, ut colligerent ossa ejus: et convenit militum multitudo, et audie- runt eum decantantem in camino laudes Deo et gra- tias agentem. Aperientes autem milites caminum, viderunt eum illæsum, et dixerunt ad eum: Egredere, vocat te Dux. Cum venisset autem S. Victor ad Præsidentem, dixit ei Præses: Quomodo sic præva- luerunt magiæ tuæ, ut non te lederet ignis? Die mihi, quemadmodum maleficiis tuis extinxisti ignem? Ad quem ille: Gratias ago Deo meo, quoniam magus non sum, ut tu dicis, sed Christianus sum.

illæsus in
camino ignis

E

post triduum
reperitur.

ANNOTATA.

a *MS. Trevir. addit: Et a proceria explicitos con- torqueri articulos. At MS. Ultraject. Et acroceria et plicitos torqueri. MS. Rom. Adcroeria plicitas: Sirtetus ex Græco Crypto ferratensi vertit digitorum compages: videntur omnino hæc nomasse ob origina- libus aliquibus Græcis, ubi legebantur τὰ ἀκροτέρηα, summitates digitorum, quod interpretes priores reti- nuerunt, alii vero explicationis causa in margine appo- suerunt vocem articulos; et hæc denique ab aliis in textum translata, Græcæque voci conjuncta, sensum perturbarunt alii, qui imaginati sibi hic sunt ipsius tor- turæ instrumentum aliquod, aproceria vel acroceria dictum.*

F

CAPUT II.

Præservatio a veneno bis sumpto. Constantia animi in sectionibus, ustulatione et excoriatione.

Tunc jussit confici venenum mortiferum: et dari in carnibus a malefiro, ut ederet ex eis. S. Victor dixit: Non auderem tangere carnes, nisi confisus in virtute Domini mei Jesu Christi: ideoque ut ostendam tibi, quoniam possum omnia maleficia tua dissolvere, et accipio de carnibus istis, et orans manduco. Et accipiens manducavit, et nihil mali sensit. Tunc maleficus alia illi pejora venena attulit et dixit: Manduca et nunc: et si manducaveris, et nihil mali perpressus fueris; ego relinquam omnia maleficia

Veneno bis
sumpto
manet illæ-
sus.

A maleficia mea, et credam in Deum, quem tu colis. Et manducavit B. Victor, et non est mortuus. Dixit illi maleficus: Salve sis Victor: vicisti enim et fortior me extitisti, et salvasti animam meam perditam ab inferis, ut deinceps vivam. Quomodo enim statua ænea veterasset, et in novissimis extergitur et innovatur; sic et hominem veteratum in maleficiis suis convertit per te Deus, et salvavit in gratia sua. Statimque maleficus ille combussit codices suos omnes, et abrenuntiavit omni substantiæ suæ. Et donavit eum S. Victor de omnibus quæ pertinent ad fidem, et consignavit eum in nomine Domini nostri Jesu Christi.

5 Post hæc jussit Sebastianus, ut reducerent ante conspectum suum S. Victorem, cui et dixit: Victor, sacrifica diis, et esto sapiens. S. Victor dixit: Semper sapiens extiti. Sebastianus dixit: Sed nunc factus es stultus. Ad hæc ille: Stultitiam istius mundi elegit Deus, ut sapientiam tuam evacuet. Tum Sebastianus dixit: Ubi est scriptum? S. Victor dixit: B. Paulus Apostolus hæc dixit. Respondit Sebastianus: Ergo Paulus Deus est? S. Victor dixit: Paulus Deus non est: sed Apostolus est Dei. Ut sapiens architectus in templo Dei a fundamentum posuit,

B quod ædificatur in adimplerione ædificii convenientis in angulari Christo. Unde et accepit sapientiam a Deo cum plenitudine Scripturarum, ut ostendat viam salutis iis, qui volunt salvi fieri. Cui Sebastianus dixit: Parce ab stultitia ista, et sacrifica diis: non enim sunt tibi utilia ista verba. Et Victor: Non sum stultus, sed sapientiam quero: sunt enim stulti omnes, qui tibi audiunt et sacrificant diis, qui ipsi nesciunt verum Deum: et sicut pater eorum diabolus, qui ab initio non agnovit veritatem; ita hi cæcati sunt corde, et scientiam fidei non noverunt. Tunc commotus Dux jussit omnes nervos ejus a corpore amputari. S. Victor dixit: Ego in nomine Domini mei Jesu Christi non pavesco tormenta tua. Ad tempus fac quod facis, noli cessare: sed ista tormenta dolorem mihi non faciunt. Quomodo enim de pede tollitur spina, et post illam exit omnis dolor, et post hæc fit requies; ita et ego nervis amputatis a corpore meo, quievi nimis propter fidem Christi Dei omnipotentis. Iterum Dux jussit oleum fervens mitti in pudenda ejus. S. Victor dixit: O miser, quare non erubescis, et vides quanta est virtus Domini mei Jesu Christi? Nam incendium istud, quod mihi præparas, magis mihi refrigerium præstat; tibi autem æternum supplicium præparat. O insania tua infelix! Non cognoscis, quia sic est mihi oleum fervens tanquam aqua, quæ datur viatori sitiienti, et bibit ut refrigeretur; ita et ego refrigeratus sum propter nomen Domini mei Jesu Christi.

C 6 Tunc iratus Præses, dixit: Appendatur in equuleo. Cumque fuisset appensus, jussit lampades ardentes applicari ad latera ejus, et sub voce præconis clamare, et dicere illi: Immola diis, ut ab Imperatore præceptum est. Tunc ait Victor: Ne deficias, miser, variis cruciatibus; hypocrita, communicator dæmoniorum, putas me his pœnis terreri? Non timeo minas tuas, quia habeo Dominum meum Jesum Christum, qui me confortat. Et non dubitabo pati pœnas, expectans desiderabilia bona illa, quæ promissa sunt quærentibus eum. Et benedico te, Domine Jesu Christe, quia in te confidens, nihil sentio eorum, quæ mihi ministri diaboli intulerunt. Itaque jussit impius Præses, acetum et calcem simul misceri, et mitti in ore ejus, et adjecit Sebastianus: Sacrifica: multum enim in te confundor. Sanctus Victor respondit: Non voluntatem tuam ego facio, sed Dei mei, ut me offeram illi sacrificium castum: quoniam ipse in potestate sua habet corpus et animam meam. Iratus autem Præses jussit a carnificibus oculos

ejus erui. Tunc S. Victor dixit Præsidi: Insensate, alienare me speras per has pœnas ab amore Dei mei et Salvatoris Jesu Christi. Sed non potes, quia habeo corroboratorem meum et Salvatorem ipsum Dominum Jesum Christum, filium Dei vivi. Si oculus istius corporis obeccasti, de interiore luminae plus videho oculis animæ.

7 Sebastianus Dux dixit: Cogis me multa pejora tormenta imponere tibi. Et ille; Gratias, inquit, ago Deo meo, et quomodo volueris torque, nihil mihi parcens. Paratus sum omnia tolerare, Deo donante fortitudinem. Tunc Dux jussit eum suspendi capite deorsum per triduum: b quousque cartilagine ejus sanguinem traherent in terram. Milites autem, ut jussi fuerant, dimiserunt eum triduo pendentem: et post triduum venerunt milites videre, si mortuus esset, an adhuc viveret. Et enim viderunt illum vivum, statim effecti sunt cæci. Tunc S. Victor dixit: In nomine Domini mei Jesu Christi, pro cujus amore ita suspensus sum, aperiantur oculi vestri. Et statim aperti sunt oculi eorum. Et redeuntes ad Sebastianum Ducem, omnia illi retulerunt. c.

8 Iterum autem jussit eum Sebastianus excoriari. Victor Martyr dixit: Etsi corium carnis meæ et vestem ossium a me tollis, vestem anime meæ non potes auferre, quia vestitus sum fide et Dei mei dilectione. Cum ergo excoriaretur, et esset in dolore positus, elevatis oculis ita preces ad Dominum fudit, dicens: Domine Deus omnipotens, anima mea in exitu posita est, confirma me, et exaudi me, et miserere mei: et veniat in me misericordia tua, sicut omnibus, qui tibi placuerunt. Domine Deus, suscipe me, et ne derelinquas me: neque despicias me Deus meus: et ne propicias me a facie tua, et ne deseras me in tempore doloris mei. Et nunc gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, fili Dei: adesto in adjutorium mihi famulo tuo, et adjuva me a doloribus istis. Ne permittas me a profanissimo hoc iudice vinci: tu enim nosti, quia propter nomen tuum hæc omnia patior.

ANNOTATA.

a MS. Romanum: super fundamentum, quod est Christus ædificavit. MS. Trevir. suam doctrinam super ædificio Christi ædificavit.

b MS. Rom. Et sanguis de naribus stillabit in terra. MSS. Trevir. et Ultraj. et sanguis de naribus exstillabat in terra.

c Hæc de excoriatione erant apud Mombritium omissa, quæ unciis hisce [] inclusimus, et erant in aliis MSS. et Martyrologis, Menæis et Actis Græcis, idque sequentia erigunt.

CAPUT III.

Martyrium SS. Coronæ et Victoris.

Tunc quædam mulier, uxor cujusdam militis, nomine Corona, quæ ætate fuerat annorum circiter sexdecim, exclamavit, dicens: Beatus es Victor, et beata opera tua. Susceptum est sacrificium tuum, quo modo sacrificium Abel: quoniam obtulisti te Deo in sinceritate mentis, et Deus suscepit te: quo modo Enoch justus, translatus es, ut non gustes mortem hujus seculi, quo usque advenerit tempus promissionis. Justificatus es sicut Noe, perfectus a generatione sua; et sicut ille, ita et tu in omnibus perfectus et justus es. Credidisti Deo sicut Abraham, qui obtulit filium suum Isaac. Tolerasti persecutiones sicut Jacob, quem persequabantur Esau et Laban. Factus es sicut Joseph, qui gubernavit colonos

D
EX MSS.suspensus
capite deorsum,

b

ministros
excæcos
illuminat:

E

c

jussus excoriorari

implorat
auxillium
Dei.

F

S. Corona
Confortat
Victorem ex
emplis veteris
legis:maleficum
conversum
instruit:constans
in fide,

a

immutus in
amputatione
nervorumet perfusione
olei:

C

appulsus in
equuleo,
lampadibus
uritur,et potatur
aceto calcem
misto:

A colōnos terræ Ægypti tempore famis. Perseverasti in tolerantia fortissimi Job, qui sustulit multas persecutiones, quo usque vinceret immissiones inimici. Zelaverunt te sicut Isaiam, qui sectus est melius. Suscepit Deus sacrificium tuum, sicut Prophetæ Samuelis. Factus es in odorem suavitatis, sicut Eleazar in sacerdotio suo. Suscepit te Deus sicut Daniellem. Non tetigit te ignis sicut tres pueros sanctos, Ananiam, Azariam et Misael in incendio, quod eis intulit Nabuchodonosor Rex, quoniam obtulerunt sacrificium Deo. Sperasti in Domino sicut David. Suscepisti sapientiam Salomonis, quousque vinceret omnes collectationes et circumventionem diaboli. Et cum hæc mulier locuta fuisset, addidit, dicens: Ecce video duas coronas deferri de cælo manibus decem Angelorum: tibi dabitur major, mihi vero brevior.

a Etsi fragilis, minas Ducis non metuo, Christi regnum, ut fortis, hereditabo.

10 Et cum audisset ista omnia Dux illam dicentem; commotus jussit illam ad se adduci, et ait: Quot annorum es? Cui ait Corona: Annorum sum sexdecim. Sebastianus iterum dixit: Quando nupsisti? Cui Corona: Ante annum et quatuor menses. Et ille; Ergo, ait, accede et sacrificia diis. Respondit Corona: Ego Corona vincor, et persuades me perdere coronam meam? Ad hæc Sebastianus: Quare tam cito deornas te? Corona dixit: Hoc apud me consideravi, exterminare ornamenta temporalia coruscatione corporis, ut possim illi venire obviam, in quo credo, Jesu Christo immortalis sponso. Nam sponsus terrenus, temporalis est, et mortalis; Jesus Christus autem indulgentior est in penitentes, qui nunquam dissolvitur. Sebastianus Dux dixit: Sacrifica diis. Corona respondit: Ideo non sacrifico, ut accipiam coronam a Deo. Tunc Dux jussit duas arbores b palmæ a militibus declinari, et de cannabinis funibus B Coronam alligari utraque parte manibus et pedibus: et jussit militibus, ut subito dimitterent pariter. Et cum hæc fierent, divisa est in duas partes: atque ita consummavit agonem suum sapientissima et bona Corona, martyrium suum fideliter adimplens in Domino.

11 Tunc S. Victor dixit: Gratias ago Deo meo, qui mihi donavit constantiam istam ingenuitatis meæ usque in finem. Accelerabat quippe gressum, jam prope victoria coronandus: et extendens manus suas ad cælum, dixit: Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe: quia consolata est virtus mea, et non permisisti perire animam meam: sed donasti mihi gratiam nominis tui. Et nunc, Domine, suscipe spiritum meum in pace. Et cum hæc diceret, percussit eum spiculator. Et postquam decollatus est S. Victor, exiit ab eo sanguis et lac. Populi autem circumstantes admirabantur omnes passiones ejus usque ad finem: multi augmentati sunt in fide Domini nostri Jesu Christi. Passus est S. Victor Martyr et B. Corona octavo Kalendas Majas, hora nona, sub Imperatore Antonino, agente c impiissimo Duce Sebastiano in Thebaide Ægypti, contra civitatem quæ dicitur Lycos, benedicentes Deum et Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in sæcula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Alia MSS.* Etsi vas fragile et infirmum sim, tamen timeo Regem Regum Christum, ut participare possim eam Sanctis ejus regnum.

b *Palmas in Thebaide esse præstantissimas scribit Strabo lib. 17, easque duodecies in anno dactylorum fructus germinare legitur lib. 1 de Vitis Patrum in Vita S. Omphrii cap. 10, et ex palmæ foliis S. Paulus Eremita tunicam sibi contexuerat. De hoc porro*

supplicii genere consule Baronium in Notis ad Martyrologium.

c *Dum Sebastianus appellatus impiissimus, et modeste nomen Antonini Imperatoris proponitur, suspicatur intelligi Marcum Aurelium Antoninum, sub quo nulla nova persecutio fuit excitata; sed Duces et Gubernatores Provinciarum pro suo libitu aliquam tyrannidem exercebant, potissimum ex incursione popularium, uti asserit Eusebius in Proemia libri quinti, idque factum anno Imperii xvii, Christi 177.*

ANALECTA

De cultu et Reliquiis horum Martyrum plurimis in locis.

J *oannes Baldus, Canonicus Penitentiarius Ecclesiæ Auximane in Piceno, edidit Vitas Inclytorum Martyrum Victoris et Coronæ, et S. Leopardi Episcopi et aliorum Sanctorum, in Ecclesia Auximana depositorum, quas inscripsit Augustino Galamino Cardinali Aræ-cæli et Episcopo Auximati, creato anno mncxx. Hic autor dictarum Victoris et Coronæ Vitas Italie deducit per xi capita, eisque subjungit Martyrium B. Philippi: et in iis de horum corporum translatione ad Ecclesiam Auximanam agit, potissimum ex monumentis Episcoporum Auximanorum, collectis a Gaspare Zachio, viro Græcis Latinisque litteris cultissimo, qui Cardinali Bessarioni a Secretis, et Pio II Papæ familiaris, ab hoc Episcopus declaratus fuit anno mcccclx. Hujus autem auctoris verbis in Vita B. Philippi ita scribit Baldus de Gentili Episcopo: Eximiorum Martyrum Victoris, Coronæ atque Philippi, ab Alexandria Ægypti Numanam, ac deinde ad Castellum-Ficardum deducta corpora, ab eo loco Auximum deduxit: et pluribus cap. 10 Vitæ SS. Victoris et Coronæ ejusdem Zachii verbis eadem res ita deducitur: Anno Christianæ salutis mxcv, tempore Cælestini III, præerat Auximane Ecclesiæ Gentilis Episcopus, vir magnanimus. Hic Ecclesiam humilem prius brevem que elevavit, atque duplo fere longiorem reddidit: Sancta Sanctorum magnifico opere construens, in ea Episcopalem sedem marmoream locat: et altare majus Matri Salvatoris dicatum erigit, subterque Sanctorum Reliquiis locum attribuit. Hic quoque eximiorum Martyrum Victoris et Coronæ atque Philippi ab Alexandria Ægypti ad Castellum Ficardum deducta corpora, ab eo loco Auximum advexit, quæ sub confessione in arca marmorea, juxta parietem ad meridiem sita, honorifice clauduntur. Hæc ibi, quæ mutata phrasi leguntur apud Ughellum tomo 1 Italiae sacræ in Episcopis Auximatibus, dicunturque eorum corpora ex Alexandria Ægypti delata ad Numanam civitatem, quæ valgo Humana dicta, Episcopalis olim ad mare Adriaticum, a Gothis eversa, inter quom et Auximum est Castellum-Ficardum. Ludovicus Jacobillus tomo 1 de Sanctis Umbriæ ad hunc xiv Maji asserit, in civitate Humana fuisse erectum templum S. Victori, ac translationem ad urbem Auximum recoli ad diem xviii Septembris, quo etiam die ejus memoriam alibi coli infra dicemus.*

2 *Alter locus, cultu et reliquiis horum Martyrum celebris, est Utriculum, sive Otriculum, civitas Umbriæ prope Tiberim in diœcesi Narniensi. Eu olim proprios Episcopos habuit in antiqua urbe destructa, ab hodierna mille circiter passibus dissita: ubi ecclesiam Cathedralē fuisse dedicatam S. Victori Martyri, in eaque S. Fulgentium Episcopum (de quo agitur xxii Maji) circa annum dxi corpus S. Victoris reperisse, ac supra illud altare construxisse tradit Jacobillus; ob antiquam chartam, ex antiqua Ecclesia in hodiernum Collegiatam translata, hisce litteris exaretam: Adjuvante Deo, Fulgentius Episcopus, invento corpore beati*

Corpora SS. Victoris et Coronæ dicuntur esse primo Auximi,

Alexandria. Numanam, inde Ficardum, et Auximum olim translata

VIDE APP. TOM. VII MAJI NOT. 78

secundo Utriculo

EX MSS.

constans in fide

b arboribus alligata dissolvitur.

S. Victor capite percussitur.

c

D
AUCTORE G. H.varius tem-
poribus
translata,

A beati Martyris Victoris, in Christi nomine super altare construxit. *In alia autem charta membracea ista leguntur*: Ex æde Divi Victoris Tiberina, anno Domini mcccxvi Sanctorum Martyrum Fulgentii, Elozymi, Nectarii, Leopardi et Coronæ translata corpora hoc sub altari quiescunt; *ubi in marmore hæc inscriptio habetur*: Hic requiescunt SS. Fulgentius, Lozymus, Nectarius, Leopardus et Corona Martyres Christi. *At corpus S. Victoris Martyris, uti refert ibidem Jacobillus, fuit anno mccccli die v Novembris tunc Dominica, ex Ecclesia Tiberina illi dicata, translatum ad Ecclesiam Collegiatam Utriculanam Deiparæ Virginis sacram, et sub altari majore cum aliorum Sanctorum corporibus depositum. Caput ejus seorsum ibidem conservatur, et in die natali defertur in solenni processione per ditionem Utriculanam. Præterea inter alias hujus Ecclesiæ Reliquias est in veneratione pars digiti ejusdem. Imagines etiam SS. Victoris et Coronæ, et mysteria martyrii, videntur in eadem Ecclesia; festumque eorum ab antiquissimis temporibus celebratur in oppido et territorio Utriculano, de quibus ista in Martyrologio dictæ Ecclesiæ leguntur*: Die xiv Maji Sanctorum Martyrum Victoris et Coronæ, Protectorum Otricoli, festum de præcepto. xxx Maji Dedicatio altarium SS. Victoris et Coronæ. In tertia Dominica Maji Translatio corporum sanctorum Martyrum Fulgentii Episcopi Otricoli, Coronæ etc. Protectorum Otricoli, facta anno mcccxvi ab Ecclesia S. Victoris ad Ecclesiam S. Mariæ intus Otrienti. xiv Julii Dedicatio Ecclesiæ S. Victoris Martyris. Quinto die sive in prima Dominica Novembris Translatio Corporis S. Victoris, facta anno mccccli per R. P. F. Augustinum Episcopum Narniensem in Ecclesia S. Mariæ de Otriculo.

et solenni
memoria
hactenus
celebrata.

B Maji Translatio corporum sanctorum Martyrum Fulgentii Episcopi Otricoli, Coronæ etc. Protectorum Otricoli, facta anno mcccxvi ab Ecclesia S. Victoris ad Ecclesiam S. Mariæ intus Otrienti. xiv Julii Dedicatio Ecclesiæ S. Victoris Martyris. Quinto die sive in prima Dominica Novembris Translatio Corporis S. Victoris, facta anno mccccli per R. P. F. Augustinum Episcopum Narniensem in Ecclesia S. Mariæ de Otriculo.

An Utricoli
passi?

3 Hæc ibi, quæ magis placent, quam aliqua Acta a Jacobillo submissa, et ab ipso ex MS. Otriculensi descripta; in quibus dicitur S. Victor miles de provincia Ciliciæ in urbem Otriculanam venisse, Martyres sex et quadraginta inter tormenta confortasse, et post martyrium completum eorum corpora abscondisse, et humeris suis portasse, et in crypta juxta civitatem sepelivisse, atque ideo captum atque ad Sebastianum Ducem fuisse adductum, ac dein reliqua ex Actis jam datis subducuntur. Verum illa necessario dicta de alio Martyre, et forsitan etiam Victore, fuerunt hæc Actis accommodata. Habemus ex MS. Ultrajectino S. Salvatoris Sermonem de Martyrio et translatione SS. Victoris et Coronæ Utriculo Aquisgranum: in quo referuntur hi a Cyrino Præsidi Italiæ Utricoli inventi, variisque tormentis eruciati et interempti, et demum in antiqua civitate sepulti. Ubi Lozinus puer a morte suscitatus, alius mutus et cæcus demone arreptus, et leprosus et claudus curati narrantur. Ast Utriculo devastato horum Sanctorum corpora vili loco condita reseravissent, quæ Othio Imperator Romæ coronatus, Aquisgranum detulisset: ubi in capella S. Mariæ a Carolo Magno constructa singulis sub altaribus essent condita, ibique Dei annuente gratia multa salutis præstarentur miracula. Quæ iterum de aliis Martyribus videntur dicta fuisse.

et Aquisgra-
num ab Otho-
ne Imp. delata
corpora?

Tertio Feltriæ,

in sacello
quod 1096
structum,

4 Tertius locus, horum Sanctorum Reliquiis et cultu celebris, est urbs Episcopalis Feltria, in Marchia Trevisana, in Tridenti Venetiarumque ditionum confiniis, supra editos Carnorum montes sita. Ibi, inquit Octavius Cajetanus corpora Sanctorum Victoris et Coronæ condita sunt in æde, quæ Sancto Victori extra Feltriam, duobus ferme passuum millibus, exstructa dicataque est, ubi dies eorum natalis pridie Idus Majas colitur: festus vero dies translationis agitur xiv Kal. Octobris magna populi affluentis frequentia, quo tempore præelara Sanctorum Martyrum merita crebris a Deo miraculis ostendantur. Neque solum in Urbe Feltria, sed per totam Dioccesim ea transla-

tio celebratur. Sacellum, in quo Sanctorum Victoris, et Coronæ corpora humi primum condebantur, Joannes Vidoriensis, fama inclytus anno post Christum natum mxcvi ornavit: quod a filio ejus Arbone, eodemque Episcopo Feltriæ, quinque intra annos dedicatum est. Inde in arcam sublata; quæ patefacta est, cum Carolus, hujus nominis Imperator Quartus ea videndi cupidine teneretur. Demum anno mcccclxviii, plumbeo loculo inclusa, in magnificum marmor illata sunt. Inscriptiones, quæ testificantur ante dicta subjicimus.

5 *Prior inscriptio in Sacello sanctorum Martyrum Victoris et Coronæ a tergo.* Ab ineunte redemptione publica, anno mxcvi, quo stellarum casus, quoque Christianorum motus in Paganos, Joannes Vidoriensis, tam pectore et armis quam divitiis et gloria pollens, honor patriæ, confectus senio, fundator aulæ, xvi die Septembris, a filio suo Arbone Pontifice Beatissimis Martyribus Victori et Coronæ commendatus. *Secunda inscriptio a tergo arcæ sanctorum Martyrum.* Anno mci ab Incarnatione Verbi ii Idus Majas, Imp. Henrico Cæsare III dedicatum est Sanctuarium hoc ipsi Deo cæli, et Beatæ Mariæ semper Virgini, et hic continentur reliquie Apostolorum Petri et Pauli, Philippi, Jacobi, Stephani Protomartyris, Stephani Papæ et Martyris, Marcellini et Petri, et Sanctorum Militum Christi Mauritii, Marcellini, Georgii et Christophori, et Beatorum Victoris et Coronæ Martyrum, quorum corpora hic infra requiescunt in Christo Jesu, dictante Arbone, indigno Pontifice. *Tertia inscriptio.* Anno Domini mcccly, Maji xxvi. Imperante Carolo Imperatore, presidente Antistite Jacobo, Feltri et Belluni Episcopo, corpora inclytorum Martyrum Victoris et Coronæ in hac fuerunt recondita tumba, a dictoque Imperatore visa. *Quarta inscriptio circa arcam sanctorum Martyrum.* Anno mcccclxviii mense Martio, Indictione iii, Sanctorum Martyrum Victoris et Coronæ corpora ex humo religiose huc ereximus, quæ plumbo ac duplici marmore clauduntur, dominante Illustrissimo Senatu Venetiarum, Antistite Henrico Scarampo de Ast, Prætoro Ludovico Fuscareno, utriusque Juris interprete.

et an. 1101
consecratum,

E

ubi anno 1355
in tumba
recondita,et 1448
altri tumbæ
inclusa sunt.

6 Hactenus ex inscriptiones, quarum prima et secunda sunt excusæ apud Ughellum tomo 3 Italiæ sacræ in Episcopis Feltrinsibus, et horum actavo Arbono Joannis Vidorensis filio: omnes reco habentur apud Octavium Cajetanum tomo 1 de Vitis Sanctorum Siculorum, in Animadversionibus ad martyrium SS. Victoris et Coronæ; quos ille conatur Sicilia vindicare, nixus aliquibus Actis in codice MS. Feltriæ apud cœnobium S. Hieronymi adservatis, quæ ipse edidit, sed dictione paululum immutata. Est historia ista eadem quam supra edidimus, sed ex vero alicujus beneplacito sub initium et finem nonnulla in alium sensum torquentur. Est ergo hæc exordium: Imperatoribus M. Aurelio et L. Vero, Victor miles Christianus in Sicilia agebat, qua tempestate Sebastianus insula præerat. In accepto Imperatorum mandato adversus Christianos, Victorem sisti ad tribunal jubet etc. Sub finem vero ista habentur: B. Victoris corpus e Sicilia in urbem Feltriam a suis delatum est. Pro confirmatione a Cajetano adduntur aliqui auctores, scilicet S. Antoninus, qui suum elogium ex Vincentio Bellavacensi descripsit: sed ubi hic habet Ciliciam, errore amanuensium videtur scriptum esse Siciliam. Tum Petrus de Natalibus, qui ut supra diximus lib. 4 cap. 168 elogium horum Martyrum ex Adone dedit, usserente in Syria passos pridie Idus Maji, dein lib. 8 cap. 89 idem elogium latius deducit, et passos ait apud Siciliam xiv Kalendas Octobris: ex quo patet Auctorem istum diversa de iisdem, prout in diversis scriptis reperit

F

Quod in Sici-
lia passi inde-
que allata
sunt corpora,

A reperit, sine ullo examine protrusisse : quod utinam in his solis fecisset! Decepit eam hic vox Græca Stephana, quam non cogitavit Latine Coronam appellari, uti et Galesinus dum Petrum de Natalibus sequitur. Accuratiore fuerunt Greveus in additionibus ad Ursardum, et Cuisius in Martyrologio Germanico, asserentes Stephanam Latinis Coronam dici, et die XIV Maji coli : quo etiam die Feltrenses diei horum natalem celebrant, et translationis festum die XVIII Septembris.

7 Prædictis a Cajetano additur Jacobus Januensis, cujus Legendam Sanctorum sive Historiam Lombardicam, cum Legendis adjunctis, habemus excusam Coloniae anno MCCCXXXV, et Argentorati anno MCCCXXVI, uti aliud supplementum excusam Mediolani anno MCCCXXIV, sed ubique absque mentione horum Martyrum. Habuerit forsitan Cajetanus aliquam posteriorem editionem, cui aliquis interpolator inseruit elogium horum Martyrum, quod tamen ita sit, an non, haud magni refert; cum nec ipsa Januensis Legenda sit alienæ auctoritatis. Demum allegatur Menerlâus Abbas Camaldulensis et M. Marulus; quasi hi asserunt passos Messanæ in Sicilia. ex his Menerlâum non vidi. Marulus lib. 3 cap. 6 citato agit de S. Stephana et Victore, sed absque mentione Messanæ, imitatus tamen Petrum de Natalibus in Sicilia passos scribit. Denique Philippus Ferrarius allegatur : hic autem in Catalogo generalium XVIII Septembris refert SS. Victorem et Coronam Martyres et Feltrise Patronos, et in notis asserit passos in Syria, non in Sicilia, uti apud Galesinum legitur : idemque asserit in Catalogo Sanctorum Italiae ad XIV Maji. Hæc placuit deducere propter Cajetanam asserentem, plures commemorare Messanæ in Sicilia Victorem et Coronam pro fide interfectos, quam in Aegypto aut Syria; ut patet quales hi sint. Habemus Officia propria Siciliæ ac potissimum Messanensis Ecclesiarum, anno MDCXXIV Messanæ excusa, sed absque ulla mentione SS. Victoris et Coronæ Martyrum.

8 Ergo his sepositis, admittimus ipsas Inscriptiones supra relatas, et quæ in tertia habentur, confirmantur ex rebus gestis Caroli IV Imperatoris, qui uti Cortusii auctores curavi libro II cap. I narrant, anno MCCCIV Indictione VII die XIV Octobris de Boemia equitavit in Utinam : qui transiens per Sacile, Civie, Feltrum, die primo Novembris intravit Bassanum. In ejus Comitiva erat Aquileiensis Patriarcha, ejus frater : cujus diploma de Capite S. Victoris tunc Carolo Imperatori donato, quod asservatur in archivo Ecclesiæ Pragensis, ex autographo descriptum P. Theodorus Moretus Societatis Jesu misit nobis Praga anno MDCLIV, ipse tunc Rector collegii Glattoriensis, in hæc verba. In nomine Domini nostri Jesu Christi. Gloriosus Deus in Sanctorum suorum veneratione glorietur, cum Reliquiæ eorum, quorum capillos capitis non perire permisit, a Christi fidelibus condigna devotione excoluntur, et præcipue ab aliis, quos summa providentia ad suam protectionem Ecclesiæ Reique publicæ gubernationem gladio accinxit justitiæ, atque ad fidei Catholicæ roborationem providentiæ et temperantiæ thorace induit, cumque fidei, spei et caritatis decore, fortitudinis clypeo circumdedit. Notum itaque Nos Nicolaus, Dei gratia sanctæ Aquilegensis Patriarcha, fore volumus universis, quod adveniente Serenissimo et Victoriosissimo Domino nostro, Domino Carolo, Dei gratia Romanorum Rege semper Augusto et Boemiæ Rege, ad civitatem Feltrensem; idem Princeps clarissimus, devotissimus, zelo accensus, Ecclesiam sanctam Victoris Martyris, extra civitatis ejusdem haud longe mœnia in collibus constitutam, in qua idem Martyr miraculis claris coruscat, humiliter visitavit. Ubi ipse Princeps, saceratissimis dicti Martyris Reliquiis, compertis, cum sibi de potestatis plenitudine licitum foret absque con-

traditione cujuscumque accipere, Caput dicti Martyris Victoris re et nomine, sibi dari humiliter supplicavit; non ut lumen hoc obtenebretur sub modio, sed ut, sparsa per pium Regem tanti fulgoris et luminis flamma, apud exteras idem Martyr veneretur etiam nationes. Et quoniam Caput hujusmodi, tantis exoratum precibus et emptum devotionis pretio, non potuit nec debuit Dominatori Orbis merito denegari, cum consensu et assensu unanimi dilectorum in Christo filiorum Decani et Capituli Ecclesiæ Feltrensis, nobis Metropolitanico jure subjectæ, et per ipsos Decanum et Capitulum, Episcopali tunc Sede vacante, cum applausu populi universi civitatis ejusdem, traditum est Principi antedicto. Quod ut verius hoc ab omnibus credatur, nec inficiatur ab æmulis, nostras has Metropolitanæ auctoritate litteras in præmissorum testimonium fieri jussimus, et nostri pendentes sigilli munimine roborari. Datum in terra nostra Sacili Aquilegensis Diocesis, die primo mensis Novembris anno Dominicæ Nativitatis millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, Indictione septima. Hactenus diploma.

9 Constitutus dein XI Kalendas Decembris Feltrensis et Bellunensis Episcopus est Jacobus de Bruna, qui proximo anno MCCCIV; die XXVI Maji in nova tumba recondidit sacra corpora SS. Victoris et Coronæ, antea sub finem Octobris præcedentis anni a dicto Carolo visa. Hic autem inde profectus, Romam cum sua uxore Imperator est aurea corona coronatus die V Aprilis, in festo Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi; et inde in Bohemiam reversurus, fuit Pisis die XXVI Maji, ac mense Junio transitum faciens per Lombardiam, intravit vallem Falcamonica, et sic per Alamannium Pragam est reversus, uti ea apud Codrusios indicuntur. Thomas a Czecharod, Decanus Pragensis et Sannodiensis in Hungaria Episcopus, in Diario Reliquiarum Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis S. Viti ad hunc XIV Maji, ista habet : S. Victoris Martyris caput per Carolum Feltrio ex Italia allatum anno MCCCIV, quo reversus est. Addit et brachium, et Eodem die S. Coronæ Martyris, quæ erat sociæ passionis ipsius, et alio nomine Stephana vocatur, cujus Reliquiæ sicut et S. Victoris sunt in tumba Divi Viti repositæ. In MS. Martyrologio dictæ Ecclesiæ Pragensis ad hunc XIV Maji ista leguntur : In Syria sanctorum Martyrum Victoris militis, cujus caput et brachium Carolus Rex donavit Ecclesiæ Pragensi, et Coronæ, prius Stephanæ dictæ, sub Antonino Imperatore... quorum corpora sunt in tumba S. Viti.

10 Neque hic finis eorum qui de horum Martyrum possessione gloriantur, sibi quique jus potius arrogantes. Ex his etiam est in cimiterio Calepodii via Aurelia Ecclesia celebris S. Pancrotii, uti XII Maji ad ejus Acta diximus. Sed hujus Ecclesiæ altari, in navi sinistra posito, olim deposita fuisse corpora SS. Victoris et Coronæ Martyrum, antiqua ibidem traditio est : ipsa vero anno MDLXX, cum altare istud ex sinistra navi translatum esset Pii V Pontificis Maximi jussu, a Ptolomæo Gallio Cardinale simul translata fuerunt iterumque sub eo recondita. Octavius Pancrotius in Thesaurio abscondito urbis Romanæ, regione 8, ecclesiam 6, arbitratur tertio post martyrium eorum anno huc translata fuisse, quod similia de suo corpore transferendo prædixisse S. Victorem, legatur in Actis Græcis. De eisdem sacris corporibus ibidem asservatis agit quoque Pompeius Ugonius in Historia Stationum Romanorum cap. 54.

11 Philippus denique Bergomas lib. 6 Supplementi Chronicorum, agens de urbe Arimino, ista scribit : Ornatur autem hæc ipsa civitas S. Gaudentii ipsius Episcopi et S. Victoris Martyris Sanctæque Coronæ Virginis et Martyris, scilicet patrocino et reliquiis. Colitur S. Gaudentius die XIV Octobris; ad cujus honorem templum, in quo sacrum ejus corpus depositum fuit, cum illustri

auctoritate
plane loci
asseritur.

Caput S.
Victoris do-
natam Ca-
rolo IV Imp.

et Pragæ depo-
situm cum ejus
brachiis

et Reliquiis S.
Coronæ.

Corpora eadem
Romæ dicuntur
esse,

et Arimini.

A illustri Abbatia erectum prae urbem extat, et plura in eo Sanctorum ipsana honorifice asservantur: de quibus libellus extat jussu Jonchini Abbatis conscriptus, et ad nos a P. Francisco Via Rectore Collegii Ariminensis Societatis Jesu transmissus, cum Vita S. Gaudentii edentis: sed praevenit nos Ferdinandus Ughellus tomo 2 Italiae sacræ, dum in Ariminensibus Episcopis agens de S. Gaudentio, eundem libellum istis inseruit. Inducantur in eo Stationes Ecclesiae S. Gaudentii, ubi quinta statio est in capella S. Coronae, et in ea altare lapideum cum sepulcro itidem lapideo: in quo esset corpus S. Coronae Virginis.... Octava statio est in capella sanctorum Martyrum Valentini et Victoris ubi est altare lapideum et juxta ipsum retro est sepulcrum lapideum: in quo sunt corpora praedictorum Martyrum Valentini et Victoris, quae fuerunt ibidem mirabiliter reperta cum corpore S. Gaudentii, ibidemque in sepulcro marmoreo, cum maximo honore et hymnis et canticis spiritualibus, recondita. Haec ibi. Inter Patronos Ariminenses est S. Julianus Martyr: ejus Acta edenda ad diem xxii Junii transmisit dictus Franciscus Via. ad quae Acta iste titulus habetur: Alia sunt corpora Sanctorum Ariminensium hic notanda ac primo loco referuntur S. Victoris Martyris et S. Coronae Virginis et Martyris, citaturque Supplementum Bergomatis supra indicatum. Interim nulla cultus illorum mentio habetur in Calendario Ariminensis Ecclesiae quotannis imprimi solito, neque apud Ferrarium inter Sanctos Ariminenses. Sed potuit cultus ejus in monasterio S. Gaudentii perseverasse. Quare dum dies natalis ignoratur, placent ista hic suggerere.

B 12 Aliquis codex MS. de Vitis Sanctorum erat olim apud Leonem Allatum, in quo inter alia notabatur,

Passio S. Victoris et Coronae Patronorum Ecclesiae Senensis. Ipsa autem Acta Martyri eodem videbantur, quae nos supra indicavimus in variis MSS. haberi. Divisione etiam in Burgundia festum SS. Victoris et Coronae sub ritu duplicis majoris ad hunc xiv Maji, celebratur in Ecclesia collegiata S. Stephani, et Lectiones secundi Nocturni sunt desumptae ex Actis martyrii a Lipomano et Surio editis. At quae causa in hisce aliisque Ecclesiis, quas non lubet omnes investigare, horum patrocinium aut cultum promoverit, ignoramus. Coluntur, umbo sub ritu duplici in Ecclesia et diocesi Compostellana, quod Caput S. Victoris alicujus ea in Ecclesia asservetur. In Picentinis Amalphanoque Ducatu Scalae urbs antiqua et olim ampla, ut ex ejus ruinis apparet, ad aram moris sita est, quae Amalphi proxima, a Ravello uno tantum milliari distat. Est ibidem Ecclesia S. Stephaniae, e qua duo ossa S. Sabinae cum aliis Reliquiis fuerunt olim translata ad Ecclesiam S. Laurentii Cathedrali. Constantinus autem, ex Afflicta familia, Episcopus Scalensis, anno MCCXIV dedicavit altare Ecclesiae S. Michaelis, prope Ecclesiam S. Stephaniae juris patronatus suae gentis. Haec pluribus leguntur apud Ughellum tomo 7 Italiae sacræ in Episcopis Scalensibus: Ferrarius vero in Catalogo generali ad diem xvii Septembris asserit, S. Stephaniae Virginem et Martyrem coli in urbe Scalensi, eoque dicatam Ecclesiam Parochialem: arbitraturque eandem esse cum S. Corona; quae dicto die xviii Septembris, ut supra diximus, in pluribus Ecclesiis cum S. Victore colitur. De ea tunc accuratius agendum erit, maxime si antiqua aliqua monumenta suggerantur.

D AUCTORE G. B. Cultus apud Senenses, Divionenses et Compostellanos,

apud Scalenses S. Stephaniae

E qua Ferrario S. Corona creditur.

DE SS. JUSTA, JUSTINA ET HENEDINA

MARTYRIBUS IN SARDINIA.

G. H.

SEC. II.

Inter tres urbes Sardiniae Archiepiscopales est in ora occidua Arborea, vulgo Oristagni, sub qua metropoli fuerant olim Episcopi Toralhensis, Uselensis, et Sanctae Justae, sed jam dicuntur haec urbes cum Sede Archiepiscopali coaluisse. At quae hic a Sancta Justa appellatur, suam, ut voluit plerique, nomenclaturam debet S. Justae, de qua atque ejus comitibus in hodierno Romano Martyrologio ista ad hunc xiv Maji leguntur: In Sardinia sanctorum Martyrum Justae, Justinæ et Henedinae. Jacobus Pinto, natione Sardinus, e Societate Jesu vir eruditus, lib. 3 de Christo Crucifixo, titulo 4 loco 12 interserit Digressionem de Martyribus Sardiniae, et num. 21 cum egisset de Martyribus primo Christi seculo, ac dein sub Trajano et Hadriano passis, ista ex Actis Ecclesiae Arboreensis et Martyrologiis subjungit: Suppares fere clarissima Virgo, a matre Cleodonia varie torta, et Justina et Henedina ejus famulae, clarissimae Virgines Martyres. Salvator Vitalis in Annalibus Sardiniae par. 2 pag. 46 inter Martyres sub Hadriano Imperatore in Sardinia passos recenset Justam, Justinam et Henedinam Virgines et Martyres. Franciscus de Vico in Historia generali insulae et regni Sardiniae, Hispanice idioma scripta, par. 3 cap. 2 inter Sanctos, qui seculo Christi secundo in Sardinia floruerunt, asserit SS. Henedinam, Justam et Justinam martyrium passas Turribus. Fuit ea urbs olim ampla et Archiepiscopalis, cui extinctae successit urbs Sassari. Ad Dimas Serpi, Sardinus Calaritanus, Ordinis S. Francisci Minorum de Observantia, in Chronico Sanctorum Sardiniae lib. I cap. 16 SS. Justam, Justinam et

Henedinam appellat Virgines et Martyres, sed Calari passas, imo ex ea metropoli oriundas, eisque ob plurima quibus claruerunt miracula, ait fuisse dicatas Ecclesias, et potissimum Ecclesiam Cathedrali S. Justae. Demum Dionysius Boufant, et ipse Calaritanus, lib. 13 Triumpho Sanctorum Sardiniae cap. 4 etiam Virgines et Martyres censet, imo et nobiles sorores, Calari a parentibus Catholicis pie educatas, et in persecutione Diocletiani post alia illis illata tormenta capite plexas, earumque corpora in crypta S. Restitutae fuisse deposita, ibidemque inventa cum hac inscriptione HIC SUNT SS. JUSTA, JUSTINA ET HENEDINA V. ET M. MC. JA. forte juventes. Praeterea prope dictam cryptam S. Restitutae, asserit esse ecclesiam parochialem, S. Annæ matri Deiparae Virginis sacram: in ejusque ecclesiae altari has tres Sanctas in antiquo habitu depictas videri. Hæc dicitur Dionysius Boufant: cujus solum viris eruditus suspectum haberi, sæpius insinuavimus. Quod etiam ante ipsam Dimas Serpi passus Calari asserat, nullo alioquin testimonio fieri indicat Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiae: in quod illud eloquium profert. Justa, Justina et Henedina feminae, in Sardinia propter fidem Christi comprehensae, martyrio coronatae sunt pridie Idus Maji, circa ea tempora, quibus Crescentianus Turribus et Antiochus Suleis sub Hadriano passi sunt. Quibus ob miracula ecclesiae extracta, postea in Cathedrali erecta est, oppidoque nomen S. Justae impositum, quod ad Arboritanam metropolim proximam attinet. Acta illorum desiderantur: miraculis tamen claras, ac urbi S. Justae, quam a peste liberarunt

aliis Calari,

Eloquium ex Ferrario

Ecclesia S. Justae.

Nomen omnium in fastis:

dicuntur Virgines,

et passas Turribus,

A rarunt, Patronas. Sardinie Annales tradunt. In
 AUCTORE G. H. Annotatione rejicitur Fara, quod illas in pace decessisse
 scribat. Coluntur autem Crescentianus xxxi Maji, et
 Antiochus xiii Decembris. Alique præterea Reliquie
 S. Justæ Martyris asservantur Bononiæ in Ecclesia S.
 Joannis in Monte, anno mdccli sub Pontificatu Inno-
 centiæ X Roma eo delata, quod ad hunc diem annotavit

Altejus
 S. Justæ
 Reliquie
 Bononiæ,

Masinus in Bononia perlustrata: gratis supponens e
 Sardinia advectas. Magis huc spectat, quod præcitat
 Ferrarius, in Catalogo generali, easdem ad v Maji,
 hæc phrasi referens; In Sardinia sanctarum Virginum
 et Martyrum, Justæ, Justinæ et Heredinæ; annotet,
 id se habere ex tabulis Ecclesiæ S. Justæ, in qua ea-
 rum corpora asservantur.

D
 Cultus 5 Maji.
 VIDE APP.
 TOM. VII MAJ
 NOT. 79^a

DE S. PONTIO ROMANO MARTYRE CIMELLENSI IN ALPIBUS MARITIMIS.

CIRCA CCLVII.

Patria ac præcipua tutius fere vitæ palastra S.
 Pontio fuit urbs Roma, ex qua ob immanem
 persecutionem fugiens Cimellam, ibidem mar-
 tyrii coronam adeptus est, sub Imperatoribus
 Valeriano et Gallieno circa annum cclvii. Floruit
 postea seculo Christi quinto Valerianus Episcopus Ci-
 mellensis, cujus Homilius xx vulgavit Jacobus Sirmo-
 nus anno mxcxii et in Præfatione ita hanc urbem de-
 scribit: Post Cemelenum, sive ut posterior ætas locuta
 est, Cemelinum, aut Cemela, Vediantiorum in Alpi-
 bus Maritimis oppidum, eis Alpem summam nono;
 sexto, ut vetus Itinerarium docet, ultra Varum flu-
 vium lapide. Cujus hotheque prisca rudera vestigi-
 a nomenque haud procul Niciæ restat in colle,
 quem Cemelam vocant. Sed Cemelinum Plinius lib. 3
 cap. 5 et Ptolemeus in Italia locant, quia Italiæ ini-
 tium a Varo ducunt. Itinerarium, quia Galliam jus-
 tis finibus ad Alpem osque summam porrigit, Galliæ
 adsignat. Et vero ad Galliam pertinuisse, fidem sine
 controversia facit vetus Notitia civitatum Galliæ,
 quæ inter Alpium maritimarum civitates, quæ sub
 Ebreduno metropoli censentur, sexto loco numerat
 civitatem Cemelensium. Hæc Sirmundus: quibus ex
 Ughello toma 4 Italiæ sacræ in Niciensibus Episcopis
 ista addimus: Niciam conditam dicunt a Massiliensibus
 prope Cimeliam, perantiquam urbem, Prætoris
 sedem. Hæc semota mari et a Longobardis vastata,
 cives ejus Niciam in ora maris tutissimoque loco
 sitam demigrantes, unam ex duabus constituerunt
 civitatem, eam autem a S. Leone primo Papa Ci-
 meliensis Ecclesia Niciensi unita fuisse: unde nec
 mirabitur lector, si de Niciæ aliqua dicantur, quæ
 proprie ad Cimeliam pertinere videntur: cujos qui-
 dem nec nomen aliter retentum, quam ex denominatione
 ecclesiæ beate Dei Genitricis; et vix aliquæ nobilissimorum
 ædificiorum illius inter rudera deceruntur reliquæ,
 præterquam amplius ejusdem amphitheatri et antiqui
 aquæductus... S. Nazarius, ut narrant Nicienses,
 cum in primo ipso Salutis seculo Cimeliam devenisset,
 et Christi fidem in ea disseminasset; nobilis quædam
 matrona ad eum accedens, et trimulum filium inter
 ipsos brachia reponens, hæc intulit: Infans hic, o Nazari,
 quocumque perges, te sequetur, usquequo ante thronum
 Dei teum se sistat. Hisque dictis relicto puero recessit.
 Hic vero, ut Acta ipsius testantur, puer S. Celsus
 fuit, ipsius comes et in Evangelii promulgatione ad-
 jutor: quem Nicienses, Cimeliensium successores,
 veluti civem suam adorant et colunt. Ab S. Nazario
 itaque Cimellie et Niciæ disseminata fides tam bene
 adolevit, ut circa annum Salutis cccxxx, si non ante,
 Nicienses proprium habuerint Episcopum S. Bassum,
 Cimelenses S. Pontium, qui Philippum Imperato-
 rem sacro baptisate tinxit. Amantius Niciensis
 inter Episcopos Galliæ Legatus missus ad Aquis-
 leinse Concilium anno cccxxxii. Valerianus Cime-
 lensis fuit Episcopus, subscripsitque Concilio Re-
 giensi anno ccccxxxix: et postea eorundem Sedes

B

Palastra
 martyrii
 Cimella

NOT. 13
 a Longobardis
 vastata:

C

fidem edocta
 a S. Nazario

et S. Pontia:

Episcopales unitæ fuerunt: et Magnus utriusque
 Episcopus dicitur in subscriptionibus Concilii Aure-
 lianensis quinti anno dclxxiii. Hæc Ughellus. Ex dic-
 tis autem Sanctis coluntur Nazarius et Celsus xxviii
 Julii, Bassus v Decembris, et Pontius hoc xiv Maji.

2 Acta vite et martyrii S. Pontii, ut fatetur Auctor
 in Prologo, scripsit qui cum ipso nutritus est et stu-
 dit, et propriis oculis vidit, et auribus basit, et
 magnam partem cum eo sustinuit, imo ut in fine ad-
 ditur, corpus ejus sepelivit, et Gesta Martyrii ab
 exceptoribus pecunia redemit. Huic nomen erat Va-
 lerius, quod exprimitur num. 3 et 17. Sunt ea quidem
 (quantum judicare possumus) quoad phrasim non nihil
 amplificata a posteris; sincera tamen esse suadet accu-
 rata Pontificum Imperatorumque notitia, qualis passim
 deficere invenitur in omnibus, quæ corvis auctoribus
 falso supposita in hoc opere notamus; ideoque censemus
 ea quoad substantiam historiæ, indubitanter recipi posse,
 esto num. 9 et alibi grandior aliqua auzeis invenia-
 tur, ubi de templorum destructione et populi Romani
 conversione sub Philippis Christianis Imperatoribus fit
 mentio. Damus illa ex vetustissimis MSS. Claudii
 Puteani, et Trevirensi S. Maximini, et tertio nescio
 unde ad nos transmissa, Eadem reperimus in bibliotheca
 Regiæ Sueciæ: et habemus, sed absque Prologo in
 illustri MS. Legendario nostro, quo etiam modo extat
 in MS. Arduennate canonici S. Huberti. Eadem, sed
 plurimum contracta, descripsimus ex codice MS. Car-
 thusiæ Ultrajectinæ, et extant in Legenda, Coloniae
 anno mcccclxxxiii, et biennio post Lovanii excusa: cu-
 jus pars, a persecutione Valeriani et Gallieni inchoata,
 legitur etiam apud Mombrinium. Eadem denique Acta,
 sic contracta, habuit Laurentius Surius, et mutata
 vulgavit: at primogenio stylo extant apud Vincentium
 lib. ii speculi Historialis partim cap. 34 et 35, partim
 cap. 78 et 79. Aliquod etiam eorundem Actorum com-
 pendium edidit Ferrarius, aliud apud Petrum de Na-
 talibus lib. 4 Catalogi cap. 169 extat, sed non absque
 variis mendis: a quo dicitur igne circa eum accenso
 summitas amphitheatri combusta: dum autem ad
 templum Jovis immolaturus adductus esset, tem-
 plum cum idolo in pulverem redactum. Eundem
 Episcopum et Martyrem appellat, quasi dignitate
 Senatoria relicta, Roma accessisset et ad Gallias præ-
 dicandas, et in civitate Cumella Episcopus factus
 esset. Primum de Natalibus sequuntur supra citatus
 Ughellus et Sammarthani in Niciensibus Episcopis, et
 Episcopum Cemelenensem appellant. Quod idem cum
 aliis mendis ante relatis in suum Martyrologium retulit
 Galesmms. Saussayus ait recepto a Christi Vicario
 Episcopali honore, in Galliam disseminandi Evan-
 gelii causa profectum, multa ibi Christo trophæa
 erexisse.

3 Illustre elogium ex Actis desumptum habet, ad
 hunc xiv Maji, Usuardus his verbis: ii Idus Maji. In
 Gallia, civitate Cimella, natalis Pontii Martyris,
 cujus prædicatione et industria postquam conversi
 sunt duo Philippi Imperatores ad fidem Christi,
 ipse

tandem
 Niciensi
 unita est.

E
 Acta S. Pontii
 a Valerio so-
 cio scripta,

ex MSS.
 dantur:

NOT. 13

F

ex his alia
 contracta
 Episcopum
 faciunt.

Cultus i

A ipse quoque sub Valeriano et Gallieno Principibus martyrii palmam adeptus est. *Quæ fere eadem, omisso loco martyrii, referuntur in hodierno Martyrologio Romano, et passim alii ejus meminerunt, nulla facta Episcopalis dignitatis mentione. Nos secuti etiam omnia citata Acta, et hæc Martyrologia, abstinemus a titulo Episcopali: relinquentes aliis liberam sentiendi facultatem. Baronius in Notis ad hunc xiv Maji tradit S. Pontium hac die sepultum fuisse, passum vero undecima ejusdem mensis, quod videtur ex Petro de Natalibus hausisse, qui ait, corpus sepultum esse pridie Idus Maji. Verum in pervetusti nostri Legendarii titulo ista leguntur: Incipit passio S. Pontii Martyris, quæ est pridie Idus Maji. Acta vero apud Mombrinium et Vincentium clauduntur hoc phrasi: Hujus Martyris passio celebratur pridie Idus Maji. Interim ad diem xi Maji in quodam MS. Adone, inter libros Regine Sueviæ adservato, ista habentur: Civitate Nicena passio beatissimi Martyris Pontii. Sed forson hæc verba debent intelligi de die qua fuerunt Reliquiæ Nicenæ translata. In MS. Florario omnia ex Usuardo ad hunc xiv Maji referuntur, addito anno Salutis cclvi, et iterum ad xi Maji ista indicantur: Romæ Pontii Senatoris et Martyris, anno Salutis cclx. Quæ sine sufficienti examine ibidem sic inserta videntur. Habemus Officiū propria Ecclesiæ et diocesis Agathensis in Gallia Narbonensi, anno moccxvi edita: in quibus præscribitur cultus annuus S. Pontii Martyris sub ritu semiduplici, et Lectiones secundi Nocturni ex ipsis Actis sunt contractæ, atque hæc recitatur Oratio: Deus qui nobis venerabilem B. Pontii Martyris tui passionem celebritate annua concedis venerari; præsta quæsumus, ut sicut constanter pro tui nominis confessione agonizando, triumphale stadium diviniæ largitatis meruit accipere; ita nos ejusdem patrocinii ad immortalitatis triumphum mereamur pervenire. Est etiam modo nobis quædam Episcopalis in eadem Narbonensi Gallia, ab hoc S. Pontio denominata, ex qua videtur cultus ad vicinas urbes Agathensem, Biterreusam, et alias delatus: de urbe autem ista infra agemus.*

4 Solennem S. Pontii venerationem a Valeriano Episcopo Cimeliensi commemorari, sed tacito nomine, in triplici Homilia, testatur in Præfatione ad Lectorem Sirmondus. Ac primo Homilia xv asserit, facta certaminis sensum nullius latere posse, quod per singulos annos repirentur documenta virtutum, et in amore Sanctorum totius orbis studia convenire, et passim undique ad devotionem annuæ solennitatis concurrere, ac studiose lacrymas suas huic Patrono commendare, ac se frequentibus patrocinii insinuare. Si cogitemus quantum nobis cinis Martyris præstitit, imitemur primo loco sanctam Martyris fidem in confessione, et sequamur viam ejus in virtute. Hæc ibi. In Homilia xvi ista continentur. Ecce ante oculos nostros est, qui quotidie exemplis salutaribus provocat, et paterna affectione ad consortium sanctitatis invitat, qui loca nostra ad consortium sanctitatis invitat, qui loca nostra martyrii cruore perfudit. Facile agnoscitis quam specialis circa vicem Martyrum officiorum cura nos maneat, cum videatis huc etiam extraneas nationes devotæ mentis amore concurrere, et sancti Martyris solatia postulare. Videmus frequenter in castigatione immanis spiritus corpora humana vexari, et invocatis Sanctorum nominibus actus suos auctorem scelerum confiteri. Denique ex Homilia xvii ista excerptimus. Apud nos Christianum nomen a virtutibus cœpit, quorum non solum auribus sed etiam oculis quotidie sub presentia tanti Martyris fides religionis inseritur. Et cujus tandem Martyris? Illius necessario qui in hoc loco pugnam ineluctæ virtutis primus exercuit, et quo ordine celestis regni possessionem obtineremus ostendit: qui indies quid

Maji T. III.

agendum nobis sit exemplo docet, quid proficiamus inquirat. Oportet itaque primo loco, ut nos huic Patrono frequentibus insinuemus officiis: quatenus pro nobis apud Dominum peculiaris Intercessor invigilet, et vitam nostram dignationis suæ favore commendet. Intelligite quo honore ille nobis habendus est, qui hujus urbis locum in conflictu cœlestis pugnae suo victor cruore perfudit. Patrocinium ergo, quod aliis fides præstitit, nobis ultro Dominus majestatis exhibuit. Non itaque longe quaerendus est, quem sequamur. Hic habemus patientiæ magistrum, hic exempla præmiorum, hic formam virtutum, hic documenta meritorum. Aptemus itaque ad omnem patientiam animam: et memores annuæ solennitatis, quem veneramur meritis, sequamur et exemplis. Videte quæ sunt ornamenta pectoris, quod pretioso serico quasi opus Dei tegitis, et fulvo auro sidereum vultum oneratis: et discite quæ sit pompa vulnerum, quæ corona lacrymarum: in quo stet sustinuisse carnificem, vel quanti constet vicisse tortorem, vel in qua descendat exultatione victoria supplicii comparata. Hæc aliaque dictus Valerianus Episcopus Cimeliensis, circa annum ccccxvi, de S. Pontio primo Martyre Cimeliensi ad suos cives peroravit, quorum nonnulla infra ad Acta annotamus.

5 Haud procul ab urbe Nicia et Cimella visitur monasterium S. Pontii, quod ferunt a Carolo Magno Rege Francorum et Longobardorum ac Patricio Romanorum constitutionem, ut vel sic restauraret memoriam celebris urbis Cimellensis, a Longobardis et Saxonibus excisæ; et honoraret S. Pontium, miraculis clarum: eique monasterio præfuisse dicitur S. Siacrium, nepotem suum ex fratre Carlomanno, postea Episcopum Niciensem, cujus natalis celebratur infra xxiii Maji. Ejus S. Pontii ibidem asservari sacras Reliquias, asserit Honoratus Bouchardus lib. 2 Historiæ Provincie cap. 29, et lib. 3 cap. 3. Additur tamen priori loco, aliquas S. Pontii reliquias in ecclesiis Collobriera et Figuniera magnis clarere miraculis, imo plurimis ægris, qui ex devotione intra ejus sepulcrum procumbunt, sanitates conferri. In ipso etiam loco antiquæ Cimellæ eundem ipsum lapidem, supra quem caput ejus abscissum est, ferunt hactenus ostendi, et subinde supra illum sanctum Missæ sacrificium offerri. Additur denique, ex quadam ucolorum traditione, caput S. Pontii in colle seu saxo abscissum inde in fluvium Pallionem decidisse, et inde per mare vicinum Massiliam usque non absque miraculo devolutum, ibidemque duabus facibus illustratum, a civibus exceptum, hactenus asservari. De quibus certiora monumentum requirimus. Baronius in Notis ad hunc xiv Maji asserit, S. Pontium Niciæ potissimum coli, ubi ejus venerandum corpus reconditum habetur. Quæ eadem refert Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ. Habemus aliquas Cathusæ Bruvellensis annotationes ad Grevenum: in quibus ad xiii Maji ista habentur: In Aqua-viva in partibus Italiæ translatio S. Pontii Martyris. Sed an ex Reliquiæ ejusdem sint Sancti, de quo hic agimus, incertum nobis est: idque ulterius examinandum relinquimus inculis Aqua-vivæ in regno Neapolitano, hanc procul a Vulturno fluviis situs.

6 Ughellus in Niciensibus Episcopis asserit ex jam relata Abbate, sacra deinde Pontii lipsana in Gallia Narbonensem ad monasterium Tomeriarum, quod Pontius Tolosæ Comes anno mccccxxvi in ejus honorem inter Pezenatum et Carcassonem construxerat, deportata esse. Guilielmus Catellus lib. 1 Historiæ Comitum Tolosanorum cap. 14 describit Acta Pontii Comitis, ac diplomata fundatæ Abbatie S. Pontii profert, duo dicti Comitis, ac tertium Ludovici Ultramarini Regis Francorum confirmantis foundationem; cum illustri mentione S. Pontii Martyris,

D
ΑΙ ΤΩΝΕ Γ. Η.
patrocinium
imploratum:

Reliquiæ
exornatæ:

E

monasteria
S. Pontii a
Carolo Magno
constructum.

NOT. 14

Reliquiæ.

NOT. 15
An caput
Massiliæ?
F

S. Pontii
monasterium
Tomeris in
Gallia,

A *non tamen sacri Corporis aut Reliquiarum, Papyrius Massonus Tomerias arbitratur appellatas ἀπό τοῦ τομείου ab excindendis marmoribus, quorum ibi magna est copia : sed quidquid sit de origine vocis, perperam censuit Saussayus, ipsas Tomerias esse Ciroellum oppidum, ibidem S. Pontium præcisæ cervicibus agenis cursum confecisse, et sacrosancta ejus mortificia ibidem a fidelibus sub acervo Testimonii condita : at deinde pace Ecclesiæ divinitus concessa ad monasterium Tomeriarum, quod Pontius Tolosæ Comes, coronæ tantæ Christi athletæ eximius venerator, in ejus honorem inter Pezenatum et Carcassonem edificaverat, plurimoa religione deportatum, ac condæcenti situ repositum esse : ubi tanta patuerunt hujus Cœlitis opitulantis lumina, ut confluentibus ad ejus patrocinia undique clientibus, sensim ad cœnobium oppidum adeo populosum coaluerit, ut Joanni XXII Pontifici Maximo dignum visum sit, quod ad Episcopalis Sedis decus attolleret. Cui, in tanti Martyris venerandam memoriam, titulum S. Pontii Tomeriarum nomen indidit : quo etiamnum ipsa, in qua quiescit Beatus ecclesiæ urbsque, quam meritis tuetur, ut præcipuo decore magnopere gloriatur. Hæc Sanssajus, inter se haud satis coherentia : videtur enim loqui, ac si pax Ecclesiæ solum data esset seculo nono. Sammarthani in Episcopis S. Pontii Tomeriarum, aiunt ex MS. Chronico Senonensi, narrari corpus S. Pontii quiescere in monasterio Tomeriansi. Guilielmus Catellus libro 2 Historiæ Occitanicæ cap. 22 agit de Episcopatu Tomeriansi S. Pontii, nulla Reliquiarum ejus facta mentione. Quare totam hanc controversiam de sacro S. Pontii corpore dimittimus a Niciensibus et Tomeriansibus decidentem; aliqua forsitan S. Pontii ossa a Niciensibus impetrata, fuerunt Tomerias delata.*

In Episcopatum erectum.

An ibi Reliquiæ S. Pontii?

VITA

Auctore Valerio teste oculato.

Ex variis vetustis codicibus MSS.

PROLOGUS.

Quis potest credere, nisi Deo tribuente? Quis potest certamina suare, nisi Domino adjuvante? Quis potest coronam accipere, nisi Christo præstante? Ideoque ego indignus tanta gratia, qui eum Pontio Dei Martyre et nutritus sum et studui, societatem Martyrii ejus non merui percipere; tamen confessione ejus et labore credo mercedem me a Domino accepturum; quia omnia, quæ de eo dicturus sum, testificor coram Christo et Angelis ejus, et propriis oculis vidi, et meis auribus hausi, et magnam partem, ut dixi, eum eo sustinui. Ideoque et vos, quod fideliter auditis, fideliter credite: ut fides vestra remunerationem percipiat cum sancto Viro in resurrectione iustum.

Auctor a se visa et una peruncta tradit.

Profano oraculo fertur mater gravida

CAPUT I.

S. Pontii genus, ortus, studia, conversio ejus et patris ejus ad Christum.

Fuit quidam Senator urbis Romæ, nomine Marcus, et uxor ejus, nomine Julia: cumque in uno conjugio perdurarent annis plurimis, et sobolem non haberent, nimio affligebantur tædio, ita ut sine filiis deficere se crederent: sed post annos viginti duos, ex quo conjuncti sunt, cum filium exceperant, cœperunt pariter exultare et lætari. Post menses autem quinque, cum prægnans mater templa idolorum suorum cum viro suo, portans dona et munera cir-

cumiret; venit ad templum Jovis, quod Magnum D vocabant. Quod cum ingrederentur, forte Sacerdos velato capite infulatus ad aras stabat. Qui arreptus a diemone, apprehendensque velamen simul et infulam, cœpit eam minutatim scindere, voceque miserabili ejulans, omne clamoribus templum complere; Hæc mulier, inquam, eum in utero gestat, qui templum hoc magnum funditus evertet, et deos ejus comminet. Cumque iterum atque iterum has repperet voces, Marcus et Julia hæc audientes, exangues fugiunt in prope positam domum. Arripiensque Julia saxum, alvum suam lateraque tundens, aiebat: Utinam non eum conciperem, per quem magnum templum, et numina ejus erunt evertenda! melius est, ut ego ipsa cum hoc deficiam. Cumque dies pariendi advenisset, edidit puerum honestum sine ulla macula, quem credebant tantis suppliciis maceratum, exanimem generari. Mater autem pueri Julia interficere parvulum nitebatur; cui Marcus pater ejus dixit: Sine, non eum interficias, a si Jupiter voverit, vindicet se de inimico suo: nos autem non injiciamus in eum manus nostras. Sicque conservatus est parvulus, quem ex genere suo Pontium vocaverunt: unde accidit, ut in templa idolorum nunquam induceretur; sed cum ad puerilem venisset ætatem, a magnis doctoribus imbutus, omnium fere Philosophorum et diversarum artium literis ita pollebat, ut copiam voluminum librorumque, quos bibliothecæ portare non poterant, in suo parvo corpusculo transfundens, omnia memoriter retineret.

fatum perdere volens, prohibetur a patre.

a

Ita natus litteris imbuitur, E

3 Factum est autem, cum quodam die diluculo surgens, ad suum pergeret præceptorem, audit in Vigilia matutina Christianos, quibus præerat sanctus Papa b Pontianus, Ecclesiæ Dei Sacerdos, psallentes et dicentes: Deus noster in cœlo sursum est, in cœlo et in terra, omnia, quæcumque voluit, fecit: simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum; os habent, et non loquentur; oculos habent, et non videbunt; aures habent, et non audient; nares habent, et non odorabunt; manus habent, et non contrectabunt; pedes habent, et non ambulabunt, non clamabunt in gutture suo, neque enim est spiritus in ore ipsorum; similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. Quod cum audisset venerabilis puer, restitit, imoque trahens a pectore suspirium, et apud semetipsum diutissime inquam, quæ esset ista modulatio, compunctus Spiritu sancto, erumpensque in lacrymas, cœpit flere: statimque elevans palmas in cœlum, dixit: Deus, cujus laudem isti decantant, ostende mihi notitiam tuam. Et accedens ad ostium, crebris quatiebat illud pulsibus. Cumque de superiori eum per fenestram respicerent, dicit S. Pontiano Episcopo; Ecce parvulus quidam pulsat januam. Papa autem Pontianus, revelante sibi Spiritu sancto, ait: Aperite, et sinite eum venire ad nos, talium est enim regnum cœlorum. Venerabilis quoque Pontius relinquens pædagogos suos in vico, et assumens secum unum adolescentulum, qui cum eo studebat, nomine Valerium, ingressi sunt. Cumque ascendissent in cœnaculum, et vidissent eos sancta celebrare mysteria, declinaverunt in locum, quoad usque Dominicum consummassent officium. Tunc venerabilis Pontius accedens ad pedes S. Pontiani Episcopi, osculabatur eos cum lacrymis, dicens: Rogo te, sanctissime Pater, ut ostendas mihi carmen, quod paulo ante psallentes dicebatis: Deus noster in cœlo est, simulacra autem gentium muta, et cæca, et surda sunt; non odorant, neque palpant manibus suis: Et quod nobis potius est, audivi vos dicentes: Similes illis fiant omnes, qui confidunt in eis. Tunc dicit ei S. Pontianus Episcopus: Scio,

b Psal. 113 audiloque Christianorum psalmo,

F ad S. Pontianum admissus

fili

A fili, quia Deus cor tuum illuminavit, ut eum inquiras. Ergo non tibi videntur omnia figmenta ex metallis facta, sive aurea sint, vel argentea, aut aerea, ex terra sumpta? Quis non intelligat lapideas statuas, ex rupibus excisas, et in carrucis impositas, et a bobus tractas, sic demum in foro esse positas? Ista non sunt dii, sed e terra orta sunt, et paulo post in terram revertentur. Deus autem, in quo speramus, in cœlo est, qui non carneis oculis, sed cordis videtur obtutibus. Nam quod videt quis, quid sperat? Tunc B. Pontius respondens dixit: Domine mi Pater, quis nesciat ista omnia esse sine anima, et sine motu? Nam per omnes vias vel plateas, non dicam in foro, in templis, in Capitolio, tanta multitudo inesse noscitur, ut penitus numerari non possit; et sic diversis modis instituta, ut artificum reperit sapientia. Quis autem non videat in basibus ea posita, ferro et plumbo firmata, ne vento subversa conterantur? Nam sæpe cognovimus ab hominibus ea furata, et a prædonibus invasa: et quomodo homines a malo custodire poterunt, qui ab hominibus et custodiuntur et furantur?

4 Audiens hæc S. Pontianus Episcopus, miratus est, quod talis ratio ex puero procederet, et tenens ejus manum, voluit eum secum sedere. Tunc beatissimus Pontius dixit: Si cum vaniloquis et inania docentibus sedere non audemus; quomodo cum homine, mihi viam veritatis pro itinere erroris, lucem pro caligine demonstrante, sedebo? S. Pontianus Episcopus dixit: Magister noster et Doctor Jesus Christus, talem doctrinam nobis donavit, ut omnes in ipso unum simus, et alter alteri, quod sibi desiderat, tribuat. Rursumque dixit ei: Estne tibi pater, aut mater? Venerabilis Pontius dixit: Mater mea, fere biennium est, ex quo mortua est. Pater vero meus superest senior, et grandævus, et *c* me unico gaudet filio. S. Pontianus dixit: Christianus est, an Gentilis? Beatissimus Pontius dixit, eum pessimum et perversum in cultura demonum suorum esse, ultra omnes homines. S. Pontianus Episcopus dixit: Deus, qui cordis tui oculos, nullo homine cogente, illuminavit, potens est etiam patris tui perversitatem corrigere, ut per te immortalē vitam discat, per quem tu in hanc vitam mortalem venisti. Rursumque addidit: Tu autem, fili mi, acquiesce mihi, et crede Christo, et accipe baptismum regenerationis, per quem possis ardorem ignis æterni extinguere. His et aliis quam plurimis verbis exhortans eum per trium horarum spatium, demonstravit ei regnum Domini nostri Jesu Christi. Tunc catechizavit eum, et puerum illius, et permisit abire. Illi autem egressi, ibant sicut agni pleni pascua, exultantes et lætantes, quod invenerint salutem animabus suis. Sicque *d* quotidie veniebant ad hominem Dei, audientes ab eo doctrinam salutis. Beatus vero Pontius, adhuc Catechumenus, tam alacriter divina aggressus est præcepta, ut juste in eo impleteretur, quod ab Apostolo dictum est, ut ubi abundavit iniquitas, superabundaret gratia.

5 Cumque hora regrediendi adveniret, valefaciens honorifice S. Pontiano Episcopo, et omnibus sanctis qui ibi aderant, pergebat ad patrem suum. Cumque venisset ad patrem suum, dicebat ei pater ejus: Percepisti aliquid a præceptoribus tuis, fili mi? Beatus Pontius aiebat: Numquam melius adivi a magistris meis, quam hesternā die vel hodie, omnibus diebus quibus in studio fui. Pater autem audiens hæc gaudebat, sperans eum vanam Philosophorum audisse sectam. Beatus autem Pontius quærens opportunitatem, ut et patrem suum Christo Domino secum credere faceret, die aliqua dixit patri suo. Domine Pater, audio a multis hominibus, quia dii, quos colimus, inanes sunt, ita ut nullam in

se, ut perhibent, majestatem possideant, sicut et nos ipsi ex parte perspicimus: et quidem lineamenta membrorum cuncta habent, sed ad nullos usus apta. Nam quaecumque quis volnerit, inducto apud se artifice, prout substantiam habuerit, sibimet deos facit; unus ex auro, alius ex argento, vel ære, aut ex quibuslibet metallis. Rogo te, dic mihi, si aliquando audisti, ut hi, qui in domo nostra sunt, virtutem aliquam, ex quo facti sunt, ostendissent. Marcus pater ejus respondit: Numquam. B. Pontius dixit: Ergo ut quid eos sacrificiis et thure honoratis? Pater autem ejus indignatus contra eum cum ingenti iracundia, ita ut gladio eum vellet percutere, dixit: Injuriam diis meis facis? Post paululum sedato furore, dixit ad filium suum: Ergo, fili, sine diis et sine sacrificio in omni urbe nos soli erimus? B. Pontius dixit patri suo: Multi sunt in hac civitate, qui verum sacrificium Deo vero offerunt. Marcus pater ejus dixit: Et ubi eos reperiemus? B. Pontius dixit: Præcipe ut eam, et adducam tibi virum, qui omnia tibi Incidius demonstrat. Dicit ei pater ejus: Vade, fili mi. Tunc B. Pontius conversus ad Valerium adolescentem, dixit ei: Hæc est mutatio dexteræ Excelsi: statimque perrexit ad S. Pontianum Episcopum, et introduxit eum ad patrem suum, qui omnia sacramenta veritatis ei demonstravit, Dei autem misericordia credidit Marcus, B. Pontii pater: et simul cum S. Pontiano Episcopo et filio suo idola manibus suis confringens, baptismi gratiam cum eodem filio vel omni domo sua suscepit.

6 Non post multum vero temporis, pater B. Pontii Marcus defunctus est. Et tunc venerabilis puer accepta libertate, erat enim annorum viginti, venit ad virum Dei, et narravit ei omnia quæ acta fuerant, et de patre suo. Post menses sex apprehensus a militibus B. Pontius, et in curiam perductus, locum patris sui nolenti et repugnanti designant. Hoc autem divina providentia fiebat, quia per B. Pontium non solum diversa plebs, sed et ipsi Principes credituri erant Christo. Talem vero gratiam Dominus S. Pontio contulit, ut in omni curia vel palatio ab omnibus specialiter diligeretur. In ipsis diebus S. Papa Pontianus gloriosa morte *e* migravit ad Dominum. Post quem Antheros *f* præfuit Ecclesie, mense non amplius uno. Deinde Fabianus in Pontificatum succedens, ita B. Pontium, ut verus pater verum filium, diligebat. Sanctus autem Pontius, jam perfectus in Domino, omnes facultates suas accipiens, B. Fabiano *g* Episcopo tradidit, et eas pauperibus distribuit, maxime ad domesticos fidei. Nunc autem qualiter primus omnium Imperatores Christianos fecerit, aut quomodo cum diabolo certaverit victur existens, vel palmam Martyrii sumpserit, non tacebo.

ANNOTATA.

- a *Alia MS.* Si Jovis volnerit.
 b S. Pontianus successit S. Urbano, anno 231, 25 Maji Martyrium passo.
 c *In uno MS.* me unicum gaudet filium.
 d *MS S. Maximini,* frequenter.
 e Anno 235 die 19 Novembris.
 f *Mortuus an. 236 die 3 Januarii.*
 g *Actu S. Fabiani dedimus 20 Januarii.*

CAPUT II.

Philipporum Imperatorum ad Christum conversio et cædes.

Temporibus a Philippi Imperatoris, qui cum filio Philippo

atque in-
structus

idolorum
vanitatem
agnoscit:

c
sequē patre
gentili na-
tum fatetur:

C
et Catechu-
menus factus

Rom. 5, 20

d
cum patre
idololatra
agit de fide

D
A. VALER.
FAMULO
EX MBS:

E

et baptizatur:

*eoque de-
functo crea-
tus Senator,*

e
f

F

g
sua in pau-
peres erogat.

a

A Philippo Romanum regebat Imperium, fuit his Philippis amicus B. Pontius Christianissimus, et omnium divinarum litterarum doctissimus; cumque gratia individua in eis esset, tertio Imperii eorum anno (ipso est b millesimus annus a condicione Romæ) cum ad diis suis sacrificandum pergere vellent, dicunt B. Pontio: Eamus, et repropitiemus nobis Deos magnos, qui nos in istius millesimi anni circulum natalis Romæ perduxerunt. Quos B. Pontius diversis excusationibus declinare nitebatur. Imperatores vero, velut amicum ad sacrificandum cogebant. Beatus autem Pontius, cognoscens a Domino datam sibi occasionem, ait: O piissimi Imperatores, cum sitis a Deo Principes ordinati hominum, cur non ei qui vobis hunc honorem præstitit cervices flectitis, et ipsi soli sacrificium laudis offeritis? Philippus Imperator dixit: Propterea et ego magno Deo Jovi sacrificium offerre desidero, qui mihi hanc tribuit potestatem.

8 B. Pontius subridens respondit: Ne erres, Imperator: est Deus in cælis, qui cuncta unico verbo suo constituit et Spiritus sancti gratia animavit. Philippus Philippi Imperatoris filius, una cum patre dixit: Qua animi intentione ista referas, ignoramus. B. Pontius dixit: Numquid ab initio Joviter fuit? Imperator dixit: Non, quia Saturnus pater ejus antiquior illo est, qui populos Italiæ tranquilla moderatione gubernavit. B. Pontius dixit: Et quando Saturnus Crete regnabat, antequam a Jove filio de regno pelleretur, numquid Italia populos non habebat? Nonne statim ut expulsus est, sicut litteræ vestræ declarant, hospitio est receptus? Rursumque addidit. Piissimi Imperatores, ne seducamini in vanis poetarum figmentis, unus est Deus in cælis vestræ declarant, hospitio est receptus? Rursumque addidit. Piissimi Imperatores, ne seducamini in vanis poetarum figmentis, unus est Deus in cælis pater omnium, qui cum Filio suo, et Spiritu sancto, omnia quæ fecit sua potestate continet. Imperator dixit: Si unus est Deus, quem in cælis esse asseris, cur et filium eum habuisse commemoras? Beatissimus Pontius dixit: Unus Deus, quem sæpe testatus sum, qui fecit cælum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt, postremo fecit hominem immortalem ad imaginem et similitudinem suam, et cuncta quæ in terra et quæ super terram vel deorsum morantur in aquis, potestati hominis subiecit. Diabolus autem e cælo projectus, videns in tanto honore hominem positum, invidia ductus homini persuasit, ut ingratus vel inobediens ei qui omnia illi subdidit existeret: quo facto, immortalitate qua indutus fuerat expoliatus, mortem per inobedientiam cum sua omni prole sibi et ipse inflixit: nam et diabolo ut semel hominem olideret, parum visum est; sed idola, quæ nunc deos dicitis, ipse adinvenit, ut genus humanum in toto a Creatore suo separaret. Sed pius Dominus, nolens fabricam imaginis suæ perire, unicum Verbum suum, per quem omnia quæ in cælis et quæ in terra creata sunt, ad terram e cælestibus thronis mittere dignatus est: qui carnem immaculatam pro nostra salute ex Virgine sumens, venit homo ut lapsum hominem reformaret, et diabolum eum suis ministris igni perpetuo deputaret. Nam cum multa mirabilia in terris ostenderet, quæ nunquam talia sunt visa, scilicet, ut cæcos a nativitate sua illuminaret; paralyticos, qui per multorum temporum spatia arentibus membris corporali virtute destituti erant, pristinæ restitueret sanitati; leprosis putridissimis, comestisque atque fetentibus carnibus, nitorem cutis mirabiliter restauraret; mortuos et quatrduantum Lazarum præsentem omni populo suscitareret; et alia multa mirabilia, quorum numerus non est, faceret (quippe quid non reformaret, qui omnia formaverat?) Judæi non credentes, sed potius invidentes, tradiderunt Pontio Pilato Præsidi, et eum qui pro salute eorum venerat cruci affixerunt:

quem Deus suscitavit tertia die a mortuis, et per dies multos post resurrectionem suam cum hominibus conversatus est; mortem vero, quam diabolus hominibus intulit, moriendo occidit; et vitam suam resurrectione nobis donavit; ut quemadmodum ipse post ipsam mortem resurgens jam non moritur, ita et nos post hanc vitam parvam et miserabilem resurgentes, in æternum cum illo vivamus. Nam ascendens in cælum viam demonstravit fidelibus: unde si quis hanc salutem neglexerit, cum diabolo in æternum damnabitur; si quis autem crediderit, cum Christo in cælestibus regnis permanebit.

7 Cumque his et aliis multis pro salute eorum disputaret verbis, Dei voluntate Imperatores crediderunt, et eum deprecabantur, ut mysterium hujus salutis superveniente die eis plenius aperiret, qualiter ab igne perpetuo evadere et immortalitate cum Sanctis sine fine perfrui potuissent. Et quidem ex die illa et deinceps c sacrificia idolorum declinantes, spectacula tantum pro conclusione millesimi anni, quo natalem Urbis celebrabant, fieri imperaverunt. Tunc beatissimus Pontius ad Episcopum Urbis Romæ, nomine Fabianum, qui Ecclesie Dei præerat, convolvit; et omnia ei ex ordine pandit. Tunc sanctus Papa Fabianus, cadens cum eo in orationem, dixit: Domine Jesu Christe, gratias ago nomini tuo, qui per famulum tuum Pontium Imperatores populi Romani ad notitiam tuam perducere dignatus es. Alia vero die, cum simul ad Principes venissent, et Sacramenta divina demonstrassent, baptismi gratiam consecuti sunt. Quæ tunc illi civitati lætitia fuerit, quæve exultatio repentina supervenerit, quis poterit enarrare? In initio autem templum quod magnum vocabant, ex jussione Imperatorum, arripientes S. Fabianus et beatissimus Pontius ac confringentes, omnia ejus sculptilia simul cum d templo funditus everterunt, ita ut omnis populus ad notitiam Domini nostri Jesu Christi cum alacritate et gaudio concurreret, et baptismatis unda perfusi, Domino benedicerent: nam ubi dæmonum templa destruebantur, ibi illico ecclesie consurgebant. Ecce quanta contulit Dominus Pontio famulo suo, ut ante omnes homines Principes totius orbis Christo acquireret: et ipse, qui secundum seculi dignitatem Consul ad suffragia populi expectabatur, humanis spiritualiter consulens, lucem eis veritatis demonstraret. Hoc autem factum est per annos quatuor, quibus Philippi Christiani Imperatores Romanum populum continebant. Porro ambo Imperatores diversis in locis, fraude successoris Decii e circumventi et occisi sunt. Dominus noster volens Ecclesiam suam ut aurum purissimum probare, paleas autem et stipulas igne cremare, post Philipporum mortem permisit, ut etiam Imperium susceperent Gallus et Volusianus filius ejus. Qui cum in cultura dæmonum imperarent annos duos et menses quatuor, succedunt eis truces et Ecclesie Dei persecutores Valerianus et Gallienus: qui mox arrepto imperio, pestiferis elictis per universum orbem propositis statuerunt, ut si quis Christianos apud se detineret, et non eos statim proderet, easdem quæ illis parabantur lueret pœnas. Omnes namque Ecclesie filii, post quietem tranquillam, sævissimis procellis quatiebantur.

ANNOTATA.

a Gordiano i Martii anno 244 occiso successit Philippus.

b Solennitas hæc inchoata est ipsis Palilibus xi Kalendas Maji anno Christi 247, Consulibus Philippo Imp. II, et Philippo Cæsare filio. Reliqua de anno millesimo urbis Romæ late deduximus ad Vitam S. Fabiani § 4.

D a morte resurrexisse.

Ad conversos a se Imperatores

E adducit S. Fabianum

et idola cum templo destruit.

F

A. VALER
FAMULO
EX MSB.
A Philippis
Imp. incl-
tatus ad sa-
crificia,
b

B docet eos
idola vana

solumque
unum Deum
esse.

et propter
peccata ho-
minum

Verbum in-
carnatum

post multa
miracula

A *c Paulus Orosius lib. 7 cap. 20 ait: Ascensum fuisse in Capitolium, immolatasque ex more hostias, nullus auctor ostendit.*

d Baronius ad an. 246, num. 9 censet hanc u posteris addita. Scimus pleraque Gentilium delubra intacta permansisse, arbitratur tamen idola ac sacella, quæ in potestate Augustorum erant, et inter hæc dictum Jovis templum, potuisse eversa esse: uti supra num. 2 a sacrificio prædictum traditur, et infra repetitur.

e Fuerunt ambo occisi an. 249, quibus successit Decius, sub quo anno 250 S. Fabianus est martyrio consecratus. Huic successerunt Gallus et Volusianus et his Valerianus et Gallienus anno 254.

CAPUT III.

Captivitas, præservatio ab eculeo, ursis, et igne: Martyrium, sepultura.

Sub Valeriano et Gallieno, mota persecutio

Mat. 10, 23 et 26, 41 fugit Cimellam:

sistatur Claudio Prasidi:

et carceri inclusus,

Cum B. Pontius hoc comperisset, paulisper in Urbe sese oculuit: sed cum tutissimum locum ad latebras sui perfugii fovendas minime reperisset, maxime quia eum sacerdotes idolorum, qui sua templa funditus cernebant eversa, insequabantur; tandem Urbe egressus, non sine Dominico præcepto faciens, qui dixit: Et si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. Et iterum: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma; fines Italiæ transiens, urbem sub jugo Alpium procul sitam petiit, nomine Cimellam. Sed cum perseveranter impiissimorum tyrannorum præcepta insisterent crudeha, ut Christianorum nomen radicitus vellent exterminare, et satanæ ministros per omnes provincias cum militibus præfecissent; Claudius præses cum Anabio Assessore Galliarum partium Principes deputantur. In principio autem itineris sui, supradictam civitatem Cimellam ingressi, sacrificium dæmoniis reddiderunt. Et mox in foro tribunal sibi præparantes, jusserunt, ut Christicolæ quoscumque reperissent suis representarent aspectibus. Cumque B. Pontius ante tribunal perductus fuisset, sedens Claudius pro tribunali cum Anabio, sub voce horripita dixit: Adducatur Pontius. Ex officio dictum est, Præsto est. Tunc Claudius Præses dixit: Tu es Pontius, qui urbem Romam per nescio quam seductionem conturbasti; insuper et piorum Principum mentes a diis abalienasti? B. Pontius respondit: Ego neminem turbavi, neque subverti, sed ab errore dæmonum ad Domini Verbum converti. Præses dixit: Audientes de te Domini mei Principes, Valerianus et Gallienus, eo quod nobili familia sis ortus, præceperunt, ut diis immoles: siu autem, cum personis dedecoris et vilibus, diversis afficiaris pœnis. B. Pontius respondens dixit: Consolator meus Christus est. Patrimonium terrenum si perdidero pro Christo, æternum acquiram; ubi non census terrenum, sed claritatem cum sanctis Angelis merebor. Claudius Præses dixit: Quid mihi per ambages verborum cursitas? Aut sacrificia diis, aut carnes tuas diversis pœnis faciam dissipari. Pontius beatissimus Martyr dixit: Jam tibi dixi, quia Christianus sum, nunquam sacrificabo dæmoniis.

11 Tunc Præses jussit, eum vinetum catenis in carcerem trudi, quoad usque Imperatoribus relationem misisset, dicens: Dominis piissimis atque invictissimis triumphatoribus sæpè Augustis, Valeriano et Gallieno Principibus, servi vestri. Ingressus initium Galliarum, invenimus Pontium, qui dudum urbem Romam conturbavit, et multa templorum subvertit, fugientem vel inobedientem præceptis vestris. Et quia est de primis in Palatio Senatoribus, fecimus eum in carcerem recludi, quoad usque vestra deliberatione censeatis, quid de illo nos

oporteat facere. Tunc Valerianus et Gallienus præceperunt, dicentes: Hoc jubet Pietas nostra, ut si sacrificare noluerit, habeatis licentiam qualicumque vultis eum tormento interficere. Tunc Claudius Præses produci eum jussit e carcere. Cui et dixit: Audi Dominorum tuorum salutaria præcepta, in quibus te jusserunt, aut diis ceremoniari, aut inter damnatos diversa pati tormenta. Beatissimus Pontius respondit: Ego Dominum non habeo nisi unum Dominum meum Jesum Christum, qui potens est me de his, quæ mihi minaris, liberare tormentis. Claudius Præses dixit: Miror te virum potentem, ad tantam humilitatem temetipsum inclinare, ut tuum Dominum voces hominem pauperem et sine honore, quem Pilatus Præses nostri Ordinis atque officii, pro nescio qua accusatione dicitur interemisse: et non potius hos Dominos vocas, qui summum Reipublicæ apicem moderabiliter continent. Pontius sanctus dixit: Et ego miror te, hominem rationabilem factum, ad tantam dementiam devenisse, ut non cognoscas, eum, qui cæli possessor et terræ est, pro tua salute pauperem non dedignatum esse; et illum, qui in cælis ab Angelis honoratur, sine honore audeas dicere. Nam quod a Judæis accusatus, et a Pilato Præsede est crucifixus, hoc voluntarie pro nostra salvatione, non necessitate fecit, ut tu ipse perhibes. O! si velles huic tali Deo temetipsum humiliare, statim mentem tuam ad cælos erigeres, et cognosceres te cum diis tuis (quos dæmones esse manifestum est) in profundo tenebrarum jacere. Nam Principes tui, quos Republicam diis moderari, non solum ipsi in perditionem valent, adorantes ligna et lapides; insuper et populum, qui eis subjectus est, secum attrahent. Unde cognoscatis, quia si in hac perfidia manseritis, de isto seculo opprobriosissime exhibitis, et in die judicii, cum diis quos dicitis, in æterna damnatione eritis.

12 Tunc furore repletus Præses, exclamans licetoribus, ait: Præparate omnia a tormenta, equuleum, ungulam, faculas, lardum, nervum, et si quæ sunt alia, ut insipientia ejus omnibus manifestetur. Ministri dixerunt: Parata sunt omnia. Claudius Præses dixit: In equuleo aptatus distendatur, ut omnia tormenta per membra ejus decurrant, et tunc videamus, si Deus ejus eruet eum de manu mea. Cumque equuleo aptaretur, B. Pontius dixit: Licet incredulitas tua impossibilem Dominum nostrum dixerit; ego tamen in nomine Domini Jesu Christi, credo, ut pœnæ tuæ ad nihilum redactæ, nullum corpori meo dolorem incutiant. Cumque equuleo tenderetur, et ministri vectibus impositis trochleam retornarent, cum magno sonitu equuleus confractus est, ita ut in pulverem redactus non compareret, et exanimis repentino fragore qui ibi aderam redderentur. Sanctus vero Pontius, lætus et sine ullo terrore dixit: Vel nunc, incredule, disce, quia Dominus noster potens est pios de tentatione eripere; vos autem iniquos in die judicii igni perpetuo deputare.

13 Claudius autem Præses, ultra solitum terrorem indignans, conturbatur. Tunc Anabius Assessor dixit Præsidi: Sapientissime virorum, adventantibus nobis adducti sunt duo ursi ex Dalmatiæ montibus, miræ magnitudinis: præcipe preparari amphitheatrum, ut ab eis devoratus non habeat sepulturam. Jussu Præsidis preparatur amphitheatrum, et B. Pontius in arena deponitur: statim egressi duo venatores, cum taureis et nervis secundum consuetudinem, eum stetissent in media arena, et Sancto Dei provocassent ursos, illi exeuntes de civeis, singuli utrosque venatores arripuerunt, et ita eos discerpserunt, ut penitus, qui fuissent, non compareret. Tunc venientes ad S. Pontium, non ausi fuerunt

D

*A. VALENTIANUS
FAMILIARIS
EX MSS
post responsum Imperatorum,*

iterum confessus fidem

E

*u
in eculeo suspenditur,*

*F
quo divinctus comminatus*

frustra ursis obicitur,

A fuerunt propius accedere, aut pedes Martyris osculari, propter paganorum errorem; sed paulo longius procumbentes, nihil sancto Martyri permitti sunt læsionis inferre. Tunc clamor populi in cœlum tollitur, Gentiles omnes clamant: Unus est Deus Christianorum, quem Pontius colit.

14 Tunc demum efferatus Præses superbia, et rabidis vocibus concrepans, clamare cœpit et dicere: Nunc, nunc afferte copiam lignorum, et omne quod fomiti ignis augmenta præstare potest, et si nescio quibus incantationibus, quibus *b* Marsorum ars serpentum mitigare iras consuevit, iste usus est; nunc video si igni imperare potest. Beatissimus Pontius respondens dixit: Numquid objectum criminis apud me reperisti, ut his me truces flammis? sed te trucidet ignis æternus intextinguibilis. Potest Deus meus, qui tres pueros de camino ignis illæsos eruit; et me liberare. Aggregata autem multitudine lignorum, jussit Sanctum Dei tyrannus vinciri e manibus pedibusque catenis, et in media arena statui; multitudinem vero lignorum in circuitu ejus exstrui, ignemque supponi. Cumque factum fuisset, ignis gyrans flammis in sublime, atque arenam contorquens, plusquam fastigium elusit amphitheatri: consumptisque omnibus, quæ pabulo ignis fuerant præparata, ita servus Dei ab omni *d* ardore apparuit illæsus, ut nec saltem fimbriam vestimenti ejus læderet.

15 Tandemque Præses victus atque confusus, dixit: Numquid omnia genera tormentorum superasti, et ideo gloriaris nunc ut reliqua evadas tormenta? Ecce proximum venerabile Apollinis templum, accede, et sacrifica. B. Pontius dixit: Sacrificio ego corpus meum Domino Jesu Christo, quod hætenas a pollutione idolorum immaculatum custodivi. Nam vobis, et Principibus vestris, cito superveniet ultio divina, quia injuste persequimini servos Christi: hæc non tibi Dominus permisisset, ut maculam corpori meo inferres, tamen applica quæcumque tormenta vulneris. Tunc Præses videns constantiam ejus, callide dixit ei: Et quidem nos a te oportuit judicari, sed secundum Clementiam tuam te a nobis judicaris: et cum sis primus Senatorum, in spe nescio qua vana confisus, et potestatem et divitias amittis. Pontius sanctus dixit: Potestas hujus seculi vel divitiæ similes sunt nebulae matutinae, quæ in oculis hominum videtur terras montesque vel maria cooperire: quam si ventus perflaverit, statim in momento temporis, quasi non fuerit, penitus evanescit:

C nam gloria et honor, quæ concupisco, in æternum permanent. Tunc Judæi, qui ad spectaculum Amphitheatri convenerant, clamare cœperunt et dicere: Occide, occide maleficum. Beatus autem Pontius, elevans manum in cœlis, dixit: Gratias ago tibi, Domine, quia, sicut Patres eorum de Christo clamabant, Crucifige, Crucifige; ita et isti in me eisdem usi sunt vocibus. Tunc inflammatus Præses a diabolo, exclamavit, et dixit: Non enim mihi soli,

sed et principibus meis multas fecit injurias. Tunc D decretum dedit, dicens: Ducite eum, et in saxo, qui rivulo imminet, decollate: corpusque ejus deorsum mittite. Cumque factum fuisset, Sanctus ac Venerabilis Pontius Martyrium suum Domino consummavit, et cum palma victoriæ anima ejus cœlos petit.

16 Non multo post tempore transacto, completus est sermo, quem S. Pontius prædixerat. Valerianus scilicet Imperator in captivitatem *e* ductus a Sapore Rege Persarum, non gladio, sed ludibrio omnibus diebus vitæ suæ, merita pro factis percepit; ita ut quotiescumque Rex Sapor equum conscendere vellet, non manibus ejus, sed incurvato dorso, et in cervice ejus pede posito, equo membra locaret. Gallienus vero, cum Mediolanum intrare vellet, a militibus suis comprehensus, gladiis est *f* confossus. Claudius autem Præses, et Anabius Assessor, eadem hora, qua sanctus Pontius decollatus est, arrepti a daemonibus suffocabantur. Nam Claudius linguam sibi morsibus minutatim incidit; Anabii vero oculi *e* suis concavis vi doloris evulsi, pellibus tenuissimis per ora pendebant: sicque factum est, ut in momento temporis uterque *E* expiraret.

17 Ob hoc factus est timor magnus Judæis et Gentilibus, et omni illi civitati; et sepulcrum S. Pontii Martyris admirabili venerantur honore. Juvenis quidem Valerius, qui cum eo fuerat nutritus, timens corpus ejus metu Gentilium auferre, per noctem in quo jacebat sepelivit loco. Gesta vero Martyris ab exceptoribus pecunia redimens, secum tollens, reperta navicula, Libyæ partibus, causa persecutionis, declinavit. Dominus autem suscepit Martyrem suum in pace: cui est honor, gloria, imperium, et potestas in secula seculorum. Amen. *i*

ANNOTATA.

a Valerius Episcopus Cimeliensis Homilia 16 Quare tortoris ungulas expavescat, quam tam pretiosæ gratia remunerationis expectat?

b Marsi populi Italiæ sub Samnitibus ad lacum Fucinum. a Marso Circes filio dicti, et edocti, teste Solino, saliva sua serpentum morsibus mederi: ad quæ alludit Præses.

c Idem Valerianus: Nemo diffugiat, si ita usus fuerit, sonitus catenarum, et tenebrosis pedibus odiosa supplicia, in usum impiorum parata Neuro-rum. Erant Neuri populi Sarmatiæ, quos in lupos se transformare, et ad priorem cum volunt formam redire, fabula est.

d Idem: Quare autem ille flammis non securus adspiciat?

e Anno vulgaris æræ Christianæ 259, aut saltem (ut alii tradunt) anno 261.

f Anno 268, 21 Martii Gallienus Imperator cum fratre Valeriano occisus.

capite plectitur:

c

paulo post etiam tyranni pereunt.

f

E

F

b
et rogo
imponitur:

c

d

ridet potestatem
Principum:

C

a Judæis ad
mortem expectatus

DE S. BONIFACIO ROMANO

MARTYRE TARSII IN CILICIA.

G. II.

ANNO CCXC.

Acta per-
velustaex MSS:
Romanis
plurimiset nonnul-
lis aliis.Dies natalis
13 Maji in
Breviariis et
Mrol.Sepultura
Romæ 5 Junii

Acta damus S. Bonifacii, Tarsi in Cilicia passi, eaque antiquissimo et a fidelissimis auctoribus descripta: prout ea socii a fratre Commentariensis, qui illis scribendis præsederat, ibidem acceperunt, et Romam cum sacro corpore attulerunt: quibus ea addita fuerunt, quæ ad vitam B. Aglaes spectant. Habentur ea in quam plurimis pervetustis, et optimæ fidei codicibus MSS. eisque Romæ asservatis: inter quæ tria Vaticanæ bibliothecæ, signata numero 1191, 1193 et 6075, unde ipsa hic damus: itemque ex antiquo codice MS. ecclesiæ S. Mariæ majoris, et alio MS. Basilicæ Lateranensis, ex quo nonnulla allegat Paulus Aringhus tomo 2 Romæ subterraneæ lib. 4 cap. 6 num. 6: ac denique ex veteri manuscripto Monasterii S. Cæcilie trans Tiberim, cujus meminit Baronius in Notis ad hunc XIV diem Martii, ex eoque potissimum desumpsit Lucas Holstenius Passionem S. Bonifacii, post ejus obitum Romæ anno MDCLXIII excusam: qui præterea asserit, se usum quatuor codicibus, quos bibliotheca Principis Apostolorum suppeditavit. Ex hac nos duo illustra Martyrologia descripsimus: sed Acta S. Bonifacii, quæ jam habebamus ex tot aliis codicibus MSS. descripta collata cum iis, ultra pigrit conferre cum pluribus. Aliqua etiam habemus ex MS. codice Congregationis Oratorii Romani, sed contracta et in Lectiones octo, ad Matutinum recitandas distributa: quæ in antiquo Breviario Romano MS. fuerunt in novem Lectiones divisæ. Sex solum excusa sunt in Breviario Romano anni MCCCCLXXIX, anni MCCCXC et annorum sequentium: et hæc in duas lectiones jussu Pii V contractæ hactenus in Ecclesiâ recitantur. Præter Romanos codices, ea itidem Acta in antiquis MSS. multis reperiuntur: ex quibus autem eadem habemus sunt, duplex codex Trevirensis monasteriorum S. Maximini et S. Martini, item MSS. libri cænobiorum Windbergensis Ordinis Præmonstratensis in Bavaria, et Boderensis Canoniorum Regularium in diocesi Westphaliæ Paderborneusi, sed in hoc subinde est alia phrasis substituta. Denique hæc eadem Acta excusa sunt a Bonino Mombritio ante annos dacentos, ex MSS. codicibus Italicarum bibliothecarum, et ex alia collectione, sed in pluribus contracta Colonia anno MCCCCLXXXIII et Lovanii anno MCCCCLXXXV, nec non edita a Petro de Natalibus lib. 1. cap. 163.

2 Dies natalis, quo Martyr obiit, in præcipuis MSS. dicitur quarta decima mensis Maji, in nonnullis prædie Idus Maji, quæ coincidunt: eoque die refertur in citatis Breviariis Romanis manu exaratis et typo cæsis: item a Bellino in Martyrologio secundum morem Romanæ curiæ Venetiis anno MCCCXCVIII excuso, et a Greveno, Molano, Maurolico, Galesiuis, aliisque: item in pluribus MSS. etiam sub nomine Usuardi et Adonis cum hodierno Romano. In Actis tamen MSS. monasterii S. Maximini dicitur martyrizatus Nonis Junii. Quod de commemoratione martyris, Romæ a corporis portitoribus nuntiati, seu depositionis vel elevationis alienius anniversario videtur intelligendum: unde librarii quidam licentiam sumpserint mutandæ diei, aliisque idem faciendi occasionem dederint: quod intelligentes ad dictas Nonas Junii Ado et Notkerus in suis Martyrologiis, elogia sua ex dictis Actis desumpta sic finiunt, ut dicatur Sanctus martyrizatus XIV die mensis Maji apud Tarsum metropolim Ciliciæ, et sepultus Romæ Nonis Junii. Quæ eadem leguntur in citata antiqua Legenda Colonia et Lovanii

excusa. Eodem die v Junii refertur ab Usuardo et aliis recentioribus, et in pluribus MSS. Ast a Rabano ad diem secundum Junii et in MS. Florario ad sextum Junii.

3 Græci in Menæis solenni officio celebrant festum S. Bonifacii Martyris, die XIX Decembris et illustre encomium referunt ex Actis ejusdem Sancti, quorum exemplar vetustissimum est in Vaticano. Leo Allatus ea Acta attribuit Simeoni Metaphrastæ in sua Diatriba de Sironum scriptis pag. 126, ibique initium Actorum allegat, quæ nos Græce damus ex MS. Medicæ Regis Christianissimi: Latine vero translata ab Gentiano Herveto, satis est edita haberi apud Aloysium Lipomannum tomo v et Laurentium Surius ad diem v Junii, ut iis hic recedentibus non angeatur Operis per se vastissimi mole. Ita autem in plerisque cum Latinis conveniunt, ut non dubitemus quin ab hisce Græca promanarint, nonnulla tamen explicationis causa sunt interjecta, et a Metaphraste eloquentiori dictione explicata. Iterum Lipomannus tomo suo septimo edidit Acta martyrii hujus sancti Martyris ex Græco, in monasterio Cryptæ-Ferratæ in agro Tusculano olim asservato, latine a Guilielmo Sirleto reddita. Sunt ea multo strictius ex Latinis Actis translata, nonnulla tamen ex Metaphraste aut certe ex Menæis inserta continent: scilicet quod amputato capite luc simul et sanguis effluerit, corpus quinquaginta ab urbe studis fuerit sepultum, annis quindecim superfuerit Aglais. Alia duo illustra compendia martyrii habemus, alterum ad diem XIX Decembris, in MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ quod spectat ad Collegium Claromontanum, Societatis Jesu Parisiis, aliud ad XX Decembris relatum in Martyrologio Basilii Porphyrogeniti Imperatoris.

4 Paulus Aringhus in citato anno 2 Romæ subterraneæ lib. 4 cap. 6 num. 7 asserit, sacrum corpus S. Bonifacii ex loco primæ sepulturæ ad Ecclesiam in Aventino colle sub ejus nomine exedificatam, piis fidelium obsequiis ac festivis totius Romæ tripudiis delatum fuisse. Ad quam Ecclesiam, cum delatum postea fuisset etiam corpus S. Alexii, sub ejus quoque nomine appellari cepit cum Monasterio adjuncto, in quo S. Adalbertus Episcopus Pragensis seculo Christi decimo vitam monasticam quinquennio egit, uti ad diem XXIII Aprilis in duplici ejus vita dicitur: ubi in altera appellatur SS. Bonifacii et Alexii, in altera sub solius S. Bonifacii nomine indicatur. Baronius tomo XI Annalium ad annum 1004 num. 8 inseruit Homiliam in codice Casinensi repertam, et Romæ in Ecclesiâ SS. Bonifacii et Alexii dictam, ex qua uni cum exordio sequentia accipe. Non solum qui assiduitate Romam, plus solius Petri potestate, quam Regum judicio urbem Romanam, incolunt, verum etiam qui a diversis mundi partibus eam expetunt, pretiosissimum sciunt templum, corporibus Sanctorum Christi Martyris Bonifacii et Confessoris Alexii decoratum. In quo dum fama sacræ religionis cresceret, quidam nobilitate carnis pollens et divitis affluens, monachicum habitum, abrenuntians quæ seculi sunt, suscepit, nomine Joannes Canaparius... Extitit compater ejus Franco, cognomento Maringus... qui ad monasterium prædictorum SS. Bonifacii et Alexii deduci se petiit... Inductus ad Ecclesiam Sanctorum... rauca voce talia cœpit: Eia compater, eia Domine, recipi me fallacem, re-ipe me infidelem, et consigna me tuis Dominis Bonifacio et Alexio, fac me

Acta Græce
translata a
Metaphraste,

E

et alia a
monacho
Cryptæ Fer-
ratæ:relata ad
19 et 20
Decembris.Corpus in
ecclesiâ SS
Bonifacii
et Alexii

F

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 80 "eorum pu-
traculo
Franco Ma-
ringus con-
versus,

A rae servum illorum : quia scio et veraciter scio, quod, nisi eorum patrocinio, non liberabor a potestate iniquorum spirituum.... S. Bonifacii, adjuvante, S. Alexi succurre mihi... Illum sine intermissione clamantem, S. Bonifacii, S. Alexi, monachum cum multis lacrymatis effecerunt. Postquam igitur hæc acta in monasterio, volens Deus ostendere, quantum intercessione horum Sanctorum flectatur ad misericordiam, et quam misericorditer liberet peccatores ad eos confugientes; permisit eunem equestrum armatorum malignorum spirituum visibiliter descendere, prædictum Franconem requirentem, quem judiciaria definitione servum se vicisse gloriante jactabant. Taliter enim altercantes, ablatum perquirendo, visi sunt venisse ad portam monasterii. Ubi non inveniunt eum, reversi sunt tristes, multa nefaria jactantes in Sanctos. Qui dum requisiti fuissent a vicinis monasterii, quid hoc esset? responsum; Franconem servum eorum allatum a Bonifacio et Alexio : et nassitando adjiciebant, remansisse per quod eum vincere putabant. Quod ubi Abbati et Fratribus nuntiatum est, subtiliter perquirentes, professorem regularem illum non fecisse invenerunt. Qua studiose facta, anima illa carne soluta est. Ex quo datur intelligi, quod misericordissimus Deus, quem cuncta monastici Ordinis implere permisit, meritis SS. Bonifacii et Alexii, quorum suffragium toto corde petierat, ab omnibus insidiis inimicorum eum eripuit, ad laudem et gloriam nominis sui. *Hæc ibi.*

5 Inter viginti Abbatias privilegiatas Romanas, ab Onuphrio Paventino de vii Urbis Ecclesiis pag. 142 enumeratas, quarta est hæc S. Alexii, ubi, inquit, est corpus ejus et S. Bonifacii Martyris. *Vixisse ibidem S. Adalbertum supra memoratum inter monachos Basilianos et Benedictinos, singulos secundum ritus suos degentes, asserit in ejus Vita secunda num. 17 auctor coævus, et ipse monachus. Verum videntur postea Benedictini soli locum obtinuisse, usque ad seculi decimi quinti ultimum, quando a summis Pontificibus illum suis monachis Ordinis S. Hieronymi secundum regulam S. Augustini viventibus impetravit Lupus Obmetus, istac vita functus anno mccccxxiii. De hoc Ordine istac introducto consulti possunt Mare Oceanum Silvestri Maruli lib. 5 pag. 363 et Thesaurus urbis Romanæ absconditus, ab Octavio Pancirolo editus Reg. 8 Ecclesia nona. Ibi cum anno mdciii Octavius Pancirolicus, ejusdem Ecclesie titulo Cardinalis, majori ipsius Ecclesie ara instaurande exornandaque operam daret, inventa fuerunt et in ea reposita corpora SS. Bonifacii et Alexii : ut jam laudati Aringhus et Pancirolicus scribunt. Ea nos anno mdcxli, xxvi Julii venerati sumus, marmoreis in arcis sub altari decenter recondita; demptis capitibus, quæ argenteis inclusa hermis, conspeximus in singulari ad latus templi sinistram sacella, super altari, inter alia reliquiaria pulchre ardinata, per crystallinas quibus claudabantur fenestras.*

6 Beneventi Corpus S. Bonifacii Martyris esse, ex MS. codice Ecclesie S. Sophiae ubi nomina Sanctorum, quorum Corpora et Reliquiæ in ea Ecclesia asservantur, notata extant, et ex inscriptione in marmore ibidem prope capellam thesauri existente, scribit Marius de Viperis Archidiaconus Beneventanus in Catalogo Sanctorum, quos Ecclesia Beneventana duplici aut semiduplici celebrat ritu; asseritque S. Bonifacium Martyrem ritu duplici coli die x Junii, atque aliquod compendium Actorum S. Bonifacii, de quo hæc agimus, profert, eique ista addit : Postremo ex Urbe Nonis Junii delatus, et in insigni templo S. Sophiae collocatus fuit. Quo vero tempore id factum est, a nemine expressum legitur. Est aliquod antiquum Martyrologium, ante annos quingentos caractere Longobardico scriptum ad usum Ecclesie Beneventanæ, sed

Rome in bibliotheca Vaticana servatum num. 5949, in quo ad Nonas Junii nulla S. Bonifacii fit mentio, sed ad hunc xiv Maji ista leguntur : Beneventi S. Bonifacii Martyris in S. Sophia, qui Tarsi passus et Romæ sepultus. Num ibidem aliqua hujus Martyris Reliquia dicenda sit asservari, an potius credendum id esse corpus alterius S. Bonifacii Martyris, cujus die natali ignorato assumptus fuerit hic xiv Maji, judicent alii. Porro ex simili occasione magnam fuisse sacrarum Reliquiarum inductam confusionem, hactenus sæpius monuimus. In Diario Pragensi ad hunc diem asseritur, partem insignem S. Bonifacii Martyris anno mcccclxx Roma delatam fuisse. Volaterrani etiam asserunt, se habere Reliquias aliquas S. Bonifacii Martyris.

VIDE ACTA
GRÆCA

VITA

Ex perantiquis pluribus codicibus MSS. Latinis.

CAPUT I.

A vita libidinosa conversio. Iter Tarsense. Obsequium certantibus Martyribus præstitum. *Comprehensio.*

Temporibus Diocletiani quater et Maximiani ter a impiissimorum Imperatorum, orta est seditio maxima tempore persecutionis eorum adversus Christianos, ut omnes Dei cultores ad inclinandas cervices eorum nefandissimis idolis compellerentur. Qui etiam tyranni miserunt ex personis suis, una cum Divis apicibus suis, judicem atrocissimum mente, et astutum nimis, Simplicium nomine, in partes Orientis, in Tarsum civitatem, quæ est metropolis Cilicie provincie; ut ibidem omnes, qui Christum confiterentur, utriusque sexus et ætatis, per publicam audientiam interrogaret; ipsosque per diversa genera tormentorum, et macerationem ad suæ vesaniæ mentis quantocius inclinaret.

2 In illis igitur temporibus erat quædam in urbe Roma mulier magna, nomine Aglaes, filia quidem h Acacii, genere autem Clari, quondam Proconsulis. Hæc ergo ter candidam egerat apud urbem Romanam Expræfecturam habens sub se septuaginta et tres procuratores; qui curas agebant in possessionibus ejus, et unum majorem, qui erat super omnes, nomine Bonifacius, qui etiam commiscebatur eum ea in peccato. Erat autem hic ebriosus et adulter, et amicus peccatorum, quæ odit Dominus Deus: tria autem habebat rectitudinis opera, hospitalitatem scilicet, largitatem, et misericordiam. Qui si aliquando videret peregrinum aut de itinere venientem, cum omni festinatione et alacritate adherens in hospitium suum introire, ministrabat ei. Noctibus autem circumibat plateas et vicus civitatis, tribuens pauperibus omnia quæ necessaria erant.

3 Post annos vero multos gratia Dei compungente Aglaen, convocavit puerum suum Bonifacium, et dicit ei: Frater Bonifacii, tu seisc in quanta peccata convoluti sumus, non existimantes quoniam Deo assistere habemus, et reddere rationem eorum quæ gessimus malorum in hoc mundo. Et nunc audivi quosdam Christianorum dicentium, quoniam si quis minustraverit Sanctis, qui propter nomen Domini Jesu Christi agonizantur, et certamen sumpserunt propter eum, consors eorum fiet in die illa terribilis judicii Dei. Et nunc, ut prædixi, didici a quibusdam, eo quod servi Christi agonizantur adversus diabolum in partibus Orientis, tradentes corpora sua carnificibus, ut non abneget Christum. Perge igitur

a
In persecutione
Diocletiani,
b
c
d
e
f
sub Simplicio
Judice
Tarsensi

g

h
ik
erat Roma
S. Bonifacii
præfectus
procuratorum
Aglaes,
l

m
vitiosus sed
hospitatis, et
misericors:

qui ab Aglae
pauente
missus Tar-
sum,

ad

quirantibus
frustra
domonibus

pte ibidem obit

ubi olim
degebant
Basiliani et
Benedictini,

postea Hieronymiani

Corpus an.
1603 re-
positum

VIDE UT SUPRA
NOT. 81**

alterius
Bonifacii
Mart.
Beneventi.

A ad illas partes, et affer nobis reliquias, id est corpora sanctorum Martyrum, si quomodo servientes atque ministrantes eis, nec non et oratorias domos ædificantes eis dignas, per sanctas passiones eorum salvemur, tam nos quam et alii multi. Accepit autem puer Bonifacius *n* aurum satis multum ad comparisonem corporum Sanctorum, et ad ministrationem egenorum, et duodecim equites, et tres basternas, sed et unguenta diversa ad honorem Sanctorum martyrum.

B Cumque cœpisset puer Bonifacius egredi, dicit Domine suæ gratulanter: Domina mea, si invenero ad comparandum reliquias, id est corpora sanctorum Martyrum, affero mecum; sin vero meum corpus redierit, in nomine Martyris suscipies illud? Dixit autem Domina sua ad eum: Abjice abs te ebrietatem et stultiloquium, et sic vade quasi *o* sciturus, quod corpora sanctorum Martyrum portare habebis. Ego autem peccatrix, etsi indigna sum, tamen expectabo te citius. Dominus autem et Deus omnium *p* rerum, qui propter nos homines et propter nostram salutem formam servi accipiens, proprium sanguinem effudit propter salutem generis humani, ipse mittat Angelum suum ante faciem tuam, et dirigat gressus tuos in sua benignitate, et impleat in bonis desiderium *q* meum, delicta mea oulitus. Egrediens autem puer Bonifacius *r* in itinere suo cogitabat dicens; Justum est vere, ut neque carnes contingam, neque vinum percipiam; quoniam licet indignus sim et peccator, tamen corpora sanctorum Martyrum portare habeo. Et extendens oculos ad cœlum dixit: Domine Deus omnipotens, Unigeniti tui Pater, adesto in adiutorium mihi famulo tuo, et dirige viam meam in qua ego ambulo, ut glorificetur nomen tuum in secula seculorum. Amen. Cumque finisset orationem, ambulabat iter suum gaudens.

C Adveniens igitur post dies aliquot in Tarsum civitatem, et cognoscens quia sancti Christi Athletæ agonizantur in martyrio, dicit ad eos, qui cum eo erant: Viri fratres, euntes requirite nobis hospitium, et ibi requiescere facite animalia; ego autem vado videre eos, quos valde desidero. Cum igitur iret ad stadium, ubi sancti Martyres erant certantes; vidit eos inter tormenta positos, et quemdam eorum suspensum capite deorsum, et ignem subtus eum stratum: alium extensum in quatuor ligna, et diutissime mactatum: alium exterminatam habentem faciem: alium unguulis laceratum: alium manus habentem abscissas: alium stipite in collo infixum, et exhalatum in terram: alium inclinatum ex adverso, id est, retro manus et pedes habentem, et sic fustibus a ministris cæsum: et *s* sita erat obscuritas pessima *t* his, qui videbant hæc tormenta. Magis autem erat videre diabolum victum, servos autem Christi fortiter certantes. Accedens igitur puer Bonifacius cœpit osculari sanctos Martyres, cum essent in tormentis nequissimis: erant enim omnes viri numero *v* viginti: Et clamans voce magna dixit: Magnus Deus Christianorum: magnus Deus sanctorum Martyrum. Obsecro vos, famuli Christi, intercedite pro me, ut et ego dignus efficiar consors vester inveniri, certans adversus diabolum. Et *x* considens pelibus sanctorum Martyrum, amplectebatur vincula eorum, osculans ea et dicens: Certate Athletæ et Martyres Christi, conculcate diabolum, modicum perseverate. Parvus quidem labor, sed multa est requies: minor est tortura, sed ineffabilis est satisfactio: super terram torquetur corpus a ministris, in futuro autem seculo a sanctis Angelis ministrabitur illi.

6 Aspiens autem Simplicius Judex ad populum, et cum contemplatus eum fuisset, dixit: Quis est

ille, qui de contemptu meo Deorumque injuria hæc gerit? applicetur igitur ante tribunal meum. Cumque adductus fuisset, Judex ad eum dixit: Quis es tu, edicito nobis, qui contempsisti splendidissimum iudicium meum? **B.** Bonifacius dixit: Ego Christianus sum, et Dominum meum Jesum Christum habens, contemno et te et tribunal tuum per auxilium Dei mei. Judex autem ait ad eum: Quid vocatum est nomen tuum? **B.** Bonifacius dixit: Jam dixi tibi, quia Christianus sum; si autem vis discere commune nomen meum, Bonifacius vocor. Judex dixit ad eum: Antequam tangam carnes laterum tuorum, accedens sacrificia diis immortalibus. **B.** Bonifacius ait: Dixi tibi multotiens, quia Christianus sum, et non sacrifico dæmoniis, neque nefandissimis idolis: quod ergo vis facere fac, et noli morari; ecce enim appositum est tibi corpus meum.

ANNOTATA.

a Scilicet Consulibus, ergo anno Christi 290. In **E** MSS. Germanicis deest annus, ipsaque sic incipiunt, Regnantibus, aut sub, Diocletiano et Maximiano impiis. Imp. orta est etc.

b MS. Lateranen. inclinare.

c MS. Bodecen. interponit. Ut autem ibique persecutio ista æqualiter desæviret, destinarent Duces et Comites per omnes Imperii sui civitates.

d MS. Vatican. 1195, ex persona sua.

e Idem Vatican. et Lateranen. atrocissimæ mentis. MSS. Windberg. et Rom. S. Cæcilæ; at S. Maximini atrocissimum mentis.

f MS. Vatican. 6075, S. Mariæ Majoris et S. Cæcil partibus Tarsi Civitatis.

g MS. Trevir. S. Martini, ad adoranda idola. MS. Bodecen. ad suorum deorum culturam.

h MSS. Vatican. 6075, et S. Cæc. et S. Maxim. Acacii cujusdam Proconsulis. Acta opud Mombritium, quæ hinc incipiunt, Acacii quondam Proconsulis.

i MS. Lateranen. Hæc quidem divitiis locuples erat etc.

k In MS. Vatican. 6075 post candidam, additur, id est militare signum. Quin tamen vitium aliquod hic loteat vir dubito: non enim hæc quatuorcumque honoris insignia possunt aptari Aglæ, nisi quatenus ad virum referuntur. Quare si per conjecturam mutare quid vellem, ita legerem. Hæc [erat vidua N. qui ter candidam egerat apud urbem Romam et Præfecturam] habens etc. ita ut intelligatur Maritus ejus fuisse ter Præfectus urbis, fortassis Ovinus Pacatianus (nam anno 276 et 277 hic nominatur in Catalogo Præfectorum apud Bucherium in Canonem Paschalem cap. 13. et iterum Ovinus, sed cognomento Paternus anno 281) et toties ex officio illo suo candidam dedisse, quemodum loquuntur Acta apocrypha S. Eleutherii Ep. Mart. 18 Aprilis, ubi nostram ea de re conjecturam protulimus in Annotatis. Quoniam autem in uno MS. Vaticano 6075 explicationis causa additur, id est militare signum; dubitari possit, an ea res ad ludos pertinet, an vero ad congiuriam, militibus Præfecto ad custodiam urbis subiectis præberi solita: fortasse etiam non signum, sed sagum legi debeat, quod in fine aut initio cujusque Præfecturæ candidum toti cohorti solum fuerit duri.

l MS. Vatican. 6075 et MS. S. Cæcilæ interponunt, ut assolet genus humanum vitiis implicari.

m MSS. Vatican. 1195, Windberg. et S. Maxim. Omnium, MS. Treviren. S. Mart. omnium vitiorum.

- A** n *MS. Vatican. 6075* aurum copiosum ad eroptio-
nem corporum.
o *MS. Lateran. quasi certus. MS. Vatican. 6075*
Sic te exhibe ut digne possis corpora, *Mombrit. Sic*
vade devotus.
p *Tria MSS. Vaticana et Windberg. Regum.*
q *MS. Windberg. tum.*
r *MS. S. Mariæ Majoris* iter cœpit suum et co-
gitabat intra se, dicens.
s *MS. Vatican. 6075.* Et horror magnus et pavor
intolerabilis super eos, qui.
t *MS. Lateran.* iamentibus horum qui cruciabant
Sanctos Dei, magnaue lætitia servis Christi, qui
fortiter certantes meruerunt de iniquissimo Princi-
pe obtinere triumphum.
v *Hi numero viginti coluntur 6 Junii, inscripti*
Martyrologiis Usuardi, Adonis, aliisque et hodierno
Romano. In aliquibus MSS. legitur fere viginti.
x *MSS. Vatican. 1191 et 1195 et Lateran. con-*
siders. MS. Vatican. 6075 et Trevir S. Mart. con-
sedens pedibus. MS. Maxim. consedens ad pedes.
MS. S. Mariæ Majoris et sedens, sanctorum
Martyrum pedes amplectebatur et osculabatur di-
cens.

B

CAPUT II.

Varia tormenta illatu. Martyrium completum.
Corpus Romam delatum.

Cumque hæc audiret Judex, iratus est vehemen-
ter, et jussit suspendi eum; et diutius unguis cor-
pus suum radi. In tantum autem raserunt eum mi-
nistri diaboli, ut ossa ejus apparerent. Beatus autem
Bonifacius nihil respondebat: sed habebat oculos
suos a attentos ad Sanctos Dei Martyres, et jussit
Judex levari eum a terra. Transacto autem quasi
unius hora spatio, dixit ad eum Judex: Miser, sa-
cerifica diis immortalibus, et miserere tibi et ipsi.
B. Bonifacius respondit ei dicens: Non erubescis,
ter miserrime, sæpe dicendo mihi, Sacrificā? mihi,
nolenti audire de perituris tuis simulacris?

8 Et cum iratus fuisset Judex, jussit ut calamis
acutarentur, et eos alligi sub unguis manuum ejus.
Cumque hoc fieret, aspiciens sanctus Martyr in cœ-
lum, alacriter dolores tolerabat. Videns autem im-
pissimus Judex eo quod minime sentiret tormenta,
jussit aperiri os ejus, et plumbum bulliens effundi
in illud. Sanctus autem Athleta Christi Bonifacius,
aspiciens in cœlum, deprecatus est Dominum di-
cens: Gratias ago tibi, Domine Jesu Christe, fili
Dei, adesto in adjutorium mihi famulo tuo, et alleva
me a doloribus istis, et ne permittas me a profanis-
simo hoc Judice vinci. Tu enim nosti quia propter
nomen tuum hæc omnia patior. Et cum complexset
orationem, exclamavit ad sanctos Martyres, dicens:
Obsecro vos, servi Christi, orate pro me famulo
vestro. Sancti autem Martyres tamquam ex uno
ore dixerunt ad eum: Dominus noster Jesus Chri-
stus ipse mittat Angelum suum, et eripiat te de
profanissimo isto Judice, et perficiat cursum tuum
velociter, et adscribat nomen tuum cum primo-
genitis. Cumque complexset orationem, et dixis-
sent, Amen; factus est ploratus a turba; et vocife-
ratio maxima dicentium: Magnus est Deus Christiano-
rum: Magnus Deus sanctorum Martyrum: Christi
fili Dei, salva nos: universi enim in te credimus, et
ad te confugimus: pereant universa simulacra
gentium. Et nupetum lecit omnis plebs, et destru-
xit aram, d et Judæam lapidaverunt. Et exurgens
Judex secessit propter tumultum, timens turbas.

9 Diluculo autem residens Judex pro tribunali,
jussit assisti sibi sanctum Martyrem Bonifacium, et

dicit ei: Ut quid miser sic insanis, habeos spem in
hominem: et ipsum crucifixum tamquam nequam
adoras? Dicit ei sanctus Martyr: Obmutescere, infel-
lix, et noli aperire labia tua contra Dominum meum
Jesum Christum, obscurissimæ mentis serpens, in-
veterate dierum malorum: anathema tibi, nam
Dominus meus Jesus Christus hæc omnia sustinuit,
volens salvare genus humanum. Et iratus Judex
jussit afferri ollam, et eam impleri pice, et in bul-
hentem picem immitti sanctum Martyrem inverso
capite. Sanctus autem Christi Martyr, facto signo
Crucis missus est in ollam. Angelus vero Domini
descendit de cœlo, et tetigit ollam; et protinus li-
quefacta est sicut cera ante faciem ignis. Et sanctus
quidem non est molestatus; incendit autem de
astantibus viros multos.

10 Tremefactus autem Judex in virtute Christi,
atque admirans tolerantiam sancti Martyris, jussit
ut gladio caput ejus abscinderetur, dicens: Quem
legibus Imperatorum non obtemperantem reperi-
mus, hunc jubet nostra Potestas capitalem subire
sententiam. Spiculatores autem tulerunt eum cum
festinatione de medio judicii. Sanctus vero Christi
Martyr, facto signo Crucis Christi, rogavit spicula-
tores ut largirentur ei parvam horam donec oraret.
Et stans contra Orientem, deprecatus est Dominum,
dicens Domine Deus omnipotens, Pater Domini
nostri Jesu Christi, adesto in adjutorium mihi famulo
tuo, et mitte Angelum tuum, et suscipe in pace ani-
mam meam, ut non impediat me pestifer et interfecto-
draco, in sua malignitate; et ne suadeat mihi in fallacia
sua; sed conrequiescere fac animam meam in choro
sanctorum Martyrum tuorum: et erue, Domine,
populum tuum de tribulatione impiorum; quoniam
te decet omnis honor et potestas, una cum Unigenito
tuo, atque sancto et vivificante Spiritu, in secula
seculorum. Amen. Et cum complexset orationem,
percussus est ab spiculatore; et factus est terræ
motus magnus, ita ut omnes exclamarent, dicentes:
Magnus est Deus Christianorum: et crediderunt
multi in Dominum Jesum Christum.

11 Conservi autem B. Bonifacii circumstant, ubique
requerentes eum: et non inventes, cœperunt di-
cere ad invicem: Ille modo in adulterio aut in ta-
berna positus epulatur, et nos circumstant ubique re-
querentes eum? Cum ergo inter se confabularentur,
contigit obviare eis fratrem Commentariensis, et
dixit eis: Forsitam vidisti aliquem virum peregrin-
num Romanum? Ille autem dixit eis: Hesternum die
vir peregrinus martyrizatus est pro Christo, et ab-
scissus est capite. Qui dixerunt ei: Et ubi est iste? At
ille dixit eis: In stadio; ubi et passus est. Et iterum
dixit eis: Quis enim aspectus ejus? Et dixerunt ei: Vir
est quadratus; gressu robusto, capillo compositus,
coccinea armelausia indutus. Et dicit eis: Ille quem
quæritis apud nos hesternum die martyrio est finitus.
Illi vero dixerunt ei: Homo quem nos quærimus i
adulter est et ebriosus. Dicit autem ille eis: Quid
enim vobis nocebit venire usque ad stadium et videre
eum? Illi autem secuti sunt eum usque ad stadium;
et ostendit eis pretiosum corpus ejus: et dixerunt
ad eum: Quæsumus te, ostende nobis et caput ejus.
At ille currens attulit eis et pretiosum caput ejus.
Cum autem contemplati fuissent caput sancti Mar-
tyris conservi ipsius, risit in Spiritu sancto. Et co-
gnoscentes eum pueri, fleverunt amare, dicentes:
Ne memineras nostri in peccatum quanta locuti su-
imus de te, famule Christi. Et dicunt ad Officialem:
Iste est quem quærimus; petimus te, da nobis eum.
Dicit eis ille: Ego gratis corpus ejus dare non pos-
sum vobis. Illi autem dantes ei solidos quingentos,
acceperunt corpus sancti Martyris: et hoc ungen-
tes cum aromatibus, et involventes linteaminibus
pretiosis,

Suspensus
unguis ra-
ditur:

a

torquetur
calamis acu-
tis sub ungu-
is

b

et plumbo
in os fuso

c

ideo conver-
sis ad fidem
plurimis.

d

In ollam
picis immissus
non laeditur,

e

acc. pta sen-
tentiæ

E
et facta ora-
tione

capite plecti-
tur.

Conservi
veniunt in
notitiam
ejus:

f

F

g

h

et obtatis
500 solidis
obtinert
sacrum cor-
pus:

A pretiosis, posuerunt illud in una de basternis, et sic proficiscebantur iter suum, gaudentes et glorificantes Dominum super defunctione sancti Martyris.

illud Aglaes ab Angelo monita suscipit,

12 Angelus autem Domini apparuit Dominae suae dicens: Quem aliquando servum tuum cognovisti, nunc autem nostrum fratrem, suscipe sicut Dominum, et reconde eum bene: per ipsius enim interventionem universa peccata tua relaxabuntur tibi. Et consurgens Aglaes confestim accepit secum Clericos et viros religiosos, et sic cum hymnis et canticis spiritualibus, et omni veneratione obviavit sancto corpori, et reposuit illud *k* ad stadia Urbis Romae quinque, in via quae Latina nuncupatur, *l* aedificans ei domum dignam passione ejus. In quo etiam loco exuberant beneficia *m* oratione sancti Martyris usque in hodiernum diem; ita ut etiam daemones expellantur: *n* et omnes varias infirmitates repellit, quibus detinetur hominum genus. Martyrizatus est autem Beatus Bonifacius *o* quarta decima die mensis Madii.

k
f
sepeliturque via Latina miraculis clarum,

m
n
o

p
et vitam sancte peragens

q
miraculis claret.

r
s

13 Beata autem Aglaes abrenuntiavit mundo et pompis ejus, universa quae possidebat distribuens *p* egenis. Relaxans autem et universam familiam suam diversi sexus et aetatis a iugo servitutis, sic cum paucis puellis alrenuntians, famulata est Christo; et sic facta est *q* magna, ut etiam gratiam a Deo mereretur accipere, et daemonia expelleret, et diversas infirmitates curaret. Supervixit autem Beata Aglaes in habitu sanctimoniali annis *r* tredecim; et sic obdormivit in Domino, et in pace sepulta *s* est. Sic quoque decertavit gloriosus Martyr Bonifacius, victoriae coronam assumens, in gloriam et laudem Dei Patris et unigeniti Filii ejus, et Spiritus sancti, nunc et semper, et in cuncta secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

- a Aliqua MSS. attendentes et intendentes. MS. Vat 6075, Sed erat intendens.
- b MS. Windberg. infundi ei.
- c MS. Vatic. 6075 in numero electorum tuorum. MS. Lateran. cum electis tuis.
- d MS. Vatic. 6075. Ut lapidarent Judicem. MS. Lateran. Et contra Judicem lapides miserunt.
- e MS. Windberg. non est hesus. MS. Vatic. 1195 et MS. S. Mariae majoris, non est molestus.

f MS. Vatic. 6075 quemdam Commentariensem D MS. Vatic. 1195 et MS. S. Marimini fratrem de Commentariensibus MS. Lateran. fratrem de Commentaris: et Acta Graeca etiam fratrem Commentariensis habent.

g MSS. Vatic. 1191 et 6095, et Trevir. S. Martini, crassus, robustus.

h Armelausia sive Armalansia, Isidoro quasi Armeclausia, quod sit vestis tantum circa armos clausa, quod Graece *ἰσκιώδης*, Latine superhumeralis seu scapulare posset dici.

i MS. Vatic. 1195 magis in taberna quaerendus est quam in stadio.

k MS. idem Vatic. et S. Mariae Majoris, stadiis urbe Roma quinque, et in MS. Vatic. 6075 praepositur, longe. MS. Later. cujus verba profert Ariuglus: in stadio quinto longe ab Urbe. MS. Trevir. S. Martini, in loco stadiorum ab urbe Roma undecim. At Graece *σταδίου πεντήκοντα τῆς Ῥώμης ἀπέχον*. Stadiis quinquaginta procul Roma. Quia autem octostadia ex communi supputatione a Plinio confirmata unum milliare faciunt, quintum ab urbe stadium esset intra primum lapidem seu milliare, nec procul posset dici. At quinquaginta stadia conficerent paululum ultra sex miliaria seu sex milia passuum.

l MS. Vatic. 6075, donec aedificaret domum.

m MS. Lateran. per orationes. MS. S. Mariae majoris, per operationes.

n MS. idem Lateran. et ex variis infirmitatibus fideles ejusdem interventu subleventur.

o MS. Vatic. 1195 et Bodec. pridie Idus Majas: quod coincidit. At MS. S. Marimini Nonas Junii, quo die referri in variis Martyrologiis, supra diximus.

p Aliqua MSS. addunt, monasteriis quoque et xenodochiis.

q MS. Lateran. Deo digna.

r Graeci, annos quindecim.

s Holstenius addit: apud praefatum Martyrem, sicut etiam legitur in MSS. Lectiombus, et Graeca habent *τῶ μάρτυρι προσετέθη*: apposita est Martyri. Ideo ejus memoria in nonnullis Festis celebratur una cum celebritate S. Bonifacii, et hoc VI Maji et 5 Junii, et seorsim 25 Februarii, uti tam inter Praetereissos, dictum est. Iano et Pancirolius ait ejus corpus anno 1603, una cum sacris corporibus SS. Bonifacii et Alexii inventum et repositum fuisse.

C

DE SANCTIS MARTYRIBUS AFRIS,

SECUNDIANO, QUARTO, VICTORIANO, JANUARIO, MEDIANO, ADAUCTO, DENECUTIA, MAXIMINO, ALEXANDRO, PROCULO, AFRAMO, AUDACTO, ADEODATO.

G. H.

XIV MAJI.

Notherus in suo Martyrologio ista habet: In Africa Secundiani et multorum Martyrum: quos suis nominibus expriment antiqua Martyrologi Hieronymiani apographa quatuor: in quibus post relatos SS. Victorem et Coronam Martyres Syriae, de his agitur, sed cum aliqua varietate. Et in codice quidem Epternacensi ista leguntur: In Africa Secundiani, Quarti, Januarii, Mediani et Adaucti. Denecutiae, Alexandri, Proculi, Aframi, Adaucti, Adeodati. In MS. Corbeicensi Parisiis excuso, hoc modo proponuntur: In Africa natalis Sancti Secundiani, Quarti, Victoriani, Januarii, Medion, Alexandri, Aframani, Maximini, Proculi, Audacti, Adeoda-

ti. Hinc Corbeicensi codici consentiunt in numero et ordine Martyrum apographa Lucense et Blumianum, sed loco Aframani habent cum MS. Epternacensi Aframi, uti pro Audacti habet MS. Blumianum Adaucti. Nos priorem Adauctum, posteriorem Audactum dicimus, vel inde quod particula alibi consuevit item non praepositur. In alio MS. Corbeicensi necdum excuso ista leguntur: In Africa natalis S. Secundiani, Quarti, Victoriani. Verum de Secundiano movetur quaestio, num alius statuendus a Secundino, qui in MS. Epternacensi refertur. Porro MSS. Rhinoviense et Richenoviense habent: In Africa Secundiani, et additur Quarti in Richenoviensi. Interim in praefatis Martyrologiis

A *Martyrologiis supra indicatis non est nisi Secundianus in quatuor MSS. et in unico Secundianus. In MS. Parisiensi Labbei, absque palæstra Africa, memorantur nomina Quarti, Secundiani, Proculi et Maximi, loco Maximini. Eadem leguntur in MS. Augustano S. Udalrici, sed loca Secundiani, vitio anaannensium eraratum Sebastiani. Denique in MS. Aquisgranensi illa troduntur: In Africa Victoris, Secundini, Quarti. Ex his Victor spectat ad Syros aut Medialanenses Martyres, inter quos hoc die est Victor; nisi sit Victorianus, qui horum Afrorum Martyrum est socius, idem, omis-*

sa palæstra, indicantur apud Grevenum in Auctario Usnordi. In MS. Tamloctensi sunt nomina Secundini, Quarti, Victorini, Januarii, Madiani, Alexandri, Maximini, Adacti. Item Affronindis et Pali, forsitan loco Afraniani et Proculi; imo et Eutherii, ab aliis non indicati. Galesinius, citato fallacissimo suo MS. ista profert. Romæ beatorum Martyrum Victoris, Quarti et Isidori. De Victore duplici egimus, a quibus tertius Victor sequenti die refertur in Porto Romano passus. De S. Isidoro etiam agemus sequenti die.

DE SANCTIS MARTYRIBUS VICTORE, NEMORE, FELICE, RUSTICO,

G. II.

MEDIOLANI IN INSUBRIA.

XIV MAJI

Dedimus die vi hujus mensis quam plurimos Martyres Mediolani passos, et diximus ex S. Ambrosia urbem Mediolanensem possidere populos Martyrum, ex quibus hosce quatuor arbitramur ad hunc usque diem supervisse, ac tunc gloriosum certamen martyrii subisse. Hos antiquissimum Martyrologii Hieronymiani opographum Epternacense ita recenset. Mediolano Victoris, Nemoris, Felicis, Rustici. Eadem sunt in aliis tribus ejusdem Martyrologii apographis: sed qui hic Nemoris est, in Lucensi et Blumiano scribitur Namoris, in Corbeiensi Parisiis excusa Timoris. In Appendice Adonis apud Mosondrum et Rosweidum legitur Camoris, ubique servata eodem modo secundu et tertia syllaba: a qua deflectit Notkerus, dum ista scribit. Mediolani Victoris, Naboris, Felicis, Rustici: arbitratus forsitan hos esse illustres fumæ Martyres Naborem et Felicem, Mediolani xii Julii passos, a quibus hos alios arbitramur. Interim in MS. Richenoviensi traduntur passi hoc die, Mediolani Victor et Nabor. At, Nemore seu Nabore amisso, tres alii in MSS. Romano Cardinalis Barberini, Trevirensi S. Maximini, et Adone Leodiensi S. Laurentii ita indicantur: In Mediolano Vi-

Nomen Nemoris varie scriptum,

ctoris, Felicis, Rustici. Duo ultimi, palæstra omissa, memorantur in MS. Pragensi, et cum palæstra in MS. Florario.

2 Adjunguntur in plerisque MSS. trecenti seu quadraginti quatuor, qui cum S. Cyrico passi sunt, tamquam dictorum Martyrum socii fuisseat; imo in MS. Vaticano, num. 5949 signota, adscribuntur Mediolano trecenti quatuor Martyres. Verum in antiquissimo MS. Epternacensi, post velatos Martyres Mediolanenses, dicuntur alibi trecenti quatuor Martyres, qui cum Cyrico passi sunt. Sed hi sunt qui Tarsi in Cilicia, aut, ut alii habent, Antiochiæ passi sunt cum S. Cyrico, seu Quirico et Julitta matre ejus, xvi Junii. Ad hunc enim diem in dicto vetustissimo MS. Epternacensi ista legatur: Antiochiæ Cyrici et Julittæ matris ejus et aliorum cccciv. At loco Cyrici in variis MSS. legitur hodie Cyriaci. Hinc etiam Cyriacus inter Martyres hujus diei refertur in MS. Aquisgranensi, et Auctario Greveni ad Usuardum.

3 Memoratur etiam hoc die translatio S. Victoris Mauri Mediolani o Galesinio, Molano, Ferrario, cujus Acto dedimus viii Aprilis; quod indicare volumus, ne in unum cum hoc Victore confletur.

E Non sunt jungendi 304 aut 404.

S. Victoris Mauri translatio.

DE SANCTA AUGIA

G. II.

MARTYRE APTÆ JULIÆ IN GALLIA.

XIV MAJI.

Apta Julia, urbs antiqua Galliarum Narbonensis et Episcopalis, in hodiernum Provincia ad Carvelonem fluvium, ab Aquis-Sextiis sua Metropoli versus Occasum, et Avenione versus Orientem media itinere sita, præter varios suæ Ecclesiæ Episcopos Sanctis adscriptos, et S. Martinum sive Martianum Abbatem, Divosque Elzearium et Delphinam, habet plures alios: sed horum fere ignota corpora possidet in crypta inferiori altaris majoris Ecclesiæ. Unius prodit nomen Saussayus in supplemento Martyrologii Galliani ad hunc xiv Maji his verbis: Aptæ Julii Wlgiensium sub Metropolitana Cathedra Aquensi, natalis est S. Augiæ Martyris pro Christi lege et gloria, in supremo quem subiit agone laureatæ: cujus sacrum corpus, in summa æde Aptensi jam pridem conditum, perpetuam habet illic venerationem; decerptis tamen ex pretiosa gleba aliquibus particulis, quæ Aquis-Sextiis magno cum

Memoria apud Saussayum,

honore reconditæ asservantur. Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum, qui non sunt in Martyrologio Romano, ad hunc etiam xiv Maji ista habet: Aptæ in Gallia S. Augiæ Martyris, et in Notis addit: Ex Tabulis Ecclesiæ Aptensis, ubi corpus ejus conditum est, et magnam habet venerationem. Extant illius monumenta MSS. ex quibus eam ex Salebrona seu Sabrona familia fuisse liquet. Alii illam Aquis-Sextiis quiescere putant. Noctenus plura non potuimus assequi: nec opere pretium putamus operosius inquirere, in ejusmodi MSS. monumenta: quis enim valde antiqua out consideratione digna æstimabit ea, per quæ Salebronæ familiæ iaseritur Sancta, verosimiliter passa sub Imperatoribus ethnicis, adroque haud paucis seculis prius, quam ex gentes occuparunt Gallias, a quibus Salebronæ nomen primum loco oloni, deinde passidenti eum familiæ esse coepit? quod ultimum credi non debet factum ante seculum xi.

et Ferrarium.

DE SANCTIS MARTYRIBUS ALEXANDRO, COLUTHO ET BARBARO,

G. II.

CONSTANTINOPOLI HONORATIS.

Horum trium Martyrum meminerunt varii Græcorum Fasti, ac primo MS. Squaxarium Constantinopolitanum, Parisiis in Collegio Claromontano Societatis Jesu adservatum, ista ad hunc XIV Maji habet: Eadem die certamen sanctorum Martyrum Alexandri, Coluthi et Barbari. Celebratur eorum solennitas in æde S. Irenes ad mare. Eadem leguntur in MSS. Menæis Mediolanensibus bibliothecæ Ambrosianæ signatis littera O et numero 148, et aliis Divinioneis Petri Francisci Chiffetii. In hisce additur distichon, quo indicatur illis fuisse capita abscissa.

Τρίων συνάλλων τετραμήνας κάραις
Τρία Τριάς τίθησιν ἄξια σέβην.

Capitibus abscissis trium certantium

Tres Trinitas dignas coronas contulit.

Subjungimus Acta aliqua cujusdam S. Barbari militis, cujus corpus Methone in Peloponneso sepultum est. Sed num ille idem sit qui cum hisce sociis; quorum ibi non fit mentio, Constantinopoli colitur, nequimus pro certo dijudicare, proinde ab hoc illum sejungimus. Existimamus autem Venetos, apud quos excusa Menæa sunt, cum propriam Sancto isti diem ignorarent, hunc accepisse, quo ex iis discebant aliquem hujus nominis Martyrem commemorari a Græcis.

XIV MAJI.

B

DE S. BARBARO MARTYRE

METHONE VENETIAS TRANSLATO.

G. II

XIV MAJI.

Memoria in fastis variis.

Methone urbs Messeniæ in ora Australi Peloponnesi, etiamnum emporium celebre, Mondon nunc dicitur, Leunclavio aliisque Mutone et Muthone. Hac in urbe S. Barbarus seu Barbarus, sub Juliano Apostata martyrio coronatus aut saltem depositus, celebratur ad hunc XIV Maji in variis Martyrologiis. Ferrurius in Catalogo generali ita hunc diem auspicatur. Methonæ in Peloponneso S. Barbari Martyris sub Juliano Apostata; cujus corpus Venetias translatum est. Addit in Notis: Ex Martyrologiis Maurolyci et Galesinii, quibus Tabulæ Ecclesiæ Venetæ, quæ corpus habent, consentiunt. Maurolycus Abbas Messanensis ista scribit: Methonæ S. Barbari Martyris, sub Juliano post varios cruciatus decollati, nunc Venetiis tumulati. Quæ eadem leguntur in Calendario sive Ephemeride historica Constantii Felicij Urbini anno MDLXXVII excusa. In Ecclesia et diocesi Venetiarum colitur officio Ecclesiastico, et dicitur corpus esse in Ecclesia S. Laurentii. Galesinius loco Peloponnesi Thraciam posuit his verbis: In Thracia S. Barbari Martyris, qui multiplici varioque martyrii certamine nobilitatus, Juliano Imperatore, acerbissimo Christiani nominis adversario, coronatur. In Notis asserit, ejus sacras Reliquias, Venetiis in Basilica S. Laurentii reconditas, pio cultu asservari. Richardus Wülfordus, in Martyrologio anno MDXXVI Anglice Londini excuso, ista habet: Muthone festum S. Barbari Martyris et nobilis Ducis, sub Juliano Imperatore plurima eaque crudelissima tormenta passi, quando plurimi fuerunt conversi, et potissimum S. Bacchus Dux, ejusque servi SS. Callimachus et Dionysius. Joannes Grevenus Carthusianus Coloniensis in Martyrologio Usuardi, plurimis a se additionibus aucto et Coloniæ anno MDXXV et MDXXI excuso, aliqua illi illata tormenta ita indicat: Civitate Muthonis S. Barbari Martyris: quem Julianus Imperator suspendi fecit, ventremque ejus gladio radi, donec interiora diffuerent. Curatum deinde ab Angelo jussit rotæ alligatum circumduci, igne supposito oleoque superfuso. Sed cum nec sic læderetur, extensus nervis taurinis cæditur: deinde camino ignis et bove æneo superatis capitis obruncatione martyrium complevit. Hæc ibi. Alia plura

edita sunt in Martyrologio Germanico Petri Canisii sæpius recuso: in quibus etiam dicuntur, Bacchus et duo milites Callimachus et Dionysius ad Christi fidem conversi et capite plexi.

2 Ante hos Martyrologos vixit Petrus de Natalibus, qui Venetiis Plebanus Ecclesiæ sanctorum Apostolorum scripsit Catalogum Sanctorum, eumque absolvit anno MDCCLXXI, postea ibidem in insula Æquilia, nunc destructa, Episcopus creatus. Hic optime assequi potuit, quæ in Basilica S. Laurentii de S. Barbaro aliisque Martyribus asservabantur monumenta, eoque edidit lib. 4 cap. 170. Verum possunt hæc Acta apocrypha et fide indigna æstimari, non tantum ob multiplicia miracula, per quæ sanctus inter tam varia tormenta illasus aut mox sanatus fuisse narratur: sed maxime quod apud antiquiores scriptores aut Martyrologos nulla reperitur horum mentio, quodque nec locus nec modus passionis, cum certiore Juliani historia conveniat. Hæc præfati, ipsa Acta ex dicto Catalogo damus: et addimus, ecclesiam S. Laurentii nunc possideri a monialibus: ad quas rogatus accedere R. P. Daniel Simonetti, cujus utilissima opera, in S. Athanasio aliisque adjectum me profiteor, respondit: Eas a se diligenter rogatas, ut quidquid de sacri corporis ad ipsas translatione vel habent in scriptis vel a majoribus acceptum memoria retinent, communicare vellent; ipsas autem pollicitus quidem omnia prolire fuisse, nihil tamen misisse, ut pollicitæ erant; idque sibi indicium certum esse, quod post multam super ea re questionem nihil potuerint reperire. De variis Sanctorum Reliquiis, ex Oriente Venetias delatis, sæpius egimus: de cultu quoque S. Marci Venetiis ob corpus eo translatum, videri possunt quæ dedimus xxv Aprilis pag. 355 et sequentibus. Colitur etiam xxix Aprilis S. Leo Episcopus, cujus corpus ex Samo insula Venetias deportatum fuit: ubi indicavimus, alia quoque Sanctorum corpora fuisse Venetias translata.

Acta martyrii apud Petrum de Natalibus

12

VIZ APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 82.

ACTA APOCRYPHA.

Ex catalogo Petri de Natalibus.

Barbarus Martyr passus in civitate Muthonis, sub Juliano Imperatore. Qui cum abisset in regionem Francorum

A Francorum contra hostes Imperii, habens Ducem militiæ, nomine Bacchonem, et ille victoriam obtinisset; in ipso bello Barbarus Martyr Christianus miles fuit, qui strenue et viriliter se gessit: quod Imperator audiens, Comitum illum fecit. Post hæc dum Franci peterent singulare certamen, Baccho Dux Barbarum contra Francorum athletam misit, qui protegente se Angelo, in Christi nomine adversarium in duello occidit: sicque Franci a Bacchone et Romanorum exercitu fugati expugnantur. Cum autem Baccho Barbarum propter habitum triumphum ad deorum sacrificia invitaret, et ille se Christianum assereret; Baccho hæc Imperatori nuntiavit. Qui Barbarum detentum, et immolare recusantem, dicentemque se a B. Cyriaco baptizatum, nulla ratione posse deos Gentilium adorare; fecit ipsam Julianus suspendi, et gladio ventrem ejus tandiu rali, donec interiora omnia defluerent. Sed orante Sancto, ab Angelo Gabriele sibi apparente, interiora ejus visibiliter collecta, in ventrem ejus reposita sunt, et scissura ejus consolidata, ipseque depositus permansit incolumis. Quo viso miraculo, Baccho cum duobus militibus, scilicet Callimacho et Dionysio conversi sunt, et in Christi confessione, jubente Juliano, decollati sunt. Deinde sanctum Martyrem fecit rote ferreæ alligatum circumdoci, igne supposito et oleo superfuso. Martyr autem orans permansit inustus: flamma quoque erumpens duos ex Gentilibus interfecit. Post hæc in carcerem Barbarus mittitur: sed apparente sibi Domino confortatur. Mane autem facto eductus, in quatuor lignis extenditur, et nervis taurinis ante et retro caditur. Deinde caminus per tres dies incenditur, ut in eo mitteretur: in quo Martyr Christi septem diebus incombusus omnino permansit, et ex eo quasi ex suavi balneo prosilivit. Missus est postmodum in carcerem, scorpionibus et serpentibus ibidem injectis: quos omnes, ab eis intactus, signo Crucis effugavit. Inde in bove æneo succenso fecit cum Imperator includi: sed ipse ab omni exustione immunis permansit. Bos autem, uti vivus, calorem cum sentiret, mugire et ambulare cepit. Ad quod miraculum multi conversi sunt. Novissime vero, jubente Juliano, capite cæsus est: cujus corpus ab Episcopo Felicio in civitate Muthonis sepultum est, pridie Idus Maji.

ACTORE G. II.
Dicitur Miles
strenuus contra
Francoſ,

quia se
Christianum
proſtebatur,

post varia
tormenta

extra noſtram
tolerata coram
Juliano
Imper.

tandem capite
caſus.

C

DE S. CLAUDIO MARTYRE

ROMA ANTUERPIAM TRANSLATO.

F

Templum nostræ Societatis Antwerpæ, anno MDCLV, insigni auctum splendore fuit; parietibus illud ambientibus, qua parte a scriniario super confessionalia opere nudi usque ad primam contabulationem erant, convestitis candido nigroque marmore: quod cortis intervallo intro recedens, thronos quatuordecim explicat, recipiendis totidem Sanctorum corporibus destinatos. Die ergo xxv Julii instituto solennis per urbem processio est, quæ ab arde Cathedrali in nostram deduxit Lipsantheas tridecim, alibi opportunius describendus. Vacabat adhuc decimus quartus locus: quod animadvertens R. P. Guilielmus de Haël, huc Flandrobægiæ Provinciæ antea bis Prepositus, a quo S. Pontiani Romani Martyris haud ita pridem acceperamus, complere voluit beneficium suum, et quod anno MDCL pariter Roma acceperat S. Claudii corpus adjungere ceteris. Utrumque miserat Assistentiæ Germanicæ Procurator P. Laurentius Koler, impetratum ab Illustrissimo Innocentio X Romani Pontificis Vicesgerente Alexandro Episcopo Aletrino,

Corpus cum
corpore S.
Paultiani
Martyris

extractum
an. 1650
e Cœmet.
Calepodii,

CENSURA.

Franci, quorum occasione Barbari virtus enituisse hic dicitur, debebant ultra Rhenum, et teste Zosimo lib. 3 uno cum Alamannis et Saxonibus ad Rhenum situs urbes xl ceperant et devastarant, anno Christi cccly, quo Julianus ab Constantio Augusto est Cæsar creatus, et Galliis præfectus; anno autem sequenti ccclyvi cum Constantio Consul factus, Coloniam, a Francis ante menses decem captam, recepit; et annis sequentibus pacem cum Francorum Regibus fecit, uti ipsemet gloriatur ad Senatum populumque Atheniensem perorans: iisque similia habent Ammianus lib. 16 et 17, et Libanius Orat. 15. Verum toto eo tempore pro Christiano se gessit Julianus, proinde summa hic primum occurrit lacorum temporumque confusio. At forte post mortem Constantii, anno ccclyxii, quando Julianus primis quinque mensibus fere fuit Constantinopolis; alicubi in Thracia, uti Galesinius scripsit, tormenta passus sit S. Barbarus; et corpus ejus laniatæ subductum, Methonemque delatum ac sepultum fuerit. Hoc si dicas, totam primum Legendæ hujus partem expungis, e Galliis in Thraciam Martyrium Barbari transferens. An autem subsistere saltem secunda pars poterit? Nec hæc quidem. Constat enim Julianum, nunquam palam sævisse in Christianos: quæ autem clam fecit Antiochiæ et olibi, tenebris sacrilegorum mysteriorum fuerunt occultata. Quare referenda hæc sunt, quæ circa æque commentitium S. Cyriaci Episcopi Hierosolymitani Martyrium ad diem 1 Maji diximus; et omnino tenendam, si sub Juliano pro fide subit mortem Barbarus, id alia prorsus, quam hic describitur, ratione factum. Dicamus igitur, de S. Barbaro nihil haberi verosimili scriptura aut ratione probatum, præter titulum martyrii, sub quo Methonensibus fuerit in veneratione, cum illuc appulerunt per quos translatum corpus Venetias est: cetera merum esse otiosi alicujus cerebri somnium, quælibet subinde expedit conspicienda proponi etiam in hac opere, ut contraria juxta se posita elucescant magis, clariusque appareant, quantum sint ea quæ subinde rejicimus, nolentes primi esse in protereadis ad lucem fabulis, quæ hoc tenus lene delituerunt, quando satis est ea indice censura natasse ad cautelam, si quis forte in eas imprudens offenderit.

Sed Julianus
contra Fran-
cos pugnans
adhuc erat
Christianus

E

et postea pa-
lum in nemi-
nem sævire
fidei causa.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 83 **

translatum
1656.

DE SANCTIS ABBATIBUS PACHOMIO ET THEODORO

APUD TABENNENSES IN THEBAIDE.

D. P.

§ 1 Acta utriusque a ferme coævis scripta : cultus apud Græcos et Latinos.

AN CCCKLIX
ET CCCLXXIIBS. Pachomius
Sozomeno
alisque
laudati

Illustris prorsus apud magni nominis scriptores, inque monumentis sacris, seu Græcis seu Latinis, sed in illis potissimum, est Pachomii memoria. Sozomenus *Historiæ suæ Ecclesiasticæ* Cap. 14, viros illustres sub Constantini magni Filii Monasticen in Ægypto professos recensens, hæc de Pachomio scribit: Per idem tempus ibidem (in Ægypto videlicet) philosophati sunt Pambo, Heraclides..... Pachomius denique, qui Tabennensium monachorum auctor atque institutor fuit. Dكتورorum deinde monachorum habitum postquam descripsit, ita ait: Et Pachomium initio quidem solum in spelunca philosophatum esse dicunt: postea vero divinum Angelum ei apparentem monuisse, ut juniores monachos colligeret, et una cum illis versaretur. Nam illum quidem in Philosophia monastica semetipsum probe exercuisse: tempus nunc esse, ut congregationibus præsidens prodesset plurimis. Eos autem regendos esse regulis, quas ipse dedisset. Porro tabulam dedisse ei dicitur, quæ etiamnum custoditur a monachis. *Hinc regulam Pachomii pergit describere, ac proseguitur: His legibus discipulos suos instituit Pachomius, vir humanissimus, Deoque admodum carus, ita ut futura prænosceret, et cum Angelis sæpenumero loqueretur. Eadem fere omnia de Pachomio tradidit Nicephorus Hist. Eccles. lib. 9 c. 14.*

et Theodori
Acta scribit
monachus
fere coævus,

2 Acta ejus et dilectissimi discipuli ac demum successoris Theodori (quem *Ἁγιοποιῦντος* id est Sanctificatum appellat identidem Episcopus Ammon in Epistola mox indicanda) descripsit quidam Tabennensis monachus, ætate suppar, qui num. 61 scientiæ suæ fontem indicans, Nos quidem, inquit, hæc scribentes virum sanctum, in vivis degentem, non contempimus, sed alios ejus temporis, qui ipsi superfuerunt cognovimus, et hi nobis ei, quæ certo noverant, enarrarunt sigillatim. Idem num. 59 loquens de S. Athanasio, tanquam eo qui tunc, cum narrato gerebantur, sedem obtinebat, quamvis non semper tenuerit saepe expulsum, videtur insinuare quod scripserit post mortem ejusdem Athanasii, cuius etiam exemplo, serventis vitam S. Athanasii, ad similem diligentiam se impulsu fatetur num. 62; imo et post mortem Orsiesii, quem num. 95 ait, defuncto Theodoro, consolatoris a S. Athanasio saper tam caci capitis amissione accepisse, ac deinde fratres in pace gubernasse longo tempore, ita ut is videatur usque ad annum circiter CCCLXXXI vivendo pervenisse: plurimum enim rerum ocalutus testis, haud dubie nominatim allegandus fuisset plures, nisi obisset prius quam acta scriberentur. Idem deinde auctor, manum iterum scriptioni admoventis, ea collegit quæ Paralipomena appellare placuit, et a nobis dantur post Acta præmemorata; sicuti etiam descripta habentur in MS. Ambrosianæ Bibliothecæ Mediolani sub N littera num. 141 in folio, quamvis in MS. Florentino Bibliothecæ Medicæ S. Laurentii in antiquissimo codice plutei xi num. 1x (unde primum omnia descripta habebamus, paucis exceptis paginis, quas partim ex Vaticano, partim ex Ambrosiano sumpsimus) interponeretur Ammonis Episcopi ad Theophilum Papam Alerandrinum epistola. Hanc maluimus postremo loco dare; tum quia serius scripta est (non enim ante annum CCCLXXXVII sedere capit Theophilus, juxta Chronographiam Theophanis,

post an. 381.

ut et Pa-
ralipomena
de iisdem;deinde Ammon
Ep. ad Theo-
philum
Patriarc.

et Sedem tenuit totis XXVII annis: tum quia potissimum agit de solo S. Theodoro, ad quem Fabrorum in Pabau tunc Præfectum adductus Ammon monasticum habitum sumpserat, audivitque primo sui ingressus die, quæ narrat ut dicta, eo anno nonnihil ad finem vergente, quo renuntiatus Cæsar est Gallus, qui et Constantinus Junior est dictus, ut ait num. 4, id est anno Christi CCCL annos tunc solum natus XVII, post annos autem tres reversus in Ægyptum, deinde Alexandrinæ Ecclesiæ Clericus ordinatus a S. Athanasio. Nichilo tamen minoris, si non et majoris auctoritatis censendus hic scriptor: quippe qui non diu fere attingat, quam quibus interfuit, cum gererentur; vel audivit ex iis qui gesserant.

3 Latuit hæcenus postremum hoc opusculum: quod si nobis satis notum fuisset cum S. Athanasii vitam scriberemus, non pauca de eo subministrasset notatu dignissima, quæ in Appendice ad tomum primum Maji, Lector inveniet hinc excerpta, vel saltem strictim indicata. Priora duo operi passim in manibus monachorum fuerunt: quorum aliqui solus S. Pachomii historiam ex iis in unum unius Vitæ contentum collegerunt non uno modo. Tale nactus Dionysius Erignus, Abbas Romanus, qui sub annum DXXX floruit, Latine reddidit, quomodo extat in Vitis Patrum sæpe recensis, ac novissimè etiam a nostro Heriberto Roswido illustratis: alium, aliquanto strictiorem verbis, sed rebus amplioem, in suo MS. *Vitarum Græcarum Codice* invenit Aloysius Lipomannus, atque a Gentiano Herveto Latinitati donatum. sexto tomo de vitis Sanctorum inseruit, ex coque ad hanc XIV Maji suo operi inseruit Laurentius Surinus: ubi ad finem etiam leguntur hæc verba: Rogo autem eos, qui hæc legunt, ut fidem habeant huic narrationi. Si quis vero ex iis, qui legent, de iis quæ dicuntur ejus precibus, accurate interroget, dicens, Undenam vobis scriptoribus fuit harum rerum cognitio? recordetur eorum, quæ a nobis dicta sunt superius, quod ea ex sanctis Patribus cognovimus. cum accurate examinavissimus. Ipse enim beatus Pachomius sæpe narrans Fratribus ea quæ pertinebant ad eorum utilitatem, eis quoque suas aperuit cogitationes, et abunde docuit, quemadmodum pro unaquaque petitione orare oporteat. Non solum autem eis, sed omnibus etiam advenientibus monachis suadebat credere in Christum Salvatorem, et cum diligere, et seipos conservare a turpibus cogitationibus, et carnis voluptatibus: et fugere vanam gloriam; et orare sine intermissione, ut se invicem diligerent. Pluribus certe documentis spiritualibus ex SS. Pachomii, Orsiesii atque Theodori ore acceptis plena sunt hæc Acta, ideo omnibus vitæ spiritualis magistris utilissima: ex quibus qui postmodum Synaxaria texerunt sua singuli hauscrunt elogia, vix tamen absque navis per nimiam collectorum festinationem admistis, utque ad hoc solum observandis ut intelligatur, quanti referat ex ipso fonte haurire intemeratam veritatem, per plurimum ora calamosque nimis quam facile alterabilem.

4 Primum et alios omnibus quæ novimus antiquius, quod ad calceam primi tomi Majalis exhibuimus, jussu Basilii Imperatoris collectum de S. Pachomio ita loquitur ad diem VI Maji: S. P. N. Pachomius, persecutionis tempore comprehensus, et in custodiam traditus est. Rudior autem cum esset, et fidei do-

E

Acta vitæ
solus Pachomii
ex iisdem
sumpta.

F

Elogia in
SynaxariisBasilii Imp.
ad 6 Maji,

etrinam

A
 AUCTORE D. P.
 cetrinam non satis perciperet, Deum, ut necessariam sibi de ea notitiam concedere ne gravaretur oravit. Apparens itaque Angelus omnem ei veritatis doctrinam exposuit. Cumque finem deinde accepisset persecutio, liber e custodia dimissus, in deserta Ægypti loca perrexit, vitamque sectatus est solitariam. Ad eum vero virtutis apicem attigit, ut Angelico dignatus consortio, ab eorum uno formam omnem habitumque monachorum proprium edoctus acceperit. Ex eo igitur tempore Angelica Pachonii Regula, quæ ad monachorum conversationem pertinet, tradi est cepta. Post hæc cum plurima in Dei gloriam condidisset monasteria, nec pauca prodigiose patrasset, Deoque ad extremam usque senectutem in omnibus fidele exhibuisset servitium, lætus ac gaudens ad eundem evolavit, æterni in oculis regni hereditatem, et vitam adeptus immortalis et sempiternam. *Hactenus Menologium istud, in quo primum corrigas oportet causam, ex qua in custodiam datus est Sanctus: non enim ill factum religionis, sed militis ergo; ad quam detecti juvenes sub fidei cantela ducebantur Alexandriam, transmittendi in Italiam; in quibus et Pachomius fuit: deinde dimissus, cessante, non persecutione, sed bello, quo urgente fuerat detectus habitus. Denique plurima, quæ dicitur condidisse monasteria, restringi debent ad septenarium numerum, prout ipse Sanctus coram Constantiniana Synodo professus legitur in Actis n. 71.*

et MS.
 Claromontano ad 15.

B
 C
 5 Synaxarium Claromontanum, cum de Pachomio eadem iisdemque verbis et cum iisdem mendis proposuisset ad diem VII Maji; rursus infra hunc titulum præfert. Eodem mense die xv. Memoria S. P. N. Pachonii (quæ etiam hujus præsentis mensis die septimo præscripta fuit) et Theodori Sanctificati: deinde utrique terit hoc prolixius elogium. S. P. N. Pachomius natus est in Ægypti Thebaide inferiore, fuit magni Imperatoris Constantini temporibus. Parentes habuit idolorum cultores et adoratores; cum quibus in idolorum fanum aliquando ingressus, templi custodem sic eos ultro compellantem audivit: Anovete procul hostem deorum, qui templum hoc incolunt, infensissimum; daemone, cui sacrificia offerebant præsagiente, ut solet, futuram ejus virtutem. Sed et de vino, quod diis libatum fuerat, quodam tempore cum gustasset, nauseam passus, quidquid sumpserat rursus evomuit. Maturiore deinde natus ætate catalogo militari inscriptus est. Verum exiguo admodum tempore militiam secutus, ea valere jussa, in superiorem sese Thebaidem contulit. Tum sacro etiam Christi lavaero expiatus, solitariae vite sectator extitit, et in secretiora deserti loca se penetravit. Ubi haud procul a loco quem Tabennesim nuncupant, voce ad eum cœlitus delata admonitus, loci quem dixi opportunitatem didicit. Cumque non pauci ad ejus sese institutum adjunxissent, monasterium illi condidit. Secutis porro temporibus inter alios plures, ejusdem vite capessendæ avidos, B. Theodorus quoque Sanctificatus adfuit. Qui Pachonii tum discipulus, tum imitator effectus, pariter cum magistro suo virtutum omnium et rerum admirandarum splendore effulsit. In illud autem, per egregiam pravaram passionum victoriam, divinæ contemplationis culmen uterque devenit, ut animarum ex hac vita migrantium status, et futura æque ac præsentia hominibus sanctissimis innotescerent, quæ aliis ipsi subinde prædicere non dubitabant. Antequam autem e vita sanctissimus Pachomius discederet, imito monachorum, qui ad ipsum ingenti multitudine convenerant, numero virilis sexus reperti sint mille quadringenti. E quo illud ambigi nequit, hominem eum fuisse divina omnino virtute præditum, et ad cujus perfectionem vix alteri cuiquam detur pertingere. Neque deli-

ciarum ille unquam, aut eorum quæ carnem spectant commodorum (quibus tamen adeo multi, qui sua omnia Dei causa reliquerunt, tanto desiderio iuhant) rationem ullam habuit, sed abstinentiam solam et vitæ asceticæ labores spectare unice solitus, omnes qui ejus diligentius mores et normam vivendi contemplantur, in sui admirationem rapiebat, qui et Angelicam viri conversationem omnino sibi imitandam proponebant. Mortuus deinde in Christo, sepulturæ honorem eodem in loco assecutus est. *Hæc de Pachomio et Theodoro, quod Parisiis commo-datè accepimus, Synaxarium. In quo non satis placet Thebaidi Inferiori adscribi Pachonium: potius ad Superiorem referendus erat, quemadmodum ad Actanum. 2 notabimus.*

6 In excusis Menæis eadem eodem die xv leguntur, sed in titulo solus ponitur Pachomius, de quo est reliquam diei officium cum Canone, cujus hæc est acrostichis:

Παχόμιος τὸν αἶνον εὐκρίτως πλέω.

Pachomio laudem rite cano.

Theodoro autem, in iisdem Menæis, simile cum Officio tribuitur dies xvi, et Canon præscribitur, secundum Acrostichon hujusmodi factus:

Ἦρον Θεοῦ σε δόρον Παχόμενον.

Donum Dei te cano Sanctificatum.

Ubi vides non tantum alludi ad etymon nominis, sed etiam ad cognominis notionem: quod iterum fit in disticho, elogium ejus præcurrente,

Δῶρον σε θεῶν Θεόδωρε δεικνύει

Ἐν Ἀγίοις Ἄγιος, Παχόμενος.

Donum Dei divinum, Theodore, te monstrat,

Qui Sanctus in Sanctis est, o Sanctificate.

Elogium perbreve est, his conceptum verbis: Beatus hic legem Dei meditans, totusque purus effectus, apparuit vas utile et sanctificatum Deo, cognominisque non minus veri, quam magni appellationem promeruit, ut Hegiasmenus, id est Sanctificatus, nuncuparetur. Magno igitur Pachomio contubernalis et moribus similis, tabernacula Æthiopum, ut cum divino David loquar, perterrefecit; et tanquam in ecstasi capita eorum contudit; multumque pro virtute desudans, ad bravium pervenit, omnem morbum omnemque infirmitatem ab hominibus pellens. *Nescio quem hic Psalmorum locum respiciat auctor: sensum ejus explicatum video in Strophe tertia Odes quartæ, quæ sic habet; Tabernacula Æthiopum, collectiones demonum, patientiam et humilitatem tuam formidaverunt et indefessam tuam in vigiliis perseverantiam, o dignissime laudari.*

7 Typicum Græcorum circa S. Pachonii cultum hoc solum notat XII Maji: sciendum, quod ab hodierno die incipiamus legere vitam S. Pachonii. *Ex quo intelligi potest per aliquot dies sancti hujus memoriam celebrari solitam quotidiana vitæ ejus recitatione, forsitan et Officio, quod tamen Typicum non præscribit, ut faciunt citata jam Menæa impressa. Quid autem est quod diversis adeo diebus notatum occurrat S. Pachonii nomen? Synaxarium siquidem Basilii Imperatoris, nec non Medicæum, Taurinense, Chiffletianum et Mazarinianum diem Maji VI: Claromontanum VII et XV, item XV Menæo excusa cum MS. Mazariniano et Combefisiano, S. Pachonii venerationi assignant. Decimo autem quarto mensis Pachon secundum Ægyptios, id est (ut Dionysius Exiguus interpretatur) secundum Romanos ad diem VII Id. Maj. sive IX Maji, mortuus et sequenti die sepultus est, prout Græca Acta fidem faciunt. Inter Latinos, sed ad hunc XIV Maji, primus eum Sanctorum Fastis adscripsit Beda, cum hoc elogio: II Idus Maji S. P. N. Pachonii: qui cum esset factus Apostolica gratia insignis, fundatorque Ægypti cœnobiorum, scripsit monasteriorum regulas, quas Angelo dictante didicerat, simul et de tempore*

D

quando ipse
 in Menæis
 officium
 habet,

E

Theodorus
 autem 16,

F

In Typico
 notatur Pa-
 chomius 13:

mortuus 9:

Latinis fa-
 stis adscri-
 ptus 14.

A pore Paschali : quæ sit transcribere Usuardus, Ado, Nokterus, Rabanus ; paucisque mutatis eadem hodierno, Romano Martyrologio inseruit Baronius, citato perperam Menologio Græcorum, eo scilicet quod compilavit Sirletus, ibi enim non ad XIV, sed ad XV notatur memoria S. P. N. Pachomii Tabennesiotæ, additurque ei Eodem die Theodori Sanctificati encomium : quem tamen, ut dixi, Menæa excusa, una cum MSS. Mazarinianis duobus, referunt ad diem XVI, quando etiam in Calendario Coptico apud Seldenum notatur nomen Theodori, filii Pachomii ; licet ipse in Actis dicatur mortuus in die mensis Pachon, qui XXVII Aprilis respondit Baronius, nescio quo auctore, Romano Martyrologio Theodorum inscripsit XXVIII Decembris. Nobis autem visum, quorum conjuncta habemus Acta, etiam memoriam tractationemque conjungere, hoc quo primus a Latinis colitur die, unicuique relinquendo libertatem indagandi causas tam varii cultus.

Theodorus
olius diebus
refertur.

Pachonii
corpus in
Portu Veneris.

B Restabat ut de sacris eorumdem corporibus dicerem aliquid ; sed volentem factus defecit. Nam de Theodoro quidem nihil lucteus vel legi vel audivi : de Pachonio vero hec solum scio, quod Portus Veneris in Liguria, ultimus fere Hetruriam versus, deposito ejus gloriatur, veluti quod illuc non humana prudentia, sed divina providentia ; non arnigeræ classes, ut gloriosi Præcursoris cineres, sed propitia divini Spiritus aura ad oras illas appulit, quemadmodum od Vitas SS. Veneri et Pachonii Italice abbreviatis testatur Julianus Lamorati, ipso in loco Presbyter. Si is qui nobis primom libri partem misit propter S. Venerium, R. P. Joannes Stephanus Fliscus, Genuensis Collegii superioribus his annis Rector, tam felix fuisset ut alteram libelli partem rogatus mittere, reperire post diutinam perquisitionem potuisset ; sciremus forsitan totius Translationis historiam. Sed necdum despero saltem in Appendice dandam plenioram notitiam ; idque vel ex libello tandem reperto, vel ex ipsius loci antiquioribus monumentis, ad quæ conquirenda idem Pater omnem nobis addidit operam, jam non uno in casu probatam.

not. 10

§. II. Tabennensis et vicinorum monasteriorum situs : ætas Pachomii et Theodori.

Palladius Helenopolitanus Episcopus, Historia Lausiacæ cap. 150, agens de Superioris Thebaidis monachis, quos sibi videre non licuit, Barbaris regionem totam usque ad Lycam urbem infestam habeatibus, Quid, inquit, dixerit aliquis de Superiori Thebaide, quæ est per Syenem, in qua sunt viri valde admirabiles et multitudo monachorum infinita, quorum non crediderit aliquis vitæ instituta, ut quæ vitam humanam superant. Hæc, et quæ sequuntur alia, de Tabennensibus S. Pachonii discipulis passim scriptores intelligunt ; et merito : sed idem per illa ipsa quæ citamus verba eo etiam trahuntur, ut Tabennam sibi putent quærentiam ad Syenen, atque esse insulam credant Elephantinæ nomine notiore antiquis ; qua ratione ad extremam usque Thebaidem et Æthiopia Blemmyarumque barbarorum confinia abeunt. Primus videtur hoc fecisse Abrahamus Ortelius in sua Ægypti antiquæ Tabula, ita e regione adnotans, Tabennam hanc insulam posterioribus temporibus appellatam credo : inde Tabennesiotas monachos vocant primitivæ Ecclesiæ scriptores, quorum olim hic ingens multitudo, Secutus Rosweidus noster, sine alio adjuncto, Tabennam insulam appellavit in Tabula, Vitis Patrum præfixa. Habemas Palladii historiam Græco-Latinæ impressam : sed illius 151 capitis textus Græcus excidit. Haud tamen omnino difficulter videtur nobis sensum ejus colligere posse ex prævia ad Lausiam epistola, ubi promittit de iis scribere, cum quibus versatus est in Ægypti solitudine, et in Lybia, et Thebaide,

Tabenna ex male intellecto Palladio

C

ad Syenem locata a scriptoribus

et Syene, sub qua sunt etiam qui dicuntur Tabennesiotæ. Græce ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον ἐρήμῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Θηβαΐδ:, καὶ Συήνῃ, ὅθ' ἦν καὶ οἱ λεγόμενοι Ταδεννοσιῶται. Cum enim Syene ; teste ipso Palladio cap. 43, sit Principium Thebaidis ; distinguens Thebaidem et Syenen velut duos provincias, videtur nomine Thebaidos simpliciter sumpto intelligere eam quæ alias Thebais inferior nuncupatur, et Syenen accipere pro Thebaide superiore : capite autem 150 utrumque conjunxisset, appellando Thebaidem superiorem quæ est infra Syenem, ac Græce scripsisse. Τί δὲ λέγῃ τις περὶ τῆς ἀνω Θηβαΐδος, τῆς ὑπὸ Συήνης.

D
AUCTORE D. P.
sita fuit in
Superiori
Thebaide,

10 Quid autem opus est conjecturis ? Habemus testem oculatum in sua Epistola Ammonem, qui num. 7 ubi de Tabennesiotarum monasterio primum loquitur, dicit ad Tentyritem Nomum pertinere : antea autem num. 1 agens de monasterio Bau, sive Pabau, quod ordine foundationis secundum, dignitate et amplitudine primum Tabennensibus fuit, uti loco non uno testantur Acta, dixerat illud in Nomo Diospolitano superiori situm esse, alias Thebano : nam Diospolis minor infra Tentyritem est cum suo Nomo. Nomos autem seu Præfecturas Ægypti enumerans Plinius lib. 5 cap. 9 consequenter Tentyritem nominat et Diosopolitanam, sed hunc non nisi unicum, ut incertum sit utrum intelligat superiorem an inferiorem, cum medius utriusque Tentyrites fuerit ; quo posito satis apparet, quomodo Tabennesis et Pabau, quumvis ad diversos pertinentia Nomos, tam sibi vicina esse poterint, quam indicant Acta num. 55, dum aiunt, quod Theodorus, Tabennensi monasterio præfectus a Pachonio, in more habuerit, ut diebus singulis sub vespere, rebus Tabennæ compositis, in Pabau se conferret, auditurus ibidem sermones, quos de rebus divinis proponebat Pachomius ; quosque ipse deinde ad suos in Tabenna monachos reversus exponeret, priusquam illi se ad somnum capiendum conferrent, adeo ut vix amplius intervallum esse utrumque potuerit quam mille passuum. In eodem etiam utriusque Nomi confinio, qua Nilus a suo versus Orientem fletu retortus in Occidentem, de novo cursum suum versus Boream instaurat, notat Ortelius Isidis sacram insulam, ad quam ex utroque littorali monasterio commode potuerunt quotannis transire Fratres, ad colligendos pro storeis juncos, uti solitis facere indicant Acta num. 15 et 33. Et hujus quidem insulæ occasione a prædictis vetericis insula creditur Tabenna ; sed Acta, etiam ut sunt apud Rosweidum et Lipomanum, satis clare designant insulam a monasterio diversam. Nostra autem primitiva num. 3 Pachonium a cella Palæmonis magistri sui, quæ inter Panopolim et Chenaboscia fuisse intelligitur, non ad aliquam insulam, sed ad vicum quemdam desertum, Tabennesin nomine, pervenisse dicunt, in solitudinem longias aliquanto progressum. Atque ita si reliqua consideres monasteria, quæ Pachomius condidit vel gubernanda suscepit, invenies sursum quidem non adeo multum profecisse Sanctum, quippe qui ultra Lotopolitanum Nomum non scitur progressus ; sed magis se extendisse versus inferiorem Thebaidem, ubi juxta Panopolim aliud monasterium jam ante struxerat : discipulus autem ejus Theodorus post magistri mortem etiam ipsam inferiorem Thebaidem penetravit, duobus monasteriis erectis circa Hermopolim.

in confinis
Tentyranis
et Thebanis
Nomi :

ex adverso
Insulæ sacrae :

F

cetera autem
monasteria
ferè infra
Thebas.

11 Cetera quæ passim in hisce Actis occurrunt, cum duorum præceptorum monasteriorum satn, non intra Nilum sed in ejus ripa dextra collocatorum, congruentia nihil attinet hic congerere : quia nihil clarius efficaciusque ad probationem adduci potest, quam Ammonis de locis sibi notissimis testimonium. Accedit tamen huic etiam Serapion Tentyranus Episcopus, quæ S. Athanasium, visitationis causa usque ad ipsam Syenam progressurum, per sææ ducesseos fines deducens, cum valisset Tabennesiotarum monachorum cætum, obviam

Tentyranus
quoque Episcopus
pellit
Pachomium
Presbyterum
ordinari
monachis sææ
ducesseos,

A *Archipresbiteri suo egressorum, num. 20, eadem dixit, Monachorum in hoc loco Patrem habeo, insignem Dei famulum; cupio itaque vehementer ut omnibus eum monachis, intra curam meae limites versantibus, Patrem esse jubens et Presbyterum. Antea autem dictum fuerat, quod constituto eisdem Trutyran Episcopi, quidni etiam auctoritate? curaverit ut in pago quodam deserto, prope Tabennam, ecclesia erigeretur, ad quam, Sabbato et Dominico quovis die, pauperes et vicinia Pastores verbum Dei audiendi causa convenirent.... eratque in ecclesia illius et peregre advenientium necessitates tandem intentus Pachomius, donec Presbyter aliquis advenit, qui hoc munus digne perageret. Sicuti autem hoc experimento viri sancti zelum et ad animarum curam idoneum spiritum cognoscens probansque Serapion, cogitavit de eo ad Presbyteratum promovendo: ita huic periculo subducere se volens Pachomius, videtur inductus, ut cum sola Tabenna non jam amplius caperet numerum monachorum, essetque in alium locum nova deducenda colonia non in Trutyran sed Diospolitano Numma eum numeret, eo locumque etiam ipse commigraret; ita futurus extra Teutyran Episcopi jurisdictionem, ut tamen a discipulis sub ea relictis non longe abesset.*

etque Patri-
chis vicinar
curam relin-
quit.

Eundem
Actu viden-
tem aucto-
ris fuisse im-
perante Con-
stant. Mag.

ita annos
natus 25
cepisset col-
ligere mo-
nachos:

id enim ex
certo nota
etate Theo-
dori sequer-
etur.

B *Eodem Actu initio ac finem S. Pachonii, atque adeo totam ejus aetatem clarissimis valentur definire characteribus: dicitur enim num. 2, viginti eum fuisse annorum cum in terram adscriptus numerum trahebatur ad militiam, quae ei Christianae fide cognoscenda amplectendaeque occasio fuit: hoc autem factum esse eo tempore, quo regnavit Constantinus Magnus et adversus Tyrannum quendam bello contendens (Maxentium eum fuisse oportere) eundem debellavit: cuius victoria, exenti Octobri anni cccxii relata, nuntio in Aegyptum delato, dimissus illic in superiorem Thebaidem properavit, et in Chenobosciorum ecclesia baptizatus, ad Palmyram Anachoretam, hinc longe a Panopli commorantem, se contulerit, atque apud eum sese exercuerit, donec in Tabennensi vico jussus est monasterium condere, atque ad eam disciplinam venturos homines efficere monachos, acceptaque ab Angelo regula informare. Hoc autem ex jam passito principio debuisset fecisse vix non plus quam quinto a sua conversione, aetatis ut summum vigesima sexto. Nim cum Arianae Impietatis fama ab Nicarna synodo damnatae penetravit in Thebaidem ad aures Theodori (penetrauit autem uti mox apparebit ante mortem Alexandri, quinto post synodum mense et anni cccxxvi initio defuncti) octavum inter monachos annum jam agebat Theodorus. Etiam, secundum Ammonis Epistolam num. 5 et 6, abductus ille ad Pachonium est, cum esset tredecim annorum adulescens; et attigerat vigesimum et secundum aetatis annum, quando ea circa Pachonium orantem vidit, quae ibi narrantur; ac septimo post die a quibusdam hominibus Alexandria peregre advenientibus didicit qualem de unigenito Dei filio opinionem proferrent Ariani, jussusque est oblatum sibi in visione lumen sequi: hoc autem id ei imperantis, interprete Sancto Pachonio erat Christus, qui per Alexandrum Alexandrinorum Episcopum loqui non cessat. Adeo ut Theodorus notus circa annum cccv, debuisset fuisse factus monachus anno cccxviii. Non fuit autem ipse unus ex primis Pachonii sacris, utpote in Pachonii notitium adductus per Latopolitanaum monachum, eo audiente fratribus suis exponentem, quae is dicebat se audivisse ab hominum omnium quos noverat sanctissima, Patre scilicet Pachonio, qui in Tabenna magnam monachorum, pulchras in Christo progressus facientium, multitudinem congregat, uti habent Acta num. 24. Eodem deinde num. 77 indicant mortem Pachonii accidisse eo tempore, quo sanctus Archiepiscopus Athanasius, magna sua et Dei gloria a Comitatu in Ecclesiam suam revertebatur, anno*

scilicet cccclix, quando S. Antonius aetate jam erat supra modum protracta, utpote annorum xcviij juxta Chronotaxim Vitae ejus a nobis deductam xvii Januarii. Annos igitur solum lvi vivendo explevisset Pachomius, et senis titulus, toties et tributus in Actis, honoris solum fasset, non aetatis.

D
et obisset
et. an. 57.

13 Ceterum annorum xxvi hominem, annis solum quinque in monastica exercitatione versatum, rem tantam exorsum, quanta est tot monachorum collectio, non usque adeo fortasse miraberis, legens in Aprili nostro od ii diem in supplemento Historico ad Acta S. Francisci de Paula depositiones testium, Conventus Paulani in tua referentium od annum mcccclvi, quando nos demonstramus annos duodecim natum fuisse sanctum illius auctorem, qui ex tunc cepit adsciscere socios in ejusdem habitus vitaeque communionem, suumque novum Ordinem vult ab Archiepiscopo Consentino confirmationem post multa experimenta anno mcccclxxi, cum unum aetatis egeret xxxiii. Adderem ex die xii Maji, et Vita S. Epiphanius a nobis deducta num. 11, exemplum S. Hilariensis; quem ibidem censui, annos aetatis dumtaxat xxii habuisse, quando de Syria et Aegypto ad eum certatim populi confluebant, ita ut multi in Christum crederent et se monachos profiterentur. Sed quia S. Hieronymus, alias fere aetatis hoc vitae annos expresse numerat, ibi autem non simpliciter dicit, quod Hilariensis viginti et duos jam habebat annos, sed addit in solitudine, ut aliunde magna appareret necessitas restringendi haec verba Hieronymi ad aetatis annos; libenter eum locum mutaverim, sic ut primus hic cepit innotescere et alios ad se venientes excipere anno xxii solitudinis suae, qui fuisset annus Christi cccxxx, vitae vero suae xxxviii: quibus ex hoc sequi debent, quod Epiphanius prius aliquamdiu quam cum illo contraheret amicitiam, solitarius in patria sua vixerit ab anno cccxvi.

sicut S
Franciscus
de Paula
et un 19
exorsus est
primum suum
Conventum

At S. Serapion
cepit solum
an. aet. 38

14 Sanctus, quem dixi, Franciscus de Paula, etsi tam juvenis cepit, non tamen initio illo plures quam tres eremitice vitae socios habuit, lentisque progressibus crevit novella plantatio intra unius eremitorii Paulani angustias, usque post obtentam ab Archiepiscopo Pyrrho confirmationem: sed neque postea, quamdiu in Italia fuit Sanctus (fuit autem usque ad annum aetatis xliii) plus quam tria, eremitoria potius quam monasteria, ordini etiam a Romano Pontifice approbato accessere, Religiosorum numero non valde aucto. Ast Pachomius, statim ut cepit, tantam multitudinem monachorum collectam habuit, ut opus fuerit eandem per plurima contubernia sub variis Praefectis et Praefectorum vicariis partitam habere: neque diu fuit, quin etiam ad nova monasteria oportuerit colonias ducere monachorum: quae omnia ab uno summo capite et Patre in spiritualibus temporalibusque pendebant, cum subordinatione prorsus admirabili, quae videatur exigere maturioris longe aetatis virum quam ex proposito superius calculo posset fuisse Pachomius. Adde quod auctor Actorum, non solum Constantini Magni tempore, sed etiam jussu conscriptos, atque post victoriam dimissos trones dicit: quod nulla ratione potest consistere cum veritate: quia Aegyptus non venit in potestatem Constantinam ante extremam de Licinio victoriam, partam anno cccxxiii. Quare si, eodem contra aliquem tyrannum pagante, in militiam abreptus Pachomius est; factum id fuit jussu Maximini, Aegypto tunc imperantis et Christianis persequentis; qui in auxilium amicissimi sui Maxentii Romae regnantis, contra ipsum Constantinum copias illas collegerit; transmisissetque in Italiam, si de tyranno victa non advenisset in tempore nuntius.

rem autem
multo ma-
jorem ag-
gressum
Pachomium
non fuisse
seniorem,

F

hoc effica-
citer probant
Acta hic in
aliquo corri-
genda:

15 Cum ergo sic nequeamus eximere auctorem nostrum ab aliquo errore; sed debeamus excusare scribentem uno fere post Pachonii conversionem seculo, quod militiae, cui is adscriptus est, circumstantias non omnes calluerit:

ubi si pro-
leptum ag-
nosces in
tunc Imper-
ratoris,

calluerit:

A calluerit: nescio an non meliori jure possimus præsumere, erratum esse aliquid in iis ipsis circumstantiis, quæ faciunt ut unus vigesimus S. Pachomii videatur componi debere cum anno *Æræ* vulgaris cccxii; maxime si inveniri possint aliquæ, quibus substitutis, ipsius Constantinii jussu conscriptus sit miles, et tamen Pachomius anno cccxviii, quo Theodorum recepit, majorem multo ætatem habuerit. Ad has inveniendas viam suggerit in Chronographia sua Theophaues, anno Diocletiani xii. Incarnationis cclxxxviii secundum Alexandrinos, qui secundum nos est cccxvi, quod, cum Achillem *Ægypti* invasorem Diocletianus Alexandriæ prostravit, socius expeditionis aderat Constantinus, Constantii filius, prima juventute conspicuus et bellicorum facinorum laude jam præstans: qua Diocletianus inspecta, motus invidia, necem dolis machinabatur: Deus autem præter opinionem servavit et patri reddidit incolumem. Posito autem quod Achilles fuerit tyrannus iste (neque enim quemquam nominant Acta) contra quem collecti in Thebaide tyrones devorabantur in *Ægyptum* nun cum Pachomio; dici poterit Constantinus, tanquam Tribuus militum vel uti aliquo militari munere fungens, delectum illum imperasse, licet non suis sed Diocletiani auspiciis. Ita solum erraverit auctor in titulo Imperatoris, præmutare enim nomen Constantinii addito: qui est facillimus et maxime excusabilis error: neque mirum fuerit natum in Superiori Thebaide Pachomium tunc adhuc ignorasse mores et nomen et legem Christianorum, quod post persecutionem Diocletiani, plusquam xvi annis continuatam, vix posset videri credibile.

16 Pachomius autem anno cccxvi vicennis, anno cccxviii egerit aetatis suæ annum xlii: quæ justa omnino et matura est ætas quantumcumque magno regimini: carperit autem in constructum a se monasterium Tabennesi adsciscere socios, statim post Maximianum a Licinio victum, persecutionesque finitas anno cccxiii; postquam sub Palæmonis disciplina egerisset annos x vel xii, ceteros vero propriæ exercitationi in vico Tabennesi cum fratre Joanne, demundatæ sibi cælitus ædificationi intentus cum eodem minus ipsam probante, nec in multorum receptionem facile consensus; quorè eum Deus ad se recepit, uti narratur in ea quam Dionysius Eriguus Latine reddidit Vita, et nostris Actis insertum reperies num. 10. Eodem loco inducitur Pachomius querens, quod ob dilatandæ fabricæ studium reprehensus a fratre prædicto, iracundiæ motum adhuc persensit, postquam tanto tempore in ea vita se exercuit, et ita animum ad virtutem comparavit: quod de triennio aut quadriennio exercitationis monasticæ haud satis commode intelligeretur, cum ipse probandis tironibus, antequam ad interiora monasterii adsciscerentur, integrum triennium præscripserit, ut habes ex Palladio in notis ad cap. 2 litt. k. Eadem ratione, ante susceptionem Fratrum in Tabennesi et sedilia ad somnum cupiendum assumpta juxta Regulam, facile invenitur quidem illi anni, quibus num. 9 dicitur Pachomius sic solitus somnum capere in cellule suæ medio, super lapidem aut aliud quidpiam considens, sic ut ne parieti quidem tergum admovere sustineret. Denique eadem ratione obierit annum agens lxxiv, neque honoris tantum, sed etiam ætatis causa toties in Actis suis fuerit Senex vocatus. Ceterum, quantum ab ejus justa ætate detrahit sententia, initia monachatus Pachomii referens ad tempus rebellantis contra Constantinum Maxenti; tantum eandem excedit auctor Bedæ supposititii, nescio ex quo fonte, sic scribens: Apud Thebaidem S. Pachomii Abbatibus, tempore Arcadii et Honorii Imperatorum etc. Horum enim ita simul sumptorum tempus numerari incipit a Patris Theodosii morte, obita anno cccxcv; et tamen jam supra demonstratum est, quod sanctus Abbas vitæ suæ ultimum annum habuit eum, qui numeratur vulgaris *Æræ* cccxlix.

17 Ad Theodorum quod attinet, ut dixi, circa annum ccciv natus, totis xxviii annis fuerit Pachomio junior; quem cum Abbatem in Paban pro Orsiesio invenerit Ammon eo anno, quo renuntiatus Cæsar est Gallius, ut ait num. 4, id est Christi eccclii, oportet ut inter Pachomii mortem et renuntiationem Orsiesii solum intercesserint anni duo, non autem quinque, ut videntur indicare Acta num. 83, egeritque Theodorus tempore ejusdem renuntiationis annum ætatis xlvii. Post annum autem cccxliii S. Athanasio revisenti Thebaidem occurrit ferme sexagenarius, alacritate ea quam laudavit Sanctus, et describitur Acta num. 65. Obiit denique anno cccxviii, ut colligitur ex epistola S. Athanasii, super Theodori morte Orsiesium solantis, relata num. 95, in ejus fine is sibi gratulatur, quod Paschæ et Pentecostes solennitates animo securo agere potuerit: hoc ipso indicans præcedenti anno id sibi non licuisse, persequentibus scilicet eum Valentis Præfectis. Etenim initio anni cccxvii, id est post indictum Tarseuse Concilium (ut ex Sozomeni lib. 6 cap. 12 colligit Hermant in Annotatione ad cap. 16 lib. 11) edictum grave prodit de pellendis Episcopis, sub Constantio relegatis et sub Juliano restitutis: quod cum Alexandriam quoque mittendum curasset Eudocius, Ariannus Constantinopolitæ Episcopus: iterum fugere coactus Athanasius, totis quatuor mensibus in paterno monumento delituit, teste Socrate; adeoque nec Pascha nec Pentecosten agere in ecclesia sua potuit, donec facultatem ad eam redeundi fecit Valens, ceteros nihilominus Orthodoxos Episcopos modis omnibus verans et oppugnans; ut magno divino beneficio adscribere potuerit Athanasius suam per festa prædicta securitatem. Celebratum est autem Pascha dicto anno cccxviii, die xx Aprilis, adeo ut mors Theodori ii die mensis Pachon, id est xxvii Aprilis, incidere in Octavam Paschæ, quod optime convenit cum relatis num. 93. Ibi enim dicitur, quod ægrotaans Heron, medio Paschate, id est hebdomada sancta, cæperit ad mortem tendere: cujus oculus cum Sabbato clausisset Sanctus, et secundo deinde mane in Domini-gaudii, ipso scilicet lætissimo die Paschæ, mortuum terræ mandasset; post aliquot inde dies Theodorus ipse cæpit ægrotare, cum prius Fratres, qui ex omnibus monasteriis ad Pascha celebrandum conveniant, dimisisset, puta Feria iv Paschali: obiit autem, cum pro ejus vita totum triduum frustra orasset Orsiesius. Neque tardum videatur Athanasii officium, non nisi post Pentecosten (quæ tunc in viii Junii incidit) scribentis. Credibile est enim eum usum occasione Fratrum, ab Orsiesio Alexandriam missorum, et inde redeuntium confectis negotiis, quibus facile potuerunt insumi hebdomades aliquot donec Pentecoste transiret. Annum igitur ætatis suæ lxxv agebat Theodorus cum moreretur, eoque justior fuit Fratrum pluctus super eo, cui ab ætate magistri sui Pachomii integrum fere decennium deerat quo vivere potuisset.

18 Gennadius Massiliensis de Scriptor. Eccles. cap. 8 Theodorus, inquit, Presbyter, successor et gratia et Præposituræ Abbatibus Pachomii. Si Presbyterum Ecclesiasticæ Ordinationis titulo intelligit, uti ea vox sumitur a Latinis, erravit insigniter: nihil enim de tali Ordinatione Theodori usquam legitur: imò num. 18 expresse dicitur, quod inter Pachomii discipulos nemo ad Ecclesiasticos Ordines promoveretur, ipso judicante hoc in canonicis perniciosum esse et senem ambitionis. Itaque ad sacra sibi faciendum ultorato e vicinia Presbytero Tabennesi uti malebat: si quis autem sibi jungeretur jam ordinatus, eum, excepta sui gradus reverentia, nulla in re habebat erimum. Invenit alicubi Gennadius Θεόδωρος τῶν πρεσβυτέρων id est senioreum diuini, respectu scilicet Theodori Alexandrini seu Politici, qui etiam ipse magni nominis inter discipulos Pachomii fuit, sed serius adjunctus, ut vocari junior etiam potuerit. Theodorus porro Senior scripsit, teste Gennadio ubi supra,

D
AUCTORE D. P.
Theodorus
natus anno
304

obiit anno 368

E

Dominica in
Abbis.

F

An etiam
Presbyter?

Scriptis epi-
stolas:

cum juvenis
Constantinus
in *Ægypto*
fuerit anno
296,

potuit Pachomius tunc
fuisse vicennis, et cepisse
socios adsciscere an 31;
at suæ 38,

cum annis 18
se exercuisset
solus,

et obiisse
an. æt. 74

A *supra*, ad alia monasteria epistolas, Scripturarum sanctarum sermone digestas : in quibus frequenter meminuit magistri et institutoris Pachonii et doctrinæ ejus et vitæ proponit exempla, quæ ille ut doceret Angeloadministrante didicerat ; simul et hortatur ad permanendum in proposito cordis et studii, et redire in concordiam et unitatem eos, qui post mortem Abbatis discessione facta a cœtu semetipsos absciderant unitatis. Sunt autem hujus exhortationis epistolæ tres : quarum unam esse illam, quæ in Bibliotheca Patrum vocatur, Doctrina atque tractatus P. N. Orsiesii, sub quo etiam titulo habetur in codice Regularum Holstenii, existimat Franciscus Birarius in opere de veteri monachatu lib. 3, cap. 6, § 2. Conveniunt ei quidem omnes ex laudes, quas Theodori epistolæ Genuadius tribuit : et ex Actis num. 83 constat, ab eo, jam Orsiesii Picario, reparatum fuisse schisma, quod Monchosensis Hegumenus Apollonius inducere cœperat, res sui monasterii seorsim a ministerio magui seu generalis Oeconomii agere et habere volens. Sed cum ipse Orsiesius aliquamdiu solus sustinuerit perturbatorem illum et complices ejus ; quidni vere hoc ejus potius quam Theodori opus fuerit, esto ipsum sit diversum ab eo quod prædictus Genuadius laudat, velut librum divino conditum sale, totiusque monasticæ disciplinæ instrumentis constructum : in quo, ut simpliciter dicam, inquit, totum pœne vetus et novum Testamentum, compendiosis dissertationibus, juxta monachorum dumtaxat necessitatem, invenitur expositum, quem, vice testamenti prope diem obitus, suis Fratribus obtulit. Liber hic utinam conservatus sit usquam, et aliquando in lucem veniat ! nam illa veteris ac novi testamenti perpetua expositio, quæ in prædicta epistola nequaquam invenitur, non posset non esse utilissima monachis et rerum oeticarum studio.

§ III. Cœnobialis vitæ seu perfectioris Monasticæ initium et exemplum an a S. Pachomio acceptum ?

Regularum Codicis, sæpius a nobis laudato et laudando, Romæ typis multo prius recuso, quam impressionis istius curator Eruditissimus Lucas Holstenius excederet e vitæ ; non tamen nisi post mortem ejusdem vulgato, pro Præfatione ampla, quam ille animo designaverat, præfata est Præfationis materia, prout eam ex adversariis τοῦ μὲν ἀρχαίου describere licuit, sicut Typographus ad lectorem præfatur. Quis eam aliasque utilissimas operas eodem spectantes Typographo navavit, nihil attinet quærere ; satis est scire, eruditorum omnium Mercenatem notissimum Franciscum S. R. E. Cardinalem Barberinum, sacri Collegii Decanum, id commendasse vivo, cujus notæ et pluribus experimentis probatæ eruditioni fidebat plurimum. Hic Dissertationis Proœmialis materiam, e schedis postumis Lucæ Holstenii, in quatuor divisam capita sic exorditur. Frustra sunt qui verum et perfectum monachismum Christianismo vetustiore faciunt. Ejus in veteri testamento figura potius quam forma, præsentia totius quam exempla reperiuntur. Anachoresis Eliæ, hujus et Elisæi discipulorum convictus, Nazaræorum et Recabitarum instituta, tum si quæ occurrant alia hujus generis, videri possunt quedam quasi rudimenta gratiæ, monachos facere exordientis. Essenii quoque, quorum Hebræi meminerunt ; uti et quos Philo libro proprio describit (quamquam hos S. Hieronymus fuisse Christianos putat) multis, ut palam est, differentiis a monachorum instituto discrepabant. Indicat Metaphrastes initio Vitæ S. Pauli Eremitæ, non defuisse primis duobus Ecclesiæ sæculis multos vitæ monasticæ professores... verum ut alia multa Ecclesiastica monumenta illorum temporum, sic

memoria distinctior primævitæ illius vitæ Regularis Diocletiani flammis, quibus Christiana tabularia conflagnarunt, abolita fuerit : ex his certe quæ supersunt monumentis, ætati Constantini Magni vitæ regularis initia imputanda sunt : tunc scilicet per Ecclesiæ pacem ea perpetuari sine interpellatione, dilatari sine obstaculo potuit... Ex hoc tempore duo laudabilia distingui monachorum genera cœperunt, solitariorum et communiter viventium... et miscbantur in illis principiis hæc duo plerumque, ut iidem ex eremo in cœnobium, ac vicissim e vita communi in solitariam transirent. Quamquam hæc cur multis experimentis esset deprehensa periculosior, cœpit præ illa cœnobitica celebrari disciplina ; præsertim post editam a Pachomio Regulam, exceptam dictante Angelo, quam Latine Hieronymus transtulit.

20 His verbis absolvitur Caput primum Index istius præliminaris. Capite secundo explicatur Propagatio monachismi ex Ægypto in omnes terras : Capitis octavi tertii hoc initium est. Ex hactenus dictis, ubique de multitudine colentium vitam monasticam in utroque sexu, facile cuipiam, vetera ex præsentibus æstimanti, persuadebitur fuisse, primis illis temporibus, diversos et certo caractere discriminatos monachorum ordines, prout postea institutum, præsertim in Mendicantibus, quorum universæ, quamvis late sparsæ familiæ, sub uno peculiari capite, certis et cuique propriis officiis ac legibus Deo militant. Valde fallor, si jam tum primis sex septemve sæculis iste usus invaluerat. Certe vestigia mihi quidem non apparent : qui quocumque intueor, uniformem ubique monachatus rationem, facilem ac promiscuum invicem transitum, mutuumque commeatum professionum et cœnobiorum cerno... Nihil autem adversus hanc uniformitatem instituti monastici, præscribit Regularum hoc codice relatarum numerus et diversitas. Etiam illæ a singulis, ut præsens usus poscebat. Patribus scriptæ, aliorum similia cupientium studiis descriptæ, in commune proponebantur, ut ex his quique, pro locorum et nationum differentia, vitam uniformi, quoad præcipua, disciplina temperarent. Primaria sane et quasi fundamentalis, Evangelium erat : illa inquam Christi consilia, quæ castrare seipsum propter regnum cœlorum, quæ abnegare se et crucem tollere, quæ patrem et matrem, uxorem, agros propter Christum relinquere, quæ vendere patrimonia et dare pauperibus, sicque nudos Christum sequi suadebant. Regule particulares nihil nisi illius primæ ac universalis regulæ applicationes aut declarationes, locis aut personis plerumque aptatæ, habebantur... Hæc disputari pluribus debébant. Verum metus erat ne in contentionem res abiret... certorum quippe hominum, quos abundare in suo sensu facile sinimus, obnixa in contrarium armataque studia noveramus, cum quibus rixari nunc quidem nolumus.

21 Hactenus vel suis ipse verbis Holstenius, vel alius propriis, sed ex Holstenii mente deductis.

Orba parente suo quicumque volumina ab ipso Suscepit tumulo, meritoque in luce locavit.

Nos quoque eodem contentione fugiendarum studio, nunc quidem explicare cum illo nolumus, quid nonnullis ante Christum, quid aliis quibusdam post eundem vitæ solitariæ cultoribus defuerit ad perfectum monachatum. Ut autem præmissa omnia transcribere eus hoc loco, duplex movit causa. Primum ut clarius intelligatur justiorque apparat ea, quæ hactenus sumus usi, caute, circa sex septemve primarum sæculorum Sanctos, ad statum monasticum quomodo locumque pertinentes, nullum peculiaris Ordinis seu Religiosi instanti characterem eisdem aptando. Altera, quia sententiæ Holstenianæ, quæ vivis eruditis et nulli contententium parti obnoxii passim probatur, vitæ Regularis initia referenti ad Magni

an eorum una opus quod extat sub nomine Orsiesii?

Lucas Holstenius aut ex ejus mente alius,

perfecti monachismi initia

ad Constantini M. ætatem refert,

eumque inditum dicit,

licet sub variis Regulis,

tamquam unius Evangelicæ declarationibus,

et quod initia monachatus laudamus hæc Acta,

A Magni Constantini tempora; omnino consentit Actorum S. Pachonii auctor, tam antiquus, ut fidem solus facere possit, cum dicit in Prologo, quod extremae persecutionis tempore (quae Diocletiano et Maximiano imputatur, etiam postquam hi sese ipsos Imperia abdicarunt, in qua et Petrus Archiepiscopus, Alexandrinus passus est) monasteria coepta sunt extrui, et ascetarum habitacula in vitae innocencia et rerum omnium abdicacione fundari: idque, ut ait ipse, exemplo potissimum S. Antonii. Ascetae clarissimi et in omni virtutum genere excellentis, cuius ea fuit vitae ratio, quam et magnus Elias et Elisaeus et Joannes Baptista quondam tenuerunt.

ubi in Joanne et aliis agnoscitur vitae solitariae exemplum,

22 Sed uti S. Joannem Baptistam, ob eam quam in eremo tenuisse scitur vivendi normam, recte quidem dixeris monachorum novi Testamenti Principem, Ducem, Magistrum, Normam, et plus quam monachum, propter virtutum monachis maxime propriarum excellentiam, licet ipse nullum collegerit caetum monachorum, quibus religiosa et propria nunc status monastici vota professis, ipse cum titulo et potestate suprema praesederit, regularem vitae normam praescripserit, imo nec ipse fuerit monachus, in ea qua nunc monachi appellantur acceptione; sic neque Elias neque Elisaeo quidquam puto ab Holstenio detrahi eorum, quos ipsis Patres concedunt, titulorum, dum verum perfectumque monachismum Christianismo negans vetustiorum, solum in iis agnoscit rudimenta gratiae, monachos facere incipientis. Sua enim res omnis, non solum naturalis, sed etiam moralis initia habet; ab eo quod paulatim efficiuntur, dissimillima.

B

23 Hoc vero sic a me dictum ne perperam interpretetur aliquis, ipse me explico, et nomen monachi dupliciter accipi debere dico. Primo id quod ipsum importat nomen, ut intelligatur Monachus esse, vitae a mundano strepitu rerumque temporalium cura reductae sectator, hujusmodi vitae propositum seu votum externa aliqua habitationis, victus, vestitusque, a vulgari mundanoque discrepantis, singularitate professus. Secundo Monachus dicitur, et nunc fere solum intelligitur is, qui cum externorum abdicacione rerum propriae etiam voluntatis arbitrium abdicavit, ut fiat membrum alicujus religiosi caetus, sub obedientia viventis, cum obligationis perpetuae vinculo, quantum ex sua quidem est parte, insolubili. Quoniam autem utrumque hoc monachorum genus, appellatione nominis non distinxerunt antiqui, infinite logomachiae data nonnullis materia est, a qua qui subducere sese volet, poterit primos vocare Monachos simplices, quales etiam hodie multi sunt et nunc passim vocantur Eremitae; secundos, Monachos Religiosos, quales nunc sunt soli Claustrales, aut qui sub Claustralis Superioris obedientia extra coenobium solitarii vivunt, iisdem quibus coenobitae votis adstricti. Primis haud dubie, non item secundis, sic accensetur non tantum S. Joannes Baptista, S. Paulus Eremita, et quotquot alii ante Antonium solitudinem incolaverunt, viventes in ea solitarii, aut cum uno alterove comite habitantes arbitrata proprio, a nemine, publicam ad hoc potestatem habente, suscepti, nec cujusquam obedientiae insolubili nec obligati; sed etiam ipse S. Antonius, usque dum, potestate ab Alexandrino Patriarcha tacite vel expresse accepta, ex discipulis a se institutis cepit habere aliquos, sibi vel immediate vel mediate ut Superiori subjectos.

quod secuti, omnes quidem dicti sunt monachi;

sed non omnes fuerunt monachi religiosi;

C

24 Tales an S. Antonius habuerit ante S. Pachonium merito dubites; ante cum certe non habuit veros perfectosque coenobitas, quorum illum auctorem et institutorem primum ipsemet S. Antonius fuit in hisce Actis, num. 76 sic loquens: Quo ego primum tempore monachum eripi agere, nullum usquam extabat coenobium, in quo de aliorum salute cura aut metus cuiquam erat: sed quisque veterum monachorum, persecucione jam finita, privatim exercebatur: po-

quales sunt Coenobitae, a Pachonio primum instituti,

stea vero Pater vester (Saccharum alloquitur, Pachomii discipulum) tantum bonum Deo adjuvante effecit. Alius quidem ante, cui Aote nomen, voluit tale ministerium suscipere: verum quia non ex toto corde ei rei studuit, successu conatus ille caruit. Neque hoc tantum Pachomius praestitit, ut intra unius monasterii septo magnam colligeret monachorum multitudinem, sub uno Capite communiter victurum (quod et Antonius in sua Montis exterioris monasterio, et Ammonius in Nitria, et Serapion in Palastina, et alibi alii ad imitationem Pachonii fecerunt) sed etiam ut plura ejusdem formae ac regulae monasteria, sub unius communis Patris (Generalem nunc dicemus) colligere regimine; id quod in Occidente primi Cluniacenses, deinde alii atque alii fecerunt, ac postremum Mendicantes Religiosi. Addidit etiam tertium quiddam, quod, tanquam plenum difficultatibus fere insuperabilibus, consequentiam et imitationem apud alios quam Tabennesiotas non habuit; ut septem monasteria virorum quae ipse formavit, quaeque usque ad decem Theodorus auxit (praeter tria vel quatuor monasteria mulierum) uni, majoris in Paban monasterii (Economia, omnem manuum laborem penderent, ab eo, ne vicissim acciperent omnia ad victum et vestitum necessaria, uti ex hisce Actis patebit, ubi propterea num. 81 tota Tabennesiotarum Communitas vocatur Coenobium. Res omnino stipenda, quaeque praeter alios omnibus Aegyptiaci monachatus mirabilibus celebratur: quod testatur Hieronymus in Vita Marcellae, ad xxxi Januarii, ubi ait num. 5, quod ab Athanasio Papa, qui persecutionem Arianae haereseos declinans..... Romam confugerat, vitam B. Antonii adhuc tunc viventis, monasteriorumque in Thebaide Pachonii ac Virginum et Viduarum didicit disciplinam. Ut autem ea melius conservaretur, geminum per unum singulos conventum generalem omnium, qui abesse a monasteriis poterant, instituisse Pachonium, dicitur num. 51.

D AUGUSTO D. P.

et quidem ita ut multa monasteria

unum quasi coenobium essent, E

25 Hinc quinquaginta milia fere hominum passionis Dominicae simul celebrare festivitatem pro suo dixit Hieronymus, in Prologo ad Regulam, ubi ait eos habere per singula monasteria Patres, et Dispensatores, et Hebdomadarios, ac ministros, et singularum domorum Praepositos; ita ut una domus quadraginta plus minusve Fratres habeat, qui obediunt Praeposito, sintque pro numero Fratrum triginta vel quadraginta domus in uno monasterio. Et illi quidem, cum ad Pachonium venit Ivisius Nitriotes, de quo Palladius Hist. Lausicae cap. 7, ter mille viri dumtaxat numerabantur; neque eo vivente plures universim fuisse crediderim, quia omnium usui duo solva sufficiebant navigia, uti dicitur num. 72. Post mortem vero illius, horum quoque numerus non parum est auctus, singulis monasteriis in navium fabricationem intentis, ut habes num. 92, et viduum exacto biennio, cum ad monasterium Paban venit adolescens Ammon, ut scribit num. 1, reperit in eo solo simul congregatos monachos fere sexcentos, qui omnes in monasterii istius medio connumerabantur. Creverat autem hic numerus, cum illa scripta sunt, quae de Vita Pachonii deque Macarii Alexandrini ad eum accessu in suam historiam transtulit Palladius cap. 20 et cap. 38, ad numerum circiter mille quadringentorum virorum: cetera autem monasteria, quae formam eandem obtinebant, erant habitantia virorum circiter septem millia. At vero cum ipse Palladius, Hellenopolitanus annuum jam vigesimum Episcopus, circa annum ccccxviii Thebaidem adiit, Aegypto perlustrata; vidit Ammonem Patrem ter mille monachorum, quos nominabat Tabennesiotas; aucto scilicet plus quam in duplum priori mille quadringentorum numero. Denique cum Joannes Cassianus Aegyptum abiit, aliquot annis post Palladium, creverat multitudo sic ut circiter annum ccccxix scribens de Tabennesiotarum coenobio,

in quibus tandem ultra 50000 monachi,

qui sub Pachonio fuerant 3000

F

a: deinde 7000,

dicat

A *dicat in eo plusquam quinque millia Fratrum sub uno Abbate regi. Tunc vero multiplicatis etiam monasteriis, in quintuplum fortassis aut septuplum, novorum plurium foundatione, potuit ad numerum quinquaginta millium, nariter ad Synaxim Paschalem convenientium (præter eos qui alesse impediuntur) excrecere multitudo monachorum, prout eam censet Hieronymus, ad cuius scripturam ab obitu Theodori xxx anni intercesserant; Palladii autem congressus cum Ammonia decennio et amplius posterior fuit morte S. Pauli, quæ Hieronymus scripturam immediate præcesserat.*

conseruata
etiam in tanto
numero discipli-
na,

26 Ceterum quantumque et quantumque accelerata tot canobiorum una in Provincia multiplicatio haud adeo magnam meretur admirationem, quam quod rigida illa Pachomii disciplina, in numero tam vehementer aucto sic potuerit conservari, quemadmodum Palladio Ammonas retulit. Vitæ enim agendæ institutum etiam tunc dicebat omnibus tale esse, ut n. n. nisi vultu tecto comederent, et se deorsum inclinantes, ne quis proximum comedentem aspiceret; et tantum exercerent silentium, ut viderentur esse in solitudine, nunquam occulte peragente summi vitæ institutum; solum autem specie quadam in mensa sederent, conantes se invicem latere. Aliqui enim semel vel bis manum ori admovebant, tingentes panem vel oleum vel aliquid ex iis quæ erant apposita; et cum de unoquoque obsonio semel gustassent, contenti erant hoc alimento; alii autem panem sensim mandentes, alia autem accipientes citra simulationem sic perseverabant; alii autem iusculum tertantum degustabant, a reliquis autem abstinabant. Cassianus vero lib. 4 de Institut. cap. 1 cum dixisset, Tabennesiatarum canobium, quanto numero populosius emictis, tanto conversationis rigore districtius esse: tanta, inquit, obedientia tam prolixus monachorum numerus omni ævo suo seniori subditur, quanta non potest apud nos uni vel obedire modico tempore vel præesse. Sicut autem hæc toto serrabantur anna, ita singulariter per Quadragesimam crediderim serratam rationem, quam diversam ibi reperit S. Macarius Alexandrinus, viditque alium quidem comedere vespere, alium post duos dies, alium post quinque; alium stare per totam noctem, interdum vero sedere ad opus etc. Vestitus autem formam describit Rufinus de Vita Patrum lib. 2 cap. 3 docens, quod eis usus est indui colobium quasi saccis lineis; et pelle confecta, a collo post tergum et latus descendente, contegi; cucullis etiam caput operiri. Adde crebrum ciliciorum usum sub lebitone seu Levitonario (ita sacrum suum seu collubium lineum appellabant, nostris superpelliceis similem, nisi quod manicis carnerit) quemadmodum de S. Theodoro legitur num. 92. Dum autem ciliciorum monachorum hæc infertor mentio, iurat etiam meminisse Epistole P. N. Pachomii, ad Fratres qui tondabant in deserto capras de quarum filis texuntur cilicia. Quamvis enim Saga cilicia, Erod. xxv, vers. vii, imperata ad operiendum tectum Tiberuli, eaque Erod. xxvi vers. xiv, de pilis caprarum, nemini non sint notissima; inventus tamen est nuper, cui n. n. visum, quod B. Albertum Patriarcham Hierosolymitanum, cuius Acta dedimus viii Aprilis, Philippus Bergomensis dixerit cappam ex Syrico dedisse Eremitis quibusdam a se regulatis, et hoc Syricum docuerim ego ex pilis caprarum contextum, quemadmodum ex iisdem etiam contextur delicatior pannus, nobis vulgo camellotus quasi capellotus nuncupatus. Quod quia in gratiam curiosorum addidi, applicavit ille mihi censuram Canisii, Chytræum hæreticum merico explodentis, quod S. Joannis Baptistæ vestimentum de pilis camelorum Matthæi VI commutaverit in vestem ex Kamelot, Latino Undulotam. Viderint partiarrii ejus qua ut sinceritate factum, mihi est satis ostendisse, tam Syricum a Syria, quam Cilicium a Cilicia dictum, non

et vestitus
rigore,

male ex caprarum pilis contextum dici, sic ut non continuo delicias oporteat suspicari; neque propter menda Parisiensis editionis; anno 1533 curatæ, in quibus pro Syrico; quod habet originalis editio Brixienensis anni 1483, legitur Serico; aut Bergomensi aut mihi impugni debuisse crimen mendacii, ab eis præsertim qui meminisse poterant, alias quoque se redargutos, quod istam male filii editionem sequendo, Sanctorum canonizarum numerum satis imprudenter auissent, velut ex auctoritate Bergomensis, qui nec verbum quidem de illis scripsit, multo minus nuper Canonizatos vocavit, quod est typographi Parisiensis figmentum, tituli præfixi Appendici ad Bergomensis chronicon simplicitatem ingenuum adulterantis.

27 Sed hæc occasione disciplinæ Pachomianæ ad nostram defensionem notasse sufficiat. Magis ad præsens argumentum facit observare, quod omnia istius disciplinæ, quæ dixi superius, monasteria debuerunt fuisse in sola Thebide; nam ut etiam in Ægypto simili fere forma instituta sint alia, non potuerunt illa propter nimiam distantiam in eandem recipi rerum omnium et gubernationis communionem. Monet tamen, quod supra demonstrari et quod in prædicto prologo etiam asserit Hieronymus, Pachomium saltem primum fuisse, qui per Thebaidem cænobiorum fundamenta jecit juxta præceptum Dei et Angeli, qui ad eum ob hanc ipsam institutionem missus fuerat. Idem Hieronymus quando eodem loco Pachomio jungit Theodorum et Orsiesium, Thebaidi quoque jungit Ægyptum, debet intelligi de exemplo, quod inde sumserunt alii canobiorum Patres per Ægyptum; et hoc quo minus credatur ex S. Antonii testimonio fuisse novum et ante ignotum, apud æquum rerum æstimatorem non efficient Acta SS. Juliani et Basilicæ ad XIX Januarii illustrata, et propter antiquissimorum scriptorum auctoritatem (erant enim in iis S. Adelmus Scireburnensis et S. Ado Niemensis, Episcopi, qui ante mille annos floruerunt) vehementer laudata, eoque fidentius tunc recepto quod in Prologo legentur hæc verba: Nos quæ vidimus oculis nostris Sanctorum gesta scripsimus. Cum enim S. Antonius monachus factus sit circa annum ætatis suæ xx, Christi cclxx, ignorare non potuisset sancta monasteria a prædictis excitata, si ea fuerint tam numerosa, ut fuerit Julianus congregationis circiter decem millium monachorum Pater, quod aint Acta num. 10: pro quibus in Mensis indicatur monasterium, in quo præerat duodecim circiter millibus virorum; qui omnes pro fide cremati dicuntur num. 19: et si Basilissa chorum Sanctarum Virgini num. numero circiter mille, ut habetur num. 13, sub sua obedientia regulariter viventium, intra dimidii anni spatium felici morte præmisit ad cælum, persequente Ecclesiam Diocletiano. Qui Januarii nostrum revocabunt ad incudem, alia haud dubie multa invenient, ob quæ non mereantur Actu istu censi primæ fidei, idoneaque ut aliqua majoris consequentiæ assertio super ea fundetur. Idem dictum velim de Vita S. Endociæ ad 1 Martii data, quamvis ex similis antiquitatis Codice MS. et mille annos excedente desumpta. Idem de Passione S. Niconis et sociorum monachorum centum nonaginta novem, xxiii Martii data; juxta quas etiam Trojani tempore in Palestina et sub Imperio Decii in montanis Thraciæ, Gani dictis, monasteria numerosa fuissent. Nam et hæc Vitæ, poeticam potius inventionem quam fidem historicam toto contextu præferentes; severius merentur examen quam hactenus subierunt, quia deprehenduntur, æque ac aliorum nonnullorum Sanctorum Acta, necdum justo appensa libramine, nequaquam esse auctorum tam certorum; quam subinde præferunt fallaces tituli. Si quæ porro tales Vitæ olim nos deceperunt, minus ad veri falsique discrimen exercitos, ea in posterum minus facile fallent; et leviori tunc manu tractatæ, acutiori deinceps configentur obelo; ut cum omitti

E
idque intra
Thebaidem.

Quæ contra
allegantur
Vitæ SS.

F
fabulosæ sunt.

A omitti fortassis non poterunt, ad hoc tantum eas dari sciat lector, quo ad primum qualemque fontem accedatur propius, et juxta ejusmodi umbram clariori luce emileant scripta vere coarvorum sinceriorumque auctorum.

Dionysius de Hierarchia, non est Areopagita,

28 Quod ad libros de Hierarchia attinet (quorum secundus, qui de Ecclesiastica est, cap. 6 fuse de monachis agit eorumque consecratione) movere si solos istos poterunt, quibus poterit persuaderi, Ecclesiasticas omnes ceremonias atque ritus in sacrorum Ordinum collatione Sacramentorumque administratione, tam fuisse distinctos, fixos et regulatos, initio Ecclesie; quam fuerunt deinde quarto aut quinto seculo. Ego libros illos suspicio ac veneror, ut divino spiritu scriptos; et quidquid de ipsis scriptis sit, in quibus auctor se indicat Apostolorum synchronum) istorum saltem librorum compositorem, Magnum Dionysium cum Petario nostro, non Areopagitam appellaverim: atque in hac sententia ipse ille de monachis locus, si alii deforent, me confirmaret; maxime cum in totis illis libris nihil sit, quod tantum eis antiquitatem adscribendam suadeat; omnia vero Theologiae, jam plene constituta, atque (ut sic loquar) scholasticae, ad subtiliores speculationes evagantis, Magistrum absolutissimum arguunt. De Pseudo-derti et sequacium figmentis, quae apud eruditos viros pridem evituerunt etiam in Hispaniis, ubi primo nata, et ab hominibus non indoctis acriter defensa, placuerunt aliquandiu, nihil opus est me loqui; quando certum est eorum auctori hoc unum fuisse cordi, ut placerent quas scripsisset fabulas: hoc autem se assecuturum credidit, tum aliis mediis, tum si quam antiquissima faceret, etiam apud Hispanos, Ordinum quorundam exordia. In quo sane spe sua minime falsum videmus: deficientibus enim ab eorum defensione Hispanis possim aliis, soli fere monachi pro illis velut pro aris ac focis, pergunt pugnare, antesignano quodam Gregorio Argiz, spissos libros verbis, non causam argumentis implente.

B neque dextrina figmentis vim habent amplius.

ACTA

Auctore supparis aevi monacho,

VIDE ACTA GRÆCA

ex MSS. Græcis Codicibus, Interprete P. Daniele Cardono S. J.

PROLOGUS.

De initiis monachatus in Ægypto.

C Factam Abrahamo promissionem præsistit Deus,

a Gen. 22. Ibidem

Dei sermo creantis omnia veritas est: ille, inquam, sermo, quem habuit ad Abraham Patrem nostrum, cum in eo denique sibi plene complacisset, sive cum unigenitum filium suum in holocaustum offerre parato dixit; a Nisi benedicens benedixero te, et multiplicavero te sicut stellas cæli, numero plurimas. Ac rursus: In semine tuo benedicentur in te omnes gentes terræ. Qui enim hæc per servum suum Moysen et Prophetas alios aliquando dixit, idem ille ex semine Abraham homo inter homines apparens, benedictionis hujus promissionem erga omnes gentes opere ipso complevit, cum hæc ad Discipulos verba habuit: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Evangelii itaque doctrina per omnem terram feliciter propagata, factum est divina dispositione, ad majorem fidei, quam in orbem intulerat, probationem, ut Imperatores gentiles non mediocre ubique locorum adversus Christianos concitarint persecutionem. Cum ergo magna omnino Martyrum multitudo, pluribus ac diversi generis cruciatibus ad mortem usque constanter toleratis, interque eos b Petrus, Archiepiscopus Alexandrinus, gloriosam certaminum suorum coronam fuissent

Matth. 28 vocatis ad fidem gentibus:

b

adepti, magnis sane incrementis augeri, et per omnes circa regiones, omnesque insulas, constitutis ubique ecclesiis, diffundi cepit Christi fides. Tunc et monasteria cepta sunt construi, et ascetarum habitacula in vitæ innocentia et rerum omnium abdicatione fundari c. Postquam enim Martyrum d egregiam in perferendis supplicii fortitudinem conspexerunt, qui e gentibus ad fidem et institutum monasticum fuerant conversi, eorum coeperunt vivendi rationem revocare, de quibus dictum est; Egentes, angustiati, allucti, in solitudinibus errantes, in montibus, et speluncis, et in cavernis terræ. Atque ita factum est, ut severo sane vivendi genere, et laudanda plurimum pietate homines sanctissimi sese exercerent; cum dies noctesque non Christum modo crucifixum, sed eos etiam ipsos, quos in tormentis et morte conspexerant Martyres, ob oculos et in exemplum sibi haberent propositos Patris siquidem nostri Antonii, Ascetæ clarissimi, et in omni virtutum genere excellentis, ea fuit vitæ ratio, quam et Magnus Elias, et Eliseus, et Joannes Baptista quondam tenere: quod de Antonio, postquam is e vita migraverat, orbi testatum voluit Sanctissimus Archiepiscopus Athanasius, cum præclare ab eo acta describeret; quibus etiam scriptis sancti Patris nostri e Ammon conversationem complexus est (ejus videlicet qui f primus fuit Fratrum in monte Nitriæ g solitarie degentium) uti et h Theodori, quem vitæ suæ socium Ammon habuit. Non ignoramus autem, quod in labiis tam ejus qui benedicitur, quam qui omnes benedictione replet, gratia ubertim sit diffusa: visitavit quippe terram et inebriavit eam, microrum ex illa auferens et lumenta. Inde profecto admirandi illi Patres, vitæ solitarie sectatores, ubique locorum dicendi sunt extitisse, ut jam ante a nobis dictum est; quorum nomina scripta sunt in libro viventium. Cumque elapsis retro temporibus non ita multi in Ægypto atque Thebaide monasticen fuissent professi, post motam a Diocletiano et Maximiano persecutionem poenitentia gentium ad summum perducta est in Ecclesia Dei, et, Episcopis præsertim ex Apostolorum doctrina ad Deum illas perducantibus, fructus protulit uberimos. Sed et Pachomius quidam extitit in Thebaide, qui parentibus ortus gentilibus, magna supremi Numinis erga hominem misericordia, factus est Christianus; qua in Religione cum non modicum deinde fecisset progressum, monachus evasit in paucis insignis. Istud vero mihi incumbit, ut viri hujus vitam a pueritia omnem enarrare instituiam, ad majorem Dei, omnes undique in admirabile summi evocantis, gloriam et honorem.

D EX MSS GRÆCIS. quæ per ipsas persecutiones magis crescens

c d

ad Heb 11: solitudines implevit hominibus sanctissimis,

E

e

f

g h

Psalm: 64

post Diocletianum præsertim et Maximianum tyrannidem

f

ANNOTATA.

a Tam in hac, quam in quibusdam aliis, quæ citantur, sacræ Scripturæ sententiis, aliam quendam versionem, quam LXX Interpretum, secutus videtur Auctor.

b Passus est S. Petrus Episc. Alexandr. sub Maximiano, et colitur 26 Novembris, utque ex communiori sententia anno Christi 311.

c Dionysius Eriguas sententiam ita reddit: Monasteria quoque frequentissima eorum, qui continentie studentes renuntiaverunt seculo, solitudinis ipsius secreta decorabant.

d Dionysius: Hi namque, qui de gentibus in Christo crediderant, considerantes Martyrum passionem, eorumque sincerum circa Christum conversionis affectum, coeperunt et ipsi etc.

e Colitur S. Ammon 4 Octobris apud Græcos. In signem ejus pudicitiam et felicissimum ex hac vita transitum Athanasius describit in vita S. Antonii, quam edidimus illustratam 17 Januarii cap. 14. Plura de

h eo habet Palladius Hist. Lausiace cap. 8, qui et ait, cum in Nitria eremo vixisse annos 22 : infra autem ex epistola Ammonis Episcopi num. 20 constabit, cum ante annum 356 vita sanctam esse, ut potuerit inchoasse circa annum 330.

f Prolegomena nostra ad Vitam S. Antonii, de qua modo dicebam, passim exponunt, quæ ad aliquom saltem cognitionem faciunt montis Nitriæ, et Anacho retarum in eo degentium.

g Quomodo primus, si, quod breviter insinuavimus ad 17 Januarii et 14 Aprilis, S. Frontonius Abbas fuerit septuaginta Fratrum in monte Nitriæ, anno circiter Christi 150, integro ante S. Antonium seculo; Sanctus vero Ammon Antonio fuerit coævus? Uterque locus est Heuschenii nostri, moti appendicula post Vitam qua dicitur: Hæc sub Antonino (alias Antonio) Imperatore gesta sunt, tertio decimo anno Imperii ejus: fatetur autem nunquam sine scrupulo ipsam a se lectam, multaque dubitatum in Aprili an ea neglecta non esset referendus Fronto ad ætatem Ammonii: nunc vero hoc loco considerato, quem nolit violenta interpretatione torqueri, in eandem sententiam omnino transire, ac velle S. Frontoni vitam, ab eis qui recognoscuntur Apulem sunt, collocari post Martyrum die XIV occurrentium Passionis, ante vitam S. Abundii: in disquisitione autem prævia de ætate Sancti mutari num. 2, et expunctis duabus lineis, quibus in principio dubium reliquit, sive tunc mortuus fuerit S. Fronto, sive ab eo anno eibi ad eum capti sunt deferri quod usque ad mortem factum est; vult pro duabus lineis ultimas ante num. 3 hæc substitui: His ita consideratis, videritur S. Fronto floruisse seculo Christi secundo: sed quis jam tunc in Ægypto fuisse credat monachos tam numerosos, Sanctorum Pauli, Antonii, Pachomii Vitæ legens, in cujus postremi Vita honoratur S. Ammon titulo Ἀρχιμοναχου τῶν ἐν τῇ ἡρῆι τῆς Νιτρίας ἀδελφῶν? Dixerim ego, aut appendiculum istam, metum esse imperiticamque glossemam; aut potius, non integre transcriptam a librariis, misereque truncatam fuisse, et sic restituendam: Hæc sub Ammonio Nitriensium monasteriorum Præfecto ac primo institutore, et Constantio Imperatore gesta sunt, tertio decimo anno Imperii ejus, qui esset Christianæ aræ annus eccl., sive tunc mortuus fuerit S. Fronto, sive ab ea anno eibi ad eum capti sint deferri, quod usque ad mortem factum est; quam sic liceret etiam ad plures annos differre. Huic autem dilationi faverent ex omnes collectiones, ex quibus libram primum de Vitæ Patrum Roswendus noster edidit, ubi inter postremos censetur S. Frontonius, et saltem post Paulum, Antonium, Hilarionem, Melchum.

h Hic Theodorus comes ubique jungitur Ammoni in vitis Patrum, et nunquam nisi cum laude nominatur.

CAPUT I.

Pachomii adolescentia et conversio. Monachatus sub Palæmone: hujus sanctitas et mors.

Factum igitur est quodam tempore, ut pariter cum utroque parente in tantum quoddam idolorum deveniret Pachomius, in primo adhuc ætatis flore existens, demonum spectris, ad Nili fluentia sese exhibentibus sacrificaturus. Quem sacerdos, qui sacris nefariis præerat, simul atque conspexit, a confestim e loco adolescentem exturbare imperat, hanc magno furore vocem emittens; Juratum deorum hostem vos hinc quantocius expellite. Quibus auditis Pachomii parentes magno filii sui causa mærore sunt allecti, quem videlicet eorum, qui deos se dici volunt quamvis divinum nihil habeant, inimicum denun-

tiari audiverant; eoque etiam magis turbabantur, quod meminissent præbitum Pachomio aliquando vinum, dæmonibus istis ante libatum, a puero mox cum nausea fuisse ejectum. Ac hujus quidem rei indicium fecit ipsemet Pachomius, vitam monasticam jam amplexus, et de pueritiæ suæ eventibus narrationem instituens ad monachos hac ratione: Nolite vero arbitrari a dæmonibus me tunc fuisse repulsum, quod illi per quamdam præscientiam odore bonitatis afflati, cognoscerent fore ut secuturis temporibus veritatem fidei misericordia divina illustratus profiterer; sed quia mala me aversari videbant (rectum enim hominem fecit Deus) conjectantibus illis quod talis puer aliquando convertendus esset ad pietatem, ministri eorum ab eis impulsus eliminatum me volebant. [Parentes porro ejus, cum viderent hæc se non posse discernere, quieverunt, instabant autem ut Ægyptiacis imbueretur litteris, et antiquorum studiis informaretur.] Cum finem deinde accepisset persecutio regnavit Constantinus Magnus Imperatorum Romanorum primus Christianus; et adversus Tyrannum quemdam bello contendens, multos etiam tirones conquiri jussit: quos inter ipse quoque in militiam abreptus est Pachomius, vigesimum tunc circiter agens ætatis suæ annum. Impositos vero navibus tirones, qui delectum curabant milites appulerunt ad civitatem Thebæorum, ibique incluserunt: vergente autem in vespere die, non exigua erga eos commiseratione moti Christiani, cibum miseris et potum, aliaque quorum sane indigebant adjumenta abunde suppeditarunt. Quamobrem non indiligenter istud hominum genus inquirens Pachomius, certa narratione accepit, Christianorum erga advenas et peregrinos, ac omnes plane afflictos, summum esse misericordiæ affectum. Tum vero denuo interrogare institit, Ecquid tandem nominis, ecquid rei essent Christiani? Cui responsum fuit, homines eos esse, qui Christi, unigeniti Dei Filii, nomine gaudent, ac omnibus passim quicumque possint commodi obsequiique deferunt, qui spes suas omnes in cæli terræque et nostrum ipsarum conditore Deo habent repositas.

I Hoc pulchrum adeo vitæ institutum ut cognovit Pachomius, vehemens animi ejus de Deo timor invasit et gaudium. At postquam soli esse in custodia licuit, protensis in altum manibus, hoc modo Deum orare est aggressus: Deus meus, cæli ac terræ creator, si ad me hominum omnium vilissimum respicere non dedigneris, ut te verum ac solum Deum amplius non ignorem, et ex hac tribulatione me ereptum velis: quandiu in terra hac victurus sum, non aliam quam tuam solius voluntatem venerabunde respiciam: ac singulari omnes homines amore completens, secundum tuam præceptionem, nihil non erga eos officii studebo exhibere. Hæc ubi oravit, suam cum sociis navigationem prosecutus est, atque in variis urbibus non exiguam ab itineris militiæque comitibus molestiam perpassus, cum invidi hujus illecebras aliasque immoderatas voluptates adolescenti identidem objicerent, eorum consortium plane aversatus est, præstitæ sibi a Deo gratiæ nequaquam immemor: puritatis namque a teneris etiam annis custos et amator perpetuus extitit. Interim edicto promulgato (suos enim inimicos debellarat Constantinus) dimittebantur tirones. Tum Pachomius in superiorem Thebaidem properans, ad pagi cujusdam cui e Chenoboscia nomen, ecclesiam devenit: ubi primis Christianæ fidei elementis sufficienter instructus, sacris undis ablatus est. Ea autem ipsa nocte, qua tam salutaris ei mysterii bonum obrigit, per visum cælestiquasi rore perfundi se conspexit. Cumque in manum ejus dexteram ros defluxisset; et hic in mel concretus decidisset in terram, ea continuo ad Pachomium vox est facta: Intellectu, quod contigit

S Frontonius non sub Antonino Imp

sed sub Ammonio Ab et Constantio Imp in Nitria.

Multis adscriptus

b c

E

d

Christianorum caritate abicitur ad fidem,

F

r et baptizatur

Cælesti visione motus

Hos inter Pachomius adhuc puer dæmoni est formidabilis.

a

A git, apprehende; tales quippe deinceps res tuæ sunt futurae.

petit inter monachos recipi.

4 Mox Pachomius, vehementiore erga Deum caritate motus, qua ratione inter monachos vitam agere posset circumspexit. Posteaquam igitur de Anachoreta quodam, qui *f* Palæmon vocabatur, fama accepit, mox, ut solitariam cum eo vitam viveret, ad hominis cellam profectus est. Quam ut attigit, absque mora fores cœpit pulsare. At senex e sublimi despiciens; Quid vis? inquit: paucorum namque verborum erat. Respondens vero Pachomius; Fac, ait, o Pater, e Monachis unus ut fiam. Ad quem Palæmon; Non potes, dixit, inter Menachos vitam agere: neque enim hoc Dei qualecumque est opus, quod, cum multi intrepide sint aggressi, deinde tamen laboribus fracti non potuerunt prosequi. Experimento me proba, dixit Pachomius, ac tom quod videbitur de me statoe. Ac rursus senex: Tu prius te ipse experire ad tempus, nunc *g* hac nunc illa ratione: Severo quippe genere vivendi utor. Per æstatem jejuno quotidie, alternis autem diebus vescor in hieme, pane videlicet solo, quæ Dei gratia est, et sale; oleum autem vel vinum sumendi consuetudinem minime habeo: medias perpetuo noctes, quin et solidas persæpe quemadmodum sum edoctus, orationi et divinorum sermonum meditationi impendo.

B Quibus senecionis verbis auditis, *h* magis etiam animo confirmatus est adolescens, ut omnes cum eo vitæ solitariæ labores subiret fortiter atque perferret. Sic ergo senem affatur; Confido equidem fore ut divino auxilio ac tuis precibus, o Pater, adjunctus, cuncta quæ modo dixisti constanter perferam. Aperto tunc cellulæ suæ ostio, adolescentem admisit Palæmon, ac Monachorum habitu induit. Pariter deinde monasticis sese exercitationibus et orationis studio addixerunt. Saccos texebant cilicinas, eo labore ac diligentia, ut non parva sæpe defatigatione premi eos contingeret: neque tamen suis ipsorum, sed pauperum necessitatibus tantum industriæ ac laboris impendebant, moniti Apostolici numquam immemores. Tum senex, vigilandi studio intentissimus, si quando præ nimia defatigatione vehementius in somnum se sociumque suum propendere observabat, ad loca montis magis arenosa egredi, arenam sportulis de loco in locum portare, corpus laboribus subigere, ut dum orandum esset, vigilare melius assoeceret; Vigila, inquit, Pachomi, ne tentet te satanas, et damnum patiaris. Animalversa porro insigni in Pachomio obedientia, et singulari patientia, non mediocriter animo exultabat senex, salutem ejus in tuto collocatam videns. Latissimo autem die Paschæ ait ad Pachonium: Quoniam præcipua hodie agitur festivitas Christianorum, age prandium nobis prepara.

C Cui Pachomius sine mora obsequens, in salem, quem ante contriverat, olei nonnihil infudit. Sic namque vesci solitos jam ante dictum est. Quandoque autem et obsculum *i* addebatur silvestre, sine aceto et oleo: et cinerem frequenter cum sale miscebant. Parato itaque prandio, senem, ut concedat, Pachomius invitat. Is vero ad instructam propius mensam accedens, oleum conspicit sali immixtum: percussaque sibi fronte, non sine gravi gemitu ita loquitur; Dominus cruci est affixus, et ego oleum comedam? Timide autem rogante eum Pachomio, vix adductus est, ut, amotis olei acetique condimentis, de more tandem cibi aliquid sumeret. Ita Palæmon, vir sanctissimus, secundum Salvatoris vocem, crucis mortificationem magna cum animi sui demissione perpetuo circumferebat, nullo eam loco ac tempore negligens.

5 Nocte quadam, vigilantibus Palæmone atque Pachomio, ignis coram ipsis erat accensus. Surgens vero frater alius, qui tunc primum venerat ut habi-

Quem monentem audire volens quidam

taret cum eis, Palæmonem ita est affatus; Qui fidei inter vos prærogativa se donatum putat, is super accensis hisce carbombus immotus consistat, dum Evangelicam *k* orationem recitando absolverit. Hanc Monachi vocem e superbiæ spiritu profectam esse cum non ignoraret senex, hominem graviter admonuit ac dixit; Desine, talia proferre in medium: deciperis enim. At ille, senis admonitione parum commotus, suum carbonibus pedem imposuit, constitutamque orationem recitavit. Indeque descendens, pedem quidem suum, operante id dæmone et Deo permittente, vidit illæsum; sed animo magis elatus est, secundum id quod scriptum est; *l* Ad pravos pravos vias mittit Dominus. Hoc igitur ille modo ab ipsis recedens [*ac veluti exprobrans illis, aiebat, ubi est fides vestra? etc*] procul inde sibi seorsim vixit. Dæmon interim, qui eum jam ante in fraudem induxerat, ut insidiis suis opportunum animadvertit, speciosæ ornatæque mulieris sumpto habitu, cellæ in qua morabatur ostium pulsat, atque aperienti Monacho: Quoniam, inquit, a creditoribus meis vehementer urgeor, qui pecunias a me, quibus non sum persolvendis, exigunt, obsecro te ut intuum me tantisper domum recipias, donec eorum persecutio desinat. E Monachus ergo, propter animi sui obdurationem, discernere nequens quid rei ageretur, mulierem admittit. Cumque dæmon homini ad peccatum stimulos vehementes subderet, eundem flagitii perpetrandi causa propius accedentem medio in conatu graviter impulit, sic ut mortuo similis in terram concideret. Aliquot deinde post diebus paululum sibi sensibusque redditus, ad Palæmonem Pachoniumque rursus se contulit, et magno cum ejulatu et timore culpam suam confessus; Ego, aiebat, calamitatis meæ causa sum, qui te, recta omnia monentem, audire nolui. Sed vos misero mihi auxilium præbete: magno quippe sum in periculo ne a dæmone in luctuosissima queque abripiar. Monacho adhuc loquente, et viris sanctis casum ejus deplorantibus, repente a dæmone infelix abreptus, et per non exiguum montis spatium, furiosi instar decurrens, ad civitatem *m* Panos devenit, ubi deinde in ardentem balnei fornacem ab eodem dæmone præceps datus, defunctus est.

6 At Pachomius exemplo tam infausto ad majores in virtute progressus faciendos acriter incitatus, omni custodia cor suum custodire statuit, quemadmodum scriptum legimus: ita, ut optimus senex vehementer admiraretur, quod non externam solum, eamque admodum severam, vivendi rationem alacriter sustineret, sed conscientiam quoque suam omnem ad perfectissimam pietatis ac religionis regulam exigeret, spes suas omnes ac meliores in cælis habens repositas. Cumque divinorum sermonum lectioni meditationique serio incepisset vacare, non ruditer, quemadmodum solent plurimi, aut unum solummodo quidpiam, sed omnia et singula ex iis in seipso exhibere contendit; in humilitate, in mansuetudine, in veritate, illum Domini sermonem accurate observans; Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Atque hæc omnia ex antiquorum Patrum, qui cum Pachomio diu vixerunt fida narratione accepimus: illis namque ea ipsemet, post divinarum Scripturarum explanationem, frequenter commemorare fuit solitus: nos vero omnia quæ audivimus scribere nequaquam possumus, sed partem dumtaxat aliquam. Circa montem porro illum solitudo erat, spinis admodum impedita. In hanc persæpe ad ligna colligenda avellendaque missus Pachomius, cum nudis pro anni tempestate pedibus incederet, graviter eos alligebat, inhaerentibus multo cum dolore aculeis: quos ille cruciatus fortiter tolerabat, clavorum eorum non immemor, quibus Servatoris nostri pedes manusque ligno Crucis aliquando fuerunt affixæ. Con-

D
RX MSS.
GRÆCIS-

k

l

a dæmone misere decipitur,

et infelicitate perit.

m

Hinc Pachomius ad virtutis studium magis excitatus

n

Matt. 11, 29

corpore exercitudo studet,

A suetudo illi erat, maxime cum in locis versaretur ab hominum aliorum congressu remotioribus, ut orationi multum diuque insisteret, Deum obsecrans, ut ab inimici technis ac dolis tam ipsummet, quam ceteros eriperet omnes. Ita cum Deo familiariter agere auebat.

7 In solitudinem igitur longius aliquanto progressus, ad vicum quemdam desertum, *n* Tabennensin nomine, forte pervenit: ubi cum pro ea qua in Deum ferebatur caritate orationi vacaret, eamque protraheret longius; vox ad eum defertur (nullam quippe ad id usque temporis celestem visionem fuerat expertus) ita dicens: Subsiste hic, et monasterium extrue: plurimi namque monasterie vitæ amplectendæ avidi hinc ad te accedent. [Quibus ducatum præstabis juxta Regulam, quam monstravero tibi. Et protinus apparuit ei Angelus Domini deferens ei tabulam, in qua erat omnis forma institutionis adscripta, qua docendi forent quicumque ad ejus monasterii studia pervenissent: quam Regulam Tabennensiatæ hodieque custodiunt eodem cibo semper utentes et habitu, ipsam quoque disciplinam sollicita circumspectione servant. Nam monachi qui ibidem commorantur non solum more, sed et robore corporis et locorum situ præ ceteris longe diversi sunt; et necesse est eos diversam quoque Regulam custodire.] Quæ voce percepta, cum a divino spiritu emissam eam esse Pachomius acutissima purissimaque mentis acie secundum Scripturas judicasset, ad Patrem suum reversus, omnem, ut contigerat, rei seriem eidem exposuit o..... } Obsecrans ut secum pariter veniret ad locum, qui posset Domini mandata implere. Qui volens eum in aliquo contristare, utnote curissimum filium, precibus ejus illico paruit.] Uterque igitur in locum designatum abiit, ubi posteaquam domunculum ceu monasteriolum extraxissent; ita Pachomium sanctus senex est allocutus: Quoniam firmiter mihi persuadeo istam tibi mentem a Deo esse injectam, age, sic inter nos statuamus, ut alter alterum nullo unquam tempore deserat, sed mutuo nos visitemus, ego semel, et tu semel *p*: et sic fecerunt, quanto deinde tempore germanus Christi miles Pakemon in vivis fuit.

8 Post hæc vehementi splenis dolore affici Palæmon graviter cepit, inde orto, quod nimia seipsum severitate tractaret; toto quoque etiam corpore magna eum tenebat infirmitas. Sæpe quippe cibum sumere erat solitus absque ulla aquæ potu; alias e contra solo aquæ potu contentus, nihil omnino cibi adhibebat. Sed a Fratribus et medico persuasus, ut valetudinis suæ curam admitteret, quo amissam recuperaret sanitatem; tum quidem ea omnia quæ ad morbum levandum conducere posse videbantur, haud gravate admisit aliquo temporis spatio. Ut autem vidit e morbi sui molestia nihil admodum dimmui, omnem ciborum illorum usum rejecit, dicens: Si fortissimi quondam Christi Martyres, cum membris mutilarentur, minuerentur capite, ignibus traderentur, in fide tamen Dei et Christi constanter ad ipsam usque mortem permanserunt; ego in exiguo positus labore timeo et fugere debeo? Equidem induci me passus ut qui conducere ad sanitatem posse videbantur, cibos comederem, nihil profeci; ad pristinam igitur in vivendo severitatem revertar, in qua omnem meo requiem sitam esse arbitror, atque ita restituar sanitati: non enim hominum, sed Dei unius causa durum hoc vitæ institutum amplectus sum. Isto igitur modo mensis integri spatio gravissimi morbi molestias fortiter Palæmon sustinuit; quem a Tabennensi frequenter invisens Pachomius, et lecto ejus assidens, non aliter ac patrem fovebat amantissimum, donec senem sanctissimum Dominus ipse visitare et ad se evocare tandem est dignatus. Defuncti corpus Pachomius terræ man-

davit, et in commorationis suæ locum deinde est reversus.

ANNOTATA.

a *Dionysius Exiguus in Vitis Patrum*: Cumque sacerdos impurissimus sacra sacrilega solito celebrare voluisset, præsentia Pachomii dæmonis prorsus evanescere præstigiæ. Tum diu multumque idem sacerdos hæsitans, in modum simulacri quod colebat mansit immobilis, vehementer admirans cur solennia dæmones responsa non redderent. Tandemque immundo spiritu revelante cognovit, pueri Pachomii causa insolita provenisse silentia, atque in hæc verba prorupit attonitus: Quid inimicus Deorum hinc venit? Procul eum pellite et quantocius amovete. Idem sensus est apud Lipomanum ex versione Herreti.

b *Christiani quidem fuerunt etiam Philippi, sed professione minus publica nec usque in Ægyptum nota.*

c *Maxentium appellat Laurentianus Codex, solus a Roswido inventus qui nomen exprimit: Baronius Lycinium intelligit, hoc certum Constantino ante annum 323 nihil potestatis fuisse in Ægypto, cum tamen necesse sit, multo citius notare Pachomii militiam. Nodum solvimus in Comment. prævio, indicantes Achillem, contra quem an. 296 legerit milites Constantinus, postea Imperator.*

d *Dionysius, ad civitatem quamdam: et postea de civitate illa profectos dicit thrones. Hervetus Appulerunt in quoddam oppidum Thebarum, et postea, navigavit ex illo oppido. Baronius Oxyrinchum fuisse existimat, civitatem in Thebaide, ubi similia, quæ hic Pachomius, Christianæ pictatis officina expertum se narrat Evagrius seu potius Rufinus vel Palladius in Vitis Patrum cap. 5. Sed hanc ejus opinionem refellens Rosweidus ostendit Oxyrinchum urbem mediterraneam et procul a Nilo fuisse. Ergo ex pluribus in Ægypto Thebis aliquas intelligit extra Thebaidem, Pachomii patriam: quippe quem hic dicit Dionysius ad peregrina transvectum, Hervetus in aliena regione versatum. Malim et ego πάλω τῶν Θεβαίων, Thebas et quidem Magnas intelligere: nam si solum intelligeretur aliquod Thebæorum seu Thebaidis oppidum, in textu Græco legeretur εἰς τὴν πάλω τῶν Θεβαίων. Cum autem utraq; Thebæ, id est Diospolis Magna et Parva, fuerint in superiori Thebaide, fieri non potest ut ex inferiori ortus credatur Pachomius, sicut dicunt Menæa. Quo autem remotiorem ab hic indicata civitate feceris ejusdem patriam, eo facilius capies quomodo ille ad eam secundo devectus Nilo, Christianorum miratus sit caritatem, velut antea sibi ignotorum.*

e *Chenoboseia, sic dicta urbs a pascendis Auseribus, teste Alexandro in primo Ægyptiorum apud Stephaum, e regione Diospolis, parvæ scilicet.*

f *De hoc vivo Martyrologium Romanum xi Januarii: In Thebaide S. Palæmonis Abbatis, magistri S. Pachomii.*

g *Græce καὶ ἔτι καὶ ἦδε, quam phrasim, alibi necdum a me lectam, nescio an apte reddiderim Latine. Hervetus, Valde in aliquem alium locum, et te exerce aliquanto tempore: deinde sic accedes, et ego te accipiam. Dionysius: Perge magis ad aliud monasterium.*

h *Hervetus addit: cum propter verborum gravitatem esset reveritus, non secus atque magistrum novus discipulus, majore fuit promptitudine etc: quæ Dionysius aliter videtur interpretatus: sic enim apud eum legitur: Hæc audiens Pachomius expavit, ut solent pueri magistrorum vereri præsentiam.*

i *Dionysius Lapsanas, retenta voce Græca, scribens, explicationis causa adludit, id est silvestria olera: in nostro*

FI MSS.
GRÆ. 18.
et perpetua
orationi
intendit.

n
Divino mon-
itu ipse et
Palæmon in
Tabennam
secedunt

B

o

p

Palæmonis
ægotantis
patientia et
obedientia

C

quem paulo
post mortuum
Pachomius
sepelit.

A nostro Græco λαψάνιον est diminutivum, ἀπό τῆς λαψάνης : sic etiam Cassianus lib. 4 Instit : cap. xi Lapsania nominat inter monachorum edulia.

k Idem Dionysius apte interpretatur Orationem Dominicam : minus clare Hermetus, congruenter dicto Evangelico fundat preces.

l Proverbiumne hoc inter seniores illos fuerit, an ex veteri aliqua sacræ Scripturæ versio sumpta sententia, non facile dixerit.

m Primaria Panopolitanae præfecturæ seu Nomibus dicebatur Panopolis, ob cultum, quem Deo Pani civitatis illius incolæ deferbant, in confinia Ægypti et Thebaidis : ex qua colligimus primum Pachomii habitationem inter Panopolim et Chenoboscia requirendam circa eorum montium tractum, qui Ægyptios Nilicolas ab Arabicis secernunt.

n Tabennesis vicus, a Tabenna insula dicta putatur : nos de ejus situ plura jam præfati sumus.

o Græcus noster textus, hic mutilus aut depravatus, commode ex Dionysii interpretatione suppletur, a quo et prior additio accepta, et plures deinceps sed diverso characterem accipiuntur.

B p Semel, in anno, mense, an hebdomade? credo hic deesse aliquid. Dionysius nihilo definitius rem notatam inveniens, visitatione, inquit, nos consolemur assidua, et iisdem fere verbis usus est Hermetus. Apparet ex sequentibus ad pristinae exercitationis locum rediisse Palæmonem, Pachomio apud vicum Tabennesin remanente : de omnia igitur visitatione invicem præstanda pactum hoc intellexerit.

CAPUT II.

Pachomii in vivendo severitas, animi demissio, pugna adversus dæmones, cura de discipulis et monasteriis.

Joannes, Pachomii frater, filii monachus, et fratris discipulus.

Acepta autem de Pachomio fama, ejus secundum carnem germanus frater, cui nomen Joanni, fratrem videndi cupidus, in vicum Tabennam profectus est. Ubi postquam conspexit Pachomium, magnam animo cœpit voluptatem; non enim suos ille propinquos revisere curaverat, ex quo tempore militia absolutus in solitudinem sese contulerat. Joannes autem cum vitæ istius rationem omnem vehementer probasset, apud fratrem manere constituit. Nullæ ambobus erant divitiarum nisiles et testimonia Domini; tum si quid e quotidiano manuum labore supererat, id omne in egenos liberaliter distribuebatur, servato solum quod ad vitam ægre sustentandam sufficeret. Vestitu utebantur vili admodum atque contempto, sic ut lehitomen, a quem ferebant, alia nunquam veste mutarent, nisi cum is esset lavandus. At S. P. N. Pachomius, ad carnem suam magis edomandam, cilicina ut plurimum veste corpus tegebat. Hoc vivendi instituto longum profecto vitæ suæ tempus exegit. Cum defatigatum nimis orandi causa vigiliis corpusculum somno tantisper recreare vellet, ita hoc facere fuit solitus, ut in cellulæ suæ medio super lapidem aut aliud quidpiam considens, ne parieti quidem tergum admoveere sustineret. Quam quidem somni capiendi rationem quindecim omnino annos servare est animadversus. Plurimi itaque e senioribus Patribus, cum eam rem sermone aliorum didicissent, vel suis ipsi potius perspexissent oculis, pro certiore animarum suarum salute adipiscenda, iisdem modis carnem suam affligere sunt conati b, utique in hoc intenti sedulo ut secundum Dei voluntatem certarent : postea vero faciebant sibi sedilia, unusquisque enim exercebatur prout vires ferebant, idque fideliter.

10 Recordatus autem Pachomius factum sibi quondam a Deo promissum, una cum fratre suo Jo-

anne monasterii limites cœpit extendere, ut quicumque ad vitam istic inter Monachos capessendam accederent, admitti haud difficulter possent. Huic operi cum uterque esset intentus, Pachomius quidem, Dei promissionem habens ob oculos, monasterii septa non parum producebat. Joannes vero, solitudinis et privatæ habitationis amantior, ædificium perpetuo coarctabat. Indignatus itaque vehementer Joannes, qui ætate superabat Pachomium; Desine, aiebat, a cœptis istis temerariis. Hac fratris correptione commotus non nihil vir sanctus, qua rem omnino bonam impediri satis sciebat, nihil tamen contra eum protulit, sed generosus passionum suarum domitor, secuta nocte, in ædificii inferiora solus descendens, diu multumque ingemiscere cœpit, atque ita Deum precari : Adhuc, Domine, prudentia carnis suam in me dominatum exercet : carnis adhuc in vivendo legibus obsequor. Hei mihi! quia juxta id quod scriptum est, morte moriturus sum. Qui tanto tempore in hac me vita exercevi, et ita animum ad virtutem comparavi, iracundiæ adhuc motum persensi, esto ob causam bonam atque laudabilem. Mei, Domine, ut ne peream oro miserere. Si enim rem suarum vel partem aliquam exigam inimicus in me repererit, nec gratia tua adversus omnem ejus conatum me communiaveris, opportunus admodum fiam ipsius insidiis. Etenim si legem tuam universam quis impleverit, cecideritque in uno, factus est omnium reus. Credo equidem, Domine, si miserationes tuæ multæ ac magnæ auxilio mihi sint, fore ut deinceps constanter insistam semitæ Sanctorum tuorum, ad anteriora omnia alacriter me extendens : illi siquidem divinæ tuæ gratiæ auxilio suffulti, merita inimicum suum ignominia affecerunt. Qua, oro, ratione leges vivendi præscribam iis, quos ad ejusdem mecum vitæ institutum vocare dignaberis, si de hostibus victoriam ante non reportavero?

16 Hæc orans, totam noctem usque dum dies illucesceret eodem in loco perstitit, eademque semper cum gemitu ad Dominum verba obsecrationesque habuit. Tantum quoque sudoris e corpore ejus eruperat (fervebat quippe æstas, et locus in quo precabatur caloribus admodum erat obnoxius) ut ad pedum ejus plantas non modica aquæ limo permixtæ copia cerneretur. Istud quoque habebat in more positum, ut, cum suas in oratione manus extendisset, non continuo, quiescendi causa, eas in naturalem situm reponeret, sed in figuram crucis protensas servans, ad vigilandum in oratione corpus durabat. [Et quamvis esset in omni virtutum genere præpotens, incredibili tamen humilitate et mira mansuetudine cum suo germano cohabitans, cum per omnia sustinebat : qui non post multum temporis vitæ præsentis cursum implevit. Cujus funus debito curavit honore Pachomius. Nam totam noctem super ejus cadaver psalmis egit hymnisque pervigilem : et animum quidem ejus Domino commendavit, cui et ipse crediderat, corpus vero solite reddidit sepulture.] Plurimas demonum tentationes homo sanctus sustinuit, modum discens ex doctrinis divinarum litterarum, præsertim Evangelii, quamvis ex parte tantum : quia omnes quidem sanctorum hominum agones singillatim non sunt expressi, cum divinarum Scripturarum, ad vitam æternam nobis concessarum, character brevis sit atque concisus. Patri quippe nostro Abraham ea fuit lex data, quæ

D
EX MSS.
GRÆCIS.
Monasterii septa explicare aggreditur :

eum ob rem a fratre reprehensus, indignationem cohibet,

et coram Deo se humiliat.

E

Jac. 2, 10

F

Dæmonum tentationes sustinet, 1

Gen. 17, 1

Ps. 77, 43
sumus

a
C
Et somnum capere solitus fuerit Pachomius.

b

A sumus edocti, signa hæc esse et prodigia, quæ notantur in Psalmo ostensa sub Moyse, et successoribus ejus. Ipsorum autem Patrum antiquiorum ope atque auxilio illud etiam boni sumus consecuti, ut qui nunc sunt Patres, genuinos illorum filios esse et imitatores minime ignoremus; usque tam nobis quam venturæ deinde generationi notum sit in secula, quoniam Jesus Christus heri et hodie ipse et in secula.

xx MSS
Græcis.

mentis puritatem
singularem amat.

12 Quod porro variis adeo tentationibus fuerit exercitatus Pachomius, divina factum est permissione, ut et ipsius fides magis probaretur, et nostræ etiam consolaretur utilitati. Ante enim quam monasterium extrueretur, cum solitaria sese vitæ dedisset, in id præcipuo studio erat intentus, ut ad virtutes omnes alias singularem quandam cordis puritatem adjungeret. Quod dum ardentissime studet perficere, nequaquam passus est, ut vel minimum quid subiret animum suum, unde infici is aliquo modo poterat. Dei quippe timorem, et judiciorum divinorum memoriam, et ignis æterni cruciatus perpetuo secum cogitabat: itaque cor ejus pravis cogitationibus erat impervium, ut portam æream, contra latronum insidias præclare munitam, haud absurde illud esse dixisses. Cum ergo Dominus vidisset quanta diligentia sui timorem assequi stude-ret Pachomius, ultro ei concessit petitionem Patrum ejus, uno ore rogantium, Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar. At vero demones, invidiæ non exiguæ stimulis in eum acti, cum virum sanctum omni conatu opprimere decrevissent, variis eundem præstigiis palam sunt aggressi. Pachomio namque orationi aliquando intento, ac genibus de more niti volente, lacus ingentis inanem speciem objecerunt, ut aquarum metu deterritus a genuum flexione abstinere cogeretur. Ille autem demonum fraudibus abunde perspectis, firma in Deum fide fiduciaque confirmatus, genua in solo posuit, demones suffundens, ac Deum egregie benedicens. Fuit cum in morem procerum, Principem suum stipantium, Pachomii latera hinc illinc cingentes, una cum ipso procederent, ac talibus inter se uterentur vocibus; Date locum famulo Dei. Sed vir sanctissimus, omnem suam in Deo spem collocatam habens, illos, ut qui frustra essent, risu contemptim excipiebat.

13 Fuit cum vano conatu cellulam ejus sic aggressi sunt concutere, ut subita ejus ruina sanctus Anachoreta opprimendus videretur: Pachomius vero illud a Psalmista eis opposuit, Deus noster refugium et virtus, adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos nimis, propterea non timebimus, dum turbabitur terra. Alio tempore cum ad laborandum consedisset, diversa cum ratione aggressus est tentare diabolus. Galli namque gallinæ assumpta specie, in os Pachomii cucurire institit. Rursus folium arboris in conspectum proferunt demones, ac finibus illud bene magnis et firmis adstringunt: tum gemino hinc inde facto agmine, quanta possunt vi, non secus atque si ingens movendus esset lapis, pertrahere ad se quique conantur, sublato ad invicem clamore, ut Pachomius orationi intentus in risum solveretur, itaque de ipso triumpharent. Visis autem quæ objiciebantur, ingemuit vir sanctus: ac mox, cum nihil ille amplius commoveretur, universa demonum caterva evanuit. Cibes aliquando sumpturus ad mensam consederat, cum ecce mulierum obscœnarum forma habituque, una quasi præsuri, accedunt demones: sed, cum mentis suæ purissimæ aditus omnes diligentissime oclusos haberet Pachomius, universi mox ejus adversarii disparuerunt, nulla ei labe illata. Athletæ namque suo Dominus aderat, qui dixit: Noli timere, quia ego tecum sum.

Ps. 118. 80

Quibus cum
terriculam-
tis et præsti-
giis aggressi
sunt demones.

Gen. 26. 24

Plurima quoque alia, eaque peracerba, Dei famulus est perpeusus, ita ut e verberibus quæ corpore suo sæpe excipiebat, summosa mane usque ad vesperam cruciatus persentisceret, non alie doloris solatio, quam quod a Deo athletam suum exercente, mala tanta infligi optime meminisset. Dum gravibus adeo molestiis ac doloribus exerceretur Pachomius, eosque fortiter sane perferret, ex antiquioribus monachis nonnemo, Hieracapolle e nomine, visitandi gratia eum accessit. Salute itaque invicem reddita acceptaque, cœpit ei Pachomius enarrare quæcumque sibi dura atque acerba acciderant. Cui Monachus; Confortare, ait, et esto robustus: non enim ignorat diabolus, si te in animi dejectionem possit pertrahere, eadem sese opera nos omnes, qui vitæ tuæ imitatores existimus, insidiis suis opportunos habiturum. Quamobrem fortiter sustine, ne et sanguis noster, si vinci te a demone contingat, de manu tua requiratur. Hac monachi voce magnas sibi vires addi sensit Pachomius, oraveruntque ambo ut ab invicem nullo unquam tempore sejungerentur. [*Exiude memoratus Hieracapolle sæpe veniebat ad seum: qui post aliquantum temporis, dum solito Pachomium visitans paucis cum eo diebus remoratus esset, valida infirmitate correptus, humanis rebus excessit, jurtu eorum senis dies suos perfecta conversatione consummans. Sepelitur itaque sanctis sancti Patris mombus, psalmis ab eo et hymnis et canticis spiritualibus ex more celebratis.*]

Ab Hieracapolle monacho solatium accipit.

c

14 Ante autem quam perfectam divinarum rerum notitiam acquireret, tantam a Deo fidem adeptus est Pachomius, ut palam serpentes calcaret et scorpiones, ut exundantem Nilum ferasque sine metu et fidenter expectaret, nihil nocementi ab illis accipiens. [*Crocodili quoque, si quando necessitas fluvium transire compelleret, eum cum summa subjectione portabant, exponentes eum ad locum quemcumque præcepisset:*] quoniam in rectitudine cordis, quamvis necdum in plenitudine scientiæ, hæc omnia peragebat. Dominus namque haud mediocrem famuli sui curam habebat, per quem talia patrandi rationem edocere constituerat. Moyses certe cum virgam suam in serpentem videret conversam, viso portento extimuit, cum nondum ei Dominus ut virgam arriperet præcepisset: quod simul atque fecit, in virgam rursus serpens est conversus. Ante enim quam singularem quandam a Deo virtutem potestatemque acceperint, tinenda pertimescunt ipsi etiam Sancti; et quæ ceteris impossibilia, iisdem quoque sunt impossibilia. Eam ob rem Pachomius suam quoque agnoscentem et confitentem ignorantiam, ita Dominum precatus est: Tibi, Domine, qui oculos cæcorum illuminas, gratias habeo ingentes, quod in hisce etiam rebus decipi me non fueris passus, ignorantia meæ te tantisper accommodans, donec quæ tua sit perfecta voluntas omnino me dignatus es edocere. Jamque non modicam vitæ partem adversus demones luctando verus Christi athleta et sanctissimi Antonii imitator insignis exegerat. Quamobrem illud a Domino petiit, ut dormiendi necessitatem quantum fieri posset, ab eo auferre ne gravaretur; utque ita noctu dinque vigiliis intentus, hostium suorum machinationes omnes everteret, sicut scriptum est; Et non convertar donec deficiant: infirmi namque sunt adversarii nostri, fidem Christi firmiter teneamus. Et sane voti sui compos per non exiguum tempus redditus, invisibilem Deum in purissima sua mente, sic quasi in speculo quodam, intuebatur.

E
eumque deinde mortuum effert.

Gratias
multis dona-
tus a Deo.

F

15 Post hæc cum Fratribus, materiam ad storeas arundineas conficiendas colligentibus, in insula degens Pachomius, vigiliis de more servabat: cumque, ut secretius orationi vacaret, reliquorum se consortio

jussusque per Angliam pro-
amorum ca-
care salutis,

A consortio tantisper subtraxisset, ac Dei perfectam voluntatem per orationem exquireret; Angelus ei a Domino apparuit, non aliter ac quondam factum est Manoe et uxori ejus, cum de Sampsonis futura natiuitate sunt admoniti. Ita autem edixit Angelus: Dei voluntas est, ut seruias hominum generi, ipsos ei conciliando: [et multitudinem congrues monachorum, juxta formam quæ tibi præscripta est cunctos instituens d. Acceperat enim dudum tabulam e, in qua erant hæc annotata.

Singulis juxta vires suas edere concedas et bibere, et pro modo rescentium laborare compellis; et neque comedere modeste, neque jejunare prohibeas. Validioribus quidem et comedentibus validiora opera, leviora vero abstinentibus et infirmioribus imponas.

Facias autem diversas cellulas, et ternos per unam cellulam habitare constituas f.

Omnium vero cibus in uno loco paretur atque consumatur.

Somnum vero capiant, non jacentes; sed super instructas et paululum reclinatas cathedras, et velatas palliis suis, sedentes quiescant g.

Induantur autem noctibus lebitones lineos, præcincti lumbos: habeantque singuli meloten, id est, caprinam pellem confectam albam, sine qua neque comedant neque dormiant h.

Accedentes tamen ad communionem Sacramentorum Christi, et cingula solvant et meloten deponant, cucullis utentes tantummodo.

Hoc etiam præceptum erat, ut juxta numerum elementorum et Græcarum litterarum, viginti quatuor monachorum turmæ constituerentur, ita ut singulis turmæ imponerentur singularium nomina litterarum, id est ab A et deinceps usque ad Ω: ut cum interrogaret Archimandrita de aliquo in multitudine tanta, facili responsione cognosceret. Verbi gratia cum diceret qualis esset A vel Z et rursus A vel P vel Σ, proprio quodam signo nominis literæ uniuscujusque turmæ mores exprimeret, simplicioribus et innocentiioribus I nomen imponens, difficiliioribus autem et tortuosis Ξ competenter accommodans: ita ut, pro modo conversationis et propositi, singulis turmæ litterarum elementa concinerent; solis spiritualibus hæc ipsa quid significarent scire valentibus.

Sed et hoc in illa tabella ferebatur adscriptum, ut peregrinus alterius monasterii, si veniret, habens habitum ï diversam, nullus cum eo comederet, excepto eo qui iter agens id observare non posset.

Qui vero semel ad hoc intraret monasterium, ut ibi jugiter permaneret, per tres annos a studiis sacrationibus arceretur; operaretur tantum opera sua simpliciter; et ita post triennium stadium certaminis introiret k.

Cum autem comederent, capita sui cucullis operirent, ne Frater Fratrem videret manducantem: et ut nullus comedens loqueretur, ne præter mensam suos alibi circumferret aspectus l.

Nec non ab Angelo, qui cum Pachomio loquebatur, hoc quoque constitutum est, ut diurnæ orationes duodecim fierent, et vespertinæ duodecim, et nocturnæ duodecim m.

Cumque Pachomius diceret paucas orationes esse, respondit Angelus: Has solas constitui, quas possent infirmiores absque labore perficere: ceterum qui perfecti sunt, hæc lege non indigent: apud se namque in propriis constituti cellis orare non desinunt, qui puritate mentis et divina contemplatione pascuntur n.]

16 At ipse quæ facta erant, attentius secum ac vocem præcipue illam ter repetit in cogitans, nihilque amplius de veritate ejus Dei que beneplacito dubius, excipere cœpit omnes quicumque monasticæ vitæ studio accendi ad eum accedebant. Peracta vero debita eorumdem probatione ac parentum voluntate explorata, habitum eis monachorum conferre non

differebat, singillatim quæ observanda erant diligenter præscribens. Ac primum quidem ut mundi hujus rebus omnibus, et domesticis, et sibi etiam ipsis nuntium remitterent, itaque Salvatorem, idipsum inculcantem, studiose sequerentur: hoc enim demum esse aiebat quod dicitur: Tollere crucem suam. Pulchris adeo ac salutaribus instructi præceptionibus non poterant non magnos discipuli ejus, secundum vocationem, ut scriptum est, qua vocati erant, fructus facere. Cumque virum sanctissimum non modo in id inrumbere, ut corpus suum rigide haberet, sed omnis quoque Monachorum multitudinis curam gerere animadvertent, magnopere equidem admirabantur. Quippe ubi hora advenisset prandendi, suis ipse Fratribus mensam sternebat: olera cum sevisset, manibus quoque suis eadeo rigabat: si quis ad monasterii ostium pulsaret, ipse ad aperendum respondendumque occurrebat: si quem et Fratribus solito pejus habere contingeret, nocturno etiam tempore ad vilissima quæque ministeria paratum sese exhibebat. Neclum enim Fratres, præsertim juniores, ad talia invicem obsequia exhibenda prompti videbantur: sed ab omni eos cura liberos servans, sedulo ita monebat. Qua vocatione vocati estis, Fratres, satagite ut finem ejus adipiscamini: Psalmorum, aliorumque piorum librorum, sed Evangelii imprimis lectioni meditationique vos ipsos addicite. Tum ego in vobis Deo ipsi juxta divinum ejus mandatum inserviens, animo faturus sum peccato atque tranquillo.

17 Discipulorum porro ejus primi erant, Psentæsis, et Surus, et Psos o. Quos cum de divinis sermonibus perpetuo ediceret, ad bonorum operum emulationem non parum excitabat. Quin et suis ipsi oculis, tacente quamvis Pachomio, egregia hominis sanctissimi opera, sermone omni potentius moventia, conspiciebant, admirabanturque non parum, hæc ad invicem verba proferentes: Nos existimabamus quidem, viros sanctitate conspicuos, a Deo tales effici: in ipsis, inquam, matrum suarum corporibus sanctos jam existere atque immutabiles, neque sua ad id voluntate aut conatu quidquam conferre: peccatores quoque non posse aliter vitam instituere, propterea quod ista sorte nati illi sint. Nunc vero manifesta nobis est divina bonitas erga Patrem hunc nostrum sanctissimum, qui cum e gentilibus parentibus sit progenitus, summo tamen in omnem pietatem ardore fertur, atque omnia Dei mandata observat perfectissime. Possumus igitur et vos, et quotquot sunt homines, Patris hujus vestigia premere, quemadmodum Sanctorum vestigiis ipse omnino insistit. Atque illud profecto est quod sacre nobis littere inculcant: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Cum hoc itaque homine omnia perferamus fortiter, inque ejus societate vitam exigamus, cum optima ille nos semita ad Deum conetur perducere. Ad Pachomium inde conversi; Cur, inquam, solus, o Pater, omnia monasterii hujus onera sustines? Tum Pachomius; Quis ei volvendæ machinæ jumentum suum adhibeat, sub qua non gemere modo, sed etiam concidere illud sine miseratione aspiciat? Deus autem misericordiarum, vilitatem necam benigne respiciens, vires etiam vobis sufficiet, aut alios insuper adducet, qui monasterii onera aliquando post me suscepturi sunt laud illibenter. Communiter quippe omnes vivebant; quamobrem certam atque securam vitæ normam iis præcipuit Pachomius, addiditque præceptiones, animis eorum perficiendis admodum utiles p; ut, juxta divinas scripturas, vestitu uterentur modesto, cibum sumerent moderate, somnum decenter caperent.

D
EX MSS
GOL. EGIS

Epl. 4. 1

E

o
exemplo
præsertim suo
discipulus
utilissimus:

F

Mat 11. 27

quibus certam
vivendi regulam præscribit.

P

A

EX MFS.
CÆCIS.

ANNOTATA.

a *Addit Dionysius, explicationis causa, Lebiton autem linea vestis erat, instar colobii, qua monachi utuntur hodieque per Thebaida et Ægyptum. S. Hieronymus in præfatione ad regulam S. Pachomii alique Lebitonarium vocant diminutive, et interpretatur genus vestimenti sine manicis. Infra autem in Appendice num. 29 ex facto Joux hortulani, Lebitonem diuitiarum nuum habentis, quo solum utebatur cum esset communicaturus, apparet ejus usum ad sacra institutum fuisse, qualis est superpelliceorum apud nos; et Lebitonem dictum videri quasi vestem Leviticam, in scripturis dictam Ephod lineum.*

b *In iis que Dionysius et Hermetus habuerunt MSS. solum dicitur, quod ipsi, Pachomius scilicet et Joannes, diversorum Patrum instituta considerantes, dabant operam ad majora virtutis augmenta consurgere: addit Dionysius operabantur etiam sedilia, sicut alii; scilicet cophinos alique utensilia, non sibi, sed ut empturi erant. Ast melius Hermetus sensui a nobis expresso inhæret quoad illa.*

B c *Ita etiam ex MS. Lipamoni Hermetus: Dionysii vero versio simpliciter Appollinea: vorat.*

d *Quæ sequuntur de Regula non inveniuntur in MS. Veneto, sed apud Dionysium, qui videtur ipsam vitæ tentam, qualem in Vita Patrum apud Palladium vel Heracleum Ponticum legerat, interuisse. Triplicem ejus versionem qui voluit inter se comparatam collatamque videre, Franciscum Bivarium adeat in opere de Veteri Monachatu lib. 3, cap. 6, § 1 ut præstantem: nobis satis est Dionysii versionem dare, et infra post Ammonii Epistolam, aliam quondam Regulam, in monasteriorum fundatione proponi solitam, qualem in MS. Florentino invenimus.*

e *Palladius in Lausiana cap. 38, et Heracleides Ponticus in Paradiso cap. 19 æneam fuisse asserit. Nicephorus addit Hist. eccl. lib. 9 cap. 14 quod ea tabula in hodiernum usque id est, suum diem, servatur: vixit autem ultra annum 900 Nicephorus: et de Angelo tubellam adferente ait, quod apparuit, ὡς εἶχε στολῆς, sicut erat stolatus. An ipsam formam habitus a monachis gestundi oculis Sancti obijciens?*

f *Addit Nicephorus, Domicilium ut ita circum valletur sepimento, ut id lectum cujusque caperet.*

g *Regula hæc apud Dionysium excidit, reponitur autem ex Palladio et Heracleide.*

C h *Addit Palladius, Fecit autem eis cucullas melles (Nicephorus, intras lineas) tamquam pueris, in quibus jussit imponi figuram Crucis purpureæ.*

i *Palladius, ex monasterio alio habente formam (id est, Regulam) diversam; cum quo non comedere tantum, sed et potare et in monasterium ingredi vetat.*

k *Longe aliter hæc Regula apud Palladium: Eum qui semel ingreditur, nec potest cum eis ad triennium sustinere certamen, non admittes: sed cum opera fecerit difficiliora, sic prodeat ad stadium post triennium. Ast Heracleides propius ad Dionysii sensum, sed verbis longe clarioribus: Quicumque ad eos ideirco fuerit ingressus ut cum ipsis maneat, non illum, nisi triennii tempus impleverit in loca monasterii secretiora recipias: sed cum prius per triennium totum laboriosius opus duriusque perfecerit, tum receptum intrinsecus jam ei esse permittendum.*

l *Addit Nicephorus, Signis autem quibusdam, manuum impulsione vel nutibus rem necessariam ab eis, quibus serte obvenisset ut mensæ præessent, insinuando peterent.*

m *Cassianus lib. 2 Instit. cap. 4 meminit duodenarii Psalmorum numeri, tam in vespertinis quam in nocturnis solennitatibus custoditi, qui, inquit, intemeratus*

unusque perdurat, quia non humana ad inventionem statutus a senioribus affirmatur, sed cœlitus Angelis magisterio Patribus fuisse delatus. Præscriptis autem addunt Palladius et Heracleides: Tres autem solas ad horam nonam diei: quando vero universa multitudo conveniebat ad manducandum, unicuique ordini in singulis orationibus statuit Psalmum præcinere.

n *Palladius et cum eo Heracleides, non luc finiens, ciariori aliquantum phrasi hæc prosequitur: Illis ergo inquit, ista præcepi, qui nec invenire possunt nec implere quæ profuit: ut cum servili quadam necessitate compulsi, ostenderint dignam in se sub proposito disciplinam, ad fiduciam valeant divinæ notitiæ pervenire.*

o *Hermetus postremi nomen legit, Opsis: Dionysius Phentessus, Suris et Obsis. Horum medius, in titulis epistolarum Mysticarum S. Pachomii ad eum, dicitur Abbas monasterii quod vocatur Chraum, et una cum Pachomio atque Cornelio infra nominandis gratiam Angelicæ linguæ adeptus.*

p *Præter Regulam ab Angela allatam in tabula, prolixiores Constitutiones dicitur Pachomius, quæ et Regula S. Pachomii vocantur, et S. Hieronymo interprete erant in Codice Regularum Holstemi parte 1. et annotationibus eruditius illustrantur a Francisco Bivario lib. 3 cap. 6 a num. 11 usque ad finem, postquam monuit, Angelicam Regulam non tum monachis fuisse datam quam ipsi Pachomio, monachis vivendi normam præscripsero. Illis adde Pachomii epistolas et verba mystica, de quibus infra num. 62.*

CAPUT III.

Prudentia in regendo: zelus et bonum exemplum Pachomii Monasteria ordinantis: Theodori novitii de nutre victoria.

Ita factum est, ut, vocante Deo, et numerum Monachorum augere volente, non pauci ad idem cum Pachomio vitæ genus ducendum confluerint. Inter hos Pecusius, Cornelius, Paulus, et alter quidam Pachomius, et Joannes, sanæ ejus fidei constanti fama omnes inducti. Post paucos etiam dies Theodorus se eis adjunxit, quindecim circiter annorum adolescens, qui genuinus deinde hominis sanctissimi filius et imitator effectus est. Ex hisce qui aptiores reperiebantur publicis primum monasterii curis præfecit: numerus porro discipulorum ad centenarium jam excreverat. Ubi igitur ad peragenda sacra mysteria erat necesse, Presbyterum e vicinarum Ecclesiarum una aliqua evocabat Pachomius, itaque ipsis absoluebatur solennitas. Nemo quippe inter eos ad ecclesiastici Cleri ordinem adjunctus versabatur, ita ratiocinante Pachomio, et ad suos persæpe repetente, optimum videri, nullam, in cœnobis præsertim, dignitatem et excellentiam appeti, ne rerum earum causa aversiones, rixas, invidiam, amulationem, aliasque divisiones inter monachos oriri contingat. Quemadmodum enim vel exigua ignis scintilla in segetem forte incidens, si non continuo fuerit extincta, integri anni labores nata est omnino exurere, ita Clericatus initium est cogitationis de appetenda præcellentia. Nobis vero potissimum convenit, aiebat, obedire Ecclesiæ, et in quemcumque sacro Presbyteratus ordini a Patribus nostris Episcopis adscriptum inciderimus, summa eum veneratione prosequi. Non enim etiam olim omnes Judæi inter Levitas censebantur. Quod si contingat e monachis aliunde advenientibus unum quempiam Clericatus esse dignitate insignem, non continuo eum vituperio dignum judicemus, veluti honoris cupidum (absit) sed ita potius statuamus, invitum illum, et

Ambitionis
occasionem
isdem eripit:

erga Presbyteros
reveren-
tiam commen-
dat:

Episcopo

A Episcopo obsequentem, et Sanctorum imitorem, ad id honoris pervenisse, si modo rite atque decenter suum ille officium peragere novit. Quin et si quis, ut homo, non injuste fortassis reprehensionem causam præbuerit, non tamen iudicio eum nostro condemnemus: est enim Deus justus iudex, qui singulis temporibus iudices, sui vicarios et Apostolorum successores, in orbe constituit, quibus ut justo iudicio cuncta discernant concessum est: nos autem moderate, benigne, et misericorditer in omnes oportet agamus. Cum autem Clericus aliquis ad virum Sanctum ut monachis adscriberetur, accedebat; ordinem quidem ejus deferrebat reverentia, quemadmodum divina nobis lex præscribit; quantum vero ad observantiam Canonis Fratres obligantis attinet, præstabat illam talis æque ac ceteri.

19 Videns porro homines ætate provecos, corporibus debiles, atque alios adhuc pueros; magna motus commiseratione, animis omnium consulere solebat. Non minori perfundebatur lætitia si quos videret notabilem in virtute progressum facere, et fide fiduciaque in Deum excellere: erant quippe omnes proficiendi studio et emulatione admodum insignes.

B Nonnullos tum constituit, qui sibi in animarum cura auxilio esse possent; et Œconomum, qui curam haberet omnium ad corpus vitamque sustentandam necessariorum; cui alium in munere eodem socium et adiutorem adiunxit. Per singula quoque contubernia ordinavit Præfectum, et in adiutorium ejus alium ab eo secundum. Primum autem contubernium minorum est Œconomorum, in quo mensam parant et cibos coquunt ipsi Præpositis. Reliqui enim Monachi promiscue habitant. Si quis autem severius vivendi genus sectari cuperet, is absque impedimento et alacriter propositum suum exequabatur. Post hæc et aliud constituit Œconomorum contubernium, in quod Fratres infirmitate aliqua pressi ad convalescendum se conferrent, servata omni qua regulis præcipiebatur munditie. Huic domui secundum etiam Præfectum dare voluit; monasterii vero foribus homines religiosos et peregrinorum amantes præesse, ut qui peregre forte advenirent, secundum merita et dignitatem benigne exciperentur; utque monasticæ vitæ candidatos sub se haberent, instruendo eos de rebus ad salutem spectantibus, donec habitum reciperent. Alios quoque plures, fide et pietate conspicuos, in Fratrum gratiam statuit, qui in fora excurrerent, et quæ necessaria monasterio compararent.

C Extra hoc vero ministerium quisvis Præfectorum, trium contuberniorum gerebat curam, ut ternis quibusque septimanis ministrantium Fratribus vires mutarentur, et alius in ministrando atque alias semper servaretur ordo: illi vero impositum sibi a Præfecto opus perficerent, prout scirent esse mentem magni Œconomi aut totius monasterii Patris. *[Plurimus enim (sicut dictum est) ad eum venientibus, et multipliciter in opere spirituali crescentibus, magna quadam conversationis eorum videbatur esse diversitas: quibus senex, juxta datam sibi divinitus Regulam, gratia Christi se per omnia moderante, pro viribus et ingenii singulorum, mensuras et formas operum custodire studebat; aliis quidem ut labore manuum victum quaererent a, aliis ut Fratrum occuparentur obsequiis; nec iisdem cuncti temporibus vescerentur, sed unusquisque pro labore suo vel studio, continentiam moderamine sustineret. Universos autem commonebat,] ut ad omnem obedientiam nutum prompti essent paratique, ut propriam discerent non habere voluntatem, ut denique pulcherrimos de se fructus Deo producerent. Si monasterii universi Patrem abesse quandoque contingat, qui secundum ab eo locum b tenet sufficiens est ad res omnes curandas, donec is revertatur, idque citra fastum aut jactantiam, sed magna cum humi-*

litate et mansuetudine ad Fratrum omnium ædificationem: idemque in contuberniis singulis quoad Præpositum et ei subordinatum ordo servabatur. Statutum fuit ut monasterii Œconomus tribus per hebdomadam vicibus mysteria fidei exponeret, sabbato semel, ac bis in quavis Dominica; nec non ut duo jejunia observarent contuberniorum Præfecti.

20 Ad hæc omnia magnus Pater noster Pachomius illud etiam insigniter adiecit, ut ecclesia erigeretur in pago quodam deserto, ad quam Sabbato et Dominico quovis die pauperes e vicinia pastores verbum Dei audiendi causa convenirent. Non hoc tamen a seipso consilium sumpsit Pachomius, sed e Serapionem Tentyrorum d Episcopum illud ipsum audivit suadentem. Sacras itaque constitutis horis ad congregatum populum lectiones habebat Vir sanctissimus, cum Fratribus suis ad ecclesiam progressus, propterea quod alias nullus ibi Lector, ad istud munus obeundum, designatus foret. Erat in ecclesie istius et peregre advenientium commoda atque necessitates tamdiu intentus Pachomius, donec Presbyter aliquis advenit, qui hoc munus digne perageret. Dum autem ad populum verba haberet, ita suam omnem promebat sapientiam, ita ostendebat pietatem, sic oculos, sic mentem, sic os atque vultum habebat compositum, ut rudes atque mundum additi homines, cum hunc Dei famulum intuerentur, majores conciperent animos ad Christianorum fidem pietatemque amplectendam. Ferebatur quippe vir egregius incredibili quadam in omnium salutem cupiditate. Cumque in homines subinde incideret, qui nullam Dei creatoris sui, præ se ferrent cognitionem; magnis privatim lamentis eam ob causam indulgebat, id unum desiderans, ut omnes, si fieri posset, ad salutem æternam perduceret. Erat id temporis Alexandriæ Archiepiscopus vir sanctissimus Athanasius, qui cum subjectas sibi dioceses de more lustraret, in superiorem e quoque Thebaidem ad ipsam usque f Syenen ascendere statuit, Dei ecclesias in recta fide confirmaturus. Cum itaque ad Tabennesim navigio appulisset, cum fratribus suis Monachis obviam occurrit Pachomius, non sine magna lætitia psalmos hymnosque decantans (magna quippe hominum multitudo comitabatur S. Athanasium) Deoque ob ejus præsentiam gratias habebat ingentes. Postea is, quem supra nominavi Tentyrorum Episcopus ad Papam Athanasium oravit, dicens: Monachorum in hoc meo loco Patrem habeo, insignem Dei famulum; cupio itaque vehementer ut omnibus eum Monachis, intra curam meæ limites versantibus, Patrem jubeas esse et Presbyterum. Ille vero hoc audiens, donec transisset Papa, delitescere inter Fratres studuit. Attamen diligenter attendens ipsum in navi existentem, cognovit esse verum Dei famulum; maxime ubi audivit quantas pro Evangelio et recta fide tentationes sustinisset, y qua etiam ex causa multum secutis deinde temporibus sustinuit: [caritatem quoque, quam erga universos et maxime Monachos habebat, intento mirabatur animo eumque toto cordis affectu venerabatur.

21 Nec solum hunc diligebat ardentius, sed et omnes rectæ fidei viros summo studio præferbat. *Hæreticos autem detestans plurimum*, maximo odio prosequabatur Origenem, non ea solum de causis, quod ante Arium et Meletium adversus Dei Ecclesiam blasphemis et schismate grassantes, ex eadem ipse Ecclesia fuisset ejectus: h [sed etiam quia sacræ Scripturæ dogmatibus exosa atque detestanda, quæ nonnullorum corda subverterent, expositionibus suis admiscuit: et sicut solent qui venena temperant, amaritudinem melle contigere; sic proprii virus erroris caelestium verborum dulcedine linctus, exitiosa rudibus dogmatibus propinquet: quapropter

D
EX MSS
GRÆCIS
Catechesim
curat, præsertim pauperum.

c d

E

Presbyterum
declinat

f

F

g
Hæreticos,
et maxime
Origenem
detestatur.

h

varios sibi in
administra-
tione adiutores
dedit.

a

b

EX MSS.
GRÆCISDetractores
passime odit.

Ps. 100. 5.

Ergo consan-
guineos affe-
ctum erant.Savor ejus
fit monacha :Cul cum mul-
te se adjuu-
gerent,

Visitatorem

et regulas
tradit :cautela
visitationi-
bus monacha-
rum.

A quapropter universos Fratres sollicitius admonebat, ut non solum ipsi Origenis commenta non legerent, sed neque legentibus quidem ovem penitus admovent. Unde fertur aliquando reperisse volumina ejus, et in aquas misisse continuo testatus his verbis : Nisi scirem nomen Dei in eo esse conscriptum, omnes garralitates blasphemiarum ejus ignibus concremassem : adeo rectæ fidei erat amator, emulatoreque veritatis. Sicut autem inimicis Ecclesie odio adversabatur hostili, ita Catholicorum probabatur adjuvare profectibus, et ipsum Christum redemptorem omnium se in Sacerdotibus ejus in Ecclesie throno testabatur cernere. Si quando vero fratrem detrahentem cuiquam pro quolibet negotio cognovisset, non solum non credebat ei, sed etiam avertens se mox ab eo, velati a facie serpentis, concitus abcedebat, illud Psalmographa frequenter insinuans : Detrahentem seculo proximo suo huic persequabar. Nullus, aiebat, bonus de ore suo profert quidquam mali, nec sanctis Patribus veniunt ore prorsus obloquitur. Quo de re multis quidem Scripturis, Dei demonstrabat indignantis offensam, præcipue tamen Mariæ proferebat exemplum, quæ mor ut adversus Moysen querelas obtrectationis effudit, perfusa lepro divina judicium vitare non potuit. Hæc docens, utilitatem maximam audientibus conferebat.

22 Comperit autem germana in soror ejus institutionem suam præclaram atque sublimem : cupiensque videre eum, ad monasterium ejus advenit. Quod ubi cognovit Pachomius, hujusmodi responsum ei per ostiarium dixit : Ecce, soror, audisti de me quod vivam et incolumis existam ; perge igitur in pace, nec contristeris quod te non videam corporalibus oculis. Quod si volueris hanc conversationem sequi quam teneo, ut possis apud Dominum misericordiam reperire, cogita tecum diligenter et tracta : et si cognovero hoc sanctum cordi tuo sedisse propositum, præcipiam Fratribus meis ut tibi præcedant mansionem, in qua cum disciplina verecundique persistas : nec dubito quod alio exemplo tuo Dominus advocabit, quæ tecum maneat, et per te mereatur salutis æternæ invenire subsidium : nullam namque requiem in hoc corpore mortis habere poterit homo, nisi qui piis operibus Deo placuerit. Hæc audiens soror ejus, flevit amore, et compuncta divinitus, ad exhortationem saluberrimam mox appulit animum, seque Christo serviri professæ est. Hanc ergo mentem germanæ suæ Pachomius agnoscebat, Deo gratias egit, qui ei promptam largitus est voluntatem, et protinus religiosioribus imperat Fratribus, ut ei præcedat a se monasterium constituant. Quod ubi factum est, cum illa secundum plurimam, et brevi tempore magna multitudinis Mater effecit est. Quas instruens et docens, ut cor a carnalibus cupiditatibus abstrahentes, ad celestia et mensura semper attollerent, ipsa et rivendo pariter et loquendo salutis eis itinera demonstrabat. Sanctus autem Pachomius cuidam Petro, ætate jam grandævoo, et veneranda senectute conspicuo, præcepit ut interdum famulus Dei visitaret, et sancta exhortatione sustolleret. Habebat enim cum mortificatione passionum omnium, etiam sermonem, sicut scriptum est, sale conditum, eratque oculis mentis et corporis valde castissimus, qui sæpe nonnisi virginibus Christi de sanctis Scripturis loquebatur, et insinuabat eis que pertinent ad salutem. Pachomius vero descripsit eis regulas, quibus utentes, jugiter conversationis suæ momenta dirigerent. Exceptis enim melotis, quas femine non habent, omnis institutionis earum forma Monachis probatur esse consimilis. Si quis autem de Fratribus habebat in monasterio feminarum propinquam aliquam vel sororem, eamque visitare voluisset, mittebatur in eo unus ex senioribus probate vite : et primum quidem ridebat eam quæ Senioribus præerat : et deinde sub ejus præsentia et aliorum, quæ erant provectoris ætatis, sororem suam vel proximam Frater cum omni pudore et gratia sanctitatis cernebat, nihil ei deferens,

nec prorsus ab ea quidquam accipiens. Non enim proprium quid habebant quod sibi mutuo largirentur ; erantque satis utrisque solum visitationis officium, memoriæque futurorum cum spe felicitatis æternæ. Si quando vero vel ad structuram, vel ad aliam rem feminæ Monachis indigerent, eligebantur magnæ conversationis, viri qui Fratribus ad quæsitæ præessent officia : et cum timore Domini laborantes, refectiois hora revertebantur ad monasterium, carentes apud eas quidquam cibi potusque percipere. Una vero regula tam virorum quam feminarum hodieque perdurat, nisi quod feminæ melotis, ut diximus, minime utuntur. Quod si defuncta esset Virgo, curantes funus ejus reliquæ, cunctaque quæ ad sepulturam pertinent adimplentes, deferebant usque ad ripam fluminis quod utraque monasteria dividit, psalmos ex more canentes. Tunc transeuntes Monachi cum ramis palmarum et olivarum frondibus, psallentes transvehant eam, et in sepulchris suis cum hilaritate condebant.

23 Hæc talis ac tanta conversatio longe lateque crebrescens, sanctique Pachomii nomen ubique perveniens, universos ad agendas Deo gratias excitabat. Non pauci quoque contemneutes hujus mundi negotia singularem Monachorum conversationem et spiritualia studia diligebant. Inter quos et Theodorus, adolescens annorum ferme quatuordecim, Christianis ortus parentibus, et secundum seculum valde claris, hoc modo conversus est. Undecimo die mensis Tibi, id est octavo Idus Januariæ, quædam apud Ægyptum celebratur ex more festivitas. Cernens itaque domum suam nimis amplam ac splendidam bonisque omnibus abundantem, per Dei gratiam corde compunctus, talia secum cepit volvere : Quid tibi proderit, infelix Theodore, si totum mundum lucratus fueris, et temporalibus perfruens deliciis ab illis æternis bonis et immortalibus excludaris ? nullus enim potest et præsentibus deliciis perfrui, et perennis gloriæ præmia promereri. Et graviter mox ingemiscens, in secretiorem domus partem sese proripit, ibique in suam se faciem prosternens, cum lacrymis hæc a Deo precatus est : Nolo, Deus, quæcumque ad mundi istius vanitatem pertinent. Te solum et misericordiam tuam volo. Posteaquam autem Theodori mater filium suum diu multumque requisivisset, dicto in loco eum tandem reperit. Cujus oculos a fletu quasi turgilos cum observasset ; Quæ tibi, ait, fili mi, doloris causa ? quo nunc loco versaris ? ego quippe et fratres tui jam dudum ad prandium te præstolabamur. At Theodorus matri respondens ; Abite, inquit, vos et prandete : ego enim cibos hand quaquam sumere statui : itaque ad vesperum usque in eodem conclavi jejuniis perstitit. Ad biduum quoque sua præcæpe jejunia protraherat, per duos etiam annos. Monachi iustar, a cibis delicatioribus abstinere solitis. Post hæc suæ permissis voluntati, domo egreditur paterna, et Latopolitanum in Nomum petens, in anachoretarum istic et piissime versantium consortium abdere se constituit, annum tunc ægens suæ ætatis quartum circiter et decimum.

24 Cum itaque ad instituendos de rebus piis sermones vespera quadam in unum convenissent Monachi, ex iis nonneminem de Tabernaculo Mosaico sic audivit disserentem, ut Sancta, et Sancta Sanctorum de duobus populis mystice intelligenda esse assereret, eaque huic in modum interpretaretur. Prior namque, aiebat, ille Israelis populus per exterius Tabernaculum nobis videtur significatus, cujus omnem sacrificandi rationem et apparatus in animalium occisione, in propositione panum, in candelabro et luminaribus, aliisque nonnullis, constituisse novimus : at vero quæcumque ad fidem Christi vocatæ sunt gentes, Sancta nobis Sanctorum, id est plenitudinem legis, representare dicendæ sunt. Etenim quæ ad illas spectant, multo

D

Theodorus
nobis ado-
lescens,

E

spretis deli-
cius et domo
paterna,

F

inter mona-
chos vitam
agit :

sunt

A sunt illustriora, quam quæ exterius illud Tabernaculum commendare poterant. Siquidem animalium loco in sacrificia mactandorum altare habent Thymiamatis, pro Mensa panum propositionis Arcam testamenti, qua panum spiritualium copia, et liber Legis, et alia quæ scitis continentur; pro Candelabri denique lumine atque splendore Propitiatorium illis, in quo sese Deus misericorditer exhibet, qui ignis consumens est, hoc est Deus-Verbum, quod, assumpta hominis natura, factum est propitiatio pro peccatis nostris, in carne scilicet nostra visibiliter nobis apprensus. Hanc de Tabernaculo interpretationem ubi in medium Frater iste ac Monachus produxit, illud ad extremum addidit: Quodcumque modo ad vos dixi, jam ante ab homine omnium quos novi sanctissimo, Patre inquam nostro Pachomio, auditu ipse percepi, cum eandem Tabernaculi expositionem afferret, qui in Taberna magnam Monachorum, pulchros in Christo progressus facientium, multitudinem congregat. Sic autem plane mihi persuadeo, fore ut vel propterea aliquid meorum delictorum condonet Dominus, quod hoc in tempore de viro sanctissimo fecerim mentionem. His auditis, vehementer animo accensus est junior Theodorus, atque ita Deum obsecravit: Si tantæ sanctitatis homo aliquis in terra versatur, fac, oro, Domine Deus, ut aspectu ejus frui, ejusque præceptionibus merear instrui, atque ita animæ meæ salutem, ipso adjuvante, consequar. Hæc porro eadem in oratione repetens Theodorus, maximam noctis illius partem exegit.

B 23 Illucescente autem die Pecusius quidam, vir non pietate minus quam senio venerandus, propter quamdam Fratrum necessitatem, illic advenit. Eum igitur multis precibus rogavit Theodorus, ut sese ad Magnum Pachomium in ejus monasterium deducere secum ne gravaretur. Adolescentem itaque abduxit Pecusius: dumque arreptum iter haud indiligenter peragunt, Dominum suppliciter adorat Theodorus, ita aiens: Benedictus es Domine, qui petitionem meam benigne exaudisti. Ut autem in Patris nostri Pachonii venit conspectum, multos in ipso monasterii limine gemitus profudit ac lacrymas. Cui Pachomius: Noli, ait, flere, fili mi: ego quippe Patris tui (Deum intelligebat vir sanctissimus) sum servus. Postquam deinde in monasterium adolescens est ingressus, et auribus atque oculis inculpatam Fratrum monachorum vitam cognovit, magno ad virtutem studio est incensus. Quamobrem nullum in proficiendo modum ponens, in mandatorum divinorum observatione magis quotidie magisque confirmabatur; a Pachomio, qui Sanctorum vestigiis omnino inhærebat, viam quæ tenenda erat diligenter edoctus. Et sane ingenio præditus erat adolescens, ac tria hæc summo sibi studio comparare satagebat, animi videlicet puritatem, mediocritatem sermonis quo apte admodum grateque utebatur, et sinceram ad usque mortem obtemperandi promptitudinem. Jam vero in omnibus vitæ monasticæ exercitationibus, vigiliisque orationis causa producendis, nulli unquam visus est concedere: sed amulabatur perpetuo charismata meliora, ita ut tam consolator afflictorum, quam natu etiam majorum ad optima quæque dux et hortator existeret. Spiritus enim ubi vult spirat. Pater itaque noster Pachomius, cum insignem adeo discipuli sui profectum latissimis oculis aspiceret, ita apud animum suum statuit, fore ut, se mortuo, ad animarum regimen divinitus vocaretur Theodorus.

C 26 Mater porro re intellecta venit, epistolas secum ab Episcopis in deferens, quibus jubebatur, ut ei restitueretur puer. Hæc in Virginum cœnobium hospitaliter recepta, litteras Episcoporum ad Pachomium destinat, ut saltem filium videre liceat. Adolescentem igitur allocutus Pater: Audio, inquit, tua causa tuam huc advenisse matrem. Episcoporum illa litteras attulit; ob quarum reverentiam necesse est ut a nobis abeas, matrem salutes, ac bonam ejus veniam impetres. Dic mihi, reponit adolescens, o Pater, si post tantarum rerum acceptam cognitionem, matrem salutaturus abiero, non jure meritisimo in supremi judicii die reprehendet me Dominus? ubi enim ad aliorum ædificationem fortiter agere me oportebat, scandalum nunc fit tanta Fratrum multitudini. Filii certe Levitarum parentibus et fratribus suis mortem adferre non dubitarunt, ut Domino magis placerent, neve ejus in capita sua iram provocantes de animæ salute periclitarentur. Nec ego igitur aut matrem aut quidquam omnino meum in mundo isto habeo: præterit enim. Tunc Pachomius: Si Deum magis quam matrem diligis, numquid consiliis tuis ego obsisto? nonne potius id ut generose facias hortator accedo? Qui enim amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Hæc certe omnis est summa perfectionis. Pulcherrimum istud animi tui propositum cum Patres nostri sanctissimi Episcopi acceperint, non propterea mœrore aut indignatione, sed gaudio potius summo afficiendi sunt, quando tantum te in virtute profecisse animadvertent. Nec sane vitio aut peccato verti potest, si quis in suos forte propinquos incidens, eos non ut carne aut sanguine junctos, sed ut membra Christi, non alio ac reliquos fideles omnes, amore prosequatur: caro enim non prodest quidquam. [Si quis autem passione quadam seculi captus, dicit: Parentes caro mea sunt, eos diligere debeo; audiat beatum Petrum Apostolum prædicantem. A quo quis superatur, huic et servus efficitur. Qui ergo vincitur amore carnis, servus sine dubio est carnis.] Cum ergo matri suæ sistere se Theodorus nollet, ipsa etiam, ut quæ incredibili erga filium summo amore tenebatur, ad propria reverti noluit: sed cum devotis Deo virginibus volens lubensque permansit, ita secum inquit; Hoc saltem modo vel inter alios Monachos subinde eum videre, neque hoc tantum, sed etiam animæ meæ salutem in tuto potero collocare.

ANNOTATA.

a In MS. Florentino his omnibus omissis solum legitur: Sunt et alie domus constitutæ cum suis Præfectis et Subpræfectis ad opificia exercenda et texturam storearum. Hactenus autem descriptæ officiorum distributioni lucis aliquid addere poterit, quod S. Hieronymus in Prologo, ad Regulam S. Pachonii a se Latine redditam, ita exponit: Nostri Fratres Egypti, hos est Tabernenses monachi, habent per singula monasteria Patres, et Dispensatores, et Hebdomadarios, ac Ministros, ac singularum domorum Præpositos: ita ut una domus quadraginta plus minusve Fratres habeat qui obediunt Præposito: sintque pro numero Fratrum triginta vel quadraginta domus in uno monasterio: et ternæ vel quaternæ domus in unam tribum fœderentur, ut vel ad opera simul vadant, vel in hebdomadarum ministerio sibi succedunt per ordinem: Hæc ille: quas autem Hieronymus domos vertit, Græce οὐκεία, multi vocare eon tubernia, rem potius, quam communem et indefinitam vocis Græcæ vim attendens.

b Dionysius et Hermetus ex suis MSS. hanc locum sic reddiderunt, quasi ipse Pachomius Flavio absente, solitus fuerit solus implere omnia.

c Zuo Aprion, Dionysio Saprion, et hoc nomen in Athanasii Apologia de fuga sua, ubi recensentur Egypti Episcopi Sardicensis Synodi Actis subscripti, secundum vetustiore editorem etiam Saprion legitur:

D
EX MSS.
GRÆCIS

Matt. 10, 37
E

Jo. 6, 64

quæ in Virgini-
um monaste-
rio monacha
efficitur.

F

ubi de Pa-
chomio ac-
cepta fama,

duce quodam
Pecusio ad
illum pergit,

filique sub eo
monachus,

Jo 3, 8

Materm vide-
re ahnuat;
m

EX MSS
GRÆCIS

A *sed in posterioribus correctionibus Serapion. Est tamen alius Serapion Thmneus Episcopus, cui potius quam huic Teutyra videtur Athanasius prolixam scripsisse Epistolam, seu verius tractatum, contra dicentes, quod Spiritus sanctus creatura est, et misisse Syllogen documentorum pro sua causa facientium cum epistola de morte Arii, uti dictum in Vita ejus 2 Maji cap. 35 et 36. Vitæ Patrum editionis Coloniensis, nescio ex quo fonte, Pycerium habent.*

d Teutyra et Tentyris urbs et Nomus Ægypti, inter Diospolis Magnam et Parvam, quondam Episcopalis, nunc prorsus jacet extincta.

e Quamvis Alexandriam Patriarchatus diæcesis variis a variis limitibus accipiat; satis tamen statui potest tam ex ipsa Athanasio, Patriarcha quondam Alexandrino, quam ex Euphramio aliisque, omnem Theb. idem eidem Patriarchæ fuisse subjectam; quam hic proinde ex munere suo visitasse, recte scribitur Athanasius. Videtur autem ad solius Patriarchæ officium pertinuisse ordinatio non tantum Episcoporum sed etiam Presbyterorum per omnes sibi subjectas diæceses, ita ut eos Episcopi non nisi ex ejus licentia et mandato potuerint ordinare: hoc enim probat Episcopi Teutyra pro Pachomio, suæ diæcesis Monachus cum titulo Presbyteri proponendo.

f Syene urbs et insula non magna, a majori altera, quæ Eiophantina dicitur, et sub eodem Syenes nomine quandoque venit, interfluentis Nili brachio abjuncta, distat ab Alexandria, quam longa cum Thebaide Ægyptus est.

g Huic colligimus facta hæc post annum 338, quo in suam Sedem ab exilio Gallieno rediit Athanasius, anno 341 ab invasione Gregorio iterum compellendus ad fugam, nec ante annum 349 restituendus suis. Baronius ad an. 328 Visitationem hanc refert, et ad ipsa alicui ab Athanasio Episcopatus initia. Nos in Vita S. Athanasii num. 378, secuti Hermantium, ad Valentis tempora et extremos sancti Episcopi annos eandem Visitationem retuleramus, necdum examinata hæc S. Pachomi vita, quam nunc correctam cupimus, quia anno 349 obisse Pachomium didicimus. Aldimus tamen etiam sub Valente, qui soli Athanasio peperit, huisse ei visitare Thebaidem, quod revera cum fecisse, cum jam Monachos regeret Theodorus, videmus infra num. 91. Nota autem Pape titulum hic et infra sic duri Athanasio, ut cum solo Romano Pontifice communem eum habeat Archiepiscopus Alexandrinus, sicuti ex Epistola Petri Antiocheni ad Gradensem Archiepiscopum, docet Leo Abbas lib. 1 de Ecclesiæ Orientalis et Occidentalis perpetua consecutione cap. 18.

C h Huic usque ad num. 30 deerant omnia in Codice Florentino, foliis aliquot evulsis mutilo, cujus defectus partem primam supplemus ex Latina versione Dionysii alteram ex MS. Medialanensi acephalo, cum quo deinde multa contulimus: neque enim potuimus omnia, cum ipsam mutilam quoque sit, evulsis foliis non tantum in principio, sed etiam in progressu.

i Ruffinus lib. 3 num. 34 habet hæc de sorore Theodori: sed huic auctori potius credendum, quam Ruffino, qui rem pæne similem de Theodori, non sorore, sed matre eam hæc confudit.

k Esset dies vi Januarii. Et hujus forsitan diei festum est, quod vi Januarii notat Petrus Castellanus in Syntagmate de festis Græcorum, appellaturque Ἰαῖδος ἁγίας, Accessus Isidis opud Platarchum. Ab Ægyptis ad Græcos transisse superstitionem hanc nemo dubitaverit: notatque Diodorus Siculus lib. 1 Bibliothecæ, in hujusmodi festis tritici et hordei vascula circumferri, in memoriam eorum, quæ ab initio artificiose invenit Deus. Hoc posito, si annus brevis videtur tempus a Kalendis Decembribus, quibus lata est Constantii de abolendis Gentium ritibus, usque ad festa Osiris seu Bacchi eodem mense celebranda, ut lex ca

interim venisse in Ægyptum potuerit, sicut indicavimus in Vita S. Athanasii num. 228, poterit lector rem ibi notatam transferre ad hoc Isidis festum, seu aliud quodcumque posterius. Ceterum mensem, qui his Tibi scribitur, Seldenus lib. 3 de Syædriis Hebræorum vocat Tuba, ejusque diem xi, cum Januarii die vi facit convenire. Sed quomodo Christiani, quales erant parentes Theodori, festum potuerunt egisse tali die? Nempe, uti Calvinistæ in Hollandia, eliminatus Sanctorum festis, non aboleverunt quarundam festivitatum puto S. Martii, S. Nicolai, Trium Regum etc. hilaritatem annuam; sic nec Christiani potuerunt statim ab ipso initio plebem abducere, a licito honestaque relaxatione, iisdem quibus Gentiles diebus sumenda.

l Nomus seu Præfectura Latopolitana, a primaria urbe Latopoli sic dicta; uti et ipsa urbs a cultu piscis cujusdam cui Lato nomen; estque ad sinistram Nili: i-pam, inter Tentyram et Thebas, mole confusa a nonnullis cum Præfectura Latopolitana, a Latonæ nomine et cultu vocata.

m Ad Synodum aliquam Episcoporum hæc de causa accessisse videtur potens iudicium.

CAPUT IV.

Pachomii moderatio erga immorigeros, delinquentes, pueros et ægros: miracula quædam et monita spiritualia: Theodori profectus.

Ante porro quam Cœnobitarum numerus in majus excreceret, quidam in Pachomii disciplina versabantur Fratres, quorum animus in terrena atque carnalia adhuc erat pronus: nec enim fieri videmus ut sancto Dei timore omnes agantur æqualiter. Multis equidem illos Pachomius ad meliora omnia hortabatur, sed frustra; cum illi ad viam rectam capessendam vel intelligendam nec aures haberent, nec animos, et virum sanctum non exiguo dolore afficerent. Quamobrem in secretiora ille secedens, humi se prosternit, itaque Deum precatur: Tuum, Domine, hoc est mandatum æquissimum, ut proximos nostros non aliter atque nos ipsos diligamus. Tu itaque infelices illos benigne respice, eisque inspira ut compuncti animo timorem tuum suscipiant, et quæ tandem monachorum vita esse debeat, omnino intelligant; ut hoc modo, veluti Fratres reliqui omnes, spem suam in te solo habeant repositam. Fusa oratione, cum nihilo illos obsequentiores videret effectos, sed pertinaciter in sua permanere inobedientia, regulam iis vivendi atque agendi singularem et seorsim tradidit, ut non possent eam non observare. At illi cum viderent suæ se voluntati haudquam permissi, ut eum quem maxime velent vita et actionum tenerent modum, punico quasi terrore percussi, relicto Pachomio, in alia sese loca receperunt. Et talium vero monachorum discessu illud est consecutum boni, quod tritico videmus accidere a zizaniis recte purgato, ut lætius multo floreat et maturescat; ita quoque discolis iis abentibus, reliqua monachorum multitudo et numero et virtute non parum visa est excrecere. [Hæc autem retuli, volens ostendere, quia sicut nihil obest hominibus seculo deditis, si se tradiderint monachum institutis; ita nihil utilitatis affert monachis professio venerabilis, si negligentes existant; sed nec oratio paternæ, nec candescensio eos poterit adjuvare torpentes.] u Cum quodam tempore quæcumque in promptu erant egenis liberaliter contulisset Pachomius, accidit ut necessarii ad victum pines deficerent. Quamobrem constituit, ut tres storeæ, quas monachorum quidam attulerat, dividerentur, mittereturque qui frumentum pretio compararet. Ipsa vero eadem nocte sub auroram fures monasterii

E Pro immorigeris quibusdam Monachis orat Pachomius;

F sed hæc disciplinam ejus dæserunt

u Pachomius prodigiöse frumento juvatur

A rii pulsare auditus est homo : quem intro admissum percunctatus est Pachomius, qui requireret. Cui alter, Frumentum, *b* ait; sed per alia omnia perque ipsam meam salutem assero, quod in somnis occulta quadam vi adductus sim, ut vobis eo opus habentibus illud potius offerrem, tamquam acceptissimis Deo hominibus. Tum Pachomius; Nos quidem, respondit, frumento maxime habemus opus : sed tamen terminum, intra quem istud nobis restituendum erit, constitue. Cum itaque paulo post adventum navi frumentum in monasterium fuisset illatum, magnam omnem Fratres de repentina Dei erga famulum suum cura et providentia admirationem conceperunt.

A presbytero quodam quod peregrinos seorsim ercepisset, reprehensus,

28 Fuit iisdem temporibus, post martyres pro fide occisos, Dionysius quidam Confessor, summa vir pietate, et Tentyrae Ecclesiae Oeconomus, idemque Pachomio amicissimus : qui cum intellexisset, Pachomium non permittere advenientibus aliunde Monachis, ut intra ipsum monasterium una cum aliis Fratribus degant, sed ad monasterii fores loco ab aliis secreto eos excipi; indoluit amici causa, ac mox in Tabennesin ipse profectus, virum sanctam eam ob rem dictis castigare instituit. Hominis reprehensionem mansuete patienterque excipiens alter; Deus, inquit, mentis meae propositum optime habet perspectum, nec paterna tua Caritas ignorat, illud summo a me studio semper curatum, ut nullius nunquam animum offenderem. Et sane quomodo id ego contra Dominum meum auderem, qui sic nos admonet : Quamdiu fecistis uni ex iis qui in me credunt, mihi fecistis. Meosne igitur Fratres absque ulla ratione a ceterorum contubernio, sic quasi hospitio illos extrudens, semotos habeo? absit. Sed cum persæpe monasterii mei statum attente considero, varii in eo generis homines, quosdam recenter admissos, qui nullam adhuc vitæ monasticæ cognitionem habent, quosdam etiam pueros, qui dexteram inter et sinistram discrimen invenire nequeunt, alere me conspicio. Quamobrem melius me facturum existimavi, futurumque e majore commodo atque honore Patrum ac Fratrum peregre advenientium, ut constituto quidem tempore nobiscum ad sacram convenirent Synaxim, sed perfecta deinde oratione in magis decentem et quietum locum ad cibos et somnum capiendum concederent, sufficiente me ipsis quæcumque habere possunt necessaria, ad eum modum qua Patriarcha Abraham Domino sub quercu et seorsim excepto ministravit. Hisce auditis acquie-

vit presbyter Dionysius, et nihil quod *c* non e divina esset voluntate, a Pachomio agi cognovit. Uxor erat cujusdam eo in loco degentis hominis, quæ sanguis fluxum magna sua molestia patiebatur. Hæc uxor de Pachomii sanctitate audivit, Dionysium jam memoratum, viri sancti amicum, supplex rogat, Pachomium ut accersat, quasi de magni momenti re cum eo acturus. Advocatus ergo Pachomius cum Dionysio in ecclesia disserebat, ac dicta mulier, incarnato pro nobis Deo credens, qui ad suos quondam discipulos dixit; Qui vos recipit, me recipit, cucullum quo hominis sancti caput cooperiebatur, cum fiducia attigit, et repente sanitatem obtinuit, [*et proci-*

Matth. 25. 40.

facti sui rationem modeste reddit.

Hamorrhoidisam sanat.

c

Matth. 10. 40.

29 Aliquando vero necessitate exegit ut sopis munimine monasterium vallaretur : in quo opere laborantibus Fratribus ipse latus ferebat maximum auxilium]. Interim in vicino quodam monasterio, cui qui præerat Pater ad S. Pachomium consilii causa frequenter accedere erat solitus, Frater fuit, qui *d* Oeconomi

munus in eo sibi monasterio deposcebat. Verum monasterii Pater, hominem eo officio ratus indignum, quando a petitione ut desisteret persuadere nequivit, callide ad Fratrem ita est locutus; Pater equidem noster Pachomius edixit, ut ne tuæ isti postulationi annuerem, quoniam eo quod petis munere parum te esse dignum, optime intelligit. Hæc ille audens, non sine indignatione secum abripuit monentem, dicens; Veni, ad Pachomium una pergamus, ibique confirma quæcumque contra me modo protulisti. At monasterii Præses, metu pariter et dolore plenus, hominem sequebatur, multum dubitans, quem tandem exitum contentio illa esset habitura. Cæpta ergo via properantes, Pachomium una cum aliis Fratribus muro ad monasterium attollendo occupatum repererunt. Quem propius Frater iste affatus; Descende, inquietabat, o mendax, et aliquod meum peccatum contra me, si potes, affer. Pachomio autem non continuo respondente; Omutescis sane, adjunxit, cum nihil in tui excusationem proferre valeas. Quis vero te ad falsa dicenda compulit, cum præsertim ipse te perspicacem satis præduces, utpote qui longa te rerum contemplatione perfecisti? Talia adhuc Fratre objiciente, cum nullius in ipsum delicti conscius sibi esset Pachomius; Peccavi, inquit, o Frater, sed tu veniam mihi, oro, concede. Numquamne tu in aliquod peccatum incidisti? Hac voce percepta, ab ira et contumeliis Frater destitit. Descendens autem ab opere Pachomius, monasterii Præsidem de re, quam audierat, percunctatur. Quem ut lamentantem et animo vehementer anxium conspexit; Quid, ait, hocce tandem est negotii? Tunc alter; Hic, inquit, muneris cujusdam administrationem sibi deposcit, ad quod omnino reperitur ineptus. Ego vero cum ab ea mente hominem dimovere non possem, ut qui aures mihi præbere plane negat, tuam interposui auctoritatem, ut molestus esse desisteret. Illam siquidem a Domino prærogativam tibi esse concessam non ignoramus, ut nihil te fraudis atque doli possit latere : sed ecce amens ille ac stolidus pessimis suis contumeliis virum justum ac sanctum incessere non erubuit. Tum Pachomius; An non, ait, divinam ex me voluntatem quæsiturus huc advenisti? igitur quod dicam attende. Suan homini isti petitionem facilis concede, ut hac ratione hominis istius animam potestati demonis eripiamus. Sæpe namque accidit, ut quispiam, alioqui malus, cum beneficiis fuerit affectus, nonnullum boni honestique amorem concipiat. Hæc scilicet ratio est caritatis, quam verbo nos et exemplo Deus edocuit, ut imperfectiones mutuas magno commiserationis affectu toleremus. Sic ergo ille voti jam sui compos, noluit; et mutato statim proposito cum valde magna contritione Pachomium amplexatus, culpam ingenne est confessus; Homo Dei, inquiens, superas multum famam, quam de te audivimus. Perspicere namque nobismetipsis hœuit, quam egregia ratione malum in bono viceris. Si enim non ita placide clementerque, sed contra duriter atque acerbe me exrepisses, monastica statim vita valere jussa, a divino recessissem obsequio. Benedictus tu, per quem vita mihi ac salus est conservata. [*Tunc allevans eum de terra venerabilis senex, hortabatur sedulo ut vitam sumere e professione dignam, ne quando negligens perpetuo in futurum tormenta sentiret. Et osculatus eum dixit in pace : quem etiam usque ad fores monasterii prosecutus est.*]

D
EX MSe.
GRÆCIS.

Monachum multa falso exprobrantem patienter tolerat,

E

beneficiis demulcet,

F

et ab apostasia servat.

e

f

30 Ad monasterium accedens *f* quidam multis Pachomium precibus orabat, ut filiam suam, quam dæmon insederat, sanare vellet. Quod ille audiens, cui moris non erat cum mulieribus agere, misit per janitorem responsum ad ostium in hæc verba : Unum ex vestibus ejus lotum huc mitte. Allatam igitur puellæ

EX MSS.
GRÆCIS.
Occultum
puellæ peccatum
cognoscit,

A puellæ tunicam ut homo sanctus aspexit, sua illam benedictione impertiturus; Non est hæc, ait, puellæ, quam dicis, tunica. Affirmante altero, dictaque sua iterum atque iterum probante, esse illam filiæ suæ vestem ipsissimam; misit Pachomius qui diceret: Est quidem illa filiæ tuæ tunica, sed ipsa non servat castitatem, cum virginitatem sit professa: simul enim atque oculos in vestem conjeci, intellexi non esse a labe et corruptione puram, ac propterea ad filiam tuam negavi pertinere. Sancte itaque promittat fore ut majori se in posterum diligentia ab omni immunditia puram servet, idque coram Deo qui promissiones sibi factas nunquam non audit: sic fiet ut Dei ejusdem misericordia filiam tuam sanam habeas atque incolumem. Filia ergo sua in examen vocata, indignans simul ac mœrens Pater ipsiusmet confessione peccati labem cognovit, ac simul promissum ab eadem accepit, quo nihil in posterum ab ea ejusmodi perpetratum iri sancte pollicebatur. Tunc Pachomius oleum, benedictione sua consecratum misit ad patrem: qui filiam suam eodem ubi pernix, nihil in fide hæsitans, sanitati mox pristina videre meruit restitutam. [*Ipsa vero glorificabat*

Quam uti
et adoles-
centem quem-
dam, oleo
ac pane bene-
dicto a damo-
ne liberat

B *Dominum jugiter, quod non solum daemone, sed detestabili conversatione liberata, in reliquum se continentie studio per Christi mancipasset auxilium.*] Quidam alius filium suum, a molestissimo genio vexatum, adduxit rogans ut sanaretur. Panemque ab eo qui erat ad januam accipiens, cum mandato ut eum comminueret esuriente daemoniaco, frustum ejusdem panis homini porrexit. Sed nec attingere eum energumenus voluit, cum ex aliis panibus avidissime comederet. Mala deinde panis et viridis coloris cascolos aperiens, panis benedicti micæ iis immiscuit, ut nescius saltem daemoniacus ex eo sumeret: sed cum vesci occupasset, aperissetque appositos cibos, omnia panis benedicti frustula abjecit, ne minimum quidem ex iis degustans. Quamobrem biduo eum jejunium manere voluit, donec viribus ferme destitueretur: quo elapso pulsem coxit triticeam, cui dictum jam sæpe panem immiscuit, quem benedicto insuper oleo intinxit. Continuo autem quieti sese tradens energumenus, altum cepit dormire. Cujus parens non diu post ad monasterium rediens, Deumque laudans, de recuperata a filio sanitate nuntium ipse attulit. Complures etiam alios e variis languoribus per servum suum Pachomium Deus eripuit, qui per Sanctos suos, tam inter homines mundo addictos quam inter Monachos, salutem animarum nunquam non operari dignatur. Quod si quandoque contingeret enim, pro alicujus sanitate deprecantem, minime exaudiri a Domino, nihil magnopere admirabatur, nec inde quidquam capiebat doloris; cum non ignoraret qualis sanctorum virorum in orando debeat esse mens et intentio. Itaque cum precaretur, illud repetebat identidem; Non mea sed tua voluntas fiat. Sic namque is, qui cum Patre est unum nos docuit, quoniam in omnibus ita oportet fieri g.

Magua in-
differentia
utilitur in
oratione

g

31 Si quis autem, eam quam homo sanctus in precando tenebat rationem ignorans, querere non dubitet, unde nobis hæc scribentibus rerum illarum data sit cognitio; is primum quidem in memoriam revocet, quod, sicuti supra dixi, ipsimet diligenter de rebus Pachomii inquirentes, ex antiquiorum Patrum narratione omnia cognoverimus, quodque ipse Pachomius in Fratrum conventu residens ut aliquid proficuum explicaret, etiam intimas cogitationes suas eis aperiebat: et quo modo in omni ad Deum petitione orationem oporteat ordinare sine invidia docens, omnes ut fidem ac spem in Domino omnem reponerent; caritatem vero non fictam exhiberent proximo, erandebat. Dicebat autem hanc doctrinam, præter manifestas illas sanationes corporum, esse

etiam curationes animarum. Homo enim, inquebat, sic animo et mente excæcatus, ut densissimis idololatricæ tenebris inmersus, purum Divinitatis lumen non admittat, si postea per veram fidem ad Dominum perductus, unum verum Deum reverenter suspiciat atque cognoscat, numquid ea vere curatio et salvatio est? At rursus alius, bruti instar animalis, rebus fallacibus addictus, nec de veritate verbum profari sciens, si a Numinis supremi famulis non nisi quæ justa sunt loqui imposterum didicerit; an non et talis spiritu sanus est effectus? Tum si alius quispiam stupore animi, divina mandata decussatis quasi manibus perficere nequaquam curet, ac mutata per Dei misericordiam voluntate pigritiam ponat, bonisque operibus sese addicat; nonne hunc egregie dicemus esse sanatum? Si fornicator, si superbus, opera alicujus e Dei famulis ad concipiendum Dei ejusdem timorem permotus, pœnitentiam agat, an non ingens hoc est prodigium?

32 Dixit mihi, inquebat aliquando e Fratribus nonnemo; Enarra mihi visiones aliquas a Deo tibi objectas. Cui ego: Homini quidem peccatori, qualis ego sum, visiones videre nequaquam est in votis aut desideriis: error enim esset et non secundum Dei voluntatem. Cum vero Deus id ultro et gratis dederit, in omni quod eventurum est, esto resurgat mortuus; nulla tamen seu superbiæ seu vanæ gloriæ tentatione lædetur fidelis Dei famulus, qui eum nunquam habuit, nec omnino cognovit, divinæ namque providentiæ munere gubernantur universa. Audi nihilominus, visionem magnam. Si hominem conspexeris puritate et demissione animi insignem, admirandam sane visionem conspexisti. Etenim quid majus aut admirabilius videri potest, quam si obtingat alicui invisibilem Deum in homine visibili, tamquam in Dei templo contemplari? Similiter magnum quid esse cogitemus, quod a viris sanctis interiores animorum affectiones sæpe pervideantur, quemadmodum Eliseus animum Gezi perspexit. Cum namque Dominus, qui cuncta scrutatur, aperire illis quæ secreta sunt, fuerit dignatus, tunc arcanorum fiunt consilii: sin autem Dominus non revelarit, hominum aliorum similes permanent, in hoc solum perpetua contemplatione intenti, ut Divinitatem, quantum fieri potest, mente animoque respiciant; quod ipsum e Dei famulis unus nobis quispiam tradidit dicens: Providebam Dominum in conspectu meo semper. Nec vero inde judicandus est quispiam quod abscondita penetrare nequiverit, sed quod eis similem se facere non sit veritus, quod in Psalmis condemnat spiritus divinus, ita dicens; Non proposuerant Deum ante conspectum suum. Hic porro perfectionis gradus facilius obtingit adolescentioribus; ut a prima ætate vocem Domini audientes, Dei recordatione informantur et ad anteriora extendere se perpetuo conentur, donec ad summa quoque et perfectissima, Samuelis in templo versantis exemplo, perveniant. Solum namque probe excultum facillime vites ad maturitatem profert: quæ vero tellus neglecta diu et deserta jacuit, multorum vix labore poterit expurgari, ut fructus tandem bonos proferat. Istud etiam ignorare non possumus, quod sicut terra, quantumvis bene excultæ, si deinde negligatur, fiet, ut scriptum est, deserta, licet semen optimum ei fuerit demandatum: ita quoque sterilis ante et deserta, si studio non indiligenti præparetur, digna fit quæ fructus suo tempore proferat. Curam ergo adolescentum, ut Deus nobis præscribit, habeamus non mediocre, quoniam, ut scriptum est, custodiens parvulos Dominus, animas quoque nostras ut pupillam custodiet: quæ enim mensura, inquit, mensi fueritis, remetietur vobis. Nemo vero audeat vel verbo talem aliquam animam offendere, ut ne pupillam

D
Docet con-
versiones
peccatorum
habendas in
miraculis.

virtutes sol-
das revela-
tionibus,
E

et occultorum
cognitioni ante
ponendas,

Ps. 15, 8

F

Ps. 52, 5
adolescentiam
virtuti ap-
tissimam,
diligenter esse
excolendam.

Ps. 111, 6

Ps. 114, 6

A pillam oculi, numquam non in Deum justum iudicem intenti, magno suo malo eruat. Neque necesse est pluribus dicamus, qua parvuli ratione custodiendi sint: verbo si dicam sufficet. Quisquis Dei timorem in veritate ob oculos habens, ad summum usque perfectionis animum suum et conscientiam ab omni macula expurgaverit, is suffultus Domini sui auxilio, quo in omnibus quæ agit opus habet, parvulos suos custodire facile poterit.

Theodori obedientiam exercet Pachomius.

33 Theodorus autem, de quo ante nobis fuit sermo, in prima adhuc ætate adolescens, summa sua voluntate veris solidisque de Deo doctrinis pascabatur, et confortabatur spiritu, Patrem suum Pachonium in omnibus sibi ad imitandum, velut exemplar quoddam perfectissimum proponens, eique haud aliter quam ipsi Deo obsequabatur. Si vero subinde accideret, ut, cum certum aliquod opus ei perficiendum tradidisset Pachomius, sive per oblivionem sive per inadvertentiam, aliquid immutaret, aut etiam diversum quid præciperet, atque insuper quasi reprehendendo diceret: Quamobrem hoc operis aggressus es? nihil admirabatur Theodorus, nihil in sui excusationem afferre conabatur; sed summo reprehensionem silentio accipiens, eam vera de causa

Jer. 72, 2

Hujus exigua de sipsis, h

B contra se afferri existimabat, sic apud se cogitans et dicens: Homo Dei est, non temere verba mutat aut sententiam; sed fortassis a spiritu divino extra se abreptus, ita contra meam voluntatem agenda imperat, ut me adhuc imperfectum corrigat. Si enim ita res non haberet, quomodo prius ab ipsomet imperata perficientem increparet? Huic quiddam non absimile apud prophetam Jeremiam reperio, quo loco Dominus populum reprehendit ob sacrificia, quæ non in veritate offerebat: Quoniam non hæc præcepi patribus vestris; cum tamen per Moysen illa præcepisset. Quamobrem oportet me suspirare, donec Dominus cor meum rectum ac promptum faciat, ut Sanctis ejus debitam semper obtemperandi voluntatem exhibeam. Colligentibus aliquando Fratribus juncos *h* in insula, ibidem versabatur Theodorus, ad eos cibo potuque reficiendos necessaria curans. Quadam igitur vespera P. N. Pachomius, cum redisset æger a labore, eique decumbenti ac supra modum argenti cilicinam stragulam injecisset Theodorus, eategi sanctus senex omnino recusavit; Hanc, inquit, vestem, Theodore, aufer, et storea me contege, qua alii omnes Fratres uti consueverunt. Obtulit deinde Theodorus grana pauca mali Punici, ut iis vires repararet. Sed oblata senex respiciens, ita cum lacrymis est locutus: Justumne est et æquum, ut sumptuosius ac melius nos ipsos habeamus, propterea quod Fratrum nos laboribus atque necessitatibus moderandis a Deo simus præfecti? Ubi ergo est timor Domini? Jamne, Theodore, omnia Fratrum tuguriola *i* circumiens observasti, num quispiam ex illis infirmitate aliqua detineatur? illuc enim usque iudex est Deus. Pachomius porro accepta corlitis virtute ipsasmet animorum et corporum affectiones penetrare noverat, et qua ratione demones fidelibus Christi servis obstacula ubique ponere conentur.

et magna de Fratribus cura sollicitudo;

1

k

34 Contigit quandoque ut virum Sanctum in ascerio suo versantem febris invaderet, qua correptus integrum unum diem jejunando traduxit, quin et secundum jejunio addidit. Jamque tertium *k* similiter parabat exigere, quando ad preces fundendas exurgens, Deique videndi desiderio astuans, a morbo repente liber extitit. Dato igitur per Æconomum de more ad prandendum signo, ipse etiam Pachomius, veste solita ad lumbos indutus, pariter cum Fratribus nulla infirmitate detentis mensæ accubuit, sensitque morbum e naturali aliqua causa nequaquam provenisse. Quamobrem Deo, qui vires

sibi in quavis occasione sufficeret, gratias egit infinitas. Cum vero alium quempiam in periculo videret constitutum, nihil non agebat, ut ne ab adversariis suis sineret se superari. Ipse etiam met, quamvis sanctitate eximius, cum tamen corpore esset imbecilliore, magnis animis quæcumque sibi immissam aegritudinem sustinebat. Deus siquidem variis modis famulos suos novit explorare. Fratrum unus ad mortem æger, diversa in cellula decumbebat, haud ita procul a Pachomio; qui cum a contubernii Præposito paululum carnis ad nutrimentum postulasset (corpore quippe erat vehementer exhausto) ilque in solum illud tempus, quo malum tam grave affligere eum pergeret; repulsam passus, sic Fratrem quendam alloquitur: Me, quæso, o Frater, ad P. N. Pachonium quantocius hinc defer. Quod cum alter fecisset, in faciem suam æger ante Pachonii pedes se abiecit, et quid illuc eum advenire compulisset exposuit. Postulationem adeo justam, quamque obtinere æger haud esset indignus, intelligens magnus Asceta, in gemitum prorupit, ac prandii hora, cum Fratres ad comedendum convenissent, Pachomio quoque appositum est quo vesceretur. At ille, cibi nihil potiusve degustans, hæc orationem habuit: Dicite mihi, Personarum acceptores, ubi scriptum est; Diliges proximum tuum sicut teipsum? Videtisne Fratrem illum, mortuo haud multum absimilem? Quamobrem igitur, ante etiam quam suam ille necessitatem vobis indicaret, neglexistis, et non consulistis, ut oportebat? ultro autem exponentem desiderium suum cur despexistis? Dicitis forte, quoniam apud nos insolitus est ejusmodi cibus, ideo eum negleximus. Nullane igitur morbo debetur discretio? nonne omnia mundis munda? Si vero licitum illud atque conveniens esse, vestro judicio statuere non poteratis, quamobrem ad me de tota re non retulistis? Hæc cum diceret, in lacrymas est solutus: semper namque commiserationis signum sunt lacrymæ. Si quis tamen animo motus, non videtur sicut ille lacrymari occasione oblata, interius tamen lacrymatur. Hæc porro Pachonii dictis permoti Fratres, festinarunt carnes emere, emptas concidere, concisisque solari agrotantem. Tum vero etiam ipse Pachomius communem cum aliis cibo, oleribus videlicet ad ignem decoctis, sese refecit.

D
EX MSS
GRÆCIS

quam insignit
exemplo
declarat.

E

ANNOTATA.

a In MSS, quibus Dionysius et Hermetus sunt usi, desunt reliqua hujus §.

b Hinc collige mercatorem hunc Frumentarium fuisse, qui lucri causa conquireret fruges, collectasque venum exponere intendebat.

c Dionysius, in eadem Tentyrorum civitate.

d Dionysius et Zinus ex suis MSS, dicunt Clericatus dignitatem ab hoc Fratre postulatam.

e Dionysius et Hermetus, rem sic narrant, quasi voti sui compos effectus monachus reverterit ad Pachonium jam Clericus; et sic Dionysius hic, vitam dignitate dignam scripsit: sed quia ex nostro MS, commodius dicitur ipso in vestigio conversum ambitiosum renuntiasse petita et jam addictæ sibi gratiæ, malui ex Zino accipere vitam professione, scilicet monastica, dignam.

f Idem invenerunt, advenisse hunc hominem a longe festinum, adhuc S. Pachomio ibidem stante.

g Sequentia omnia desunt apud præcitatatos interpretes, apud Hermetum quidem bona ex parte, apud Dionysium vero usque ad num. 50.

h Græce ἡπόη, ea passim minus nota vox Hermetum abduxit, ut verteret, Cum aliquando Fratres profecti essent in insulam, nomine Threæm ad metendum: et alibi Frondes ficuum scripsit.

A i *Extemporanea illa scilicet, quæ monachis per aliquot continuo dies in insula futuris parabantur.*

k *Hervetus in MS. Lipomani reperit, quod fuit jejunus quinque dies.*

CAPUT V.

Alia tria monasteria suscipit Pachomius et in iis varia spiritualia documenta tradit.

Cum deinde monasteria a se constructi spatia, monachorum multitudini recipiendæ paria nequaquam esse videret, nonnullos e suis in alium quemdam desertum locum, Pron vocatum, traduxit, quorum opera usus, aliud ibidem extruxit monasterium, lateque extendit: plurimos enim ad vitæ istius rationem capessendam a Domino vocari quotidie observabat. Oeconomum quoque et duos alios, qui Fratrum istic degentium curam haberent, monasterio præfecit: distinxit Præfectos contuberniorum et Subpræfectos constituit: ad formam primi in Tabennesi monasterii. Illud autem memoria ut tenerent magnopere commendavit, ne alter alteri ulla in re molestiam aut noxamentum aliquod crearet, sed intra præscriptum enique vitæ modum ac terminum continerent sese universi. Ordo quippe in rebus humanis venustatem habet non exiguam. Vir sane perfectus, etiam ubi ordo non est, recte omnia sciet disponere, quemadmodum scriptum est; Et in diebus famis saturabantur. Ceterum Pachomius etiam ipse dies noctesque monasterii utriusque commodis ac necessitatibus animum intendebat, verissimus optimi maximique Pastoris famulus existens. Post hæc cum in monasterio etiam Pron a Fratrum numerus non parum excrevisset, senex quidam asceta, qui et ipse monasterio antiquiorum Monachorum cum potestate præerat, et Eponymus vocabatur, ad Pachomium venit, utque monasterii ad id usque tempus a se administrati curam suscipere vellet, plurimum rogabat: nomen autem monasterii erat b Chenobosciorum. Hujus itaque administratione suscepta, alios etiam Fratres eo deduxit, usque ipso in loco bene præcatus, divinæ eos providentiæ commisit: statuens ut cum Fratribus, qui jam ante istic fuerant commorati, ipsi quoque habitarent, eademque uterentur vitæ regula. Ibidem similiter Oeconomum et qui secundum ab eo locum teneret, nec non contuberniorum Præfectos et Subordinatos designavit. Quin et in quartum etiam monasterium, quod Monchosin e nuncupant, Fratres dimisit, secundum traditam aliis omnibus vivendi normam ibidem victuros. Hoc autem fecit rogatus a præcipuis asceterii illius moderatoribus, et Regulas præscripsit Monachis illis, inter quos erat etiam senex quidam d Joannes nomine, in vita spirituali admodum exercitatus. Sic autem magna cum diligentia Fratres visitans Pachomius, si quos spiritu valentiores deprehendebat, hæc per singula monasteria, quæ to tempore erat abfuturus, aliis jubebat præesse, non aliter quam in suo ipse monasterio cum potestate præerat. Accidit deinde ut cum duobus aliis Fratribus navi veheretur ad Monchosinense monasterium. In quo sub noctem receptus est: cumque cœnæ sumendæ tempus jam advenisset, mensam instruxerunt Fratres. Sedentibus igitur illis ut comederent, multis et exquisitis nimium rebus, caseis nempe et ficibus, et fructibus olivarum paratam cœnam contemplatus Pachomius, solo pane vesci est aggressus. At reliqui absque ullo discrimine in omnia quæ erant apposita manus avidas injecerunt: e quibus nonnemo Pachomium diligentius attendens, lacrymas eum non tenere conspexit. Cœna itaque absoluta ubi exsurrexissent, rogatus quid illæ sibi

lacrymæ tandem vellent, nihil omnino respondit; D sed denuo ut fletus sui causam proferret precibus fatigatus; Vestra, dixit, causa, Fratres, in hanc mœtitationem incidit, propterea quod temperantiæ studium inter vos parum vigeat. Sane quibus cœlestia sapiunt, si continentibus quoque sint, nec immoderato in cibis desiderio ferantur, oportet. Anne igitur peccatum esse putabimus cibus uti, præsertim vilioribus? Sed pulebrum est, quod Apostolus monet, non vinci in aliquo. Ego vero quia peccator sum panes reperi palato jucundos, usque solis famem conspexi, alias etiam quod Dominus forte objecerit, comedere contentus. His auditis, magnum omnes a cibus non necessariis abstinendi studium incessit.

36 Multum quoque Fratribus Pachomius proderit, cum de rebus sacris dicturus, locum cepisset. Monebat primum ut in orationis et contemplationis studio irreprehensibiles sese exhiberent, ut ne inimicorum versutis haberent incognitas, sed Domini virtute abunde instructi fortiter contra illos agerent. In Deo, inquit, faciemus virtutem. Tum Scripturæ sacræ sermones iisdem exponebat, maxime si qui intellectu occurrerent difficiliores aut magis abstrusi, de Domini incarnatione, de cruce, de resurrectione. Ac de incarnatione quidam Verbi divini sic sentiebat, ut diceret eam in Lege veteri non uno argumento significatam, dicente Deo apud Isaiam: Venio congregare omnes nationes: Nec non in ipso Evangelio; quoniam Verbum caro factum est et habitavit in nobis. De Cruce disserens, arietem afferebat in medium, cornibus in veprete ac ligno Sabæe detentum, et in victimam pro Isaaco adhibitum, Abrahamo præsertim dicente: Quoniam apparuit in monte Dominus; quo haud dubie Dei Filii unigeniti obitam in cruce mortem præmonstrare voluit. In Evangelio autem omnis creatura de cruce testimonium exhibet, totis viribus declarans quod Christus Jesus crucifixus rerum omnium vere sit Dominus. De corporis vero ejus resurrectione per Isaiam dicit Deus, quod post mortem vellet eum Dominus a percussura plagæ sanare; hoc est, quod filium suum, absque ullo suo peccato pro nobis mortuum, ad vitam revocare statuerit: ac rursum in Evangelio Thomas, de mortua et resuscitata carne, in qua Deus verbum, sic quasi in templo quodam moratur, testimonium dicens; Dominus meus, inquit, et Deus meus! Hic ergo testis quoque habendus est fidelis. Quod autem ad hominum etiam aliorum resurrectionem spectat, cum Christi corpus cruci affixum, a corporibus nostris natura sua minime sit diversum; sane quemadmodum illud a morte suscitatum est, ita et nos suscitabimur: quia et eo jam suscitato, nos pariter suscitati sumus. Deus quippe Verbum a morte surrexit, et nos igitur pariter cum eo surreximus, quandoquidem ipse nos potius in eodem corpore suo suscitavit. Hæc porro Deum, quamvis per ipsos, de seipso tamen dicentem audientes: audiamus etiam ipsummet dicentem: Veniet tempus in quo omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filii hominis, et resurgent. Paulus similiter de carnis resurrectione sermonem instituens, quedam affert, ad quæ intelligenda veram solidamque scientiam afferre debemus: Unus autem ejus locus nobis sufficit; Si mortui, inquit, non resurgent, neque Christus surrexit a mortuis.

37 Cum itaque, Fratres mei, defutura ex mortuis resurrectione non dubitemus, oportet etiam et resurrectionem spirituales tantisper contemplando cognoscamus, Domino ipso dicente: Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet. Fieri sane nequit ut sermo Domini non inveniatur verus. Omnis peccator, qui credit et mandata Domini observat, Vivet quemadmodum S. David pronuntiat; vivet anima mea

EX MS
GRÆCIS.

Monachos in
Pron deducti
et monasterium
ibidem
ordinat

Ps. 36, 19

a
Aliorum
etiam monasteriorum
curam
suscepit.

b

c

d

Temperantiæ
in cibo et potu
studium ad
Monachos
promovet.

Ad eodem
de studio orationis

Ps. 59, 14

E
de Incarnatione,

Is. 66, 18.

Jo. 1, 14,

de morte,

et resurrectione Domini,
Is. 30, 26

Jo. 20, 28.
de resurrectione nostra corporali,

F

Jo. 5, 28

Cor. 15, 32.

et spirituali sermones instituit
Jo. 11, 25.

A mea, et laudabit te. Nos ergo, Fratres, hoc non indiligenter attendamus, quo modo Dominus, cum suas nobis leges et mandata præscripsit, nunc quidem ipso facto contumeliis lacessitus, cum ei dicitur Dæmonium habes, contumeliarum nihil reponat; Aliquando autem cum Scribis et Pharisæis sermone contendeas, triste illud; Væ nobis, ingeminare non cesset; illosque cæcos ac duces cæcorum, et sepulcra dealbata, noaninet, aliisque id genus reprehensionibus minime parcat. Etenim ut qui foveam conspicit, cæcos apprehendit, ne inter eundem in præcipitum et mortem incidant; ita Dominus perversam eorum vivendi rationem sectatoribus suis et discipulis aperuit, ne hi similes Pharisæorum effecti, eodem quo illi exitio perirent. Quod vero contumeliam passus, opprobria nulla in adversarios regebat, hoc ipso docere nos voluit, ut malum pro malo ne reddamus, et in tolerando patientiæ simus studiosi. Cum autem Petro dixit, Vade post me, satana; non Petrum appellasse existimandus est Dominus, sed ipsummet cæcodaemonem, cujus potissimum impulsu homines non recta sæpe cogitant et loquuntur. Cumque ita finem dicendi fecisset Pater noster Pachomius; una cum Fratribus suis ad Deum preces fudit, quibus id videlicet postulabat, ut divinorum sermonum in animarum suarum salutem numquam non meminissent. Exinde suam quisque cellulam repetit, diutius secum meditaturus quæ audierat. Hac porro consideratione finita, in unum omnes convenire, et inter se quæ dicta erant conferre instituerunt. Locum vero inter eos invenire nullum poterat otiosa de rebus ad mundum hunc spectantibus confabulatio: sed vel Scripturæ alienius solutionem vel quomodo secundum sanctissimam Dei voluntatem in virtute proficerent disquirebant.

38 Nec agere quidquam ulli in domo fas erat absque Præpositorum suorum voluntate aut imperio; sine quibus nec Fratris sui cellulam ingredi aliquis licitum sibi putasset. Quæcumque in domibus vestes reperiebantur minime necessariae, eas Œconomus et qui secundum ab eo locum tenebat, cella servabat separata et diligenter occlusa repositas donec seu lavandi seu gestandi gratia producendæ essent. Libri similiter omnes suis accurate loculis dispositi, ad eorum, quos dixi, duorum spectabant curam. Auri argenteve nullus inter eos usus. Quin etiam reperti sunt, qui, cum finem facerent vivendi, quid aurum argentumve omnino esset, ignorarent. Soli videlicet quibus administrandi necessaria officium erat impositum, pecuniæ rationes novebant: et hi ipsi postquam ad monasterium erant reversi, nihil retinissent in manibus, ne ad diem quidem unum, sed redditam sibi pecuniam servabat. Œconomus, donec eos rursus contingeret egredi. Hac vero omnis gubernandi ratio in libro Œconomorum singillatim continetur descripta. Porro Pachomius cum monasteria lustrandi ergo nave veleretur, facto jam vespere ait ad Fratres, Vultisne noctem hanc vigilando traducamus? Qui cum respondissent; Placeet, Pater: rursus eis dixit Pachomius; Triplicem vigilandi normam a Patre nostro Palamone sum edoctus, videlicet, ut vel usque ad noctis medium vacemus orationi, ac deinde somno vires foveamus ad lucem usque matutinam; vel contra ad mediam usque noctem somno corpus, ac deinde usque in tempus matutinum oratione animum reficiamus; vel ex nunc quieti paululum indulgeamus [deinde et oremus alterius], atque ita in lucem usque matutinam. Fratribus autem quod postremum dixerat eligentibus, eo loco remansit, aequaliter partiens somni et orationis horas, utpote vigiliarum ducendarum expertus: f ex sociis autem unus quidam in proposito deficiens, cubitum discessit; alter vero

perseveravit usque mane. Quem Pachomius sub auroram vocavit ad Synaxim; deinde etiam hic cum eo qui totam noctem dormierat, somnum capturus discessit ad ovile quolpium: atque ita denique ad monasterium, quod non exiguo intervallo aberat, profecturi remos expeliverunt.

39 Audito Pachomii adventu g Cornelius supra memoratus, monasterii illius Œconomus, convocatis in unum Fratribus, Pachomio processit obviam; in cujus aspectum simul atque venerunt, amiceissima tam hominem sanctum quam qui cum eo advenerant Fratres salute exceperunt. E quibus unum, monasterii septa jam ingressum, percunctatus est privatim Cornelius; Quid fecit Pater noster hisce diebus? Qui respondit: Noctem hanc universam erudit nos. Cumque totius rei seriem exposuisset fusiis, ita ad Fratrem Cornelius; O te imbecillum, qui ab infirmo sene passus es te superari, cum in ætatis flore adhuc existas! Hæc dicentem Cornelium audivit Abbas Pachomius, quamvis id a sese auditum dissimularet. Sed vespertino tempore, cum ignis de more solet accendi, sic allocutus est Cornelium; Placeatne ut orationi vacemus? Illo respondente; Ut vis, Pater surrexerunt ambo ad orationem. Quam in longum sane tempus, Cornelli experiendi causa, protraxit Pachomius. Fratres vero ejus qui viri in orando constantiam præterita etiam nocte in navigio experientia ipsa eognoverant, loco excesserunt, et alibi nocturnæ sese tradiderunt quieti, dum Cornelius eum Pachonio in oratione persistit. Signo deinde ad conveniendum sub auroram dato, Pachomina alloquitur Cornelius et ait; Quid in te commisi, Pater? nihilum aque degustavi ex quo vespera hesternae cibos sumpsi. Cui Pachomius; Sicine, inquit, pateris, ut te homo senex in oratione producendi vincat, Corneli? Tunc intelligeas Cornelius, sermones quos vespertino tempore cum Fratre illo habuerat, a Pachonio fuisse præceptos; Peccavi, dixit, o Pater; Tu veniam mihi largire, quoniam haud recte locutus sum: est profecto sanctus in te Spiritus, et virtus quædam divina. Contigit deinde ut cum sepulcra quædam transiret, nonnullorum perciperentur lamenta. Tunc ad Theodorum, itineris sui socium; Hi, inquit vir sanctus, mortuos quidem eos deplorant, quos ad vitam revocare nullo modo possunt; nos vero primum nosmetipsos, ac proximum deinde plangamus. Forsitan, si cum lugentibus nos quoque lugeamus, a morte suscitabit Dominus: Surge enim, ait, qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus. Nec est cur admiratione capiamur, cum gemitus ac lamenta istorum percipimus: pluctus namque Sanctorum in hac suspiriorum valle instar illius est gemitus, in quem fratrum suorum causa, in eorumdem salutem proripit Joseph; vel illius, quem ob Israelitici populi captivitatem Jeremias edidit. Nec aliter homines sancti, virorum tantorum filii ac imitatores, in hoc mundo plangere sunt dicendi.

40 Fuit cum rursus ad Fratres suos orationem habuit, ut ne vani seculi hujus pulchritudine et illecebris abripi sese paterentur, neve in cibis, in vestibus, in domiciliis optima quæque spectarent aut appetere, non libros amarent seculari scientia ad persuadendum ornatos. Hominis namque fidelis pulchritudinem omnem in divinis mandatis aiebat esse constitutam, quemadmodum in Psalmo dicitur; Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Josephus certe Patriarcha, insigni licet pulchritudine juvenis, et ad Ægyptum moderandam adhibitus, non tamen ad peritura ista bona animum voluntatemque adfecit, sed suam in virtute castitatis pulchritudinem, suam in prudentia et sapientia rognum situm esse arbitrabatur: contra factum est

D
EX MSS
GRÆCIS

g
Cornelium
Monachum
humilissimum
de se ut
sentiat,

E

ac Theodoro-
rum veram
plangendi
rationem
docet

F
Ephes. 5. 14,

De seculi
vanitate
dissert.

Ps 29. 8

A iis qui omnes suas delicias in rebus istis temporariis collocarunt, infausta namque omnes morte Amigonis iaster aut Absalonis, extincti sunt. Die quodam cum ad vescendum conedisset, ac infirmitate premeretur, rite preparatum illi oleum apposuerunt. Quo viso, recordatus est vir sanctus salis cum cinere permixti; et ad ministrum conversus; Affer mihi, inquit, aquae sextarium. Qui cum fuisset allatus, aquam tandem infudit, donec oleum omnino dissiparetur. Sextarium deinde Theodoro in manus tradens; Affunde, dixit, manibus meis aquam, ut laver. Postquam vero lavit, aquam vicissim Theodori pedibus ipse affudit, eosdem quasi sordibus purgaturus. *Temperantia,* Tum Theodorus; Quid agis, o Pater, sicut et cum edulio fecisti? Cui Pachomius; Edulium dilui, ut ne inter comedendum delectatione afficerer; manibus autem meis aquam mandavi affundi, ut pedes tuos abluens a conscientia mea redarguar, quod tu mihi obsequium aliquid praestes, ubi e contra omnibus debeam ministrare. Post haec contigit ut Theodoro frater germanus, cui Paphnutio nomen, monasticæ vite suscipiendæ causa illuc accederet. Cumque eum Theodorus, ut fratrem, non haberet (veterem quippe hominem is plane iam exerat) ac propterea lamentaretur Paphnutius, ita Theodorum Abbas Pachomius est allocutus; Laudanda profecto res est ad aliorum infirmitatem sese tantisper demittere, nullo præsertim eorum conversionis; non aliter ac teneris adhuc arboribus convenit curam formæ adhibere, easque irrigare frequenter, donec in fide radices egerint. Hæc autem Theodorus audiens, ita fecit.

ANNOTATA.

a *Monasterium quod hic o primo loci nomine vocatur Ηεροῦ, est ipsam illud antiquius ceteris, ad quod catat epistola de Paschate in ejus Latino titulo Baum dictum, ut et ob Ammonem et a Genuadio appellatur. Hermetus in suo MS. Pibi legit et transcripsit Ambrosianum MS. Ηερέου vocat tum hic tum nun. 49 ubi illud describitur tanquam omnium hujus instituti monasteriorum caput. Sed et Florentinum MS. num. 31 idem ipsum Palan vocat.*

b *Etsi nomen hoc, Anserum pascua significans, potuerit multis in Ægypto locis commune esse; propendet tamen animus ad Chenobusciorum civitatem, de qua supra, cui monasterium illud vicinum fuerit. Rosweidus in indice Topographico in superiori Thebaide vicum et monasterium hujus nominis ponit, cui nullam conjecturæ hujus rationem afferenti, nisi quia tibi Tobennesin fuisse credidit, difficilius assentimur, quam veteres editiones corrigenti, in quibus Cynobostium et Thynobostium legebatur.*

c *Hermeto est Muchonse; in titulo autem epistolæ ad Abbatem ejus loci Cornelium, et ad Joannem mox nominandum, datarum, vocatur monasterium Mochanseos.*

d *Eidem Jonas; ejus deinde laudes hic insertas habuit Codex Lipomani. Veror tamen ne duæ confundantur personæ; atque hic Joannes, quem unius contubernii Præfectum fuisse constat ex epistolis ad Abbatem ejus Cornelium datis, diversus sit a Jona, horti Præfecto.*

e *Græce ὀλιγοῦ, cum autem vel excidisset vel subintelligendum relinqueretur, ut simili modo oraretur; neque satis imperfectum, ut videbatur sensum assequeretur Hermetus, duas dimittat formas nocturnæ orationis nominavit, ommissa tertia; quæ magis congrua imbecillitati humanæ, ideoque a Fratribus electa fuit.*

f *Hermetus intricatissimus hoc loco est, forte ex obscuritate Græci quem sequebatur textus, in nostro vero Græco res satis clara est.*

g *Extat ad hunc epistola prima Pachomii, a Monachis sub hoc titulo descripta: Epistola Patris nostri Pachomii ad sanctum virum Cornelium, qui fuit Pater monasterii Mochanseos; in qua loquitur juxta linguam quæ ambobus ab Angelo tradita est, et eujus nos sonum audivimus, ceterum vires et sensum intelligere non possumus.*

CAPUT VI.

Pachomii et Theodori dexteritas in curandis Fratrum tentatorum infirmitatibus. Hic aliique monasteriis præfecti a Sancto.

Frater erat eodem in monasterio, qui ægrius ferebat ab Abbate Pachomio salutariter sese reprehendi. Hunc ut cognovit Theodorus in illud apud animum suum devenisse consilii, ut e Fratrum contubernio se eriperet; prudenter equidem sapienterque hoc modo hominem compellat; Non ignoras, Frater, quam Senis hujus admonitiones duræ audientibus accidant, omnemque excedant modum; nec satis apud me statuo, num in hoc vite genere perseverandum mihi sit. Tunc alter animi sui molestias in Fratris sui aures fidenter exonerans; Tunc etiam, dixit, ista pateris? At Theodorus; Vehementius forsitan quam tu ipse, respondit; sed invicem, si libet, tantisper simul solatio, donec experimento detur nobis denuo cognoscere, qualis erga nos imposterum is sit futurus. Tum si mitiorem eum habeamus, de discessu ne cogitemus amplius; sin secus accidat, locum aliquem circumspeciamus, in quo tranquillius nobis esse liceat. Audito Theodoro, novas sibi vires addi alter sensit; sed Theodorus, illo ignaro, Patrem nostrum Pachomium adiens, rem omnem eidem aperuit. Ad quem Pachomius; Recte, inquit, egisti; sed age, hominem illum ad me facito adducas, veluti pariter me de hac agendi ratione reprehensuri; ut ego, quantum Deus dederit, Fratrem illum ad meliora perducam. Ambo igitur ea quasi mente ad Pachomium ubi accesserunt, et Theodorus impositas sibi partes strenue cœpit agere; Date veniam, respondit Pachomius, peccasse me fateor. Sed numquid æquum justumque est, ut Patris vestri molestias sic quasi genuini filii sustineatis? Theodoro autem rursus in querimonias prorumpente, ut sileret, Frater inquit. Bene habet, inquit, non vulgare animo meo solatium ego quidem capio. Hoc itaque pio dolo usus Theodorus, Fratris sui animum egregie persuasit.

42 Postquam Theodorum insigni sapientia et sincero obtemperandi studio præditum esse observavit Pachomius, alteri cuidam Fratri, propinquos ac familiares suos invisuro, comitem adjunxit. Prædii igitur hora domum, quæ petebatur, ambo ingressi erant; quando Fratris, quem dixi, parentes in secreta ædium parte convivium appararunt. Tum ille ad Theodorum; Age, inquit, pransum concedamus. Nequaquam autem in seculari domo cibos sumere consueverant Monachi. Intelligens Theodorus, Fratrem ad vitam monasticam minime reversurum, si morem ei gerere recusaret (ac erat is omnino apud parentes pransurus; esto, obstitisset Theodorus) parum quid degnstare in animum induxit, mente haud sane mediocriter eam ob rem commotus. Ad monasterium pariter deinde regressi, quidquid contigerat, Abbati Pachomio Theodorus sincere enarravit; quem reprehensione nulla dignum Pachomius censuit, propterea quod invitus ad comedendum processisset. Postea cum sene illo Fratre sermonem instituit Theodorus, de eo quod in Evangelio scriptum legimus; Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem suam, et quæ deinceps sequuntur

Theodorus cum tentato se quoque tentatum simulans.

E

Fratrem servat.

F

et alium, præter Regulam apud ejus parentes pransus

ac deinde se in eo scandalizatum fugens.

A quantur : et Tu, inquit, qui hæc intelligis, Frater ? Tum ille ; Habent hoc sacræ Litteræ ut plus æquo res exaggerent, quatenus hoc modo ad mediocritatem ut minimum possimus pertingere : nam qui fieri potest, ut parentes odio habeamus ? Sic autem respondebat, quod suos ipse consanguineos frequenter soleret invisere, nec suas de iis cogitationes deponere facile posset. Hanc Fratris doctrinam et responsionem valde astute excipiens Theodorus ; Hæcine, aiebat, fides vestra, Tabennesiota ? A teo : ego apud vos non maneo amplius : bene nobis erit ubicunque tandem fuerimus : qui enim hic sunt Patres Evangelium negare alias non auderent. Quo dicto, quasi recessit ut alicubi delitesceret tantisper. Illi vero ad Abbatem abeunti, remque ut gesta erat, exponenti, dixit Pachomius ; An, inquit, ignoras quod tiro adhuc sit et inexercitatus ? Sine mora ad eum investigandum te accinge. Si namque is a nobis recesserit, non optimi adversum nos exorientur sermones. Theodorum ergo cum invenisset Frater, eumque multis consolaretur, respondit ei Theodorus ; Si cupis ut maneam, utque credam verum a te dici, age coram Deo ac Fratribus confitere quod

13 Evangelio omnino adhaereas. Hoc alter continuo ut faceret persuasus, ex illo eodem tempore propinquos suos invisere plane destitit.

Jo. 6, 38

Eidem Pachomius ostendit, jejunandi et orandi peritiam

43 Frater erat inter Ascetas, qui minus recte coram Deo vitam instituebat. Qua re animadversa Pachomius seorsim hominem evocat et ait : Frater carissime, Dominus dicit ; Ego descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. Et tu igitur hanc Dei vocem ore meo prolatam non sequiter audi : video enim diabolicæ te invidiæ esse obnoxium, atque adeo in periculo amittendi, quidquid hactenus præclare fecisti. Quapropter quando signo diurno consueto vocaberis ad vescendum, noli jejunis permanere usque in vesperam, sed quinque panis frusta pariter cum Fratribus sume, nec rejice quidquid illis apponetur obsonii : attamen ne cibo te nimio obruas, præsertim si corpore vegeto es atque robusto. Sed neque privatim et extra Fratrum aliorum societatem multum te in oratione versari volo, donec vanæ gloriæ dæmonei plane subegeris : hic namque insidias tibi undique struit. Audito Pachomio, impræsentiarium quidem ille passus est sibi persuaderi : sed vetere paulo post errore abreptus ; Ubi, aiebat, scriptum legimus ; Ne jejunes, ne cres ? Cum itaque monita ille omnia

C rejiciens, a dæmone jam esset superandus ; Theodorum ad se Pachomius evocat, et ; Nosti, inquit, quantopere Fratris istius causa affligar animo, quod momenti mihi aures præbere renuat. Vade ergo, et hominem invise, ac de rebus quas modo agit, penitius cognosce. Qui abiens, Fratrem orationi continenter vacantem reperit. Hoc ubi Pachomio reversus Theodorus renuntiavit ; Vade, respondit Senex, et eum ab oratione prohibe. Quod simul atque tentare fueris aggressus, mox apparebit quantum in animo ejus imperium dæmon habeat. Hoc ubi adverteris, observa sis hominem donec ipsemet advenero. Cum itaque Monachus iste ab orando cogere-
tur desistere, adversus Theodorum vociferari non parum cepit dicens ; Impie, orationi meæ impedimentum obijcere non vereris ? Theodoro autem manente, ut actiones ejus omnes observaret ; exiit ille manum fuste armatus : quem, in caput Theodori cum vellet illidere, is sibi cavens per Domini nomen hominem acriter increpuit, ac Monachus furere cessavit. Qui deinde dæmone per os ejus loquente ; Vis, inquit, cognoscere quomodo ii, qui cum voluptate cantant, non alia quam nostra id virtute præstent, ausculta sis attentius quem modo psallentem audis ; novem ille vicibus eandem iterabit præcatio-

Maji T. III.

nem. Erat autem aliquis in cella qui Cantici Mosaici initium identidem repetebat : Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est. Hæc intelligens Theodorus, et audiens, magna tum admiratione tum timore percussus hæsit : illud animo reputans, quanta opus sit integritate vitæ, ut multiplices dæmonum machinationes eludere quis et vitare possit. Abbate autem Pachomio Deum pro salute Monachi tentati deprecante, Dominus misericordiarum dignatus est infelicem Fratrem a malo tanto sanare. Qui et ipse secuto deinde tempore sibi mentique suæ redditus, majori animum suum cura custodire instituit.

44 In monasteriorum uno lacus fuit, qui cum a sordibus esset expurgandus, assumptis secum Fratribus, ad eum accessit Pachomius. Quem senex adhuc secularis, sed ad vitam aspirans monasticam, conspicatus cum Fratribus ad lacus expurgationem peragenda descendisse, et ignorans quantum per omnia Deo credentibus robor divinitus sufficiatur, murmurare contra non est veritus, ac dicere ; Hic sane homo perquam est severus, qui filius hominum in lacus istius expurgationem adhibet, vel prima nocte morituros. Verum insectæ noctis tempore visus sibi est jam dictus senex supra ipsam quidem lacum consistere, atque alios in lacus fundo operi intentos ; quos inter medius, homo quidam versabatur gloria non mediocri insignis, ita laborantes animans, Obedientiæ et fortitudinis spiritum accipite. Et ad senem ; Tu porro, ut mereris, spiritum tibi habe incredulitatis. Nocturna ista visione exterritus senex, medium se Fratribus, ubi deinde convenerunt, intulit : et coram omnibus pronum se in faciem abiciens, quidquid acciderat ingenue est confessus a.

45 Alio tempore una cum Pachomio versantibus Monachis, et ligna cædentibus atque eorundem transportationem in reliquum annum facientibus, subito in ecstasin raptus est vir sanctus. Atque ecce Fratrum alios ignibus undique cinctos, quorum flammæ ipsis imminere videbantur propius, cum nullus interim fugæ pateret locus ; alios autem rudibus et spinosis lignis affixos, ac nudos pedibus, negata evadendi facultate ; alios denique in altissimo videt præcipitio consistere, in cujus summitatem neque ascendere, neque in subjectum fluvium conjicere se valebant, observantibus eos crocodilis, et e summis aquis continuo exilientibus. Cum tali spectaculo extra se factus Pachomius interest, conspicati eum sunt Fratres ab injuncto sibi opere revertentes, projectisque in terram sarcinis, orationi pariter cum eo vacare cœperunt. In qua cum tempus haud modicum exegissent, ad se reversus sanctus senex cibos Fratribus dari jussit, jam quippe vespera agebatur. In unum deinde convenire jussos alloquitur, et de objecta sibi visione edocet. Qui audita ea, in magnum cœnes gemitum proruperunt, timore non exiguo correpti. Rogatus autem quid rei viso isto portendi putaret, respondit ; Quemadmodum conjicio, ita post mortem meam futurum est, ut nemo prorsus sit reperendus, qui Fratres in tribulationibus positos, ut oportet, solari in Domino et confirmare possit.

46 Anachoretarum aliquis visendi causa Pachomium accessit : cuique arbo ad rite instituendum sermonem concessissent, ait ad Theodorum Pachomius ; Cibos appara, ut Frater iis vesci possit. At Theodorus loco excedens, imperata minime perfecit, existimans virum sanctum dixisse ; Sine ut cum Fratre illo solus loquar. Theodoro itaque quæ mandata erant non curante, Cœonomo illas forte trans-eunti eadem imperat. Sed ille similiter, non percepto senis imperio, ad res suas abiit. Tum Pachomius, mente perquam acutum cernens, cum sui tentandi

D
EX MSS.
GRÆCIS.
Exodi 15, 1

Senex Pachomio obmurmurans divinitus emendatur.

E

a
Extasis et visio S. Pachomii ;

F

qui impudentia spiritum egregie superat,

A causa hoc a Deo permissum esse haud dubie intel-
ligeret, ipse alacriter assurgens necessaria ad comen-
dandum paravit, et sumpto pariter cibo, hospitem
dimisit. Vocatum postea ad sese Theodorum ita in-
terrogat : Si is qui secundum carnem tibi pater est,
curanda quædam tibi demandaret, ejusne imperium
despiceres? Quam vero ob rem cibos Fratri hospiti
non preparasti? Cui Theodorus; Existimabam, Pa-
ter, ita a te dictum; Exi hinc tantisper dum homi-
nem illum alloquar. Accersitus deinde Œconomus
cum idem homini sancto responsum dedisset, inge-
muit Pachomius et dixit : Malus aliquis genius facti
hujus causa est, ut nimia nos morore dejiceret. Sed
benedictus sit Dominus, qui patientiam nobis et rei
intelligentiam largitus est. Vos itaque exemplo isto
longanimitatem et tolerantiam facite ut discatis.
Persæpe quippe eas cacodæmonum percepi voces,
quibus qua inter homines ratione, quamque vario
evento versarentur, exprimebant. Erat qui sic lo-
quebatur : Negotium mihi est cum homine severi
admodum ingeni; quoties namque insidias ei meas
instruo, toties suam ille mentem ad orationem con-
vertit, unde fit ut non sine acerbo meo sensu ab op-
pugnando cogar desistere. Alterius ista fuit vox et
oratio : Hominem ego nactus sum cui nullo negotio
quidquid volo persuadeo. Huic si quid suggero, mox
obtemperat et rem perficit : quamobrem non medio-
cri illum amore complector. Vos igitur quanta po-
testis diligentia animam vestram contra hostis insi-
dias semper custodite, et Christi nomine probe
servate communitum : quod si facitis, et sic instru-
cti adversus hostes depugnetis, nequaquam illi præ-
valere poterunt.

B 47 Dum hoc modo ad Fratres suos de rebus sane
perutilibus sermonem instituit Pachomius, subito in
spiritu commoveri se sensit ut coeptam orationem
abruuperet. Cujus rei causam mente sua absque
dubitatione perspicuens, monasterii Œconomum ad
se vocatum ita seorsim alloquitur : Vade ad istam
quam vides cellulam, ac vide sis, equis ille sit
Monachorum qui exiguam adeo anime sue curam
habet. Testis etiam fias quantum is sibi detrimentum
accersat, primum quidem propterea quod verbum
Dei audire neglexerit, ac deinde, quod, cum a san-
ctis de Deo sermonibus abesse non dubitaverit, mi-
nime tamen orationi, sed somno et quieti in cella
sua vacaret. Nescio sane, inquiebat, an qui talia
agere presumit, Monachi nomine dignum se pro-
bare possit. Ac ille quidem suos deinde ad parentes
reversus, Monachos Fratres valere jussit, nolens
vin sibi aliquam afferre ut crucem Domini, quomodo
posset, suscipere ac ferre alacriter. Post hæc Fra-
tribus suis parabolam ita hominis proposuit; Si do-
mus quæpiam centum numeret cubacula seu cellulas,
e quibus unam pretio sibi comparet homo advena,
num paterfamilias impediet quo minus in summum ille,
cubiculum ingrediatur; esto in interiore domus parte
istud situm foret? Ita et de homine fidei res est :
quavis enim omnes omnino vite spiritualis fructus
jam collegerit, si tamen aut negligentia propria aut
cacodæmonis insidiis vel unum ex illis amiserit, ni-
hil amplius per eum quam unum amissum virtutem adversus
hostem proficiet : similiter si non advigilet sibi,
vincit eum adversarius in alio : et sic paulatim to-
tum sibi hominem subjicit, cui nihil jam boni ultra
superest. Si vero seipsum denno viriliter accinxerit,
non modo unum eum fructum quem amiserat facile
recuperabit, sed magnum etiam in via spiritus pro-
gressum faciet. Non enim una solum pietati erga
Deum constituta est mensura, sed varia et multiplex :
sunt etiam divites potentes, sunt autem velut Deca-
riones, Quinquagenarii, Centuriones et Chiliarchæ,
ac vero denique nomine Reges, quemadmodum et

D ipse olim Abrahamus Regis appellationem a Deo ob-
tinere meruit; non tantum quia Rex ipse simpliciter
erat, sed quia Rex Regum in ipso tamquam in throno
residebat.

48 Fuit sane cum ab Episcopo missus ad eum est
homo quidam, ut de furto rei alienæ judicaret il-
lum, qui tamen vitam profitebatur solitariam, cili-
cio indutus. Accidit etiam ut Fratrum unus, ætate
multum provecus, mali omnis expertus, et virtutis
admodum studiosus, Mavus nomine, ex ordine ve-
terum Prefectorum id temporis, quasi morbo et
mæstitia domi detentus, cum aliis Fratribus ad li-
gna et virgulta cadenda non exierit : tristitiæ vero
causam præbuerat habita vespertino tempore adbor-
tatio. De Fratri ergo imbecillitate certior factus
Pachomius, non pauca que ad salutem hominis fa-
cerent, verba protulit. Quibus auditis magna eum
cepit admiratio, ignarum videlicet frandis et machi-
nationis quam contra nos adversarii nostri perpe-
tuo moliantur; atque ad se dirigi adhortationem
illum videns, Quamobrem vero, inquit, nos confir-
mandas senex iste suscipit? tamquam in singula
momenta casuros; perstitit deinde eamdem ob cau-
sam, propter quam affligebatur, intra cellam se
continere. Videns ergo eum sic affectum Theodorus,
ait Œconomus : Curam hujus hominis habet, donec
ingrediatur Pachomius; magnam enim virum et
sanctum esse video. Una igitur eum Fratribus mo-
nasterium ingreſſente Pachomio, obviam tam ipse
quam alii omnes processerunt. Quam de culpa sua
confessum, singulari sui in discernendis spiritibus
prærogativa correxit, istud quod scriptum est usur-
pans; In multis offendimus omnes : attamen Deo,
misericordiarum Patri, supplices accedimus, qui vi-
tia nostra absque dubitatione sanabit; deinceps au-
tem diligenti nos ipsos custodia observemus. Ista
ubi senior Mavus addidit, non satis potuit admirari
summam in homine sancto judicandi spiritualia fa-
cultatem. Quamobrem que vesperi dixerat credidit,
atque Deum laudavit.

49 Paucis inde elapsis diebus, Theodorum ad se
evocatum sic alloquitur Pachomius, Simul atque a
cæna vespere consurgent Fratres, tu alteri cuidam
administrationis tuæ vices committe, et sine mora
adeum te locum confer, in quem Dominica quavis
ad pias institutiones percipiendas solemus conve-
nire. Accedenti porro ad catechesin Theodoro ita
imperat Pachomius; Age, in medio Fratrum hoc
nunc loco consiste, et verbum Domini, uti apud nos
est moris, pro me annuntia. Paruit ille, quamvis
animus nonnihil repugnaret; et ea cœpit in medium
allerre, que Dominus menti ejus suggererat. Omni-
bus igitur et ipso etiam Abbate Pachomio, tamquam
uno ex ceteris ad auscultandum consistentibus; qui-
dam ex his indignati, in spiritu superbiæ ad suas re-
cesserunt cellulas, ut non audirent : erat enim
Theodorus, si corporis atque oris habitum spectares,
juvenis admodum. Catechesi porro et oratione finita,
resedit ut consueverat Pachomius, et cœpit in hunc
modum loqui; Audistis que dicta sunt : cujus ea
esse putatis? num Theodori, an potius loquentis
per ipsum Domini? Qui autem recesserunt indignan-
tes, qua alia ex causa id fecerunt, quam quia juve-
nis est? Invenimus tamen puerum, et de eo dicen-
tem Dominum; Qui suscepit unum parvulum ta-
lem in nomine meo, me suscipit. Nonne et ipsest
iis que dicebantur attendens adstiti, non aliter at-
que e vobis unus? Sancto autem affirmo, me non
specie solum tenui, sed vere atque ex toto corde
auscultasse, sic quasi ad fontes aqoarum sitiens an-
helarem; omni quippe dignus acceptione est sermo
Domini, veluti scriptum legitur; infelices autem
quicumque ab ejus se auditione remonent, et seip-
sos
quasi

a cuius decep-
tione Fratrem
liberat

E

Jac 3, 2

Seniorum
quorundam
superbiam
castigat.

F

Mat. 18, 5

1 Tim 4, 9

SI MSS.
GRÆCIS.

et Fratres
contra demo-
nem armat.

Absentia
intuatur.

Fraudes cacodæ-
monis
deleget.

A quasi alienos atque ineptos reddunt miserationis divinæ gratiis recipiendis: quod si ab ista sua superbia non destiterint, difficile eis erit vitam consequi: prope enim est Dominus corde contritis, et humiles spiritu ipse salvat.

Tabennensi
monasterio
Theodorum
præfuit.

50 Posthæc, cum Theodorum spiritu sufficienter confirmatum esse deprehendisset Pachomius, Tabennensi eum monasterio cum potestate Œconomum præesse jussit, annos tunc numerantem circiter triginta. Ipse vero Abbas Pachomius in majori, quod Prou vocatur asceterio et a quo aliorum monasteriorum omnium gubernatio pendebat, commorari instituit. Theodorus interim Tabennensibus cum potestate præfectus, sic tamen quasi præfectus non fuisset, extincto prorsus voluntatis suæ arbitrio, sese gerebat. Ita namque ejus animum sermo divinus accenderat, ut nonnisi ad ea quæ supra nos sunt cogitanda mentem obfirmasse videretur. In eo autem totus versabatur, ut, quemadmodum lex divina præcipit, ex omni corde Deum diligeret. Ulterius quin etiam progrediens, Fratrum ubique necessitatibus subveniebat, magna enim valebat gratia in dicendo. Cornelius quoque et Psentaesius, et Psoes, et Pegasus, et alter Pachomius et Paulus, et Joannes, et Paphnutius, et alii plures, quorum hic omnium nomina recensere superfluum fore arbitror, hi inquam universi fortes erant spiritu et robusti, ac Christi reipsa athletæ. Horum igitur omnium vitam rectam esse sciens magnus Pachomius, plerosque eorum Hegumenos et Patres aliis in monasteriis præfecit. Illi quoque, qui secundo post illos ordine et loco habebantur, magno in Deum ferebantur amore; e quibus nonnemo Abbas Tithoes b sacris Virginibus moderandis adhibitus, sanctitate insignis, divini-que miserationibus sic quasi adipe pinguis effectus, multis evasit perutilis, veluti de Abbate etiam Joanne c jam ante diximus. Eorum autem, quos modo dicebam, aliqui non solummodo in eo se exercebant, ut neque sani, neque in infirmitate positi, septuaginta etiam annorum Monachi, vinum omnino gustarent: sed reperti inter eos luere, qui permittere recusarunt orantibus, ut sese, morbi molestia oppressos, e sedili in grabatum deferri paterentur, eo saltem tempore que a morte haud parum putabantur abesse, quatenus hoc modo decentius sepulturæ mandari possent; verum ipsi in eo, in quo primum se composuerant sedili, mortem præstolari atque etiam oppetere potius elegerunt. Hæc porro si omittenda sint, propterea quod orationem nostram in longum producerent; digna certe sunt putanda, quorum mentio hoc loco non prætermittetur. Petronius d etiam quidam fuit, qui ex quo tempore e domo et cognatione sua abiit, non modo nunquam ad sua suosque est reversus, donec extremum vitæ spiritum Deo tradidit; sed etiam cum in vivis adhuc ageret, omnes domus ac familiæ suæ viros feminasque, patrem, fratres, sorores, famulos, ut inter Monachos adscribi vellent effecit: qui omnes venientes bonam mortem obierunt. Quæcumque autem pater ejus, cui Psenebo nomen, possidebat bona (nescimus profecto quibus virum tantum laudibus digne possimus prosequi) boves et oves, omnisque generis suppellectilem secum deferens, universa in cœnobii usum et commodum transtulit. Patris nostri Pachomii causa; cui et eam, quam Thebeu e dicunt, commorationem liberaliter attribuit. Vivebant autem ibi Fratres secundum regulam et institutum aliorum monasterium. Hæc siquidem, ante quam illud initium cepisset, jam constituta erant.

et alios ex
discipulis
præstantiores
alibi:

b

c

Petronius
cum omni us
suis adjungi-
tur ordini.

d

e

turque mentio Silvanii, cujus egregia conversio et felix progressus narrantur infra num. 65. Rem, ut ex Herveti versione habetur, hic accipe: Accidit quodam die post officium matutinum, ut descendens Pachomius vocaret Fratrem, qui erat in foribus, et diceret: Suntne aliqui, qui velint mundo renuntiare? Dicit ei; Sunt. Unus senex, et ex histrionibus alius, nomine Silvanus. Dicit autem magnus Pachomius: Voca eos huc. Introductus vero senex procidit ad pedes ejus, et magna voce confessus est, dicens; Rogo vos; Vespere cum unus ex Fratribus descendisset in puteum, videns valde sum miratus, et male de te cogitavi, dicens apud me; Hic homo est homicida, qui Fratres inducit hac hora, ut descendant in puteum (jusserat enim ut se mundaret vespere) Vidi vero in somnis, me quidem in medio Fratrum; virum autem quemdam in veste splendida eis dicentem; Accipite vos spiritum obedientiæ; mihi autem dicit; Accipe spiritum incredulitatis. Rogo ergo vos, ut oretis pro me. Cum itaque orasset, et cum instituisset, ipsum quoque in conventum spiritalem cooptavit. Et cum Silvanum vocasset, dicit ei: Vide Frater; labor est, et opus est sobrii et attentæ animæ et modestæ cogitatione, adhuc ut possis post Dei gratiam, ei qui alligit resistere, maxime cum pristina consuetudo te vocet ad id quod est deterius. Cumque is promisisset se omnia facturum esse ex doctrina magni Pachomii, eum Pater admisit.

b Tithoes aliquis in Menæis Græcorum commemoratur 26 Augusti: sed et alius infra hujus nominis in monasterio Prou seu Pabau Præfectus valetudinarii, num. 52.

c Joannes aliquis nominatur inter primos num. 18, sed de eo nihil additur singulare: ceciderit ergo quidquid ul est, quod de eo dixisse se indicat auctor.

d Illic moriens Pachomius pro se instituit Archimandritam, ut infra legemus.

e MS. Ambrosianum. Τβσδ.

CAPUT VII.

Alia monasteria suscepta: Fratres varie instructi et adjuti a Pachomio et Theodoro.

Episcopus erat urbis Panensis, Arius u quidem nominatus, sed fide omnino Orthodoxus, asceta et Christi minister sane strenuus: qui ubi Fratrum, una eademque ratione inter se viventium, odorem percepit fragrantissimum, sine mora Abbatem Pachomium ad se advocari jussit: a quo ut sub urbis suæ mœnia monasteria nonnulla constituerentur, enixe per Deum obtestatus est. Pachomio itaque cum Fratribus futuri operis adjutoribus accedenti ad urbem propius, aptum ædificationi locum assignavit Episcopus, atque ita maceriam ædificare cœpit. Nonnulli vero Divinæ providentiæ ordinem minime attendentes, atque invidiæ insuper stimulis agitati, nocturno tempore quicquid ædificatum fuerat everterunt. Sed invicta sancti Patris nostri patientia animatæ operæ, et a Domino per Angeli visionem, suo quasi digito murum in ignis formam circumscriptentis, b monasterii ædificationem ad finem feliciter perduxerunt. In hoc Samuelem c quemdam Pater noster Œconomum constituit, hominem spiritu et mente hilarem, sed et continentia clarum; cui alios quoque socios, necessariis animi corporisque dotibus sufficienter instructos, propterea quod non procul ab urbe commorandum ipsis esset, adjunxit: ipse etiam cum iis aliquandiu manere voluit, quoad usque plene firmati essent. Philosophorum porro urbem eam incolentium unus, experiri volens quales demum homines illi essent, ad monasterium venit, et ait: Vestrum huc Abbatem ad me vocate

D
EX MSS.
GRÆCIS.

B

a
A Paropollitano Episcopo invitatus Pachomius in opus diocesis monasteria erigit, p

b

c

ANNOTATA.

a In MS. Lipomani eadem res sic narratur, addi-

EX MESSI
GRÆCIS.
ejus discipuli
Philosophos
urbis
confundunt.

A vocate, ut cum eo tantisper colloqui possim. Audiens hoc Pachomius Cornelium ire jubet, qui homini respondeat. Cui Philosophus; Ea de vobis fama precrehuit, quod Monachi sitis qui multa et subtiliter intelligere, et sapienter profari possitis. Quidam aliunde adveniens oleas Panopoli venales exposuit cum ipsa urbs hac specie abundet. Tunc Cornelius; Auditum est etiam quod Panopolitanae oleae satis quidem olei, sed nihil admodum salis proferant. Nos itaque salis rationem gerimus, et ad vos saliendo huc accessimus. Percepto Cornelii responso ad suos reversus Philosophus, quae audiverat enarravit. Unus autem eorum, Istane, inquit, sola interrogatione experiri illos contentus fuisti? Ibo sane ipsemet, atque egregium experimentum sumam, quo intelligam quam probe sacrarum Litterarum arcana percipiant. Theodorum porro Abbas Pachomius evocat, et Philosopho ad monasterii septa accedenti obviam mittit. Ac Theodorus quidem, quemadmodum nobis ipse enarravit, cum adversus Philosophum concertandi causa progredieretur, non mediocri in timore versabatur, qua eum ratione reprimeret: Cornelium namque multo sese predicabat esse sapientiorum. Philosophus interim quaesitum illi proposuit difficillimum, dicens: Quis, cum natus fuerit numquam, mortem nihilominus obiit? Quis autem more ceterorum natus, numquam deinde est mortuus? Quis denique, mortuus numquam fœtuit? Ad quae cum Theodorus reposuisset, hominem, mortuum quidem, sed numquam natum, dici posse Adamum; ac natum quidem, sed mortuum, nequaquam esse Enochum; Lothi denique uxorem post mortem suam nihil emisisse fœtoris, quae scilicet in statuam salis sit conversa; Hæc, inquam, cum diceret Theodorus, mox eum deserens Philosophus e loco discessit. Erat in eo monasterio vir sanctus, idemque spiritu pariter et corpore robustus, et veluti alter quidam Jobus per multa et varia probatus; nomen homini Palmas, exercitatione spiritus et vigiliis ad mortem usque constantissime sese excolens.

d
Alia plura monasteria Pachomius regit et ordinat.

32 Alia quoque monasteria in partem corarum suscepit [Pachomius]; et illud quidem quod Tale d nuncupant, aliquanto ante tempore, ac deinde ipsum quod ad Panos urbem spectat, et Tebeu, et Tismene, ac post aliquod tempus aliud, quod dicitur e Pichm superius, circa Lattopolim. Hæc sunt quae ordinavit Pachomius; et habitavit ibi Fratres, prapositis sibi cum imperio Patribus ut alibi subditi, quibus necessaria ad sustinendam vitam subministrabat Pachomius. Maximum namque erat monasterium f Pabau, cui qui præfectus Œconomus, rerum omnium Monachis necessariorum copia abundabat. Sic igitur, divina providentia adjunctæ, cuncta suis temporibus in eorum usum curabat Œconomus ille, vicissim accipiens ibidem facta opera. Singulis quoque annis bis Præfecti illi omnes ad majus monasterium, ubi morabatur Pachomius, convenire erant soliti, in Paschate scilicet et Mesore g mense. Pascha autem celebrabant omnes pariter, sanctis de Deo sermonibus et mutuae caritati eum gaudio intenti. Mense vero Mesore habebant in more positum ut convenirent, operum suorum supremo Œconomio reddituri rationem, sigillatim eam describentes. Cujuscumque autem monasterii Pater Ordinem volebat suscipere, agebat cum Pachomio, qui ei ordinabat Præfectum et Subpræfectum. Ea vero præcipua famulo Dei erat cura, ut singula ipse monasteria lustrando obiret, confirmans eos qui variarum cogitationum fluctibus agitabantur, et docens qua ratione per continuam de Deo meditationem molestias illas superare facile possent, addebatque ea omnia quae ad animos eorum componendos juvandesque facere quoquo modo posse videbantur.

33 Monachus erat, fortis sane Christi pugil, et ad sanguinem usque contra peccatum decertans, cui nomen Tithoi, eorum Œconomorum Præfectus, qui in monasterio Pabau Fratrum male habentium juvandis animis corporibusque erant constituti. Die igitur quodam, cum præpararet congrua refectioi infirmorum, accedens cacodæmon in peccati errorem pertrahere Christi famulum est conatus; suggerens ei ut de cibis, qui in usum infirmorum parabantur, nonnihil ipse prægustaret. Sed non prævaluit ei tentator: ita enim comparatum est ut per ipsa certamina, ad Dei gloriam majorem, potissimum probentur fideles. Ille certe non modo non gustavit ex illis, sed nec vesperi quidem accessit ad mensam comesturus. Volens autem etiam diem alterum continere jejuniis, stetit in oratione, et plorans dixit: Domine, non a cibis modo abstinere sum paratus, ut amoris tui partem aliquam consequar: sed quamvis certissimum mihi sobeundum foret martyrium, meque comburerent, non tamen a regolis temperantiæ, in qua Sanctorum tuorum gloriatio potissimum sita est, vel tantillum recedere est constitutum: sanctum itaque tui timorem in me perficias oro. Sic ergo is ab omni labe purus et veri nominis Monachus vivendi tandem tempus implevit.

34 Accidit etiam ut, inferentibus bellum Barbaris, Monachorum aliorum quispiam deprehensus et in captivitatem abductus fuerit. Cumque eorum aliqui cibum essent sumptari; Surge, inquit; ac necessaria nobis ministra; sed et vinum prius diis nostris libes volumus quam illud bibamus. Recusante illo facere imperata, accedebant Barbari necem Monacho illaturi. Quamobrem timore nimio percussus, diis libavit h. Foga deinde e manibus Barbarorum elapsus, ad monasterium ipsumque Pachomium confestim se contulit, quæque sibi contigerant omnia enarravit. Quibus non sine magno animi sui mœrore auditis, Pachomius ita Monachum est allocutus: Qualis oblata tibi fuit corona martyrii, atque illam admittere neglexisti! Cur non potius generoso animo mortem oppetiisti, pro ejus nomine et gloria, qui nostri causa mori nequaquam dubitavit? Est igitur cur majora verearis supplicia. Nec tamen spem omnem plane deponas volo, Dominus siquidem poenitentiam nostram, non mortem, requirit. Poenitentiam ergo pro viribus tuis agas suadeo, non corde solum contrito et spiritu humiliato, sed corporis etiam afflictatione et labore delicta expians; ut in te feliciter impletum videre possimus, quod scriptum est: Vide humilitatem meam et laborem meum, et dimitte universa delicta mea. Hoc modo Pachomius a se dimisit Monachum spe bona plenum et gaudentem.

35 Cum stoream aliquando texeret Pater noster Pachomius, puer quidam e Tabennesi, hebdomadarii ministerii causa, ad monasterium accessit. Qui ut operi intentum diligentius observavit, sic eum affatur; Non ita, inquit, Pater, non ita vertendæ sunt storearum oræ: alium nos texendi modum Abba Theodorus edocuit. Confestim autem assurgens; Age sis, inquit; ac me quoque modum illum texendi edoceas. Quod cum fecisset puer, ille eum gaudio sese ad suum opus perficiendum composuit, vincens superbiam spiritum: si enim secundum carnem sapuisset, non curasset monitionem pueri, sed eum potius ut immoderate loquaem corripuisset. Eidem alias storeis conficiendis impedito dæmonis species fuit objecta, Christum se esse assertentis; utique nutu divino, sine quo dæmonibus nulla non modo est potestas alicui sese in quavis specie obijciendi, sed ne pravam quidem immittendi cogitationem. Cum autem Sanctus haberet spiritum discretionis, ita ut qui boni, qui mali sint, dignoscere haud

D
In quorum uno Monachus quidam egregie seipsum vincit

E
Fratrum unus in idolatriam lapsus emendatur a Pachomio,

h

Ps. 24, 18
F

optimo spirituum discretore,

A haud difficulter posset, veluti scriptum est, sic apud se absque dubitatione statuit, quod in visionibus Sanctorum, in eo, cui obicitur visio, cogitationes pravæ deficiant penitus, nihilque aliud quam objectæ sibi personæ sanctitatem intueri valeat. Atque ecce hæc ego cum videam, humana tamen adhuc cogito : clarum est quia visio hæc fallax est, neque talis qualis Sanctorum esse solet. Hæc vero cogitare eum vilens dæmon, mentem ejus varie cœpit distrahere. Ipse autem cum fide in Christum exurgens, manum extendit quasi illum apprehensurus, atque in faciem ejus insufflavit : quo facto omnis mox visio disparuit i.

B 36 Consuetudo erat Theodoro ut diebus singulis sub vesperam, rebus in Tabennesi compositis, in Pabau sese conferret, auditurus ibidem sermones quos de rebus divinis e Scripturis sacris proponebat Pachomius, quosque ipse deinde ad suos in Tabenna Monachos reversus exponeret, prius quam illi se ad somnum capiendum conferrent. Morem hunc non exiguo observavit tempore. Factum est aliquando, ut, cum ex more suo advenisset, Pachonium nequaquam ut solebat repererit. Ascendit igitur in domum ubi conventus haberi consueverat, hominis sancti in divinas Scripturas expositionem ruminaturus. Meditante autem illo intremuit locus in quo erat. Cogitans igitur quid rei hoc esset, in oratorium ivit preces facturus. Sed neque hic subsistere valuit, præ eo quem ibi quoque inveniebat timore, et toto corpore vehementer inhorruit. Cumque magis etiam magisque ingravesceret timor, foras sese absque mora proripuit, quid rei istud esset ignarus. Mane deinde post Synaxim Abbatem Pachonium reperit, senioribus Patrum seorsim enarrantem, quo modo vitam finire atque extremum spiritum tradere cogitasset. Hac enim, aiebat, nocte, cum precationi insisterem in oratorio, visiones quædam supra modum horrendæ, mihi fuerunt objectæ, et ingenti præ timore haud multum fui mortuo absimilis. Atque oravi Dominum, ut metus iste tam meum quam Fratrum meorum animum perpetuo occuparet, memor seniorum istorum, qui ad radices montis Sinai Moysen comitati, ignem aliaque horrenda tunc prodigia spectarunt. Cum autem in hac pressura essem, nescio quis audax locum eundem ingressus est, qui in magna felicitatis suæ parte illud ponere debet, quod quam celerrime inde excesserit. Tum Theodorus; Ego, inquit, ille sum. Etenim cum hora vespertina nullibi te reperirem, in domum de rebus sacris meditaturus tantisper secessi : verum illa repentino motu concussa, ut orationi quietius vacarem descendi : qua in re cum denuo objectum esset impedimentum, fugam inde quoque eripui. Talia cum Theodorus narraret, magna omnes qui aderant invasit admiratio, illud secum potissimum reputantes, quo modo Pachomius, quoties arcana quædam divinitus ei spectanda exhibebantur, nullum tamen eorum suis detegeret, nisi ad Fratrum confirmandam fidem et bonam ædificationem spectare omnino videretur. Viris namque sanctitate conspicuis id unice proprium esse scimus, ut mente ac cogitatione sua cœlos perpetuo inhabitent.

C 37 Contigit aliquando, præscribente illo leges ac traditiones in publicum a Tabennesiotis Monachis servandas, ut in pistrino nonnullo laboribus intenti, ea hora inter sese confabularentur, qua non conveniebat loqui, sed meditari secundum salutarem illius regulam. Qui quamvis a loco abesset longius, spiritu tamen cognovit, traditam a se istæ regulam violari. Theodorum igitur vocat (erat namque is monasterio cum potestate tunc præpositus) et; Vade, inquit, mature et cuncta perscrutare, ac vide sis, num quidpiam contra statutam a nobis regulam, boris ve-

spertinis in pistrino sermones inter se miscere audeant. Rediligenter examinata, non paucos hujus prævaricationis reos esse deprehendit, factumque Pachomio indicavit. Ad quem Abbas Pachomius; Hi, credo, existimant leges a nobis latas, humanis solummodo cogitationibus esse attribuendas. Sane quamvis hæc non magni sæpe momenti rem præscribere videantur, magni tamen ipsæ sunt momenti. Tanta hominum multitudo urbem Jericho circumiens septem diebus, prout mandatum ipsis fuerat, silentium magna acuratione servavit; postquam autem iterum mandatum eis fuit clamare, promptis omnes animis imperio divino obsecuti sunt, quamvis non nisi per hominem ad se delato. Ad hunc modum etiam illi observent imposterum, quæ sibi tradita sunt, et ignoscetur eis quod factum est. Si non fuisset utilis regula illa, utique non præscripsissem eam.

D 38 Die quodam Theodorus apud Pachonium de capitis sui dolore quæstionem proposuit. Cui ille respondens; Putasne, inquit, absque nutu et voluntate divina tale quidpiam alicui evenire? Quamobrem patienter sustine, et Deus, cum voluerit, sanitatem tibi prorsus restituet. Si tamen diutius etiam experiri te voluerit, est cur gratias illi indesinenter persolvas. Exemplo sit Jobus, inter viros perfectos haud postremus : qui, cum omnia quæ accidisse illi gravia non ignoramus, fortiter constanterque toleraret. Dominum non cessabat benedicere, pulchra illa voce usus : Sit nomen Domini benedictum. Qui namque crucem suam bajulat, quamvis alimde nihil magnopere patiatur, crux tamen illi sua et vita ascetica sufficit : potest igitur aliquis, ex morbo decumbens, amplius quid facere quam sanus, constantia animi patientiaque utendo; atque ita duplicem coronam talis reportabit. Pulchrum sane est cum silentio sustinere morbum aliquem, etiam ad decennium, et nihil queri. Hæc audiens Theodorus egregie confirmatus est. Dicunt autem ipsum monasteria visitantem sæpius dicere solitum in medio Fratrum : Ego et Theodorus uno eodemque ministerio fungimur coram Deo : nam habet etiam ipse potestatem, ut Patris instar præcipiat Fratribus. Si quando igitur veniebat ad monasteria Theodorus, videntes eum Fratres omnes exultabant in spiritu : siquidem, ut jam ante diximus, multam a Domino gratiam in hoc acceperat. Pachomius autem Pater noster, quamvis perfectus esset in omnibus, nonnihil tamen formidabilis atque subtristis erat, semper commemorans animas in tormentis constitutas, sicuti de divite epulone audivimus. Sæpe igitur oppressus siti cum vehementior urgeret æstas, et aquæ sextarium bibendi causa arripuisset, non modo non libebat ad satietatem, sed modicum dumtaxat ex eo libabat. Versabatur aliquando in uno monasteriorum Theodorus, cum ecce Fratrem coram eo adducunt, quem furti perpetrati aiebant reum; rogantque ut e monasterio hominem expelli jubeat. Furtum porro non ipse, sed alius quispiam, sinistra nulla suspitione laborans, et, ut hominibus quidem apparebat, integræ omnino fidei, commiserat. Prior autem in furti suspicionem adductus fuerat, propterea quod magis e plebe esse videbatur. Furti ergo reus, cum admisso a se priore delicto non solum teneri, sed alium etiam sua causa in tanto versari periculo vidisset, seorsim Theodorum convenit, dicens : Ego sum qui crimen istud commisi. Respondit Theodorus; Postquam hujus te criminis conscientia obstrinxisti, illud deinde a te expurgatum scias, ubi hominem innocentem suspicioni et periculo exemisti. Ac mox jussu ad se accedere altero; Scio, inquit, furtum istud a te non fuisse commissum; sed nunc si duriora quædam a Fratribus fueris perpessus, cum furti

nullius

D
EX MSS.
GRÆCIS.

Theodorum
male ha-
bentem so-
latur.

E

Job. 1, 21

Fratres
præsentia
sua recrea-
re solitus.

F

nec solito
sua secreta
narrare aliis
nisi causa
utilitatis
alicujus

Idem silen-
tu legem
accurate
servari
præcipit.

A ut intercedatis oro. Neque enim inter Prophetas, aut Patriarchas, aut Apostolos locum sibi ille vindicabat: sed genuinus erat eorum filius, quemadmodum et reliqui omnes, qui ejus per diversa loca regulam normamque vivendi deinceps sunt secuti. Sanguis enim Domini nostri Jesu Christi omnem olim terram emundavit et etiamnum emundat, proque spiritalibus quas ferebat ac tribulis salutari eam Dei cognitione replevit.

63 Quoniam autem sæpius ad Fratres suos Dei verbum loquebatur Abbas Pachomius, nonnulli qui magno enim amore prosequerentur, multas ejus in divinam Scripturam cogitationes litteris mandarunt: sicut etiam cum viso quopiam insolito aut revelatione eolius dignatur, illamque magni quod incolebat monasterii Patribus secreto indicasset ad fidem utilitatemque audientium. Solet quippe Deus servos suos glorificare, velati ipsemet Moysi quondam significavit dicens: Ut credant tibi in perpetuum.

Nos autem ipsa temporis experientia edocti, quod non omnibus datum sit credere, præsertim Monacho, licet viam Sanctorum ingrediatur, sicut scriptum est: Imitatores mei estote (facilis enim et expedita omnibus patet via) ideo hæc colligemus scribentes,

B ut et nos possimus sine jacturæ illius metu, eorum quæ hic dicuntur fructus referre; certoque intelligamus, quod etiam nunc Deus dicat: Ego glorificantes me glorificabo. Scimus etiam quod vel unius psalmi consideratio nobis ad solatium sufficiat, quando igitur magis ipse Dominus dicens: Ego reficiam vos? Hoc quoque tempore in Ecclesia Dei ordines Patrum varii admodum sunt et multiplices: primum Episcopi, deinde Presbyteri, tum Diaconi, et alii deinceps, nec non et Monachi: verumtamen Beati omnes qui timent Dominum. Hominis autem cuiusvis perfecti vita, si non ab hominibus, certe a Deo in caelis conscribitur. Nos quoque cum Vitam hanc scriberemus, non tam scriptionem ipsam, quam rerum gestarum memoriam extare aliquam volumus: sicut et de sanctis Episcopis ac Patribus in aliorum commodum et utilitatem epistolæ conscriptæ extant, puta B. Antonii Vita, ad eos qui in *b* Xenæ morabantur Fratres transmissa fuit, qui hoc petierant a sanctissimo Patre nostro Athanasio. Si cut igitur ille nactus Monachos, rerum ad illum pertinentium optime conscios, Vitam istam scripsit: nos quoque, non tamquam illi, tam sublimem gradum obtinenti, nos assimilantes, utpote peccatores; sed tamquam filii, Patrum a quibus educati fuerunt meminisse desiderantes, operam dedimus scriptioni.

C Ipse quoniam etiam Pater, cum adhuc in vivis ageret, suoque consilio describi curavit, non eas tantum leges et eaque instituta quæ ad meliorem cœnobii administrationem spectare poterant: sed multas insuper epistolas ad monasteriorum Patres dedit, in quibus nomina elementorum omnia, ab *A* ad usque *Ω*; hoc scribendi modo, sic quasi per linguam spiritus *d* passim incognitam, Patres istos arcuorum istorum non imperitos, ad animas recte gubernandas instruens, quando utrum ac tempus non erat ipsosmet per sese adeundi. Ipse quoque, cum viri spirituales essent, simili modo eidem respondebant: ut sic per singula arcana lingua deducti paulatim, qua via potissimum esset incedendum, cognoscerent, et scriptura eos deduceret ad perfectionem, quatenus liberentur digni fieri ipsimet liber spiritualium litterarum *e*.

64 Decem erant e senioribus Monachis in Pabau, quos ad corpus quidem attinet puri atque irreprehensibiles, sed ad murmurationem proclives, qui non ea quæ portebat fide Pachomii excipiebant sermones. Is autem, ut erat patientia et caritate insignis, maximo erga eos pro quorum salute non parum la-

boris exhauserat, licet admonitionibus hortationibusque usus esset aliquamdiu frustra, haud quaquam tamen eorum curam sibi dimittendam ratus, pœnitentiæ coram Domino agendæ seipsum addixit, animam suam in jejuniis humilians, et senis continuis diebus cibi somnique expers per tempus dierum quadraginta: unde non mediocriter vires corporis exhaustæ, ipsumque plane redditum est imbecillum. Tunc vero Dominus eum exaudivit, fecitque ut singuli eorum ad medelam delicti sui quærendam pro viribus converterentur: et sic ad meliora, conversi in Domino obdormiverunt. Frater fuit, qui, ut exercitatione spiritus admodum erat proventus, tolerantiam Pachomii sancta æmulatione assequi conabatur. Hunc itaque quodam tempore orationi intentum scorpium in pede momordit: is vero affectum pedem scorpium imponens, ita oravit, Quis vulnere huic medebitur, si Deus me sanare noluerit? Cumque ejus in tolerando constantiam sub initium probare Deus statuisset, fortiter ille pati est aggressus, quamvis veneni vis ad cor penetraret, parumque abesset quin vitam in cruciatu amitteret. In eo potro statu perseverans, veneni vehementiam forti animo superare perrexit, donec synaxeos celebrandæ advenisset hora.

65 Hanc etiam ad Fratres suos orationem Pachomius habuit, qua quiddam visioni *f* cœlitus oblata haud absimile continetur. Conspexi, aiebat, aliquando locum ingentem, columnis sane compluribus visendum, magnamque in eo multitudinem hominum, exitum e loco minime reperientium. Horum nonnulli circum columnas in orbem continenter itabant, cum interim multum a se viæ confectum existimarent, ut ad lumen pervenirent. Ex omni autem parte talis quadam personabat vox: Respice, hic verum tibi lumen ostenditur. At illi protinus in viam se dederunt, ut lucem eam apprehenderent. Eadem denuo voce personante, eodem quoque ipsi evadere sunt conati: nec sane modicam videre erat laborantium in vanum afflictionem. Lux denique oculis meis obijcitur, quæ præcipuos eorum quosdam, illosque non paucos, præcedere videbatur. Horum quatuor intentos in oblatam lucem oculos perpetuo defigebant, quos reliqui omnes pariter sequebantur, proximorum sibi humeris innixi singuli, ut ne per tenebras errare illos contingeret. Si tamen fieret ut præcedentis se vestigia quispiam dimitteret, una cum omnibus ipsum sequentibus in certum adducebatur errorem. Hic ego cum ex omni numero agnovissem duos, qui propierea quod præcedentium sese vestigia deseruissent, a recto tramite deflectebant, quanta potui voce exclamavi: Apprehendite prægredientes, ne et vos ipsos et alios vobiscum in perniciem trahatis. Luce itaque illa monstrante viam, quicumque ductum ejus sequi voluerunt, in eam per angustam portam sunt ingressi. Hoc suum visum quibusdam singillatim ipse retulit, a quibus deinde post non exiguum temporis intervallum nos ipsi illud audivimus, cum hac ejusdem expositione. In hunc, inquit, modum tenebris obsitus est mundus, propter variarum hæresum deceptionem, quarum unaquoque rectam a se teneri viam persuadere conatur. Fax autem illa fidem in Christum designat, qua recte et ut oportet credentes ad salutem sine errore perveniunt, et in regnum cœlestis tuto perducuntur. In monasterio obierat aliquis; nec tamen Pachomius passus est ut in monte ad cadaver psallerent Fratres, velut moris est: sed neque sacrificium *g* Missæ pro eo factum est. Vestimenta autem ejus colligens, in medio monasterii exuri jussit, salutari suos timore complens, ne vitam suam negligenter. Qua autem ratione Fratrem eum, donec moreretur, tolerare voluerit, haud scimus; hoc novimus, a sanctis Dei famulis nihil unquam

EX MESS.
63.6.18.

quadam etiam ab iis scripto nota colligit,

Ex. 19, 9

1 Cor. 4, 16

Mat. 24, 28
exemplo
Athanasii
scribentis
Vitam S.
Antonii:

b

usus etiam
ipsius Pachomii
Epistolis
mysticis.

c

d

e

Monachos
murmuratores
jejunio suo emendat
Pachomius

A Scorpium
morsus
Frater ejus
tolerantiam
imitatur.

E

f
visio circa
hæreses et
ceram fidem
cœdem objecta.

F

g
mortuus justis
funeribus
privatur.

A unquam agi, quod noxæ quidpiam aliis afferre possit. Eorum siquidem in agendo severitas et bonitas, commensæ sunt ei quam habent ex Deo scientiæ.

66 Silvanus quidam fuit, ætate juvenis, cui, ante quam in monasterium suseiperetur, certas vivendi leges Pachomius dederat: verum post aliquod a conversione tempus, eum sancti Patris præcepta negligere et in jocos risumque effundere animum suum cœpisset, hominem accersi jubet et ita aflatur: Numquid non dixi tibi, quod magna res sit Monachum fieri? Numquid non in vestibulo præmonui, Vide, inquit, ne forte non possis id esse quod cupis? Tu contra coram Deo testaberis, quod omnino Monachos fieres. Quid ergo tibi non attendis, si vere æternam vitam desideras, sed dissolvit cor tuum? Sed quoniam judicium divina salutarem Dei timorem incutere tibi non possunt, surge age, et parentum tuorum domum repete, neque amplius in consortio nostro conspiciaris. Audito Pachomio adolescens in fletus magnos prorupit, seculum a se repeti posse omnino negans, et multis obtestatus, verum se Monachum futurum promisit. Quamobrem patienter eum tolerare statuens Pachomius, magnæ virtutis Monachum ad se evocat, cui Psenamoni nomen: quem ita, puero tantisper amoto, compellat: Scimus quod non exiguam ætatis partem in laboribus asceticis modo peregeris: itaque per Deum hunc adolescentem suscipiens, compatere ei per omnia, donec salvetur: non enim ignoras quantis ego curis, Fratrum causa distinear.

67 Storeis igitur conficiendis operam uterque suam strenue impendebant, statis quoque temporibus vigiliis jejuniisque, ut oportebat, adhibentes. Silvanus vero, cum ut homini ei obtemperaret mandatum accepisset, ita eidem exacte in omnibus paruit, ut sine petita acceptaque ab eo facultate ne folium quidem oleis degustare præsumeret. Tanta etiam animi erat demissione et mansuetudine, ut raro loqueretur, fixoque obtutu neminem intueretur, utique egregie se exerceans: per seipsum vero sic profecit in vigilandi assiduitate, ut eum satis superque orando fatigatus esset, in cellule suæ medio considens, per noctem storens plecteret, hac ratione somni necessitatem exolvens. Quid plura? Factus est Silvanus homo spiritus vivens. Quadam igitur die considentibus Fratribus, orsus est dicere Abbas Pachomius; Virum novi, cui, ex quo tempore Monachorum vitam profiteor, similem vidi neminem: veluti enim lana alba cum purpureum semel colorem suscepit, admissam tincturam amplius haud dimittit, ita huic animæ contigisse omnino videtur, postquam divini spiritus virtute semel fuit delibuta. Licet namque, addito insigni adeo testimonio, de se sermonem esse intelligeret, non tamen efferretur gaudio; neque, si vituperaretur, noxio dejiceretur incore; sed idem semper maneret atque inmutabilis. Tum respondens Theodorus dixit ad Pachomium; Virum eum nobis, o Pater, exhibe: numquid is Petro nio aut Cornelio dicendus est major? Cui Pachomius; Quid alios, Theodore, in medium adducis? Te quoque ipsius homo ille superat. Fateor equidem, si vitæ vestre annos, si exercitationem monasticam, si rerum quæ in vobis est, cognitionem consideremus, Patrum auctoritatem locumque apud eum tenetis: verum quod ad profundissimam ejus humilitatem, quod ad puritatem conscientiæ atinet, magnus profecto is est habendus. Vos quidem belluam illam, quam nunquam non humano generi est infesta, pedibus vestris victores subjecistis; si tamen contingat de salute vestra fieri vos negligentiores, divino illa nutu rursus soluta, ferocius etiam quam ante vos invadet. At vero Silvanus vires ejus impetusque

omnes plane extinxit. Qui potquam septem omnino annos sic vivendo transegisset, inter mortales esse desiit; multumque super eo gavisus est Sanctos. Et alii quidem tantum in virtute et perfectione faciebant progressum, quantum efficere poterat laudanda mutuarum virtutum æmulatio; cum præsertim perpetuo haberent ob oculos hominem illum, spiritu et exercitatione fortissimum, in quo Christus erat.

ANNOTATA.

a Romanos intelligo, ex Constantinopolitano Patriarchatu advenas: qui supra sub uno externorum nomine, æque ac subjecti Antiocheno Patriarcha, opponuntur Alexandrini Ægypti indigenis, quamvis alia id est Græca lingua utentibus, cum Tabennesiotæ ceteri æque ac Pachomius ipse sola Ægyptia, nunc Coptica lingua, loquerentur. Postea vero adjuncti sunt eisdem etiam ex Romano Patriarchatu Latini, ipsam quoque Græcam linguam ignorantes. Ideo ad Hieronymum, sicut in Prologo ad Regulam præfatur, homo Dei Silvanus Presbyter direxit libros ab Alexandria: quos etiam injungeret transferendos. Aiebat enim in Thebaidis cœnobiis et in monasterio Metanææ (quod de Canobo, in Pœnitentiam, felici nominis conversione, mutatum est) habitarent plurimi Latinorum, qui ignorarent Ægyptiacum Græcumque sermonem, quo Pachonii et Theodori et Orsiesii præcepta conscripta sunt. Si tamen a Canobo, Alexandria vicina urbe nomen prius habuit monasterium, quod hic solum nominatur et ibi situm fuit, non est credibile ipsum pertinuisse ad Tabennesiotarum communionem, quæ non videtur extra Thebaidem se extendere potuisse.

b Diximus in Vita S. Athanasii cap. 31, eum S. Antonii vitam scripsisse extremis vitæ suæ annis, puta circa an. Christi 365, et quidem ad Monachos in Xene monasterio, ut credimus sic proprie appellato.

c Patris nostri Pachonii, hominis Dei, qui fundavit conversationem cœnobiolorum a principio per mandatum Dei, hoc est exordium præceptorum: atque sub hoc titulo deinceps Latine reddita singula a S. Hieronymo, notis illustrantur haud inviditis a Francisco Bivarico lib. 3 de Veteri monachatu a p. 271, habenturque tum alibi tum novissime in Codice Regularum Holstenii. De epistolis ait Gennadius cap. 7. Pachonius Monachus... scripsit ad collegas præposituræ suæ Epistolas, in quibus Alphabetum mysticis tectum sacramentis, velut humanæ consuetudinis excedens intelligentiam, clausit; solis, credo, eorum gratiæ vel meritis manifestatum, etc. Tales Gennadius nominat duas ad Abbatem Syrum: et ad Abbatem Cornelium plures, una cum familiaribus aliis, exhibet Lucas Holstenius in Codice Regularum, quas sancti Patres Monachis et Virginitibus sanctimonialibus servandas præscripsere. Ipsas vero Ænigmaticas loquendi formulas fuscæ explicat Athanasius Kircherus S. J. in supplemento Prodrumi et Leici Copti cap. 1 pag. 303 et sequentibus.

d Jam supra vidimus dici gratiam Angelicæ linguæ accepisse eos qui eam norant.

e Utrumque in iis fuerit ipse auctor, non definitio: frustra certe talium epistolarum meminisset hoc loco, nisi indicatum voluisset, ex iisdem epistolis vel se, vel alios multa de Pachomio, ejusque discipulis cognovisse, quæ hic referantur.

f Eodem modo ut initio conversionis oblata, et Theodoro soli narrata, refertur ab Ammone in epistola num. 6.

g Græce Ἰεροσολῶν. Plenius autem res eadem narrabitur in Appendice, ubi præmittitur ea quæ hic sequitur narratio de Silvano, longe distinctius explicata, quamvis et hic aliquid sit, quod istuc non exprimitur.

Silvani a Sancto admoniti sermone emendatio

et sub cura Psenamoni profectus singularis

Pachonii insigni testimonio declaratur.

A

EX MSS.
GRÆCIS.

CAPUT IX.

Theodori ex nova probatione profectus. Pachomii in Synodo Latopolitana vexatio, morbus, obitus.

*Imperandi
spiritu tenta-
tus Theodorus*

Theodorus interim, ut ante diximus, a Pachomio ad id constitutus erat, ut simul cum ipso animas Fratrum solaretur. Quo in munere cum septennium explesset, ingens ei oblatu est certandi campus, Domino ad majorem viri probationem id permittente. Seniores siquidem Patrum ac præcipui monasteriorum Rectores in unum convenientes, cum Abbas Pachomius morbo detineretur, ita inter se consilium inierunt: Ne forte contingat præter expectationem a Domino visitari Patrem nostrum Pachomium, eoque orbatu in multas magnasque incidamus calamitates; age, quoniam nullus e nobis, ita ut tu, Pachomii in agendo rationes omnes habet exploratas, sanete illud volumus promittas, quod, si is ex vita discedat, petitionem nostram minime sis rejecturus, qua in ejus te successorem postulamus, ut ne Fratrum multitudo misere dissipetur. Theodorus itaque, post iteratas sæpius preces ac supplicationes, cum alter ab eorum molestia eximere se nequiret, quod flagitabant, factorum se promisit. Remdeinde auditam Abbas Pachomius non approbavit, sed convocatis monasteriorum Hegumenis Suro, Psenthaesio, Paphnutio, Coraelio, ipsoque met Theodoro: Suum, inquit, quisque defectum palam confiteatur, quemadmodum ego prior memi. Fateor ego, Fratrum visitationem et consolationem a me negligi, quia foris diu dego in insula, agri culturæ intentus, ut de alimento prospiciam: Fames namque ea tempestate erat. Nunc et tu, Theodore, de teipso, fateor. Tum Theodorus; Anni, ait, jam suat septem, ex quibus ad lustranda monasteria, eorumque rationes eadem qua tu ipse potestate ordinandas a te constitutus sum, neque tamen in eam unquam cogitationem veni, ut minus Superioris post mortem tuam expetendum ullo modo putarem: sed nunc illa me cogitatio importune vexat, neque hactenus eam superare satis potui. Belle, respondit Pachomius, nullius, ut video, prave affectionis adhuc Dominum assecutus es: hominum te turbæ aliquando subtrahat, ut id ignoscatur tibi. Surrexit itaque tristitia non modica affectus Theodorus, et in cellulam quietam abiit, ut multis cum gemitibus magnoque planctu seipsum lugeret, magnopere metuens ne faciem suam Deus ab sese averteret, quia famulum ejus contristarat, quem credebat perfectum et insuperabilem esse.

*C
et penitentiam
solitarius agit
annus 2,*

*deinde recreatur
parabola
se ei prompte
obedientis.*

69 Duos porro annos in hac sui afflictatione exegit Theodorus Fratrum præcipuis solatium illi persæpe afferentibus, quoniam ex ipsorum sententia nullius peccati maculam ex eo quod gestum fuerat contraxisse videbatur, sed illud intellexisse quod scriptum est, Quoniam ego cum ipso sum. Hæc autem cum in finem gesta sunt a Pachomio, quod Theodorum omni ex parte perfectum vellet, ambitionisque prorsus expertem, quam eandem ob causam reprehendere eum volebat. Ante vero quam Pachomius abiret, ait ad eum Theodorus; Quoniam in Monchosensi monasterio aliqua mihi restant perficienda, illuc ut cum festinatione properem, mihi quæso permittite. Misit ergo eum solum: qui per viam Irens, Domine, inquit, num vere me pœnitet delicti mei? Ad Chenobosciorum portum deinde progressus, navem conscendit. Duo hac pariter vehabantur senes, quorum alter de Theodori laodibus ad alterum cœpit disserere; Beatus, inquiens, iste Monachus. Cui alter; Quid hominem infelicem appel-

las beatum? noadum frumentarii mensuram attigit. D Quænam, inquit alter, ea mensura? Tum prior: Colonus, inquit, quidam fuit severæ adeo iadolis, ut rari essent qui unius anni spatio commorari cum eo sustinerent. Tandem exurgens aliquis ad eum venit dicens, Ego tecum operabor. Cui colonus; Ita fiat. Eo igitur tempore quo solum erat irrigandua; Noctu, dixit, et non interdiu ad irrigandum agrum aquam comparemus. Respondit alter; Factum sapienter, ut ne seu homo seu bestia seu aliud quidpiam ex aquæ ductu nostro libere valeat. Ille iterum ei: Sulco uni frumentum, alteri hordeum, tertio legumina, quarto denique cicer, et ita deinceps aliis alia committamus semina. Qui dixit; Hæc equidem sapiens cogitatio priorem illam longe superat, sementis quippe nostra florum varietate invenietur jucunda visu. Postquam herba extra semen fuit; Eamus, inquit, collecturi messem. Eamus, subjicit ille, magnum id paleæ lucrum est, nam pulchre virentes inveniantur fruges. Post trituram vero: Adduc, inquit, frumentarium a, ut mensuratas fruges inferamus: Hoc enimvero, subjicit alter, omnium quæ hactenus mandata sunt, longe est sapientissimam, quoniam sic etiam palea conservatur. E Posteaquam autem eum sic probavit, reperitque per omnia indiscriminatim morigerum; Non amplius, inquit, mihi mercenarius eis, sed filius et heres. Itaque si iste quoque Frumentarii mensuram impleverit, poterit consequi ut beatus dicatur.

70 Hic vero seniorum alter; Quoniam, ait, parabola nobis proposuisti, nunc ejus quoque intelligentiam aperi. Ad quem prior: Colonus, dixit, Deus est; durus, ut videtur, et asper, postquam, ut crucem quisque suam bajulet imperavit; non autem sequatur animi libitum. Hujus enim Moachi Pater Pachomius, Dei vocibus per omnia obediens, acceptus illi placitusque omnino extitit. Si igitur ipse quoque perseveraverit, profecto similiter consequetur hereditatem. Talia audiens Theodorus, tam dicta ipsa, quam qui ea proferebant summopere obstupuit. In terram deinde exscendens, nunquam eos amplius conspexit: Angeli namque hac forma a Domino missi apparuerant, ad ædificationem et solatium Theodori, quemadmodum ipse post hæc testatus est Abbas Pachomius. Regressus vero in Paban Theodorus, auditos in itinere sermones Fratrum enarravit, magnaque ipse consolatione fuit repletus. Tristabatur autem, non tua quia fuerat castigatus, sed quod omnino ejusmodi cogitationem admisisset aliquando, ipse potissimum, qui toties ex Pachomio audiverat; Sicut vita functus, ad alios similiter mortuos nequaquam dicet; Vestrum ego caput sum: ita nec ego vel apud animum meum unquam dixero; Fratrum meorum Pater sum. E Dei famulis porro nonneo Theodorum sibi tantisper concedi ab Abbate Pachomio postulavit, dicens; Oculos præ nimio fletu male affectos habet Theodorus. Permittas igitur, ut Alexandriam pariter cum illo navigem? Cui Pachomius; Permitto, inquit: Theodorus itaque quamdiu navigatum est, et quocumque versabatur loco, hesterni iastar, novitique Monachi se gerebat, demissione animi et mansuetudine eximia ornatus. Quare de eo postea testatus est Abbas Pachomius, singulari Numinis dono ei esse concessum, quod septulo majorem quam ante in spiritu progressum fecerit.

71 Ipse autem Pachomius coatuberarii, in quo manebat. Præposito magna cum humilitate, plus etiam quam alii omnes, audientem sese præbebat, sicuti scriptum est; Terra montosa b et humilis. Quo etiam tempore catechesis instituebatur, in aliorum Fratrum turba consistere fuit solitus, attente excipiens quæcumque dicebantur. Lebitonaria quo-

*ab Angelis, in
specie Monachorum
et militantibus,
audita,*

*F
et in septu-
plum profect.*

*Pachomius
omnibus se
ultra subiecit.
Deut. 11, 11
b*

A que ejus omnia communicella servabantur, sub potestate Præfecti; tantaque agebat cum simplicitate, ut non haberet liberam facultatem ab Economo ea etiam quæ ad corporis necessitatem pertinebant accipiendi: æterna enim supplicia suscepisset libentius, quam dimoveri se sivisset a filii Dei, Domini nostri Jesu Christi, humilitate et mansuetudine. Quodam die exeuntibus a prædico Fratribus, et Cornelium, de quo diximus, ex consuetudine ante eorum, qui istic morabantur, fores excipientibus, etiam ipse in partem officii hujus venit. Inde in domum secedentem secutus est supra memoratus Alexandrinus Theodorus, qui etiam ipse exceperat Cornelium. Cumque venisset ad locum in quo conederat Sanctus, ita ex eo quærere instituit; Audivi de Cornelio quod abstinentiæ singularis cum sit integræ unius synaxeos tempore mentem suam in alia, quam in divina, evagari minime patiatur. At ego hac ipsa hora, quantumvis conatum magnum adhibeam, vix tamen orationes ternas perago, mente omnino collectus. Qui ergo possum, sive dum sermonibus intersum divinis, sive dum precibus intendo, mentem non habere sursum abstractam? Ille autem parabolam protulit. Qui secundum carnem servus est, si hominem conspicit liberum, quamvis pauperem, libertatem tamen concupiscit: pauper vero si Principem videt, Princeps quoque desiderat esse; Regem denique si Princeps, regnare mallet. Cornelius igitur post certamina non pauca, per Dei gratiam, istud obtinuit: et tu similiter laborans, crede quod accipies prout dignum fuerit. Longe porro lateque diffusa de Pachomio fama, multus erat de eo sermo: et alii quidem quæ vera erant loquebantur, alii etiam supra modum efferebant omnia.

Cornelium laudat.

B

72 Cumque aliquando sermones incidissent dubii, eo quod diceretur dignoscere occulta, et in Ecclesia Latorum non pauci in unum convenissent Monachi et Episcopi; ipse etiam Pachomius, senioribus quibusdam Fratribus comitatus adfuit, vocatus ut hoc manifestaret. Videns autem eos qui circa se contendebant, silentium diu tenuit. Tandem ab Episcopis Philone et Mobe, ut se suaque defenderet, jussus, hoc modo respondit: Nuncquid ante etiam quam Episcopatus curam susciperetur, Monachi mecum degebatis in monasterio? An ignoratis, divini gratiæ auxilio non minus a me Deum tunc amatum et curam pro salute Fratrum gestam, quam a vobismetipsis? Nescitis qua ratione Moysen, filium ejus qui Magdolos dicitur, dæmone incessum, et in subterraneos specus non absque mortis periculo abreptum, per Dei gratiam innoxium servaverim? ut alia quæ feci plurima omittam. Tum alii; Dei te famulum esse non diffitemur, nec ignoramus intrepide cum dæmonibus congressum, coegisse ut ab animabus discederent. Quod vero ad rerum occultarum cognitionem spectat, quoniam ea grande quid est, iterum edisserere nobis, ut obmurmurantes compescere possimus. Et respondit eis: An non frequenter ex me audistis, quod e Gentilibus natus sim parentibus quid Deus esset omnino ignorans? Cujus igitur beneficio Christianus evasi? nonne ipsius benignis simi Dei? Præterea ubi paucissimi Monachi, seorsim inveniuntur duo, vel quique, vel decem ut summum, et hi non absque ingenti labore, invicem sese in Dei timore gubernant: nos autem, qui tanta modo sumus multitudine, et novem omnino monasteria complem, noctes diesque id unice curamus, ut animas nostras nulli reprehensioni obnoxias per Dei misericordiam servemus: quod vosmet ipsi sane fateri debetis, qui gesta a nobis adversus immundos spiritus non ignoratis. Idem porro Deus ac Dominus, ubi et quando visum ei fuerit hoc nobis dedit prærogativæ, ut perspicere non dubie possimus quis sincere quis simulate vitam instituat.

In Synodo Latopolitana interrogatus

fateretur datam divinitus sibi gratiam cognoscendi secreta cordium,

c

Verum mittamus tantisper singularem a Deo prærogativam: nonne tamen fieri videmus, ut qui juxta carnem prudentes sunt et perspicaces, si vel paucis diebus in media hominum turba versentur, de unoquoque judicium ferre et quomodo animis affecti sint, cognoscere valeant? Ipse autem qui suum pro nobis sanguinem non dubitavit profundere, quique Patris supremi est Sapiëntia, si forte aliquem viderit qui proximi, ac multorum potissimum, perditionem toto conatu studeat impedire, an non illi daturus est, ut eos servet irreprehensibiles, sive spiritus id sanctioris indicio, sive animorum ipsorum cognitione fieri dicamus, ubi divinæ id fuerit voluntati placitum? Neque enim quotiescumque libet, ea quæ ad nostram salutem faciunt, mihi perspicere est concessum; sed quando is, cujus nutu omnia reguntur, id mihi concesserit. Omnis quippe homo sibi relictus, similis factus est vanitati; qui si Deo, ut oportet, fuerit subjectus, non jam vanum quiddam, sed divinitatis sacrarium dicendus est, ipsomet Deo sic pronuntiante: Inhabitabo in eis. Non in omnibus, sed in solis sanctis habitaturum se promisit; in vobis, inquam, et omnibus, nec non in ipso Pachomio, si fecerit voluntatem ejus. Hæc ubi dicentem audiverunt, hominis tum libertatem, tum humilitatem admirati sunt. Vix autem sermonem finierat, cum a malo genio actus quispiam et machara armatus, virum sanctorum interfectorum irrupit: sed auxilio presentium salvavit eum Dominus. Tumultu dein intra conventum exorto, aliis aliter sentientibus loquentibusque, cum salvi evasissent Fratres, iverunt in monasterium novissime susceptum, quod Pachnum appellatur, et intra Latorum civitatis fines situm est.

D
EX MSS.
GRÆCIS.

eamque non perpetuam sed ad Dei nutum.

2 Cor 6, 10

E

73 Postquam vero Alexandria rediit navigium (duo autem solum habebantur in Communitatis totius usum, alterum pro storeis ad Fratrum sustentationem et alias necessitates dividendis, alterum propter debitorum eorumdem) advenientes Zachæus et Theodorus, Pachonium et Fratres reliquos salutarunt: ex quibus Pachomius, quo in statu Ecclesia versaretur sollicite quæsivit. Magnopere quippe ejus causa affligebatur, quia impiissimi Ariani cum Gregorio e quodam in eandem violente irruerant: et hanc ob causam multis Deum precibus fatigabat, graviter dolens propter populum Dei, tantis affectum injuriis, et Archiepiscopo suo Athanasio, viro vere Christifero destitutum. Veruntamen, inquit, credimus Deo, qui cuncta hæc in suorum fidelium probationem fieri permittit, fore ut cito de inimicis nostris sumatur ultio, nec diu differatur vindicta. Deinde vero afflictionem illis exposuit, quam Latopoli passus erat; Deoque gratias reddidit, addens quoniam omnis nobis tentatio patienter toleranda est, cum nocenti nihil inferat. Siquidem qui in vitam nostram moresque inquisiverunt, Patres Fratresque, Orthodoxi omnes sunt: quamvis inimicus nonnullos etiam e nostris perverterit, ut sese septis, id est regulæ, ad tempus subducerent: attamen tam nos quam illos Deus salvos voluit esse et incolores. Ipse autem sanctissimus Pontifex, tantas tacto tempore persecutiones sustinens, vere dicendus est beatus, nec adversus eum quidpiam proficient adversarii, propterea quod Deum habeat fidei suæ defensorem. Quin et in eo implebitur illud quod scriptum est, f Quicumque contra te voce sua insurgent, in judicium illis erit, et universis hostibus evades superior. Itaque factum est; non enim multum abierat temporis, quando magna cum gloria g in ecclesiam suam est reductus.

d
De ecclesia Dei sollicitus

e

f

Athanasium cito rediturum prædicit.

g

h

74 Solemnitate Paschatis h ad finem perducta, morbus insolitus, divino nutu, Fratres invasit, ita ut in omnibus monasteriis centum ac plures, qui e malo

malo

Multis monachis peste extinctis,

A malo obierant, numerarentur : ipse etiam Pachomius infirmabatur. Morbus autem erat contagiosus, et quemcumque febris pestilens corripuerat, ille omnem prioris mox coloris amittebat vigorem, oculos exhibebat sanguine suffusos, ac suffocari sibi perpetuo videbatur, donec spiritum tandem supremum exhalaret. Tunc Syrus obiit, Monachorum in Pachnum Hegumenus; obiit Cornelius, monasterio Moncholesi praefectus; nec non Paphnutius omnium in Pabau monasteriorum (Economus; obierunt plures alii magni nominis Fratres. Theodorus porro omni obsequiorum genere prosequabatur Pachomium, cujus corpus gravissimi morbi diuturnitate supra modum attenuabatur, circum vero ejus cor et in oculis accensus quasi fervebat ignis Biduo itaque ante quam e vita abiret, omnium monasteriorum Patres aliosque Hegumenos advocari jubet, ac tali eos oratione compellat : Ecce haud amplius obscurum esse potest, quod Dominus me visitare statuerit. [Vos ergo mementote verborum quae a me frequenter audistis, et vigilantes in precibus, sobrii estote in operibus vestris. Nulla sit vobis conjunctio cum sectatoribus Meletii vel Auii vel Origenis : cum illis autem conversamini qui Dominum metuant, et possunt prodesse vobis conversatione sancta, et amabibus vestris spiritualia praestare solatia : ego namque jam delibor et tempus resolutionis meae instat]. Unum ergo aliquem e vobis eligite, qui ceteris cum potestate auctoritateque in Domino praesse possit. Tunc ipse Orsisiu quemdam, e Chenobosciorum monasterio, magnae fidei virum et humilitate ac caritate insignem, propius ad se vocatum, jubet ex omnibus sigillatim seiscitari, e quem in Patrem suum eligant. Paret ille, ac singulorum exquirat suffragia. Cunctis autem non absque gemitu exclamantibus; Quoniam ex quo tempore nos tibi subesse Deus voluit, nullum praeter unum est invenire, qui hoc muneris cum dignitate exequatur; respondit vir Sanctus; dicenti mihi volo credatis; Petromum, si modo in vivis permaneat, Fratrum regimini haud fore ineptum. Comuni siquidem morbo Petronius pariter detinebatur in eo quod curabat monasterio, quodque Men vocabatur, et situm erat juxta civitatem Panos.

Pachomius eadem corripitur.

Petronium sibi successorem designat

et moritur.

C 75 Precibus jam et votis expletis abierant alii, cum Abbas Pachomius Fratri cuidam; Hoc mihi, ait, o Frater, caritatis officium exhibe. Stragulum affer paulo commodius : quo enim modo tegor, graviusculum est, nec corporis mei vires tantum pondus facile sustinent dies quippe nunc sunt elapsi quadraginta, ex quibus gravi hac infirmitate premo; sed gratias Deo maximas persolva. Sine mora itaque in Oeconomium pergit Frater, et stragulum ex optimis atque levissimis unum adfert, quo et Pachomium mox operuit. Is porro, cum, quantum huic et alteri illi quo prius tegebatur discriminis inesset, deprehendisset, rursus ad Fratrem; Istud, inquit, straguli absque mora hinc aufer; non enim aequum est ut in te quapiam melius mihi sit quam Fratribus ceteris. Ut namque modo dicebam, donec spiritum extremum reddidit, non parum certamen habuit : amanterque apprehensa Theodori barba, ad eum dixit; Cum ossa mea absconderint, transfer ea inde. Existimante autem Theodoro, quod imperabat ei ut ne corpus ejus illo relinqueretur loco, quo alii condendum judicassent, sed nemine conscio transferret alio; dixit Pachomius; Quoniam non istud solummodo tibi significatum volui : sed et hoc; idquo tertio dixit ipsi, Videlicet, ut Fratrum in Dei servitio negligentiorum, curam ipse non deponeret, sed legis divinae adjumento usus, eosdem ad bene vivendum excitaret. Cui Theodorus; Optime. Atque ita decimoquarto die mensis Pachon i vivere desiit. Noctem deinde totam lectione et preca-

tionem transigentibus Monachis, viri sancti corpus de more curatum, et cum psalmis in montem fuit delatum, ac sepulturae tradituro. Descendentibus porro de monte aliis omnibus, Theodorus, et tres cum eo Fratres, corpus refossum in alium locum deportarunt, in quo in hunc usque diem servatur. Interim qui missi fuerant ut Abbatem Petronium accerserent, eundem adhuc aegrotantem adduxerunt. Is autem cum infirmitatis vehementia supra modum esset exhaustus, et paucos omnino dies Fratribus regendis sese impendisset; divinis praecipis et Sancti ipsorum Patris memoria omnes instruens, ex hac vita migravit, septimo k et vigesimo die ejusdem mensis. Ante vero quam spiritum Creatori redderet, convocatis in unum Monachis, Abbatem sibi petiit designari successorem. Subjicientibus porro illis hanc ad ipsummet pertinere curam, Abbati Orsisi, qui cum reliquis aderat, et de quo jam ante a nobis dictum est, vices suas demandavit. Verum is non sine multo gemitu quod offerebatur suscepit, identidem inclamans, tanto sese oneri imparem esse atque ineptum Petronii exinde corpore ad sepulturam composito, precibus et hymnis de more adhibitis, in monte illud terrae mandarunt. l [Haec vero nos ex pluribus pauca scripsimus, et pro maximis ejus factis et operibus minima : non ut laudem demus sanctis Patribus (nostrum enim honorem aut gloriam non appetunt. Sufficit enim eis aeterna laus, qua afficiuntur a Domino et Angelis, et erit perfectior : fulgebunt enim sicut sol Christi lumine perfusi; qui semper eos glorificat, qui eum glorificant) sed ut nos quoque eos imitemur pro viribus, ex auditione inducti ad eorum imitationem, precibus et intercessionibus sanctorum Prophetarum, Apostolorum, et Martyrum; propter quos Dominus noster Christus glorificatur : cui gloria, et potentia in secula seculorum. Amen.]

ANNOTATA.

a Praepostera, ut vides praecipia haec sunt omnia, maxime autem quod frumentum, ut ab orea sublatum est, necdum eventilatis palens, metiri jubet.

b Juxta lxx Terra montana et campestris : quibus epithetis commendatur a Deo terra Israeli promissa, ut est, optima.

c Scilicet monasteria Tabennesios et Pabau sive Bau, Chenobosciorum, Monchoseas, Tismene sive Mene juxta Panopolim, Thebe et Pachnum sive Chnum in Latopolitano Nomo assumptum recentius, universim septem, praeter muliebre monasterium : quibus postea sub Orsisi et Theodoro tria alia accesserunt, cum altero feminarum, ut infra dicitur num. 83 ad Hermopolim Cajos et Obi atque unum prope Hermuthim; ut fuerint virorum monasteria universim decem, sicut asserit Ammon Episcopus in sua Epistola num. 13 undecimum denique juxta Ptolemaidem extractum indicans num. 17.

d Lebitonaria scilicet linea, cum essent multa et mutanda saepius, necesse erat paratam in flumine semper haberi navim, qua nova et munda distribuarentur per singula monasteria et contubernia.

e De hac Gregorii Ariani contra Ecclesiam irruptione et Athanasii fuga, in hujus Vita est caput 14; pertinet autem ea res ad Pascha anni 341.

f Nescio quis hic Scripturae locus indicetur.

g Anno scilicet 349, mortuo Gregorio. Gloriam autem hujus reditus ex Nazianzeno deduximus cap. 28, unde colligas anno 348 gesta haec esse.

h Anno 348 celebratum fuit Pascha ii Aprilis.

i Pachon Coptis, apud Seldenum Bashnes, inchoatur vi Kal. Maji, unde Dionysius, Quartodecimo mensis Pachin secundum Aegyptios, quod est juxta Romanos ad vii diem Iduum Majorum.

D
Petronius succedit et mox e vita abit.

k

l

F

k

A k *Id est Mensis Maji 21 die : quo mirum est nullis Sanctorum fastis ascriptum inveniri hunc Petronium.*

1 Hanc quoque appendiculam ex Lipomani MS. et Herveti interpretatione hic inserere placuit, omissa adhortationum Pachomianarum synopsi, ex supra relatis petita : quam apud Lipomanum et Surium legere poterit qui volet.

CAPUT X.

Orsisii in monasteriorum supremum regimen succedentis laus et vigilantia : Theodori sub eo conversatio humilis.

Abbas porro Orsisius vir erat summa virtute summaque humilitate præditus, ac singula monasteria, Fratres visendi solandique causa, sedulus obibat, non ignarus ad quam excelsum perfectionis gradum aliquando pertigisset Abbas Pachomius, quando in ejus ipse disciplina versabatur. Hujus itaque insistens vestigiis, seu stans seu sedens, non cessabat de rebus divinis ad eos habere sermonem, itaque animabus eorum prodesse, mentionem frequenter faciens verborum Pachomii cum in Chenobosciorum monasterio præfecturam ageret. Quamvis autem tantam Dei nondum erat assecutus cognitionem, in parabolis tamen ad eos verba faciebat; parabola autem vim efficaciamque addebat Dens. **B** Quaecumque vero in medium proferebat, ipse etiammet egregie evolvere noverat, ita ut Fratres universi vehementer admirarentur. **E** pluribus porro una fuit quam subjicio. Non ignoramus, Fratres, quam perfecta nos rerum cœlestium cognitione per Scripturas sanctas venerandus ille noster Pater solitus sit imbuiere. At ego, quantum quidem mea mihi mediocritas suggerit, sic existimo, hominem, nisi magna cura diligentiaque animum suum custodierit, omnium quæ dici utiliter aliquando audierit facile oblivisci, et in segnitiam prolabi. Ita deinde sit, ut cum animum ejus vacuum nanciscatur dæmon, suas abque difficultate insidias struat. Quemadmodum si quis in lampadem, debite ad lucendum præparatam atque expositam, oleum infundere forte neglexerit, sensim eam extinguere est necesse, ac tenebras in lucis vicem succedere videmus; neque istud modo, sed adrepens quandoque musculus ellychnium absumere siepe tentat. Ante vero quam lampas arde-
C re omnino desinit, irritum id ille tenat conatu; verum ubi observat non modo flammam, sed omnem etiam ignis sensum esse extinctum, tunc ellychnium sine metu arrodere atque vorare, et lampadem huc illuc jactare aggreditur; quæ, si fictilis sit, in frusta comminuitur; si aenea, a patrefamilias sine luce inventa, ut denuo lucere possit præparatur. Eadem est ratio animæ de sua salute parum curantis, quando sanctus ab eo Spiritus paulatim recedere animadvertitur, donec ad extremum divino omni calore plane destituatur. Tunc itaque adversarius omnem ab ea anima acritatem expellit, ac variis etiam languoribus corpus reddit obnoxium. Quod si is animo quidem in iis quæ Dei sunt recte sit constitutus, sed a subrepente negligentia simpliciter supplantatus, tunc misericorde Deo animæ illi timorem suum suppliciorumque æternorum memoriam incutiente, vigilat, imposterum magna sese accuratione conservans, quoad eam Dominus visitare dignabitur. Atque hic loquendi finem faciens Orsisius, ad preces concipiendas surrexit; cum sua ista parabola non exiguam Fratribus attulisset utilitatem. Ceterum Orsisius Abbas ita inter Fratres versabatur, ut quam studiosissime imitari Abbatem Pachomium ab omnibus observaretur. Hic enim illum aliquamdiu secum habuit; cumque eundem Chenobosciis Patrem

præfecisset, nonnullique de eo mormurarent, ut nimium juvene ad ejusmodi gradum; re audita Pachomius de ipso ait: Ne putetis, Fratres, quod regnum cœlorum senioribus solummodo debeatur. Quinimo senior aliquis adversus fratrem mormurans, non modo ille senior non est, sed neque monastica adhuc vitæ jecit fundamentum. Nihil siquidem ab hominibus Deus exigit aliud, quam ut eum amando timeant et timendo ament. Caritas autem nihil adversus proximum molitur mali. Dico vobis; Tam insignes in vita monastica progressus faciens Orsisius, lampadis instar aureæ splendorem diffundit per domum Domini, atque ad ipsum spectabit quod scriptum est; Despondi vos uni vero virginem castam exhibere Christo.

77 Quo tempore sanctus Archiepiscopus Athanasius magna sua et Dei gloria a Comitatu in Ecclesiam suam *b* revertebatur, factum est, ut, cum Alexandriam versus navigationem instituerent Fratres, de Beato Patre nostro Antonio fama acciperent, eum in monte *c* exteriori degere. Quo audito, cursum illuc instituerunt, ut viri tanti conspectu recrearentur, utque ab egregio Dei famulo benedictionem reciperent. Is porro ut Fratres adventare audivit, non sine magna sua difficultate de loco surrexit (tate quippe jam erat supra modum *d* provecta) ac foras progressus peramanter eos salutavit, rogans quo modo ageret ac valeret Abbas Pachomius: illis autem lamentantibus, intellexit Antonius eum obiisse, et dixit: Nolite flere: omnes vos facti estis sicut Abbas Pachomius. Equidem affirmo, Magnum is suscepit ministerium, cum tantam Fratrum multitudinem in suam admisit disciplinam. Apostolorum viam ingressus. Respondit Abbas Zacchæus; Quin tu potius ipse, o Pater, mundi, qua patet, lumen clarissimum dicendus es, cujus ad ipsos usque Imperatores fama pervasit, qui tua causa debitas Deo laudes persolvere minime dubitant. Cui Antonius; Non ita, Zacchæe, sentio. Etenim quo ego primum tempore Monachum capi agere, nullum usquam extabat cœnobium, in quo de aliorum salute cura aut metus cuiquam erat; sed qui-que antiquorum Monachorum, persecutione jam finita, privatim in vita sese monastica exercebat. Postea vero Pater vester tantum bonum, Deo adjuvante, efflerit. Alius quidem ante, cui Aotæ nomen, voluit tale ministerium suscipere: verum quia non ex toto corde ei rei studuit, successu conatus ille caruit. De Abate porro vestro multorum sermonibus accepi, in divinis enim Litteris apprimè fuisse versatum. Equidem serio et sæpe volui illum corporali presentia cernere, sed forte dignus haud fui per Dei tamen gratiam in regno cœlorum invicem videbimus; sed et omnes alios, sanctos Patres, ipsumque imprimis Dominum ac Deum nostrum Jesum Christum. Animos ergo sumite, confortamini, et pleno cursu ad perfectionem tendite. Istud quoque mihi nunc indicate, æquem sibi in munere et dignitate successorum designavit. Subjicientibus, Abbatem Petronium a Pachomio ad id delectum; ac Petronio post non multum temporis vita functo successisse Orsisius, respondit Antonius; Non Orsisius, sed Israelitam, illum vocetis oro. Tum si ad Episcopum Athanasium, virum gradu eo dignissimum, vobis est iter, sic ipsum a me compellabit; Hæc tibi commendat Antonius; Curam habe de filiis Israelitæ. Quo dicto, ac sua illis benedictione impertita, non sine commendatitiis ad magnum Athanasium litteris ab sese demisit. Qui ut Alexandriam pervenerunt a sanctissimo Pontifice, propter beati præsertim Antonii commendationem, magna benevolentiae significatione excepti fuerunt; non enim quantus esset Antonius latere poterat Athanasium.

D

EX MS. GULEC S.

2 Cor. 11

b

c

E

d

quem obiisse intelligens S. Antonius,

laudat eum,

F

eique suffectum Orsisius.

Succedens Orsisius,

a

Fratres solenter instruit,

noceus qua ratione animum nostrum et quando cacoda mom occupet.

Idem olim laudatus est a Pachomio;

A 78 Theodorum deinde Orsisius jussit fabrorum in Paban morantium praefecturam ad tempus gerere: Macarius autem quidam, Pater monasterii in Pachnum post Abbatem Surum, Theodorum ab Orsisius petiit, ut secum hominem abduceret, ejusque in pinsendis panibus opera tantisper uteretur, quod ei concedendum ad solamen fuit. Paschate igitur celebrato ad monasterium una cum Patre illo perrexit Theodorus: cumque navigio adhuc uterque veheretur, accedens propius ad Theodorum Frater quidam, vidensque eum velut novitium taciturnum humilemque, ita compellat: Quantum nunc temporis est, quod inter Fratres vitam agis? Cui Theodorus; Perparum respondit. Ac rursus alter: Num ante quam inter Monachos vivere coepisti, panes noveras pinsere? Noveram, reponit Theodorus, Tum Monachus; Quando, inquit, in pistrinum veperis, si forte videre te contingat Fratrem in risum immoderatus effusum, aut rursus alium in pugnas et verbera proclivem, ut sunt diversi genii et ingenii in eo monasterio homines, ne scandalum tibi inde aut offensio oriatur; sed tibi et melioribus solum Fratribus fac attendas. Ad quem Theodorus; Faciam, ait, quod recte mones. Postquam monasterii locum navigando attigerunt, audito adventu Theodori, quotquot in eo degebant Monachi, non sine magnis laetitiae signis in ejus occursum properarunt: noverant namque eum ab eo tempore, quo cum Patre nostro Pachomio solandis animis intendebat. Tum is, qui veluti cum novitio, sermones cum eo inter navigandum habuerat, intuens quanta a Fratribus veneratione exciperetur, haud mediocriter erubuit, exterritusque est quod tali ac tanto ita fuisset ausus loqui. Abbas porro Orsisius, secundum acceptam a Deo gratiam, Fratres suos egregie in vita spiritus educabat; quin etiam sermonum ejus vis ac robur perpetuo videbatur accrescere, in Fratrum consolationem: neque nudas modo in spiritualibus colloquiis parabolas, sed earum etiam expositionem proferbat, illud identidem inculcans, ut quam in totius monasterii meliorem gubernationem, regulam, dum adhuc superesset, Pachomius praescripserat, nec non constitutiones Patrum, Praefectorumque et Subpraefectorum ordinem exacte servarent. Bina quoque per anni decursum tempora statuit conveniendi, Paschatis scilicet et Magnae remissionis, quando ratio rerum omnium ad necessitatem corporalem spectantium initur, operum item et expensarum, ut majoris monasterii (Economus, qua ratione munus sibi commissum exequeretur, posset habere perspectum.

C 79 Ita eos Dominus, unius ejusdemque sententiae ac caritatis vinculo conjunctos, veluti ante, custodiebat: necdum quippe omnes omnino senes occubuerant, in quorum numero censebantur Psentaeus, Samuel, Paulus, Joannes, et Hieracapolo: qui ut a nobis supra relatum est, Patrem nostrum Pachomium, in afflictione constitutum, egregie confirmavit, nec non magnus Tithoes et Jonas, et alii plures, et Theodorus e Politicus. Ad quos omnes accedebat Theodorus, quem Dominus per magnum Pachomium spiritu accenderat, ut fieret vas electionis. Cum igitur tot praecleari viri, non aliter ac clarissima quaedam lumina essent inter Fratres, tenebrae apparebant nullae. Praeceptum siquidem Domini lucidum, illuminans oculos. Mortuo deinde magno Paphnutio, eodemque monasterii Pabau magno (Economus, alium Orsisius substituit Psarphim dictum; numeri tanto obeundo promptum, et patientem laborum senem. Hic autem et alii cum eo Fratres, religiose colloquendi causa, persape Theodorum rogabant, ut aliquam Abbatis Pachomii visionem eis enarraret. Verum Theodorus; Ecce, aiebat,

D Patrem nostrum Orsisius: si quid audire desideremus, ex ipso sciscitemur oportet. Nostris ille postulatis faciet satis; Pater namque nobis divino consilio is est datus. Consuetudo autem illis jam inde ab initio erat, circa vesperam, manuali opere ac caena peractis, in unum simul considerare ad scrutandas Scripturas, ab omni alia solitudine tunc liberi, praeterquam ab ea, quae salutem eorum concernebat. Quibus vero praecipua rei hujus cura fuerat deman- data, fortes in spiritu magistri, ut ministros Dei decebat, munus suum exequabantur. Quamdiu enim, ait Dominus, fecistis uni ex minimis qui in me credunt, mihi fecistis. Sedente igitur Orsisius, et pulchris sermonibus Fratres confirmante, in promiscua turba aderat Theodorus, optimi instar filii, ita intra se dicens: Nullius equidem facti dictive mihi sum conscius, quo aut Deum aut Patrem nostrum Pachomium in commissis mihi tunc negotiis unquam offenderim. Tanta quoque erat animi demissione, ut Abbas Pachomius de eo absente pronuntiare solitus sit, quod septuplum profecerit eo studio supra id quod fuerat.

E 80 Haec porro sunt quae dicebat Pater noster Orsisius: Nonnullos vestrum video, quibus magni nominis fama, et in alios potestas atque imperium, utque vel Domestici vel muneris alterius dignitatem consequantur, in votis est ac desiderio. Aliud profecto, Patre nostro vivente, erat Monachorum studium, quando non nisi per insignem obediendi promptitudinem magnus quis studebat dici, veritus alioquin ne in caelorum regno inter postremos haerendum sibi aliquando esset. Mihi quoque cum Petronius Abbas, ut de vobis curam gererem, demandaret; lacrymae eruperunt ac gemitus, consideranti periculum, in animarum gubernatione situm. Neque ego modo, sed omnes omnino Sancti ita sensere. Primus omnium Propheta Moyses, a Deo ad Populum Israelis liberandum regendumque missus, magna animi demissione Deum obtestatus est, ne eam ob rem irasci sibi vellet, ac tum demum ministerium suscepit. Nos itaque similiter, Fratres, quotiescumque pronuntiarum illud audiverimus; Qui se exultat, humiliabitur; ab omni ambitionis labe alieni esse studeamus. Non omnium est in regimine animarum cum laude versari, sed eorum solummodo qui perfectione inter alios eminere cognoscuntur. Parabola est. Later incoctus, si haud procul a flumine aedificio extruendo substernatur, ne diem unum futurus est utilis; sin autem diligenter idem coquatur, durissimi lapidis rationem obtinebit. Ita hominibus, carnalia adhuc sapientibus, contingere videmus, ut, nisi divinarum Sermonum igne, ad Josephi istius exemplum, ante accendantur, ipso etiam conatu suorum initio, dissolvi misere incipiant. Multarum namque tentationum fluctibus agitari eos est necesse, qui in media hominum multitudine vitam instituunt. Rem vero laude dignam praestat is, qui propriae mediocritatis admodum conscius, impositum sibi onus exentere non segniter contendit, ne in pericula majora incidat. Quicumque in fide haud quaquam vacillant, ii in omni eventu firmi sunt ac stabiles. De Josepho autem, homine sanctissimo, si quis ut sermo instituat desiderat, terrenis illum rebus minime sciat fuisse delectatum. Quantas ille tentationes sustinuit, et quibus in regionibus? In iis utique ubi nullum tunc erat verum religionis vestigium. Sed Deus Patrum ipsius, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, in omnibus ei adfuit, e tribulationibus salvum eduxit, ac nunc in caelesti aula pariter cum Patribus is versatur et exultat. Nos quoque, qui quam parum possimus, haud sumus ignari; fortiter certemus, Fratres; ac nescio equidem, an vel hac ratione Dei judicium

Mat. 25, 40

eosque hortatur ad humilitatem

Luc 18, 14

et constantiam in tentationibus.

EX MES. GRACIN. Theodorus in Pachnum missus,

instur novitii se gerit.

Orsisius Pachomii instituta promovet,

multis discipulorum adhuc viventibus,

Ps. 18, 9

cum Theodoro ad ipsum omnium referente,

A *judicia declinari satis poterimus. Multa alia horum similia cum dixisset, oravit : et ad suas se cellulas Fratres contulerunt.*

ANNOTATA.

a *De hoc Gennadius lib. de script. Eccles. cap. 9 sic ait; Orsiesis Monachus, Pachomii et Theodori Collega, vir in sanctis Scripturis ad perfectum instructus.*

b *Anno 349 revocatus a Constantio Athanasius, ipsum prius adiit, quam Alexandriam triumphandus ingrederetur.*

c *De duplici Eremita et monte S. Antonii, ejus ante ejus vitam § 2, quorum interior Arabiam versus difficili erat aditu, nec minori quam trium dierum itinere obtinebatur venientibus ab exteriori, qui fluvio imminebat. Cum autem hic esset, frequenti fruebatur monachorum undique ad se venientium visitatione, istic vero non nisi paucos admittebat : hæc ergo opportunitas etiam Tubennesiotus ad eum allexit.*

d *Annorum scilicet 98 aut plurium : annorum enim 105 erat, cum obiit anno Christi 356.*

B e *Theodorus Politicus, an idem qui cap. 8 Alexandrinus?*

CAPUT XI.

Theodorus ab Orsio in Vicarium assumptus, sedat turbas subortas, monasteria auget et visitat.

Crescente interim supra modum numero Monachorum, per agros et silvas causa cibi pro tanta hominum multitudine quaerendi, coeperunt dispergi : et quantum curæ aliæ multiplicabantur, tantum negligentia coepit in singulis monasteriis irrepere. Pater igitur quidam Monchosensis monasterii, Apollonius nomine, contra quam in commune lata patiebatur regula a, coepit suo monasterio necessaria per se abunde comparare. Hac de causa multis ab Orsio Abbate monitus atque increpitus, ægro animo quæ dicebantur excepit, in illud ab adversario consilium inductus, ut suum monasterium a communitate abstraheret; persuasitque pluribus ibidem præcipuis ut hoc probarent. Quorum exemplo sane pernicioso ex aliis quoque monasteriis non pauci in labem eandem inciderunt, cum Apollonium absque fronte Abbati resistentem cernerent : dicebat enim, Quia per rationem vivendi in commune nihil differimus a Fratribus. Cumque ab Orsio Abbate persuaderi sibi nequaquam pateretur, magis etiam tentationis turbo invaluit. Cernens igitur Orsio quanta in angustiis res constituta esset (multum quippe effluerat temporis, ex quo molestias illas coactus erat perficere) quamvis ad mortem usque eas sustinere laud gravate statuisset; attamen circumspiciens quem sibi potissimum in gubernando socium adjungeret, in solitarium tantisper locum sese abdidit : atque suspensis istic continuis indulgens, quemadmodum ipse nobis met deinde narravit, in has ad Deum voces erupit; Hoc mihi, Domine, Abbas Petronius famulus tuus moriens commendavit, ut Fratres plurimos ad asceticum vite institutum et salutem conarer adducere. Sed paucos admodum, qui dictis nostris aures præbeant, datur reperire : unusquisque enim post cordis sui desideria abit, eos si excipias, qui sincera omnino fide tibi deserviunt, quique duce ac magistro Pachomio in vita sese ascetica strenue exercuerunt, ac si qui alii timorem tui habent. Mihi vero molestissimum accidit, cum universam communitatem in tantas turbas conjectam conspicer, non mea quidem culpa aut

incuria, cum nemini, ut tute ipse optime nosti, ullam unquam turbationis ansam præbuerim; neque id tu, Domine, ignorare potes. Quin neque istud solum monasterium sollicitudinem mihi injicit, sed etiam aliorum causa in angustiis sum, ne forte accepta hac occasione, ab ea quæ jam inde a principio inter ipsos fuit animorum conjunctione caritateque recedant. Nunc itaque, Domine, non possum diutius sustinere solus : virum ergo mihi aliquem promptum animo atque robustum indica, et nominabo ipsum illis, ne animarum, quæ forte periturae sunt, reus ego habear.

82 Eadem igitur ipsa nocte insomnium ipsi est oblatum, visusque sibi est videre lectos geminos, e quibus alter pretiosus quidem, sed vetustate tritus; alter pretio haud impar priori, sed firmior longe atque solidior. Exinde ita sibi mandari audivit : Lectum hunc firmiorem continuo occupes. Tum vero secum reputans intellexit, grabatum illum esse Theodori, qui cum Abbate quondam Pachomio una quasi anima esse videbatur : exortoque mane, quasi tribulatione levatus, eo præsertim quod valde amaret Theodorum, quem egregia omnino humilitate præditum, et ad sustinendas hominum obmurmurationes fortissimum esse non ignorabat; omnium monasteriorum Hegumenos in unum convenire jussos, Theodoro non evocato, hac oratione compellat : Non ignotum vobis esse scio, quantum postremis hisce diebus apud nos turbatum fuerit. Sustinui tantisper, ea solummodo spe inductus, fore ut omnis ea tempestas sensim evanesceret : sed econtra, ut ipsimet videre potestis, accidit, ac malum in immensum auctum est. Necesse itaque habeo fateri, solum me tantis curis ac sollicitudinibus minime esse parem. Quamobrem ita mihi persuasum habeo, fore ut e vobis nemo cogere me ad ulteriorem oneris tanti excusationem velit. Quoniam vero certissimum mihi est, parum admodum a me in hoc negotio posse profici, nec esse unde sive a Deo sive a Patrum senioribus timeam reprehendi, quibus scilicet insufficientia mea abunde est perspecta; ita statuo, Theodorum eum esse, qui muneri huic omnino sufficiat, quem et a longo jam tempore haud secus ac Patrem nostrum reveriti sumus. His dictis, secuta deinde nocte in Chenobosciorum monasterium recessit, in coque mansit. Fratres porro universi, magno cum gaudio hoc audientes, Theodorum in Patrem suum acceperunt. At ille eorum se voluntate negavit statutum, donec de re tota cum Abbate Orsio contulisset, tres interim dies cibi omnis ac potus expers traducens.

83 Postquam ergo hic accersitus adfuit, rursus ejus causa in unum coactis Fratribus, inquit ei Abbas Orsio : Nos te constitimus : Pater noster huic te muneri jam dudum destinavit, quando, tua barba apprehensa, tertio dixit : Memineris, Theodore, ne ossa mea eo loco relinquant ubi fuerint immata. Quo audito, Abbas Theodorus, quod ulterius opponeret, non habuit. Itaque Fratribus eum tradidit Orsio, et ipse in Chenoboscia denno abiit; Theodorus vero ordinatus est. Omnium autem monasteriorum Fratres, hæc audientes, magno universi gaudio sunt repleti, si præsertim qui non ignorabant, Theodorum jam inde a susceptæ vitæ monasticæ initio genuinum extitisse magni Pachomii filium, quantumque ejus sermo vim haberet ad levandos animos in tribulatione. Porro tam mirabiliter subjectus erat Abbati Orsio, ut sæpe is diceret, vere quietis omnis lectus est homo iste. Neque enim ex quo ordinationem suscepit, dies noctesque de Fratrum salute in Domino sollicitus, unquam putabat se omnium esse Patrem, memor reprehensionis antiquæ; sed vicarium se dumtaxat et administrum Abbatis Orsio

D
EX MSS
GRÆGOS.

allum petii
quem sibi
substituit ;

ostensumque
sibi in visu
Theodorum,

E

declarat
vicarium :

F

qui suscepto
munere

Pravo Mon-
chosensium
exemplo

a

augeri tur-
bas videns
Orsio :

inter que-
rulas preces

A siii ferebat, quamvis ille a regimine procul ageret. Si quando ergo quidpiam a Dei famulo statuendum esset, non exiguum itineris spatium conficiebat Theodorus, Orsisiis exquisiturus voluntatem. Sane postquam omnem altis imperandi cupiditatem animo suo Theodorus expulit, ad meliora quæque, ac ipsam etiam perfectionem a Deo instructus, factum est, ut non Orsisiis modo, sed quotquot reperiebantur Fratres, in ejus virtute acquiescerent, sic ut Orsisiis diceret: Ego adhuc rego, non aliter quam cum solus eram.

EX ASS
G. REGIS.
nil sine Orsisiis
consilio agit.

Monachos ad
primævum
spiritum con-
servandum
excitat,

84 Cum itaque Fratres ad primam catechesim convocasset, sic eos est allocutus: Ubi modo sunt seniores? Confortamini in Domino: et in hoc conspiremus, ut mutuo compatiamur, ne adversarius omnem Patris nostri laborem evertat. Neque enim ignotum vobis esse potest, quam is genere contra omnes dæmonum insultus, dum in tribulatione quæpiam esset, sese gesserit; donec discere mereat virtutem Domini nostri Jesu Christi, cujus præsentia timori illis est atque horrore. At ecce nondum quintus *b* annus est elapsus, et gaudii illius ac tranquillitatis, qua quondam inter nos potiebamur, omnino quasi obliti degimus. Etenim ea sub Patre nostro agebamus ratione, ut non aliud quam Dei verbum, melle ac favo dulcior, sive animo admitteremus, sive ore proloqueremur; nulloque rerum terrenarum sensu, quasi non in terra, sed ipso in cælo jucundissimam traducere vitam. Homo namque, frigoris et gelu vehementia adactus cursum tandem prosequitur, donec optati caloris remedium tandem cum gaudio consequatur. Ita etiam fiebat, ut quanto olim majore desiderio querebamus Deum, tanto nobis suavior ac jucundior bonitas ejus præstantiaque accideret. Nunc vero quo in statu versari nos putamus? Omnes pariter a Deo aversi degimus. Nihilominus convertamur omnes, confidamusque quod nos innovabit Dominus secundum magnas suas miserationes. Hæc ubi dixit, in gemitu deinde erupit: secutusque omnium qui aderant planctus longe etiam extra conventus locum fuit exauditus. Oratione postremum instituta, ac Fratres divinis navem conscendit, nonnullos secum assumens; quibus comitantibus aliorum monasteriorum Fratres invisit confirmavitque. Tandem etiam, post non exiguum laborem, et omnem qua valebat in spiritu adhibitam industriam, monasterii prædicti Abbatem Apollonium ut a cogitatis desisteret permovit, pace cum inter ac Fratres firmiter constituta. Atque hoc modo pudor injectus est ei, qui eos tentare aggressus erat, hosti.

b

B

tarbus sedat,

C

85 Summa itaque abstinentiæ et moderationis fama ubique versabatur Abbas Theodorus, omnibus privatim, adinstar medici peritissimi, apta ad solatium et vigorem animorum remedia præscribens. Nullus porro inter Fratres reperiebatur, qui formidaret animum suum ei secreta confessione aperire, et indicare qua quisque ratione adversus inimicum decertaret. Ipse autem Theodorus quo modo vincendus esset hostis, longa experientia in Domino, cujus voce ad audiendum excitamur, edoctus, modum omnibus suggererat, quo alienis cogitationibus resisterent, ut legitime certantes, secundum Pauli vocem, coronam consequantur. Sin aliquem parum de salute sua sollicitum cerneret, multa cum longanimitate eum docebat quam terribilia sint judicia Dei, horrendum siquidem est incidere in manus Dei viventis. Attamen, inquit, etiam domi peccatores Deus punit, beneficium illis et bonitatem non vulgarem exhibet; vult namque omnes salvos fieri et ad perpetuam requiem pervenire. Dixitque rursus: Si quis propter eum qui recta suadentem contemnit scandalizetur, ego futurus sum in causa.

et Fratrum
animos perite
tractat.

Quamobrem minime sibi quiescendum ratus, magna cum diligentia curam suam omnem in Dominum coniecit, orans ac dicens: Magnum onus alicui est impositum vel de seipso rationem reddere, quid ergo de pluribus? Hinc non ignoro, quasdam nos potius esse umbras quam veros custodes animarum, neque enim ad illud perfectionis devenimus. Tu vero qui omnium singulatim hominum corda finxisti, tam nos, quam mundum hunc universum contra acerbam dæmonum invidiam defendas; quoniam nemo salvare nos potest, nisi tu Domine, Domine, Deus gloriæ. Quotiescumque autem sive in viis, sive in monasteriis, a dæmone quempiam insessum aut aliter male habentem offerebant homines seculares, sic eos affari erat solitus: Non est quod nos existimetis idoneos, qui miserorum illorum causam apud Deum agamus, cum ipsi etiam met a peccatis non vivamus liberi. Si tamen Deo, ad miserendum prono, visum fuerit quos ipse creavit, sanos reddere; potestas ei est quod vult faciendi, quemadmodum ergi omnes, secundum magnam suam bonitatem, agere quotidie non cessat. Multis ergo undique accurrentibus, utque Deum pro se deprecaretur, vehementer orantibus, id postulare erat solitus, ut Dei in omnibus voluntas, et quod e majori hominum esset utilitate, fieret. Quibus precibus permotus Dominus, non paucos sanitati restituit. Hæc porro omnia efficiebat non immemor ejus, a quo in rebus sacris fuerat institutus, sancti, inquam, Pachonii, qui viam Sanctorum nunquam interrupto cursu perfererat.

Energumenos
et alios male
habentes cura-
rat.

E

86 Denique etiam alia monasteria illis quæ prius fuerant addidit: circa Hermopolim e duo, quibus e Patris nostri Orsisiis sententia, appellationes datæ Caius et Obi. In hisce, secundum communitatis regulam, et aliorum monasteriorum usum Patres constituit, abstinentia et religione insignes, et qui secundum in monasterio ab eis locum tenerent, nec non Præfectos contuberniorum et eorum Subpræfectos. Prope Hermothium quoque aliud monasterium condidit, cui præclaros imprimis Hegumenos et Fratres ad inhabitandum imposuit, ac regulas vivendi præscripsit. Inde in pago, quem Bedire dicunt, Virgillum extruxit cœnobium, ad miliaris unius intervallum a monasterio Pabau situm, quale in Mene jam ante erigi Pachomius Abbas, commissa sibi loca obiens, curaverat. Ceterum hæc monasteria sufficere poterant ad pallia lanea, et storeas, reliquaque omnia necessaria conficienda: et pannos ex lino crudo, quæ majoris deinde monasterii Œconomus ad lebitones conficiendos tradebantur. Is autem quid in unoquoque monasterio confici oporteret, solitus erat præscribere, eam in rem usus opera Abbatis earum Epouychi, hominis sancti et austeri, post obitum Petri Abbatis Senioris Tabennensi asceterio præpositi.

Monasterium
condit,

etiam virgillum.

F

87 Quia autem Abbas Theodorus murmur et tumultum intellexerat, quem diximus concitatum fuisse adversus Pachonium, quod occulta is perspicere dictus fuisset (eo namque tempore Theodorus Alexandriam navigans, aberat) cœperat ipse ex tunc occultare, si quid Deo volente per visionem cognoscebat: intellexit enim hoc utilius esse: de qua re etiam Fratribus sic locutus est: Quid majus reperiri potest aut sublimius quam Spiritum sanctum animo suo recepisse, quando recta fide institutus quispiam et Dei mandata accurate observans, dignus invenitur, ut Numini supremo dicatum evadat templum? Manifestissimum porro est, omnem ibi potestatem libertatemque reperiri, ubi non dulcia est Dei præsentia. Etenim quid in regio quocumque palatio splendidum non est atque magnificentum? Ita antiquis temporibus sacrum Leo Tabernaculum,

Verba habet
ad Fratres de
gratia visionum

ad

A ad Dei ejusdem gloriam majorem nihil non continebat perfectionis. Nemo autem de egregiis Dei famulis aliter atque oportet opinetur, cum cœlesti eos viso dignatos fuisse audit, quoniam is in eorum animo moratur, cujus beneficio visiones omnes scientur offerri. Sed non mediocri in hac re opus est circumspicione. Neque enim propterea roagnum quid de se homo sentiat, cum nihil sit, neque in eum se errorem ab adversario sinat deduci, ut visionum gratia donari magnopere exoptet; ne, quod multis accidisse scimus, in fumos ac umbras omnis ejus pietas ac religio abeat. Hoc autem non tantum qui ad hunc perfectionis gradum necdum pervenit, sed et qui eum attingit, dictum sibi intelligat, ut simul omnes de nobis ac rebus nostris humiliter sentiamus, eoque preces dirigamus, ut æternum duratura supplicia evitare possimus. Hoc et Sanctissimi quique suis ad Deum precationibus contendebant, quorum unus: Custodi, inquit, animam meam et libera eam. Ac rursum: Gratias ago Domino. Et Paulus de salute quam consecutus erat, ita dixit; Ereptus sum de ore leonis rugientis ad devorandum animas. Valde equidem versipellem nacti sumus adversarium, qui errorem atque mendacium haud aliter atque ipsam veritatem quandoque exhibet. Unde fit ut, qui ejus machinationibus impetitur, nisi magnæ discretionis dono ornatus sit, facillime in fraudem impellatur: is autem non decipitur, qui Deo et Sanctis Dei famulis absque exceptione in omnibus obedit. Hæc porro, Fratres mei, cum probe habeamus perspecta, datam sibi a Deo mensuram gratiæ unusquisque diligenter servet, sive qui Pastoris animarum, sive qui ovis nomine censetur. Universi autem oremus, in numero ovium ut habeamur. Nullus namque verus pastor est habendus, nisi is qui dixit; Ego sum pastor bonus. Sed postquam, e prædicatione Davidis ac præmonstratione, Dominus Deus nobis apparuit, ac Verbum divinum in habitu specieque humana inter mortales conspectum est, et singulari prorsus beneficio, per veræ fidei cognitionem, in certâ salutis semita nos collocavit; in cœlum deinde ascendens, successores sibi substituit Apostolos, hac Petrum ratione compellans; Pasce agnos meos, et pasce oves meas: etiam nunc opus habemus animarum nostrarum pastoribus, a quibus pascamur in Domino, qui ait: Ego sum vobiscum. Scimus profecto post Apostolos in Patrum dignitatem ac locum successisse Episcopos. Quicumque autem Christi per eos loquentis vocem audiunt, ii sunt filii Christi, quamvis in Clericorum aut Ecclesiasticorum numero non censeantur. Ceterum Abbas Theodorus, ex quo audivit (ipse enim non aderat) quod B. Antonius Fratres excepisset ut filios, quodque Sanctissimus Pontifex duos ad se missos amore fuerat complexus eodem aut etiam majore quo ipsum Pachomium; converso ad Fratres sermone; Memori, inquit, animo adhuc retineo, quo modo, vobis Patrum senioribus presentibus, hæc e Patre nostro Pachomio verba audiverim; Futurum est ut nostris quoque temporibus tria in Ægypto præclara omnino, et a Deo late diffusa intueamur, in laborantium omnium commodum et utilitatem: Athanasium videlicet Episcopum, fidei pro Christo defensorem fortissimum; Abbatem Antonium, solitariæ vitæ sectatorem et exemplar perfectissimum. Hanc denique universam Fratrum in commune viventium multitudinem, quæ omnibus iis qui animas ad Deum perducere et ad extremum usque spiritum recte dirigere cupiunt, in exemplum et normam proposita est.

88 Post hæc omnia contigit, ut, cum Sanctus Pontifex Athanasius a Constantio Imperatore ubi-

que apprehendendus d quæreretur, fraudibus atque insidiis Arianorum, Christi hostium, potestas data sit Artemio e cuidam Præfecto militum. Hic omnia ubique loca nequidquam perscrutatus, fama que accipiens, fieri forsam posse ut inter Monachos Tabennesiotas Sanctus Episcopus occultum se haberet (siquidem eos diligebat) navem conscendit ut istic eum investigaret. Qui cum sursum navigaret, casu factum est, ut Theodorus, monasteria sibi subdita inspecturus, illac descenderet. Hic circa Hermopolim existens, et monasterio, cui Caio nomen, appropinquans, vidit ascendentem Ducem: quodque futurum erat divinitus cognoscens, Fratribus id suis palam fecit. Volentibus igitur Fratribus cœptum iter relegere, ac Ducis prævenire adventum, ne repentina ejus præsentia qui monasterium Pabau incolebant Monachi, nimio terrore percellerentur, Theodorus restitit dicens; Is cujus causa tantum jam itineris a nobis est perfectum, ut visitatione nostra famulos ejus recreemus, potens est hoc quidquid imminet tempestatis a capitibus nostris absque molestia ulla avertere. Quo dicto, cœptum ad monasteria sua visenda iter prosecutus est. Posteaquam itaque ad monasterium Pabau propius accessit Artemius, non secus atque si bellum gereretur armatis illud militibus omni ex parte observari ea ipsa nocte præcepit. Hinc ipsemet cum Præpositis militiæ monasterium subiens, extra tamen synaxeos locum constitit, sagittariis hinc et inde per series suas dispositis. Insolito sane armorum conspectu haud parum Fratres fuere perterriti. Versabatur eo loco sanctitate insignis quidam Monachus, jam ante a nobis memoratus, qui Pecusius dicebatur: is animos Fratribus facere non cessabat, ne terri nimium se paterentur. Dux itaque interprete usus; Quo, ait, loco Pater omnium vestrum modo versatur? Respondet Abbas Pecusius; Monasteria sua lustraturus a nobis discessit. Ac Dux; Ubi ergo est qui secundum ab eo locum obtinet? Tum exhibent Duci Abbatem Psarphium, magnum Æconomum. Cui Dux seorsim; Habeo, inquit, Imperatoris mandatum adversus Athanasium Episcopum, qui inter vos quæsisisse sibi latebras dicitur. Respondit Abbas Psarphius et dixit: Ipse quidem Patris apud nos nomen et auctoritatem jam dudum habet, attamen ejus ego faciem necdum aspexi. Ecce, istic est monasterium. Dux igitur diligenter omnia perscrutatus, posteaquam nulla Athanasii vestigia deprehendere potuit, ad Fratrum congregationem progressus; venite, dixit, et orate super me. Qui cum dixissent, nefas sibi esse id agere, propterea quod hoc a Patre suo accepissent mandatum, ut ne cum aliquo orarent qui communicat Arianis (in Ducis namque comitatu hominem versari conspexerant, qui Episcopi speciem f præferabat) abentibus illis, solus Dux oravit. Cuique ad plures dies in eodem loco esset moratus, e somno aliquando exurgens, repertus est sanguinem e naribus mittere et conturbatus. Quid homini acciderit certo haud sciebamus, sed magno apparuit terrore percussus. Auditus quoque est cum diceret, Ea sane mihi oblata est visio, in qua mortem divino miseratione vix effugi: itaque e monasterio recessit. Theodorus interim Abbas ad suos reversus, ut omnem rei seriem cognovit, divini bonitati gratias et laudes detulit.

89 Multis deinde Fratribus mortem obeantibus, sic ut unus aut duo in dies singulos finem vivendi facerent, cum die quodam demortuorum corpora in montem deferrent sepultura mandanda, magno sunt labore confecti, quod ascendens g Nili aqua vicinos omnes agros occupare cœpisset. Quamobrem ad Theodorum; Quid, inquit, nobis erit agendum,

D
EX MSS.
GRÆCIS.
Artemius
Arianus ad
capiendum
Athanasium
missus,
d
e

Theodorus
ofu-
turo-
rum
præscio,

E

cum inter
Tabennesio-
tas scrutatur
frustra,

F
et divinitus
perterrefa-
ctus discedit.

Theodorus
sua in Deum
fiducia mor-
tali-
tatem
sedat.

g

Ps. 24, 20

B
2 Tim 1, 17
de dignoscen-
dis spiritibus,

deque subje-
ctione respec-
tu superiorum.
Jo. 11, 4

Jo. 21, 15,
16, 17.

Mat 28, 20

C
Pachonii de
SS. Athana-
sio, Antonio
et Tabenne-
siotis elogium.

A agendum, si Fratrum fortassis quempiam e vita adhuc migrare contingat, nec enim apta navigationi erit opportunitas, propterea quod minus alte reperiantur aquæ. Quibus Theodorus; Pro fidei quam habuerimus magnitudine Deus nobis parciturus est. Quod ubi pronuntiavit, nemo amplius e Fratribus prius obiit quam aquæ denuo decrescerent. Miraculo rei commoti Fratres; Quid hoc, aiebant, est prodigii? Ad quos famulus Dei Theodorus; Vinea quampiam cogitatione fingi potest: ex hujus fructibus si quis botrum uvarum decerptum expresserit, dulcissimum inde vinum profluet. Sic et fidelis Dei famulus, sive re, sive verbo, sive cogitatione in tribulationem aliquam adductus, non alium ex ea fructum studebit referre quam ipsissimam sermonum divinatorum utilitatem. At vero homo carnalis nec animo suo satis imperans, non nisi amaros et parum profuturos fructus de se profert. Dico autem vobis, ipse ego qui modo ad vos de hisce dissero, in metu sum ne gratia Dei excidam, quando ad certamen cum jurato generis nostri hoste subeundum quotidiana experientia accingor. Tota, inquit ille, die impugnans tribulavit me. Si enim Angelorum, si **B** Prophetarum, si Apostolorum nonnulli, nec solum Judas, sed ex Apostoli Pauli discipulis complures e sublimiori gratiæ statu cecidisse conspecti sunt, a quibus tamen veri in Apostolico pulvere athletæ prodierunt; multo equidem magis æquum est timore nos et horrore concuti. Vultis in medium proferam, quo ad Dei timorem magis excitemini? Petram cogitate ad ipsas usque nubes sublimem, quæ semitam præbeat plane angustam, et ad quatuor solum cubitos contractam: præcipitium interim ex utroque latere concipiatur altissimum: rupes porro ipsa longissimo ab Occidente in Orientem spatio procedat. Huic insistere faciamus hominem, baptismo initiatum et vitam professum Monasticam, qui sacrosancto Crucis signo munitus, Orientem versus contendat: sic necesse est statuamus, ut, sive præcipitia utrimque sese offerentia, sive ipsam semitæ angustiam consideremus, fieri aliter nequeat, quin per eam gradens, si vel tantillum ad unam magis partem declinaverit, in certissimam sit ruinam præcipitandus, nullo sui vestigio nullaque ad posteros memoria relicta. Quod itaque a rupis, quam dixi, sinistro latere est præcipitium, pravam hominum cupiditatem; quod a dextro, superbiam eorundem exhibet. Sed si sollicite quis et non absque Dei timore, firmis ad Orientem vestigiis progreditur, ubi **C** ad itineris metam pertigerit, Salvatorem orbis sublimi in solio sedentem reperiet, multis Angelorum legionibus undique stipatum, nec paucas circa eum immarcescibiles coronas, bene recteque ambulanti- bus destinatas deprehendet.

90 At, reponet fortassis quispiam, si vel semel ab uno aliquo vitio superari aut decipi quempiam contingat, jam funditus homo ille periit, nec ullus pœnitentiæ locus est relictus. Huic ego fidenter responsurus sum; Hominem vera pœnitentia ductum, si cum omni diligentia in rectæ fidei professione et mandatorum divinatorum observatione constanter persistit, fieri non posse, ut quamvis subinde nonnihil de pristino fervore remittens, in non exiguo cadendi periculo versetur, omnino tamen eum perire sinat Dominus. Scriptum quippe est: Mei autem pœne moti sunt pedes. Quod tunc accidere putandum est, cum seu morbi seu tristitiæ alicujus immisione, vel ipsa peccati nostri verecundia id agitur, ut divinæ gratiæ auxilio ad semitæ illius angustissimæ medium redeat, donec eum inoffenso pede totam decurrat, neque amplius falsum ullum figat vestigium, propterea quod ad quatuor solum cubitos qua inceditur viæ latitudo pateat. Hac porro qui

excidit, similem se facit Judæ proditori, quem multis adeo beneficiis affecerat Dominus: qui idem tot tantaque signa et prodigia, et ipsos etiam mortuos ad vitam revocatos, videre meruit: qui denique cum loculos haberet, divinæ gratiæ donum beneficiumque neglexit: quamobrem a recto is tramite declinans, per avaritiam et proditorem turpissimum, ad extremum misere periit. Qui autem recte vitam instituunt, quamvis, ut homines sunt soique juris, parum subinde quiddam in rebus ad salutem faciendis negligant; attamen velut argentum quod per ignem probatur, sordes omnes ac quidquid habent veneni tandem expellunt. Eam ob rem canebat Propheta regius: Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam. Si igitur vir tantus hæc de se ait, quanto æquius est nos, miseros homunciones, ita et sentire et loqui?

91 Hanc quoque non modicam utilitatem nobis obventuram recte intelligamus, quam e sacrarum Litterarum penna Pater noster depromere frequenter solebat. Hominem videlicet cum a peccato quopiam expurgari cupit, ab ira exempli causa, si impetitus contumeliis, apud animam suam dicat: Ecce hodie nummum lucratus sum argentum; et cum deinde injuria afficitur, hoc ipsum in lucro etiam majori ponat; non posse amplius provocari ad iram. Etenim si quadam veluti violentia ita seipsum assuescat ferendis injuriis, quid eum non præclare putamus factorum, si deinde ac sæpius etiam afficiatur opprobrio? Vere namque mandata Dei velut aurum sunt et lapides pretiosi, et dulciora super mel et favum, ut scriptum reperimus. Verumtamen quod minus illa nos aut capiamus aut etiam curemus, in causa est omnis nostra cogitatio, in carnem et sensus prona. Quis autem homini panem candidum jacenti dicat; Tu ipse eum volo tollas, sin vero illum mihi pergas objicere, oculum tibi utrumque eruas? Numquid eum potius ut suum amicum, vel nolentem amabit? Eadem est ratio egregiorum Dei servorum; hi nempe persecutores suos non modo sustinebant fortiter, sed etiam pro iisdem Deum exorare nitentur, quemadmodum, ut faceremus, ipse nobis Servator præscripsit; unde hæreditatem quoque ejus consecuti tandem sunt, ut scriptum est; Heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Quid, oro, tantopere fecisti, o homo, quod dignus habere qui Dei adeas hereditatem? an quod persecutionem, quod mortem ejus causa toleraveris? Annon igitur in hujus rei præmium sufficere poterat ea quam vel in hoc mundo reportasti gloria? Etenim quis reperitur qui verum Dei famulum, ac multo etiam magis Christi Martyrem, meritis laudibus non prosequatur? Magna profecto ac prorsus singularis dicenda est divina bonitas: Deus vero similis homini, qui ita nos compellaret: Eia, quotquot apud vos vasa reperiuntur fictilia, mihi ultro concedite, ut pro libitu ac voluntate in frusta ea comminam; pro quibus vasa isthæc aurea, pretiosis exornata lapidibus, accipite. Anne ignoramus quoniam scriptum est, Homo in honore positus non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus et similis factus est illis. Contingat, queso, supremi Numinis gratia et beneficio, sobrios vos fieri et continentes.

ANNOTATA.

a *Regula illa indicatur num. 51, ubi uni magno OEconomio, habitanti in monasterio Pabau, dicitur incumbere cura prospiciendi monasteriis omnibus.*

b *Ita signaretur annus Christi 353, quo hæc dicta sunt, cum tamen ex Ammone constet Theodorum ab anno 351, quo scilicet Cæsar creatus est Gallus, Abbatem fuisse: mallem igitur legere tres anni, et credere ex una littera*

EX MSS.
GRÆCIS.

ad salutem
Dei timorem
suos excitat,

Ps. 55, 2

propositis,
quæ salutem
nostram
impediunt
periculis;

in quibus si
quis labitur
per pœnitentiam
habet
regressum.

Ps. 71, 2.

D

Ps. 5. 8.

Docet pravas
animi affectio-
nes superan-
das,

E

Ps. 18, 11.

Rom. 8, 17
et quanta
sit merces
iustorum

F

Ps. 48, 11
et 21.

A littera numerali pro altera, ζ pro δ, perperam scripta, hanc obrepisse diversitatem.

c Hermopolis in confiniis superioris Ægypti et Thebaidis inferioris. Hermuthis, vero seu Hermonthes urbs inter Latopolim et Thebas in Thebaide superiori.

d Ab anno 356 usque ad 361 inter Monachos delituit Athanasius, uti in ejus Vita descripsimus cap. 24.

e Artemium, quamvis communicantem cum Arianis et Georgii crudelitates non impediens, haud tamen omnino impium fuisse apparet e. religio illo modo quo monachos tractavit, orari pro se petiit, solus oravit, fortassis et in visu, de quo mor, præsignum accepit sanguinis pro Christiana religione fundendi, quemadmodum docet Martyrii historia dando 20 Octobris. Fuit autem Ægypto Dur præfectus post Sebastianum circa an. 359.

f Ipse verosimiliter Georgius, Alexandrinæ Sedis invasor, hic fuit.

g Plinius lib. 5 cap. 9 Incipit crescere Nilus luna nova quæcumque post solstitium est, sensim modiceque, Cancrum sole transeunte (mense Junio); abundantissime autem Leonem: et residet in Virgine, eisdem quibus accrevit modis: in totum autem revocatur intra ripas in Libra (seu Septembri), ut tradit Herodotus, centesimo die.

B

CAPUT XII.

Theodorus S. Athanasio acceptissimus, ab eodem, Orsisiis et Fratres post ejus obitum consolante, laudatur.

His diebus, Episcopo Athanasio obviam est progressus; fama namque acceperat per Nilum in Thebaidem a eum ascendere. Patrum ergo præcipuis et Fratribus ad Dei laudes concinendas valentioribus secum assumptis, iter ingressus Abbas Theodorus; Athanasium reperit, cum in Hermopoliten domum is necdum advenisset. Hunc ut procul Fratres conspexerunt, festino ad eum gradu properarunt. Utramque igitur fluvii ripam innumerabilis occupaverat hominum multitudo: Episcopi inter hos non pauci, Clerici, et e locis omnibus Monachi permulti. Quos ut a longe videre et cognoscere Athanasius potuit, non se continuit quin istud de Monachis olim dictum pronuntiaret: Qui sunt isti qui ut nubes volant, et quasi columbæ cum pullis ad me feruntur? Salute dein omnibus exhibita priusquam sciret quis eorum esset Abbas Theodorus (neque enim is primus Pontificem propius accedere aut salutare, sed a Patrum senioribus atque insignioribus id officii voluerat exhiberi) simul atque eum agnovit, manum arripuit, et Quomodo, inquit, Fratres? Cui Theodorus; Sanctissimis tuis orationibus, valemus Pater. Hinc auditæ voces Fratrum religiose psallentium, qui ad centum omnino erant; sed præ multitudine nemo proximum sibi agnoscebat. Abbas interim Theodorus, asinum Pontificis manu ducens, procedebat ante eum cum Fratribus psallentibus: lucernæ autem et faces ex utroque latere. Pontifex porro videns Theodorum spiritu ferventem, non in promiscua solum multitudine pedibus incedere, sed ab accensis undique facibus prope aluri, tantamque præ se ferre alacritatem et animi robur; ad Episcopos alios conversus ait: Videte, quanto nos labore præcedat ille tot tantorumque Monachorum Pater. Nos Patres non sumus; eorum Patres, humilitati subjectionique propter Deum studentes. Beati profecto et benedictione omni dignissimi, qui nunquam non Domini sui crucem gestant, quorum omnis gloria in solo est contemptu sita et requies in labore, donec coronentur. Postquam autem paucas ibi egisset dies, ut Antinoe Hermopolique sermonis sacri officium

impenderet, ad perlustranda denique monasteria ascendit. Cumque egregiam prorsus Fratrum conversationem observasset, magnis incessit letitiis ac debitam Deo gloriam reddidit. Circumiens autem in unoquoque monasterio, synaxeos et comestionis loca ac singularum ædium cellulas, ad ipsa usque sedilia, non sine admiratione dixit: Opus profecto egregium a vobis, Theodore, perfectum est, sic curantibus requiem animarum: potissimum autem monasticam vestram regulam celebrari audivimus; sed pulchra valde apud vos omnia. Deinde gratia, inquit, Dei in vobis per Patrem vestrum habitat. Te sane cum video, ipsum Christum me videre credo. Dies itaque non multos istic commoratus, dixit ad Theodorum: Quoniam prope est Pascha, Fratres, ut apud vos moris est, accipe: ego autem, quod Dominus dederit, hoc efficiam. Tum salutato Theodoro, e monasterio recessit, litteris interim ad Abbatem Orsisiis et Fratres exarans, quibus hæc continebantur: Vidi, tuum in administratione socium et Fratrum Abbatem Theodorum, atque in eo Dominum intuitus sum Patris nostri Pachonii; neque id sine summo animi mei gaudio, quod tantæ Fratrum multitudinis conspectus mihi peperit: Dominus autem remunerator eorum est. Cumque ad vos discessurus esset Theodorus; Mei, aiebat, memento. Et ego: Si oblitus fuero tui Jerusalem, oblivioni detur dextera mea; adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. Navigium porro una cum Fratribus Pontifici concedens Theodorus, dixit: Quocumque voluerit, itote cum eo: habet enim potestatem etiam in nostra corpora.

93 Ceterum Abbas Theodorus super ea, quam passus quondam fuerat spiritus, afflictione, Orsisiis egregie solatus, insistere etiam non nihil cœpit ut in monasterium Paban redire ne gravaretur, Fratres, ut prius, visitaturus: vivebat enim in Monchosi. Persuasum igitur Orsisiis eo deducens præcucurrit, jussitque Hebdomadarii dato signo b convocare Fratres, itaque eum excepit. Ille autem, sicut tunc erat, Catechesin fecit in medio eorum (hora enim ejus habendæ erat) stabatque auscultans Theodorus Abbas tamquam illius Vicarius. Post hæc vero, propter mutuam erga se invicem caritatem, noluit Orsisiis ab eo removeri: sed erant ambo tamquam homo unus. Universi autem Fratres vivificam eorum admirabantur bonitatem, qui ut sic unirentur fuerant divinitus edocti. Secundus porro ab Orsisiis Theodorus erat, et illum interrogabat ad singula. Rursam igitur abiit Orsisiis visitatum monasteria: Theodorus autem, per eamquam habebat curam, minime otibatur. Quoniam vero, ut supra etiam monimus c, agrorum complurium ad eos quos ante possidebant facta erat accessio, et navigiorum deinde numerus non parum auctus: singulis monasteriis in navium fabricationem intentis, majore quam unquam ante sollicitudine et gravioribus curis distinebantur Fratres. Quando autem sub Pachonii versabantur disciplina, nec tanto erant numero, id scilicet spectabant unice, ne terrenarum rerum face et pondere gravari se sinerent, cum jugum Dei leve sit ac facile. Animadvertens ergo Abbas, non paucos esse qui antiquiorum Fratrum in vivendo rationem mutare contenderent, in magnum propter ipsos dolorem est adductus. Jejunia itaque biduana continuans, et cum profundis gemitibus vigiliis in oratione conjungens, nec non et cilicium infra Lebitonem indutus, divinam implorabat opem. Qua agendi ratione animadversa, Fratres facileprehenderunt, non solito illum modo affici. Frequenter itaque furtim in eum se montem subducebat, in quo demortuorum Fratrum sepulcra visebantur, miliaribus fere tribus a monasterio dissitum. Cumque die

D
EX MSS.
GRÆCIS.
et monasterium visit

ipsumque per litteras Orsisiis commendat.

E

Orsisiis ad Fratres secum gubernandos inducit Theodorus

b

F

c
idem pro salute subditorum ardentem Deum obsecrat.

Theodorus excipit Athanasium,

a

Is. 60, 8

qui ejus humilitatem laudat,

EX MSS.
GRÆCIS.

A die quopiam aliquis e Fratribus Abbatis fuisset vestigia secutus, vidit eminus illum, conscenso Patris nostri Pachomii monumento, orationi vacantem. Nec vidit solum, sed etiam, quæ is precabatur audivit atque extimuit. Hæc porro hominis sancti erat oratio : Deus Patris nostri Pachomii, cujus ego nunc sepulcro orans insisto, complacet tibi, obsecro, ut visites me, si ea est voluntas tua sanctissima : nostræ namque negligentiae mensura modo est completa, neque recte quidquam apud nos agitur. Attamen famulos tuos, Domine, ne derelinquas : et licet in tuo nunc servitio negligentius versemur, tu nihilominus æternorum suppliciorum memoria animos mentesque nostras excita, et tribue ut quotquot inter nos versantur viam tuam bonam et salutarem alacriter percurrant : quoniam tu, Domine, nos formasti, et Filio tuo unigenito non pepercisti, ut pro salute omnium nobis eum donares. Multum vero in hac oratione temporis expendit : deinde e monte ad monasterium reversus est.

B
Heroni animam agenti adest, et mortem suam prædicat.

d

e
Ægrotare incipit.

94 Adolescens quidam urbanus aliquamdiu inter Fratres egerat, cui Heroni nomen, secundum a Theodoro Politico locum obtinens. Is, medio jam Paschate visus est a morte haud multum abesse. Ipsius igitur sabbati vespera, cum synaxim Fratres instituerent, urgebatur ad finem. Quamobrem e loco synaxeos abiens Theodorus, illum in extremis agentem reperit : verbisque supremis eum solatus, oculos morientis ipse clausit, ac dixit : Frater iste, qui modo ex hac vita migravit, alterius cujusdam, de quo minime putamus, morituri, signum nobis certum reliquit, Fratres itaque ad defuncti corpus vigilias egerunt, intenti lectioni sacræ. Secuto deinde mane, in Dominica e Gaudii, inter psallentium Fratrum voces mortuum terræ mandavit. Post aliquot inde dies Theodorus ipse cœpit ægrotare, cum prius Fratres qui ex omnibus monasteriis ad Pascha celebrandum convenerant, multa cum consolatione dimisisset : quæ enim ad salutem et commodum eorum spectare ullo modo poterant, summa cura diligentiaque inculcare est conatus, minime ignorans instare tempus quo ex hoc mundo migrandum sibi esset. Ægrotanti porro aderat tum ipse Orsisius, tum præcipui ex Patribus, Fratresque omnes. Orsisius porro, ut vidit Theodorum in id adductum, ut ex hac vita paulo post abiturum putaret : Fratribus in unum vocatis ad orationis locum ipse quoque se contulit, Dominum pro infirmo deprecaturus, ut ne sibi eum eripere vellet.

C
Orsisio et Fratribus pro eo frustra deprecantibus,

In faciem itaque prostratus, non sine acerbo tum suo tum Fratrum omnium gemitu, hac ratione preces fudit : Eum nobis Patrem auferre paras, Domine, qui animos nostros tentationum fluctibus agitados pacare suaviter noverat : cui autem nos imposterum regendos tradis ? Me potius e vita tolle, eumque Fratribus concede, qui eorum perfectioni et regimini feliciter potest intendere. Hunc orandi modum tribus continenter diebus servarunt : at Theodorus magis in dies magisque ad vitæ hujus mortalis terminum appropinquabat. Abbatem ergo Orsisium, adstantibus monasterii Fratribus, ita compellat ; Unquamne, Pater, seu verbo, seu aliquo meo facto, offensionis tristitiæve tibi causam præbui ? Orsisius autem ob erumpentes e pectore gemitus responsum nullum poterat reddere. Tum denuo æger : Conscius mihi certe non sum unquam aut te aut Fratrum quempiam mœrore a me affectum : non enim quantum in me fuit, vel de mea, vel de Fratrum meorum salute curam cogitationemque ullo tempore deposui. Hoc tamen ipsum non mihi, sed Deo, misericordiam Patri, adscribatur volo. Ecce enim in cœlo testis meus, et conscius meus in excelsis. Quo dicto, spiritum suum Creatori reddidit, secundo die mensis f Pachon.

f
sancte moritur,

95 Tunc amplius continere se Fratres nequivērunt, quin planctus eos egerent, quorum clamor trans ipsum flumen audiretur : neque nobis possibile est ea, quæ tunc contigerunt perscribere. Vigiliis igitur de more actis, sequenti mane Theodori corpus ad sepulturam rite compositum, in montem cum multo psalmodiarum cantu detulerunt terræque mandarunt. Ubi vero omnis Fratrum multitudo in plana descendit, quidam e senioribus, cui Napharsai nomen, quique in monasterio Paban Secundi munereungebatur, una cum aliis nonnullis in montem reversus, Theodori corpus juxta Pachomii Abbatis ossa tumulavit. Fratres porro dies non paucos magno animi mœrore traluxerunt, una voce testati : Quoniam nos eum tristitia affecimus, Dominum ille perpetuo obsecrare non destitit : atque ecce in alteram is nunc vitam, nobis relictis, concessit. Cumque insignem viri probitatem et quo Deum reverebatur, timorem memoria sua perpetuo versarent, haud mediocri ob ejus ex hac vita discessum dolore angebantur. Tantum quippe temporis toto animi conatu Deo inserviens Theodorus exegerat. Abbas deinde Orsisius pristinum inter Fratres locum et ordinem denuo obtinuit, eorumque rectæ gubernationi pro viribus intendit : vir namque erat summa probitate, et magno erga Fratrum salutem desiderio flagrans. Deus siquidem vires homini ac robur sufficiebat, Scripturarum illi sanctarum intelligentiam largiter tribuens. Quamobrem non modico temporis spatio Fratribus cum summa potestate in pace g præfuit.

D
Monachorum ob ejus mortem dolor.

E
Orsisius de-novo ad Fratres moderandos accedit.

g

96 Percepta de Patris nostri Theodori obitu fama, sanctissimus Archiepiscopus Athanasius in magno fuit dolore affectus, et hasce ad Orsisium Abbatem et Fratres reliquos litteras exaravit, quibus eos in morte illius solari est conatus : Athanasius Abbati Orsisio Patri Monachorum, et universis qui cum ipso sunt solitariae vitæ cultoribus, in Dei fide stabilitis, Fratribus multum dilectis et desideratis, salutem in Domino. Audita mihi est B. Theodori dormitio, ac magnam profecto sollicitudinem tristis ille nuntius mihi peperit, cum probe scirem quam vir iste vobis utilis, quam necessarius esset. Si itaque Theodorus non esset qui obiit, longis profecto ad vos solandos opus foret sermonibus, imo et lacrymis, cum de iis institueretur oratio quæ homini post mortem accidunt. Quoniam autem Theodorus e vita migravit, quem vos, quem ego cogitum omnino habuimus atque perspectum, quid me scribentem opus est dicere, quam quod Theodorus sit beatus, qui non abiit in concilio impiorum ? Etenim si, qui Dominum timet, dicendus est beatus, cur eum modo beatum dicere non audeamus, de quo absque dubitatione pronuntiare illud possumus, quod securam in stationem delatus, vitam modo agat curæ omnis ac solitudinis expertem ? Utinam unicuique nostrum hoc contingat ! utinam vitæ nostræ curriculum exoptato adeo fine claudamus ! utinam quicumque in mundi hujus Oceano navigat, unicum suam navim ad portum illum tempestatis omnis immunem deducat, ut in eadem cum Patribus requiem admissus dicere possit : Hic habitabo, quoniam elegi eam. Nolite igitur, Fratres dilectissimi et desideratissimi, Theodori mortem lacrymis et planctu prosequi. Nemo, cum illius recordatur, plorandum sibi esse existimet, sed ejus potius vitam pro viribus initari satagat : neque enim par est, ut vices illius doleamus, qui ad locum doloris omnis expertem migravit. Atque hæc quidem omnibus communiter scripta sunt : Tibi tamen singulariter, dilecte et desideratissime Orsise, ut, cum Theodorus in pace modo quieverit, omnem in te curam et sollicitudinem recipias, ejusque locum in monasteriis Fratribusque moderandis subeas. Etenim cum in vivis adhuc Theodorus ageret, tamquam unus

Hunc et Monachos solatur Athanasius,

f

Orsisium præcipit, cui Fratrum regimen commendat.

eratis ;

A eratis; uno enim absente implebatur dunrum ministerium : simul autem existentes uno quasi ore lequebamini dilectis vestris ad salutem. Ita nunc fac, itaque faciens scribe, et de tua ac Fratrum salute certiozem me redde. Hoc vero uniuersim omnes rogo, ut in suis ad Deum precibus firmiorem Ecclesiis pacem a Domino impetrare contendunt. Nunc enim illud nobis fuit concessum, quod Paschæ h et Pentecostes solennitates securo animo celebrare potuerimus : quæ quidem Dei ac Domini nostri beneficia magno nos gaudio perfundunt. Hæc igitur vobis scripsimus. Salutate omnes qui verum Dei timorem habent. Salutant vos qui meruimus. Valere vos omnes in Domino jubeo, Fratres dilectissimi et desideratissimi i.

ANNOTATA.

a Mortuo Juliano pacatam primam Ecclesiam nactus Athanasius, potuit ad Thebaidem visitandam excurrere, an. 365 uti tenet Hermant in ejus Vita Gallica; sic tamen ut, quod hic de prioris excursionis sub Pachomio intelligit, lib. II cap. 9, intelligatur de secunda sub Theodoro: qui ad ingressum Thebaidis occurrere debuit Athanasio: nam ibi sunt civitates Antinous et Hermopolis, mox nominanda.

b Nihil hæcenus legimus de acquisitione agrorum : accidit iis, quos secuti sumus, codicibus describendis ejusmodi locus aliquis.

c Juxta Regulam 3.æ c. Hieronymi interpretatione, signum tubæ dabatur, sic eum habet, Cum audierit vocem tubæ, ad collectam vocatis, statim egrediatur cellulam suam.

d Paschatis nomine venit tota Hebdomada sancta, ut jam supra diximus.

e Dominica Gaudii dicitur ipsa Dominica Paschæ, toti Ecclesiæ letissima et totius anni festivissima, etiam apud monachos, uti apparet ex facto Palæmonis supernum. 4. Neque miretis tam læta die curatum funus : Dominicis enim curare funera debuit monachis fuisse solenne, quia tunc etiam uiderant qui alias extra monasterium in opere aliquo debebant.

f Id est 27 Aprilis.

g Nescio an hic non sit is, qui in MS. Synaxario Chiffletiano dicitur Ortisius, et disticho uno laudatur 15 Junii, ut qui tunc in pace quieruit.

h Hinc colligimus mortuum esse Theodorum anno 368 Dominica in Albis.

C i Sequebantur in MS. Florentino quædam ex præceptis S. Pachomii : quæ neque negligenda omnino censui, eo quod ab editis differunt in non paucis, etsi communia habeant multa; neque hoc loco interponenda historicis de eodem Sancto descriptionibus : sed ponenda ad calcem, ubi ea Latine reddita inueniet Lector, ne quod tanti Patris vestigium obliteretur, cujus notitia ad nos peruenit.

PARALIPOMENA

De SS. Pachomio et Theodoro.

Ex iisdem MSS. eodem interprete.

Quæ de S. Pachomio sunt conscripta, ad utilitatem legentium sufficere quidem posse arbitror; inhærere tamen eisdem nequaquam inutile fuerit : quia ad eadem recurrens diligentior facit auditorum ad narratorum contemplationem; propter desiderium autem eadem scribere recusans, haud leue sibi periculum creat. Itaque ad eundem sermonem me referens, exponam pauca prioribus affinia.

Et hæc quidem in MS. Ambrosiano inueniebantur prioris historię immediate subjuncta, sub hoc titulo, Vita

ex Asceticis de iisdem capita XIV : utrobique autem D notabantur etiam tituli seu argumenta capitum. De S. Theodoro et sic de ceteris usque ad finem. EX MSS. GRÆCIS.

CAPUT I.

Variis varie delinquentes utiliter a S. Pachomio castigati.

Mos erat Fratribus Deo carissimi et sancti Patris nostri Pachomii, ut quavis vespera in constitutum monasterii locum ad ejus percipiendam doctrinam convenirent. Quodam igitur vespere, universis in unum de more congregatis, ut magnum Pachomium audirent disserentem, Theodoro cupimus, viginti solum annorum adolescenti monacho, ut ad Fratres verba faciat, pro auctoritate imperat. Atque is confestim nullo inobedientis animi signo edito, de rebus ad salutem Fratrum spectantibus cepit disserere. Nonnulli autem seniorum, quod fiebat intuitu, Theodorum audire omnino renuerunt, hoc ad invicem sermone nisi : Quoniam hic junior est ac rerum divinarum rudis, eum minime audiamus. Quo dicto, e Fratrum aliorum cœtu abeuntes, in suas sese cellulas absque mora receperunt. Cum Fratres deinde a concione dimisisset magnus Pachomius, eos qui interesse noluerant senes ad se advocari jubet; atque ad se venientes allocutus : Qua, inquit, de causa, cœtu nostro relicto, in cellas vestras abistis? Qui dixerunt : Quia Monachum novitium gravium adeo senum ac reliquorum Fratrum doctorem statuisti. His auditis ingemuit magnus Pachomius, dixitque : Scitis vos unde malorum omnium in hoc mundo principium sit petendum? Quibus rogantibus; Unde? respondit vir sanctus : A superbia videlicet, propter quam e cœlo cecidit Lucifer, qui mane oriebatur, et allisus est in terram : propter quam eandem Rex Babylonis Nabuchodonosor cum teris habitare fuit coactus. An non audistis quod scriptum est, Abominatio est Domino vir omnis alto corde? Omnis quippe qui se exultat humiliabitur. Omnia nunc virtutum ornamenta diabolus vobis eripuit, nescientibus quod malorum omnium initium sit superbia. Neque enim, cum e concione abistis, Theodorum tam a vobis contemptum, putare debetis, quam spreto relictoque Dei verbo, sanctum ex animis vestris Spiritum fugatum; magna sane hanc ob rem commiseratione digni et vere infelices. Quo modo non intellexistis satanæ machinationem, qua inducti estis ut Deum ac divina desereretis? O rem admiratione dignissimam! Deus seipsum humiliavit factus obediens usque ad mortem, idque nostra causa : at nos, qui natura viles sumus atque abjecti, superbia intumescimus. Inversus a nobis est omnis ordo. Qui magnitudine et potentia universas superat creaturas, mundum sibi per humilitatem acquisivit, cum vel solo oculorum nutu consumere in cenho valeret omnia : ac nos interim, homines nihili, superbia extollimur, non cogitantes quod sic agendo in terram penitus nos ipsos demergamus. Quid? non me quoque ipsum ad Theodori verba auscultantem observastis? Veritatem eloquar, si dixerò, non mediocriter ex ejus sermone me profecisse; neque enim loqui eum ad nos jussi, experimenti solum sumendi causa : sed ut ipse etiam, per ea quæ dicturus erat, auxilium solatiumque acciperem. Quanto igitur vos magis oportebat magna cum aviditate et humilitate verbis ejus interesse? Vere dico; Ego ipse, qui Patris apud vos nomen et auctoritatem obtineo, non aliter Theodorum audivi loquentem, quam si vilissimus fuisset homuncio, qui, quid dexteram suam inter et sinistram sit discriminis, nequit intelligere. Sic igitur vobis coram Deo assero, si magna hanc culpam vestram penitentia

Theodori juvenis instructionem audire recusantes senes

E

de superbia redarguit Pachomius,

Mat 23

F

suo eos exemplo confundens.

A tia son expiaveritis, ita ut pro impetranda venia plo-
retis et lugeatis vosmetipsos, in certissimam ruere
vos perniciem.

EX MSS.
GRÆCIS.

ob remissum
fervorem

2 Fuit inter Fratres nonnemo, cui nomen Sil-
vano, vigesimum in habitu Monachico annum agens.
Fuerat hic e minorum numero unus : sed ad me-
liora deinde conversus, in suæ renuntiationis prin-
cipio perquam studiose salutis suæ negotium cu-
rabat, vigiliis et crebris orationibus multisque humi-
litate exercitiis vitæ suæ tempus transigens. Sed
cum permultum inde temporis esset elapsum, animi
excolendi curam sensim is cœpit deponere, usque
eo ut delicias facietiasque sectari, et scurrilia e
theatro verba, veluti in tragœdia, inter Fratres pro-
ferre non erubesceret. Hunc cum evocasset sanctus
Pater noster Pachomius, in cœtu Fratrum veste exni
monastica, et seculari indutum habitu e monasterio
per Fratres expelli mandavit. Ille vero suppliciter ad
pedes hominis sancti accidens, sic eum deprecaba-
tur : Si me, o Pater, retinere etiam hac vice in mo-
nasterio volueris, seria, spero, me penitentia circa
hac quæ perperam egi emendatum brevi conspicias,
ita ut magnum tibi sit gaudium mea in melius muta-
tio allatura.

ejiciendus
Silvanus

B Respondens itaque S. Pachomius dixit : Non ignoras quam te patienter hactenus tole-
raverim, quam multis sæpe te admonuerim, ut etiam
adhuc verbera, qui nunquam ea de causa vel
manu leviter attingere quemquam solitus sum ;
quamvis id tunc ad animæ tuæ salutem visum est
necessarium, ut ea te ratione a peccatis ad rectiora
omnia revocarem. Si tamen tot admonitionibus,
nihilominus sis, si denique castigationibus non
fueris permotus, quo modo fieri potest ut tibi adhuc
indulgeam ? Sed cum nihilominus a precando Silva-
nus non desisteret, et sancte polliceretur meliorem
se imposterum vitam acturum : tum Pachomius fi-
dejussionem ab eo postulavit, fore ut post condona-
tionem in pristina delicta non relaberetur. Pro cu-
jus promissis eum se Petronius quidam obtulisset
sponsorem, eidem hominem corrigendum magnus
permisit Pachomius. Impetrata igitur errorum
venia, Silvanus sic toto animo salutis suæ rebus in-
tendit, ut Fratribus universis perfectis atque imper-
fectis ad omne pietatis studium exemplo esset ac
stimulo.

promissam
emendationem
egregie præ-
stat,

magna cum
humilitate
indolenter
lacrilians.

C 3 Virtutum porro ejus summa in singulari qua-
dam humilitate erat sita, perpetuisque oculi ejus la-
crymis manabant, ut vel ipso quo comedendum erat
tempore ab eis temperare non posset, sed lacrymas
suas cum cibo potuque permisceret. Quapropter a
Fratribus admonitus ut ne præsentibus saltem hos-
pitibus ac peregrinis ita fletui indulgeret, religiose
asseveravit, se eandem ob causam suas persæpe la-
crymas voluisse inhibere, ac minime valuisse. Sub-
jicientibus rursus illis, fieri sane posse ut cum in
oratione sua quis compungitur, lacrymis habenas
permittat ; de cetero autem Fratrum reliquorum in
morem agat ; in mensa porro, quando corpus cibo
reficitur, Fratrum animos salutari posse tristitia
compungi, quamvis nullæ in vultibus eorum lacrymæ
conspiciantur : Scire igitur cupimus, inquiebant,
quid causæ sit, quod ita perpetuo lacrymis indul-
geas, ut e nobis non pauci ob rei novitatem com-
moti a cibis sumendis avertantur. Quibus ille re-
spondit ; Prohibere vultis ne plangam, cum tot mihi
homines sanctos ministrare videam, quorum ego
pulverem pedum abstergere dignus non sum ? An
non penitentiam me agere par est, qui, cum e mi-
nis quondam unus ad vos accesserim, a viris adeo
sanctis servitium mihi præstari videam ? Plango ita-
que Fratres mei, magnopere timens ne subito me
dehiscens terra, quemadmodum Dathan olim et A-

biron, devoret ; cum præcipue ex ignorantia tene-
bris ad rerum meliorum cognitionem perductus, D
meæ tamen animæ salutem adeo neglexerim, ut in
periculo fuerim, ne ex sanctorum Fratrum consortio
indignus veluti expellerer ; et fide-jussores dari
necesse cum religiosissimis pollicitationibus, fore ut
nunquam deinceps ita negligenter agerem. Hoc ip-
sum facit, ut ea quæ dixi, fateri non erubescam.
Nota siquidem mea mihi sunt peccata, in quorum
expiationem si vel vita ponenda esset, haud foret
abnuenda conditio.

4 Tam strenue itaque Silvano decertante, tale de
eo coram universo Fratrum cœtu testimonium dedit
magnus Pachomius ; Ecce, coram Deo sincere pro-
fiteor, Fratres, quod ex quo tempore vitam commu-
nem institimus, nemo omnium qui mecum sunt
Fratrum vitæ meæ rationem imitando expressit,
nisi dumtaxat unus. His auditis, Fratrum alii, unum
eum, quem designabat Sanctus, putare Theodorum.
alii Petronium vel Orsisiu cogitare. Cumque Theo-
dorus, de quo sermonem habuisset, ex Pachomio
quereret ; respondere ei vir Sanctus noluit. Urgan-
tibus autem responsum Fratribus aliis, et eorum E
præcipuis multum obsecrantibus, ut quem designa-
set, palam faceret ; tandem magnus Pachomius ; Si
inquit, scirem vanæ gloriæ vitio fore obnoxium qui
a me laudandus est, non equidem illum apud vos
commendarem : sed cum probe sciam, quod, cum
laudatur, magis se ipse humiliare noverit et vilipen-
dere, hinc, fit, ut, quos ejus vos vivendi rationem
imitari melius possitis, absque ullo metu laudare
eum præ reliquis minime dubitem. Tu itaque, Theo-
dore, et quicumque in monasterio non segniter pro
salute vestra decertatis, diabolum ad instar capti
passerculi tenetis alligatum, et sic quasi pulverem
pedibus quotidie vestris proteritis ; sed si contingat
remissius in salutis negotio a vobis agi, exurgens,
quem nunc sub pedibus tenetis, diabolus fugam ar-
ripit : Silvanus vero, quamvis novitius, et paulo,
ante e monasterio, ob suam in vivendo negligenti-
am, tantum non expulsus, ita captivum detinet ca-
codæmonem, itaque contrivit, ut coram eo amplius
comparere nequaquam audeat, insigni ejus humili-
tate victus prorsus atque prostratus. Vos quidem
quando humilitatis operibus insistitis, ut qui opera
justitiæ et progressum quem in virtute facitis non
ignoratis, sic humiles vos ac viles agnoscitis, ut ta-
men fiduciam aliquam in iis quæ cum virtute egistis
habeatis : Silvanus autem quanto in monastica sua
professione magis decertat, tanto sibi vilior et ab-
jectior ipse apparet, sincere inutilem sese et vilem
servum esse cogitans. Propterea igitur ita ei in
promptu sunt lacrymæ, quod veram de sua vilitate
habeat opinionem ; seque indignum reputet, qui re-
bus hisce aspectabilibus fruatur. Addo, necessaria
rerum cognitione et tolerantia et compluribus ad-
versus cacodæmonem conflictibus longe vos esse su-
periores, cum ipse interim veræ humilitatis studio
superior vobis sit. Nihil quippe est quod ita omnes
dæmoni vires eripit, atque sincerum sese reipsa de-
primendi studium. Hæc itaque ratione octo anno-
rum spatio decertans Silvanus, agonem suum absol-
vit, vivendi faciens finem, ita ut de ipsius ex hac
vita emigratione fidenter pronuntiaret servus Dei
Pachomius, quod infinita Angelorum multitudo, ma-
gna cum lætitia et psalmodiarum cantu, animam Sil-
vani susceperit ; eamque, non aliter atque electum
sacrificium et humanis mentibus incognitum thym-
iama, ante conspectum Dei obtulerit.

quem sibi
virtutis gradu
æqualem
professus Pa-
chomius,

laudat coram
omnibus ut
humilitate
eximium.

Ejus post
octennium
felix mors.

Super mor-
tuum Fratrem
psalli retans
Pachomius

5 Contigit alias ut sanctus Pater noster Pacho-
mius in aliud pergeret monasterium, Fratres in eo
commorantes visitaturus. Proficiscenti igitur Fratris
nescio cujus, eodem in monasterio defuncti, oblatum
per

A per viam est funus, comitantibus illud universis monasterii Fratribus cum solenni psalmodiarum cantu : amici quoque et parentes Fratris demortui fenebris intererant. Simul autem atque S. Pachomium ad sese venientem a longe observarunt Fratres, in terram deposuerunt feretrum, ut cum advenisset vir Sanctus, suas super defuncto preces persolveret. Subsistebant ergo Fratres atque una cum secularibus psalmos decantabant. Adveniens deinde B. Pachomius, cum aliquandiu orationi vacasset, Fratribus edixit, ut ne amplius psalmos pro defuncto concinerent. Tum vestes defuncti in medium afferri, easque in omnium conspectu cremari præcepit; quo facto, cadaver tolli et absque ulla psalmodia terræ mandari voluit. At vero Fratres ejus et propinqui ad pedes Pachomii se abjicientes, summis contendebant precibus, ut non sine solito psalmodiarum cantu mortuus sepeliretur, quos tamen Pachomius non audit. Propinquis itaque defuncti hoc sermone virum Sanctum inculpantibus : Quid agis, o Pater, novi atque insoliti operis, contra filium nostrum adeo severe insurgens? non decet istam tuæ sanctitatis famam, ut inimicem adeo erga hunc defunctum te exhibeas, cujus aspectus ipsorum etiam barbarorum animos ad misericordiam potens esset inflectere. Quin et juratos ejus inimicos, si modo cadaver illud, vocis motusque omnis expertus jacere conspiceret, non dubium quin miseratione tangeretur. Novum certe quiddam inter Christianos hodie videre sumus coacti, cum nempe severitatem, quæ nec inter Barbaros locum unquam habuit. Opprobrium familiæ nostræ inferi, quod nullo unquam tempore deleri poterit. Utinam te hodie non vidissemus, ne æternam domus nostra infamiam incurreret! Utinam filius hic noster miserimus severum adeo vivendi institutum nunquam fuisset amplexus! tunc sane sempiternum hunc de se dolorem ad nos et posteros nostros non transmisisset. Veruntamen te obsecramus, ut, quoniam vestes ejus tuo nunc mandato sunt exustæ, psalmodiarum saltem cantum ne prohibeas.

consanguineis
nequidquam
deprecantibus,

B

declarat se
id facere
ex misericordia
erga eum.

6 His vocibus cum uterentur, sic tandem ad eos Pachomius : Vere dicam, Fratres, major me hujus defuncti, quam vosmetipsos capit misratio; cumque majorem de ipso curam, adinstar patris amantissimi suscipiam, omnia quæ vidistis ut fierent mandavi. Vos siquidem corporis solum exanimis cura facit sollicitos, at ego ut animæ ejus bene sit, unice laboro. Si enim cum psalmodiarum cantu ei parentare volueritis, plures defunctum et graviores cruciatus excipient, cum de recitatis super eum psalmis ratio sit repositenda ab eo, qui psalmodiarum gratia et virtute destitutus obiit. Si itaque ad æternos ejus cruciatus adjicere non parum vultis, psalmos eidem persolvatis licet, quia per istud officii genus quanto excrucietur magis, tanto gravioribus vos maledictis prosequetur. Ego sane, cum quid animæ ejus potissimum expediat, non ignorem, parum equidem de corpore ejus sum sollicitus. Certe si psalmos a vobis decantari permisero, a Deo, veluti qui hominibus placere cupiam, severius judicabor, quoniam humani respectus gratia rationem non habuerim anime in districto judicio aliquando examinandæ. Deus enim, cum sit bonitatis omnis fons, occasiones querit, per quas gratiæ suæ fluentia in nos effundere possit plenissime. Si itaque nos, qui divinam medendi scientiam accipere ab eo digni sumus habiti, conveniens pro mali ratione remedium adhibere neglexerimus; merito illud quod scriptum est nobis exprobrabitur : Videte contemptores et admiramini et obstupescite. Eam ob rem rogo vos, ut, si cruciatus defuncti cupitis reddere leviores, sine psalmis eum sepultoriæ mandetis : posset enim Deus, cum bonus sit et mis-

cu honor
cessurus sit
augumentum
penarum.

Hab 15

ricors, ob hanc ei factam ignominiam, requiem aliquam eidem præbere. Quod si monitionibus meis sat frequentibus audientem se præbuisset, nunquam ad tantum pervenisset calamitatem. Hæc ubi dixit vir Sanctus, in montem b sine psalmodiarum cantu delatus est defunctus, et sepultus.

7 Alio quoque tempore, cum de salute animæ verba ad Fratres faceret magnus Pachomius, accedens monasterii jam or dicit : Insignes quidam Anachoretæ huc advenerunt, tuncque expetunt alloquium. Respondit Pachomius : Homines huc intro advoca. In monasterium ergo ingressos humaniter cum Fratribus salutavit vir Sanctus. At illi, postquam universam Fratrum turbam considerassent, et cellulas eorum perlustrassent omnes, privatim cum Pachomio colloquium petierunt. In cella ergo a reliquis omnibus remota ubi consederunt, magnum sibi ab iis afflari fœtorem senex venerandus persensit. Latebat autem eum tetri adeo odoris causa, cum adversa eos facie alloqueretur, et post fusas ad Deum preces, nihil hujus rei intelligeret. Curque prodatos ab eis sermones de sacrarum Litterarum arcanis clarius percepisset, de pestiferi, quem dixi, odoris causa dubius magis esse cœpit. Postquam ergo longam e Scripturis sacris collocationem vir Sanctus cum eis habuisset, ac nona jam diei hora instaret, surrexerunt Anachoretæ ad propria reversuri. Rogante autem Pachomio ut cibum istis sumerent, nequaquam assensi sunt; festinabant siquidem ut ante occasum solis in suas reverti sedes possent. Bene ergo precati sibi invicem et vale dicto abierunt. At magnus Pachomius, ut tanti fœtoris causam demum intelligeret, in cellam suam ingressus, Deum obsecravit, rei hujus arcanum sibi ut patefaceret. Descendens itaque Angelus Domini : Perversa, inquit, impietatis dogmata annis suis illi imberbant Origenis scilicet, fœdina adeo odorem de se exhalantia. Sed mitte confestim qui viros ad te revocent, eosque instanter mone ut ne imposterum perniciosius et in animarum jacturam inventis doctrinis insistant, quoniam interitum sectatoribus suis certum allatura sunt. Sine mora igitur e cella sua progressus Pachomius, Fratri cuidam imperat, ut abeuntes anachoretas insequatur et ad se reducat. Quo facto, sic eos Pachomius est allocutus : Est quod e vobis queram. Qui dixerunt : Licet queras. Et ille rursus : Hominis, quem Origenem nuncupant, scripta vos lectitatis. Quod illi ut audierunt, inficiati sunt, dicentes. Nequaquam legimus. Tum Sanctus ad eos : Ecce, testimonium ego vobis coram Deo perhibeo, quod omnis qui Origenis scripta lectitat, et placita ipsius suscipit, in profundum inferni certo est præcipitandus, ipsiusque hereditas erant tenebræ exteriores, ubi planctus et stridor dentium. Quod itaque divinitus mihi revelatum est, meo vobis testimonio notum feci. Immoens ergo coram Deo ego sum hac super re. Vos videritis. Ecce ipsam audistis veritatem. Attamen mihi si credere, et veram in Deo requiem adipisci velitis, universos Origenis quos habetis libros in flumen conjicite, neque illos deinceps legite aut tantis blasphemis attendite. Quo dicto illos a se dimisit.

D
EX MSS
GRÆCIS

a

b

Magnum ex
duobus i-
pitibus fato-
rem sentiens.

E

intelligit ab
Angelo Origenis
istas esse,

F

et minet
ut impios
libros abjiciant

ANNOTATA.

a Pœnam scilicet unumquodlibet levorem faciendo : alius nulla est in inferno redemptio; quare expiatio, tum quam præter mentem auctoris vel Sancti ipsius, qui loquens indicatur, adjecta hæc verba; et in eam qua vult superne datur vitam revocare : nec enim video quomodo hæc possint habere Catholicum sensum

b Jam alibi vidimus ad montem efferrî mortuos : causam vero legendi in montibus cœmeteriis, facile quisvis intelligit

A *tellyit fuisse exundantium Nili, a quo tutos mortuorum tumulos præstabat editior locus.*

CAPUT II.

Discretionis donum diversis occasionibus in Pachomio elucens : item visiones.

*Monachus
martyrium
temere ap-
petens*

Frater fuit e præcipuis unus, qui suo se arbitrio exercebat. Is cum de vita plane eximia magni Pachomii audisset, ut in cœnobium ejus admitteretur contendit. In quod posteaquam a magno Pachomio fuisset receptus, et non multum temporis inter Fratres egisset, martyrii desiderio incendi cœpit, cum tamen mundus universus in pace esset, Ecclesiaque Dei incrementum caperet, extra omnem procellam constituta, beato et Christi amantissimo Constantino Imperium moderante. Hic ergo Monachus beato Pachomio incessanter supplicabat dicens; Deum pro me, n Abba, deprecare, ut martyrii coronam consequar. At Pachomius eum contra monebat dicens; Noli, Frater, tales in animum meum cogitationes immittere; hæc insuper ei inculcans: Quas vita se- cum monastica adfert molestias, genere et absque prævaricatione, Frater, tolera, secundum beneplacitum divinum tuam recte vitam instituens: quod si feceris eadem cum sanctis Martyribus in cœlo gloria perfrueris. At cum Monachus per dies singulos magis magisque ad martyrium subeundum anhelaret, et virum sanctum perpetuo urgeret, ut eum in finem pro sese Deum deprecaretur, importunitate hominis victus Pachomius, tandem dixit, Ita fiat: ego preces tua causa apud Deum effundam, et, quoniam ita cupis, a Barbaris comprehenderis. Verumtamen diligentem omnino tui curam habe, ne cum martyrii tempus advenerit, pro eo quod fidem tuam intrepide fateri deberes, impie Christum deprehendaris abnegasse: absque enim dubitatione deciperis, cum in eam te tentationem conjicere cogitas. Quæ cum dixisset, iterum monuit, sese ut diligenter custodiret, ac simile quid ne cogitaret imposterum.

*u
a Barbaris
capitur.*

9 Binis deinde annis elapsis, contigit ut e Fratribus nonnulli a magno Pachomio in superiorem destinarentur pagum, ad colligendos juncos pro conficiendis monasterii storeis: pagus porro ipse Barbaris iis est vicinus qui Blemmyes a vocantur. Quo loco, nec procul ab insula, in qua juncorum non exiguus reperiebatur numerus, cum versarentur Fratres, Monachum quem adeo diximus martyrii avidum, ad eosdem Fratres destinavit Pachomius, ut necessaria quædam ad illos deferret; monens denuo curam sui haberet diligentem, et sic quasi per ænigma illud quod scriptum est pronuntians: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum. Accepto ille asino, rebus necessariis onusto, ad Fratres iter instituit. Cumque ad deserta accessisset propius, aequatum exeuntes Barbari in Monachum inciderunt. Qui mox ut ab asino descenderet imperantes, ligatis eum manibus in montem ad socios Barbaros pertraxerunt, postquam asinum ipsi et quæcumque portabantur in prædam accepissent. Monachum cum asino advenientem continuo ut viderunt Barbari, ridere hominem cœperunt et dicere: Adsis, Monache, et deos nostros ut merentur adora. Tum cæsis victimis ubi carnes idolis suis dicarunt, adductum Monachum iisdem ut libaret compellere sunt aggressi. Qui cum id se facturum negaret, magna in eum ira et strictis ensibus irruerunt, minati, nisi suis ille diis sacrificaret ac vinum libaret, mortem ei paratam instare. Nudos Barbarorum enses et vultus truculentos expavescens Monachus, accepto vino idolis libavit, atque una cum

*et diis eorum
libere compulsus*

iis de carnibus quas idolis sacraverant comedit. Sic miser corporis mortem evitare volens, immortalem animam occidere non dubitavit, rerum omnium Dominum impie abnegans.

10 Postquam autem idolis libavit, ad propria hominem dimiserunt Blemmyes. Qui ut de monte descendit, in se reversus, iniquitatem vel impietatem potius suam agnoscere cœpit; scissisque vestibus, ubi multis frontem suam verberibus percussit, ad monasterium regressus est. At B. Pachomius, non ignarus eorum quæ homini acciderant, obviam ei non sine summo mœrore processit. Conspecto Pachomio Monachus in terram se prosternens, magno cum fletu et ejulatu; Peccavi, inquit, o Pater, in cœlum et coram te, quoniam quæ salutariter adeo monebas audire detrectavi, neque hortationibus tuis obsequentem me præbui. Hoc enim si fecissem, non tam infeliciter essem prolapsus. Quibus auditis magnus Pachomius ad Monachum dixit: Surge miser, et cognosce quam lamentabiliter perieris, et a tantis ipsum te bonis exclusum feceris. Vere enim parata tibi fuit corona martyrii; at tu eam rejecisti: in promptu fuit ut sanctos inter Martyres locum acciperes, tu vero ab eorum te consortio separasti. Aderat cum sanctis Angelis Dominus Christus, pulcherrimum capiti tuo diadema impositurus; et illud ob horulæ unius huerum respicisti: mortem denique, quam effugere tamen non poteris, nimium expavescens, Dei jacturam fecisti, vita æterna et salute excidens. Ubi nunc quibus te jactabas speciosæ voces? Ubi illa tua desideria? Respondente ad hæc Monacho: Peccavi in omnibus, o Pater; neque dignus sum qui oculos in cœlum attollam: perii omnino, o Pater, talem hujus rei eventum minime præstolans.

suam agnoscit culpam,

pœnitens,

E

11 Hæc cum identidem repeteret, multumque ingemisceret, sic eum tandem magnus Pachomius est allocutus: Tu quidem, infelix, a Deo te prorsus separare veritus non es: sed bonum habemus Dominum, qui iracundiam suam peccatoribus in testimonium perpetuo ostentare non solet, quoniam misericordia magis moveri se sinit, et potens est peccata nostra universa in profundum maris immergere: etenim quantum distat cœlum a terra, tantum facere potest ut nostra a nobis peccata absint. Non vult mortem peccatoris, sed pœnitentiam; et ut qui cecidit, in peccatis suis non persistat, sed exurgat, et ad Dominum reverti non differat, sed absque mora ad meliora se transferat. Si præcisa, inquit, fuerit arbor, rursum virescet. Si igitur vel modo audire volueris quæcumque te monuero, veniam a Deo absque dubitatione consequeris. Tum ingemiscens Monachus: In omnibus ait, o Pater, imposterum me habebis aulientem. Exinde præcepit ei magnus Pachomius, ut in secretiorem sese aliquem locum recipiens, ad mortem usque cum nullo mortalium haberet commercium, et postquam diem solidum jejunio transegisset, sale dumtaxat et pane vesceretur, totoque vitæ suæ tempore panis aqua uteretur ad potum: duas insuper in dies singulos storeas conficeret, et quantum quidem valeret vigiliis et orationibus vacaret: nunquam vero a gemitu cessaret ac lacrymis. Hoc igitur modo, secundum B. Pachomii monitionem, in solitudinem secedens Monachus, in duplum, quæcumque sibi mandata fuerant, executus est. Cum nullo autem, præterquam cum magno Theodoro et paucis aliis e senioribus Monachis, conversationem habuit; donec tandem post decem annorum spatium in hisce laboribus exactum obiit, egregio pœnitentiæ suæ testimonio omnibus relicto.

*suscipitur a
Pachomio*

F

*atque post
annos 10
feliciter
moritur.*

12 Interrogatus aliquando a Fratre quodam Pachomius, quid sit, quod, cum ante aggressionem

invadentis

EX MSS.
GRÆCIS.
Docet suos
Pachomius
quam utilis
sit timor
Dei ad pro-
fectum.

A invadentis nos cacodæmonis, sanam mentis aciem habentes, de continentia, de humilitate, deque aliis virtutibus egregie sentiamus et loquamur; deinde ubi tempus advenerit, quo quæ egregie diximus facienda, patientiam videlicet, cum desideriis agimur, non amittendam; injuriam oblivionem, cum irascimur, amplectendam; mentem ab omni vana gloria, cum laudamur, cohibendam; multaque alia horum similia, opere ipso exequi esset necesse, tam facile nihilominus vincamur? Huic magnus Pachomius respondens dixit: Quoniam quæ ad virtutis exercitationem potissimum spectant non implemus perfecte, hinc fit ut dæmonum nos impugnantium modos et rationes non ut oportet cognitione assequamur; utque, cum præsentis suæ haud dubia nobis signa adversarius ostendat, perspicacior tamen animæ contemplantis actione cogitationum talium immisionem avertere minime valeamus. Necessarium itaque erit, ut in contemplantem animæ partem, quovis die, quin et hora, salutarem Dei timorem sic quasi oleum infundere non cessemus. Hic enim cum actionis omnis certum sit principium, et ad eorum, quæ animis nostris immitti contingit, natum detegendam lucerna veluti clarissima; mentem nostram stabilem reddit atque inconcussam, neque sinit nos in iram, odium, injuriarum recordationem, aut pravas alias affectiones, quæ ad peccatum inclinare solent, abripi. Hic idem Dei timor contemplantem animæ nostræ partem in rerum incorporearum regionem sublimem avelit, omnes dæmonum nos impetentium conatus ut contempnamus efficit, et promptos alacresque reddit ut serpentes et scorpiones et omnem inimici potestatem intrepide calcemus.

Mortui Fra-
tris animam
ab Angelis in
cælum ferri
cognoscit.

13 Alio tempore Fratres nonnulli in Chenobosciorum monasterio commorantes advenerunt, renuntiaveruntque S. Pachomio, Fratrem quempiam magna teneri infirmitate, nec minori Pachomium videndi, ac benedictionem antequam moreretur ab eo recipiendi desiderio flagrare. Quo nuntio audito, vir Dei in iter se cum Fratribus dedit. Sed cum duobus quasi passuum millibus a monasterio adhuc abesset, audiens homo sanctus in vicino aere sacras quasdam canentium voces, atque in altum suspiciens, Fratris illius animam, ejus sibi morbus fuerat nuntiatus, cum sanctis Angelis psallentem, ad beatæ vitæ possessionem capiendam deduci conspexit. Cumque ii qui pariter proficiscebantur nihil horum seu audirent seu viderent, longoque temporis spatio ad Orientem conversus Pachomius et in cælum intentus persisteret, sic eum compellarunt: Quid, o Pater, moras facis? absque mora abeamus oportet, si vivo etiamnum Fratri adesse cupimus. Non enim vivum videbimus, subjecit Pachomius; illic namque enim video ad sempiternam vitam perducere. Vos ergo, Filii, ad monasterium vestrum sine me abite. At illi de re omni ut edocerentur cum instantanter obsecrarent, narravit eis Pachomius, qua ratione demortui Fratris animam conspexisset, additis rei circumstantiis omnibus. Quibus illi auditis, ad monasterium suum profecti sunt: ubi postquam de tempore et hora, qua Frater is obierat, ex aliis Monachis diligenter quesiverunt, verissima deprehenderunt, quæcumque de Fratris ejusdem morte a Pachomio iis fuerant indicata.

Dæmonibus
vane Pa-
chomium
laudantibus,

14 Aleunte Pachomio in proprium monasterium atque in partes magis salutarias progresso, quibus Ammonii nomen, legiones aliquot dæmonum sese dederunt obvias, eique a dextris æque ac sinistris comites incedere ceperunt. Sed et dæmones nonnulli præcurrentes clamare: Ecce hominem a Deo benedictum. Hæc autem eum in finem inclamabant, ut vane eum gloriæ obnoxium facerent. At Pachomius, cognita eorum versutia, quanto ipsi majoribus ute-

bantur vocibus, tanto ipse magis Deum invocabat, suaque confitebatur peccata. Qua ratione ubi dæmonum præstigias dissolvit, hoc ad ipsos sermone usus est: Non potestis me, o irpii, ad vanæ alicujus gloriæ vitium pertrahere. Novi quippe meas iniquitates, quarum causa in æternis cruciatibus versari me et gemere perpetuo oportebat. Non igitur mendaci vestra et dolosa deceptione quidquam moveor. Hoc siquidem proprium vobis opus est, ut animas a salute prohibeatis. Quapropter vestris ego laudibus minime capior: non enim ignota mihi est impiæ vestræ mentis astutia. Talia cum Pachomius ad ipsos diceret, non tamen eum deserebant dæmones, sed perpetuo comitabantur, donec ad suum vir sanctissimus monasterium perveniret.

D
Ipsæ se hu-
miluat.

15 Fratribus porro in occursum ejus predeuntibus, amiceque salutantibus, puer quidam ex eodem monasterio cum reliquis Fratribus ad virum sanctum salutandum progressus, sic eum cœpit compellere: Verum dico, o Pater; ex quo hinc ad Fratrum visitationem abiisti, neque olera nobis, neque pulmentum quisquam coxit. Cui blande respondens senex dixit: Efficiam sane ut ea hoc tempore vobis ad comedendum parentur. Lustrato igitur monasterio, in culinam quoque est ingressus, ubi coquum storeis conficiendis intentum reperiens, ex eo quesivit; Quamdiu est ex quo nulla Fratribus olera coxisti? Cui ille: Duo, inquit, sunt menses. Ac Sanctus: Quo modo hoc facis, cum statuta vivendi leges et sancti Patres, Sabbatis atque Dominicis omnibus, olera coqui jubeant Fratribus vesci volentibus? Respondit coquus Pachomio; Vere, Pater, singulis ego diebus coquere illa volui: verum postquam observavi coctum olus a nemine comedi, Fratribus fere omnibus ab eo abstinentibus, neque cocti quidquam degustantibus; ne præter tantum laborem sumptus quoque omnis, nemine comedente, inutiliter fieret (Quadraginta namque olei sextarios coctioni isti per singulos dies necesse est impendi) cum, inquam, non viderem qui cocta comederet, desii coquere, indignum ratus tantas in vanum expensas facere; idcirco ne otiose tempus tererem, una cum aliis Fratribus ad storeas conficiendas accedo, unum in culina bovum ad hoc sufficere ratus ut pararet minores escas, puta olusculum cum oleo et aceto, concis que alia minutasque herbas.

Idem intel-
ligens non
coqui solita
cibaria

E

propter ple-
rorumque
abstinentiam,

AGR. 18

16 Audito responso dixit Sanctus: Et quot interim storeas vos a coquina vacantes confecistis? Qui respondit? Quingentas. Ac Pachomius: Omnes, inquit, huc ad me affer, ut eas pro merito aestimem. Allatas igitur ad unam omnes in ignem ut conjiciantur imperat. Quibus exustis, hoc modo coquos allocutus est: Quemadmodum regulam præscriptam vobis quoad Fratrum Œconomiam diabolica instigatione violastis, ita ego manuum vestrarum labores contempnens feci ut exurerentur; ut sic intelligatis, quid sit statuta a Patribus ad salutem animarum leges prevaricari. Quantam Fratribus meritorum segetem eripulistis, dum solita iis cibaria desististis coquere? An ignoratis, quod, ubi in cujuspiam est potestate desiderii suis obsequi, Dei tamen causa a propositis abstinet, non exiguam apud Deum mercedem consecuturus sit? qui autem abstinet quia vel potestate quod cupit faciendi careat, vel vi ac necessitate cogatur abstinere, frustra a Deo mercedem expectat. Nescitis quod cum cibaria in mensis sunt proposita, et nihil ex iis degustant Fratres, Dei causa se continentes, multum apud Deum promereri poterunt? Sin iis cibaria nulla præbeantur, quorum aspectu ad comedendum invitentur, nunquid eorum abstinentia præmio aliquo digna videbitur? Propter octoginta olei sextarios tantam Fratribus bene merendi materiam subdaxistis. Omne potius quod in

storeas a
coquis fa-
ctas com-
buri jubet,
i

et quotidie
coqui escas
ad majus
eorum qui
abstinent
meritum

EX MSS
GRÆCIS.
et solutiis
infirmorum

A mundo est pereat, quam ut una vel minima virtutis exercendæ occasio eripiatur. Ego quidem ea mente fui, ut quotidie escas debite paratas Fratribus non parce exhiberem, ut quotidie a propositis cibis abstinentes profectum in virtute facerent non vulgarem. Si quando autem contingat ut Fratrum quispiam deterius habens ad communem tamen ægrotantium locum se non transferat, et ad mensam accedat, sumpturus quæ ex more apponi solent olera, nec inveniatur, quid tandem fieri erit necesse? nonne scandalizabitur, si in communi mensa, quæ ad victum communem necessaria sunt, minime reperiat? An et hæc ignoratis, quod juniores præsertim in virtutis studio non ita firmiter permaneant, si non aliquid eis subinde quietis atque solatii indulgeatur? b

b
NOT. 19

Per visus
cognoscens,

17 Ingressis Fratribus ad orationes, ingressus et ipse explevit orationes. Et illis egredientibus ad gustandum, mansit solus in domo, in quo ex more orationes synaxis peragebat; [et claudens ostium oravit Deum supplex, ut sibi de futuro statu Fratrum indicaretur aliquid] et quæ etiam futuris temporibus eventura ipsis forent. Ac producenti ei orationem ab hora decima quousque pulsaretur Fratribus ad nocturnam liturgiam, circa mediam noctem subito oblata ipsi est e cælo visio, indicans ipsi finem secuturi post hæc status Fratrum, et perseverantiæ in vita secundum Christum pia, dilatationisque futuræ monasteriorum. Vidit autem turbam innumerabilem Fratrum, in valle profundissima et squallida iter agentium: ac multos quidem ex iis volentes ascendere ex valle, nec id facere valentes; multos autem sibi invicem in faciem, præ densissima qua circumfundebantur caligine, occursando impingentes, nec se mutuo agnoscentes; multos etiam prolabentes ex torpore, alios vero clamantes voce miserabili: paucos denique ipsorum multa contentione tandem eluctantes ascensum ex valle, quibus simul ascenderant, lumen occurrebat. Hi quod ad lucem pervenisissent gratulantes, ingentes Deo gratias agebant. Tunc agnovit Beatus quæ Fratribus in extremo eventura erant: et futuram illis temporibus remissionem, multamque obdurationem et errorem, defectumque Pastorum; atque ut iis qui hodie boni essent, prævalituri denique numero negligentiores essent, eosque vi ac multitudine tractum. Intellexit quippe ista, quæ descripsimus, ostensa ipsi symbola, ad tallium præsignificatione non successuum certo pertinere.

augto ve-
hementer
numero
Fratrum,

multos de-
fecturos in
spiritu pro-
pter Super-
riorum in-
curiam,

C Ita ut monstraretur fore ut mali ex Fratrum numero promoverentur ad aliorum regimen; expertes homines notitiæ debitæ juris institutique monasteriorum, ambitu et certamine præfecturas occupantes; unde erat necessario secuturum, ut bona in illis Fratribus perseverationem paterentur, nec [posseat boni fidenter consistere in monasteriis, et divina ut sic loquar in humana converterentur.]

idque de-
preans,

18 Inrelligens igitur Beatus talia, exclamavit cum planctu ad Deum dicens; Si sic futurum est, quare permisisti cænobia fieri? Si, inquam, temporibus illis futuri Præsides Fratrum mali erunt; quid subditis horum fiet? Nimirum si cæcus caecis ducatum præstet, quid restat nisi ut omnes pariter in foveam cadant? Frustra laboravi. Recordare, Domine, laborum meorum, et omnium Fratrum qui nunc tota anima in sancta disciplina conversantur. Memento, Domine, promisisse te mihi, fore ut usque ad consummationem seculi hujus remaneret mihi superstes spirituale semen. Tu scis, Domine, me ex quo indui hunc habitum monachi, numquam supra terram satiatum ulla re; ne aqua quidem. Hæc autem eo dicente, vox ad ipsum facta est dicens: Gloriaris, Pachomi, homo cum sis? Pete tibi ipsi misericordiam: quoniam omnia misericordia

juvetur sibi
ipsi miseri-
cordiam pe-
tere:

mea fiunt et conservantur. His Beatus auditis, abiciens se repente super terram, petiit misericordiam a Deo, dicens: Domine omnipotens, misericordiam tuam demitte ad me, et ne unquam illam auferas a me: nam et ego novi, sine tua misericordia consistere nihil posse. Talia ipso loquente, confestim adstiterunt ei duo Angeli Dei, quibuscum erat adolescens faciem habens, cujus exprimi dicendo pulchritudo non posset, totius vero habitus corporis decorem præferabat inenarrabilem: habebat autem impositam capiti spineam coronam. Ad Pachomium porro consurgere jussum sic sunt Angeli locuti: Quoniam petisti a Deo ut suam tibi misericordiam mitteret, En hic est misericordia ejus, Dominus gloriæ Jesus Christus, unigenitus Filius ipsius, quem misit in mundum, et crucifixistis illum, ac coronam e spinis capiti ejus imposuistis. Pachomius vero his auditis, aspexit juvenem illum, et dixit: Oro Te, Domine; non ego te cruci affixi. Ille autem vultu subridens dixit ipsi: Scio non a te crucifixum esse me: sed patres vestri cruci me affixerunt. Confide autem, quia radix seminis tui usque in seculum non deficiet, verum usque ad consummationem seculi hujus conservabitur super terram. Ceterum qui salvabuntur temporibus extremis, propter densam quæ tunc diffundetur caliginem, pauci reperientur in comparatione numeri eorum qui nunc summa perfectione virtutem exercent: idcirco quod qui nunc te ut luminare præ oculis habent, facile possunt in virtutis studio proficere: at posteri, tenebroso quodam tempore victuri, eo quod neminem sibi præpositum habebunt a quo ad lucem veritatis deducantur, non exigua difficultate in boni operatione laborabunt. Si ergo hujusmodi arbitrio bene usi, proprio e tenebris iniquitatis conatu prosiliendi expedite emerserint, ac lucem justitiæ adamaverint, eique vitæ suæ rationes accomodaverint, amen dico tibi, cum iis qui summa nunc diligentia disciplinam virtutis exercent, pari laudis et meriti dignitate stabunt, similiter atque hi æterna dignandi vita, et bonis cælestibus perfuantes. Atque his dictis statim ascendit in cælum subito ipsi apertum, aere omni circumresplendente mirifica luce, cujus gloria humanis exprimi verbis nequit.

et a Chri-
sto sibi ap-
parente,

E
certificatus
de sui in-
stitutu du-
ratione,

19 Mirante autem sene super cunctis ei revelatis, ac nondum ex manifestatarum ipsi rerum vehementi admiratione ad se reverso, surrexerunt Fratres et una convenerunt ad nocturnas liturgias peragens;

adhortatur
Fratres ad
perseveran-
tem peniten-
tiam,

quibuscum postquam perseverasset Beatus usque ad finem consuetorum ipsis officiorum, videns iis expletis considerantes illos, expectantesque ab ipso sermonem quo docerentur, aperiens os suum ipsis dixit: Fratres mei, quoad habuerimus spiritum in naribus nostris, certemus contententes pro salute nostra; ut in hora necessitatis non reperiamur frustra poenituisse: operemur alacriter virtutem, carissimi: fugiamus ab omni specie peccati; et totis viribus bonum persequamur, ut promissa sanctis bona mereamur accipere. Aio enim vos, si sciretis quæ in cælis sunt bona, et repositam Sanctis promissionem; atque, ut qui exciderunt a Deo torqueantur, quantaque ac quam acerba supplicia negligentibus reserventur, præsertim iis qui cognoverunt veritatem, nec tamen digne secundum eam conversati sunt, prout opus erat ad hereditandam paratam Sanctis felicitatem, fugiendam vero poenam tormentis horribilibus luendam; fore omnino ut omnem laborem sustineretis in perniciendi vobis consummata virtute, juxta disciplinam a Christo præscriptam. Itæ ad sepulcra et videte, hominum substantia quam nihil sit. Cur igitur gloriatur Homo pulvis existens? Cur superbit, qui nihil aliud quam fetor est? Ploremus igitur miserantes nos ipsos, dum tempus

F

A tempus habemus: ne forte adveniente hora exitus nostri, deprehendamus tunc tempus a Deo aliud petentes ad pœnitendam. Infelix vere anima illa et miserima, quæ mundo relicto ubi seipsam Deo transcripsit, digne sua promissione non vixit. Ne ergo permittamus, Fratres, seculum hoc exiguum et vile, ac umbræ prætereunti simile, eripere nobis beatam illam et immortalem vitam. Vere timeo, ne aliquando parentes nostri secundum carnem, in mundo conversantes, et ærumnis illic ac curis vitæ conflictati, existimantes, dum de nobis cogitant, adherere scilicet nos Deo, et inde pignus accepisse certo nobis desponsæ beatæ vitæ, ideoque expectantes auxilium a nobis in futuro seculo; delusos se denique sentiant, et reperiantur condemnantes nos, dicendo quod scriptum est: Quomodo misere laborastis confusi vehementer? magna tribulatio vestra. Ignis accensus in vos est. Inutiles facti sunt rami vestri. Propterea in pabulatorum prædam cesserunt, et super eam dederunt vocem suam. Idcirco facti sunt dilecti, ut abominati; et corona de capite vestro detracta est. Civitates ad Austrum quomodo estis clausæ? non est qui aperiat vobis. Audistis enim, impius ut non videat gloriam Domini, tollatur.

20 Propterea, Fratres, contendamus ex toto corde, mortem præ oculis omni hora propositam spectantes. Ex his quippe ad sensum mens venit: et horret quidem fletus anima contemplativa; mens autem ipsam excitans a terrenis, attentam ad Deum efficit. Quia et præterea humilitatem, ex hic operatur, supplicemque ac vanæ gloriæ expertem in suis oculis vitam, alienamque ab omni mundano fastu persuadet esse ipsam. Quotidie ergo, Fratres, cum tarda ista corporis nostri mole anima Philosophetur, et cum vesperi cubitum concedimus sic unumquodque corporis membrum alloquatur: O pedes, qui potestatem habetis standi atque progrediendi, antequam per mortem extendi vos contingat et immobiles fiat, state parati Domino ac Deo vestro. Ad manus deinde dicat: Tempus erit, quando solutis nervis immobiles futuræ estis, simulque constrictæ. Quapropter ante quam illa hora adveniat, manete perpetuo ad Dominum in oratione extensæ. Ad totum porro corpus hanc anima orationem habeat: O corpus, ante quam longe ab invicem separemur, ego quidem ad infernum cogar constituta mihi in tenebris vincula subitura; tu vero in antiquam tuam terræ materiam relabaris et dissolvaris, in fetorem et putredinem desinens, sta fortiter, Dominum adora, sensum mihi præbe salutarium lacrymarum, exhibe Domino debitam tuam servitatem, alacriter me ad Deum et divina defer, antequam ipsum tu ab aliis alia auferaris, ne si volueris hic quiescere et otiosi, cruciatum me æternorum ream constituas: tempus siquidem adveniet quo profundus ille somnus te occupabit, Si me audieris, pariter hereditate æterna potiemur, sin e contra non audieris, hei mihi! quia infelici mecum vinculo junctum es, et ego propter te infelix ac rea efficiar. Si hoc modo singulis vos diebus ad certandum unxeritis, veri . ei templum verissime efficiemini. Cum autem suum in anis vestris domicilium Deus ceperit, quæ erit cacodæmonis ars et versutia, qua vos decipere valeat? plus enim quam mille præceptores verbum Dei quod vos inhabitat, docere valet ac clariorem sui ipsius vobis præbere cognitionem. Sane quod humanus exprimere sermo non potest, hoc omne sanctus nos Spiritus potest docere. Etenim; Quid, inquit, oremus sicut oportet nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Multo etiam plura hujus generis cum Dei gratia possem ac debe-

rem proferre, sed ne in eodem semper versemur argumento, ad alia orationem placet convertere.

ANNOTATA.

a Blemmyes populus Æthiopiæ, Thebaidi superiori proximæ, per Syenem magisque deorsum penetrans, hoc seculo 4 tandem ad usque inferiorem Thebaidem ipsiusque Ægypti confinia capiti omnia infestu habere, ex montibus incurrens in subjectam secundum Nili ripas regionem. Idem usque in Arabiam denique progressi sequenti seculo 5 Sanctos Monachos Sinaitus occiderunt, quorum Passio illustrata est 14 Januarii.

b Sequentem visionem etiam in antiquissimo Domus Professæ Romanæ Codice, ante annos 700 recarato, inveniens R. P. Petrus Possinus, pro suo in hoc opus affectu Latine reddidit, cujus verbis eam exhibemus paucis ex MS. Florentino additis, quæ in Romano decrant, leviori autem quorundam verborum differentia dissimulata, ut cui scrupulosius notandæ non erat commodum inhærere.

CAPUT III.

Procuratoris repressa cupiditas: dæmonum tentationes Pachomio revelatæ.

¶ In quo tempore Sanctus Pater noster Pachomius monasteriis præfuit, magna in Ægypto fames invaluit. Cumque nihil amplius inter Fratres superesset frumenti, quia etiam in universa Ægypto vix quidquam frumenti repariretur; Sanctus senex e Fratribus unum dimisit, qui urbes circuitet ac vicos, ut comparandum pretio frumentum conquireret, eum in finem centum Fratri nummos numerans. Is ergo loca non pauca postquam obivit, ad quamdam devenit urbem, quam Heriuthini nuncupant: in qua, Deo sic providente, hominem reperit, ejusdem urbis incolam, pietati prorsus deditum, ac Dei timore imbutum, quique de Pachonii et Fratrum conversatione præclara multa didicerat. Huic, cum talis esset, publici frumenti cura fuerat commissa. Quem ut Frater accessit, multis hominem rogare cepit, ut centum annorum pretio frumentum sibi divenderet. Equidem, respondit ille, mi Frater, si quod penes me est frumentum meum esset, mora nulla foret, quin illud, liberis etiam meis ereptum, ultro vobis elargirer: audio enim multa de plusquam humano ac prorsus singulari vitæ vestræ instituto Attamen quæ dicturus sum audi. Publicum mihi frumentum est concreditum, neque illud Provinciæ Præses hactenus repetit. Hoc itaque si ad usque triturae tempus accipere placet, quantum spectat ad publicam, differre possum. Si ergo certus es, id temporis fore ut frumentum mihi restituere possis, accipias licet quantum volueris. Respondente autem Fratre, nequidam ita futurum, sed pro centum a Holocotinis velle emere frumentum, ejus arbitrio æstimandum. Possum, inquit alter, sane ac volo, non pro centum solummodo, sed pro ducentis etiam Holocotinis frumentum tibi tradere: magnam vero gratiam mihi reddideris, si ut Fratres pro me Deum exorent curaveris. Fratre dicente, aliud sibi quod reponeret non esse: Ne vero hac super re crucieris, excipit alter. cape frumentum, et cum solutio in promptu fuerit, pretium reddito. Facta sponsione, cum navim implevisset frumento æstimatione unius Holocotini in tredecim Artabas b, quo pretio non inveniabantur vel quinque Artabæ in Ægypto universa venales; magno cum gaudio ad suum monasterium Frater navigationem instituit.

22 Audiens itaque magnus Pachomius adventare navim

ne a majoribus suis confundantur in die Judicii.

Hier. 13.

inculcat eisdem memoriam mortis:

per quam debeant corpori videri tolerantiam.

Rom. 8, 26

D
EX MSS.
GRÆCIS.

NOT. 20

E

Missum ad emendas frugis pro centum nummis

F
et pro totidem alius accipientem commodatus.

a

b

EX MSS.
GRÆCIS.
Inobedientiæ
et temeritatis
arguit Pa-
chomius :

A navim frumento onustam, modumque addiscens quo comparatum illud fuerat, confestum misit ad navim qui suo nomine ediceret : Ne unum quidem frumenti istius granum in hoc monasterium invehatis volo; qui autem illud comparavit conspectum meum nequaquam subeat, quoniam haud recte profecto munus suum ille executus est; neque in uno hoc solum peccavit, sed etiam quod pro centum aliis nummis frumentum acceperit; quod ut faceret, minime imperavi; verum ipse suæ nimium prudentiæ innixus, plura omnia habere contendit, et lucri cupiditate accensus, vos omnes servituti ac solvendi debito fecit esse obnoxios. Hominis quoque qui frumentum vendidit humanitate abutens, et avaritiæ suæ quoddam præbens argumentum, plus quam opus habebamus frumenti comparavit, ac propria voluntate commodato admisit, quod unde persolvamus non habemus. Neque istud modo, sed si inter navigandum humanitas illi quiddam accidisset, si navim fregisset, quid nobis tandem restabat faciendum? an non in servitutem eramus abducendi? Quapropter omne quod allatum est frumentum, hominibus secularibus circa hæc partes commorantibus, eodem quo comparatæ fuerant modo tredecim Artabæ pro Holocotino; divendatur, acceptumque inde aurum ad eum qui nobis credidit, sine mora perferat. Centum vero nostris Holocotinis quantum emi ubique solet, tantum et usu amplius afferat. Sic ergo factum est ut magnus Pachomius jusserrat, allatumque est frumentum, ad rationem quinque Artabarum cum dimidia pro Holocotino c. Ex eo autem tempore non permisit ut monasterio amplius egrederetur ad res Fratris necessarias procurandas, sed aliam quempiam ejus loco suffecit.

et superfluum
vendi ac pre-
tium reddi
jubet.

B

Eundem plu-
ris sibi com-
missa venden-
tem, quam
jussus erat,
d

23 Alias quoque idem ille Frater a d sutore per multa sandalia resque plures alias divendendas accepit. Has pluris quam imperatum erat cum vendidisset, pretium sutori reddidit. Quod acceptum sutor ubi tertia parte majus esse reperit, ad magnam continuo Pachomium abiens: Vere, inquit, o Pater, minus fecisti provide, cum Fratrem istum in rerum ad monasterium hoc spectantium administratorem elegisti, quoniam mundana nimis in eo prudentia prævalet. Huic siquidem sandalia et res quasdam alias vendendas commisi, addens quo pretio venderet. At ille pluris ea vendens, tertia parte majus quam dixeram pretium attulit. Quo audito magnus Pachomius Fratri ad se vocari jussu dixit; Quid vero hæc ita fecisti? Cui is respondit: Pretium, o Pater, quo vendere ea jussus eram, emptoribus indicavi. Qui responderunt: Frater mi, nisi furto ea sint ablata, majori pretio vendenda sunt. At ego erubescens, ita ad eos dixi: Res equidem furtivæ eæ non sunt, verum ut ne pluris ea venderem mandatum accepi. Quod porro dare vultis, hoc date. Illi igitur quod lubitum fuit pretium annumerarunt, me non curante quantum ab illis lucri fasset reportatum. Tunc respondit ei magnus Pachomius: Magno te piaculo obstrinxisti, quando plura habendi amore permisisti te capi. Sed curre quantocius, et quod supra pretium constitutum accepisti, emptoribus redde. Mox autem ubi redieris, pœnitentia tuum istud crimen expia, atque privatus in monasterio confidens, quod tibi injungetur solum age. Non enim tibi expedit ut, quod hactenus, officium obeas. Tunc igitur magnus Pachomius omnia monasterii negotia a Sancto Zaccheo curari voluit, summa viro religione et omnem humanam laudem excedente bonorum operum exhibitione.

ab officio
deponit.

Ex apparente
sub forma
mulieris
dæmone,

24 Contigit quodam tempore, ut, dum Pachomius una cum dilecto sibi Theodoro nocturnis horis intra monasterii septa deambaret, subito et a longe visum utrique non levis romenti objiceretur, quod in

magnum sane errorem incautos erat natum inducere. Species porro objiciebatur mulieris supra modum formosæ, ita ut Theodorus eam spectans haud parum animo commoveretur et turbaretur vultu. Quem ut B. Pachomius adeo turbatum ac paventem aspexit, hoc modo affatus est; Confortare in Domino, Theodore, neque angaris animo. Quo dicto, Sanctus orationi vacare cœpit, ut illam horrore plenissimam visionem a se abigeret. Illis vero orantibus, magis etiam magisque viris Sanctis appropinquebat impurum spectrum. Mulier ergo inverecunda cum per orationem non repelleretur, magna dæmonum caterva eam præcedente, ad viros Sanctos propius accessit, et hoc modo affata est: Frustra estis; non enim quidquam modo adversum me potestis efficere: facultas siquidem mihi ab omnipotente Deo facta est, ut quoscumque voluero tentare valeam; nec parum impendi temporis, hoc ut a Deo obtinerem. Cum vero Sanctus ex ea quæreret; Tu autem unde es, aut quæ? et quosnam suscepisti tentandos? illa respondens dixit: Ego filia sum diaboli, et virtus ejus universa; mihi namque omnis dæmonum multitudo servitium præstat. Ego sum quæ præcipua inter Sanctos luminaria in terram dejeci. Ego sum quæ Judam ex Apostolorum cœtu deturbatum rapui. Potestatem ergo accepi, o Pachomi, tecum ut bello contendam: neque enim perpeti potui tantum dæmonum opprobrium. Nemo ita vires nostras imminuit, ac tu: hoc quippe agis, ut pueris me ac senibus et adolescentulis calcandam objicias. Cumque tantam adversus me multitudinem concites, muro illos inexpugnabili circumdas, timore Domini, sic ut ministrorum meorum nullus appropinquare ulli vestrum libere audeat. Hoc autem infortunium post Verbi divini incarnationem mihi contigit; per hanc namque potestas vobis data est omnem nostram conculcandi potentiam, nobisque illudendi.

seque virtutem
diaboli
asserente,

E

25 Interrogante eam deinde S. Pachomio; Mene solum, an etiam alios ut tentares venisti? respondit; Te enimvero, et omnes qui tecum sunt. Rursus ad illam Pachomius: Nonne et Theodorum? Tam contra te, subjicit illa, quam contra Theodorum agendi potestatem habeo, sed propius vobiscum congregari minime valeo. Quærentibus illis, Quam ob causam? respondit: Si enim vos aggrediar, causa existam vestri potius lucri quam detrimenti, quoniam digni estis reperti, qui gloriam Dei propius intueamini. Veruntamen non omni cum eis tempore versabimini, quos modo vestris precibus sic quasi muro protegitis atque defenditis. Tempus siquidem veniet, postquam vos, qui illos nunc a mea violentia custoditis, mortem obieritis, quo plenis inter eos lætitiis versabor. Vos nempe illi estis, qui a tanta monachorum multitudine obrui me et conculcari fecistis. Cumque S. Pachomius quæreret. Unde autem nosti, eos qui successuri nobis sunt, commissos sibi subditos, non æque ac non facinus, in Dei timore esse conservaturos, quantum quidem in ipsis futurum est? Tum illa: Probe equidem novi. Ac rursus magnus Pachomius: Mendacium hoc ex impio tuo cerebro comminisceris, cum nihil omnino quod futurum est absque errore cognoscere valeas; Deo siquidem soli tantum prærogativæ competit. Tum illa respondens dixit: Per præscientiam quidem, ut vere dicitis, nihil omnino novi, quod soli Deo proprium, sed conjectando præscire me quæ deinde secutura sunt asserui. Quærente porro Pachomio: Quam enim in conjectando rationem observas? Ex iis, reponit illa, quæ facta aliquando novi, de futuris conjecturam facio. At quomodo? interrogat Pachomius. Tunc illa: Novi, inquit, quod omnis rei principium intenso desiderio feratur in id quod propositum est, maxime ubi de hominis cum Deo conjunctione et cœlesti

intelligit, nunc
quidem parum
eum posse,

F

multis autem
prævaliturum
post suam
mortem,

lesti

A lesti vocatione agitur; quam Dei voluntate, per signa et prodigia et varias virtutes firmatam, sibi quasi murum circumdant, qui ad eandem contendunt. Primum porro istud ac vehementissimum desiderium postquam temporis tractu ad quamdam veluti senectutem pervenerit, crescere mox atque augeri desinit: quod cum fit, tandem vel longitudine temporis plane interit, vel vitiis, ita ut morbis, paulatim corrumpitur, vel neglecto atque contemptu hebes redditur.

et qua ratione
viri etiam
perfecti
tententur,

26 Quid igitur est, quæsit rursus Pachomius, quod, ut tute dicebas, ad viros sanctitate magnos ac non ad omnes potius Fratres, tentandos veneris? quoniam, ut modo etiam fatebare, proprium hoc tibi est ut animas pessumdes, et tantis supra demones omnes viribus polles, ut cum viris adeo præclaris congredi minime dubites. Ad quem illa: Jam nunc tibi dixi, quod ex quo tempore gratia ac virtus Servatoris in terra apparuit, viribus admodum debiles sumus redditi, ita ut passeris in morem a viris Deo servire volentibus constricti, a spiritalibus præsertim hominibus ludibrio habeamur. Attamen quantumvis fracti viribus, non tamen quantum in nobis est adversari vobis, ac malitiæ nobis insitæ semen in ejus qui se nobis opponit animum spargere cessamus. Quod quidem ab eo recipi cum videmus, et locus nobis datur hominem expugnandi, tum sane omnes ad voluptatem illecebras magis accendimus: econtra autem, si quod jacimus semen admittere per Dei gratiam et fidem recuset, non aliter ac fumus in aera resolvitur, ita et ipsi nos evanesCIMUS. Hanc igitur ob rem permissum nobis non est omnes indiscriminatim aggredi, quod non omnes ea sint virtute et perfectione conspicui. Etenim si adversus omnes depugnare nobis daretur, haud sane paucos, qui vestra nunc custodia preteguntur, in frandem impulsem. Tum ad eam Sanctus: O vestram sopiri nesciam perversitatem! non cessatis humanum genus impugnare, donec divinæ gratiæ vis vestros conatus omnino dissipet. Quo dicto, visionem omnem eo quo voluerat modo fecit ut desineret, injungens impuro spiritui ut numquam deinceps monasterii septis appropinquaret. Facto deinde mane, Fratrum præcipuos in unum convocat, et quæcumque objecta sibi fuerant, quæque a tentatore demone audiverat, exponit. Quin etiam ad reliquorum omnium monasteriorum Rectores litteras exarans, proposita ob oculos universa rei ut gesta erat serie, in Dei illos timore conservavit.

C 27 Rursus accidit ut, cum vir sanctus per singulas cellulas Fratres inviseret, quæque non recte sentiebant aut loquerentur corrigeret, in hominem quemdam Romanum, genere ac dignitate quondam conspicuum incideret, qui et Græco sermone admodum perite utebatur. Ad hunc ergo Sanctus deveniens, adhortationibus suis ei opem laturus, et animi ejus sensa motusque exploraturus, lingua utebatur Ægyptiaca. Sed nec Frater iste, quid Sanctus, nec Sanctus quid homo Romanus loqueretur intelligere valebat, propterea quod sermonis Græci omnino esset ignarus: quamobrem necesse fuit advocari Fratrem qui dicta utrimque interpretaretur. Verum cum, qui interpretis vicem subiret, jam adesset; noluit Romanus iste Frater animi sui arcana magno Pachomio per alium revelare, ita dicens: Te solum conscientia: meæ post Deum cognitorem habere volo, nec alium quemquam. Quibus auditis, magnus Pachomius interpreti ut abiret præcepit, et manu signum edens Fratri Romano, ut donec paululum abiisset reducem sese exspectaret, tantisper privatim Deum obsecraturus abesset. Extensis deinde in cælum manibus, hoc modo Deum deprecatus est: Domine Deus omnipotens, si Fratribus auxilio esse

Ut Romanum
linguæ suæ
ignarum
juret sine
interprete

petit et ob-
tinet donum
linguarum.

non possim, quos a diversis mundi partibus ad me dignaris mittere, propterea quod linguam eorum penitus ignorem, quid oro utilitatis eis proventurum est? Si ergo salvos per me effici eos cupis qui sub me degunt, istud mihi, Domine, largire, ut ad recte gubernandos eorum animos, lingua quoque illorum uti valeamus. Cui rei exorandæ postquam tres omnino horas impendisset, multisque Deum hac super re esset deprecatus, repente e cælo charta ad eum conscripta fuit delata; quam ut perlegit, omnium mox nationum linguas perdidicit. Quapropter gloriam debitam persolvens Patri, et Filio, et Spiritui sancto, non sine magna animi lætitia ad nominatum jam sæpe Fratrem denuo accessit, et absque ullo errore tam Romana quam Græca lingua uti apud eum cœpit, sic ut qui eum loquentem audiebat Frater, de magno Pachomio ingenue fateretur, omnes ab eo linguarum peritos longe superari. Romani ergo animum ubi prout oportebat composuit, et pro delictorum qualitate imposuit pœnitentiam, Deo hominem commendans, discessit ab eo.

28 Factum deinde est ut secuto mane ad reliqua monasteria lustranda abiret. Ubi ergo ad Monchosense pervenit monasterium, illud pariter lustraturus est ingressus. Mediam in eo aream ficus occupabat permagna, in quam e pueris monasterii nonnulli furtim conscendere soliti decerptos ex ea fructus comedebant. Arbori huic prior factus vir Dei Pachomius impurum in ea spiritum condisse vidit, ac gulæ demone eum esse deprehendit. Cognoscens ergo Sanctus, ab eo spiritu pueros in fraudem impelli, hortulanum ad se vocatum monet, arborem eam ut succidat; scandalum quippe ex ea nasci hominibus, mente non satis stabili utentibus: addebat, contra decorum videri, in medio eam monasterio positam. Ob hoc præceptum non exiguo mœrore affectus est hortulanus.

29 Jonas hic vocabatur, qui deinde ad annum octogesimum quintum in monasterio vixit, insignem prorsus vitam ducens; solus namque fructuum omnium provenientium sustinebat curam, solus fructiferas omnes monasterii arbores ipse consererat, nec tamen ad finem usque vitæ ex iis quidquam gustasse visus, cum interim tam Fratres quam hospites et qui circum habitabant ad satietatem ex iis autumnii tempore comederent. Hoc porro vestimenti genere Frater iste utebatur. Tres ovinas pelles inter se nexas ad corpus omne regendum adhibebat, quibus contentus, non aliam seu hieme seu æstate vestem induebat. Quid rei esset aut nominis, requiem capere a continuo labore, plane ignorabat, propterea quod omni tempore assiduis esset laboribus intentus. Sed neque cibus unquam usus est cortis, seu legumen seu aliud quid apponeretur; verum acetodumtaxat cum crudis herbulis utebatur, quanto tempore in vivis fuit. Universi autem Fratres de eo affirmabant, quod quis aut qualis esset ægrotantium locus publicus omnino nesciret, aut quibus rebus vescerentur infirmi. Ad hæc, quemadmodum narrationibus aliorum cognovimus, quamdiu vixit, nunquam tergo nitens vir sanctus somnum cepit: sed dies quidem totos horto impendebat excolendo, post solis autem occasum sumpto cibo, ac cellulam suam ingressus, inque ejus medio sedem aliquam occupans, ad synaxis nocturnæ tempus funes texebat. Quo in opere si ex naturæ humanæ necessitate tantillum somni capere eum contingeret sedendo id facere solitus, funes e manibus non dimittebat. Cum funes plecteret, sine usu luminis, in tenebris agebat, Scripturas sanctas memoria recolens. Lebitonem habuit unicum, quo uti solum consuevit, quando divinorum et incorruptibilium Christi mysteriorum fiebat particeps, ac deinde mundum eum conservans per an-

D
EX MSS.
GRÆCIS.

Ficum ex qua
pueri furtim
comedebant
jubet succidi
E

a Jona hortu-
lano, qui
semper a
fructibus
abstinens,

F

neque som-
num capere
nisi sedendo
solitus.

A nos quinque et octoginta, reponerat in cella. Res alias complures laude dignissimas sanctus ille senex præstitit.

30 Hujus nos extremis temporibus viximus, quando solita eum ratione mortuum reperimus. Solita namque in sede considens, et funes de more conficiens, animam Creatori reddidit. Nec repente homo sanctus e vita migravit, ut ne minora apparerent præclara justi hujus facta, sed morbis haud aliter atque ceteri homines vexatus fuit. Nunquam tamen persuaderi potuit ut ad infirmorum sese locum conferret, propterea quod nec Fratrum ministerio, ut reliqui infirmi, nec cibis quibus ægri vescerentur, uti ipse in animum induceret. Sed neque cum ægrotaret unquam decubuit, nec sedenti pulvinar aut quid aliud, ut commodius ipsi esset, adhiberi est passus. Nemo ei cum moretur adfuit, sed ita ut in sella considerat, ac funes etiamnum manibus retinens, et solito quasi more plectens, mortuus est reperiens. Istud vero auditu mirabile, quia scilicet illum ratione sepulture tradiderimus. Etenim cum pedes ejus extendi nequirent, propterea quod instar ligni obriguissent, neque manus corpori possent admoveri, nec pellicea sua illa veste exni ipse posset, quasi lignorum fascis sepulcro fuit inferendus.

B 31 Ad hunc ergo quem descripsi hominem conversus Pachomius, ficum ut succidat jubet. Verum is: Nequaquam ait, o Pater, ita fiat, quoniam ingentem fructuum copiam ex ea in Fratrum usum colligere solemus. Advertens autem Pachomius magnum hinc homini dolorem nasci, ne tristitiam ejus augetet, urgere amplius noluit: noverat quippe vir sanctus vitam hujus hortulani, insignem prorsus et admirandam apud præcipuos æque et infimos. Secuto deinde die ficus reperta est omnino exaruisse, sicut ne viride quidem folium aut fructus ullus in ea reperiretur. Quod simul atque beatus Jonas conspexit, majori fuit tristitia affectus, non ob jacturam arboris, sed sue inobedientiae causa; quod, cum magnus Pachomius, ut ficus succideretur imperasset, non continuo eam excidendo fuisset obsecutus.

ANNOTATA.

a Quot supra Numismata sive nummos, tot hic nominantur Holocotini: quod si verum est Artabastres, facere decem modios frumenti (sicuti in Margine notavit Hervetus apud Lipomanum) grandis pretii fuerit hoc numisum, quandoquidem ut summum quinque Artabæ pro uno Holocotino haberi poterant isto tempore per Ægyptum. Alibi talem nummum necdum nominatum inveni, ipsiusque nomen dissimulante præterivit Hervetus Ἡρόδοτος Aristoteli Olcaster est, quid si etiam ipse ejus fructus? cujus ponderi respondens par auri quantitas, solita fuerit subdividi in species minutiores: sicuti uncia (quæ Romanis est duodecima pars libra) subdividitur varie: atque ita Holocotinus fuerit nummus, integri auri unciam vel amplius appendens, pro ratione Cotini, respectu librae cujus hic pars aliquota sit.

C b Habuit ergo navis bis mille sexcentas Artabas frumenti, id est (secundum æstimationem Herveti) modios 8666 1/3.

c Hæc æstimatione pro 100 Holocotinis, habuit Pachomius Artabas 550 id est modios 1831 2/3.

d Sutor, coriarius, Græce σιδετός a Σιδόνος, corium, pellis: Hervetus nescio qua ex causa Scytensem reddidit.

CAPUT IV.

Vanam gloriam in se aliisque coerces Pachomius. Idololatriæ originem et vanitatem explicat. Athenodori leprosi virtus.

L Locum, in quem orationis causa conveniretur,

ædificari fecerat Pachomius, porticibus et columnis super bases dispositis insigniter exornatum; quamobrem non parum adamabat ædificium, sibi que plaudere quod insigne opus ad finem perduxisset. Sed cum hanc animi sui affectionem animadverteret ex diabolica fraude ortam, ut propter exstructi Oratorii pulchritudinem lætitia efferretur; funes parari, eosque columnis aptari jussit, et instituta primum oratione, Fratrum usus opera, columnas omnes ad terram inclinari, atque ut sic curvæ manerent, imperavit. Ad Fratres deinde conversus; Oro, inquietabat, vos Fratres, ne manuum vestrarum opera ad ostentationem pulchra admodum esse unquam velitis; sed magis studium vestrum sit, ut, si quid aliquando in his quæ facitis, per Christi gratiam et donum, sit quod laudem mereatur; mens tamen vestra incorrupta inter laudes permanens, in prædam non cedat diabolo.

33 Monachi nonnulli hæretici, cilicio ad speciem pietatis obiecti, cur de Pachomio multa audita accepissent, in ejusdem monasterium ingressi, ita Fratres quosdam sunt allocuti: Huc ab Abbate nostro ad magnum vestrum Pachomium sumus missi, ut ei diceremus: Si vere homo Dei es, et a Deo exaudientem te confidis, veni, ac pedibus solis usi flumen trajiciamus, ut pateat quis nostrum majorem in Deo fiduciam collocet. Quæ cum Fratres Pachomio renuntiassent, indignatus ille respondit: Quo modo talem eorum vos sermonem audire sustinistis? nescitis hæc propositiones a Deo et pietate nostroque vivendi instituto esse alienissimas? sed neque mundani homines qui sua sapiunt, ita sentire deprehenduntur. Quæ enim Dei lex, talia ut faciamus, præcipit? Quin etiam in sacris Evangeliorum libris Servator nobis mandat: Nesciat, dicens, sinistra tua quid faciat dextera tua. Hæc profecto cogitatione nihil infelicius, ut, peccata mea plangere, et qua ratione æternos ignes effugiam perpendere desinens; puer mente efficiar, talibus propositionibus anres animumque adhibendo. Interrogantibus autem Fratribus: Qui ergo fieri potest, ut hæresi quispiam infectus atque a Deo alienus ad rem tantam te provocare audeat? Quibus ille respondens dixit: Fieri potest ut, Deo permittente, per flumen, sic quasi per aridam, quis ingrediatur cacodæmonis opera adjutus, ad confirmandam hæresis suæ impietatem; nec irritus evadat ejus conatus, ad fidem aliquam faciendam his qui simili sunt errore decepti. Itæ ergo, et talium interrogationum bajulis a me renuntiate; Quoniam hæc dicit homo Dei Pachomius; Omnis meus conatus, omne studium eo tendit, non ut pedibus flumina trajiciam, sed ut despiciam quo modo judicium Dei possim evadere, et ejusmodi a satana immissis insultibus fieri superior. Hæc ubi dixit, Fratres una monuit ut de bonis suis operibus non magnifice sentirent, neque visiones aut dæmonum spectra optarent videre, neque Deum per istiusmodi postulationes tentarent, a quo, hæc tam absurda jam diu ante prævidente, in sacris Litteris admonemur, ubi hæc legimus, Non tentabis Dominum Deum tuum.

34 Contigit quodam tempore ut cum aliis quibusdam Fratribus in certo monasterii loco magnus sederet Pachomius, quando e Fratribus nonnemo, qui binas illo die storeas confecerat, eas ante cellam suam spectandas exposuit, versus eum potissimum locum in quo cum Fratribus agebat Pachomius. Hoc autem fecit, vanæ gloriæ captandæ desiderio abreptus, sibi que persuadens, magnopere se a Pachomio laudandum, utpote qui tantam suam diligentiam palam probaret, cum regula non nisi unani a singulis Fratribus quotidie stoream fieri jubeat. Sanctus itaque advertens ostentationis causa Fratrem

EX MSS
GRÆCIS
NOT. 22

in eodem situ
inventus est
mortuus;

ficum vero
parvulum
cupiens

invenit postri-
die exaruisse.

D
Docet Pachomius cavendam in ædificiis vanam gloriam,

et hospites ad miraculum provocantes repellit,

E

Mat 6, 3

demonstrans etiam hæreticis id per dæmonem licere:

F

Luc. 4 12,

Duas storeas pro una fecisse gloriantem,

A trem sic agere, et perspicue intelligens quæ illum ad hoc faciendum cogitatio impulisset, cum multis suspiriis hoc modo Fratres est allocutus : Videte Fratrem istum, qui a primo mane in hanc usque horam universum suum laborem diabolo gratis concessit, et ne particulam quidem ex eo in animæ propriæ solatium servavit, quoniam ab hominibus magis quam a Deo laudem consequi contendit. Cumque is suam quidem corpus laborando exhausserit, animam quoque suam ab omni laborum suorum fructu vacuam esse voluit. Vocatum itaque ad sese Fratrem, ut merebatur, acriter reprehendit, hoc insuper ei injungens, ut, orantibus Fratribus, binas suas storeas manibus teneas, post reliquos omnes consisteret, itaque loqueretur : Oro vos atque obsecro, Fratres, ut pro infelici anima mea Deum deprecemini, ut omnipotens Dominus delicta ejus condonare, ejusque velit misereri, ut quæ duas storeas pluris quam ipsum regnum cælorum putavit esse faciendas. Ac rursum cum ad comedendum Fratres discubissent, eadem denno ratione inter storeas suas medium consistere cum jussit, donec a mensa Fratres consurgerent. Quo peracto, ut quinque omnino mensium spatio cellulæ suæ includeretur præcepit, utque per singulos dies binas conficeret storeas, ac solo pane et sale vesceretur; ac denique e Fratribus nemo ullus cum eo haberet commercium.

35 Sed necesse est, antequam ad finem perveniamus narrationis, ut mentionem quoque faciamus sancti cujusdam Fratris, a atque in omni virtutum genere exercitissimi, et pauca quædam ad eorum qui simul vivunt ædificationem proferamus. Hic ergo felicis recordationis Frater, cum lepra esset infectus, separatam a reliquis cellam incolebat, solo panis cibatu vitam omnem transigens. Singulis porro diebus stoream conficiebat sic ut persæpe dum storeis conficiendis limes aptaret, a juncis manus ejus læsæ sanguinem emitterent, et ipsa met storeæ quas confecerat sanguinis expressi notas prælerrent. In tanta autem corporis infirmitate cum degeret, nunquam a communi Fratrum cœtu abfuit, neque somno unquam per diem indulsit, donec ad vitæ suæ terminum pervenit. Noctu autem, antequam ad somnum se componeret, nonnulla e sacris Litteris memoria repetere erat solitus, atque ita quieti indulgere, donec ad nocturnam conventionem pulsus daretur signum. Hunc cum Frater quidam visendi gratia convenisset, ac manus ejus, a conficiendis storeis cruentatas, esset contemplatus, dixit : Frater mi, ut quid ita laborando te occupas, cum præsertim molesti adeo morbi genere vexeris? putasne, si ab opere vaces, acedia propterea crimen apud Deum a te incursum iri? Novit profecto Dominus a laborando te a gritudine prohiberi, ac nemo unquam qui morbo simili teneretur, manuum sese laboribus addixit; cum præsertim ad laborandum a nemine compellaris. Alienos pascimus et mendicos; annon igitur magis convenit, ut tibi, homini nostro, et tanta sanctitate conspicuo, obsequium præstemus ex animo atque alacriter? Respondente autem sene; Quoniam fieri non potest, ut laborando me non occupem; rursum Frater : Si ergo tibi ita videtur; oro ut manus tuas oleo circa vesperam ungas, ut non tantopere tibi doleant. Quod Fratris consilium secutus senex, manus suas oleo perunxit. Verum post hoc remedium adhibitum, magis etiam quam ante juniorum acumine manus ejus sunt vulneratæ.

36 Tunc magnus Pachomus, hominis visendi causa cellam ejus ingressus, dixit : Putasne, Athenodore, quidquam te ab oleo accepisse solati? Quis enimvero huc te adduxit, ut laboris quem subis prætextu, per oleum potius quam per Deum, salutis recuperandæ spem conceperis? numquid enim Deus

sanare te non poterat? Verum ille majus animæ tuæ bonum sapienter dispensans, hac te infirmitate premi voluit. Tum alter ad magnum Pachomium : Percavi, inquit, o Pater, et peccatum meum detestor : sed oro te, ut tuis apud Deum precibus delicti hujus veniam mihi impetres. Testati porro sunt qui cum eo vixere seniores, quod integri anni spatio admittam a se culpam deflexerit, alternis solena diebus cibo utens. Hunc autem antequam adeo graviter morbo illo afficeretur, magnus Pachomius mittere erat solitus ad singula monasteria, in exemplum ac confirmationem Fratrum, propterea quod cum gratiarum actione suæ infirmitatis molestias perferre noverat.

37 Instituto rursum ad Fratres sermone sic adversus Idololatriam pronuntiavit, ut eam Atheismo haud absimilem esse assereret. Sed reponet fortassis e Gentilibus nonnemo: Minime ego dæmoniis, sed ipsi Deo cultum et venerationem exhibeo. Quamvis enim idola me habere non inficiet, attamen ipsas Dei virtutes per illa, sic quasi per Deos quosdam, invocandas mihi sumo, perque has ipsum Deum. Tantæ porro majestatis Numen non est putandum dolore inde aliquo affici (est namque illud doloris omnis prorsus expertus) quod alios sub se Deos habeat. Silentio, fateor, hæc potius oratio erat involvenda, donec id genus hominum per cordis compunctionem ad cognitionem veritatis vocare Deus fuerit dignatus, quemadmodum ejus mihi miseratione factum est. Sed quoniam ita Dominus præcepit : Gratis accepistis, gratis date; quod dicendum est, alacriter eloquamur. Ipso igitur mundi hujus principio, cum divinam jussionem Adamus violare non dubitasset, misero sane errore decepti mortales scriptam in eorum animis atque conscientiis legem, ipsamque rerum omnium tam admirandarum tamque variarum molitorem Deum agnoscere haudquam voluerunt, atque ita ipsimet Deos sibi fabricare sunt aggressi. Cujus quidem pessimi sane consilii origo in ipso jam tum Paradiso enata est, suggerente generis nostri hoste, Eritis sicut Di. Etenim, cum magna ille genus humanum invidia prosequatur, non id agebat, ut primi nostri parentes, sed ut ipsemet divinitatis rationem apud homines obtinere posset. Consequens namque erat, ut cum veri Dei sese dominationi subtraxissent mortales, non alium sibi deinceps putarent colendum, quam eum, qui Dei se hostem profiteretur acerrimum. Vitæ siquidem omnis extincto principio, mors sequatur necesse est. Quapropter postquam et concupiscentia mulierum, et ante eam fratricidium, ac gigantum deinde amentia sub Nemrodo invaluisset, et sola terrenarum rerum spe firmissime tenerentur mortales, factum est infinita supremi Numinis bonitate ut futuræ aliquando resurrectionis spes etiam quædam affulgere inciperet. Enoch, homine sanctissimo, et post hunc Elia, sic quasi in cælum translatis.

38 Quæ tamen commemoravimus mala in causa fuere cur aquarum eluvione mundum hunc, servato quamvis iusto, Deus ad iracundiam provocatus punierit. Attamen cessante dein supplicio, idem longanimis et misericors Deus auxilium suum homini, libera omnino voluntate prædito, non denegavit; homini inquam libero, seu malum seu bonum eligere tandem statuat (omnia namque lient, sed non omnia expediunt) legem igitur per Moysen, qua viveret, præscripsit; ac talem quidem legem, quæ non verbo uno mandatove absolveretur, quemadmodum in Paradiso, cum dixit, De ligno scientiæ boni et mali ne comedas; sed qua Dei ipsius veluti manu duceretur homo cæcitate pressus, et singillatim edoceretur, qui sentire quid loqui recte posset ac deberet: qua ratione cum bellum esset gerendum, circum-

D
EX MSS.
GRÆCIS.

Docet idololatriam Atheismo non dissimilem,

E

Mat. 10. 8.
in Paradiso habuisse principium :

F

Hinc scelera et scelerum puniō.

Nova deinde lex per Moysen data.

1 Cor. 6. 13

Gen. 2. 17

acriter castigat.

a
Leprosum Fratrem

c
et nihilominus laborantem usque ad cruentandas manus,

tandemque persuasum inungere eas

docet potius abstinere ab opere.

A nos quinq̄ue et octoginta. reponēbat in cella. Res alias complures laudē dignissimas sanctus ille senex præstitit.

EX MSS
GRÆCIS
NOR. 22

*in eodem situ
inventus est
mortuus ;*

30 Hujus nos extremis temporibus viximus, quando solita enī ratione mortuum reperimus. Solita namque in sede considens, et funes de more conficiens, animam Creatori reddidit. Nec repente homo sanctus e vita migravit, ut ne minora apparerent præclara justī hujus facta, sed morbis haud aliter atque ceteri homines vexatus fuit. Nunquam tamen persuaderi potuit ut ad infirmorum sese locum conferret, propterea quod nec Fratrum ministerio, ut reliqui infirmi, nec cibis quibus ægri vescebantur, uti ipse in animum induceret. Sed neque cum ægrota- ret unquam decubuit, nec sedenti pulvinar aut quid aliud, ut commodius ipsi esset, adhiberi est passus. Nemo ei cum moreretur adfuit, sed ita ut in sella consederat, ac funes etiamnum manibus retinens, et solito quasi more plectens, mortuus est re- pertus. Istud vero auditu mirabile, quia scilicet illum ratione sepulture tradiderimus. Etenim cum pedes ejus extendi nequirent, propterea quod instar ligni obriguissent, neque manus corpori possent admo- veri, nec pellicea sui illa veste exui ipse posset, quasi lignorum fascis sepulcro fuit inferendus.

*sicut vero
parvulum
cupiens*

B 31 Ad hunc ergo quem descripsi hominem conversus Pachomius, fœum ut succidat jubet. Verum is : Nequaquam ait, o Pater, ita fiat, quoniam ingentem fructuum copiam ex ea in Fratrum usum colligere solemus. Advertens autem Pachomius magnum hinc homini dolorem nasci, ne tristitiam ejus auget, urgere amplius noluit : noverat quippe vir sanctus vitam hujus hortulani, insignem prorsus et admirandam apud præcipuos æque et infimos. Secuto deinde die ficus reperta est omnino exaruisse, sic ut ne viride quidem folium aut fructus ullus in ea reperiretur. Quod simul atque beatus Jonas conspexit, majori fuit tristitia affectus, non ob jacturam arboris, sed suæ inobedientiæ causa; quod, cum magnus Pachomius, ut ficus succideretur imperasset, non continuo eam excidendo fuisset obsecutus.

*invenit postri-
die exaruisse.*

ANNOTATA.

a Quot supra Numismata sive nummos, tot hic nominantur Holocotini : quod si verum est Artabastres, facere decem modios frumenti (sicuti in Margine notavit Hervetus apud Lipomanum) grandis prælii fuerit hoc numisma, quandoquidem ut summum quinque Artabas pro uno Holocotino haberi poterant isto tempore per Ægyptum. Alibi tolem nummum necdum nominatum inveni, ipsiusque nomen dissimulanter præterivit Her- vetus Ἡρόδοτος Aristoteli Oleaster est, quid si etiam ipse ejus fructus? ejus ponderi respondens par auri quanti- tas, solita fuerit subdividi in species minutiores : sicuti uncia (quæ Romanis est duodecima pars libræ) subdivi- ditur varie : atque ita Holocotinus fuerit nummus, in- tegri auri unciam vel amplius appendens, pro ratione Cotini, respectu libræ cujus hic pars aliquota sit.

C b Habuit ergo novis bis mille sexcentas Artabas fru- menti, id est (secundum æstimationem Herveti) modios 8666 1/3.

c Hac æstimatione pro 100 Holocotinis, habuit Pa- chomius Artabas 550 id est modios 1831 2/3.

d Sutor, coriarius, Græce σιδυτορ a Σκυτερς, corium, pellis : Hervetus nescia qua ex causa Scytensem reddi- dit.

CAPUT IV.

Vanam gloriam in se aliisque coerces Pachomius. Idololatriæ originem et vanitatem explicat. Athenodori leprosi virtus.

Locum, in quem orationis causa conveniretur.

ædificari fecerat Pachomius, porticibus et columnis super bases dispositis insigniter exornatum; quamobrem non parum adamabat ædificium, sibi que plau- debat quod insigne opus ad finem perduxisset. Sed cum hanc animi sui affectionem animadverteret ex diabolica fraude ortam, ut propter exstructi Ora- torii pulchritudinem lætitia efferretur; funes parari, eosque columnis aptari jussit, et instituta primum oratione. Fratrum usus opera, columnas omnes ad terram inclinari, atque ut sic curvæ manerent, im- peravit. Ad Fratres deinde conversus: Oro, inquie- bat, vos Fratres, ne manuum vestrarum opera ad ostentationem pulchra admodum esse unquam velitis; sed magis studium vestrum sit, ut, si quid ali- quando in his quæ facitis, per Christi gratiam et do- num, sit quod laudem aereatur; mens tamen vestra incorrupta inter laudes permanens, in prædam non cedat diabolo.

D
Docet Pachomius cavendam in ædificiis vanam gloriam,

33 Monachi nonnulli hæretici, cilicio ad speciem pietatis obiecti, cum de Pachomio multa audita accepissent, in ejusdem monasterium ingressi, ita Fra- tres quosdam sunt allocuti: Huc ab Abbate nostro ad magnum vestrum Pachomium sumus missi, ut ei diceremus: Si vere homo Dei es, et a Deo exaudien- dum te confidis, veni, ac pedibus solis usi flumen trajiciamus, ut pateat quis nostrum majorem in Deo fiduciam collocet. Quæ cum Fratres Pachomio renuntiassent, indignatus ille respondit: Quo modo talem eorum vos sermonem audire sustinistis? nescitis hæc propositiones a Deo et pietate nostroque vivendi instituto esse alienissimas? sed neque munda- ni homines qui sua sapiunt, ita sentira deprehenduntur. Quæ enim Dei lex, talia ut faciamus, præcipit? Quin etiam in sacris Evangeliorum libris Ser- vator nobis mandat: Nesciat, dicens, sinistra tua quid faciat dextera tua. Hac præfecto cogitatione nihil infelicius, ut, peccata mea plangere, et qua ratione æternos ignes effugiam perpendere desinens; puer mente efficiar, talibus propositionibus aures animumque adhibendo. Interrogantibus autem Fra- tribus: Qui ergo fieri potest, ut hæresi quispiam infectus atque a Deo alienus ad rem tantam te pro- vocare audeat? Quibus ille respondens dixit: Fieri potest ut, Deo permittente, per flumen, sic quasi per aridam, quis ingrediatur cacodæmonis opera adjutus, ad confirmandam hæresis suæ impietatem; nec irritus evadat ejus conatus, ad fidem aliquam faciendam iis qui simili sunt errore decepti. Ite ergo, et talium interrogationum bajulis a me renuntiate; Quoniam hæc dicit homo Dei Pachomius; Omnis meus conatus, omne studium eo tendit, non ut pedibus flumina trajiciam, sed ut despiciam quo modo judicium Dei possim evadere, et ejusmodi a satana immissis insultibus fieri superior. Hæc ubi dixit, Fratres una monuit ut de bonis suis operibus non magnifice sentirent, neque visiones aut demonum spectra optarent videre, neque Deum peristiusmodi postulationes tentarent, a quo, hæc tam absurda jam diu ante prævidente, in sacris Litteris admone- mur, ubi hæc legimus, Non tentabis Dominum Deum tuum.

*et hospites
ad miraculum provocan-
tes repellit,*

E

Mat 6, 3

34 Contigit quodam tempore ut cum aliis qui- busdam Fratribus in certo monasterii loco magnus sederet Pachomius, quando e Fratribus nonnemo, qui binas illo die storeas confecerat, eas ante cel- lam suam spectandas exposuit, versus eum potissi- mum locum in quo cum Fratribus agebat Pachomius. Hoc autem fecit, vanæ gloriæ captandæ desiderio abreptus, sibi que persuadens, magnopere se a Pa- chomio laudandum, utpote qui tantam suam diligen- tiam palam præbaret, cum regula non nisi unam a singulis Fratribus quotidie stoream fieri jubeat. Sanctus itaque advertens ostentationis causa Fra- trem

*demonstrans
etiam hæreti-
cis id per dæ-
monem licere.*
F

Luc. 4 12,

*Duas storeas
pro una fecisse
gloriantem,*

A trem sic agere, et perspicue intelligens quæ illum ad hoc faciendum cogitatio impulisset, cum multis suspiriis hoc modo Fratres est allocutus: Videte Fratrem istum, qui a primo mane in hanc usque horam universum suum laborem diabolo gratis concessit, et ne particulam quidem ex eo in animæ propriæ solatium servavit, quoniam ab hominibus magis quam a Deo laudem consequi contendit. Cumque is suum quidem corpus laborando exhausserit, animam quoque suam ab omni laborum suorum fructu vacuam esse voluit. Vocatum itaque ad sese Fratrem, ut merebatur, acriter reprehendit, hoc insuper ei injungens, ut, orantibus Fratribus, binas suas storeas manibus tenens, post reliquos omnes consisteret, itaque loqueretur: Oro vos atque obsecro, Fratres, ut pro infelici anima mea Deum deprecemini, ut omnipotens Dominus delicta ejus condonare, ejusque velit misereri, ut quæ duas storeas plurisquam ipsum regnum cælorum putavit esse faciendas. Ac rursum cum ad comedendum Fratres discubissent, eadem denno ratione inter storeas suas medium consistere cum jussit, donec a mensa Fratres consurgerent. Quo peracto, ut quinque omnino mensium spatio cellulae suæ includeretur præcepit, utque per singulos dies binas conficeret storeas, ac solo pane et sale vesceretur; ac denique e Fratribus nemo ullos cum eo haberet commercium.

B 35 Sed necesse est, antequam ad finem perveniamus narrationis, ut mentionem quoque faciamus sancti cujusdam Fratris, a atque in omni virtutum genere exercitissimi, et pauca quadam ad eorum qui suam vivunt ædificationem proferamus. Hic ergo felicis recordationis Frater, cum lepra esset infectus, separatam a reliquis cellam incolebat, solo panis cibatu vitam omnem transigens. Singulis porro diebus stoream conficiebat sic ut persæpe dum storeis conficiendis funes aptaret, a juncis manus ejus læsæ sanguineu emitterent, et ipsa met storeæ quas confecerat sanguinis expressi notas præferrent. In tanta autem corporis infirmitate cum degeret, nunquam a communi Fratrum cœtu abfuit, neque somno unquam per diem indulsit, donec ad vitæ suæ terminum pervenit. Noctu autem, antequam ad somnum se componeret, nonnulla e sacris Litteris memoria repetere erat solitus, atque ita quieti indulgere, donec ad nocturnam conventionem pulsus daretur signum. Hunc cum Frater quidam visendi gratia convenisset, ac manus ejus, a conficiendis storeis cruentatas, esset contemplatus, dixit: Frater mi, ut quid ita laborando te occupas, cum præsertim molesti adeo morbi genere vexeris? putasne, si ab opere vaces, acediae propterea crimen apud Deum a te incursum iri? Novit profecto Dominus a laborando te a gritudine prohiberi, ac nemo unquam qui morbo simili teneretur, manuum sese laboribus addixit; cum præsertim ad laborandam a nemine compellaris. Alienos pascimus et mendicos; annon igitur magis convenit, ut tibi, homini nostro, et tanta sanctitate conspicuo, obsequium præstems ex animo atque alacriter? Respondente autem sene; Quoniam fieri non potest, ut laborando me non occupem; rursum Frater: Si ergo tibi ita videtur; oro ut manus tuas oleo circa vesperam ungas, ut non tantopere tibi doleant. Quod Fratris consilium secutus senex, manus suas oleo perunxit. Verum post hoc remediū adhibitum, magis etiam quam ante juniorum acumine manus ejus sunt vulnerate.

C 36 Tunc magnus Pachomius, hominis visendi causa cellam ejus ingressus, dixit: Putasne, Athendodore, quidquam te ab oleo accepisse solatii? Quis enim vero huc te adduxit, ut laboris quem subis prætextu, per oleum potius quam per Deum, salutis recuperandæ spem conceperis? nunquid enim Deus

sanare te non poterat? Verum ille majus animæ tuæ bonum sapienter dispensans, hac te infirmitate premi voluit. Tum alter ad magnum Pachomium: Peccavi, inquit, o Pater, et peccatum meum detestor: sed oro te, ut tuis apud Deum precibus delicti hujus veniam mihi impetres. Testati porro sunt qui cum eo vixere seniores, quod integri anni spatio admisso a se culpam deflexerit, alternis solida diebus cibo utens. Hunc autem antequam adeo graviter morbo illo officeretur, magnus Pachomius mittere erat solitus ad singula monasteria, in exemplum ac confirmationem Fratrum, propterea quod cum gratiarum actione suæ infirmitatis molestias perferre noverat.

37 Instituto rursum ad Fratres sermone sic adversus Idololatriam pronuntiavit, ut eam Atheismo haud absimilem esse assereret. Sed reponet fortassis e Gentilibus nonnemo: Minime ego demoniis, sed ipsi Deo cultum et venerationem exhibeo. Quamvis enim idola me habere non inficiet, attamen ipsas Dei virtutes per illa, sic quasi per Deos quosdam, invocandas mihi sumo, perque has ipsum Deum. Tantæ porro majestatis Numen non est putandum dolore inde aliquo affici (est namque illud doloris omnis prorsus expertus) quod alios sub se Deos habeat. Silentio, fateor, hæc potius oratio erat involvenda, donec id genus hominum per cordis compunctionem ad cognitionem veritatis vocare Deus fuerit dignatus, quemadmodum ejus mihi miseratione factum est. Sed quoniam ita Dominus præcipit: Gratis accepistis, gratis date; quod dicendum est, alacriter eloquamur. Ipso igitur mundi hujus principio, cum divinam jussionem Adamus violare non dubitasset, misero sane errore decepti mortales scriptam in eorum animis atque conscientiis legem, ipsumque rerum omnium tam admirandarum tanque variarum molitorem Deum agnoscere haudquaquam voluerunt, atque ita ipsimet Deos sibi fabricare sunt aggressi. Cujus quidem pessimi sane consilii origo in ipso jam tum Paradiso enata est, suggerente generis nostri hoste, Eritis sicut Dii. Etenim cum magna ille genus humanum invidia prosequatur, non id agebat, ut primi nostri parentes, sed ut ipsemet divinitatis rationem apud homines obtinere posset. Consequens namque erat, ut cum veri Dei sese dominationi subtraxissent mortales, non alium sibi deinceps putarent colendum, quam eum, qui Dei se hostem profiteretur acerrimum. Vitæ siquidem omnis extincto principio, mors sequatur necesse est. Quapropter postquam et concupiscentia mulierum, et ante eam fratricidium, ac gigantum deinde amentia sub Nemrodo invaluisse, et sola terrenarum rerum spe firmissime tenerentur mortales, factum est infinita supremi Numinis bonitate ut futuræ aliquando resurrectionis spes etiam quædam adfulgere inciperet. Enocho, homine sanctissimo, et post hunc Elia, sic quasi in cælum translatis.

38 Quæ tamen commemoravimus mala in causa fuere cur aquarum eluvione mundum hunc, servato quamvis Justo, Deus ad iracundiam provocatus punierit. Attamen cessante dein supplicio, idem longanimis et misericors Deus auxilium suum homini, libera omnino voluntate prædito, non denegavit; homini inquam libero, seu malum seu bonum eligere tandem statuat (omnia namque licent, sed non omnia expediunt) legem igitur per Moysen, qua viveret, præscripsit; ac talem quidem legem, quæ non verbo uno mandatove absolveretur, quemadmodum in Paradiso, cum dixit, De ligno scientiæ boni et mali ne comedas; sed qua Dei ipsius veluti manu duceretur homo cæcitate pressus, et singillatim edoceret, quid sentire quid loqui recte posset ac deberet: qua ratione cum bellum esset gerendum, circum-

D
EX MESS.
GRÆCIS

Docet idololatriam Atheismo non dissimilem,

E

Mat. 10. 8.
in Paradiso habuisse principium:

F
Hinc scelera et scelerum punitio.

Nona deinde lex per Moysen data.

1 Cor. 6, 12

Gen. 2, 17

acriter castigat.

a
Leprosum Fratrem

C
et nihilominus laborantem usque ad cruentandas manus,

tandemque persuasum inungere eas

docet potius abstinere ab opere.

A specte ageret ac loqueretur : quo modo pro natis recens liberis et pecoribus, pro agrorum frugibus, pro vitibus, proque aliis fructibus, et universa possessione gratiarum actiones supremo omnium Domino persolveret; eorumdem illum suppliciorum metu exterrens, quibus homines quondam universi perire, veluti in Ægypto multas suas et magnas virtutes ostendit atque in mari Rubro, ut qui horum omnium memoriam conservarent, Dei semper timorem haberent ob oculos; maxime cum datam per Moysen legem suo ipse digito Deus exarasset. Quæ porro cum hæc daretur, admiranda contigerunt? Mons scilicet ardere est conspectus, flammæ in ipsum sese penetrabat cælum, tubarum vehementes exauditi clangores, multaque alia. Israelitas etiam non aliter ac benignissimus pater fovebat Deus, de die quidem nebula illos obumbrans, noctu autem clarissimi ignis fulgore viam ostendens; nutriens eos, nullo eorumdem labore, pane cælitus curato, atque ita occasionem eripiens desiderandi alia ciborum genera; nade intemperantium quorundam vitio sepulera extitere concupiscentiæ. Aquæ etiam ad potandum non semel cum defecissent, non aliter ac filios carissimos habuit, ad optima quæque per Moysen eos hortatus; qui ipse quoque imitandos sibi proposuerat Patres Abraham, Isaac et Jacob, et sanctum ipsam Joseph, eorum qui vere Patres sunt verissimam imaginem.

39 Verum, inquiet aliquis, cur non ab initio tantum de nobis curam suscepit Deus? Cui repono, quod eam nunquam curam Deus deponat, cum quem ipsemet in sanctitate et veritate ad imaginem suam efformavit hominem non possit non amare. Hinc et ex veteri Lege non paucis nobis adsunt rei hujus testes, Judæi potissimum, qui veritatem ut in se est, cognoscunt pariter et fatentur. Ipse enim dixit, Ego qui loquebar ecce adsum; et conscripti a Moysese libri ab ipsomet Deo initium cepere ac finem. Fateamini ergo omnes de tribu Juda, quod primitus data lex ab omnipotente Deo profecta sit. Deinde vero cum sic quasi proprium et ejusdem vobiscum tribus in non exiguam vestram gloriam ipsum Dei viventis habeatis Filium, hunc Deum avido complexu accipite, non meis solum, sed et sanctorum omnium, et prophetæ Baruch verbis persuasi, ut non exteris solum gloria hæc contingat: neque enim tibi soli Deus est habendus, cum illius te oporteat esse memorem quod scriptum est, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dicite, an non infidelius id conamini persuadere, quod non alius sit Deus quam qui est unus, quodque is demones a filiis et famulis suis nequaquam haberi velit ut Deos? Etenim comminando ita scribit: c Subvertetur penitus universa nostra civitas Israel, homines et quæ in ea sunt, vendentur, quoniam omnino admittere statuit Deos qui non sunt d.... Vos igitur a ventura ira tempestive fugite; imprimis autem aliunde inductam eorum pluralitatem execrantes, nostrum pariter et vestrum omnium benefactorem, Deum fatemini et adorate. Non enim longe est ab unoquoque nostrum; in ipso tamque vivimus et movemur et sumus, ut veritatis prætor Paulus Atheniensibus quondam dixit. Cumque idola omnia sensus omnis ac motus videamus expertia, et a patribus acceperitis divinum quid in iis adorari, ei potius cultum hunc deferte, quem a Deo progenitum novimus, verum Deum, ac nostri causa hominem factum, Christum Jesum, qui omnes sub se Sanctos habet, Martyres, Prophetas, Apostolos, et plura solus, quam illi omnes, præstitit. Quemadmodum autem lapis pretiosus, ut valorem suum hominibus probet, duorum aut trium testimonio opus non habet (ipse namque per se adamus admirationem sui parit) ita et tu, cum homo sis, ab homine iisdem

tecum infirmitatibus naturæ obnoxio, facilius ad vitam æternam perducendus es.

40 De testimonio autem quod de ipso perhibuerunt Sancti, non pauca sunt conscripta, si modo sanum quis intellectum habeat, non solum de illius in carnem adventu et apparitione, sed de te etiam ipso qui Gentilis es. Suam namque tibi hereditatem Deus paravit, non ignorans forte ut Gentes illi sese obsequentiores præberent, quam ipsi qui non crediderunt Judæi. Noli itaque nimia illa tua incredulitate solum rerum omnium Dominum ab animo tuo repellere. Etenim si ab homine propter hominem genitus est, attamen ex natura sua habet ut unus sit, hoc est Deus, quemadmodum per ea quæ luce palam gessit, satis ac super declaravit. Sed, dices, si talis est fides et gloria Christianorum, cur inter ipsos met rarus admodum est qui sic firmiter credat? Fatendum id equidem. Verumtamen cum sui omnino arbitrii sit homo, si non firmissima voluntate fidei adherere statuerit, neque ad sustinendum pro divinum mandatorum observatione certamen fortiter se comparaverit, mox a carnis suæ desideriis allectus, animo cadit: sed qui vere fortis est athleta, nunquam eum respicit qui in aliquo superari se permittit; sed victores solos considerat, eosque in pulchrum et utile sibi ad similem coronam consequendam exemplum proponit, certus vel mortem ipsam victoriæ et coronæ causa oppetere. Scrutare quantum potes fide adjutus, et per omnia Domini vobis bonitas innotescet. Quin et de ipsis quoque Judæis certa nobis spes est, forent ad Patrum suorum Abraham, Isaac et Jacob fidem aliquando, si velint, revertantur, et quem olim ignorabant Deum, unigenitum Dei filium, propter homines quos ipse formaverat incarnatum, agnoscant, scrutantes quas ipsi ante nos, quasque deinde omnes pariter accepimus, Scripturas sacras: in propria siquidem venit: agnoscant, inquam, eum loquentem pariter et præsentem: sin tantum (quod absit) boni respuant, dicet ipsis; Inventus sum his qui me non requirebant; iis etiam, qui idololatriæ errore abducti erant apparui, quamvis ipsi me non quærent.

41 Sed si quis dicat: Quoniam dicitis Deum pariter esse hominem, licet omnium existat creator, non credo; nihil ille mirum facit aut insolitum. Sic namque Moysi Prophetæ gloriosissimo contigit, in cujus faciem intueri nequibant Israelitæ: inter quos plures increduli, Prophetam eum a Deo missum negabant, et lapidibus parabant obruere. Jesus vero Nave, qui ejus plane nomen et figuram habuit, a quo dictum est, Venio congregare omnes gentes; non solum Moysi, famulo Dei credidit, sed Dominum quoque vocare non dubitavit dicens, Domine mi Moyses, populum colube: hanc ob causam Moysis quoque ille successor extitit. Similiter et Chaleb et alii complures Deo sumroopere ejus causa ut placerent promeriti sunt. Ipse etiam qui Christi nomine insignitur, si non in hominem interiorem oculos mentis conjiciat, si ad exemplum Evæ ab interioribus ad exteriora concupiscenda mentem suam averterit, si non constanter virtutem et gloriam habitantis in nobis Christi cum metu et tremore perpenderit, nonne et ipse Judæorum similis est futurus, et, diversa quamvis ratione, cruci Christum affiget? tam enim perverse is aget qui secundam contempturus est legem, quam qui primam habebit contemptui, ut dicitur: In quantum feceritis. Sed eveniat ut omnes Judæi, Gentiles, Christiani, atque ipsi etiam Barbari, per Domini nostri Jesu Christi gratiam, salute potiantur: salvavit quippe eum dextera ejus et brachium sanctum ejus, ad inimici ejus confusionem. Eveniat ut ita pariter omnes inveniamur in regno cælorum, cum omnibus qui ab initio fuerint Sanctis, quique

D

et Christi divinitas satis clare demonstratur

tam iis, qui fidem firmiter tenent, E

quam ipsismet Judæis,

F qui propter solum animi obcecationem tantum arcana non capiunt.

EX MSS. GRÆCIS.

et firmata prodigiis.

Propter quod grato animo agnoscendus Deus

Is. 52. 6.

Mar. 12. 31
Bar. 4, 3
et aliis indicandis:

Mat. 22, 39

e

cum præsertim non longe sit unoquoque nostrum, Act. 17. 28

A quique Deo altissimo hymnos concinaunt in secula seculorum. Hæc locutus Pater noster Pachomius, alio abiturus surrexit, lætus quod concessum sibi a Domino talentum non absconderat: factaque oratione, Fratres non minus lætos a se dimisit, quod Dei bonitatem ex dictis abunde perspexissent.

ANNOTATA.

a Apud Lipomanum cap. 87 dicitur omnem hominum laudem superare et appellari Zacchæus: quod encomium Zachæo, in locum nimis cupidi fratris ad procurationem negotiorum suscepto, datur supra num. 23, ubi idem opud eundem Lipomanum vocatur Tachæus pro Zachæus. At infra nomen Athenodori expressè hic ponitur, omissum in MS. quo usus Hervetus.

b Græce Κελεζός, quod Hervetus mutilum vertit: sed sequestratio cellæ et morbi gravitas infra exaggerata, persuadet leprosum intelligi, qui fuerit n Fratrum convictu separandus morbi illius causa.

c Nundum inveni Scripturam unde hæc sumpta videri possint.

B d Sequuntur in Græco lineæ aliquot, ex quibus commodum sensum extundere non valens, ipsas malui feliciori conjectori relinquere, cum absque iis utcumque subsistant cetera præcedentia atque sequentia.

PRÆCEPTA S. PACHOMII

Ex Græco MS. Florentino.

Hoc est principium Foundationum.

i Quando audieris sonum appellatam te ad ecclesiam, vade meditandus usque ad januam ecclesiæ, ad hoc ut ores.

ii Nemo orantes Fratres circumspiciat.

iii Si quis riserit aut locutus fuerit in ecclesia, pœnitentiam suscipiat ante altare.

iv Qui de die ad ecclesiam venire neglexerit, pœnitentiam accipiat: qui autem noctu a trina precatione abfuerit, a pœnitentiam similiter accipiat.

v Nemo exeat ecclesia, quo tempore Fratres orant, non petita facultate.

vi Ab ecclesia dimissi, meditemini usque dum monasterium fueritis ingressi.

vii Nemo, dum meditationi vacatur, caput habeat coopertum.

viii Nemo Fratres comedentes circumspiciat, neque ad meliora manum extendat.

C ix Si quis immodestiæ vitio abreptus, in loco comestionis riserit aut locutus fuerit, pœnitentiam accipiat.

x Qui preces persolvere neglexerit, dum comedit pœnitentiam faciat, aut jejunos revertatur.

xi Si qua re inter comedendum opus fuerit, non loqueris, sed pulsabis.

xii A mensa revertens, ne multo utaris sermone.

xiii Nemo, dum comedit, caput huc illud ad mensæ apparatus aut cibos Fratrum curiosius inspiciendos vertat.

xiv Fratri ægrotanti necessaria procuret Abbas, requirens ea pro loco infirmorum.

xv Nemo, cum ægrotat, ex iis comedat aut bibat vasis, e quibus Fratres reliqui, sed seorsim comedere jubebitur, subministratis omnino necessariis.

xvi Si quis ad monasterium accesserit volens fieri Novitius, precationem ei Evangelicam porrigent, et psalmos docebunt. Maneat porro ad monasterii fores, ibique probetur; quidquid autem alii norunt Fratres, istic et ipse addiscat. b Quo facto, secularibus eum vestibus exuent, et Novitiorum habita vestient.

xvii Vestes quas exuerit aut alia ejus res quæ-

cumque in potestate erunt communitatis, prout monasterii Pater statuerit.

xviii Si quos homines, seu clericos seu monachos, in monasterium ingredi contigerit, hoc modo eos excipient. Pedes quidem ipsis lavabunt, quemadmodum in Evangelio præcipitur, et omnia hospitalitatis officia exhibebunt. Similiter si homines seculares ad monasterium accesserint, eodem officiorum genere excipiendi erunt.

xix Nemo in domo spirituali comedat, sed potius in dominica vel in monasterio ejusdem fidei. c

xx Quando Fratribus paratur cibus, nemo ex eo quidquam degustet, sed neque garum, d neque vinum bibant.

xxi Nemo solus mittatur ad laborandum, sed bini semper proficiscantur.

xxii Quando ad laborandum evocabuntur Fratres, nemo ab opere excusetur; non quærant etiam quo sint egressuri: præcedit enim eos, Hegumenus, sicuti Præsidentem Provinciæ e viatores sui.

xxiii Nemo laborantium inter cædendum ligna loquatur, sed pii quidquam meditabuntur, servato silentio.

xxiv Nemo inter laborandum sedeat, nisi jubeatur. E

xxv Nemo olus ex horto decerpat, non conscio Hortulano.

xxvi Nemo Fratrum uvam aut herbam aut quidquam ex agris sumere audeat, antequam detur sigillis.

xxvii Si forte inter herbas fructus aliquos repere- rint; illos ne comedant; sed collectos ad plantarum radices deponant, donec is qui curam habet colligat.

xxviii Nemo sibi quidquam putet permissum.

xxix Nemo rem ullam possideat præter ea quæ viritum f dantur et præter vestimentum; ut sunt, bina lebitonaria et semitrita storea, pellis, melotes, sandalia, duo cuculli, zona, et baculus.

xxx Nemo sine Patris facultate quoquam abeat.

xxxi Nemo extra constitutam sibi cellam dormiat.

xxxii Nemo exeat monasterio absque Patris licentia.

xxxiii Nemo in eo in quo dormit loco vicinam alloquetur.

xxxiv Nemo lecto suo quidquam substernet, nisi forte stoream.

xxxv Nemo, nisi cum ægrotat, totum suum corpus perunget, neque lavabit aut absterget se g indecenter.

xxxvi Nemo in tenebris cum Fratre habebit sermones.

xxxvii. Nemo alterius manum aut aliud quid apprehendet.

xxxviii. Sive consistas sive arubules, cubiti saltem unius spatium intersit; quod, cum sedebis, similiter erit observandum.

xxxix. Nemo sine Patris licentia caput radat.

xl. Nemo, nisi ad hoc constitutus, caput alterius radat.

xli. Nemo, non requisito Patre, e rebus alterius quidquam admittat.

xliv. Nemo asinum nudum cum alio inscendat.

xliv. Nemo sine superioris venia in opificum officinas ingrediatur.

xliv. Nemo vela proprio Fratre quidquam accipiat in depositum.

xlv. Nemo in officina Fratrum panem pansen- tium loquetur; sed taciti meditabuntur usque dum cessabunt ab opere: si qua re indigeant, non sermone sed pulsu id significant.

xlvi. Si quis Fratrum e vita migraverit, nemo excusetur ab ejus funere in montem deducendo.

xlvii. Nemo inter eundem præcedat Hegumenum.

D
EX MSS.
GRÆCIS.

c

d

e

f

g

F

VIDE ACTA
GRÆCA

a

C

b

A XLVIII. Nemo perficiat opus aliquod absque Patre; et ipsi cedant omnes h.

EX MS.
h

XLIX. Nemo in Virginum monasterium abeat, ut quampiam illarum visat, nisi qui ad id statuti sunt seniores, qui necessaria quoque ipsis subministrant.

L. Hæc porro qui neglexerit, absque omni contradictione pœnitentiam suscipiat, ut æterno in cœlis regno potiatur in Christo. Amen.

ANNOTATA.

a In prolixioribus Regulis ab Hieronymo Latine redditis num. 10 additur causa discriminis, quoniam nocte corporis infirmitati plus aliquid conceditur: videturque agi non de iis qui a Synaxi diurna seu nocturna omnino abfuerint, sed qui tantillum serius venerint post unam aut tres orationes, eas scilicet quæ velut preparatorix sunt ad consueti Officii canonem.

b Nota est distinctio Magni et Parvi habitus; et utriusque conferendi ritum posteriori tempore ordinatum habes apud Goar in Euchologio. Parvus dabatur novitiis, Magnus post expletum probationis tempus monachis, ut vos loqueremur, professis. Ἀποστατικὸς autem, id est renuntians, hic intelligitur novitius.

B c Postremum hoc addi videtur propter monasterium Arianorum vel Origenistarum: quæ non potuerunt iis temporibus defuisse, maxime si monasterium intelligas in prima ac propria significatione, in quo unus aliquis solitarius degit: vel duo tantum simul aut paulo plures: Quæ autem spiritualis quæ dominica Domus dicatur non facile est divinat: fortassis Dominica dicitur hospitium seu diversorium publicum, ad Domini, puta Cæsaris jus pertuens: spiritualis autem locus aliquis deliciosus, liberum ærem undique admittens, nec satis clausus honestati.

d Sic in Regula prolixiori 44 Vinum et liquamen absque loco ægrotantium nullus contingat: dicitur autem garum a nomine piscis ex quo præstantius ad aliorum ciborum condimentum conficiebatur.

e Ecgraphum nostrum hoc loco mutilum videtur, sic enim habebat: ὁ γὰρ Ἡγεμόνος προαξήται αὐτῶν προπορεύεσθαι quod supplemus, corrigimusque per conjecturam, προαξήται autem dici videtur a προάγω, prægredior, præcedo, unde πρόαξις progressus, et hinc προαξίτης, quod Viatorem reddidi: nam Viatores Latinis, teste Festo, dicebantur qui magistratibus apparent, unde et apparitores appellantur. Si liceret syllabam addere ut fiant προαξήται, fascigeros seu securigeros verterem, quales Consulibus et Proconsulibus aliisque supremis magistratibus Romani jungebant, in publicum progressuris.

C f Viri tim interpretor, quod Græce παρὰ τῆς κεφαλῆς quasi in caput seu capitatum.

g Græce ζακῶς male: ita Regula prolixior 92 Nemo Lavabitur aqua nudo corpore: quin et cum abluendæ erant vestes, monet Regula 99 Nemo lavet retractis in altum vestibus plusquam statutum est.

h Græce Μηδεὶς πληροποιήσῃ παρὲς τοῦ Πατρὸς, καὶ πᾶν πρόσφατον παρὲς αὐτοῦ: quod ut recte Latine reddiderimus, vereor: nam sicut πληροφορέω vorium habet significationem: ita et de πληροποιέω, licet melioribus scriptoribus ignoto, cogitare possumus, habere hic propriam aliquam et nobis necdum compertam notionem.

EPISTOLA AMMONIS EPISC.

VIDE PAG. 63 * AD THEOPHILUM PAPAM ALEXANDRIÆ

De conversatione et particulari vita SS. Pachomii et Theodori.

Ex MS. Florentino, eodem Interprete.

Quandequidem Sanctorum Dei famulorum amator

insignis existens, eorundem queque in vivendo puritatis innocentiaque imitator egregius semper esse studuisti, sanctumque Theodorum, eorum, quos Thebæ Thabennesios vocant, Patrem, multorum sermonibus ubique commendatum, adloiri per sæpe solitus es; eam mihi imposuisti curam, ut quæcumque per integri triennii spatium, quo in Monachorum illorum societate et monasterio versatus sum, sive narratione eorum qui pariter cum Sanctis Dei hominibus instituti sunt de Theodoro intellexi, sive quæ meis ipse oculis spectare haud fui indignus, ad te, Pater venerande, perscriberem. Hæc igitur ipsa tibi putavi manifestanda, Sanctorum virorum Deum suppliciter orans, ut puram atque exactam rerum quas Sanctitatis tuæ jussu, qua possum diligentia maxima, describendas sumpsi, memoriam mihi sufficiat.

CAPUT I.

A Theodoro susceptus juvenis ex suis magistris discit quædam de prophetico utriusque spiritu et arcanorum cognitione.

E

S Septem omnino ac decem vitæ numerabam annos, cum, factus Christianus, beatum Pontificem Athanasium in ecclesia de Monachorum et virginitatem perpetuo servantium hominum conversatione disserentem audivi, et illius spei, quæ ipsos in cœlis manet, admiratione captum. His ego auditis magno sum desiderio accensus et beatissimam illorum solitariorum vivendi rationem adamans, eam mihi tenendam elegi. Sacro igitur regenerationis lavacro expiatus, in Monachum quemdam Thebæum haud procul ab urbe incidi: quem cum sequi omnino stavissem, mentem mutavi, transiens in sententiam Pauli beatæ memoriæ Presbyteri in Ecclesia quam Perei dicunt. Is eum, quem dixi, Monachum hæretica labe infectum vehementer suspicatus, ad Sanctum Patrem Theodorum cum litteris me misit, Theophili et Copri, hominum e Dei voluntate viventium, opera usus, quique a Theodoro ad Sanctissimum Papam Athanasium cum litteris similiter missi fuerant. Ut propius ad monasterium, in quo agebat famulus Dei Theodorus, quod Bau vocatur, et in Nomo superiori Diospolitano situm est, accessimus, ad ipsas asceterii fores Dei famulum merui habere obvium, qui postquam e loci temporisque circumstantiis sermonem habuit, et vestes meas cum aliis permutari jussit, in monasterium suum ipse me deduxit, in quo simul congregatos reperi Monachos fere sexcentos, qui omnes in monasterii istius medio commemorabantur. Theodorus autem, delecta sibi sub palma sede, et Fratribus in unum convenientibus, me, qui admirabilem rerum omnium ordinem cum stupore et verecundia spectabam, intuitus, locum juxta se ut caperem mandavit.

Ammon vitæ
monasticae de-
siderio tactus

et ab ipso
Theodoro
susceptus

F

2 Tunc Mouachorum unus, divino quasi spiritu actus, surgit; ac Theodorum, ut omnibus audientibus de suis se peccatis admoneat, petit. Hominem igitur fixo obtutu ille aspiciens, ita dixit: Bonum est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius et tacebit, quoniam levavit se super se. Dabit percutienti se maxillam et saturabitur opprobriis. Tu vero non nisi ægre molesteque ferre soles Christi causa illatas contumelias. Illo deinde in locum suum secedente; alius surrexit, deque suis defectibus moneri petiit. Intuitus monachum Theodorus; Scriptum, inquit, est, Hortus conclusus sponsa mea, hortus conclusus, fons signatus: Tu contra, ab omnibus viatoribus necesse habes percursari. Magna is animi dimissione ad locum suum ut abiit, alteri surgenti, eademque sibi ut dicerebantur roganti

Interest pu-
blicæ Fra-
trum repre-
hensionis.

A roganti; Expectans, subiecit Theodorus, expectavi Dominum et intendit mihi, et exaudivit deprecationem meam, et eduxit me de lacu miserie et de luto facis, et statuit super petram pedes meos, et direxit gressus meos, et immisit in os meum canticum novum, carmen Deo nostro. Quibus dictis, ubertim alter flens consedit, ac multi etiam alii a lacrymis non temperarunt. Tum alius surrexit, et sese pariter corripiendum palam obtulit; Cui Theodorus : Vir longanimis multus est in sapientia, pusillanimis vero valde insipiens est : ad meliora itaque omnia teipsum revoca. Ad quam vocem cum alter mœsto silentio indulgens consedisset, Horio cuidam (quem natione Libyn, et arte fabrum esse deinde cognovi) assurgenti, eademque quæ priores roganti, dixit Theodorus : Patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes reportetis repromissiones. At Herioni qui cognominatur Patelloli, verbis se quoque castigari flagitanti dixit : Alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem Christi : Tu quoque ad meliora convertere. Illo abeunte, omnibus qui aderant Monachis ait Theodorus : Dicenti mihi credatis volo, dæmonibus homo iste terrori est.

B Alteri post hunc surgenti et de se percunctanti dixit : Benedixit Deus qui docet manus meas ad prælium et digitos meos ad bellum : in hisce itaque esto vir fortis. Cum alius deinde post hunc exurgeret eadem rogans; dicit Theodorus : Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, adversus spiritualia nequitiae : fortiter ergo decerta. Alteri deinde surgenti; Emundemus, ait, nosmetipsos ab omni inquinamento, non solum carnis; sed etiam spiritus : attende occultis tuis. Alii quoque, cum surrexisset; Ora, inquit, hoc modo : Ab occultis meis munda me et ab alienis parce servo tuo : utrimque enim grave tibi instat bellum. Hæc igitur omnia cum Ægyptiaca lingua ad suos Theodorus diceret, nos audivimus; Græce, quæcumque dicebantur, interpretante Theodoro Alexandrino, in ecclesia Perei Lectore, et moribus ac lingua probatissimo, quemadmodum is a quo dictum est : Christo confixus sum cruci, vivo ego jam non ego, vivit vero in me Christus; quique ad hoc usque tempus in corpore isto degens, Domino placere conspicitur.

Futurum
Ecclesie statu-
tum ex Theo-
doro discit,

C 3 Postquam admiratus sum Abbatis Sanctissimi verba et sententias, quarum tamen vim ac robur, ob ætatis atque experientiae mediocritatem, nondum percipere poteram; ab alio quodam interrogatus Dei famulus Theodorus Thebæus, silentio tantisper intentus et fixis in cælum oculis, surrexit. A Monachorum deinde multitudine sic quasi corona circumdatus, cum Theodoro Alexandrino interpretandi vices demandasset, ita disseruit : Novi equidem eos qui carnis studio ducuntur, si quæ dicturus sum audiant, ægre accepturos. Sed quoniam ut hæc ipsa eloquar Deus mandavit, quod res est dicam. Quæ a genere nostro sanctæ Christi Ecclesie persecutio imminet, magnis incrementis vires a capiet, ac non paucos in vulnere et ruinam trahet : tales namque ii etiam fuerunt, qui Sanctissimum Apostolum Paulum suis quondam insidiis impetierunt, quique non ex fidei puritate, sed ex contentione Christum prædicabant. Hæc porro persecutione ad summam adducta, e Gentilibus b Imperator repente existet, qui adversus Christi Arcana multis scelerate atque impie contendet, in eoque omnem suam operam est positurus, ut quicumque sub ejus dominatione futuri sunt Christiani, in errorem et insidias pertrahantur : verum tamen omnia ejus consilia Christus evertet : ad illum siquidem spectat quod scriptum est, Vir arrogans et contemptor nihil quidquam de consiliis

suis perficiet. Nos itaque continuis Deum precibus fatigare convenit, ut misericordiam suam ad multas Ecclesias in salutem plurimorum extendat. Rogatus a nonnimine, Ecquidam ii essent, quos ipse ex genere nostro appellaret, impios hoc nomine Arianos venire respondit, eoque dicto, sub palma rursum consedit. Itaque contigit, ut, cum locum in quo prius eram, ipse quoque permutarem, aliquo intervallo procul a Theodoro fierem. Monachis igitur qui aderant, sermone Ægyptio inter sese colloquentibus, Ælurion quidam, Christum vere indutus asceta, sic Græca me lingua compellat : Assurge, inquit, tu, et ex homine Dei sciscitare, quando hæc omnia futura sint. Ad quam vocem cum perterriti me et tremore concuti videret, rursum dixit; Ne timeas; ecce enim benignis ille te oculis intuens, ut quæ suggessi interroges, hortatur : surgens ergo quæ dixi percunctare. Ego autem viri Sanctissimi canos c reveritus, majore adhuc metu tenebar. Conversis deinde in famulum Dei Theodorum oculis, benigno eum in beatum senem Ælurionem et in me vultu intentum conspexi. Quamobrem Ælurionis nutu denuo confirmatus, surrexi. Tum subridens Theodorus Alexandrinum ejusdem nominis Theodorum interpretem agere jussit; per quem sic ille ad me : Quæcumque vis ex me quære; nec enim ignoras, vini te instar recens expressi inter nos versari. Hic ego majore quam ante metu perterritus; Quando, inquam, hæc erunt? Tum ille; An ait, Scripturas necdum nosti? scriptum est; Sonitus pedum d nimbi. Quapropter et ego tibi edico : vox pedum rei magnæ quam modo prædixi. Tu ipse quæ futura annuntio, oculis tuis videbis, et pars eorum futurus es, tristium et jucundorum omnium particeps. Suam porro Deus clementiam erga non paucos ostendet, ac primum ea quæ a gentilibus, deinde vero quæ ex genere e procella persecutionis Ecclesiis imminet, finem accipiet.

4 Omnium hoc loco oculis in me conversis, surgens Theodorus et aliis ad orationem reverti jussis, manu apprehensum magistris me et moderatoribus tradidit, Theodoro videlicet Alexandrino, et Ausonio cuidam, qui secundas ab eo tenebat. Ad quem Abbas : Da, inquit, operam, ut in divinarum Scripturarum intelligentia, præclare erudiatur : neque enim in monasterio is semper versabitur, sed rerum sacrarum in Dei Ecclesia minister fiet. Ab his igitur admissus et in domum perductus sum, in qua morabantur qui sub ipsis erant, Monachi Græci numero viginti. Hi in unum convenientes, invicem sciscitabantur de iis quæ et ex illis quæsierat Theodorus, et ipsemet in medium adduxerat. Ita factum est, ut, cum tam viginti illos Monachos, quam Ausonium et Theodorum Alexandrinum de iis quæ ipsi unquam intellexerant disserentes, diligenter audiverim, et in corde ac animo tenuerim, facile quæcumque scripsi, memoria potuerim tenere. Omnium siquidem quæ interrogantium singulis Theodorus responderat, sensum atque sententiam, rogatus a me Theodorus Alexandrinus, interpretari continuo est dignatus. Hæc autem dicta sunt anno eo nonnihil jam ad finem tendente f, quo renuntiatus Cæsar est Gallus, qui et Constantius junior est cognominatus. Quotiescumque vero, etiam procul existens, sanctissimi Theodori voces ac verba ad aures meas perferiebantur, nunc gaudio, nunc mœrore, nunc metu complebar. Quæ quidem unde acciderent admirans, et quæ essent ex aliis quærens, cognovi iisdem alios animi commotionibus, quibus ego, esse obnoxios. Ausonium ergo privatim, Ælurionem vero volentem oravi, ut quæ ad Theodorum spectarent, enarrare mihi ne gravarentur : continuis namque interrogationibus Alexandrino Theodoro molestus

D
AMMONII
EPISC. AD
THEOPH:

3 Reg. 18, 41
d

et sacris
litteris ins-
trui jubetur :

F

qui ex magis-
tris suis in-
telligit,

A molestus esse verebar. Atque hi quidem omnes ita mihi dixerunt.

AMMON.
EPISC. AD
THEOP.
quomodo
Theodorum
divinitus
cognovit Pa-
chomius,

§ Pachomius quidam, monasteriorum horum auctor et moderator, Deo quondam gratissimus extitit. Hunc idem Deus multa per revelationes, ac plura per internam suam ad Pachomii animum locutionem, alia vero per ministerium Angelorum edocuit, multis eum prærogativis misericorditer exornans. Atque hic quidem Pachomius ante annos omnino sex e corpore mortali migrans, ad Dominum abiit. Qui cum aliquando inter Monachos suos versaretur, ita est locutus: Servum Dei Pecosium in Lotorum urbem misimus, infirmis istis auxilio futurum. De eo, postquam ad vos accessi, Angelus Domini ita mihi nuntiat, fore ut ipso hoc die ad nos redeat, adducens secum vas a Deo electum, hoc est, trium ac decem annorum adolescentem, Theodorum nomine, et Spiritu sancto plenum. Post solis ergo occasum ad monasterium accessit Pecosius, Pachomii amicus sincerus, cumque eo adfuit Theodorus de quo agimus, tertium decimum ætatis annum tunc, ut dixi, peragens. Quem S. Pachomius inter suos recipiens, haud aliter ac filium carissimum habuit et educavit. Qui ut vigesimum et secundum ætatis annum attigit, nescio quid a Pachomio curare jussus, dum prompte, quod erat imperatum, exequitur, et sanctum ubique Pachomium invenire satagit, quasi a divino spiritu ductus, ad eas propius aedes accessit, in quibus Fratres vesci erant soliti, quæque monasterii templo haud longe aberant. Terræ autem motu repentino factus attentior, Pachomium audivit talibus Deo supplicentem: Deus multæ misericordiæ, qui peccata et malitias nostras elementer dissimulas, geueri precor humano parce, tuamque super nos misericordiam magis extende, neque in iudicium venias cum Monachis aut virginitatem perpetuam professis, requirens ab eis accuratorem mandatorum tuorum observationem. Similiter neque populum tuum, ejus mihi curam demandasti, quemque ipse magno amore terræ huic, sic quasi pulcherrimas arbores, commisisti, severius judica; verum ita nobiscum agas, ut cum genere mortali, ante quam tuus unigenitus filius se nobis exhiberet: sic enim nobiscum in iudicium non intrabis, sed peccata nostra omnia clementer expunges. Si namque iis temporibus orbem ob scelera non perdidisti, quomodo nunc populi tui non misereberis? Miserere nostri, Domine, qui nos fecisti atque creasti, et ab ira atque furore tuo desiste, per Unigeniti tui sanguinem quo sumus redempti. Cum enim ob servos et amicos tuos Abraham, Isaac, et Jacob, Judæis, non semel misericordiam exhibueris, quanto magis ob Christi sanguinem propitius nobis es futurus? Filii tui unigeniti famulos esse nos profitemur, cujus singulari beneficio e vilibus creaturis tui sumus filii effecti. Post hæc cum solum illud suum Miserere identidem Pachomius repeteret, nec aliud quidquam adjungeret, terra cœpit contremiscere, ac Theodorus vultu in solum dejecto, tandem cum omni tremore orationi indulsit, donec alacri voce in hæc verba Pachomius tandem erupit: Benedictus es, Domine, qui generis nostri optimus servator existis, et laudabilis et gloriosus in secula. Amen. Terræ motu interim cessante, cum nulla adhuc lux corporeis oculis affulgeret, ostium Pachomius aperit, et Theodoro assurgenti; Magna, inquit, usus es audacia, quando hic permanere in animum induxisti. Incessanter autem ad Deum clama, ut suam nobis misericordiam non subtrahat, sine cujus auxilio creatura nulla sufficere potest. Hæc interim quæ fieri vidisti, quamdiu in corpore hoc futurus sum, nemini volo g annunties: nos vero deinde, post Pachomii dormitionem, Theodoro ea narrante, didicimus.

B

et hunc ille
orationi va-
cantem obser-
vavit

6 Dies abierant septem, postquam admiranda illa Theodorus conspexerat, et Pachomio aliorum monasteriorum ordinem et statum inspicente, in monasterio Bau ea agebat Theodorus quæ a Pachomio erant imperata; cum a quibusdam hominibus Alexandria peregre advenientibus docetur, qualem de unigenito Dei filio opinionem haberent ac proferrent h Ariani. Quamobrem ad orationem conversus a Deo petiit, ut a tanto errore genus humanum liberaret. Dumque precibus intendit, ternas videre sibi visus et columnas igneas, eundem plane omnes conspectum de se præbentes. Tum vocem percepit, quæ ita præciperet: Objectarum tibi columnarum neque distantiam, neque inscriptionem attende, sed quomodo eadem præsus sint inter sese considera. Non enim ulla est creaturarum, cujus similitudine Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, sufficienter nobis exhiberi possint. Talem Theodori visionem ex ipsomet Pachomius intelligens, hæc ad eum dixit: Quemadmodum videre mirabilia et audire tibi fuit concessum, sic etiam arcana tibi ostendi et dici contigit. Ego quoque cum solitariam primum vitam cœpi instituere, nunc quidem ab iis, qui Meletio i Lycopolitano adhaerebant, nunc a Marcionis sectatoribus, ut cum ipsis essem atque sentirem, invitatus, cum plures insuper hæreses serpere didicissem, quarum unaquæque penes se veritatem consistere fidenter jactabat, non parum animo sui commotus; ac multis cum lacrymis Deo supplicem accidi, mihi ut ostendere dignaretur, a quorum parte veritas non fucata esset. Omnino quippe hærebam anxius. Ecce autem, dum in oratione persisto, extra me abreptus, omnem qua infra cœlos patet aeriam regionem, nocte quasi densissima involutam aspicio. E diversis quoque partibus una eademque ad aures meas vox perfertur; Ecce hic est veritas: Quaque singulæ excipiebantur voces, illuc mortales non paucos accurrere conspexi, in densis adeo tenebris mutua ope ad currendum adjuti. Ad unam porro mundi eamque Orientalem partem videre erat lumen in excelso positum, et stellæ instar matutinæ fulgentissimum. Hinc vocem exaudio, ita mihi dicentem: Ne in errorem pertrahi te sinas ab iis, qui a tenebrarum vocibus abripiuntur, sed huic potius lumini te præbe obsequentem. In ipso namque solo veritas est, erroris omnis expers. Tunc alia confestim vox ad me facta est; Hoc quod vides lumen, Luciferi ad instar clarum, splendore suo ipsum aliquando solem superabit. Ipsum enim est Evangelii Christi ubique annuntiatio, quæ in sancta Christi ejusdem Ecclesia, in qua baptizatus es, instituetur. Cujus autem voce invitaris, Christus est, qui per Alexandrum Alexandrinorum Episcopum loqui non cessat. At alia quæ in tenebris voces personant sunt hæreticorum, ipsiusque dæmonis in uniuscujusque hæreseos duce loquentis, multosque propellentis in fraudes. Inde complures splendidis indutos vestimentis, et ad lumen, quod ostendebatur, magno studio festinantes intuitus, Deum benedixi: spretisque eorum monitionibus, qui decipere me unice conabantur, cohabitavi Palæmoni, hominum sanctissimorum æmulatori egregio, donec Angelus Domini in visione quadam mihi adstans dixit: Age sis, et omnes qui ad te accesserint, eo igne fac succendas, quo tua Deus præcordia voluit flagrare. Ejusdem Angeli ductu monasteria isthæc omnia Deo propitio condidi. Hoc quoque ignorare non debes, quod Athanasius, sanctissimus Ecclesiæ Alexandrinorum Episcopus, spiritu divino plenus sit. Dixit etiam nobis Pachomius: Mox ut in sedem Alexandrinam inductus est Athanasius, viri nonnulli improbi divitiarum circa eum dispositionem accensare cœperunt, nimiam ejus juventutem l causantes, et Ecclesiam in factiones

terra interim
tremente.

C

ac visione
caelesti oblata
ad aversandas
hæreses anti-
matus sit ;

D

h

i

k

E
quod Pachomio quoque recens converso acciderat.

F

Is ab Angelo
jubetur
Monachos
congregare.

g

l

nes

A nes scindere conati : mihi autem ita Spiritus sanctus dictat, quod columna is in Ecclesia Dei et lumen futurus sit, quodque pietatis in Christum causa non mediocres sustinere debeat tribulationes et fraudes atque insidias hominum. Quibus omnibus, virtutis divinæ auxilio, fortiter superatis, purissimam Evangelii veritatem in Ecclesia ad extremum palam annuntiabit.

Coelesti visione
rursum recreatur
Theodorus.

7 Post hæc Theodorus una cum Pachomio in prædicto Tabennesiorum monasterio, quod ad Tentyriten Nomum pertinet, vitam egit. Nocturnis hic aliquando precibus intentus, et dormiendi necessitate gravatus, per monasterium cœpit deambulare : perque noctem a nemine observatus postquam orationi tantisper vacaverat, statuens corpori quoque moderatam aliquam quietem haud negandam, prope ecclesiæ ad monasterium spectantis fores consedit, et quantum sola naturæ exigebat necessitas somno indulsit. Tum Angelus Domini in somnis apparens dormientem excitavit dicens ; Sequere me. Surrexit Theodorus, et præeuntem Angelum secutus, in ipsam ductus est ecclesiam, quam ingenti undique lumine collucentem reperit. Angelorum etiam multitudo ingens eo in loco versabatur, in quo sua Deo sacrificia offerre Sacerdotes consueverunt. Territus simul, et simul ab Angelorum uno evocatus Theodorus, ut propior constitit, magna nescio quis gloria et splendore conspicuus, cibum quemdam peregrinum atque insolitum coxit. Quem cum in os Theodori infudisset, ut eum istic consumi pateretur mandavit. Porrectum cibum Theodorus comedens, et insolentiam saporis expertus, lucem mox omnem evanescere, et Angelos e templo recedere conspexit. Ipse porro divina quadam virtute quasi incitatus, Pachomii congressum omni studio requirebat, gaudio et hilaritate plenissimus. Cui dum quæ sibi acciderant, omnia enarrat, Pachomius, eorum quæ per revelationem portendebantur arcanorum non ignarus, dicenti suaviter arridens subjecit : Qui accepit duo talenta, quatuor deinde talenta attulit, et qui acceperat quinque, alia similiter quinque est lucratus : quamobrem succingens lumbos, ut cum gratia tibi concessa fructum facias ; temetipsum compara. Tunc ingemiscens Theodorus, a Pachomio ut Deum pro sese deprecaretur enixe flagitavit. Ex eo itaque tempore haud indignus fuit repertus, qui continuos in Domini sui causa labores et ærumnas perferret.

C

ANNOTATA.

a Cum infra num. 4 dicantur hæc acta exeunte anno quo Gallus creatus est Cæsar, apparet hic prædici persecutionem resuscitandam a Constantio an. 333 Arelate et Mediolani, maximis vero incrementis augendam post Ariminensem Synodum anno 359.

b Julianus Apostata factus Imperator anno 360, occisus 363.

c Canicem intelligo non Theodori (hic enim tunc annum ætatis 47 solum agebat) sed Ælurionis, loqui imperantis.

d Vulgata nostra, Sonus multæ pliviæ est : sunt autem verba Eliæ, jamjam futuram pluviam Achabo Regi prænuuntiantis : adeo ut locus hic assumi videatur ad celeritatem imminentis mali exprimendam.

e Mortuo scilicet Valente Ariano, quando sub Imperio Theodosii requievit Ecclesia post an. 378.

f Fuit is annus Christi 351 teste Idatio, post Consulatum scilicet Sergii et Nigriani, quando depositus est Vetrano viii Kal. Januar. et levatus est Constantius Cæsar Idibus Martii.

g Hinc colligas alium hunc esse casum ab eo, qui refertur supra accidisse, cum oraret Pachomius in loco

Synaxeos, sive (ut nunc loquerentur monachi) in loco Capituli : nam quid ibi contigerit ipsemet Pachomius coram Theodoro, se deprehensum nesciente, narravit Fratribus.

h Cum hic necdum hæretici appellentur Ariani, videri possunt hæc acta esse ante Nicæam concilium, gliscentibus quam maxime inter Arium et Alexandrum contentionibus, puta circa annum 223.

i De Meletii schismate egimus in Vita S. Athanasii cap. 2 quod haud diu post annum 300 suscitatum sub S. Petro, sub ejus successoribus continuatum fuit ; donec tandem, cum Ariumis conspirantes Meletiani, in unum cum ipsis coluerunt seu potius evanuerunt.

k Heresim suam Marcion produxit in lucem circa medium seculi 2, quam ad sua usque tempora etiam in Ægypto et Palestina perdurasse narrat Epiphanius hæresi 42, scribens circa annum 375.

l Hinc confirmari potest quod de S. Athanasio diximus in Vita ejus cap. 1 tricenariam duntaxat fuisse cum ordiaretur.

CAPUT II.

Secreta cordium a Theodoro sæpe cognita et revelata.

Hæc nobis Pecusius, qui ea ex Pachomio audiverat, post hujus in Domino dormitionem retulit. Hæc ego ipse ex Ausonio et Ælurione audiens, famulum Dei Pecusium Patris loco habere multum studui. Cumque iosuper didicissem quantam a Domino virtutem adversus dæmones accepisset, orare illum non destiti, ut quæcumque de Theodoro ex Abbate Pachomio cognoverat, mihi enarrare ne gravaretur. Qui cum nec alia nec minora proferret, magna sum admiratione captus. Et ex Ausonio quidem illud quæsi, ut e Scripturis sacris me doceret, an omnino fieri posset, ut homo alterius hominis arcana mentis perspiciat. Tunc ille : Ipsa quidem experientia hanc tibi scientiam probare facile poterimus, si quandoque eveniat, ut cordis tui arcana Theodoro Deus revelet : absque enim divina foret revelatione, jam in nullius creaturæ esset potestate, ea quæ intus et in animis hominum aguntur cognitione assequi. Quod ut e divinis Litteris perspectum plane tibi sit, audi sis Prophetam Samuelem, dum hisce verbis Saulem compellat : Veni et omnia quæ sunt in corde tuo indicabo tibi. Et de asinis quas nudius tertius perdidisti, ne sollicitus sis, quia inventæ sunt. Lege sis etiam quæ de filiis Jesse Deus aperuit Samueli, ut scias quod cum Deus famulis suis revelare aliquid voluerit, nihil non ipsis innotescat. Sin is revelare noluerit, ea quidem quæ hominibus sunt communia in semetipsis Sancti intelligunt. Hoc scies si Bibliam universam qua Regum continentur historiæ legendo percurras, et Elisæum prophetam ministro suo de pia muliere hæc indicantem audias, Quoniam in amaritudine est anima ejus, et Dominus non indicavit mihi ; quemadmodum multorum ei corda patefecerat Deus. Potissimum vero ubi Elisæum eundem ad suum quondam ministrum Giezi verba facientem, et Giezi ipsam respondentem audiveris ; Quoniam non ivit famulus tuus quoquam ; ac rursus Elisæum attendas loquentem : Nonne cor meum in præsentem erat, quando reversus est Naaman Syrus de curru suo in occursum tui ? Nunc igitur accepisti argentum et accepisti vestes, ut emas hortos et oliveta et vineas, et oves et boves, et servos et ancillas : sed lepra Naamau adhærebit tibi et semini tuo usque in sempiternum. Scriptum quoque est in Proverbiis Salomonis ; Cognoscens cognosces animas ovium tuarum, et oculum a tuum impones gregibus tuis. Ac rursus : Intelligit justus corda

D
AMMON.
EPISC. AD
THEOP

Auctor circa
arcanorum
cordis cogni-
tionem ex
Scripturis
instruitur,

1 Reg. 9, 19

F

4 Reg. 5, 25

Pro. 27, 23

a

AMMON.
EPISC. AD.
THEOP.
Act. 14, 7

A corda impiorum, et in malis ridebit impius. In actis etiam Apostolorum scriptum est: Et quidam vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex utero matris suae, qui nunquam ambulaverat. Hic audivit Paulum loquentem: qui intuitus eum, et videns quia fidem haberet, ut salvus fieret, dixit magna voce: Surge super pedes tuos rectus. Et exilivit et ambulabat: Fides quippe intus et in animo, non in vultu cernitur aut in corpore. Ita et Petrus iniquitatem Simonis Magi, non e specie et vultu corporis, sed in animo ejus intuens, dixit ei: In felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse.

Act. 8, 23

et reipsa
discit Theo-
doro ea pa-
tere..

b

9 Postquam ista ex Ausonio didici et sacros codices in manus sumpsi, studiosius ea quae audiveram legendo percurri. Quodam deinde tempore circiter noctis medium, urgente necessitate, cum densae essent tenebrae, domo egredior; quando ecce Theodori ipsius voce percepta sic inhorui, ut quamvis lineo solum sacco corpus texissem, et hibernum ageretur tempus (mensis quippe is tunc labeatur quem Aegyptii Tybi b dicunt) totus sudore immaduerim. Jamque satis prompte Aegyptiorum lingua utebar, cum meo me nomine compellans Theodorus, ac juxta se ut consisterem imperans, hoc modo Thebæum quemdam Monachum Amai nomine allocutus est: Quamobrem Dei timor non magis tibi ob oculos versatur? An ignoras quod corda hominum et renes Deus scrutatur? Cur animo et mente tua modo meretrices cogitas easque complecteris, modo velut cum legitima uxore dormiens toto corpore contaminaris? Et quando bellum cogitatione tua geris, et quasi hostium victorem speciose teipsum circumspicis, et Ducibus placere contendis, ab iisque aurum accipis. Denique nihil non agis vite quam profiteris contrarium, et reipsa efficere te arbitraris quae mente solum et cogitatione agitas. Cognitum ergo persuasumque tibi sit, quod, nisi poenitentiam agas, et Dei timore animum tuum expurges, nisi lacrymis propitium tibi Dominum reddideris, et vite quam nunc agis propositum deserueris, viam tuam Deus haud quaquam felicem reddet, sed igni te addicet sempiterno. Ad pedes Theodori supplicem sese Monachus tunc abiciens, et omnia sic contigisse, ut vir sanctus exposuerat, ingenue confessus; poenitentiam se acturum promisit, et Theodorum ut suam apud Deum causam ageret obsecravit. Ac Theodorus; Det tibi, inquit, Deus veram tui ipsius cognitionem, et ut per viam poenitentiae ad tuam tandem salutem pertingas. Video sane in animo tuo longissime a Deo te abiisse: Verumtamen si modo voluntas tibi non desit, patet ad Deum reditus. Etenim quicumque serio ac prout oportet ad Dominum se convertunt, benigne ab eo omnes recipiuntur. Quibus dictis, et multam lacrymans, hominem dimisit. Amais porro post menses omnino quatuor, deserto monasterio, militiae sese tradidit: atque in prolixum morbum delapsus et hydrope laborans, post anni unius spatium finem vivendi fecit, et haec omnia confessus est.

C

Puella mori-
bunda precibus
Theodori et
aqua benedicta
sanatur.

10 Inde cum Theodoro aliisque Fratribus ad Tabennesiotarum monasterium, in quo celebris ea visio homini sancto fuerat oblata, sum progressus. Hic in monasterii orto ad fluvium sito una versabamur, cum rusticani homines circiter triginta ad ejus sese pedes prostraverunt. Quam eorum agendi rationem non ferens Theodorus, surgere omnes continuo voluit. Lacrymantibus autem ceteris, unus quidam e toto numero opem Theodori hac oratione suppliciter imploravit: Hesternam vesperam filiam meam, quinque et decem annos natam, in matrimonium collocavi: quae cum hodie cibis se reficeret, insolitis mox intestinorum doloribus coepta est

vexari, jacetque vocis omnis ac loquelae experta, D veneno, ut apparet eam spectantibus, seu cibo seu potui ejus permixto. Nunc igitur, quoniam qui apud nos reperiantur medici omnem de ejus vita ac salute spem deposuerunt, illud te rogamus, in domum meam ut venire et Deum pro filia mea obsecrare, ne renuas. Scimus enim te, si Christum modo super eam invocare volueris, facile impetraturum ut filia mea salva sit. Sed cum Theodorus ad aedes hominis venturum se negaret, et illi lamentis ac supplicationibus instarent; Vos quidem, dixit, ut vestram in domum memet conferam, a me petiistis, utque istic pro vita et salute filiae laborantis Deum deprecer; verum Deus, qui omnia continet, sufficiens est; nullo quippe loco circumscribitur. Hoc igitur loco eum invocabimus, qui, quamvis hinc absentem, filiam tuam sanare poterit. Eam Theodori vocem, haud aliter quam vitae, laboranti concedendae, certum pignus aliis qui aderant recipientibus; Theodorus pariter cum iis quos secum habebat Monachis ad orationem se convertit; ac terna genuflexione exhibita, Deumque aliquamdiu ferventer precatus, et tandem ab oratione desistens, dixit: Filiae tuae vitam concessit Deus: hac fiducia domum vestram abite. Magna deinde multitudinis virorum ac mulierum juxta monasterii septa comploratio est exorta: etenim in momenta videbatur agra emoritura. Tum ex altera ripa pater puellae accurrit, sextario argenteo quem aqua impleverat onustus. Hunc cum multis suspiriis ad Theodorum deferens; Exiguam, inquit, fidem habui. Supplicem vides et fatentem. Super hac igitur aqua nomen Dei, filiae meae causa si invocaveris, credo equidem fore ut hanc ipsam aquam Deus esse jubeat potum salutis, quo filia mea in vivis maneat. Theodorus, accepto sextario, in caelum intuens, non sine lacrymis preces adhibuit, ac sacrum Crucis signum aque impressit. Recepta dein aqua domum suam cum omni multitudine pater puellae properavit, ac tribus solummodo quatuorve horis elapsis, cum paucis amicis et cognatis ad virum sanctum est reversus, Dei magna in filiae suae salutem facta annuntians. Retulit autem quo modo Fratrum suorum opera in os puellae parum quiddam ex aqua illa benedicta infuderit, et secuta mox inferne magna corporis purgatione omnino illa convaluerit. Silvanus autem quidam Alexandrinus, in Bendelio domicilium habens, Ariana haeresi infectus, lapidum mercatura vitam ducens, cum puellae istius marito adisset, suis ipse oculis F magnalia Dei intuitus, debitam quoque gloriam ei dedit.

11 Insecuto tempore Monachos centum et viginti in fluminis insulam Theodorus traduxit, materiam collecturos, quam throia Aegyptii nuncupant, quaeque conficiendis storeis unice inservit. Inter hos Silvanus fuit Thebæus, viginti duorum Monachorum Hegumenus, Vicarium habens Linphonem; et inter ceteros subjectum sibi Macarium cognomento Senio- rem, S. Theodori non ex eodem patre sed eadem ex matre fratrem. Nono post eorum egressum die e Monachis nonnemo adveniens, nuntiavit, quo modo Fratres quidam ex iis qui cum Theodoro abierant, scapha per flumen vehentes Silvanum, jamjam expiraturum, essent in fluminis portu, qui est ante monasterium Bau: nos quippe in eo tunc monasterio etiam agebamus. In horum igitur occursum progressi, per viam ipsos reperimus, Silvanum apoplexia tactum in lectica deferentes. Tertium is, ex quo tempore laborare coeperat, diem agebat, aurium ac linguae usu plane destitutus. Tres etiam alii praeterierunt dies, quibus in eodem statu persistens, cibi omnino nihil potusque sumpsit. Tunc ergo Theodorus Alexandrinus, Pecusius, Psamphius, Pseotaesius,

Paralysi per-
cussus,

A Psentaesius, Ælurion, et Isidorus, homines ob vitæ innocentiam Deo gratissimi, manibus in cælum protensis, ac fuis ubertim lacrymis, Deo supplicarunt, ut Silvani miseratione aliqua tangeretur. Adhuc illis orantibus, Silvanus, me audiente; Benedictus, inquit, Deus, qui erudit me, meique est misertus. Hic ego, cum magna quoque voce exclamarem; Benedictus Deus; alii quidem institutam orationem prosecuti sunt; Theodorus vero me ministro utens, cibo eum refocillavit. Silvanus interim sub auroræ tempus, quotquot in monasterio erant Fratres ad se convenire jussit, ac super lectum suum considens, me quidem ad latus ejus consistente, Ælurione autem ad multitudinem ea quæ ab ipso dicebantur, clariore voce pronuntiante, sic locutus est: Audite, qua ratione hoc in casu omnia se habuerint. Quarto die Sabbati, cum Theodorus in insula versaretur, et Fratribus circumstantibus divinam doctrinam proponeret, subito siluit, et e loco, in quo constiterat, nonnihil recedens, binos parvos angues monstravit oculis, jubens ut eos quispiam interficeret: dum enim coibant illi, eos

sibi post
dies redditus,

B positos circa pedes meos abscondi, quasi cameram eis faciens pedes meos, ne quis Fratrum turbaretur. Anguibus porro e medio sublatis, dicere ad nos perrexit, Angelum sibi apparuisse, asseverasseque; Quoniam nonnulli sunt, qui eandem tecum vitam professi, exigua admodum salutis suæ cura tanguntur. Aliquorum etiam nomina mihi patefecit. Quin et adversus unum eorum sententiam a Deo jam aiebat fuisse prolatam, ut e monasterio is expelleretur: in monasterio autem Bau degit ille. His ego auditis, irrisi Theodorum apud animum meum, et dixi: Nonne Macarii mei frater hic est? nonne eadem quæ Macarium mater hunc quoque genuit? Unde ei hæc inanis gloriatio? Macarius certe perquam humilis est. Hæc, ut dixi, nescio quis humana in specie, ac veste splendida indutus, vultuque supra modum terribilis, mihi visus adstare, atque ita loqui: Nullane tu Dei reverentia et metu commoveris, qui tam indigna de famulo ejus fidelissimo sentis? Hac oratione in magnam adductus verecundiam, ab eodem qui apparuerat, alapa in faciem sensi me percuti: deinde autem quo in statu fuerim, aut qua a tione huc sim delatus, omnino ignoravi, donec per divinam bonitatem pristinae denuo sanitati restitutus sum. Talia nos cum cognovissemus, meritas Deo laudes et gloriam tribuere sumus aggressi.

narrat id
sibi evenisse
dum male
sentit de
Theodoro,

C 12 Nec multis post diebus ad monasterium Theodorus accedens, Fratres in unum convocari præcepit: ad quod nonnulla cum dixisset, seque ut præstolarentur mandasset, ipse duobus solum e suis comitatus ad eas perrexit ædes, in quibus Fratres vesci consueverant. Hic e Monachis junioribus unum deprehensum in concameratam ædiulam pertraxit, et ut, quæcumque egisset, absque mora confiteretur voluit, hunc ipsum esse ostendens quem Angelus Domini denuntiasset, eumque extra monasterii septa haberi voluit. Verum ubi is ad peccata sua edicenda adduci non potuit, et Theodorus, quod primum deliquerat, palam protulit, ex eoque, num quis alius e Monachis rei istius esset conscius quasivit; ad pedes se Theodori reus abjiciens, ut alia sua facinora clam ceteris esse vellet enixe oravit, seque ut e monasterio dimitteret. Cui cum consensisset Theodorus, ad universam quæ convenerat Fratrum multitudinem conversus reus, fateri cœpit, omnia sua opera famulo Dei Theodoro, divina revelatione fuisse patefacta, et quo modo justissimas ob causas monasterio jussus sit expelli. Theodorus itaque hominem e Monachorum cœtu extrudi mandavit, atque ad Fratres de hoc suo consilio, quod sufficere poterat, locutus, aliorum Monachorum, quos Angelus accu-

occulta Mo-
nachorum
peccata no-
tante

ex divina,
uti post patuit
revelatione.

saverat, singulos privatim et noctu aggressus monere, de omnibus quæcumque post susceptum baptismum male egerant reprehendit. Cum vero quemque eorum longiori sermone, ut pœnitentia sua Deum placare niteretur, moneret, extra se quodammodo videbatur rapi. Qui ubi cognoverunt, sua Deum misericordia erga se adhuc velle uti, magno studio et festinatione omnibus delicta sua patefacere contendebant; sed a Theodoro prohibiti sunt, dicente, non posse majorem Fratrum partem ejusmodi rerum narrationes ferre; et judicante, in majus detrimentum eorum, qui juniores adhuc essent in Christi servitio, talem confessionem cessuram. Nonnullos quoque ultro denuntiantium defectus suos inhibuit, ne alicui ex imbecillioribus daretur occasio eos contumelia afficiendi, propter ea de quibus accusabantur. Ceterum sanctis illis viris qui cum Pecusio et Psentaesio erant, unusquisque secreto manifestans sese, addebat preces ut apud Dominum orarent pro se.

D
AMMON.
EPISC. AD.
THEOP.

ANNOTATA.

E

a Nota hic et abbi veteris testamenti loco citari ab Ammone, juxta versionem LXX, quod satis est semel indicasse.

b Tybi, Coptis apud Seldenum Tuba, respondens Januario nostro, initium sumit a vi Kalendas ejusdem Januarii.

CAPUT III.

Aliorum errata prophetice cognita et sapienter correpta a Theodoro.

A tque ea quidem omnia sanctissimo Quadragesimæ tempore, ita ut narrata sunt, contigere: diebus vero sacri Paschatis, sero admodum vespere, tertia sabbatorum, cum Monachi omnes qui in decem monasteria ad Theodori curam pertinentia dispersi agebant, ad monasterium Bau convenissent (ea siquidem apud ipsos vigeat consuetudo, ut singulis annis eo confluerent universi, sacram Paschæ solemnitate celebraturi) cumque plures, ut quas ipsi minime caperent divinorum librorum sententias explanaret, rogassent; et unicuique, prout rogabatur, id quod propositum fuerat, declarasset; Bonum, inquit, mihi jucundumque ad vos loqui: impurus enim spiritus, in nostrum se numerum inferens, unum aliquem e nobis ludibrio habuit. Nempe cum Monachi ex more convenissent ad me præterita nocte, ipse etiam eos inter versabatur qui una convenerant: ego autem eum videbam. Qui famelicum quempiam et negligenter admodum agentem deprehendens (solent namque dæmones, quando hominum passionibus insidiantur, varias eis cogitationes injicere) pravam ei indidit cupiditatem, et comedendi ardorem in eo exacuens, persuasit ut panes clam subductos, nullo etiam conscio absumeret. Et nunc quidem in medio Fratrum fur ille considet, domesticæ regulæ prævaricator effectus, velut si cum illis præstolaretur horam refectionis. Ad Monachos autem conversus Theodorus, Nemo, inquit ultra vires suas jejunandi tempus producendum sibi esse existimet, quandoquidem per assiduos exercitationum monasticarum labores corpora vestra exhauriri necesse est. Qui igitur imbecilliore utuntur valetudine circa vesperam, sola Parasceve excepta, cibo se recreent. Tunc ille in media Monachorum turba surgens (plures quippe quam bis mille in locum unum convenerant) ad viri sancti pedes se abjecit. At Theodorus pallio suo vultum supplicis obtegens, non est passus, ut coram tanta multitudine innotesceret, illo

Cognoscit
eum qui
furtim comederat,

F

et confletti
culpam
ignoscit.

usus

AMBROS.
EPISC. AD
THEODOR.
2 C. or. 11,

*Absentium
petulantia
per spiritum
cognita,*

*eos cum ce-
teris revo-
cat ad mo-
nasterium,*

*gravi ora-
tione effu-
sum nimis
risum cas-
tigans,*

Jer 15 17

A usus Pauli dicto : Quis infirmatur, et ego non infirmor.

14 Contigit etiam aliquando ut cum quadraginta Fratribus in montosis et solitariis locis beatus Theodorus ageret, lignorum quæ in operibus conficiendis usui erant colligendorum causa; quando et alios totidem Monachos ejusdem rei gratia exire voluit, iisque præfecit Isidorum, insignis mansuetudinis virum, et ejus quæ secundum Christum est sapientiæ plenissimum. Diei porro unius itinere ab invicem agebant semoti. Ac primo quidem die, quo ii qui cum Theodoro erant ligna cædere sunt aggressi, circa vesperam ab opere cessarunt. Qui cum in eundem locum ad preces consuetas convenissent, hortatione ad illos usus Theodorus dixit: Necessæ quidem fuerat, ut minime ignoratis, Fratres, cujus causa huc accessimus, opus perficere. Sed, cum duodecima nobis institueretur oratio, et genibus in solum omnes procumberemus, sanctus mihi Spiritus manifestavit, quod quatuor videlicet e Fratribus, qui alio in monte lignis, ut nos, cædendis occupantur, deliquerint, qui tamen a puero bene vixerunt; quodque per meam mediocritatem correpti, omnino reversuri sint ad priorem suam contentionem. Necessarium itaque

B magis judico, ut hoc ad tempus opere relicto, tam nos, quam qui alio in monte nunc laborant, die Sabbati in monasterio Bau congregemur. Tunc binis ad sese Fratribus evocatis injunxit, ut nemini hac super re quidquam indicarent, verum ad alium montem sine mora pergerent, nuntiaturi Isidoro et qui cum eo erant omnibus, ut die Sabbati in Bau convenire ne omitterent. Itaque ipse Theodorus post solis occasum suis omnibus comitatus in monasterio adfuit: alii quoque eodem jam pervenerant. Quamobrem cum universos ad se Theodorus cognovisset, ad solitum cætus celebrandi locum ire perrexit. Inde ubi tempus adfuit quo salutaribus Monachos suos doctrinis imbuere erat solitus, in medio eorum consistens, et Theodoro Alexandrino interprete usus, dixit.

15 Non ignoratis, Fratres, quod vita eorum qui perpetuam inter Monachos castitatem sunt professi, aliorum hominum conversationem longe superans, Angelica sit. Etenim qui sanctiorem illam vitæ rationem ineunt, et communioribus inter homines studiis renuntiant, ei vivunt qui pro ipsis mortuus est et resurrexit, suamque ipsimet vitam abnegantes, Christo se configunt cruci. Hoc nos omnes vivendi genus amplexi, parentum nostrorum egestate valere jussa, in unum convenimus. Vivere itaque nos oportet, intuentes in Christum, vitæ vitæque hujus, cui adeo jam diu assuevimus, ducem et exemplar pulcherrimum. Neque enim divinas solum Scripturas, sed horum etiam famulorum suorum vitam ac mores, veræ in Christum fidei fundamentum, ac veluti semitas quasdam certissimas ad regnum cælorum, Deus esse voluit universis, quos ejus regni cupiditate aliqua teneri contingeret. E nostris tamen aliqui, hoc vitæ curriculum pulchro animi ardore ingressi, vacillarunt certe, si nondum ceciderint. Quatuor namque Fratres ex iis, quos ad ligna cædenda in montem ire jussimus, cum se ab aliorum consortio remotiores conspexissent, facetias inter se miscere cæperunt, in risum et cachinnos sic effusi, ut Spiritus sanctus, eorum causa contristatus, remissionem quam oportebat conversationem eorum et lapsum mihi indicavit, ut ad priorem austeritatem reversi, lacrymis atque gemitibus seipsos corrigant. Quo igitur, Fratres mei, loco eam Jeremiæ vocem habebitis, qua ita Deum alloquitur? Dominus Deus omnipotens, non sedi in concilio ludentium, sed metuebam a facie manus tuæ: solus sedebam, quoniam amaritudine repletus sum. Quo modo non fuistis

memores verborum Job? Si ambulabam cum irrisoribus, hæc et illa acerba mihi contingant. Ignoratisne quod minima etiam famulorum suorum delicta, ita ut maxima, Deus in certiore eorumdem salutem visitare solitus sit? Numquam audistis Salomonem dicentem? Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stultorum; et rursus, Risum dixi deceptionem; ac denuo, Melior est ira risu. Quapropter vos ipsos circumspiciatis suadeo, et Apostolum audiatis monentem, Risus vester in luctum convertatur et gaudium in errorem; ut non subeatis dum illam Salvatoris sententiam: Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis ac flebitis. Voluntariam vos potius poenitentiam et plauctum sponte ac diligenter suscipite, dum prodesse is multum potest, ut æternos gemitus contra voluntatem vestram experiri non cogamini. Coram Deo unusquisque vestrum sincere dicat, Quoniam ego in flagella paratus sum. Hæc Theodorus adhuc cum diceret, quatuor illi Monachi, una quasi mente atque sententia, quamvis diversis omnino locis constitissent, multo cum gemitu atque lamento, ad Orientem conversi miserabiliter exclamarunt, et coram Deo in solum prostrati eos se esse confessi sunt quos merito Theodorus reprehenderat, tum reliquam Fratrum multitudinem rogarunt, vota ut pro sese et preces conciperet. Omnibus itaque magno cum gemitu Deum deprecantibus, conventus de more est solutus. Quatuor autem illi verba Theodori quasi viaticum quoddam in omnem vitam accipientes, ita emendati sunt, ut quisque eorum aliis in eodem monasterio Fratribus in formam et exemplum esset curandæ salutis: talis namque, etiam ante admissam levem illam culpam, eorum fuerat conversatio.

16 Fuit Thebæus quidam cui Moysi nomen, Silvani, de quo paulo ante mentionem fecimus, imperio subjectus. Hic igitur cum Silvano et qui huic parebant Fratribus ad quamdam Nili fluminis insulam fuit missus, ut lapsanas quas vocant in eibum Monachorum colligerent et condirent. Quo in loco cum quintum jam diem versaretur, et a Theodoro ipse evocaretur solus, venturum se negavit dicens; cum Fratribus reliquis mihi hic est persistendum, donec injunctum nobis laborem expleverimus. Quamobrem vel invitus pertractus ad monasterium, Theodorum in cellula sua acerbè gementem, eique adstantes Psentaesium et Isidorum reperit. Hominem itaque fixo diu obtutu Theodorus intuens: Quid est, inquit, quod non corporis tui potius (hoc enim levius nobis accidisset) quam animæ mors renuntiata nobis sit? Nonne dies ac noctes tibi in cellula assidens exegi, cum illud tibi inculcarem: Anima tua meditatur perversa: omni peccatorum genere plenas foves cogitationes, quæ complures homines in exitium impulerunt. Cumque reponeres, genus istud cogitationum a dæmone menti tuæ injici, respondi; Non quidem permisi sunt tibi imponere eas: tu potius ligna comportans, materiam dæmonibus præbes, contra te ipsum eos attrahens, dum perversis tuis desideriis obsequeris. An non et illud addidi, fore ut in te locum haberet id quod in Proverbiis dicitur: Tamquam ager vir imprudens, et tamquam vinea homo egens sensu: si dimiseris eum defectus fiet, et silvescet totus et fit derelictus; sepes autem lapidum ejus effodientur. Verum id nunc eloquere; Quo tandem prava ista, quam ingressus es, semita perduxit? Respondente Monacho, non aliam in animo suo malam residere cogitationem, nisi quam ipsi modo indicasset Theodorus; dixit vir Sanctus: Cum igitur post iugurium delitesceres, quid tunc animo, quid cogitatione versabas? Ad hæc eo rursus dicente, diabolicas esse illas suggestiones, dixit Theodorus: In hoc usque tempus nulli adhuc dæmoni permissum

D
Job. 31, 5

Ecc. 7, 7 et 4

Jac. 4, 9

Luc. 6, 25

Ps. 37, 16
magno cum
animorum
motu et
emendatione
eorum:

E

*alter pravis
cogitationibus
indulgere
solitus,*

F

Prov. 1, 30
ideoque ex-
pulsus a
Theodoro
corripitur
a dæmone:

fuit

A fuit ut te affligeret : sed posteaquam talia animo tuo agitare cœpisti, et domicilium dæmonum factus es, frustra hic inter nos agis : mandatum namque nobis est, monasterio te ut expellamus. Quatuor igitur Monachis junioribus eum trahens, ad propria hominem reduci jussit. Monasterii autem januam ut attingit, a cacodæmone insessus, et tauri instar mugiens, in vicum unde ortus erat cursu contendit, ibique a quatuor Monachis arte vinculis est constrictus.

Alterius felix mors eisdem revelatur :

17 Haud procul a Ptolemaide, urbe in Thebaide sita, cum monasterium exstrui jussisset Theodorus, ut a Monachis incoletur elicit. Frater autem in eo fuit, Carur appellatus, quo nomine apud Thebæos qui parte aliqua mutilus est designatur. Hic in precibus nocturnis negligentius sæpe cum ageret, a Theodoro reprehensus est. Tunc autem cum longo sane intervallo a monasterio Bau, in quo Theodorus morabatur, Frater ille abesset; et post occasum solis inter suos omnes Monachos Sanctus Abbas consedisset, subita perfusus letitia hanc in vocem erupit : Annuntio vobis qui adestis magnam Dei misericordiam, quam erga Fratrem nostrum Carur, qui in Ptolemaide est, benigne præstitit. Modo enim animam ejus, a corporis solutam vinculis, multa cum gloria in cœlum perduxit, quoniam is et Ecclesiasticæ doctrinæ articulos omnes servavit, et corporis sui puritatem summam ad alia multa decora et ornamenta adjunxit : Si quæ vero reprehendenda aliquando sit habere visus, ea variis, in quos incidit, morbis et afflictionibus abunde expiavit. Octo jam dies abierant, cum duo Fratres inde advenerunt, qui eum diem et horam qua e vivis excesserat Carur, nuntiassent, omnes stupore repleti sumus.

et cujusdam occulta haresis,

18 Quædam tempore cum omnem Fratrum multitudinem in unum collectam haberet Theodorus, hoc modo Psarphium, inter ceteros qui in Bau degebant primum atque præcipuum, est allocutus : Mitte aliquem ad cellam Patchelphii, atque illum adesse jube, pariter cum eo quem in cella sua retinet adolescentem : Filium quoque ejus seniore hinc accerse. Hi ergo ut adfuerunt, dixit ad Patchelphium Theodorus : Dic age, quid hac nocte adolescentem illum docuisti? Cui alter; Quid, oro, aliud quam Dei timorem? Ac Theodorus : Ipse, inquit, Deus per Angelum ea quæ ad te spectant aperuit. Verum itaque eloquere, si doctrina tua lux est. Recusante autem illo, omnibus dixit Theodorus : Docuit illum resurrectionem carnis non futuram, ejusdem carnis naturam ut malam traducens. Deinde cum diceret Patchelphio, Effare, numquid ita res habet, an non? ipsiusmet filius exclamavit dicens : Idem mihi dogma nocte præterita persuadere est comatus. Tunc quidam ab utero matris sue eunuchus, cui nomen Hor, libere ad Theodorum : Hunc etiam adolescentem, qui in errorem inductus est, perscrutare. Ac Theodorus : Tam adolescentis istius quam ipsius etiam filii Patchelphii animus, durissimi instar adamantis, omnibus pestiferæ doctrinæ ictibus fortiter restitit. Tum adolescenti dixit : Generosum mentis tuæ propositum a Deo scias esse susceptum; ac Præposito contubernii, in quo junior ille morabatur, præcepit, ut ne durius illum haberet, quia noctu et furtim ac contra Præpositi mentem e contubernio se subduxerat. Hinc ad Patchelphium conversus, veram de carnis nostræ mortalis a mortuis resurrectione doctrinam e sacris Litteris fusius exposuit et stabilivit. Hanc scilicet carnem nostram mortalem, aliquando immortalitate et incorruptione ornatam, a mortuis in gloria suscitandam. Tunc coram omni multitudine in lacrymas solutus Patchelphius (sufficere namque poterant dicta a Theodoro ad veram de resurrectione carnis fidem stabilendam) in solum se prostravit, dogmata Ecclesiæ sincere amplexus, et omnium pro

quem dextere corrigit.

se preces expetens, ut hujus etiam culpæ veniam a Deo impetrare mereretur. Omnibus ergo ad orationem cum gaudio se convertentibus, Patchelphius magna vocis contentione et fuis ubertim lacrymis, suam coram Deo improbitatem est confessus.

CAPUT IV.

Alia quædam Theodori miracula et insignes prædictiones.

Navigio alias in quamdam insulam cum nos ac Theodorus essemus devecti, ut ligna ad ignem struendum colligeremus, et omnes natione Græci adhuc in navi consisteremus (Theodorus namque ex navi alia cum pluribus Monachis excensionem fecerat, cum celeriori nos navigatione prævertisset, et cum suis tuguria cœperat exstruere) quando ecce Patricius quidam, cognomento Bupæs e Lyciæ partibus oriundus, quique eadem nobiscum navi vehebatur, auxilium miserabiliter implorare est auditus. Ad quem cum ora oculosque convertissemus, de majoribus serpentibus unum vidimus dexteri pedis Patricii talo dentes infixisse. At juvenis quidam Thebæus, nobiscum navigans, serpentem a Patricii pede vix tandem avulsum, et ad navis latera crebris ac validis ictibus contusum occisumque in flumen projecit. Doloris vehementia graviter interim ingemiscens Patricius, cum nil propius abesse videretur, quam ut animam subito efflaret, Theodorus adfuit; et locum quem venenato dente anguis læserat, sancto Crucis signo communiens, dixit ad Patricium : In metu ne sis; Christus te sanavit. E Monachis porro nonnulli postero die dixerunt : Nos fidem negantes verbis Theodori, Patricium ea ipsa nocte e vita putabamus abiturum; quem cum sanum nunc et incolumem videamus, Christum quidem benedictionibus, ac Theodorum admiratione prosequimur, quem Christo adeo gratum acceptumque novimus. Qui autem emori serpentem coegerat adolescens, noxiæ omnis expers atque immunis permansit. Compluribus deinde Monachis e Bau ad insulam in qua eramus appulsis, trecentorum capitum numerum imple eramus, quando sub horam nonam diei sextæ et vigesimæ mensis Arthur a Theodorus nos in unam convenire atque coram se adesse jussit. Tum Alexandrinum Theodorum dictorum suorum interpretem adhibens, hoc modo loqui est exorsus : Quod jam olim mihi Deus revelavit, hodierno die ad vos proferendum esse existimo. Præcepit namque mihi ut amplius non silerem, sed modo, cum hic consisterem, voluit ut vos de hisce continuo monerem. Sunt igitur sequentia. Non pauci eorum qui post susceptum baptismum aliqua conscientiam macula fedarunt, quales fere sunt in omni loco in quo Christi nomen est annuntiatum, quique Apostolicæ fidei integritate ex animo retinentes (in quorum numero nos quoque ponimur) peccata sua peracerbe plauerunt, eorum veram poenitentiam Deus suscipiens, a delictorum suorum reatu omnes exsolvit. Quicunque ergo usque in hoc tempus vero deplorastis ea, quibus a baptismi susceptione Deum a vobis offensum meministis, de venia securos esse jubeo. Quapropter unumquemque vestrum hortor, ut postquam misericordias Domini ex corde fuerit confessus, dicat : Vertisti planetum meum in gaudium : conscidisti saccum meum, et circumledisti me letitia.

Morsum serpentis signo Crucis repente sanat.

E

u

Jussus demerere suis, quod poenitentibus remissa sunt peccata, F

Ps. 29. 12

20 His multisque aliis sermonibus cum Fratres suos instruxisset Theodorus ad decimam fere usque diei horam, quatuor e reliquis ad se nominatim evocatos, universis nobis audientibus, sic alloquitur : Fratres nostri, qui cum Theophilo et Copre Alexandria redeunt, jam in propinquo sunt. Ne autem ignari

adesso fratres ab Alexandria,

A ignari locum hunc prætervehantur, itote ad extremas insule partes, iis quosque primum adnavigantes conspexeritis, flexuram *b* fluminis indicate, ut ad insulam hanc appellant: Theophilus, qui navi et vectoribus præest, stationem qua secura est novit; in eam cursum dirigit, Abeunt igitur Fratres, qui postquam non longam in littore fecissent moram, navim conspiciunt e fluminis flexura egredientem. In ea ubi Theophilum gubernatorem non sine stupore agnoverunt, signis ac nutibus in insula Theodorum versari, utque ad eandem cursum dirigerent, indicarunt. Prægressi deinde ipsimet, ceteris adventare jam navim renuntiarunt. Quo audito, in summam omnes admirationem sunt adducti, et Theodoro, cum ad insule portum se conferret, ac Fratres e navigio exeuntes amanter exciperet, et in osculo sancto salutaret, comites se addiderunt. Fratrum ergo omnium corona cinctus Theodorus, sic eos est allocutus: Est sane, cur gandeatis: vidistis enim Patrem nostrum Antonium. Quin etiam, inquit, per nos tibi scripsit: et dederunt ei epistolam. Quam ubi Theodorus non absque magno animi sui gaudio perlegit, eandem Ælurioni tradidit, palam et coram Fratribus legendam, interpretis partes agente Theodoro Alexandrino, quandoquidem idiomate Ægyptiaco erat exarata. Hæc porro scribebantur: Dilecto filio Theodoro Antonius in Christo salutem et gaudium. Sciebam equidem nullam a Domino factam iri rem, nisi aliquid inde salutariæ doctrinæ famulis suis prophetis inspiraverit; Nec putavi ea, quæ diu ante mihi Deus indicaverat, a me esse tibi manifestanda. Sed posteaquam Fratres tuos, qui cum Theophilo et Copre erant, videre contigit, hæc ad te scribenda duxi; et significandum, quo modo plurimi eorum, qui Christum in veritate adorant, et post susceptum rite baptismum in peccata prolabantur (quod per totum fere orbem accidit) si misericordiam Domini implorent, ac de admissis ex animo doleant, a Deo misericorditer in gratiam recipiantur, et omnia sic agentium hominum deleantur peccata; quod iis quos jam dixi omnibus in hunc usque diem benigne conceditur, quo hæc ad te epistola est conscripta. Illam itaque Fratribus tuis velim prælegas, ut ipsi quoque rem hanc intelligentes, gaudium ex ea capiant. Salutari a me Fratres cupio. Qui apud me sunt Fratres te salutant. Valere te in Domino cupio. Hæc cum omnes qui aderamus intellexissemus, nosque in faciem prostravissemus, in eos coram Deo prorupimus gemitus, ut, postquam is qui aderat presbyter finem fecisset precande, Theodorus dicere sit auditus: Affirmanti mihi, Fratres, credite, quod omnis quæ in cælis est rationis particeps creatura gaudio non modico exultaverit, ob eum quem modo propter peccata vestra dedistis planetum: obsecrationes namque nostras Deus suscipiens, aliquorum hic adstantium Monachorum, acerbe adeo crimina sua deplorantium, culpas delevit: quos ipse diu ante cognitos habens, eundem instituit sermonem, qui et mihi ante fuit, et quem modo perscripsit Antonius. Quamobrem omnibus gaudio perfusus, ad me conversus Theodorus; Tu, ait, o Ammon, quæ arcano quodam modo a me sunt dicta, et quæcumque alia vidisti et audivisti, palam et in plateis ubique fac annunties.

21 Inde cum tertius mihi inter Monachos degenti ageretur annus, nonnemo e patris mei amicis, ad monasterii fores cum me una cum Bessarione, egregio Dei servo et id temporis janitore, conspexisset, multis obsecravit, nuntians qua ratione mater mea, ex quo die propinquos et familiares deserueram, magno fuisset dolore oppressa; Pater vero universa Ægypti ac Augustauicæ *c* monasteria adiens, ubi me nullibi reperire potuit, haud aliter quam vita

functum deflevisset. Quibus ego auditis, virum Dei Theodorum oravi, Monachos mihi ut binos adungeret, in quorum comitatu matrem videre et consolari, ac deinde cum ipsis redire ad monasterium daretur. Tam ille ad me: Matrem quidem tam Christianis esse adscriptam scias; tu vero hisce in partibus deinceps non versabere. Quapropter auctor tibi sum in monte Nitriæ ut domicilium deligas: illo siquidem loco viri degunt sanctitate conspicui, Deoque gratissimi. Theodorum indicare volebat eum, qui cum Ammone versabatur (adhuc quippe is in vivis erat) et Ælurionem, et Ammonium, qui non diu post defuncti sunt, nec non et S. Pambonein et Dei famulum *d* Piorem, qui gratias sanctorum a Domino fuerant adepti, quique præterea cum hisce degabant homines sanctissimi, quorum nomina silentio putavi prætereunda, ne longior hæc evadat epistola. A Theodoro igitur abire permissus, eumque osculatus, multis cum lacrymis ut pro me Deum deprecaretur oravi. Postquam meos deinde parentes conveni, ad montem Nitriam me contuli; sextoque post mense, cum beatus Pontifex Athanasius id temporis sub Constantio ab Arianis cum furore investigaretur, sanctique per Ægyptum et in urbe Alexandria Monachi ac Virgines et Laici religiosiores multa sustinerent incommoda, et verberibus vulneribusque conficerentur, universa quoque Ægypte abire juberentur Episcopi, Ducis Ægyptiaci titulo tunc gaudente Sebastiano, successore Syriani, ejus jussu complures Deo per castitatem devotæ Virgines in ipsa S. Theonæ Episcopi ecclesia telis sceleratorum fuerant interemptæ: cumque sancti Episcopi sub Artemio, quem Sebastianus deinde habuit successorem, multi inter tormenta exspirassent, sanctique *e* Occidentales Episcopi acti essent in exilium, et mali omnes, Arianis prævalentibus, vix essent bonis ferendi: principem namque habebant crudelissimum Georgium: hæc inquam omnia cum fierent, Monachis cum Piore et Pambone in monte Nitria degentibus, reliquisque senioribus annuntiavi ea quæ de persecutione ista Theodorus prædixerat, quod videlicet gravis omnino esset futura, ac tranquillitas deinde consequeretur.

22 Arianis porro mala sua magno conatu promoventibus, quatuor a Theodoro submissi Monachi cum litteris ad montem Nitriam ejusque sanctissimos incolas pervenerunt. Ii præceptis Theodori obdientes, cum me diligenter quæsitus tandem reperissent, epistolam mihi tradiderunt Sabbati vespere. Sequenti autem, id est Dominica die, missas ad me litteras privatim primum senioribus, atque horum assensu et mandato universæ Monachorum multitudini prælegi, quæ sic habebat. Carissimis Fratribus in monte Nitria existentibus, Presbyteris, Diaconis, et Monachis, Theodorus in Domino salutem. Volo cognoscatis, quo modo Arianorum superbus furor ad cælum usque et Deum se penetraverit, ac Dominus populum suum, et quas ille sustinet calamitates, aliquando respiciens, miseratione erga eum commotus sit, et suam ab hisce miseris Ecclesiam liberare tandem statuerit. Dixit quippe de Arianis Deus; Uleiscar *f* super Babylonem, et que glutivit extraham de ore ejus. De Ecclesia autem: Quis ex vobis qui vidit domum istam in gloria sua prima? Quare magna erit gloria domus istius novissima super primam. Has itaque indubitatas promissiones, Fratres, cum habeatis, solatium præbete iis qui in regione vestra ab Arianis non pauca tolerant, ne fides ejusquam forte vacillet. Salutant vos qui mecum sunt Fratres. Salvos et incolumes vos Dominus conservet, dilectissimi. Ista cum legerem, universa quidem Fratrum qui aderant manus gloriam et laudes Deo attribuerunt; atque e senioribus unus, cui nomen

Hagius

AMMON.
EPISC. AD
THEOP.
b

ferentes Epi-
stolam a S
Antonio.

qua eadem
affirma-
bantur.

Auctor in
montem
Nitriam
dimissus

d

dum magna
ab Arianis
moveretur
persecutio.

E

e

litteras a
Theodoro
consolato-
rias accipit
F

f
Jer. 51, 41

*prædictionum
eventu sub-
secuto con-
firmatas.*

A Hagijs, mihi suaviter arridens : Et nos, inquit, ita asserimus, quoniam non ob loquelam tuam ista credimus : ipsamque epistolam accepit a me secundum Heraclidis senioris jussionem, Isaac, qui et Chrysgonus, id quidem temporis in monte Nitria Monachum agens, et ad extremum sub sanctissimo Episcopo Isidoro in minori Hermopoli Diaconus constitutus, beatissimo Episcopo Dracontio mittendam ; quam Frater Deo carissimus et Consacerdos noster Dioscorus, sancti Isidori successor, perquirens, haud difficulter puto reperiet. Persecutionis porro ejus quæ anno sexto mense nono *g* Athanasium Papam expulit, Julianus imperavit, homoidololatra. Hic sanctissimum Præsulem in Thebaide exulare jussit, multasque Christianis minas intentans, repente in Perside fato est extinctus, nihil eorum quæ minatus fuerat Christianis efficere valens : ita ut quicumque Theodorum de rebus hisce aliquando disseverentem audiveramus, Deo daremus gloriam, dum post tot annorum spatia, sic cuncta vidimus evenisse, prout ea ipse prædixerat, et deinceps quieturam Arianorum adversus nos rabiem absque dubitatione expectaremus. Quod etiam post tantum temporis intervallum nunc videmus *h* completum.

*Meminit
etiam testi-
monii Theo-
doro dati ab
Athanasio,*

g

h

B 23 Atque ista quidem omnia, Sanctitatis tuæ præcepto persuasus, litteris ausus sum consignare, multa omittens quæ a Theodoro fieri consexi, quæque multorum fortassis aures offenderent, cum vereremur in manus pusillorum et in Christi servitio adhuc tironum nostra hæc epistola forte deveniat. Postquam autem beatus Pontifex Athanasius, me omnium minimo, aliisque ecclesiæ Alexandrinæ Clericis presentibus, in magnam venisset ecclesiam ; beatæ memoriæ Ammonio, qui fuit Episcopus Elæarchiæ *i*, et Hermioni Episcopo *k* Bubastensi dixit aliquid de Theodoro, quod equidem existimo Sanctitatem tuam ibidem præsentem omnino audivisse, necessarium tamen est ut ad memoriam eorum quæ dixit renovandam scribam Pietati tuæ. Nempe cum præmemorati Episcopi admirarentur B. Antonium (sæpius enim cum eo egerat Antonius) dixit eis Athanasius Papa, vidi etiam temporibus hisce magnos Dei viros, Theodorum sanctificatum, Patrem Tabennesiotarum Monachorum, et Patrem Monachorum circa Antinoum, cui nomen Abbas Pammo, non ita pridem hac vita defunctos. Cum autem eo tempore me persequeretur Julianus, et aliud nihil in momenta expectarem, quam ut ab illo caperer (de hoc siquidem ab amicis fidissimis eram præmonitus) duo illi quos dixi die uno venerunt Antinoum ; et ego, sumpto consilio ut apud Theodorum laterem, ipsius navigium undique coopertum ascendi, deducente nos Pamnone Abbate.

*cui fugienti
indicarat
ille mortem
Juliani,*

g

h

i

k

C Vento autem minus prospero afflante, equidem corde anxius ad preces sum conversus, qui vero cum Theodoro erant Monachi, exscensione facta, navim remulco protrahebant. Tunc Abbati Pammoni, anxium me consolari volenti, dixi : Crede affirmanti mihi, non tam secunda mente sum tempore tranquillitatis, quam persecutionis : tunc namque animos mihi facit, quod Christi causa aliquid patiar ; cujus misericordia ad omnes casus recte comparatus, quamvis in captivitatem abduci me contingeret, magnam tamen ab eo gratiam consecutum me existimarem. Sermonem necdum finieram, quando fixis oculis Abbatem Pammonem Theodorus intuitus suaviter visus est subridere. Qua de causa in risum præne cum erumperet Abbas Pammo. Quid, inquam ad eos, talia me dicentem risu excipitis ? nostisne timoris causas quas habeam ? Tum Theodorus Abbati Pammoni ait : Risus nostri rationem expone. Respondit Pammo : Id ut ipsemet dicas longe est convenientius. Ac Theodorus : Hac ipsa, inquit, hora *l* in Perside e vivis auferetur Julianus : sic namque de eo prædixit

Dens, quod vir superbus et contemptor non prosperabitur in finem. Imperator porro exsurget, Christianus quidem et admodum illustris, sed qui exituum vitæ tempus impleturus *m* est. Non itaque te necesse est cum anxietate in Thebaidem fugere ; sed clam potius in Comitatum te infer *n* : Imperatori quippe per viam occures, ab eoque debito cum honore receptus in Ecclesiam reverteris : quo facto ipse mox Imperator a Deo ex hac vita auferetur. Itaque omnia evenere. Quamobrem sic existimo, viros non paucos Deo acceptissimos in Monachorum numero latere : hi enim ipsi sic quasi obscuri prorsus latebant, quemadmodum et sanctus Ammon, et sanctus Theodorus in monte Nitria, et famulus Dei ac pulchra senectute venerandus Pambo.

24 Ammonius autem episcopus cum beatum Piorrem, et Ælurionem, et Ammonium, et Isidorum Anachoretarum omnium antiquissimum, et beatum Macarium, quos omnes in monte Nitria viderat, magnopere admiraretur ; Sanctitas Tua de Sanctis in Scethi Anachoretis, Paesio, Paulo, Psolo, Paesii Fratribus, nec non de Isaia, Pesyro, Isaaco et Paulo, ac denique de Theodoro Thebeo ex me sciscitata est nam eum vidissem. Cumque trium annorum spatio huic me dicerem cohabitasse, narrare jussit, si quid a Theodoro præclare factum memoria teperem. Ubi ergo e prædictis nonnulla retuli (longo quippe sermone sanctum Papam detinere volebam) admirans ille : Experientia, ait, doctus, eo quo dicis modo rem omnem se habere, nullus dubito.

25 Nunc postquam ea, quæ a beato Papa Athanasio audiui, ad Sanctitatem Tuam perscripsi, supplicationem adjungo, ut Deum incessanter pro me depreceris, hoc unum orans ut suam a me misericordiam Deus nunquam retrahat. Saluta omnes qui tecum sunt Fratres. Qui apud me sunt Sanctitatem tuam multum salutant. Sanctissimus universorum Deus incolumem, meique in orationibus memorem, ad suam gloriam et Ecclesiarum bonum diutissime Te, Domine ac Frater sanctissime, superesse velit.

EPISTOLA

THEOPHILI PAPE ALEXANDRINI AD AMMONIUM EPISCOPUM.

VIDE PAG 71 *

26 Domino et Fratri meo multum dilecto, et Consacerdoti Ammonio Theophilus in Domino salutem. Cum præclarum animi tui ardorem et pietatem minime ignorem, non possum non vehementer probare quod de sanctorum hominum gestis memoriam feceris : nam et alias sæpe nos tuis narrationibus recreasti, scripto transmittens, quæ cognoveras. Contingat igitur tibi et nobis omnibus, cum sancto Theodoro partem et communionem habere. Non enim ad nostrum solatium cunctabundus, sed in id ipsum nonnihil addens promptitudinæ tuæ, multum nobis profuisti, dilectissime et desideratissime. Fratres qui apud te sunt saluta. Qui necum sunt, in Domino te salutant. Vale in Domino, Frater multum dilecte.

ANNOTATA.

a Athur respondet fere nostro Novembri, a iv Kalend. incipiens : adeo ut hic notetur 22 Novembris secundum Romanos.

b Geographorum tabula omnes inter Tentyram et Thebas Nilum grandi flexu versus Orientem declinant, unde reflexus denno recta in Septentrionem fertur.

c Augustamnica dicitur dimidia fere pars Ægypti ad

D
AMMON
EPISC AD
THEOP.
et restitu-
tionem a
Joviniano
obtinendam:
m
n

meminit et
aliorum
sanctorum
Monachorum

E

et epistolam
concludit :

F
cui pro ea
gratias agit
Theophilus.

A ad Orientem usque in Palæstinam, sua longitudine a
 AUCTORE D. P. Mediterraneo usque ad Mare rubrum extensa.

d Commemorantur in MS. Chiffletiano Synaxario
 S. Pior 17 Junii, et S. Pambo 18 Julii.

e Intelligentur præcipue SS. Dionysius, Lucifer et
 Eusebins.

f Caput hoc Jeremiæ quod in Vulgata est 31, apud
 70 numeratur 28.

g Mensis Ægyptiorum nonus censetur Pachon,
 respondeus nostro Majo. Mensem ergo hic habes, atubi
 non facile inveniendura, quo a tumultuante in Galliis
 exercitu Augustus proclamatus Julianus diadema
 sumpsit anno 360 imperiumque est auspicatus: in quo
 eum sequenti anno 361 exunte confirmavit mors Impe-
 ratoris Constantii. Hac porro ratione primus annus
 Juliani fuit annus sextus persecutionis, Athanasio
 moveri captæ anno 335 post Mediolanensis Concilii
 dimissionem, in qua signata ejus damnatio fuerat.

h Mortuo scilicet Valente et subiecto in Imperium
 Theodosio, cujus anno 9, Christi 387, Timotheo
 Alexandria Episcopo mortuo, 26 mensis Epiphi, id
 est 20 Julii, ordinatus est in ejus locum Theophilus,
 inquit Theophanes, attribuens Sedi ejus annos 28: hic
 B autem est cui scribitur.

i Elæarchia in Ægypto secunda, inter Alexandriam
 et Thmuis fere media. In Epistola S. Athanasii ad
 Antiochenos appellatur Agatho Piragoneos et Elæar-
 chie Episcopus: quod Carolus a S. Paulo in Geo-
 graphia sacra sic interpretatur, quasi Phragonea
 civitas Episcopalis, Elæarchia territorium seu Præfe-
 ctura ipsa vocata fuerit.

k Bubastus, Augustamnica secundæ civitas Episco-
 palis, a qua extremum Nili brachium ad Orientem
 habet ut Bubasticus fluvius dicatur.

l Obiit Julianus anno 363, die 26 Junii, ut supra
 dictum.

m Jovinianus hic fuit, post necem Juliani, anno
 363, 26 Junii peractam, acclamatus ab exercitu Impe-
 rator, martuus 17 Februarii sequentis anni 364.

n Nonnulla de hac Athanasii restitutione aliter a
 nobis exposita in Vita cap. 30, ex hac epistola lumen
 et correctionem cum insigni plurium etiam alibi notitia-
 rum auctario debent accipere, uti in Appendice ad to-
 mum 1 notavimus.

APPENDIX

DE PACHOMIO JUNIORE

C D. P. Abbate monasterii S. Antonii in Ægypto,

Magni Pachomii tam antiquissimis, quam mediis,
 CIRCA AN. CCCC novissimisque scriptoribus laudatissimi, genuina Acta
 datur, Commentarium ad ea prævium conclusimus
 proficundo, quod aliquando coacti proferre quædam Acta,
 Acta cum quæ nobis in totum aut ex parte suspecta vel etiam
 edita ut Postumii, convicta sunt de falsitate; id non alio sariamus consilio,
 quam ut Lector ad ipsum qualiscunque narrationis
 fontem consistens, suo ipse gustu judicare possit de
 rivulis inde deductis; utque sincerorum auctororum
 scripta, meliori in luce appareant juxta ejusmodi um-
 bras. Consilium hoc si probes, Lector; non etiam im-
 probabis, quod hoc loco, licet non prorsus necessario,
 apto tamen, proponam tibi Acta cujusdam junioris
 Pachomii, sub alieno Pasthumii vel Postumii nomine
 hæcenus lectu inter Vitas Patrum, a S. Hieronymo
 aliisque collectas, sed contractu nonnihil; magis integra
 autem reperta in MSS. duobus pervetustis altero S.
 Maximini Treviris sub hoc titulo Vita S. Pacomii,
 hominis Dei, a S. Hieronymo edita; altero Neapoli
 reperto transcriptoque a p. m. P. Antonio Beatillo,
 ubi appellabatur Pachomius. Cum autem Græce scri-
 batur Παχόμιος, idque melius reddatur Pachomius,

D sicut reddidit Hieronymus in Vita Marcellæ, præter
 alios quosdam apud Rosweidum, merito timentem, ne
 Pasthumius, quod aliæ editiones habent, ex Pachomio
 irrepperit: ipse autem nullam dat rationem, cur
 Pasthumium convertat in Posthumium, nec credo
 aliam habuisse, quam quod magis ei placeret forma
 Latini nominis, unius dumtaxat litteræ conversione
 faciendo.

2 Idem fatetur nihil de hoc sibi occurrere vel in
 tabulis ecclesiasticis vel apud Historicos, et multa
 esse affinia cum Pachomio ejusque regula: quod
 observans etiam potuisset formidare, ne ad quamdam S.
 Pachomii Tabennensis imitationem, confictus sit hic
 Pachomius Antouianorum discipulorum Pater post
 Macarium constitutus, uti credere oportebit, si quid
 velimus credere dictæ Vitæ, in qua Auctor quispiam
 Latinus, ut videtur, solam scripsisse se profitetur, quo
 ordine eum Dominus ad suam vocavit gratiam; idque
 sicut referentium jactavit oratio, qui initia conver-
 sationis ejus noverant. Quam enim difficulter succes-
 sio illa componi potest cum certiori de S. Antouii
 discipulis notitia, ut max apparebit; tam suspecta red-
 ditur vel referentium vel scribentis fides, ne alterutri
 cum nullo aut cum exiguo veritatis fundamento perso-
 nam hanc ejusque initia sint commenti. Hieronymus
 certe perperam præteritur huic Vitæ, reclamante ejus-
 dem notissimo cunctis stylo. Hieronymi tamen æqualis
 auctor fuisset, si talis Pachomius revera extitit in rerum
 natura; et si ideo (ut præsumi posset) de morte ac fine
 ejus nihil scriptum est, quia ipse adhuc inter homines
 supererat: atque ex hoc capite minus esset mirandum,
 ejus nomen nusquam notari in Martyrologis, qui qua
 die obierit, Vita suo sine destituta non exprimit. Dedi-
 mus ad xxix Martii Vitam cujusdam Marci Athenien-
 sis, Eremitæ in Libya, eamque fassi sumus suspectam
 nobis esse, ne fuerit ad ejus imitationem expressa, quam
 de S. Paulo primo Eremita descripsit Hieronymus,
 ex relatu Amathæ et Macarii, qui ex magistri sui ore
 sæpius audiverant. Mutatis enim nominibus, et additis
 pluribus quæ fidem difficulter obtineant paradoxis, res
 eadem quoad substantiam utrobique narrantur; circum-
 stantiæ autem eo tantum differunt, quod in Paulo sint
 omnia simplicia magis et verosimilis historiæ modum
 non excedentia, in Marco contra poetice simillima
 fictioni atque ad stuporem cientium adornata. Deditimus
 tamen illum Vitam, ut daretur occasio plura forsitan
 eruderandi, quibus fictionis diluatur suspicio aut salva
 substantia corrigantur circumstantiæ minus prudenter
 adjunctæ. His autem non comparentibus, minime impro-
 bamus ipsam ab opere nostro exiari, siquando Martius
 recudetur: nec prima quidem vice illum datur, si
 credidissemus extituros aliquando, qui non obstante cau-
 tela adhibita, auctoritatem nominis nostri ei additam
 opuarentur. Sed ne iterum hoc fiat, per modum dum-
 taxat Appendicis, et absque titulo Sancti, vere Sancto
 Pachania hunc, modis omnibus suspectam, adjungimus;
 ne fallere pergat tot egregiis Sanctorum indubitabilium
 Vitis, quot Rosweidi opus continet, permixta, et ut con-
 traria juxta se posita facilius possint per comparationem
 istam dijudicari, non sine utili ad similia plura Criticæ
 facultatis exercitio.

3 Primum ergo quod expendi meretur, debiteque
 expensum difficulter habebit fidem, est quod prædictus
 S. Antonii discipulus Macarius, qui, Hieronymo S.
 Pauli Vitam scribente, una cura socio Amata adhuc
 erat in vivis (ut constat ex Prologo ad eandem Vitam)
 quique nusquam alibi legitur super condiscipulos ullum
 magistratum gessisse, dicatur ab Antonio derelictus,
 quinquaginta fere millia Fratrum gubernanda sus-
 cepisse, et Pachomium constituisse monasteriorum
 Doctorem et Principem in eo loco, a quo ipse disce-
 debat moriens, ubi etiam S. Antonii Reliquias visitari
 solitas haud obscure indicatur, quasi jam tunc palam
 noto

sed quoad
 veritatem
 merito suspe-
 cta,

E

sicut et Acta
 Marci Athen.

F

Dicitur ille
 Macario,
 50000 mona-
 chorum Patci.

A noto ejus sepulcro. Contra quæ, præter alia quæ dici possent multa, hoc fortissimum occurrit, quamvis negativum sit: silentium nempe Palladii Helenopolitani Episcopi in Historia Lausiaca, cui adjungi posset similis operis auctor Ruffinus Aquileiensis, vel si mavis Evagrius Ponticus et Palladii interpres aut socius itineris. Si enim hic non ultra Lycum in Thebaide progressus, sæpius et definite meminit ingentis numeri Tabennesiatarum, quas solo fere cognovit auditu; alibi autem repletorum manachorum numerum, quoties is communem modum egredi videbatur, solite expressit quomoda Ægypti solitudinem liberius scrutatus minus diligens fuisset circa discipulos S. Antonii, quorum plurimos vidit; eos præsertim qui vel ipsius monasterium incolebant, vel per circumjectam eremum sese solitarie exercentes, ipsius monasterii Abbati, tanquam communi omnium Patri, suberant, si tantam eorum invenit copiam?

(quos mirum esset præteriri a Palladio)

4 Quamvis autem, uti ad Vitam S. Antonii §. 2 est demonstratum, duplex est mons seu monasterium Sancti, non apparet ad utrius incolatum regimenque potuisset a Macario invitatus inductusque fuisse Pachomius: et hæc est alii difficultas. Cap. 25 Palladia narrat Cronius Presbyter Nitria, quomodo pervenit ad montem S. Antonii et monasterium quod est prope fluvium, in quo sedebant ejus discipuli Macarius et Amatas, qui etiam eum cum dormisset sepelierunt. Sed ne hic te putes legere quod monasterium istud saltem cum socio Anuta regerat Macarius; audi eundem Palladium, cum ex Thebaide rediens locum adisset, cap. 74 sic loquentem, Vidimus autem juxta Thebaidem (ἄρξί Græce, non ἐν in, ut male interpres) altum montem fluvio imminentem, valde terribilem et præcipitem, et monachos illic viventes in speluncis. Eorum Pater erat Pityrion, qui fuit unus ex discipulis Antonii, tertius qui illum locum excepit, cum successisset Antonio et ejus discipulo Ammonæ. Nullo ergo hic locus Macario, velum successori ejus Pachomio: nec jam aliud restat quam ut interior salitudo intelligatur, triginta milliariis distans a fluvio. Et hanc revera indicare videntur hæc Acta, dum num. 6 inducunt Macarium, Pachomio succedentem, ut S. Antonii Anachoretarum Principis non pigritaretur visitare Reliquias. Sed et hic rursus occurrit, quod eo in loco, ut scribit S. Hieronymus in vita S. Hilarionis, solum habuerit Antonius duas ejusdem mensuræ cellulas, in vivo excisas lapide, in quibus, venientium frequentiam et discipulorum contubernium fugiens, commoratus est, una scilicet pro oratorio, altera pro cubili utens; solitusque ab interiori illo (ut quandoque appellatur) monasterio seu asceterio, ad exterius prædictum, ubi reliqui sui discipuli erant, accedere, ut Palladio narravit præcitatus Cronius, aliquando quidem post decem dies, aliquando vero post viginti, aliquando vero post quinque, prout expediebat, pro beneficio eorum qui veniebant ad monasterium.

successisse in monasterio S. Antonii sed quo?

exterius tenebat Ab. Pityrion;

in interiori solus habitavit Sanctus,

B

C

5 Tertia difficultas est, quod teste S. Athanasio in Vita num. 112 et 115. discipuli illi duo, quos ibidem ante quindecim annos instituerat Sanctus, quique ei jam seni cœperant ministrare... involutum, ut præceperat, corpus humo operientes, servaverunt mandata, de eo occultando sibi sub exitum Vitæ datus, et nemo interim usque ad hanc diem, præter eos, ubi sit conditum novit. Ita Athanasius scribens circa extremos annos aetatis suæ vitæ, quam clausit anno vulgaris Æræ cccclxxi, ul est xxv post mortem S. Antonii. Merito proinde dubitabit aliquis, utrum tam sancte adjuratus Macarius mandatum de secreto servando violare voluerit; qui verosimiliter nec solus quidem audebat locum revisere, ne importunus aliquis explorator, vestigia euntis redeuntisque observando, veniret in loci illius cognitionem. Et forte eadem de causa ipse ac socius post mortem magistri receperunt se ad exterius

ubi et ignoto omnibus loco est sepultus,

monasterium, quia illo defuncto et corpore clam haberi jussu, nihil in interiori erat amplius quod eos ibi moraretur. In loco etiam, qui xxx P. M. remotus a fluvio, desertus plane erat et difficillimus aditu, non videntur ali potuisse, quæ hic subjiciuntur Macario et post eum Pachomia quinquaginta milliæ Monachorum: multoque in hac parte moderatior est auctor ejusdem fabulosissimæ et merita suppressæ suppressæque relationis, de invento corpore S. Antonii, quam ex MS. S. Albanii Treverensis habemus; cum narrat, quod Sanctus in isto suo deserto, itinere viginti quinque dierum per aspera et devio adeundo, construxit ecclesiam S. Mariæ cum tribus altaribus de crystallo, et posuit in ea viginti quatuor fratres, quibus alendis quotidie afferrentur panes ab illis ipsis duobus leonibus, qui S. Paulo primo Eremite sepeliendo suum commutarunt operam.

6 Dixi fabulosissimam narrationem. Fingitur enim jussu Constantini Imperatoris, a cujus unico filio Sophia expellendum se negabat dæmon nisi ablato Constantinopolim corpore S. Antonii, pro eo requirendo missus Theophilus, urbis Regis Episcopus, quadragésimo post martem Sancti anno: qui Constantinopoli Hierosolymam et inde Ephesum Ægypti advansans, cum ad dictum penetrasset locum, nec aliud ibi intellexisset, quam ab Hilarione et Piere discipuli clari omnibus esse defossum, post jejunium triduanum meruerit ducem accipere stellam; secatusque itinere dierum quinquaginta novem, devenit in campum amonissimum, in cujus medio fodere divinitus jussus, cum fossorio instrumento destitueretur, precando impetravit leopardos duos, et hi pedibus scalpentem terram, denudarint lapidem, sub quo jacebat incorruptum corpus, vestitum cilicio coriaceo et tunica contexta de palmis, quam B. Paulus primus eremita fecit. Imperitum verioris historiarum esse oportet, qui nesciunt quam ista de Constantino, Sophia, Theophilo, Hilarione atque Piere male consuta sint, nec vacat iis redurguendis immorari, ne lectoris abutar patientia. Solum significo reveri me, ne illa Macarii Pachomiique successio, in tal Fratrum ab Antonio relictorum curam, haud magis veracem auctorem habeat: sitque ejusdem figliæ, cujus est inter Vitæ Patrum, hæc Pachomii vitam præcedens, alia, sub nomine, S. Macarii Romani servi Dei, qui inventus est juxta Paradisum, auctoribus Theophilo Sergio et Hygino, post iter pluribus fabulositatibus quam diebus productum: quæ tamen Vita ipsius S. Hieronymi, ævo jam nota erat: de ea enim omnino loqui videtur cum ait in Prologo, ad Vitam S. Pauli, primum eremi cultorem requirens; Nonnulli et alia, prout voluntas tulit, jaçant, subteraneo specu crinitum calcaeo tenus hominem, et multa quæ persequi otiosum est incredibilia fingentes. Quorum quia impudens mendacium fuit, ne refellenda quidem sententia videtur. Roswerthus, non ausus eum probare, excusat tamen quod passus sit ut ante fuerat impressi reculi, eo quod ad xxiii Octobris sumptam inde epitomen invenerit in Græcorum Menæis, et locum exinde citatum in Decreto Gratiani. Sed in hoc minoris forsitan fecisset Menæa, si visis quot nos vidimus MSS. Synaxaris, ubique istiusmodi epitomen deesse cognovisset, adoque novitium additamentum istud censei posse æque ac alia: et ut plura Synaxaria haberent eam, non aliud inde sequeretur, quam antiquissimæ fabulæ antiquitas fidem habitam a Græcorum nonnullis.

7 Sed ecce insignis quædam hujusmodi paradoxarum narrationum propugnator, isto examinis curiosi rigore aliquis sibi curas opiniones labefactas dolens, aurem mihi vellicat monetque, si sic examinentur Sanctorum Acta omnia, vix unum volumen iis quæ probare potuissemus fuisse a nobis implendum. Abi sis, et istam solitudinem deponere: quamvis enim in hæcenus editis sint aliqua quæ nunc reprobaremus, præsertim in Janua-

D

AUCTORE D. P.

et magnus numerus ali non potuisset

eum ad 24 restringit.

E

Inventio S. Antonii

æque fabulosa ac Vita S.

Macarii Romani prope Paradisum inventi

F

Sed nullum a talium refutatione præjudicium patiuntur nostra Acta Sanctorum.

A rio ; non ideo tamen mirus hic mensis, etiam rescissis illis, sex tomos implebit, quodcumque recedetur. Est autem ubi majori, est ubi minori opus sit examinis severitate. Quaedam enim sunt, quæ nullam ad alias historias illustrandas, stabilendas aut infirmas momentum adferunt, quia nullam vel exiguam habent cum iis connexionem ; et hæc ut exiguam præbent examinare volenti ansam rationabilis dubii, ita levi absolvuntur iudicio : ea vero quæ admissa longam post se trahunt consequentiarum catenam in toto historia profana ac sacra, profecto nisi undique stabilita confirmataque, non sunt recipienda ; si autem sub ipso examine deficient, magno sunt conatu rejicienda. Hujusmodi cum non sit hic Pachomius, ejus qualemcumque Vitam accipe, et ut voles utere ; modo ea non obutaris ad alia, æque ac magis dubia stabilenda ; uti fieri quandoque dolemus, etiam absque ullo ad nostras præfationes commentariosque respectu : qui si consulerentur, appareret diversissimus esse veritatis aut verisimilitudinis gradus, secundum quos proponuntur ac disponuntur in hoc nostro opere Acta Sanctorum : neque nos ea intricare, cum posteriores lucubrationes aliquid in prioribus mutandum suggerunt aut supplendum ; sed id agere, quod ingeniorum ac veritatis amantium scriptorum est.

VITA APOCRYPHA

Ex MSS. et editione Rosweidi

PROLOCUS.

Quoniam desiderium est bonum, desiderare semper audire quæ sancta sunt ut non silentio torpeamus, ideo de operibus Domini tacere non possumus, quæ in servis suis indesinenter ostendit. Ac primum de S. Pachomio Dei servo sciendum est, quo ordine eum Dominus ad suam vocavit gratiam, sicut referentium jactavit oratio, qui initia conversationis ejus noverant. Hæc vestræ dilectioni scribere a et intimare disposui ; [ut ab initio usque in finem vitæ ejus sancto accendamihi amore fidei,] quomodo per rusticos homines Dominus in se credentibus, manifestavit regni sui mysterium.

a

b

Pachomius ab adolescentia virtuti deditus,

c

C

d

ab Angelo docetur Deum noscere et orare,

2 Erat enim Pachomius natione b Memphius, genere gentiliū natus, sed ab infantia innocens, ignarus litterarum, ab omni peritia alienus ; fuerat enim c arte spartarius. Nunquam se adolescentum gregibus miscuit, nec publicas ac otiosas fabulas aliquando cognovit. Pes ejus ad saltandum non est commotus in omni vita sua : numquam de ore suo turpis sermo processit, neque avaritia in corde suo ascendit : ad femur oculos, cum adhuc esset in seculo, non levavit : mendacium omni virtute vitavit : discordiam odio habuit semper : falsum testimonium non dixit adversus proximum suum, sed nec contra externos noverat commoveri : custodiebat pacem in animo suo, per omne tempus. Cum ergo hæc ab eodem agerentur, et annorum esset triginta et septem ; placuit Deo eripere eum de corruptione peccatorum, et ad incorruptionem vitæ æternæ vocare. Ferturque introisse ad eum Angelus Domini, d dixissetque ei : Pachomi. Et ille ait, Quis es ? Et dixit ad eum Angelus : Surge. Et surrexit, et stetit ante eum. Et rursus dixit Angelus Domini ; Deum excelsum nosti ? Pachomius dixit : Domine nescio, si est Deus in celo : sum enim rusticus, et nulla est mihi sapientia. Arti meæ ab infantia mea inservio, et nihil ab hominibus urbanis audivi quod discerem, sed publicas semper fugi excessus. Et dixit ei Angelus : Ora ad Dominum, et dabit tibi sapientiam, et intellectum. Pachomius dixit : Deum non novi orare, nescio enim quid dicam. Et accepit Angelus folium lauri, et scripsit in eo verba orationis, et dedit ea Pachomio dicens : Manduca illud, et erit amarum in ore tuo sicut fel, ventrem autem tuum adim-

plebit dulcedine sapientiæ, dabitque tibi formam orationis et sacræ doctrinæ. Et accipiens Pachomius manducavit ; et factum est os ejus amarum : porro venter ejus adimpletus est dulcore, et mirificavit Dominum valde. Vere autem credimus in eum impletam fuisse prophetiam Ezechielis, et Joannis Apostoli dictum, qui librum de manibus Angelorum accipientes comederunt illum, et adimpleti sunt sapientia plenitudine ad prophetandum. Iterum Angelus Domini tetigit labia Pachomii, et depulsa amaritudine linguæ ejus, de Deo loquebatur ingentia. Dixitque Angelus Domini adhuc Pachomio : Fige genua in terram, et faciem pone ad Orientem, et nunc dabitur tibi a Deo quemadmodum possis orare. Et posuit Pachomius genua sua in terram, faciem quoque suam ad Orientem ; et infusa est oratio in sensum ejus, et ait :

3 Benedicam te Domine Deus Omnipotens, Rex cælestis, qui ignorantibus te nomen tuum innotescere facis per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum manifestum, ut populum tibi congreges ex omnibus adoptivum. Volens enim mundo succurrere laboranti, propter generis humani salutem, unico filio tuo non pepercisti. Per eum obsecro tuam misericordiam, ut me perducere digneris ad tuam gratiam, et mihi cæco tribuas verum lumen in tenebris constituto. Tu enim nosti, Domine, quia nullum sciebam omnino sermonem, et dignatus es donare quod loquerer ad te, et docuisti me quibus te verbis orarem. Ex memetipso cognosco, Domine Deus meus, quia vere cæci vident, surdi audiunt, mutorum linguæ solvantur, claudi ambulant, leprosi mundantur, pauperes evangelizantur, peccatores vocantur. Quis enim eram ego, et recordatus es mei ? aut in quo prævalet apud te pusillanimitas mea, quia requisisti me ? Nunc igitur peto, ut me sordibus abluas peccatorum naturalis miseriæ meæ, quæ me longo tempore pressit. Vivebam enim a parentibus eruditus infeliciter, more gentiliū, tamquam socius jumentorum : misisti ergo mihi Angelum tuum, et percussisti femur meum, et aperuisti mihi saxeum pectus. Væ enim tacentibus de te, quia igni ustionis cruciandi tradentur in sempiternum. Ecce enim in brevi cognovi, quoniam non est gaudium inopiis apud te, nec peccatoribus lætitia post obitum veniet, et nisi hic ad te revertantur, salvi esse non possunt. Quoniam ergo non est tibi visum perdere me, Domine redeceptor humanitatis nostræ, ostende mihi in melius, ut plenius te cognoscam Dominum et Salvatorem meum Jesum : quia non est alius absque te, qui es benedictus in secula. Hæc fuit oratio sancti Pachomii prima, per quam eum introduxit Angelus Domini ad viam fidei perquirendam.

4 Erat autem intentus Beatus Pachomius, quando ad eum Angelus Domini remeare posset. Fixus ergo orabat, sperans quod esset eum Dominus per illum visitaturus. Cum autem pauci transissent dies, et ecce Pachomius juxta consuetudinem suam restem torquebat ex junco. Et ingressus Angelus Domini ait ad eum : Ave Pachomi. Statimque pavefactus surrexit Pachomius. Et ait illi Angelus Domini : Vis ducam te ad virum Sacerdotem Dei, qui te baptizet in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti ? Et respondit Pachomius : Domine mi sancte Dei, hoc est mihi optabile jucundumque valde, ut ad plenum me viam doceas Dei, quæ sit perfecta salus operum supernorum. Et apprehendit eum Angelus Domini ad verticem capilli capitis ejus, et duxit eum ad quendam Episcopum e nomine Priscum, virum justum et timentem Deum, qui vehementer memor erat operum Dei, atque illi : Hunc doce quæ sit via Dei, et sapientia, et intellectus, et baptiza eum in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Porro Sacerdos Domini

Ex 3, 3.
Ap. 10, 10.

E
petitque a
Deo ut per
veram fidem
salute
atiquando
pollatur.

F
Angeli ministerio ad Priscum Episcopum deductus, ab eodem baptizatur,

e

A Domini audiens hæc gratulatus est valde, sed non intellexit eum esse Angelum Domini, qui illum introduxerat ad se. Statinque Angelus Domini, splendida mutatus effigie, refulsit in faciem Sacerdotis in vestibus albis vultuque decoro : citiusque pavore Christi Sacerdos perterritus, cecidit consternatus in terram. Et ait ad eum Angelus : Ne timeas, conservus enim tuus et omnium Fratrum tuorum ego sum. Oportuit enim manifestari tibi gloriam Dei nostri, ut scias quomodo doceas verbum Domini, erudiens eum secundum salutem animæ ejus, ut vivat coram Domino in æternum. Et hæc dicens discessit ab eis. Priscus autem Episcopus acceptum secum Pachomium, locuit eum jejunare, atque indesinenter orare : cui manus imponens Catechumenum fecit, atque ita velociter baptizavit ; docens eum symboli Sacramentum. Moxque ut baptizatus est Pachomius, repletus Spiritu sancto, dixit hanc orationem : Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, qui per Spiritum sanctum tuum me reconciliare dignatus es Deo Patri, et redemisti me a pena æterna, quia non credentes in te peccatorum suorum ponderibus sunt aggravati. Sunt enim peccata plumbo graviora, a quibus ego lactor extractus, et de omnium iniquitatum necessitatibus liberatus exulto. Vere enim apud Deum personarum acceptio non est, sed misericordia multiplex. Quomodo igitur indignus ego accedere gratiæ tuæ præsumerem, nisi tu me cælesti dignatione præveniens, morbide animæ, quam in corporis materia habitare præceperas, velociter subvenires ? Inimicum legis tuæ, qui mihi in carne dominabatur subvertens, a sordibus me Spiritus sancti regeneratione mundasti : loquitur in me anima mea renovata, que longo tempore inter oves perditas jacebat abjecta. Accepto fidei signo lætatus sum, *f* vultui meo infixus reparatus in gratia. Quasi mutus accepi vocem, loqui cupio filiis tuis : et hymnum narrare in confessione liberationis meæ, [canere laudes tuas in omni Ecclesia tua], quia absolvisti captivum, ignorantem quæsisisti, stulto sapientiæ viam donasti, egentem ditasti, mortuum suscitasti, longe positum appropinquare tuæ Majestati fecisti. Ideo confitebor tibi, et psalmina dicam nomini tuo, cum me docueris ordinem, quo psallam tibi, et benedicam nomen tuum in secula seculorum. Amen.

*Animum suum
omni genere
virtutum
ezornat,*

B 5 Igitur Pachomius baptismo consecratus, litteras nesciebat, sed in eo nomen Domini, cum perceptæ fidei augmento et robore, de die in diem crescebat. Accendebatur fraternæ studio caritatis, humilitatis vinculo ad universos colligatus erat, castitatis jugum libenter amabat : cunctosque Fratres, qui erant ecclesie proxima loca habitantes, solícite requirebat : studiose psalmos dicebat, corpus suum jejuniis alligebat, in oratione ad Deum assidue pernoctabat, pulmenti calidi cocturam repudiabat, agrostibus, delectatis herbis et aqua frigida. Cilicio semper corpus opertum fatigabat per eremum, asserens esse peccatum, si aliquando ab opere vacaret. Verbose sermonis carebat, divinis autem libris aurem accomodabat : jurare omnino detestabatur, mundum in oratione sua plangere non desinebat. Cum frequentia pateretur corporis tentamenta, ad nota orationum subsidia convolvabat : et ne amplius quam deberet somno indulgere videretur aut mortalia fovere membra, paululum super saxa requiescebat, ut cum duritia lectuli doloribus ageretur corpus, statim ad Dei consurgeret opus. Panem etiam suum ad mensuram accipiebat, et aquam ad mensuram potabat. Numquam pleno ventre a mensa recessit, nec sitim suam satiavit, dicens non esse bonum, si carnis voluntas fuisset impleta. Obedientiam vero et fecit, et docuit. Patientia sua superbos deposuit, et iracundos homines subtiliter mitigavit. Si quando sug-

gestionibus suis Sathanas ejus cupiebat propositum impedire, oculis in eorum levabat, et statim Sanctum sibi rogabat adesse auxilium. Talis ejus vita usque in senectam fuit, qualis ab initio cœpit. Cum hæc gererentur in eo, et prorsus sic suum usquequaque despiceret corpus, si quando infirmitas febrim aut stomachi dolores graviter mentem ejus afficerent, corpus non dedit indulgentiæ ob morbum infirmitatis, nec calidis usus rebus jejunia minora vit, æstimans, quod si corpus calidiori cibo consolaretur, a Domino redemptio animæ non daretur. Nam si quando valetudo gravis debilia genua fatigaret, ita ut ad vigiliis Pachomius exurgere non valeret, orando in stratu suo et psallendo non desinebat ; aut si lingua præsertim cessaret, cordis intima rugiebant proclamantia. Hæc Pachomius faciebat, ne de silentio ejus hostis animæ diabolus lætaretur, aut in opere Domini vir negligens inveniretur. Sed cum in tantæ discretionis vita Pachomius permaneret, perrexit ad baptizatorem suum, ab eo commendatitiam orationem poscens, ut sine victu *g* spirituali eiemi quam concupierat non penetraret arcana ; ubi multo tempore demoratus, innumeras demonum pertulit insidias. Sed Dominus qui de mundo venerabilem converterat virum, quotidie cor ejus armabat ad sustinendas versutias spirituum malignorum. Notum igitur factum est hoc S. Macario, scilicet B. Antonii discipulo *h*, et visum est ei abire in eremum [ad requirendum Pachomium vel propositum ejus atque studium percunctandum. Eadem quoque nocte Angelus Domini apparuit Pachomio in eremo, et celerem Macarii indicavit adventum]. Hic enim Macarius, ab illustri viro Antonio derelictus, quinquaginta *i* fere millia Fratrum susceperat gubernanda. Ejusdem igitur Macarii exitus de seculo appropinquabat dies, et requirebat, Dominico gregi qui post ejus excessum magister subrogaretur. Sanctus itaque Macarius cum ad sanctum pervenisset Pachomium, excepit eum libenter, præcipue cum ab Angelo monitus sciret, quod famam ejus subtiliter explorare atque propositum venerat.

6 Porro Macarii aspectibus Pachomius placuit, et suadere instantissime cœpit, ut S. Antonii Anachoretarum Principis non pigritaretur visitare reliquias. Sed cum omni virtute reniteretur, et abire penitus nolisset, in somnis Pachomius siue ullo cunctamine ire jubetur. Qui, quoniam Divinæ contradicere non poterat Majestati, cum Macario aggreditur iter. Congregationem igitur multitudinis Monachorum ingressus est, que a Sancto gubernabatur Macario, de quo sæpe diximus *k*, quia et corpus sepelivit Magistri, et spiritus ejus requievit in eo. Qui cum se in extremo videret, istius scilicet vitæ temporalis, advocato ad se S. Pachomio ita exorsus est : En, Frater, tempus resolutionis meæ instat. Quapropter audiens bonum testimonium de te, et sciens finem senectutis meæ, debilitatis meæ imposui gressibus, ad pertingendum usque ad te. Nunc ergo bene fecisti venire mecum. Suscipe ergo paterno more gregem Dei regendum. Noli querere quod tibi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant. Ne ergo excuses suscipiendi oneris gratiam, mercedem a Domino recepturus tempore opportuno. Tunc S. Pachomius pedibus ejus advolutus ait : Reverendissime Pater, quomodo mihi tam magnæ multitudinis curam committis, homini rustico, litteras nescienti ? Provide igitur eis peritum hominem, qui possit tota solitudine tantum regere populum. Tunc Macarius ait Pachomio : Excusationes tuas non audio, neque causas recipio : hi enim omnes ditioni tuæ subditi manebunt, nec est alius tantæ abstinentiæ vir, qui possit istius populi gubernationem tam solícite pertractare quam tu. Et ut citius dicam, dilectissime

D
EX MSS.

*etiam senex,
etiam infirmitate
pressus,*

Eremum petit.

g

E
*A S. Macario,
Antonii discipulo,
invisitur.
h*

i

F

k

*et ab eodem,
jam monachis
Antonianis
proficitur.*

A lectissime Frater, te electione sua Dominus designavit, ad suscipiendum hujus ministerii locum. Ergo nequaquam poteris Domini cœlestis contradicere jussioni. Nihil ex hoc Pachomius ultra locutus est Macario; sed dum ejus verba secum in animum volveret, Macarius emisit spiritum. Statimque populorum ingens turba ad tanti Patris funus cucurrit. Ibi psallentium multitudo diversis hymnorum vocibus, quasi uno ore, laudes Deo canebant, donec corpus ad sepulcrum duceretur humandum. Nemo tamen vehementer dolebat, eo quod S. Macarius tam velociter monasterium reliquerat, quoniam similem Dominus Deus Pachomium gregi suo magistrum providerat. Tribus ergo diebus post S. Macarii excessum orabat Pachomius, ut acciperet de cœlo fontem doctrinæ per Jesum Christum in Spiritu sancto, ut posset tanta populorum millia prudenter docere. Tertia igitur die venit ad eum secundum consuetudinem qui eum converterat Angelus, et locutus est ad eum, et constituit eum monasteriorum doctorem et principem in eo loco, a quo Macarius discesserat, deditque ei formam spiritualium præceptorum et abiit.

Ab Angelo
rursum
edoctus,

B hortatur suos

ad obedientiam,

humilitatem,
temperantiam,

mortificationem,

Orationem,

Caritatem Dei
et proximi

7 Porro Pachomius congregatis Fratribus cunctis aperiens os suum, locutus est eis dicens. Audite filii verbum, quod Dominus Deus locutus est ad me, et ex ore meo dignatus est vobis declarare sermone. Præceptum justitiæ et caritatis regulam volo sensibus vestris infundere: paterna enim voce loquar ad vos, in nomine Domini nostri Jesu Christi et Spiritu Dei nostri. Accepi enim formam de manu Angeli, ut dicam unicuique quæ acciderint sensui meo, ad vestram ædificationem. Intentas igitur præbete aures, quoniam ipse Deus mandavit, quod ex ore meo procedit. Prima ergo mandati consideratio est, in omnibus vos obedire majoribus. Secunda mandati est subjectio, ut infimo corde et casto serviatu Deo. Tertia propositio est, ut temperanter et pie et juste vivatis in hoc seculo. Quarta mandati est ratio, ut membra vestra alligatis per omnia, ut possitis acquirere animarum salutem, dum mando jejuniis mortiferam carnem, qui hæc est delectatio bonorum operum. Quinta constituto est, orationis frequentia, sicut Apostolus Paulus indesinenter orare nos jubet. Orantes quippe semper, et meditantés sive jejunantes, fidei dona in memoriis mentium tenebimus infixam, ut possimus scatentium dæmonum superare naturam. Insidiantur enim plurimum singulis quibusque nostrum ad animæ damnationem, scilicet per superbiam malum, quod per cuncta est cavendum. Hæc Angelos in primordio mundi de cœlo projecit, ut videamus superbiam antiquum et quasi originale esse peccatum: ad quam excludendam de cogitationibus vestris, Deum semper deprecemur, ut detur nobis forma humilitatis. Accedit et alio infestatio mortis in corpore secularium vitiorum, quæ causa monachos curiosius sollicitat. Funiculum autem caritatis ante omnia inter vos habetote; fide connexum in se manens, quoniam ad regna Dei festinatis, ut in æternum cum Sanctis regnetis. Curate ergo ut disciplinæ Monachorum, in perfecta dilectione Dei et proximi atque sincera, modus sufficientis sit; quoniam qui invicem se diligunt perfecte, ipsi sunt qui manducant panem in regno Dei, et qui sine macula vivunt, nec est in eis alienæ ruga discordiæ: locati enim ibi eritis, si de mundis sacrificiis vestræ caritatis odor suavitatis cœlos ascenderit. Gaudet enim tunc Dominus Jesus in vobis, si facitis fideliter quod ipse mandavit. Nam prima legis in monte Sina confœderatio hæc ad Moysen data est: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota virtute tua, et ex tota mente tua: secunda; Diliges proximum tuum sicut teipsum. Evacuatur enim dilec-

tio Dei, nisi subjungatur et proximi. Plenum ergo præceptum est veritatis, ut maneat in sensibus nostris individua regula caritatis.

8 Tunc autem dilectio vestra erit in pleno, si colla obedientiæ supposueritis proposito: obedientia quippe in Congregatione laudatur. Nihil vobis proderit, filii, si diligatis invicem, et nolitis invicem obedire. Dilectio sine obedientia, desertus et graminosus conscientiæ est ager. Quomodo enim graminosus impedit sulcos, sic inobediens homo frustra jejumat, et orationis suæ nullum percipit fructum. Igitur qui uno animo esse concupiscunt, et vivere mente communi disposuerunt, consiliis majoris inserviant, et quidquid ex consilio processerit Patrum: hoc faciant. Quod si de regione agri quæ procul est Frater oneris fascem collo suo portaverit, non quidem festinet de humero suo onus deponere, si Abbas præsens fuerit, donec ipse mandaverit. Aut si gradiens via gravem sitim habens, reprensusque aquam, stantem in sive manantem, præter Abbatis consilium diverteris ad bibendum, aut alterius Fratris tecum comitantis etiam junioris; peccatum fecisti, quia præter benedictionem aquam potasti. Quod si calor solis exarserit, et volueris bibere, et Abbas tibi propter te domandum prohibuerit; si vel mente murmuraveris, deliquisti. Deinde si viam ambulans spinam calcaveris, et dolor magis per iter fragile corpus constrinxerit, ne eam velis auferre ex corpore, donec Abbas præcipiat educere. Procul ab invicem contextum in juncis sternite, cum ad dormiendum seceditis, ita ut intervallum singulorum cubitus intercedat unus, ne dum ad invicem proxima corpora, enutrient libidinis incentiva. Porro negotium noctis, propter lucifugas dæmonas et noctipetas, spirituali opere peragatur. Expergefactis vero nulla de secularibus cura sit, donec ad galli cantum fraternarum orationum communis hora succedat. Unus alterum non Vociferet ad orandum; sed cum tondere cœperit qui prius expergefactus fuerit proprium pectus, provocetur ille qui dormit exurgere: sæpe enim sathanas cum somno communicat, et gravi somno anima captivata nocturnis involvitur tenebris, et ab orationis patrocinio separata, fit, operante diabolo, socia tenebrarum.

9 Studete igitur complacere Deo, conversationem spirituales habentes, divinaque mandata in dilectione ejus implentes. Sapientia legis et præcepta Dei in latebris vestrorum cordium sint semper, ut lux scientiæ resplendeat in mentibus vestris, et ne quid amplius aliquid sciatis nisi sanctam simplicitatem sanctarum Scripturarum. Multi enim perverse sentientes exciderunt a dilectione Dei et proximorum suorum, et non quæ Dei, sed quæ hujus mundi sunt, quærunt. Audite Barnabæ Prophetam dicentem, Pax justitiæ et honor pietatis. Dilectio enim fraternitatis si incorrupta manserit inter cunctos, facit eos amicitie Domini fieri socios: quoniam qui diligunt Dominum secundum boni operis gloriam, invicem æmulantur in bono, et provocant se invicem in operibus bonis, e contra faciunt qui istius mundi profanitates et quidquid ex diabolo cogitationum malarum instigati fuerint, recipiunt, et in cordibus Dei servorum accendunt. Quoniam qui cupiunt anachoretica perfrui vita, sic corpus abdicant, ut adhuc in terra positi jam cœlestibus delectentur, nihilque terrenum prorsus exquirant, vitia tenebrarum conculeantes ac prosternentes. Verum quia cœlesti vos regioni aptatis, placere vos convenit Creatori. Virgines pariter mente et corpore permanete, fructus fidei ac linam sermonis quam maxime conservantes: nefas enim est si monachum quis reprehendit in modico vel in magno, p. æsertim cum irreprehensibiles

Jungendam
obedientiæ,

m

E

modestiam
noctu servandam,

o

F
secularis sapientie
extinctionem,

Bat. 5, 4

Col. 1. 22.
et 4. 6.

A biles nos esse Apostolus doceat, et ut sermo noster in gratia conditus sit sale; eo scilicet condimento quo Apostolos Jesus condidit dicens, Vos estis sal terræ, quod peto ne in vobis evanescat: ne si in aliquo vestrum evanuerit, extra Congregationis multitudinem foras projiciatur, linguis ethnicorum conculcandus. Hoc obsecro, filioli, secundum formam quæ data est mihi de manu Angeli, fugere vos volo linguis detrahentium iniquorum: quæ ignem iniquitatis accendentes, etiam sine causa Ecclesie Christi insultare festinant. Dissensiones vero quas habetis inter vos, projicite ab invicem, scientes Deum non esse dissensionis, sed pacis. Si qua igitur scandala, inimico suggerente, Frater habet adversus Fratrem: propter obedientiam fidei, me exhortante, dimittat: quoniam ego non ex me loquor, sed ex Deo, qui per manum nuntii sui docuit me. Et si obedientiam feceritis, præcepta Dei bene impleveritis, hospiti lectum, et inopi victum, peregrinanti iter rectum dederitis, a Deo mercedem habebitis. *p.* Et, si fieri potest, nullo pacto miles Christi debet irasci, non solum ad proximos suos; verum nec etiam ad ipsos extraneos, ne secularis quisque servum Dei audeat judicare. Quæ enim erit inter te et illum distantia, si non patiaris aliquid? Ut si conjugatus tecum judicio voluerit contendere, melius est monacho injuriam sustinere, quam audiat vox militis Christi in clamore. Non decet monachum causa pecunie esse negotiatorem, sed celestium bonorum lucra mercantem. Prædicet verbum salutis, animas invitet ad cælum, ad nihilum deducat seculi desiderium, pulchritudinem præsentium bonorum prorsus annulet.

10 Qui Angelorum vitam sectatur, et cupit imitator esse Sanctorum, pergat ad eremum, ut hominum desertor, sodalis avium fiat et socius ferarum. Cavenda sunt, filioli, tentamenta diaboli. Quod si quid de eo disputandum sit, attendamus ipsum primitivi seculi hominem, quem fraudulenta subtilitate decepit incautum, cui sermonis lex veteris in simplicitate cordis in auribus sonuit. Qui si suæ conditionis speciem non acrioris præcepti lege, sed ex industria custodiret, viveret. Jejunii enim oris lex specialis spiritualibus, nam generalis lex carnalibus est cum escis: spiritualis autem judicat omnia, et consentit omnibus bonis. Carnalis enim homo, propter hoc quod serpentine suggestioni cito consentit, spirituali non perfruitur lege, quam primus Adam transgrediendo non custodivit. Sed, filioli, tunc primæ originis morte carebimus, cum per novissimum Adam vivificati letabimur. Vita enim nostra diaboli fraudibus addicta est. Sed si mortali corpori nostro tentationum sagittas contulerit, fidei lorica armemur; ut nulla ex parte jacula intreeant tentatoris. Præcingamur super lumbos mentis nostræ gladio fidei, quod est verbum Dei; et cum nos viderit sic armatos, veterane suæ fraudis mortifera arma comprimet, et jam nihil artium suarum commutabit ad nos pervertendum. Si enim viderit nos in præcepto demorantes, timebit; si perspexerit in caritate et humilitate fundatos, longe refugiet; et cum nos viderit in Dei et proximi amore ferventes, cito tabescet. Notum autem sit vobis, quod usque ad exitum vite astius diabolus insidiari non desinet Sanctis. Verumtamen necesse est nos ei corde viriliter repugnare, non ignorantes quæ sapientissimo Job bella intulerit, quomodo Cain in fratris cædem ira excitavit, quomodo Esau ad amittenda nativitatis primogenita provocavit, quem esca delectatione a femoris paterni primatu dejecit, unde et a benedictione patris sui reprobatus est. Sic per omnia tempora mille nocendi artes exercuit, que uno fidei jugo de credentium mentibus distrauntur. Nam si

qua solitudine animas Christianas mortifero veneno illiciat, triumphato eo cum satellitibus suis, in nomine Domini nostri Jesu Christi cor exultat, maxime servorum Dei, quod tyrannum fraudatorem animarum, divinæ virtutis potentia, cum orationis instantia expugnarit. Quod si terrore suo Sanctos timere fecerit, currant ad auxilium Crucis, et statim ille refugiet miser: et qui terribilem se fieri existimabat, tunc terror ejus quasi muscæ morituræ erit, nihil nocere prævalens, sicut nec illa dum superseedet brachio vel capiti humano. Sic ergo diabolus animæ fidei et in Domino confidenti in nullo nocet, sed versutia ejus crebris orationibus ac jejuniis devincitur. Impietas igitur hujus atque superbie perniciæ, trinæ defensionis auxilio deponitur et annullatur. Filioli, quid ad vestram pertinet curam, si adversum vos conveniant infinitæ dæmonum castra? Potestis et vos multis javari agminibus Angelorum, si, cum dæmonum catervas crescere videritis, oculos vestros in cælum levatis, dicentes; Veni Domine Jesu Christe, adjuva infirmitatem nostram. Tunc sermo vobis Elisei conveniet, dictus adversus eos qui de Syria in Samariam ad se comprehendendum venerant, quo terrenti se puero sic respondit: Aperi Domine oculos servi tui, ut videat. [Tunc videbitis sathan sicut fulgur de cælo cadentem, ut servorum Dei pedibus substernatur, et statim vobis Angelorum Dei legiones non deerunt, qui vestræ fidei juvenamine celestis defensionis præerunt. Tunc et ipse Dominus Jesus Christus vobis securitatis addet affectum, ut non timeatis eos, qui corpus occidunt, animæ autem non possunt aliquid facere. Licet inferant angeli sathanæ verbera flagellorum corpori vestro; porro animæ vestræ perpetua erit salvatio. Si tamen poscatis immobile a Patre et filio et Spiritu sancto, uno ac singulari Deo, habetis concitum et perenne auxilium.]

11 Hæc, filioli, sunt mandata vite: quæ ut pusillitas mei cordis invenit, vobis de diabolicis certaminibus applanavi, volens, quæ nobis ipso imminente acciderunt, silentio præterire, ut perfecte possitis malitiosis ejus resistere fraudibus et consiliis. Mihi quadam die in monte sedenti, ingens veluti militum turba occurrit, quos dum oculis cerne venientes a longe, sathanæ Angelos statim esse cognovi. Ego autem deposito omni terrore, genibus provolutis humo, ut secederent orabam, Dominum invocans Redemptorem. Tunc vero turba quæ venerat, velut stipula quæ vento rapitur, nusquam comparuit. Gratias egi Domino per Jesum Christum Dominum nostrum, quod meo certamini finem imposuerit cito; et orationem meam celeriter exaudiverit, donans mihi victoriam suam de istorum insidiis, et persecutionibus innumeris, quam passus sum ab eis. [Reverendissimi filii, ab omni eorum impetu et viribus effeminatis, sæpe me eripuit Dominus.] Unde et vos, filioli, constantes estote [in fide. Omnes enim qui amatis Dominum, odite malignum, et Deus misericordiæ et consolationis dabit sufferentiam; ut possitis latronem justitiæ superare et adversarium fidei sathanam: coneretque eum sub pedibus vestris velociter Dominus Jesus Christus, cui est cum Patre et Spiritu sancto, laus, honor et sempiterna gloria, nunc et in æterna secula seculorum. Amen.] *r*

ANNOTATA.

a Roswidus, scriptis intimare curavi, et hæc deinceps desunt verba hic inclusa []: quod deinceps a nobis hic servanda sciis; lectionum autem diversitatem minime scrupulose observandam, quando ea nihil in sensu mutabit.

custodiam
linguæ,
Mat. 5, 13

studium pacis,

p

B

q

cautelam
contra versu-
tas dæmonis,

C

et fiduciam
in meritis
Christi,

EX MSS.

E
4 Reg. 6, 17

a quo in
tentatione
multiplici
se adjuvat
propter ur.

F

r

A b Memphis *Ægypti superioris caput, paulo ultra inferiorem, sive famosum Δ Delta.*

c Sportarius qui sportas plectit : *Rosweidus, cum in MS. Trevir. Sportarius legisset, eum cogitavit qui e sparto restes textit : sed prætulit aliam lectionem, qua dicebatur spatarius : quia Levit. 23, 40. inter alia ramorum frondentium genera, quæ jubentur in festo tabernaculorum sumere Israelitæ, nominantur spatula: palmarum, Græce ἀλλοθραζ σπείρων, dicuntur autem sic Latine, quia formam habent gladio-rum : a quibus Spatarii dicuntur, qui gladios eorum Principe portant.*

d Additur apud *Rosweidum, estque etiam in MS. Trevir.* quando ipse plectum de spato plectebat, unde is Spatarium dici confirmat : sed nihil tale in *Neupolit. MS.* et tam ipse *Rosweidus* quam nostra *MSS. num. 4* habent quod Sanctus juxta consuetudinem suam restim torquebat ex juuco, ut scilicet et ipsa sic pleta veste formaret deinde sportam : juucos autem indicat, quas *Ægyptiia Vita Senioris Pachomii* Θρότζ; appellat 3 imiles, patem, restes etiam fiebant ex spatatis, unde *Regula Pachomiana 177* sic habet : viginti quinque orgyas Præpositus domus ac secundus debebunt de palmarum solis texere, ut ad exemplum eorum operentur et ceteri.

e Crediderim huic fuisse Episcopum Memphæos, si non est gratis confictus.

f *Rosweidus, Accepto signo lætatus sum quasi nominis magni : census Imperatoris militi infixio reparatur in gratiam : putatque alludi ad eum morem, quo militibus imprimebatur nomen Imperatoris, scilicet in brachio, ut videre est apud Lapsium de Militia Romana. Rectius tamen hic legitur vultui, quia huic Christiani imprimimus Ducis nostri signum, nempe Crucem. In MS. Trevir. est vultu fixo : et pro nominis magni, legitur, Numisma.*

g *Idem Rosweidus, et sine aliquo victu eremi petiit arcana.*

h *Idem addit, conversatio Posthumii, et celebre factum est ejus nomen : deinde omittit quæ sequuntur inclusa [].*

i *Hic numerus suspectam valde hanc vitam furit.*

k Hinc apparet auctorem hujus Vitæ etiam alias Sanctorum Vitas consarcinasse : ita *Rosweidus : sed non video, cur id scripto potius dixisse quam ore intelligendus sit uactor.*

l *Hieronymus in Vita S. Pauli testes allegat Amatham et Macarium discipulos Antonii, quorum superior corpus Magistri sepelivit : qua loquendi ratione ab hoc officio excludi videretur Macarins. Sed Athanasius in Vita etiam hunc admittit, tacito tamen nomine, quando pluraliter ait num. 112 et 114, quod vocatis ad se duobus Fratribus..... qui ei jam seni cæperant ministrare..... præcepit humo Patris operire corpusculum..... ut nemo..... locum tumuli noverit. Et servaverunt, inquit, mandata discipuli : et nemo interim usque ad hunc diem, præter ipsos, ubi sit conditum novit.*

m *Rosweidus, Scativam sive germinantem, idque conatur explicare.*

n *Idem, contextas vites sternite. Tum velut novum præceptum oritur.*

o *Idem, Alterius vocis cantus alterum non excitet.*

p *Idem breviter, Et si obedientiam Prælato præbueritis, hospitalitatem peregrinanti, ex præcepto Domini facitis.*

q *Totus fere sequens numerus deest Roswrido.*

r *Paucis Roswridus, Constantes estote, quia mitis est Dominus ad liberandum vos. Amate ergo Deum, odite malignum, et Deus misericordiæ erit vobiscum, ut possitis ejus insidias evadere. Amen.*

G. II.

DE SANCTO AMPELIO

EREMITA GENUÆ IN LIGURIA.

SEC. V.

Vita ex MS datur.

Cultus 14 Maji.

Corpus Gen. r.]

Duplicem Vitam S. Ampelii nacti sumus Genua a R. P. Joanne Stephano Fflisio Societatis Jesu, Professore sacre Theologiae, deinde et Collegii nostri Rectore, submissam; alteram idiomate Italico, alteram Latino. De hac ista scripsit die xxx Augusti anno mdcxx. Libero fidem datam, et mitto Vitam S. Ampelii, quam describendam curavi ex antiquo manuscripto libro, ex charta pergamenæ confecto, qui servatur a Congregatione fabricorum ferrariorum, qui conveniunt in ecclesia Parochiali S. Stephani, monachorum Congregationis Montis-Olivetii, in qua habetur altare eidem S. Ampelio dicatum. Habemus Officia propria Genuensis Ecclesie anno mdcxli, excusa, et additur pagina 55 Kalendarium Sanctorum, qui in particularibus Ecclesiis celebrantur, et ad diem xiv Maji ista leguntur : In Ecclesia S. Stephani festum S. Ampelii Confessoris : ubi Corpus ejus adservatur. Hunc Ferrarius in Catalogo generali ita refert : Genuæ S. Ampelii Confessoris : et in Notis addit : Ex Tabulis Ecclesie Genuensis. Corpus illius in aede S. Stephani Parochiali quiescit, ubi ejus nomini sacellum erectum. Artis ferrariæ advocatus est. In MS. Martyrologio Adonis, in Italia et forte Brivæ aucto, quod reperimus inter MSS. Codices Regniæ Suecicæ, ad eundem xiv Maji ista habentur : Ipso die S. Ampelii Episcopi et Confessoris. Verum non fuit Episcopus, sed solum Eremita. Et hic dies in Actis notatur esse, quo corpus

ad dictam Ecclesiam S. Stephani fuit translatum. Mortuus dicitur in Actis Latinis tertio Nonarum Octobris, in Vita autem Italica quarto Octobris, neutro vera modo reperitur in ullo Martyrologio, neque annotatur in prædicto Kalendario. Interim sub finem Vitæ dicitur ejus festum bis annuatim solennius agi; ac præterea prima Dominica cujuslibet mensis Missam cum cantu solenniter celebrari. Contigit autem translatio corporis ad dictam S. Stephani ecclesiam anno mclviii, sed Vita hæc postea est scripta, cum jam esset prædictarum solennitatum usus aliquandiu introductus. Auctor fuit monachus dicti monasterii Congregationis Montis-Olivetii, qui num. 16 allegat libellum gestorum ejus apud Consules Ferrisfabrorum asservatum : qui alius non videtur fuisse ab eo quem Italice accepimus scriptum. De tempore quo floruit constat ex Prologo, ubi dicitur anno ccccx i in Thebaide vixisse, et inde postmodum in Liguriam venisse. Hæc est traditio Genuensium, de qua, ut dicitur num. 14, Episcopus dubitans, docetur in visione veram esse. Fuimus ipsi anno mclxii Genuæ et die xiii Martii adivimus ecclesiam S. Stephani, deducente nos od eandem venerabili ipsius monasterii Abbate, qui nobis sub ara demonstravit marmoream arcam, qua corpus Sancti claudebatur : asserebat autem ille sacrum caput etiam nunc haberi in Buldigera, ubi vitam olim solitariam duxit.

Auctor vitæ monachus Olivetanus.

A

VITA

Auctore monacho Olivetano

Ex MS. Genuensi.

PROLOGUS.

Pia devotionis et miræ sanctitatis almi Confessoris et Eremitæ, viri Dei beatissimi, venerabilisque Patris Ampelii ardore succensus, studii quædam ipsius prodigia virtutis et signa, dignissimis veridicorum fidelium testimoniis ad laudem Domini comprobata, summopere et ad exhortationem virtutum posteris enarrare. In cuius quidem narrationis nostræ principio adesse nobis precamur gratiam Domini nostri Jesu Christi fecundam: virtute ejus et gratia, juxta pietatis exercitia, vir beatissimus venerabilisque Pater Ampelius Christo viriliter militando se exercuit. Temporibus namque Honorii et Theodosii minoris Augustorum, peractis a principio nativitatis Christi annis quadringentis undecim, post primos nostri sacrosancti monasticii ordinis religiosæque eximie sanctitatis et vitæ viros, reverendissimosque etiam ac solidissimos Fundatores et Patres, Paulum primum Eremitam, Antonium et Hilarionem, Abbates sanctissimos, suorum virtutibus meritorum totius tunc luminaria orbis, vir Domini Beatissimus ac venerabilis Pater Ampelius miris virtutum meritis, signis, et exemplis coruscans, inter ceteros Eremicolas ac Patres Thebeates eremi clarissimos habebatur; ut a S. Petronio Bononiensis Episcopus, qui cum sex viris sanctitatis studio deditis Sanctorum Patrum vitas in Ægypto et Thebaida devote quæsit, et vidit, demumque dignæ memoria scripturæ tradidit, et nomen illius libelli Vitas Patrum posuit, in quo de hoc venerabili Patre Ampelio sic clare ait, videlicet *b*: Vidimus et alium Presbyterum (hoc est senem) in vicina regione (id est Thebaida) nomine Ampellem seu Ampellium, secundum patriæ nostræ morem quasi diminutive loquentes, et reliqua. Gennadius namque Massiliensis Presbyter, in suo libro virorum illustrium *c* cap. XL primo hoc asserit, dicens: Petronius Bononiensis civitatis Italiæ Episcopus, vir sanctæ vitæ, et monachorum studiis ab adolescentia exercitatus, scripsisse putatur Vitas Patrum Ægypti monachorum, quas velut speculum ac normam professionis suæ monachi amplectantur; et reliqua. Licet aonnulli putent Doctorum Ecclesiæ sanctæ lumen *d* Hieronymum beatissimum, præfatum de Vitis Patrum libellum scripsisse. Est tamen verissimum, quod Reverendissimorum Patrum Pauli et Hilarionis prædictorum, nec non et Malchi Monachi Vitas et Actus in eodem libro contentos tantummodo descripsit; totumque etiam pœæ librum prædictum de Vitis Patrum de Græco in Latium transtulit. Advertendum tamen est, quod de viro Dei beatissimo Ampelio præfatus Beatissimus Petronius loquitur solummodo usque ad illam partem sequentis gesti ipsius, ubi sic incipit, videlicet: Quæ cuncta ipsius sanctissimi Joannis, et reliqua. Et licet in præfato libro de Vitis Patrum, post prædicti viri Dei beatissimi Ampelii miracula, inseratur quædam egregia narratio præfati beatissimi Joannis, per ipsum Ampelium præfatus Petronio ejusque sociis facta; tamen eam hic ponere brevitate gratia reverenter omittimus, inserentes ejus loco ipsius viri Dei venerabilis Patris Ampelii gesta, quæ Domino cooperante in Italia nostris in patribus feliciter patravit. Hora jam ergo est, ut hinc surgamus, et ad gestorum ejus omnium principium accedamus: ad quod favea-

te Domiao coacitis animi gressibus summopere D festinamus.

ANNOTATA.

a Rosweidus in suis ad Vitas Patrum Prolegomenis § 7 deducit, quomodo aliqui, ut hic auctor fecit, auctorem libri 2, quem ipse § 10 Ruffino Aquilensi Presbytero attribuit, S. Petronio Episcopo Bononiensi adscribant, ibique Gennadium hic etiam citatum exponit. Colitur S. Petronius 4 Octobris.

b Sunt ista verba dicto libro 2, cap. 15, sed Apellen appellatur, qui Pulladio lib. 9 cap. 60 Apelles scribitur.

c In editionibus est cap. XLII, ubi hic citata verba referuntur.

d Opiniones eorum, qui S. Hieronymo dictum librum adscribuntur, proferuntur et refutantur a Rosweido § 8 in dictis Prolegomenis.

CAPUT I.

Res in vita gestæ: felix obitus.

Vidimus *a* et alium Presbyterum in vicina regione nomine Ampelium, virum justum. Hic faber erat ferri, et quæ necessaria erant Fratribus operabatur. Quodam igitur tempore dum ad fabrilis opera vigilaret in silentio noctis, conversus diabolus in formam mulieris speciosa, venit ad eum tanquam aliquid operis deferens. Tunc ille arreptum manu nuda de fornace ferrum candens, in faciem ejus injectit. At ille clamas et ejulans aufugit, ita ut omnes Fratres, qui in circuitu commanebant, ejulatum ipsius fugientis audirent. Ex quo jam vir ille in usum habuit ferrum candens manu nuda tenere nec lædi. Ad hunc ergo cum venissemus, et humanissime nos suscepisset, poscebamus ab eo, ut nobis vel ex suis, vel eorum, quos præcipuos in conversatione sancta sciret, virtutibus aliqua enarraret. Qui tandem homo Dei multa de quodam sanctissimo viro, Joanne nomine, eremiticam vitam agente, narratione sua nobis fidelissime commendavit. Quæ *b* cuncta ipsius sanctissimi Joannis virtutum merita in presentiarum narrare brevitate gratia reverenter omittimus, quia de præfati viri Dei venerabilis Patris Ampelii miraculis et exemplis, signis et virtutibus specialem facere sermonem intendimus: et quia easdem, quas apud nos virtutes misericorditer gessit, quæque etiam ad nostræ exiguitatis notitiam fideli narratione pervenerunt, pro devotionis studio summopere ad incitamenta virtutum posteris enarrare decrevimus. Et ideo ad ipsius viri Dei venerabilis Patris Ampelii narrandum miracula, virtutes et signa, mentem aientisque vires suppliciter inclinamus.

3 Vir igitur Domini venerabilis Pater Ampelius, ut præfertur, et ut etiam a venerandorum prædecessorum nostrorum auribus, et ab ipsis nobis fuit diligenti narratione veridice prædicatum; recedens de Ægyptiis et Thebaidis Eremis, in quibus primitus Christo vero Regi feliciter militare cœpit, ad Italiam Domino comite et duce prospere navigando pervenit. Moxque totus devotus eremum petiit, et in Riparia per universum orbem celeberrimæ *c* Januensis civitatis, apud castrum *d* Vintimiliense, in loco qui vulgo dicitur *e* Buldigera penes littus maris, constructo sibi sub quadam ejusdem saxi rupe tuguriunculo, solus soli Deo servieas habitavit. Ibidem quoque corporis artus die noctuque multipliciter lacerans, mundi illecebras et lascivias viriliter calcans, pompas scilicet et divitias penitus respuebat: seque ipsum etiam sic vere abnegans, crucem propriam rite tollebat: sicque pauper et modicus in seculo,

Antiquior
Sancti notitia
ex Vitis
Patrum.

E

a

Faber ferrarius dxmonem ferro ignito abigit:

b

F

in Italiam venit:

c

d

e

A seculo, erectis semper ad cœlestia mentis luminibus, Christum pauperem sequendo, vitam cœliternam et eremiticam, ut erat vir justus, felici cursu laudabiliter ducebat : quatenus, veluti fidelis servus et prudens, talenta Domino suo duplicata fideliter reportaret. Quæ quidem vita ita erat dignis moribus, virtutibus, et exemplis decenter ornata, ut cunctis illuc ad se venientibus in exemplum salutis rectissimum esset iter ad Dominum. Erat namque vita ejus in summo silentio, mores tranquilli miræque mansuetudinis, et per omnia quasi Angelici ordinis vir. Erat etiam insuper benignus, et mitis, et modestus, spiritu fervens, spe gaudens, in tribulatione patiens, orationi instans, hospitalitatem sectans, animo magnus, vultu placidus, fide catholicus, et caritate ditatus : humilitas quoque ejus erat immensa, et in omnibus pro nihilo semetipsum ducebat.

4 Illic ergo talibus dotatus gratiis et virtutibus, sicque in servitio Domini occupatus omne diei tempus ac noctis ; omni cum continentia et castissimis institutionibus ad summa jam merita pervenerat. Dominica namque die venerabilis quidam Presbyter ex vicina habitatione ad ejus specum ad eum semper veniebat, et ibidem pro eo Domino sacrificium offerebat. De cujus quidem manibus Domini famulus devotissime Christi sacramentum percipiebat : quo solummodo contentus ne dum tota die illa, verummodo etiam frequenter tota hebdomada, nihil aliud in cibum sumebat : Et ne in totum vitæ vires deficerent, confectum et maceratum jejuniis spiritum modico rudique cibo aliquantulum sustentabat.

5 Huic ergo cum die quadam antiquus hostis, invaderet ejus abstinentiæ, et Sacerdotis caritatem subripere vellet, transfiguravit se in Presbyterum, qui venire ad eum solitus erat ; simulans se Sacramentorum gratia venisse. At Christi miles vigilanter intelligens ejus fraudem, cum indignatione quadam ait ad eum : O proprij persecutor honoris, et omnis auctor fraudis ! O inimice omnis justitiæ, et totius inventor nequitie ! Cur seducendo Christianorum animas ita temere ausus es ad ipsa te immergere terrificæ et sacrosanctæ mysteria, quæ Domini tantummodo ministris conveniunt. At ille inquit ; Putavi posse te ludificari sic pervertendo sensum tuum. Aitque illi Domini famulus, signo vitæ munitus : O miser, nonne talia loqui erubescis ? His namque verbis tuis te aperte dæmonem testaris, teque ipsum consequenter condemnas. Quibus dictis, cum dæmon cerneret se vere victum, seque sua fraude deceptum, rubore confusus evanuit.

6 Erat igitur ibi Domini famulus deinceps ferventius perseverans in Dei servitio, Christo sanctis operibus jugiter famulando, atque jejuniis et laboribus, lacrymis et suspiriis, vigiliis et orationibus, hymnis et psalmis et spiritualibus canticis assidue vocans. Nudis namque pedibus supra nudam humum stans raro sedebat vel jacebat, parvo quoque somno corpus stans reficiebat, et multotiens noctes insomnes ducebat. Vilissimis quippe et asperrimis indumentis corpus tegebatur, nimioque etiam frigore seipsum affliciebat : ex quo factum est ut, quia multis annis pedes ejus immobiles fuerant, disrumperentur ; ita ut sanguis ex eis proflueret. O mira Dei visitatio, gratâ consolatio larga donorum largitio, caraque etiam erga suum servum dilectio ! Adfuit namque venerabili seni Angelus Domini, sic inquit ei : Serve Christi, Ampeli dilecte, gaude, et lætare : Dominus namque Jesus Christus, susceptis orationibus tuis, et patientiæ et penitentiae tuæ meritis, corporis tui cicatrices sanat, cœlestisque verbi et scientiæ suæ affluentiam tibi donat. Moxque labia ejus ac pedes tetigit, et ex ulceribus sanum mirifice

reddidit. Indeque gratia Domini diffusa erat in labiis ejus : alios namque in verbo Dei, alios in abstinentia, alios signis et virtutibus instruebat. Opus etiam manuum faciebat ; et operabatur, sine aliqua mercede et pretio, ferramenta hominum ac jumentorum usus necessaria.

7 Quodam igitur tempore claudus quidam, audiens celebre nomen et famam Ampelii Beati, desiderabat videre eum, ut ab eo curaretur. Cumque impositus jumento fuisset, ut sic ad cellulam servi Dei pergeret, contigit ut præfatum animal in cingulo fibulas ferreas, manibus hominis Dei factas, haberet : ut tamen pedes ejus illas fibulas contigerunt, illico sanatus est. Qui continuo ad Domini famulum pergens, vitæ verba ab eo in anima recepit : et ex more Patris benedictione data, remeavit ad propria. Felicem se quisque reputabat, et erat, si eum servus Domini benedicebat : omnibus namque diversarum infirmitatum ægrotis, hujus Patris communicatione seu unctione benedicti panis vel olei, sanitas integerrima restituebatur.

8 Huic etiam tantæ virtutis gratia inerat, ut in eo prophetiæ spiritus requiesceret, et futura quasi præsentia prædiceret. In spiritu profecto quasi præsens cognoscebat, quæ extra suam præsentiam fiebant. Conversatio ejus habitans in terris, semper erat in cœlis : fuit quoque eremita et monachus, et totus Apostolicus.

9 Dum igitur adhuc vir Domini mortalem vitam, in eodem specu, cursu longævæ venerandiæque senectutis sic solerter expenderet ; contigit etiam ut quibusdam navigantibus mare intumesceret, quo vehementissime succrescente, navis inter procellosas mariasque undas pœne submergebatur. Tandem cernentes nautæ sibi deesse humanum auxilium, et imminere diræ mortis periculum ; ad virum Dei venerabilem Patrem Ampelium, eis jam miris meritorum prodigiis notissimum, qui prope suum habebat domicilium, devote et humiliter, se tota mentis intentione totisque animi viribus converterunt, ejus auxilium instantius implorando. Quod mox ut vir Domini, gratia Dei plenus, in spiritu cognovit ; more suo caritatis ardore succensus, extra cellulam suam concite exiit, et pro eis ad Deum pias preces porrexit : elevataque etiam dexteram signum vitæ edidit, eosque benedixit, statimque etiam Salvatoris exemplo ventis et mari protinus imperavit. Mira res et vere hic Dei famulus, sequens Domini vestigia sui. Subito namque Dei voluntate dilectique sui famuli meritis et precibus, illa sæva tempestas cessavit : et tranquillitate sedata in mari, ad portam optatum nautæ lætanter incolomes pervenerunt. Deinde autem ad hominem Dei quam citius perrexerunt, simulque cum eo, pro illorum liberatione percepta, Deo ut plurimum gratias retulerunt : ab eo namque dulcia cœlestis patriæ colloquia audierunt, et ex more Patris benedictione percepta ad propria redierunt.

10 Interea autem dum vir Dei quasi lucerna lucens omnibus clarissime luceret ; his aliisque etiam multis miris signis, meritis et exemplis (quæ cuncta conscribere et longum videretur, et præ magnitudine sua nonnullus fortasse audientium vix crederet) acceptusque etiam et carus Deo et hominibus per omnia habebatur. Instanteque etiam vocationis suæ die, cum vellet eum Dominus pro laboribus introducere in gaudium Domini sui ; sanctam et laudabilem vitam, signo sanctæ Crucis in fronte munitus et pectore f, tertio nonarum octobrium, in pace dormiens et requiescens, finivit. Cujus gloriosum corpus in eolæ regionis illius, homines devoti, moribusque religiosi, qualis vitæ vir Domini fuit memores ; in quadam satis nobili Ecclesia, quam ibidem sub ejus vocabulo quantocius

EX 38.

eximius in
omni vir-
tute,sola fere
Eucharistia
victitat :fraudes dæ-
monis dete-
git :pedes ejus
laxos sanat
Angelus :ipse vero
claudum et
varios ægros :Futura et
absentia
novit.
ENauta eo
invocato e
tempestate
liberantur.

F

/
Die obit 5
die Octobris

depositus in ecclesia ipsi dicata.

A quantocius ædificaverunt, juxta honorem debitum honorifice tumularunt. Quæ quidem ecclesia cunctis cernentibus nunc usque patenter perseverat: ob cujus etiam reverentiam et miracula locus ille hucusque Caput sancti Ampelii vulgo nuncupatur. Et illa beati viri anima felicissima, deposita carnis sarcina, justorum societate vallata, cœli secreta petiit, in quo in supernorum consortium recepta, præsertim cum Christo Domino, cui semper est honor et gloria vivit. Amen.

ANNOTATA.

a *Hæc sunt eadem verba auctoris libri 2 de Vitis Patrum, et lib. 8 auctore Palladio, et uterque scribit Vidiuus. Eadem memorantur a Sozomeno lib. 6 cap. 28.*

b *Illæ late in utroque libro exponuntur.*

c *Genuensis, medio ævo Januensis.*

b *Vintimilla prope Monachium, vulgo Monaco, versus Nizzam.*

e *Magino Bordighera, in Vita Italica Bordighera.*

f *In Vita Italica dicitur die quarta Octobris obiisse, sed neutro die ullum cultum habet.*

B

CAPUT II.

Miracula post gloriosum ejus obitum edita.

Ne igitur narrationis talentum, venerandorum viri Dei venerabilis Ampelii gestorum prætermittendo, in terram oblivionis sequiter abseondamus; aliqua de pluribus miraculis, post gloriosum ejus obitum ab ipso Domini virtute patrata, ad benedictionis memoriam denuo verissime relucamus. Quoddam enim præ aliis mirabile, quod eundem rustico accidit, venerandi prædecessores et Patres nostri veridica relatione fideliter referabant, dicentes: Dum agricul- tor quidam in campo metens, adeo somni sopore deprimeretur, ut dimissa falce minus cante penitus obdormiret; instigatione quodammodo diabolica quidam pestifer serpens collo ejus se involvens, stringendo collum pœne suffocabat eum. Præ dolore autem et angustia excitatus homo, et vicinam necem sentiens, pro singulari remedio et liberatione, tota mentis intentione, ad virum Dei venerabilem Patrem Ampelium illico recursum habuit, eidemque se devote devovit; promittens quod quandiu viveret annuatim altare suum devotissime visitaret; propriisque etiam humeris minam unam tritici veneranter offerret. Et ut a tanto periculo liberari suis meritis et precibus impetraret, rogabat. Mirum negotium, et relatione dignissimum! Mox ut votum emisit rusticus, præfatus serpens pestifer et immanis, deposita crudeli ferocitate, a collo ejus cecidit, nihilque sibi molestiæ intulit, et pristina restitutus libertati totaliter se illesum homo sensit. Quo viso miraculo, et liberationis gratia gratis a Domino sui dilecti famuli precibus et meritis percepta, viri Dei altare et Reliquias, summa cum reverentia devotio- neque maxima, visitavit; votum etiam annuatim quandiu vixit fideliter adimplevit.

12 Non enim etiam est silentio prætereundum imo est dignæ memoriæ (aut arbitræ) commendandum, qualiter Domini famulus, ne dum cum viveret, quin potius post gloriosum ejus obitum, misericordiæ et pietatis visceribus totus semper affluebat in Domino. Et ut eorum prædecessorum et Patrum nostrorum fideli testimonio satis evidenter comperimus pia relatione, quoddam aliud ejus pietatis mirabile ab eo pie factum benigne referebant clara voce, dicentes: Quædam namque mulier vidua, simplex et recta, cum a quodam Magnate crudeliter opprime-

A serpente collum constringente

volo facto liberatur:

oppressa a Magnate

retur, qui quamdam ab ea domum propriam injuste D abstulerat, dolore nimio præventa, ante altare viri EX MS. Dei, in quo ejus condite Reliquiæ reservabantur, reverenter et humiliter se prosternens, cum amarissimis lacrymis et suspiriis, Domini famuli suffragantibus meritis, a Deo misericordiam suppliciter implorabat, ut Christianorum moris est. Quæ demum facto voto, viri Dei meritis certa quodammodo de Domini misericordia, ab oratione, lacrymis quasi tota perfusa, surrexit; rediensque ad propria Magnati præfato obviavit. Quam ut vidit, conscientia domum ablatam recipit. cœlitus motus, domum sibi benigne restituit, veniamque etiam sibi de reatu misericorditer dari humiliter imploravit. Mira sunt hæc valde, et vere hic Domini servus fuit justæ pietatis piissimus amator, piæque justitiæ justissimus defensor. Mirabilis Deus, qui tot quotidie mirabilia in Sanctis suis mirifice operatur, quique etiam nullum tempus sine testimonio suæ bonitatis relinquens, diebus etiam nostris dilectum sibi famulum Ampelium beatissimum, per varia salutis signa sibi placuisse testatur. Ad cujus frequentium signorum fidelissimam relationem Domino duce iterum revertamur.

13 Christianus quidam, dum ab inimicis Crucis Christi, Saracenis videlicet, in captivitate detineretur, et diversis suppliciis crudeliter affligeretur; Domino annuente, ad memoriam sibi rediens, quod de sanctitate et miraculis viri Dei venerabilis Patris Ampelii olim audierat, cœpit eidem se devote committere, eumque humiliter exorare, et in ipso fiducialiter propria vota firmare. Benedictus Deus qui suorum meritis Sanctorum juxta est his, qui tribulato sunt corde. Nocte vero superveniente en vox dulcissima in carcere illo sonuit; Christianum nomine proprio vocavit, et dixit: Surge, fili, surge, et veni foras. At ille evigilans respondit: Domine quis es, et quo vadam? quia compedibus ferreis angustissime tencor, et carcer fortissime clausus est. At ille, quem invocasti, fili, ecce adsum: confide igitur, confide. Qui hoc tandem audito, resumptis in se viribus, omnique assumpta fiducia, confidenter egrediens, invenit portas carceris apertas, et custodibus immunitas: et sic Dei virtute dilectique famuli meritis, vinculis destructis ferreis, a carcere liberatus Christianus præfatus, in civitatem Januensem ad propria cum gaudio remeavit: et altare et Reliquias viri Dei venerabilis Patris Ampelii, apud nos antiquitus honorifice conditas, cum devotione et reverentia visitavit, et in tanti testimonium miraculi ibidem compedes ferreos reverenter obtulit. O beatissimum virum cujus tantis beneficiorum meritis quotidie gratulamur, noster populus mirabili sustentatione sæpius liberatur, Januensem civitas oppido sublevatur, et multiplici ac singulari solatio assidue gubernatur.

14 Venerabilis quidam Episcopus, Ampelii Beati valde devotus, dum in ejus festivitate ad prædicandum ipsius miracula, virtutes, et signa Christi fidelibus, a ferrifabrorum artis Consulibus, ut moris est, invitatus fuisset, et die quodam in libello gestorum ipsius, qui apud eosdem Consules reservatur, eadem miracula, virtutes, et signa legeret; contigit ut de aliquibus ipsius miraculis vehementissime dubitaret, eo quia in libro de Vitis Patrum, quasi in aliquibus ipsius miraculis, similia de quodam alio sancto viro legerat. Propter quod accersitis præfite artis Consulibus sic eos est allocutus. Fratres et amici carissimi, queso vos ne me velitis mendacem facere, Christianique fidelibus fallacia prædicare, attribuendo beato Ampelio, Domini nostri Jesu Christi servo, alterius gesta, licet talia et majora Christi favente clementia facere potuisset. Itaque ergo, quia omissis alterius miraculis, de suis, de quibus non hæsito,

domum ablatam recipit.

E A Saracenis captus

e carcere liberatur:

F

Episcopus de miraculis quibusdam dubitans,

A hæsito, sermonem Christi fidelibus sollicite facere curabo. At Consules præfati, anxietate et tristitia pleni, ad propria recessere. Benedictus Deus, via semper, veritas et vita, qui in sui famuli Ampelii causa et testis extitit et iudex. Mirificavit enim servum suum, et in ipsius mirificatione dubitantium voluntates dubietatis vulnere curavit. Nocte igitur sequenti, cum præfatus Episcopus post matutinas laudes semivigilans in suo stratu quiesceret, repente lux luce diei clarior ejusdem cubili lutebras illustravit. In cujus quidem lucis claritate vidit Regem quendam speciosissimum, innumeris comitatum militibus, in stellato solio pro tribunali sedere. Qui quidem Rex mandavit præfatum libellum capi, et in eo servi sui Ampelii miracula distincte perlegi. Moxque quidam ex militibus, stola candida in modum Crucis super pectus indutus, libellum cepit, et ut Rex imperaverat perlegit. Quibus omnibus plene perceptis et a cunctis sub silentio diligenter auditis et intellectis, quia in eo nihil falsitatis inventum est, Rex clara voce jucundaque facie ait: Haec profecto servi nostri Ampelii miracula sunt, et verissime vera sunt. Statimque ea, de quibus Episcopus dubitavit Ampelii fore miracula iudicavit, digneque cuncta approbavit: sicque etiam in loco pristino libellum restituit, in eoque contenta cunctis prædicari mandavit. At Episcopus, tantæ visionis præsentia consolatus et territus est; festineque præfate artis Consulibus ad se vocatis, visionis eis seriem enarravit quam postea etiam Christi fidelibus prædicavit. Patet igitur ex his Episcopum minus bene dubitasse: patenter quoque colligitur, etiam ea de quibus Episcopus dubitaverat, et Ampelii miracula fuisse, et vera extitisse quæ Rex ille Regum, Christus videlicet, ore proprio approbando verificavit. Quod etiam euidam ex nostris Confratribus et ipsius Confratris collegæ contigisse clarissimum est.

15 Iterum inserendum præfatis ipsius viri Dei meritis et proligiis laudabile per omnia reputamus. Contigit namque, ut Sacerdos quidam nostri sacrosancti monasterii S. Stephani Januensis, associaret se euidam mercatori Januensi, quatenus ad S. Jacobum de Galicia peregrinaturi, suorum peccatorum veniam obtinerent; ac ut præfati sancti Apostoli precibus in Dei gratia perseverarent. Deum vero sic iter suum continuarent, et pervenissent ad partes Tolosane civitatis, mercator ille ex gravamine itineris cepit in tibiis quam plurimum aggravari, et crescente infirmitate inflammatisque eruribus non

C poterat in itinere proficisci, tunc pro sanitatis remedio in prædictis partibus remanserunt, et medicamentis appositis plurimum ibidem dierum residentiam fecerunt. Tandem videntes quod sibi medicinæ non proficiebant, nulloque medicorum remedio convalescebat, sed magis ac magis infirmitas succrescebat (ut erat voluntas Domini, ut postea liquide claruit, qui antequam fiat omnia novit, quique etiam mortificat et vivificat, volens nomen suæ majestatis in universa terra admirabile, a solis ortu usque ad occasum laudabile, in honorem dilecti sui famuli Ampelii gloriose magnificare et mirabilem in eo virtutem ostendere nutu divino) spiritu Dei inspiratus Sacerdos, Mercatori dulci sone vocis sic leniter inquit; Mi Frater dulcissime, si verò ac perfecte curari desideras, opus est ut ad singulare salutis nostræ remedium recurras; pro quo tamen facilius impetrando ad aliquem Sanctorum suorum convertere, et scito, quod in monasterio nostro S. Stephani Januensis, habentur honorifice condita, corpus et reliquiæ viri Dei venerabilis Patris Ampelii: qui, ut veraci miraculorum experientia firmissime didici, magni meriti penes Dominum potenter existit. Præterea humillime vos ipsum ad ejus

salutiferum fidelissime reductis præsidium, ut ipse D pro nobis gratiam pie implorare dignetur a Deo: ipse enim fuit semper pius et propitius omnibus eum vere invocantibus. Tunc mercator, mente elevata confidenter ad Deum, saluberrimis Sacerdotis doctrinis edoctus, cupiensque ejus salubria monita ad effectum deducere, tamquam etiam certus de Dei misericordia; venerabilem Patrem Ampelium, Domini nostri Jesu Christi servum, cepit devotissime in seum apud Deum patrocinium invocare; promittens, ut solent Christianissimi viri, se cum primo de sua peregrinatione ad propria redierit, annuatim altare ipsius in sua solennitate, ejusque sacrosanctas reliquias celebrando devotissime visitare. O mira Christi pietas, mira clementia, miraque etiam bonitas, infirmitatis humanæ singulare præsidium omnibus invocantibus eum in veritate! Mox namque emisso voto, cum eum sopor circumdedisset, obdormiens ipsa nocte sensit quamdam in cruribus contractionem, absque dolore tamen, acsi ligna quædam frangerentur; quam etiam contractionem Sacerdos præfatus audivit, nesciens tamen quid esset. Et exvigilans mercator prædictus, sensit se continuo totali liberatione mirifice liberatum. Et vocato Sacerdote lacrymabili voce, pro tanti dulcedine et admiratione miraculi, sic suaviter ait: Gratias immensas ago Deo meo humillime, qui sui famuli Ampelii meritis me plenarie liberavit, gressus meos optime reparavit, et pristinae me sanitati gratisime donavit. Verissime namque vera sunt, Frater dulcissime, quæ ex ore tuo audivi, quæque etiam tua fidelis societas de venerabili Patre Ampelio, Domini nostri Jesu Christi servo, mihi devote narravit. His namque dictis et gestis iterum et iterum ambo simul, et singillatim quamplurimum Deo gratias protulerunt, qui sui famuli merita præclara longe lateque declarat. Et sic ovantes gratiasque Deo semper agentes, festine iter proprium arripuerunt: et continuantes peregrinationem suam, sani et incolumes, ad propria redierunt: votumque etiam, et promissionem devote ac fideliter adimpleverunt: rursumque etiam Christo Regi, in Ampelii virtutibus splendide triumphanti quam plurimum gratias retulerant: cui est honor, virtus et gloria, per seculorum secula sempiterna. Amen.

CAPUT III.

Inventio et translatio corporis.

F Quoniam igitur gloriosum est, eximiique etiam ac magni beneficii ac meriti, sanctorum gesta exponere seriatim; cumque summa veneratione devotissime sint percolendi; specialius tamen hi a nobis sunt digna reverentia venerandi, quorum Reliquias in nostris domiciliis possidemus. Illi enim piis orationibus suis adjuvant: cum eis autem nobis familiaritas quædam est; et ideo magno opere notandum est, quo ordine, divina permittente clementia, nostrum sacrosanctum gloriosi Protomartyris Jesu Christi Beatissimi Stephani Januensis monasterium sit viri Dei venerabilis Patris Ampelii pretiosissimis Reliquiis beate ditatum. Ut autem venerabilium Patrum antiquorumque prædecessorum nostrorum patres et antiquissimi prædecessores omnique reverentia et fide dignissimi relatione veridica et fidei præfatis prædecessoribus nostris, et ipsi nobis referre soliti erant, et uti etiam in vitæ ipsius gestis clarissime reperitur, Domini nostri Jesu Christi servus, Beatissimus videlicet Ampelius Confessor et Eremita in Ægyptiis et Thebaidis eremis cum aliis Fratribus seu Monachis aliquanto tempore habitans, vitam sanctam omnique laude dignam

EX MS.

in visione edocetur vera esse.

Mercator Genuensis

Tolosa ager

invocato S. Ampelio,

E sanatur.

Reliquiæ S. Ampelii.

in Liguria mortui,
A dignam feliciter duxit. Ibidem namque satis floride, quasi hortus virtutum floridus, florere incepit : deinde tamen Domino volente nos suæ clementia bonitatis, sui fidelissimi servi pretiosis venerandisque reliquiis condigne ditari, intercessionumque ejus meritis et suffragiis jugiter defendi et gubernari, vir venerabilis ad Italiam venit, et in patribus tunc Vintimilii castri habitans, et fama celebri virtuteque laudabili præpollens, sanctam et laudabilem vitam ut in præfatis vitæ ipsius gestis clare habetur, ibidem finivit.

indicantur anno 1140
17 Verum post multum temporis decursum, anno scilicet Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo quadragesimo; cum Januenses diu in obsidione Vintimilii civitatis, quia ejusdem civitatis cives *a* rebellaverant, cum magno exercitu pedestri, equestri et navali milites mitterent; Contigit, ut plerique ex hominibus castri *b* S. Romuli et Villæ Regiæ (quæ alio nomine Villa Ripariæ Januensis S. Stephani dicitur, eo quia præfato monasterio per omnia et in omnibus subijcitur) in eadem obsidione existentes, nonnullis de Vintimilii comitatu incolis captis, ab eisdem redemptionis eorum pretium nimis impie suppliciiis severis-imis exigent. Præceptum namque in exercitu fuerat, ut quisque spolia a se capta pro libito tractaret. Sed cum illi nullum se redemptionis pretium habere faterentur, isti eis multo plus graviora supplicia minabantur, dicentes; Unum e duobus eligit, aut redemptionis vestræ pretium, aut dire vos faciemus mortis supplicio vitam finire. Illis auditis illi præ angustia spiritus gementes, divino ut creditur nutu dixerunt : Si nos liberos et immunes abire permittitis, thesaurum incomparabilem dabimus vobis. Quibus annuentibus omnes captivi voce unanimi inquirunt : Hic in loco, qui dicitur Bordighera, viri Dei Ampelii Beati Reliquiæ requiescunt : cujus reverentia et devotione nos liberos, ut promisistis, abire permittite. Tunc illi, inventis viri Dei Reliquiis et capsis, captivos illos ut promiserunt, cum omni honore liberos abire permiserunt, veniam de illatis injuriis humiliter postulantes. Tali quoque modo Domini famulus fuit captivis illis præsidium. Demum vero cum Januenses præfatum urbem suo dominio triumphaliter subjugassent, et eis tam illi de civitate quam de comitatu in perpetuum fidelitatem jurassent ; mox præfatum hominis Dei corpus gloriosum seu Reliquiæ venerandæ, de prædictis Vintimilii patribus ad quemdam Prioratum seu ecclesiam, sub vocabulo S. Stephani in castro S. Romuli Albinganensis diocesis sitam, quæ per Apostolica privilegia in spiritualibus et temporalibus jure et antiquitus suberat præfato S. Stephani Januensi Monasterio, fuit satis debite translatum digueque conditum.

a captivis lytrum postulatis :
B
18 Deinde tamen demum post multorum annorum curricula, cum anno Domini millesimo ducesimo quinquagesimo octavo bonæ memoriæ Alexandri quarti Romani auctoritate Pontificis, inter tunc Reverendum Patrem Dominum *c* Gualterium Januensem

Archiepiscopum, et Monasterium præfatum de prædicta scilicet S. Stephani ecclesia, ut supra, in castro S. Romuli sita, cum ecclesia S. Martini de via de *d* Bisambe, extra Januensium mœnia civitatis posita, quæ tunc suberat præfato Archiepiscopo, ad invicem permutatio fieri deberet ; et nolentes venerandi religiosique viri, Dominus Jacobus tunc Abbas seu Pater, et monachi præfati nostri monasterii, tanto et tam pretioso thesauro venerandarum venerabilis Ampelii Reliquiarum aliquatenus privari ; præfatum ipsius gloriosissimum corpus, ipsis diligentis devotionis studio devotissime procurantibus, pie ad dictum sæpius monasterium transferri jusserunt : fuitque anno præfato secundo Idus Majorum ad Januensem civitatem honorabiliter deportatum. Et de eadem, ad tanti Patris adventum eamervatim concurrentibus Christi fidelibus viris, festinque etiam ruentibus, innumerabilibus Januensium turbis proeuntibus et jucunde subsequentibus innumeris Clericis et populis, cum luminibus *e* atque spiritibus canticis, summa cum reverentia devotioneque nimia, cum gaudio et immenso jubilo, sacrum viri Dei Corpus seu Reliquias ad ecclesiam ejusdem S. Stephani, Monachi venerabiliter deposuerunt, et in altari ipsius veneranter collocaverunt : et, ad posteriorum tantæ rei testimonium, epitaphium in lapide marmoreo scriptum in pariete seu muro ibidem juxta ejus altare apposuerunt.

19 Ibi enim ejus festum bis annuatim solenne agitur, et cum reverentia et devotione multa habetur, et debite ab universis ferri-fabris ejusdem Januensium urbis venerabiliter colitur : omnique etiam prima die Dominica cujuslibet mensis totius anni, ultra præfatas solemnitates, ad ejus altare Missa cum cantu solemniter celebratur, cum commemoratione ipsius saltem, ob aliarum Festivitarum seu Sanctorum officia quandoque fortassis concurrentia. Ad quam quidem Missam, cessantibus impedimentis, omnes fabri-ferrarii de more conveniunt : et ejus meritis multa miracula Deus operatus est ; qui vivit in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Petrus Bizarus lib. 1 Historiæ Genuensis hanc Vintimiliensium defectionem, et arcis a Genuensibus constructæ eversionem, et dein recuperationem describit.

b Oppidum S. Romuli, vulgo fant Remo, in eadem ora Ligustica constructum, quod cum ante Villa-Matutiana dicebatur, et ibi S. Romulus Episcopus Genuensis diem vitæ ultimum obiisset quinta Octobris, ab eo appellatum est.

c Gualterus Episcopus præfuit Ecclesiæ Genuensi ab anno 1253 ad annum 1274.

d In Vita Italica appellatur S. Martino di vio di Bisagno.

e Sub finem aliqua non potuerunt legi, ut hinc inde sensus completeretur, juxta Vita Italica.

D
EX MS

d

14 Maji
Genuam ad
monasterium
S. Stephani

e

E
in altari
positæ,honorantur
duplici festo,et 1 Dominica
mensis.

F

*deponuntur
in oppido S
Romuli,*

anno 1258

c

DE S. APRUNCULO EPISCOPO

G. II.

LINGONENSI, DEIN CLAROMONTANO IN GALLIA.

CIRCA AN.
CCCLXXXVIII.S. Aprunculus Episc.
Lingonensis,

apud Sidoniam Apollinarem pro fugitivo intercedit :

suspectus Burgundionibus fugit :

fit Episc. Claromontanus,

9 Martii.

Ruricio Episcopo Lemovicensi familiaris

Seculo Christi quinto urbes ac regiones Galliarum direpte, vastatae, incensae ac dirutae fuerunt a Mandalis, Alanis, Burgundis ac Gothis. Tum harum Rex Attila creditur Lingonas diripuisse et incendisse circa annum ccccl., et inde ad Alpes transivisse, atque Aquileum obsidisse. Venit deinde urbs Lingonensis in potestatem Burgundionum. Jacobus Vignerus in Chronico Lingonensi Afflictam urbem Lingoniam, inquit, recreavit novus Antistes, vir eximiae probitatis, Aprunculus, octavus a S. Desiderio, decimus a B. Senatore, tametsi ex Gregorii Turonensis assertionibus appareat, ipsum maxima ex parte Divione potius quam Lingonis, ab ruina recenti minime tutis, sedem fixisse. Hunc Apollinari Sidonio, Praefecto Galliarum pro Romanis, postea Claromontensi Episcopo, familiarem extitisse, constat ex hujus epistolis. *Hæc Vignerus. Memorati Desiderii Acta domus xxiii Maji, ut S. Apollinaris Sidonii Vita dandū erit xxiii Augusti. Extat hujus epistola lib. 9. cap. 10 quam hæc inserimus.* Sidonius Domino Papæ Aprunculo salutem. Reddidit tibi epistolas meas, quem mihi tuas offerre par fuerat. Nam frater noster Coelestinus, nuper ad te reversus de Biterrensi, quoddam mihi super statu Injuriosi nostri vinculum cessionis elicit. Quod quidem scripsi, non minus tua reverentia fractus quam voluntate. Namque nos ultro vestro pudori, quasi quibusdam pedibus obsequii, decuit occurrere. Quæ circa me quoque volente posside indultam, sed liberaliter : nec enim, ut suspicor, plus aliquid hoc genere solatii vel ipse quaesisti. Quem litteris non commendatoriis minus quam refursoriis jam placatus insinno, sic tamen ut tibi assistat, tibi pareat, te sequatur, atque ut, si permanserit tecum, neutri nostrum judicetur famulus. Si forte discesserit, quaratur utriusque fugitivus. Memor nostri esse dignare, Domine Papa. *Hæc S. Sidonius Apollinaris de Injurioso, mancipio seu servo, in gratiam S. Aprunculi libertate donato.*

2 Promotum interim regnum Francorum sub Childerico filio Merovæi, cui successit circa annum cccclxxx Clodovæus I. Huic Childerico in usus officii S. Aprunculus, ac propterea, si aufugisset, a quodam, quem Burgundiones submiserant, fuisse occisus. Gregorius Turonensis rem gestam lib. 2 Historiæ Francorum cap. 23 ita exponit : Interea cum jam terror Francorum resonaret in his partibus, et omnes amore desiderabili cuperent eos regnare : S. Aprunculus, Lingonice civitatis Episcopus, apud Burgundiones cæpit haberi suspectus. Cumque odium de die in diem cresceret, jussum est ut clam gladio feriretur. Quo ad eum perlato nuntio, nocte a castro Divionensi per murum demissus, Arvernus pervenit, ibique juxta verbum Domini, quod posuit in ore S. Sidonii, undecimus datur Episcopus. *Hanc ejus a Sede Lingouensi translationem ad Claromontanum celebrat Saussayus in Martyrologio Gallicano ad diem ix Martii his verbis : Arvernus susceptio S. Aprunculi Episcopi et Confessoris, qui ex Lingonensi Presulatu magno cum virtutum splendore transiens ad hanc Cathedram, eximiis sanctitatis radiis eam illustravit, deinde sacri muneris completatus honoribus, cælestis aule perrexit ad gloriam.*

3 Cum autem resideret Claromonte, habuit vicinam Episcopum Lemovicensem Ruriciū, virum et nobili Anciorum prosapia et eximia doctrina illustrem : cuius extant duo libri epistolarum, ex quibus quinque

fuerunt S. Aprunculo inscriptæ. Harum prima est libri secundi quadragesima octava sub hoc textu. Aprunculo Episcopo Ruricius Episcopus. Exegit nutui amoris affectus ad individuum mihi sanctitatem vestram sola ex causa litteras destinare, etiamsi non se occasio opportuna porrexerit. Unde per hominem filii mei Leontii has ad Apostolatū vestrum dedi, quibus sospitatione prælata, quam ex sententia, Deo favente, valeatis, inquirō. Quia ipsi nostis, incolumitatem vestram, nostram esse lætitiā, sperans ut redeunte præfato, nos reddatis de vestris actibus, propitia Divinitate securos, quos videtis esse [de tua] prosperitate sollicitos. Altera est numero lxxv ejusdem libri 2 sic contexta. Sicut litteras sanctitatis vestre per virum venerabilem Elogium cum gratulatione suscepti; ita has eodem redeunte libenter remisi : quibus Apostolatū vestro debitum dependo sospitationis officium, simulque depono, ut pro nobis orare dignemini, et id a communi Domino peculiariter postulare, ut jam tandem aliquando in unum venire et nos videre mereamur : ut caritas, quæ secundum sententiam Dominicā in pectoribus nostris per absentiam, quod temporis est, refrixit, per præsentiam iterum in sopitis cineribus suscitetur ; et vivis vocibus, quasi novis flatibus, veteris amoris redivivum reparatur incendium : quod more atque virtute ignis illius, quem Dominus misit in terram, et spinas negligentie nostræ atque desidie vi nature potentis exurat, et tenebras dormientis cordis illuminet.

4 Hæc ubi. Sequuntur consequenter tres aliæ Ruricii ad eundem, quarum prior similis est jam datis, et sequens in ultima clarius continetur, quare et hanc subjicimus, hæc phrasi propositam. Ante diem, quam litteras vestre Sanctitatis acceperim, Compresbyterum meum, sicut ipso referente peteritis agnoscere, ad germanitatem vestram, in eadem qua mihi scripsistis causa, direxeram. Et quia mihi non solum ipse filius noster Eparchius, sed etiam frater suus flebiliter per litteras supplicarunt, Apostolatū vestro precator accedere in : cui et confessione culpa, et deprecatione veniæ, et consanguinitatis affectu compulsus, indulsi ; quia vos mihi super hac re scripturos esse non credidi : sed quia humilitatem meam dignati estis, pro ea quæ inter nos est, propitio Deo, caritate, consulere, ut vobis utrum justa esset vestra districtio, meis potissimum apicibus indicarem ; sciat Dominus noster, quod ego factum vestrum et probò et collando et vehementer adhaïror. Quia dum uni desperato per admonitionem gladii spiritualis pro reddenda salute intulistis dolorem, multis contulistis languentibus sanitatem. Multi etenim in Ecclesia, qui curari nequeunt verbo, sanantur exemplo. Superest severitatem misericordia consequatur, ut recipiatis lenitate patris, quem corripuistis auctoritate Pontificis. Et juxta illum Evangelicum invocantes, quem nos per omnia et sequi et imitari oportet, qui filio paternæ substantiæ decoctori, et facinus confitenti non solum veniam clementer impertit, verum etiam pristinam gratiam libenter indulsit : et nos condoleamus lapsò, subveniamus attrito, amplectamur reversum, lætemur inventum. Quod et Apostolatū vestrum propterea fecisse certus sum, ut paululum infirmantem filium excluderetis a matre, ut eum ipsi post modicum restitueretis incolumem ; et eum contristaretis ad tempus, de quo

de ejus sanitate sollicitus,

ejus se precibus commendat,

Mat. 24, 12 et præsentiam exoptat :

Luc. 12, 49

denique rigorem ejus laudans in rei causam excommunicatione

eidem misericordiam poscat,

Luc. 11, 30

gaudere

A gaudere concupiscitis in æternum. *Hæc ibi. Hinc scimus Ruricium Episcopum vixisse seculo quinto, ejusque nepotem Ruricium, post intermedios aliquot in Episcopatu successorem, floruisse seculo sexto, ut qui interfuit Conciliis Arvernensi et Aurelianensi IV.*

§ Memoratus Saussayus ad hunc xiv Maji ejus Nativitatem hoc modo celebrat: Claromonte Arvernorum S. Aprunculi Episcopi et Confessoris, qui primum ob Apostolica decora factus Episcopus Lingonensis, cum gregem Domini in omni pietate regeret, a Burgundis, qui ipsum Francorum expetere dominationem criminabantur, Sede expulsus, eo tempore ad Arvernos se contulit, quo B. Sidonius mortalitatis stamen abruperat: ex cujus vaticinio in vacuam Cathedram eVectus, lumen quod occasu tanti side-

Nativitas ejus
14 Maji.

ris extinctum putabatur, sanctitatis suæ et divinæ sapientiæ radiis explicavit: eaque afflictæ ecclesiæ solatia attulit, quibus omnem excussit nuperæ orbationis mœrorem. Tantum enim moribus et doctrinis se Aprunculus præbuit, ut defuncti religionem, vigilantiam, misericordiam, doctrinam, castimoniam genuine referret, præconiaque præcellentium quorumque Mystarum vivus ac mortuus demereretur. Sepultus fuit vir beatus in basilica S. Stephani suburbana, ut moriens desiderare prodiderat. *Hæc omnia Saussayus, quæ velleus in antiquioribus scriptis legere. Restat de tempore Sedis et loco sepulture aliquid, quod per typhothetæ incuriam omissum, inveniet Lector in Appendice.*

D
AUCTORE G. H.

NOT. 23

DE SANCTO BEVIGNATE

MONACHO ET ANACHORETA PERUSIÆ IN ITALIA.

B
CIRCA ANNUM D.

Philippus Ferrarius in Catalogo generali ad hunc xiv Maji celebrat memoriam Sancti Bevignatis monachi Perusiæ, idque uti ibidem annotat, ex Tabulis Ecclesiæ Perusinae hac die. Extare autem ait, Ecclesiam illi dicatam extra Perusiam non longe ab urbe: in qua imago illius et quædam miracula ab eo patrata conspiciuntur. Cetera ignorari. Idem Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiae ex picturis memoratæ Ecclesiæ aliqua miracula refert. At Ludovicus Jacobillus, tomo 1 de Vitis Sanctorum Umbriae ad hunc xiv Maji et in Additionibus tomo 3 excusis, accurate edidit quæ de hoc Sancto haberi potuerunt, in eamque finem legit citatque scriptores Perusinos, Pompeium Pellinum, Cæsarem Crispoltum, Cæsarem Alexium, Joannem Panzietam, Ciactum, uti et Perusinae urbis et Ecclesiæ Annales, Statuta, Kalendaria, Tabellas, aliæque monumenta. Nos ergo ex dicto Jacobillo hæc excerptimus.

Memoria in
fastis.

Acta ex Jaco-
billo.

Sauctus ex
monacho ana-
choreta
factus,

2 Floruit S. Bevignates seculo Christi quinto, sive tunc ex Germania advenerit, seu potius in agro Perusino natus, ibidem agriculturam exererit. At Spiritus sancti gratia illuminatus, relictis possessionibus suis, habitum monasticum sumpsit in aliquo cœnobio monachorum, qui induebantur tunica ex panno albi coloris, accincta corio cæruleo. Postea obtenta moderatoris licentia secessit in silvam, prope urbem Perusinam sitam: ibique plurimis annis vitam solitariam duxit cum anstera pœnitentia, et in sanctis orationum et divinarum contemplationum exercitiis. Fama sanctitatis ejus circumquaque sparsa, multi eum inviserunt, ejusque intercessione varia Deus operatus est miracula, quæ ita a Ferrario narrantur. Cum non esset, quod advenientibus apponeret, quove famem depelleret; ejus precibus olivæ et triticum, quorum nondum tempus advenerat, divinitus maturescunt. Duo insontes suspensi, cum se Bevignatis orationibus commendassent, liberantur. Puer etiam a lupo occisus, ad sanctum virum delatus, ad vitam per preces pro eo factas revocatur.

miraculis
claruit,

etiam post
obitum.

3 Cum jam in dicta silva diu habitasset, in parvo a se excitato tugurio diem extremum in sanctitate clausit, pridie Idus Maji, circiter annum quingentesimum. Antequam vero sepulture traderetur, plurimi infirmi et a demonibus vexati, sacri corporis tactu, liberati et sanati fuerunt. Fuit autem corpus cum debita veneratione depositum in dicto tugurio sive eremitorio, ubi Sanctus in magna pœnitentia vixerat, ejusque anima a Deo fuerat recepta: quo in loco ad ejus honorem postmodum Perusini

ecclesiam ædificaverunt, ubi anno mclxx vitam eremiticam et anachoreticam in magna perfectione egit Ranerius Fagianus Perusinus, auctor Confraternitatis Disciplinatorum, dein Minorita: cujus corpus adservatur in civitate Burgi sancti Sepulcri, ejusque memoria cum titulo Beati relata est ad diem 1x Junii. Hic in summa habuit veneratione corpus S. Bevignatis, tantumque effecit, ut illud sub altare majus reponeretur, ob singularem de ejus sanctitate revelationem factam. Erat eo tempore Perusinus Episcopus Bernardus Carinus, qui (uti scribit Ughellus in Episcopis Perusinis) auctor fuit, ut civitas legatos mitteret ad Joannem XXI Pontificem, Beati Bevignatis Perusini Canonizationem exoraturus, cui interim prope Perusium templum ædificari jussit. Jacobillus ait, id per obitum Pontificis non potuisse peragi. Interim ex consuetudine inmemorabili, in civitate et diœcesi Perusina, celebratur festum ejus sub ritu duplici ad hunc diem xiv Maji.

E
Ecclesia illi
erecta:

Corpus sub
altari:

cultus sub
ritu duplici:

4 Locus ipse postea cum dicta Ecclesia devenit in potestatem Equitum Templariorum, a quibus his transfertur ad Equites Hospitalares Hierosolymitanos S. Joannis, hodie Melitenses dictos: eorumque Magnus Magister ipsis Kalendis Maji anni mcccxxiv donavit Rocco Cæbolio Perusino ejusque conjugi Catharinæ sub hac obligatione, ut istic construeretur cœnobium Sanctimonialium viginti quatuor, sub Abbatissa secundum regulam statutaque S. Joannis Equitum Hierosolymitanorum. At postmodum extincto Sanctimonialium monasterio, fuit ibidem erecta Abbatia Presbyterorum secularium, quibus cum Abbatis titulo præfuit etiam Cardinalis Franciscus Rapacciolus: at postremo obtinuerunt Patres Eremitæ S. Augustini Congregationis Perusinae, ex conventu S. Mariæ Novellæ, auctoritate Urbani VIII Papæ anno mdcxl eo translati. *Hæc de monasterio istic constructo.*

F
cœnobium
additum:

5 Aliquæ S. Bevignatis Reliquiæ, ex dicta ejus ecclesia, extra civitatem constructa, anno mdcix die xv Maji ad ecclesiam Cathedralam, et propriam ad ejus honorem erectam capellam, translate fuerunt maxima cum solemnitate: in qua circumferebantur in occursum sacræ Reliquiæ S. Herculani Episcopi Perusini, et S. Petri Abbatis etiam Perusini: cui processioni dicuntur interfuisse ultra sedecim millia hominum utriusque sexus, tam ex urbe et diœcesi Perusina, quam Fulginiensi, Assisiensi et aliis vicinis locis.

pars corporis
ad ædem
Cathedralem
translata.

DE SANCTO BONIFACIO

EPISCOPO FERENTINO IN HETRURIA.

G. II.

SECL. VI

Acta ex S. Gregorio :

Memoria
14 Maji,

Ferentum, seu Ferentium aut Ferrentio, urbs fuit Hetruriae olim Episcopalis, cui Viterbium, ad v millia passuum distans, successit in Episcopali Cathedra, et quae denique a Viterbiensibus ob haeresim anno MLXXIV est eversa. Inter hujus urbis Episcopus fuit S. Bonifacius, cujus aliquas virtutes posterorum memoriae commendavit S. Gregorius Magnus lib. I Dialogorum cap. 9. Colitur autem hoc XIV Maji S. Bonifacius Romanus, Torsi sub Diocletiano martyro coronatus, cujus Acta cum Petrus de Natalibus lib. 4 Catalogi cap. 165 more suo contracta edidisset. subjuxit cap. 166 hunc titulum, De Sancto Bonifacio Episcopo, et ejus Acta ex Dialogo S. Gregorii transcripsit, atque sub finem ita conclusit : Sicque vir Domini plenis virtutibus in pace quievit. Scuti Petrum fuerunt Grevenus in Auctario Usuardi, anno MXXV et MXXI excuso, Canisius in Martyrologio Germanice edito, et Molanus in suis etiam Additionibus ad Usuardum anno MDLXXVIII impressis, sed hic in sequentibus editionibus omnino de hoc Bonifacio omisit. At Galesinius in suo Martyrologio, quod anno MDLXXVIII vulgatum est, ad hunc XIV Maji isto eum elogio exornat : Ferentini S. Bonifacii Episcopi : cujus jam inde ab ineunte aetate sanctimonia splendescerat, rebus a se pie mirabiliterque gestis, quas multas B. Gregorius Pontifex ad posteritatem litteris prodidit. Annat de in Galesinius isto tradi, ex tabulis Ecclesiae Ferentinae et cod. MS. Verum cum urbs haec ab annis plusquam saeculis fuerit excisa, suspectus nobis hic Galesinius est, saepe alias deprehensus et tabulas et MSS. citare, quae insipiam viderit. Est alia urbs Episcopalis Ferentinum in Herculis, cujus Ecclesiae Episcopus fuit S. Redemptus a nobis ad diem vii Aprilis relatus. Sed illas urbes non fuisse a Galesinio distinctas vix audeo suspicari. Baronius in Notis Martyrologii Romani ad hunc diem asserit haec inter se nomina aliquando reperiri confusa et de S. Bonifacio isto ibidem legenda praescribit : Ferenti in Tuscia S. Bonifacii Episcopi, qui, ut refert B. Gregorius Papa, a pueritia sanctitate et in irruentibus claruit. Elogium aliquod ex S. Gregorio tenet Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiae, annotatque Corpus Viterbii, quo cum Sede Episcopali translatum est, quiescere et coli uti audivit. Habemus Ordinem officii propriorum Sanctorum Ecclesiae S. Laurentii Cathedralis Viterbii, de mandato Cardinalis Biuencii Episcopi editi, sed absque mentione S. Bonifacii. Nam tamen hujus corpus in alia aliqua Ecclesia adseruetur, nescimus. In peruetusto MS. Martyrologio Ecclesiae S. Petri Romae ad geminum Bede lectum haec addita leguntur : Eodem die S. Bonifacii in Apennino, quae videtur de hoc Sancto intelligenda, ipsiusque Herculis ad montessius vindicarent. Claruisse S. Bonifacium circa tempora Justinii Imperatoris docet Baronius : et Ferrarius ait, tere S. Gregorii Papae tempestate vixisse : is enim se gesta Bonifacii a Gaudentio Presbytero illius nutrire audivisse scribit. Imo ab omni ejus, utpote ab eo in victu, moribus et doctrina emulato.

ELGGIUM VITÆ

Ex libro I Dialogorum S. Gregorii Papae.

Fuit vir vitae venerabilis, Bonifacius nomine, qui in ea civitate, quae Ferentis dicitur, Episcopatus

officium tenuit et moribus implevit. Hujus multa miracula is, qui adhuc superest, Gaudentius Presbyter narravit. Qui nutritus in ejus obsequio, tanto valet de illo quaeque veracius dicere, quanto eis contigerit et hunc interesse. Hujus Ecclesiae gravis valde paupertas inerat : quae bonis mentibus solet esse custos humilitatis, nihilque aliud ad omne stipendium, nisi unam tantummodo vineam habebat : quae quodam die ita grandine irruente vastata est, ut in ea paucis in vitibus vix parvi rarique racemi remansissent. Quam cum Dei praedictus vir reverendissimus Bonifacius Episcopus esset ingressus, magnas omnipotenti Deo gratias retulit, quia in ipsa sua adhuc incipia sese angustiari cognovit. Sed cum jam tempus exigeret, ut ipsi quoque racemi qui remanserant maturescere potuissent, custodem vineae ex more posuit, eamque solerti vigilantia servari praecipit. Quadam vero die mandavit Constantino Presbytero nepoti suo, ut cuncta vini vascula in Episcopia, omniaque dolia, ita ut ante consueverat, piee superflua prepararet. Quod cum nepos illius Presbyter audisset, valde admiratus est, quod quasi insana praeciperet, quod vini vascula preparari faceret, qui vinum minime haberet : nec tamen praesumpsit inquirere cur talia juberet : sed jussis obtemperavit, et omnia ex more preparavit. Tunc vir Dei vineam ingressus racemos collegit, ad calcatorium delulit, omnesque exinde egredi praecipit, solisque ibi cum uno parvulo puerulo remansit : quem in eodem calcatorio deposuit, et calcari ipsos paucissimos fecit. Cumque ex eisdem racemis parum aliquid vini deflueret, cepit hoc vir Dei suis manibus in parvo vase suscipere, et per cuncta dolia omniaque vasa, quae parata fuerant, pro benedictione dividere : ut ex eodem vino omnia vascula vix infusa viderentur. Cum vero ex liquore vini parum aliquid in vasis omnibus misisset, vocavit protinus Presbyterum, jussitque pauperes adesse. Tunc cepit vinum in calcatorio erescere, ita ut omnia quae allata fuerant pauperum vascula implerent. Quibus cum se idoneo satisfacisse conspiceret, ex calcatorio jussit puerum discedere : apothecam clausit, atque impresso sigillo proprio munitam reliquit, mox ad ecclesiam rediit. Die vero tertio praedictum Constantinum Presbyterum vocavit, et oratione facta apothecam aperuit : et vasa in quibus tenuissimum liquorem infuderat, ubertim vinum fundentia invenit : ita ut pavimentum omne exerescentia vana invaderent, si ad haec Episcopus tardius intrasset. Tunc terribiliter Presbytero praecipit, ne, quo usque ipse in corpore viveret, hoc miraculum euiquam indicaret ; pertimescens videlicet ne virtute facti favore humano pulsatus, inde intus inanesceret, unde foris honorantibus magnus appareret ; exemplum Magistri sequens, qui ut nos ad viam duceret humilitatis, de semetipso discipulis praecipit, dicens : Ut ea quae vidissent nemini dicerent, quo usque filius hominis a mortuis resurgeret...

2 Adhuc pauca aliqua, quae de Bonifacii Episcopi opere supersunt, quia ejus memoriam fecimus, exequamur. Alio namque tempore B. Proculi Martyris natalitius propinquabat dies, quo in loco vir nobilis, Fortunatus nomine, manebat : qui magnis precibus ab eodem venerabili viro postulavit, ut cum apud beatum Martyrem Missarum solennia ageret, ad benedictionem

Vinea grandine vastata,

ex paucis racemis plurimum dolia replet :

Matth. 17 9

Corpus an Viterbii, an vero in Herculis ?
VIDE APP. TOM. VII MAJI NOV 81 ..

Tempus vitæ

A nedictionem dandam in suam domum declinaret. Vir autem Dei negare non potuit, quod ab eo ex Fortunati mente caritas poposcit. Peractis igitur Missarum sollempniis, cum ad prædicti Fortunati venisset mensam, priusquam Deo hymnum diceret, sicut quidam ludendi arte cibum solent quærere, repente ante januam cum simia vir adstitit, et cymbala percussit. Quem sanctus vir dedignatus, audiens sonitum dixit : Heu, heu, mortuus est miser iste, mortuus est miser iste. Ego ad mensam refectionis veni, os adhuc ad laudem Dei non aperui; et ille cum simia veniens percussit cymbala. Subiunxit quoque et ait : Itē et pro caritate ei cibum potumque tribuite : scitote tamen quia mortuus est. Qui infelix vir, dum panem ac vinum ex eadem domo percepisset, egredi januam voluit : sed saxum ingens subito de tecto cecidit, eique in verticem venit. Ex qua percussione prostratus, in manibus jam semivivus levatus est : die vero altera, secundum viri Dei sententiam, funditus vitam finivit. Qua in re pensandum est quantum sit viris sanctis timor exhibendus : templa enim Dei sunt. Et cum ad iracundiam vir sanctus trahitur, quis alius ad irascendum nisi ejusdem templi inhabitator excitatur? Metuenda ergo tanto est ira justorum, quanto et constat, quia in eorum cordibus ille præsens est, qui ad inferendam ultionem quam voluerit invalidus non est.

3 Alio quoque tempore prædictus Constantius Presbyter nepos ejus equum suum duodecim aureis vendidit : quos in propria arca ponens, ad exercendum opus aliquod discessit. Tunc subito ad Episcopum pauperes venerunt, qui importune precabantur, ut eis sanctus vir Bonifacius Episcopus ad consolationem suæ inopiæ aliquid largiri debuisset. Sed vir Dei quia quod tribneret non habebat, æstuare cœpit in cogitatione, ne ab eo pauperes vacui exirent. Cui repente ad memoriam rediit, quia Constantius Presbyter nepos ejus equum quem sedere consueverat vendidisset, atque hoc ipsum in arca sua pretium haberet. Absente igitur eodem nepote suo accessit ad arcam, et pie violentus claustra arcæ comminuit, duodecim aureos tulit, eosque indigentibus, ut placuit, divisit. Itaque Constantius Presbyter reversus ex opere, arcam fractam reperit, et caballi sui pretium, quod in eam posuerat, non invenit. Cœpit itaque voce magna perstreperere, et cum furore nimio clamare : Omnes hic vivunt, solus ego in domo hac vivere non possum. Ad cujus nimirum vocem venit Episcopus, omnesque qui in eodem Episcopio aderant. Cumque eum locutione blanda vir Dei temperare voluisset, cœpit ille cum jurgio respondere, dicens : Omnes tecum vivunt, solus ego autem hic vivere ante te non possum : redde mihi solidos meos. Quibus vocibus commotus Episcopus, B. Mariæ Virginis ecclesiam ingressus est : et elevatis manibus, extenso vestimento, stando cœpit orare, ut ei redderet unde Presbyteri furentis insania mitigari potuisset. Cumque subito oculos ad vestimentum suum inter extensa brachia reduxit, repente in sinu suo duodecim aureos invenit, ita fulgentes, tamquam si ex igne producti eadem hora fuissent. Qui mox de ecclesia egressus, eos in sinum furentis Presbyteri projecit, dicens : Ecce habes solidos quos quæsisisti : sed hoc tibi notum sit, quia post mortem meam in hujus Ecclesiæ Episcopum non eligeris propter tuam avaritiam. Ex qua sententia veritatis colligitur, quia eosdem solidos Presbyter pro adipiscendo Episcopatu præparabat. Sed viri Dei sermo prævaluit : nam idem Constantius in Presbyteratus officio vitam finivit.

4 Alio quoque tempore duo ad eum Gothi hospitalitatis gratia venerunt, qui Ravennam se festinare professi sunt. Quibus ipse parvum vas ligneum vino plenum manu sua præbuit, quod fortasse in prandio itineris habere potuissent : ex quo illi quoad usque Ravennam venirent, biberunt. Gothi autem aliquantibus diebus in eadem civitate morati sunt : et vinum, quod a sancto viro acceperant, quotidie in usu habuerunt. Sicque usque ac eundem venerabilem Patrem ferentes reversi sunt, ut nullo die cessarent bibere, et tamen vinum eis ex illo vasculo numquam deesset, acsi in illo vase ligneo, quod Episcopus eis dederat, vinum non augetur, sed nasceretur.

5 Nuper quoque de ejusdem loci partibus senex quidam Clericus advenit, et ea quæ ipse de eo narrat silentio non sunt prætereunda. Nam dicit quod quadam die ingressus hortum, magna hunc erucarum multitudine invenit esse coopertum : qui omnē oculus in eo deperire conspiciens, ad easdem erucas conversus dixit : Adjuro vos in nomine Domini Jesu Christi, recedite hinc, atque hæc olera comedere nolite. Quæ statim ad viri Dei verbum ita omnes egressæ sunt, ut ne una quidem intra spatium horti remaneret. Sed quid mirum, quod hæc de Episcopatus ejus tempore narramus, quando jam apud omnipotentem Deum ordine simul et moribus creverat : dum illa magis miranda sint, quæ eum hic senex Clericus adhuc puerulum fecisse testatur. Nam ait quod eo tempore, quo cum matre sua puer habitabat, egressus hospitio, nonnumquam sine lineo, crebro etiam sine tunica revertebatur : quia mox ut nudum quempiam invenit vestiebat, hoc se expolians, ut se ante Dei oculos illius mercede vestiret. Quem mater sua frequenter increpare consueverat, dicens quod justum non esset, ut ipse inops pauperibus vestimenta largiretur. Quæ die quadam horreum ingressa, pæne omne triticum, quod sibi in stipendium totius anni præparavit, invenit a filio suo pauperibus erogatum. Cuique semetipsam alapis pugnisque tunderet, quod quasi anni subsidia perdidisset ; supervenit Bonifacius puer Dei, eamque verbis, quibus voluit, consolari cœpit. Quæ cum nihil consolationis armitteret, hanc rogavit, ut ab horreo exire debuisset, in quo ex omni eorum tritico parum quid inventum est remansisset. Puer autem Dei sese illic protinus in orationem dedit : qui post paululum egressus ab horreo, matrem relaxit : quod ita tritico plenum inventum est, sicut plenum ante non fuerat, cum mater illius totius anni sumptus se congregasse gauderet. Quo viso mirabili compuncta mater, jam ipsa cœpit hortari ut daret, qui sic celeriter posset quæ petuisset accipere.

6 Hæc itaque in hospitii sui vestibulo gullinas nutrire consueverat, sed eas ex vicino rure vulpes venieas auferebat. Quadam vero die dum in eodem vestibulo puer Bonifacius staret, vulpes ex more venit et gallinam abstulit. Ipse autem concitus ecclesiam intravit, et se in orationem prosternens, apertis vocibus dixit : Placet tibi Domine, ut de nutrimentis matris meæ manducare non possim : ecce enim gullinas, quas nutrit, vulpes comedit. Qui ab oratione surgens, ecclesiam est egressus. Mox autem vulpes rediit, gallinam quam ore tenebat dimisit, atque ipsa moriens ante ejus oculos in terram cecidit.

7 Hæc S. Gregorius a quo qui supra num. 2 appellatus S. Proculus Martyr, judicio Baronii est Martyr Bononiensis, cujus festum celebratur Kalendis Junii, uti tunc latius dicitur.

importuni
joculatoris
mortem
prædicat :

in pauperes
distribuit
12 aureos
nepotis sui,

eosque oran-
do receptos
reddidit furenti :

D
EX S. GRE-
GORIO.
vinum dat
hospitibus
per plures
dies non
deficiens :

in nomine
Jesu erucas
ex horro
pellit.

E
qui adhuc
puer pauper-
ibus dederat
vestes suas,

F
tritico vacuum
horreum im-
pletur orando,

G
et ablatam
a vulpe galli-
nam receperat.

H
Cultus S.
Proculi
Martyris.

DE SANCTO POMPONIO

EPISCOPO NEAPOLITANO.

D. P.

CIRCA
DXXXVI.

Tempus sedis.

De prioribus Episcopis Neapolitanis scripsit in Chronico Joannes Diaconus ejusdem Ecclesiae, qui vixit seculo IX temporibus S. Athanasii, Episcopi Neapolitani, cujus praeclara gesta narrando, finem suo Chronica imposuit, et pauca haec de S. Pomponio habet. Hic fecit basilicam intra urbem Neapolim, ad nomen sanctae Dei Genitricis semperque Virginis Mariae, quae dicitur Ecclesia Majoris, grandi opere constructam: qui fuit temporibus Hormisdæ Papæ et Joannis, Felicis et Bonifacii Apostolicorum, nec non et Anastasii et Justini Augustorum. Vixerunt sancti hi Pontifices seculo Christi sexto, omnes Martyrologio Romano adscripti. Sederunt autem S. Hormisdas ab anno DXIV ad annum DXXIII, dein S. Joannes primus usque ad annum DXXVI, postea S. Felix IV usque ad annum DXXX, ac tandem S. Bonifacius usque ad annum DXXXIII. At citati Imperatores regnarunt Anastasius ab anno CCCXCVI usque ad annum DXVII, cui tunc subrogatus Justinus vixit usque ad annum DXXVII. Habet præterea dictus Joannes Diaconus, Pomponium præfuisse annis XXVIII diebus X. Hinc colligit Ughellus in Neapolitanis Archiepiscopis, si id verum est, illum electum fuisse circa annum DVM, obiisse vero anno DXXXVI. At quam construxit Ecclesiam S. Mariæ Majoris, arbitratur idem Ughellus a dicto S. Joanne primo Pontifice Romano dicatam fuisse circa annum DXXV, quando Theodorici Regis jussu coactus Constantinopolim petere Neapoli transiit, cum Cardinalium et Episcoporum, ut credibile est, comitatu. Hujus rei titulus vulgari lingua positus extat in atrio illius ecclesiae, quemadmodum in Catalogo Episcoporum scribit Bartholomæus Chioccarellus: sed errat, cum ex vetusto marmore eum a se proferri putat. Quæ enim antiquitas esse potest lapidis, vulgari lingua ibi exarati, ubi non nisi sero Latina lingua, ne dicam Italica vulgoris, capit usurpari? cum antea Græce sacra ibi fierent, et populus Græce loqueretur. Adde quod ibi dicatur Pontifex dedisse indulgentiam decies mille et sexcentorum dierum, quocumque die aliquis ante ipsum illud marmor Pater et Ave recitaret. Antiquitatum et originum ecclesiasticarum valde imperitum esse oportet, qui nunc ignoret ante XII aut XIII seculum nihil tale scribi potuisse: proinde meram esse fabulam, qua marmori isti antiquitas tanta tribuitur, ut fuerit ibi seculo VI positum; cum verba in ea sculpta ætatem centum annorum non præferant, nihil ab hodierna phrasi discrepantia.

2 Teste autem Cæsare Eugenio in Neapoli sacra pag. 69, corpus S. Pomponii, olim in dicta Ecclesia sepultum, etiamnum debita cum veneratione asservatur sub altari, ubi olim, ut vetus traditio fert, liquor scatebat: idque ex foramine adhuc extante in arca unde manabat, colligi videtur. Idem testatur Chioccarellus, dicens foramen illud esse in tabula marmorea, quæ est supra arcam: est autem dicta arca cancellis ferreis inclusa, in qua (uti habetur in actis visitationis anni MVI. XXX) hæ litteræ insculptæ erant: Basilicam hanc Pomponius Episcopus faciendam curavit, cujus corpus hic positum est. Crebra etiam

per ipsum miracula fuisse edita indicat Ughellus. Festus ejus dies celebratur hoc XIV Maji in Ecclesia potissimum Neapolitana S. Mariæ-Majoris, et citatis tabulis Ecclesie Neapolitanæ refertur in hodierno Martyrologio Romano his verbis: Neapoli in Campania S. Pomponii Episcopi. Meminit ejusdem Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiae, sed dolet ejus gesta ignorari.

3 Ex populari ergo traditione solummodo habetur, quod prædictus Chioccarellus sic narrat: Quo tempore S. Pomponius præfuit Ecclesie Neapolitanæ, malus dæmon Neapolitanos graviter vexabat atque immaniter et supra quam credi possit insæviebat. Etenim ingentem urbis aream, horribilis apri formam assumens nocturnis horrendisque spectris affligebat. Quare ii cum tanti periculi evadendi omnis præclusa esset spes, nihil aliud remedium superesse videntes quam ad divinam opem confugere, una cum B. Pomponio Sanctis beatæque Virgini Mariæ sese intentius commendabant: eamque foeditatem B. Pomponio expiare aggresso, cum die quadam sabbati Missam celebrasset, sequenti nocte per quietem beata Virgo apparuit, a qua quid facto opus esset admonetur. Jussit enim illi ut basilicam eo in loco, ubi pannum cærulei coloris inveniret, ipsi Virgini erigeret, atque hunc in modum civitas ab illo periculo liberaretur. Pomponius autem eo loco sacris expiationibus lustrato, horrendoque inde monstro ejecto, inibi sicut jussum erat basilicam B. Mariæ extruxit.

4 Ob ejus facti memoriam Neapolitani singulis annis, in majori ecclesia, ludos quosdam perculæ, ad solatium atque animi recreationem, magna populi frequentia celebrarunt, qui a Vasallis Neapolitanæ ecclesie, de proximis villis ac suburbiis in festo translationis S. Januarii, mense Maji, scilicet tertio Dominica dicti mensis, populo exhibebantur: de quibus Joannes Pontanus in Dialogo Charontis, Matthæus Afflictus in cap. Investitura, § Præterea, num. 5 de feudi cognitione, et Jacobus Sannaziarus in suis Glomeris MSS. Sed quoniam maximi abusus et luxus irreperant, diebus patrum nostrorum abrogati sunt. Erit fortassis, qui recordatus quomodo in Historiis ecclesiasticis quondam legatur, ab expiatis Catholico ritu Arionorum ecclesiis, egredi visus dæmon in figura porci; quomodo etiam ad VII Aprilis de S. Georgio Mitylenes apud Lesbum Episcopo ogentes narravimus, qua ratione ibidem notum vulgo porcum occupans dæmon, eumque in Sedem Episcopalem inferens, præsignaverit (secundum explicationem S. Simonis Solitarii) hæreticum hominem sub Leone Armeno in eam promovendum. Erit, inquam, fortassis aliquis, qui talium recordatus, suspicabitur ad Hutychianam hæeresim, quæ sub Imperatore Anastasio eidem implicito Ecclesiam deturpabat et conturbabat tempore S. Pomponii, pertinere istiusmodi spectrum civibus oblatum, cujus ea memoria fuerit: aut locum olim meretricis turpitudinibus infamem, divino impulsu fuisse Deiparæ consecratum, quo sub ejusmodi specie visus sit spiritus fornicationis emigrare.

Cultus 14
Maji.Dæmon sub
apri specie
infestus urbi
pulsus,

E

e usque rei
memoria
annua;F
quid notare
potuerit.Ecclesia S.
Mariæ con-
structa,an et Indul-
gentis dona-
ta fuerit?VIDE APP
TOM. VII MAJI
NOT. 85
Corpus sub
altari

DE SANCTO BONOSIO

EPISCOPO SALERNITANO.

G. H.

XIV MAJI

Cultus 13 et
14 Maji

Salernum urbs regni Neapolitani apud Picentinos Archiepiscopalis, et Principatus ulterioris metropolis, inter Sanctos Episcopos colit S. Bonosium, quem Ferrarius in Catalogo generali et alio Sanctorum Italix refert ad diem xiiii Maji, indicat tamen natalem illius in diem sequentem ab aliquibus referri. Citantur a Ferrario Gaspar Musca de Episcopis Salernitanis, (sed is diem nullum ejus venerationi assignat) et potissimum Tabulæ Ecclesiæ Salernitanæ. Habemus sub hoc titulo Officia propria festorum Ecclesiæ Salernitanæ ab Illustrissimo et Reverendissimo viro DD. Mario Bolognino Archiepiscopo Salernitano, Apostolica auctoritate reformatam, et anno MDXCIV Neapoli excusa. In horum Kalendario præscribitur ad hunc diem xiiii Maji-festum S. Bonosii Episcopi sub ritu duplici, et dein pag. 22 hæc leguntur: Die decima quarta Maji S. Bonosii Confessoris et Episcopi Salernitani. Omnia de Comuni Confessorum Pontificum tempore Paschali, præter Orationem sequentem. Devotum tibi populum, benignissime Deus clementer exaudi, ut, qui pio affectu venerandam Beati Bonosii Confessoris tui atque Pontificis recolit solennitatem, ejus meritis apud te peccatorum obtineat remissionem Per Dominum etc. Eadem Oratio extat apud citatum Muscam, qui illum statuit primum Ecclesiæ Salernitanæ Episcopum: uti etiam fit in Constitutionibus editis ab Antonio Marsilio Columna Archiepiscopo Salernitano, in diæcesona Synodo anno MDLXXIX et anno sequenti excusis, in quibus pag. 383 indicantur Corpora et Reliquiæ Sanctorum, quæ condita reperiuntur in Metropolitana Ecclesia Salernitana, et pagina sequenti ista habentur: In altari, quod constructum est ad honorem Confessorum ex parte meridiei, requiescunt Corpora B. Bonosii Episcopi Salernitani, B. Gramatii, B. Veri, B. Eusterii, B. Gaudiosi, B. Valentini, Episcoporum Salernitanorum. Quo illos ordine recenset Gaspar Musca. Verum aliter sentiunt Antonius Caracciolus in Sacris Ecclesiæ Neapolitanæ monumentis in Actis S. Gaudiosi civis Neapolitani et Episcopi Salernitani, eumque secutus Ferdinandus Ughellus tomo

Oratio propria,

Corpus in altari,

viii Italix sacra in Archiepiscopis Salernitanis columna 487 his verbis. Opinatur Caracciolus Muscam non habuisse rationem temporis in suis illis Episcopis recensendis, sed ante omnes alios, posuisse Divos, mox subjecisse Gaudentium ceterosque qui Divi non fuerunt: existimavitque Bonosium, cui successit Gaudiosus floruisse Neapoli ac Salerno multis annis post Gaudentium. Cum enim Pomponius Neapoli ædificaverit ædem S. Mariæ, cui inservivit, Gaudiosus post annum Christi quingentesimum, verisimile est diu post illum annum vixisse Gaudiosum, atque adeo etiam Bonosium ejus prædecessorem fuisse Salerni Episcopum post Gaudentium. Si conjecturis in re incompta uti liceat, Gaudiosum atque adeo ejus prædecessorem Bonosium non multo ante Grimoaldi Salernitani Ducis tempora decessisse dixerim. Ab ipso enim Neapolitanus Dux hujus civis sui corpus petiit et obtinuit. Ergo non multæ præcesserunt ætates aut secula, atque adeo vigente ejus memoria justæ petitioni factum fuit satis. Scio posse id etiam dilucidari ex magna illa annonæ caritate, quæ eo tempore Neapolitanam civitatem invasit, et ex bello inter Salernitanos et Sannites. Hæc ex Caracciolo Ughellus. Quibus an aliquid opposuerint Salernitani necdum scire licet. Colitur S. Gaudiosus xxvi Octobris. Ast Acta S. Pomponii jam dedimus, quibus hæc de S. Bonosio subjungimus, sed absque præjudicio circa ordinem ac tempora præcorum urbis Salernitanæ Episcoporum. Porro Caracciolus scribit Ducem Grimoaldum vixisse anno dccc, sed non satis apparet, quorsum Dux Neapolitanus non potuerit ab illo petere Corpus S. Gaudiosi, licet pluribus hic sæculis fuisset mortuus. Sed hæc poterunt accuratius discuti ad Vitam S. Gaudiosi dicto xxvi Octobris: quo etiam mense, die xi colitur S. Gramatius, in cujus festo Lectio vi ita concluditur: Corpus ejus in Pontificum altari inferioris basilicæ Cathedralis Ecclesiæ, ubi B. Bonosius requiescit, fuit repositum: ut quorum eadem in Pontificatu fuerat sors, ac eadem in cælis gloria, idem quoque eorumdem esset venerationis locus.

Tempus Sedis.

E

Memoria in Actis S. Gramatii.

F

DE SANCTO CONSTANTIO

EPISCOPO, IN ITALIA DEPOSITO.

G. H.

XIV MAJI

Cultus et
ecclesia ejus,
1 Beneventi,

Memoria sacra hujus sancti Episcopi est inscripta nonnullis Martyrologiis MSS. ex his est aliquod Beneventanum ante annos quingentos conscriptum, quod modo in Bibliotheca Romana servatur, numero 5949 signatum, ubi sub finem Martyrologii ad hunc xiiii Maji ista leguntur: Beneventi S. Constantii Episcopi. Aliud est sub nomine Usuardi in Bibliotheca Regiæ Sueciæ num. 428 signatum: in quo eadem hoc modo indicantur: In Benevento S. Constantii Episcopi. Tertium servatur Romæ in ecclesia S. Petri, quod hæc habet: In Benevento S. Constantini Episcopi et Confessoris. Marius a Vipera in Catalogo Sanctorum, quos Ecclesia Beneventana duplici aut semiduplici celebrat ritu, asserit S. Constantium Episcopum officio Ecclesiastico sub ritu duplici ibidem coli, eique sacram ædem Be-

neventi excitatam esse, olim Parochialem. Hæc de ejus cultu apud Beneventanos.

2 Altera civitas, S. Constantii Episcopi patrocinio clara, est Caprea seu Caprearum urbs Episcopalis, sita in cognomine insula provinciæ Principatus citerioris. Capaccius, in hujus insulæ et civitatis descriptione, asserit, Cathedralis Ecclesiæ, S. Constantio Episcopo dicatam, olim ab urbe Coprearum mille et quingentis passibus abfuisse, deinde in civitatem translatum et S. Stephani nomine appellatam.

3 Tertia civitas Episcopalis est Massa Lubrensis, haud procul a Caprearum insula, at magis vicina Surrento metropoli, ubi in vertice montis est templum S. Constantio Massensium Patrono erectum, cujus dies festus solenni populorum concursu tam hic quam Capreis agitur xiiii Maji, et utraque civitas contendit sa-

2 Capreis,

3 Massæ
Lubrensi.

crum

A *erum ejus corpus in suo Ecclesia conservari. Meminit*
 AUCTORE G. II. *deinde S. Constantii Episcopi ad hunc XIV Maji Ferraricus in Catalogo generali et in Catalogo Sanctorum Italiae, in quo ea monumentis Ecclesiae Beneventanae et Capruensis hoc elogium profert.*

Compendium
 Vita ex Ferrario.

4 Constantinus, ex clarissimo Imperatorum stemmate procreatus, cum doctrina et vitae sanctitate praestaret, Constantinopolitanae Ecclesiae proficitur: quo tempore Ecclesia Occidentalis ab haereticis afflictabatur: quibus sanctus Episcopus sese opponens, multos ad sanctitatem reduxit. Is et vivens et mortuus miraculis claruit. Quidam poenitentiae causa ob gravissima delicta ferro constricti, ab eo divinitus soluti feruntur, ferreis vinculis in mare ceresolutis. Cum mortem obiisset, corpus Capreas delatum, multa ei civitati beneficia praestitit. Nam cum Agreni, vastata Calabria, classe Campaniam peterent, et Capreas applicuissent, civesque in antra metu perterriti fugissent: anus quaedam, quae fugere cum aliis nequiverat, a S. Constantio insulae Patrono, ope implorata, liberationem impetravit. Cum enim vir sanctus eam consolatus disparuisset, mox orta tempestas horribilis hostes discedere coegit: quod anno salutis MCCXCI contigisse ferunt. *Hae Ferrarius, quae frater eadem habet Marius de Viperu, omissis solum, quae de vinculis ferreis dissolutis sunt narrata.*

5 At monet difficultas, quomodo dicatur Archiepiscopus Constantinopolitanus, cum nullus ibidem Constantius reperitur sedisse. Fuerunt illic Constantini tres, quorum prior sub Constantino Imperatore crudeli circa annum MCLXXVI sedit et in Menais Graecis ad diem XXIX Julii proponi videtur tanquam Sanctus, per haec verba, memoria Constantini Patriarchae Constantinopolitani, nulla re addita, pro quibus ad XXX Julii in MS Synaxario Ecclesiae CP. habetur memoria sancti Patris nostri Constantini 705 2650, Junioris Patriarchae Constantinopolitani: sed hic si peregre obiisset, non videretur Constantinopoli colendus fuisse. Secundus a Copronymo sibi cognomine, propter ejusdem Impietatis communionem erectus in thronum, apud eundem postea calumniam passus capitalem sententiam subiit, circa annum DCCXXVII: sed hic non meruit Fastis inscribi. Tertius denique ejusdem nominis cognomine Lichnudes seculo primo XI ad Thronum Constantinopolitanum pervenit. Cum igitur ne quidem Constantinus aliquis inveniatur, qui sub Constantii nomine in venerationem Italorum venire potuerit; restat ut vel aliqua alicubi inveniatur Constantia, cujus Episcopus hic fuerit; vel sub Constantinopolitano Patriarchatu aliam Episcopalem seu Archiepiscopalem quamcumque Sedem credatur tenuisse, ex alterutro autem capite promanavit error Constantinopolitanum Archiepiscopum facientium.

D
 Sedes Episcopalis

E

DE S. CARTHACO SEU MOCHUDDA

G. II.

EPISCOPO ET ABBATE LISMORIENSI IN HIBERNIA.

ANNO D. XXXVI

duplex Vita
 ex MSS. datur.

I *n Manonia, regione Hiberniae maxime Austri, versus plagam Orientalem est Comitatus in vicinis Waterfordiensis, et in hac coenitur Lismoria urbs, Sede Episcopali olim nota, quae suam originem debet S. Carthaco, cognomine Mochuddae; ibidem haec XIV Maji vita functo. Hujus duplicem Vitam datus: priorem ex MS. Salmanticensi et alio nobis olim ab Henrico Fitzsimon concessam, saltem in ecclesiis ad Matutinum recitari, uti etiam ex adjuncta Antiphona constat. At posterior, late deducta, nobis ex antiquo codice Hibernico descripta est. Utramque saepius allegat Jacobus Usserius in suis Britanniarum Ecclesiarum antiquitatibus, Joannes autem Colganus varia ex secunda Vita edidit in Actis Sanctorum Hiberniae mensium Januarii, Februarii et Martii. Utinam etiam quae de reliquis mensibus collegit et prae aptavit, essent publicae utilitati caussa! profecto plenior nostris Annotatis lucem praferrent. Interim velimus hanc duplicem Vitam a lectore cum aliqua discretionis suscipi, utpote non a caeteris auctoribus conscriptam, et auctam hinc inde mirulentis, partim ex vulgari traditione acceptis, partim alimunde ad hunc Sanctum traductis. Ceterum ipsa historica veritas, quoad loca, tempora, et personas, videtur satis apte deducta esse in secunda prolixiori Vita, et variis Sanctorum Hibernicorum Actis lucem aliquam datura: quare, etsi plura continet, quam prior epitome, quae mercantur haberi suspecta, eam quaque hic datus; quomodo dedimus S. Patricii et aliorum plurimum Hibernorum Vitas, quas si eo cum rigore, quo plerumque discutimus, expendere vellemus, vix paucis aliquae locum suum in hoc Opere tenerent. Lege ergo quae de talibus Bollandus noster ante Januarium monet cap. 3 Prolegom. § 2; quae et nos in Martii in Appendice Patriciana num. 18. Atque iis instructus munitis ad hanc quoque Vitam legendam accede.*

cultus sacri,

2 Memoria sacra S. Carthaci sive Mochuddae Lismorensis inscripta est hoc XIV Maji Martyrologio

Tamlochtensi et aliis Fastis Hibernicis. Item cum longo encomio refertur in Martyrologio Richardi Witsfordi Anglice Londini anno MDXXVI excusa. Prædie seu die XIII Maji memoratur a Greveno in Auctario Usuardi an. MDXXV et MDXXI impresso, item a Canisia in Martyrologio Germanico, a Ferrario in Catalogo generali, et ab Henrico Fitzsimon in Catalogo præcipuarum Sanctorum Hiberniae.

3 Flavit porro S. Carthacus seculo Christi sexto et septimo, auspiciatus vitam monasticam in regione Hiberniae Media dicta, ædificato Ratheniensi canobio circa annum DXC, in quo per annos quadraginta præfuit cotui monachorum plus quam octingentorum. At circa annum DCCXXX v Ratheniensi suo monasterio pulsus, Lismoriam concessit, ibidem anno DCCXXXVII vita functus, uti ex Ultoniensibus Annalibus designat supra memoratus Usserius, qui propriam a Carthaco suis monasteriis præscriptam fuisse regulam tradit pag. 919.

VITA

Ex duplici MS. Legendario

B *eatissimus Dei famulus Carthacus in tantum divina gratia pollabat a pueritia, ut non solum natus, et adultus crebris coruscaret miraculis, sed et in utero matris clausum cœlestis bonitas signis evidentibus, qualis futurus esset, dignata est præmonstrare. Nam dum eo concepto mater ejus sederet in quodam conventu, globus igneus, divino nutu, de cœlis descendens, videntibus cunctis qui aderant, in caput illius illapsus est: cumque omnes hujus monstri miraculo detinerentur, cognoverunt divinam gratiam non in ipsam feminam, sed in utero onus descendisse. Cum ergo venerabilis infans natus esset, a suis parentibus cuidam sancto Presbytero, nomine a Aidano, ad baptizandum jussus est præ-*

Globus igneus
 specie ante
 natiuitatem,

a

sentari

A sentari. Cumque infantis bajulatores iter agerent, contigit eis Presbyterum, quem quærebant, obvium habuisse: et cum rogaretur ut puerum baptizaret, fons aquæ lucidissimæ de sub pedibus ebullivit: in quo infante baptizato, impositoque ei nomine Carthaco, ut Angelus Domini præmonuit, in sua cum gaudio remearunt.

2 Puer autem sanctus duodecim circiter factus annorum, corporis pulchritudine, vultus hilaritate et morum senilium probitate, dulcisque colloqui affabilitate, omnibus se amabilem præbuit. Sed ut magis divine providentiæ sollicitudo erga custodiam pueri clareret, in corda parentum, ut puerum de eo educando non curarent, immisit. Postquam vero sanctum puerum carnes parentes neglexerunt; ipse qui fecit et creavit eum Pater cœlestis, in filium assumpsit, ideoque adoptavit, ac signis miraculorum, virtutumque proliis, sapientiæque doctrina illustratum, coram Regibus et Principibus mundi honoravit. Inde vir jam factus, cujusdam b Episcopi venerabilis disciplina eruditus, ad Sacerdotii proventus est gradum. Cum vero ibidem Episcopus gratia virtutum, et sapientiæ doctrinæ sibi ipsum superferri conspiceret, noluit eum diutius sibi subesse, cui se meritis exigentibus subjacere videbat. Accepta ergo magistri licentia ac benedictione, sibi proprium, ut voluit divina providentiæ, monasterium construxit: in quo cum multorum servorum Dei Pater extitisset, tanta per illum virtus divina exercuit mirabilia, ut quasi solis lampas purissima, totam Hiberniæ Ecclesiam bonorum operum exemplis et doctrinæ mellifluæ c radiis repleret. De miraculis vero, quæ Deus per eum dignativa sua bonitate dignatus est mundo ostendere, quæ nullus præ eorum multitudine potest amplecti, plurima præteriens, pauca perstringens, quæ sequuntur decerpsi.

3 Vir ergo sanctus erat hiemali tempore in loco quodam sedens, in quo aridam pœne aridam habebat ex adverso stantem. Dumque vir Dei ibidem oraret, advenit ibi quidam magus d, iniquitatis filius; cupiensque sancti viri insultare virtutibus, dixit ad eum: Vir Dei dilecte, si, ut de te fama narrat, sis Dei omnipotentis servus fidelis, hanc arborem mali frondescere, deinde florere, ac demum fructus maturos julæ producere. Vir mirificens, de bonitate Dei per omnia confidens, ac virtutem ejus coram inimico ostendere volens, elevata dextera arborem benedixit, ac voluntati tentatoris per omnia satisfecit. Videns autem magus poma arboris esse pulcherrima, apprehenso uno, gustavit, probare volens, qualem in se saporem pulchra pœnæ gestarent. Sed cum amaritudinem quendam gustui prætenderent, ad virum Dei se convertens, dixit: Optima essent poma et divina virtute digna, si non amaritudinis maculam haberent. Statimque dato benedictionis signo, inventa sunt ut mel dulcia. Magus vero videns tam stupenda miracula, non tamen credidit, sed ut lapis durus in sua malitia immobilis stetit: et cum tot signis fidem omnino non adhiberet, continuo divina justitia tactus, ignorantia sue signo percussus, multiplicatis infirmitatibus, oculis scilicet per annum orbatus, ut sic saltem ad Deum acceleraret, in tenebris illud tempus exegit. Peracto vero anno, poenitentia ductus venit ad virum Dei, culpam humiliter cognoscens, ac veniam petens: qui fragilitatis illius misertus, sanatum eum dimisit.

4 Proinde omnes qui famam sanctitatis ejus ac miraculorum audierunt, infirmos suos variis languoribus detentos, ad virum Dei, ut a languoribus suis sanarentur, ducebant. Inter quos aderat vir, secundum seculi dignitatem famosus, sed de filii sui agri-tudine nimium contristabatur: qui ad pedes viri Dei humiliter corruens, affectu cordis notum vocis ex-

primens, deprecatus est virum, ut miserie sui nati cito subveniret. Sed B. Carthacus, compassionis dolore tactus, et precibus tantis inclinatus, clementer elevans virum, cepit interrogare quid quereretur, aut unde tantam in animo tristitiam conciperet. Ille vero, quatiens singultu in verba prorumpens, ait: Pater, inquit, sancte, unicum habui filium, quem Deo forsitan permittente didoli: ita invasit, ut lingue officio ablato, auribus obstruendis, mutum surdumque effecerit. Ad quem vir Dei ait: Fac illum nobis presentari. Allato quoque puero, vir Dei paululum flexis genibus se in orationem delit. Statimque ab oratione surgens, ori auribusque pueri signum solutis impressit. Mox qui infirmus fuerat, coram adstantibus clamat, et suas nunquam auditas fecit voces audiri, aliorumque verba nunquam ab eo prius audita percepit. Quod videns pater pueri, in voem laudis cum suis sociis prorupit, atque suum servitium omnisque suæ posteritatis viro Dei in perpetuum destinavit.

5 Alio quoque tempore venit ad eum quidam leprosus, rancis petens vocibus, ut manus sanctæ tactu mundari a sua lepra mereretur. Pater vero pius, pauperis compassus miserie, in orationis consuetæ prorumpens verba, se prius prostravit Deo, postque orationem se elevans, manum misero imposuit, carnemque illius ab omni lepra contagione mundavit. Die quoque alio venit ad ipsum quidam vir miserabilis, qui oculorum, sedibus nasique eminentia carens, totam faciem in modum tabulæ complanatam gerebat: cujus miseria quanto incognita, tanto ab omnibus esse misera putabatur. In quam vir pietate plene intuens, ait ad eum: Si sanctæ Trinitatis fidem firmam haberes, Deo esset possibile ut humanam figuram, quam pœne perdidisti, recuperare. Statimque miser ille ad sancti viri pedes se projiciens, et se sanctæ Trinitatis fidem habere, et in Christi nomine baptizatum esse, et omnipotenti Deo cuncta esse possible protestatus est. Tunc dilectus Deo et hominibus, solitis orationum adminiculis se muniens, signo sanctæ Crucis dato, turpem vultus planiciem depulit, et nasum oculosque et supercilia, ceteraque quæ humanæ integritati defuerant, penitus restituit. Proinde cuncti qui aderant, ac insolitum miraculum viderant, Deum omnipotentem in suo servo magnificabant.

6 Vir iste non solum super infirmitatum curationem, verum et super demonum expulsionem plenariam accepit potestatem. Quidam enim demonio plenus ad sancti viri presentiam ductus est, ut a vexante curaretur. Cui continuo elevata manu signum salutiferæ Crucis imprimens, immundo Spiritui imperavit in Christi nomine, ne templum, quod sibi Deus ad inhabitandum fabricavit, diutius immorando sibi usurparet. Quod imperium diabolus expavescebat, confestim illud habitaculum, quod longe ante possederat, dereliquit: et coram adstantibus de insano sanus factus est: et per hoc sancti viri reverentia et Dei gloria apud homines crevit.

7 Accidit quoque ut quadam die in annem monasterio sancti viri propinquum, puer quidam caderet: et quia nullus qui eum adjuvare posset aderat, die noctaque sub aqua latuit. Quem parentes miseri, tristesque cognati querentes, loca omnia rimari, atque per domos vicoseque ac per circumjacentes agros plangentes currere non cessabant. Cumque se frustra laborare conspicerent, totam auxilii sui spem in sancto Dei servo Carthaco fideliter posuerunt: ad quam accedentes, se illius pedibus humiliter prostraverunt, postulantes ab eo ut suum illis filium, spiritu revelante, indicaret. Qui ait ad eos: Ite ad pontem annis, et sub propiore ejus pede

D
EX MSS.
sanat puerum
surdum et
mutum:

leprosum
mundat:

E

faciem de-
formem re-
ducit ad
debitam fi-
guram:

F
energumenum
liberat:

puerum
submersum
parentibus
inducit

post eam
fonte ad
baptismum
scaturiente
honoratus

et tamen a
parentibus
neglectus,

b
ordinatur
Sacerdos:

monasterium
construit:

c

d
ad instantiam
magi facit
aridam arbor-
em florere et
fructificare

e
et poma
aure amara
efficit dulcia.

A de filium vestrum mersum invenietis. Qui illuc currentes, infantem mortuum invenerunt. Quem de aqua elevantes ad virum Dei adduxerunt, atque ad pedes ejus projecerunt. Qui invocato Christi nomine puerum resuscitavit, quem postea ipse nutriens docuit.

B 8 In illis etiam diebus cujusdam crudelis Regis, qui e Corprens cognominabatur, tertia pars exercitus cœlesti percussa est fulmine. Tunc etiam uxor illius unicusque filius eadem cœlesti ira percussi sunt. Videns vero Rex iniquus iratum sibi Deum cœli, timens ne superveniat indignantia divina, viro Dei ad se accersito ait: Famule Dei omnipotentis Carthace, Dominum tuum mihi placatum facito, ut ultra mihi non irascatur. Si vero uxorem et filium precibus tuis recuperavero, Deo tuo et tibi cum omni posteritate mea serviemus. Cui pius Pater ait: At domandam carnis tue duritiam hoc Deus in te flagellum exercuit: sed quia vexatio dat tibi intellectum et peccatorum tuorum compunctionem, pro te rogabo divinam pietatem. Cuique vir sanctus ad locum, ubi Regina ejusque filius mortui jacebant, veniret; invocato Christi nomine super ipsos, cunctis qui aderant admirantibus, a mortuis resuscitavit, atque pristinae sospitati restituit. Quod cura præsentes viderunt, Deum omnipotentem laudaverunt, atque summum Sanctum in digna reverentia habuerunt.

C 9 Eisdem temporibus mirificus Dei famulus, ad quemdam Regulum, hydrophisis morbo laborantem, invitatus est; ad quem cum commode ire non posset, zonam suam ad ægrum transmisit. Cuius Regulus illa zona esset accinctus, statim noxio ventris humore exsiccato, sanus effectus est: pro quo omnipotenti Deo gratias reddidit, ac famulo suo servitutem perpetuam exhibuit. Fuit quidam vir nobilis, qui quamvis seculi [bonis] esset locuples, auribus tamen atque altero oculorum privatus, cetera quæ possidebat pro nullo propter defectum horum reputabat: qui audiens virum Dei in loco quodam vicino esse, ascenso equo ad ipsum preparavit. Cumque ad præsentiā viri Dei veniret, statim accurrens sancti viri pedibus se prostravit, petens ab eo ut quod integritati suæ præ infirmitate defuit, pro hoc invocata Dei clementia per virtutis gratiam rependere careret. Videns clemens Pater muniam hominis devotionem, se solitis precum armis accingens, super aures ejus oculumque signa salutifera impressit. Ille vero sanatum se sentiens, in magna exultationis letitia Christo gratias reddens, semet suamque progeniem sancti viri mancipavit servitio.

C 10 Quodam alio tempore cum vir sanctus ad eundem Ducis castrum pergeret, in ejusdem platea, quosdam regios pueros puellasque, prope locum ludentes, advenit: inter quos, erat unica filia, ejus manus dextera a natiuitate sua torpens et arida lateri suo adharebat. Ad quam vir Dei accedens, quia in ipsa novit virtutem esse agendam, pomum illi pulcherrimum monstravit ac obtulit, dicens: Accipe, dilecta, pomum quod teneo. Quæ desiderio puellari deducta, ut pomum pulcherrimum visu conspexit, manum sinistram ut consuevit porrexit. Sed pius medicus, sanitatem eum donò impendere cupiens, retracta manu sua cum pomo, ait ei, Non illam quam extendis manum porrigas, sed dexteram, si pomum vis obtinere. Quod audiens puella, desiderio pomi mota, manum petitam porrexit, ac pomum illud apprehendit. Sentiens puella vigorem in manu ad apprehendendum, ad id insolitum, currens patri nuntiavit, ac tantum virum, qui sic eam sanasset, extra stetit nuntiavit. Gratique puellæ parentes ad Dei servum cucurrerunt, et ut dignum fuit secundum posse eum honoraverunt, ac Dei omnipotentiam glorificaverunt: puella vero quæ sanata est,

spretis mundi concupiscentiis ac deliciis, cœlesti D Sponso se conjunxit, f et sub sancti viri monitis usque ad senectutem vixit.

11 His ergo et aliis per plurimos beatissimus Christi famulus præfulgens miraculis, absentes et præsentes odore suæ famæ replebat: unde cunctorum consensu visum est, ut quem Deus odore virtutum honestaverat, gradu Episcopali sublimandus foret. Cum ergo tantæ dignitatis honorem adeptus esset, tanta bonorum virorum multitudo ad eum confluebat, ut nisi divina largitas illis necessaria sufficienter ministraret, numerositate sua vix simul possent habitare. Exceptis enim parvulis remissionisque vitæ hominibus, qui sanctis Dei veri servis in suis necessitatibus subministrabant, sanctorum monachorum numerus erat octingentorum quadraginta septem, qui omnes unius Pastoris exempla secuti, unanimiter Deo serviebant. Labor quidem illorum servitus erat difficilis, sed vim hujus laboris flamma minuebat caritatis, ut nemini eorum onus suum grave videretur. Erat autem tunc monasterium illorum in finibus Mediæ, in plebe Ferkel, in loco qui Rathin dicitur constitutum: in quo labore manuum suarum victum sibi ac pauperibus acquirerebant. Interea illius provinciæ nativi Clerici, facibus invidiæ diabolo stimulante succensi, beatum virum quasi alienigenam de suis finibus expellere cœperunt. Ipse enim Carthacus de Australi Hiberniæ plaga, scilicet de Moraonia, originem traxit. Illius igitur regionis in quo Rege, nomine Blaitimac, et quod magis dolendum est, Clericis ibidem, filiis Belial compellentibus eum, ut locum suum desereret; famulus Christi, Dominici memor præcepti, quo dicitur: Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam g; cum suo sacro collegio ad natale suum cœpit iter arripere.

12 Cum ad terram sibi desiderabilem pervenisset, ad Regem illius accedens, locum in quo propriis laboribus possent vivere, et neminem gravare, sed soli Deo sine turbatione servire, postulavit. Rex vero adventu ejus suorumque exhilaratus, secundum cordis eorum desiderium, locum eis a tumultibus seculi remotum, et ad eremiticam quam desiderabant vitam habitabilem, donavit. Inter ipsos autem, et locum datum erat h fluvius quidam impetuosis, qui cum vicini maris æstu redundaret, nullus sine rate transitus erat. Cumque vir Dei cum suis ad ripam fluminis pervenisset, ceteris dubitantibus quid agerent, magnus Patriarcha Carthacus cum duobus eximie sanctitatis viris, Colmano scilicet atque Molua, se in oratione prostravit, atque quod petiit obtinuit. Nondum enim finitis precibus divisus est fluvius in duas partes, atque sicca inter duo profunda viam Sanctorum gressibus præbuit. Tunc veri Israelitæ sicca transientes flumen vestigiis, in cantico laudis faciem omnipotentis præoccupaverunt. Cunctis ergo Deum in Sanctis laudantibus, ad locum eis concessum, scilicet Lismori nomine, pervenerunt, ac cellulas contemplationi aptas sibi construxerunt.

13 Post multa ibi miracula, per virum Dei et suos peracta, viribus corporis præ labore ac senectute deficientibus, cœpit graviter infirmari. Et quia frequentiam advenientium et strepitus laborantium ferre non potuit, in secretam quæ ibi erat monasterii vallem se contulit: ibique anno uno et sex mensibus soli Deo vivens, eremiticam ducebat vitam. Post hæc videns pietatis amator alios seniores in sua visitatione laborantes, ne quid molestum intrarent, se ad superiorem jussit duci locum. Cumque in medio vallis ascensu a Fratibus deportaretur, videns sibi apertos cœlos, Angelosque tamquam in alta scala Jacob descendentes et ascendentes, se jussit deponi. Accepto ergo Corporis et Sanguinis

Dominici

Ordinatur
Episcopus,

habens sub se
847 monachos,

E
cum quibus
pulsus ex
Medio,

Mat 10. 23

g
in Momoniam
migrat:

h

f
et fluvio diviso

transit pedibus siccis:

Lismori cornubium
construit:

seu ex in valle
18 mensibus
degit.

EX MSS.

et resuscitat:

c

Item resuscitat
Reginam et
filium:

zona sua
missa hydro-
psem sanat:

signa Crucis
surdum et
altero oculum
cæcum:

manum dex-
teram puellæ
lateri adha-
rentem.

*sancte obit
15 Maji.*
A Dominici sacramento, post plurima salutis monita ibi data, inter sanctorum Fratrum manus, illis valedicens cunctosque deosculans, pridie Idus Maji migravit ad Christum. Cui honor et potestas in secula seculorum. Amen.

Antiphona de ea ad Magnificat.

Gloriose Præsul Christi, venerande Cartbace,
Apud Deum tuo sancto nos juva precamine,
Ut detersa omni sorde, et abluto crimine,
In cœlesti sempiternum collætetur culmine.

ANNOTATA.

a Colitur S. Aidanus, sive Mædocus, Episcopus Fernensis 31 Januarii, cujus Acta ibidem illustravimus. Colganus ad dicta Acta in Appendice cap. 1 enumerat Sanctos Aidanos 25, quorum dies natales indicat, sed num aliquis ex iis hic censeatur, et qualis, necdum judicare possumus. Notet autem lector, quod hic de fonte per miraculum educto additur, eo majori jure fabulis annumerandum, quo de pluribus Hiberniæ Sanctis prædicatur.

b Hic Episcopus in sequentibus Actis Carthagus etiam appellatur.

B c MS. Salmantic. poculis.

d MS. Fitzsimon, iniquusque deceptor.

e Corpheus seu Corbreus Rex Lageniæ fuit, secundum Quatuor Magistros in Annalibus anno 546 mortuus, uti ad Acta filiarum ejus SS. Ethnæ et Sodelbiæ indicat Colganus 29 Martii. Sed num de hoc atiove Rege agatur, inquirent Hiberni.

f MS. Fitzsimon et sub sanctimoniali habitu vitam duceus consenuit.

g Idem. cum supradicta Sanctorum numerositate, omni que reliqua familia ad Australem pergere plagam concepit, quod factum fuisse anno 630 tradit Usserius, aut anno 631, ut volunt in Annalibus Quatuor Magistrum.

h Additur in dicto MS. nomine Necius, qui alluit Lismorum, appellatur Avenmor, vulgo More.

i Anno 637.

ALIA VITA

Ex antiquo MS. Hibernico.

CAPUT I.

C Ortus prædictus : porcorum custodia : institutio sub S. Carthaco seniore Episcopo. Patria ejus virtute illustrata.

*a
Illustri prosa-
pla exortus,*
Gloriosus Episcopus Carthagus, qui vulgo vocatur Mochuda, de gente a Kiarraigh Luack, de nepotibus Fergusi specialiter, qui fuit fortissimus heros Ulthoram, cujus nepotes sunt in diversis locis per Hiberniam, et ipse per invidiam zeli Olellæ Regis Connactorum, qui de gente Lageniensium natus est originaliter, cecidit. Pater S. Carthagi Fingen filius Guel de gente Kiarraigh erat. Mater autem ejus Mead vocabatur, quæ fuit filia Fingeni de gente Corcoduidne, quæ gens est in occidentali plaga Hiberniæ circa Oceanum ad fluentia piscosi fluminis Leamha. Sanctum itaque Carthagum nasciturum Angelus Domini, antequam nasceretur, sancto seniori b Comgallo prædixerat dicens : Nascetur, beate senior, filius in occidentali Hiberniæ regione, qui a fonte baptismatis Carthagus vocabitur, eo quod amabilis Deo et hominibus in cœlo et in terra erit : et post multum tempus veniet ad te incipiens Romam ire : et ne derelinquas illum, quia hoc mandatum a Domino est ; sed maneat annuum integrum tecum ; quod ita postea impletum est. Item S. Carthagus

Maji T. III

prophetatus est ab Angelo S. Brandano c, qui invenit terram repromissionis Sanctorum, dicente ei : Veniet ad te citius Frater mirabilis, qui gentem tuam hic et in futuro juvabit, et regionem Kiarraigh dividet homines, et nomen ejus erit Carthagus inter vos, et multi in solennitate ejus gaudebunt ; ipse siquidem magnam congregationem de multis gentibus ad Dominum in die judicii colliget ; et prima ejus civitas d Ragelem dicetur, posita in medio Hiberniæ in regione Midia, in plebe scilicet e Fera-keell nuncupata, et erit clara : at clarior secunda et major, et magnum principatum tenebit, quæ vocabitur Liosmor.

2 Aliquando collectis multis in uno loco in regione Kiarraigh ex utroque sexu, visus est globus igneus descendens de cœlo super matrem S. Carthagi, ipso tunc in utero illius manente, et evanuit citius nil nocens. Admirati vero illi omnes sunt, nescientes quid hoc significaret. Gratia enim Dei sanctam in utero matris suæ visitabat infantulum. Pater sancti Carthagi potens homo erat, habens duo clara castella, unum in agro in Australi latere montis Miss, alterum vero in saltibus fluminis f Mainne, et in eo natus est S. Carthagus vel Mahuttus, et utraque illa castella benedicta sunt ab illo tempore, eo quod in uno eorum sanctus Dei Carthagus conceptus est, et in altero natus est : et nobis perhibetur quod non possunt malefici homines in illis habitare. Deinde doctus est S. Carthagus ad baptismum, et obiabat portatoribus ejus vir Dei Edanus nomine, et rogaverunt eum ut infantem baptizaret. Ibi autem arida terra erat : sed dicto citius aqua de terra manavit in loco ubi fuerunt, et baptizatus est sanctus infans ibi, et fons lucidus est illic usque in hodie, et nomine infantis a fonte baptismatis Carthagus dictus est ; quod ante sic prophetatum sit ab Angelo Sanctis senioribus : sed modo ab omni vulgo Mochuda vocatur, eo quod sanctos senior g Carthagus Episcopus, Magister suus consueverat ita vocare, eum pietate ob dilectionem illum osculans et benedicens eum. Ab illo jam tempore pauci sunt, qui aliter nomen ejus nisi Mochuda [norunt] et ideo non curamos, sive Mochudam sive Carthagum scripserimus : sed vos scitote, quia ista duo nomina unam personam significant. Edanus autem baptizator S. Carthagi dixit propheticè, hic infantulus clarus Deo et hominibus in terra erit.

3 Sanctus jam Carthagus, firmus et vultu desiderabilis ut David, abstinens ab illicitis ut Daniel, initis ad populum fuit ut Moyses : at despiciebatur a parentibus suis, quia non consentiret secularibus eorum moribus : diligebatur autem a Deo, ut illi conveniret et Davidica sententia : Pater meus et mater mea dereliquerunt me Dominus autem assumpsit me. Et sicut David oves patris sui pascebat, ita B. Carthagus suos patris sui in pueritia cum aliis custodiebat. Aliquo die cum suus puer Carthagus pascebat cum ceteris in grandibus saltibus fluminis Mainne, audivit Ducem regionis Kiarraigh prope fuisse, perrexitque ad illum in quodam habitantem castello, nomine Astaddin, id est ager velox, et invenit gratiam in conspectu ejus. Dux ille Moeltuli vocabatur : et ait Dux ad sanctum puerum : Veni huc quotidie cum aliis subulcis, et honor eis dabitur propter te : desidero enim te videre. Quadam nocte manens ibi sanctus puer sedit ante Ducem : Dux vero diligenter intendebat illum tandiu, ut increparetur a conjuge sua Nooleathan, quæ fuit filia Moeldii filii Edhabannain Regis Mumensium ; dicens ei : Cur istum puerum tam attente tota nocte audis ? Dixit ei tunc : Mulier, si tu vidisses, quod ego video in eo, neminem aspiceres præter eum. Video monile aureum, mirabiliter factum, circa collum ejus ; et columnam igneam a capite usque ad cœlum ; et video domum

D
EX MSS.
et S. Brandano :
c

d
e

in utero matris
præsignatus
globo igneo,

E

a S. Edano
baptizatur,

a scuire Carthaco Episcopo
appellatur
Mochuda :

g

F
pascit porcos
parentum :

Ps. 26, 10

amatur a
Duce reglonis,

propter
ostentum
divina.

A reseratam sursum, quasi culmen non haberet. Ab illa ergo hora, qua vidi hæc signa de illo, ascendit dilectio ejus in cor meum. Tunc dixit ei Ductrix *h* uxor sua: Veniat ergo huc et sedeat juxta: et sic factum est.

Sequitur S. Carthacum Ep. canentem Psalmos:

4 Deinde S. Carthagus aliquando sues custodiebat in silvis, aliquando manebat in castellis cum Duce. Quodiam die, quando venit sanctus Episcopus senior Carthagus per saltum Mainne, puer sanctus Mochuda porcos pasebat, et canebat Episcopus cum comitibus suis Psalmos invicem per viam. Cum autem S. Mochuda psalmodiam illorum audisset, inspiratus Spiritu sancto gregem reliquit suum, et secutus est Episcopum usque ad monasterium quod dicitur Glain *i*: et cum sederet Episcopus cum suis in hospitio, sedit B Mochuda sub tecto deforis, nesciente Episcopo, et habitatoribus domus. Illa scilicet nocte inquiebat Dux Moeltuli, quod B. Carthagus ad se non venit, nesciens quid factum est de eo: et misit nuntios per regionem ad quærendum puerum: et invenit unus ex illis Mochudam sub tecto sedentem, et increpavit eum multis verbis, et direxit eum secum ad Ducem. Interrogavitque eum Dux dicens: Quare, fili mi, nocte præcedenti non venisti? Respondit sanctus puer: Ideo ad te non veni, Domine mi, quia delectavit me divinum carmen, quod audivi a sanctis choris, et nusquam audivi simile huic carmini, et illud indesinenter per viam et in domo usque ad tempus dormiendi cantabant, et sanctus Episcopus post eos longe nocte decantabat. Utinam ego, Domine Dux, essem cum eis ut illud carmen discerem. Tunc misit Dux ad Episcopum, ut ad se citius veniret.

B

5 Interea pater sancti Mochudæ illi Duci cœnam magnam paravit. Cœnantibus autem illis in convivio jucunde Dux Moeltuli sanctum puerum Carthagum ad se vocavit, et ostendit ei gladium, scutum, et hastam, et lunam argenti et auri, et vestimenta regalia, et omnia milite istrumenta, et dixit ei: Hæc munera cape, fili, et esto meus in vice patris tui comes: sanctus autem parvi pendens terrena, respuit illa. Tunc ait Dux illi: Quid igitur vis ut dem tibi? Ait ei Sanctus: Nolo aliquid de donis tui carnalibus, sed volo vere, ut carmen quod a Sanctis Dei audivi, discam. Et cognovit Dux, Dei gratiam in eo esse, et promisit ei dare, quod quæsit. Et postea S. Carthagus Episcopus vocatus venit ad Ducem, et commendavit ei Dux puerum juvenem Mochudam, ut legeret et disceret apud eum. Suscepitque eum sanctus Episcopus lætus, sciens eum plenum Spiritu sancto esse: mansitque S. Mochuda sub disciplina S. Carthagi Episcopi, usque dum gradum Sacerdotalem ab eo accepit.

respuit dona Ducis:

a S. Carthaco Sacerdos consecratur:

C

6 S. Mochuda speciosus, sicut prædiximus, fuit: et in diversis diebus in juventute sua triginta juvenculæ virgines amaverunt eum magno amore carnali, hoc non celantes. Famulus autem Dei rogavit pro eis, ut amorem carnalem mutarent in spiritualem. Quod ita est factum. Illæ enim juvenculæ, per orationem S. Mochudæ, effectæ sunt virgines: et struxerunt sibi cellas et monasteria, quæ loca sunt hodie in parochia S. Mochudæ, illæ enim sanctæ virgines seipsas cum suis cellis Deo et S. Mochudæ obtulerunt.

30 Virgines ad monasterium ducit:

baptizat flum Fintani de quo eo prophetat.

7 Die illo quo S. Mochuda Sacerdos factus est, Fintanus cum filio suo ad sanctum Episcopum Carthagum venit, ut Episcopus baptizaret infantem illum, et offerret eum Episcopo. Et ait Episcopus ad illum: Offer filium tuum illi sancto adolescenti qui hodie consecratus est, ut ipse eum baptizet: quod sponte fecit. Et interrogavit sanctus Episcopus Fintanum, quo nomine filius suus vocaretur. Ille inquit, Fuendranus vocabitur. Ut ille infantulus baptizatus

est, prophetavit de eo S. Mochuda, teneusque manus D ejus dixit: Ista manus crudelis erit, et obtinebit obsides nepotum Fornæ, quæ gens est in regione Kiarraigh, a monte Kuastra usque ad mare, et filii ejus regnabunt post se in æternum, nisi me negaverint: si quando me et posteros meos negabunt, regnum ab eis deficient: quod vaticinium sic impletum est.

8 Quodam autem die postquam Sacerdotatum S. Mochuda accepit, sanctus senex Carthagus Episcopus institutor hujus cum eo ad supradictum Ducem Moeltuli perrexit: et invenerunt Ducem in loco, qui dicitur Feorann, juxta littus Leamnhæ, in quo Doces Kiarraigh dominantur: et dixit Episcopus Carthagus Duci: Hic est, Domine Dux, optimus filius, quem abs te suscepi: bene legit et bene didicit in diversis Scripturis, et Sacerdotalem a me gradum suscepit, et Dei gratia in eo multis prodigiis apparet. Tunc dixit Dux Episcopo: Quid dabitur tibi in mercedem? Respondit sanctus Episcopus: Volo ut te ipsum offeras cum generatione tua post te semper huic adolescenti famulo Christi. Hoc primo Dux, ob juvenilem ætatem S. Mochudæ, recusavit Tunc Episcopus inclinavit et genua flexit coram S. Mochuda, dicens ei: Ecce offero me ipsum, Ecclesiam meam cum mea parochia, Domino et tibi, fili mi, in sempiternum. Hoc videns Dux, involvit se ad pedes S. Mochudæ, et obtulit se, corpus et animam suam cum prole sua post se, Deo et S. Mochudæ in æternum. Tunc S. Mochuda calcavit collum Ducis pede suo, et mensus eum est in longitudine pedibus suis. Tunc quidam de servis Ducis increpavit S. Mochudam dicens ei: Cur calcas super Dominum nostrum Ducem? honorabile corpus est quod premis. Tunc Sanctus omisit corpus Ducis metiri, dicens: Collum, quod calcavi, non decollabitur; et corpus, quod mensus sum, non jugulabitur; et nisi me prohibuisses, Dux de semine ejus non deesset in æternum. Et dixit illi increpatori: Tu et nepotes tui semper viles eritis inter servos. Benedicens autem Ducem promisit ei cœlum et terram, et ait illi: Si quis de semine tuo offendiculum posteris meis fecerit, et debitum meum mihi non reddiderit, regnum Kiarraigh non tenebit. Hæc omnia secundum illud vaticinium complentur.

Dux eidem ad se reducit,

E S. Carthaci Ep. exemplo motus, se suamque tradit

et vicissim ab eo benedicitur.

9 Postea sanctus junior Mochuda, ex suasionem sancti Magistri sui Carthagi et Ducis Moeltuli, cellam ad Australem plagam Kiarraigh, inter montem Mysis et flumen prædictum Mainne, nomine Kelltulach ædificavit, et magnas virtutes ibi fecit, et omnes honorificabant eum. Hoc videntes duo Episcopi, id est Dublinus et Domangenus, S. Carthago invidabant, et persecuti sunt eum in omnibus. Tunc S. Carthagus perrexit ad eundem Ducem Moeltuli, in suo castello juxta fretum Suningh habitantem; et narravit ei omnia, quæ sibi acciderant ab Episcopis. Audiens Dux ille venit illico cum S. Carthago ad cellam suam, et castra metatus est in cacumine montis Mysis, dormivitque ibi: et vigilans aspexit inter montem Mysis, etiam dictum Lanne; et ait S. Mochudæ: O fili mi, hunc angustum agrum invidis Episcopis: interim relinque, et iterum tuus erit cum suis habitationibus per seculum. Et hoc consilium multum placuit S. Mochudæ: et fecit Ducem cum benedictione reverti. Relinquensque S. Carthagus cellam suam fidelibus viris, cœpit ire solus in peregrinationem in Aquilonarem Hiberniæ plagam.

Cellam a se constructam,

F relinquit invidis suis:

10 Interea Angelus Domini venit ad Comgallum, virum sanctum, monasterii Beanchor Abbatem, et dixit illi: Veniet Presbyter juvenis et sanctus ad te, volens trans mare pro Christi nomine ire, quem tibi quondam prædixi antequam natus esset: et ne dimittas illum, quia hoc tibi mandat Dominus, sed maneat

A maneat tecum usque ad finem anni. S. Comgallus ad Angelum dixit : Quomodo potero eum cognoscere. Respondit Angelus : Qui retrorsum ab ecclesia usque ad hospitium ibit, ipse est. Volebat enim S. Mochuda ecclesiam Dei semper aspicere. Deinde S. Comgallus dixit discipulis suis : Veniet in hoc die hospes venerabilis ad nos, qui est Deo amabilis : Angelus enim Domini bis eum mihi indicavit. Postea S. Carthagus repente venit ad monasterium Beanchor, et fecit sicut Angelus Domini de eo prædixit, et cognoscens eum S. Comgallus, gavisus est valde. Audiensque S. Carthagus a S. Comgallo mandatum Domini sibi per Angelum suum, mansit cum illo usque ad finem anni. Finito autem anno per consilium S. Comgalli reversus est S. Carthagus ad provinciam suam, et multa loca Domino ibi ædificavit, et magnas virtutes fecit in eis, et multi homines se sibi obtulerunt, factaque est ejus parochia magna in sua patria : ipse enim Episcopatum regionis Kiarraigh accepit.

ANNOTATA.

B a Kieragia Luachra est regio antiqua Momoniæ, indicata a Quatuor-Magistris ad an. 791, teste Colgano lib. 1 Vitæ tripartitæ S. Patricii, notat. 105 ubi et aliar Kieragias indicat.

b Hic est celebris Comgallus Abbas Benchorensis, ut infra mun. 10 dicitur, cujus Acta dedimus 10 Maji, sed absque mentione S. Carthagi. Illius futuram sanctitatem et fundationem monasterii traditur annis 60 ante ejus nativitatem prævisisse S. Patricius. Quod simili modo plurimis Hiberniæ Sanctis attributum est, an autem semper ita contigerit, non ausim affirmare.

c S. Brandanus colitur 16 Maji, in cujus Actis non satis solidis, indicatur quæsitæ terra promissionis Sanctorum.

d Supra in priori Vita Rathen.

e Ibidem Forkell.

f Mainne in Momonia Australi.

g Acta S. Carthagi Episcopi dedimus 3 Martii, et ex hac vita illustravimus,

h Ductrix quod aliis Ducissa.

i Glain alibi Thuaim, forte Tuaim-grene in Momonia.

CAPUT II.

C Discensus in Mediam. Monasterium Raithin constructum. Varia miracula patrata.

Post hæc S. Carthagus loca sua et suas parochias sanctissimis viris et fidelissimis commendavit; et valedicens illis, venit cum paucis per Australem Momoniæ partem, adivitque S. Hyaranum a Episcopum, filium Fintani, qui ædificavit monasterium Roffigillain : et interrogavit eum dicens : In quo loco, Pater, major mea ecclesia erit in his partibus? Angelus enim Domini prædixit S. Comgallo, quia fundabo ecclesiam meam in Australi Hiberniæ plaga. Spiritum enim prophetiæ S. Hyaranus habebat, et respondit ei : Ibis prius, care conserve in Christo, ad nepotes Neill, et clarum ibi Domino locum ædificabis, manebisque ibi quadraginta annos, et inde postea expulsus eris, et reverteris ad Momoniam, et tunc majorem tuam ecclesiam ædificabis. Tunc S. Carthagus ait illi : Accipiam te, sancte Pater, patronum meum semper. Dixitque ei sanctus Episcopus Hyaranus; Non, mi Frater, ita erit, sed me et ecclesiam meam cum Monachis meis tibi offero in sempiternum. Et ait S. Hyaranus S. Mochudæ : Furdranus b filius meus sit in mea Sede post me : et concessit S. Mochuda. Et B. Furv?

nus principatum post S. Hyaranum viginti annis tenuit. Deinde S. Mochuda ad regionem Nandesij ad filios Ruathani perrexit, et illi se cum sua arce S. Mochudæ obtulerunt. Item Olmanus filius Cobihagh, Comes in eadem regione, multam terram obtulit S. Carthago. Quæ omnia fidelibus commendans sanctus Dei, ascendit inde per montem Guad, qui est in eadem regione Nandesii : et respiciens Sanctus de ejus cacumine retrorsum, vidit citra annum Angelos ascendentes inter cælum et terram, et elevabant cathedram argenteam cum imagine aurea in ea usque ad cælum. In ipso jam loco quo sanctus Angelos vidit, post multum temporis ecclesiam suam majorem fundavit, in qua ipse ad Christum migravit.

12 Post hæc S. Carthagus ad S. Moluam c, filium Cordæ, tunc habitantem in sua civitate Cluanifearta, quæ est in confinio Lageniensium et Mumenensium, perrexit : et invenit S. Moluam cum messoribus. Omnes jam discipulos suos S. Carthagus ad sua loca a se remisit, volens viriliter exire in alienam terram, nisi unum, qui ad eum ait : Pater sancte, ego volo tecum hic manere. Dixit ei S. Molua : Ego concedo tibi, si fuerit voluntas pii tui Magistri. Sanctus vero Mochuda, cum plures dimisit a se, noluit contemnere unum, et dimisit illum : et ipse solus egrediens duas lethas libris plena suis humeris imposuit. Videntes monachi S. Moluæ eum solum euntem, subridebant dicentes : Tempus esset huic seniori manere in aliquo monasterio : soli enim seniori discurrere dedecus est : ipsi autem nesciebant quod ipse esset S. Mochuda, paucis enim seipsum indicaverat. Quibus S. Molua ait, nolite, Fratres, hæc dicere : ecce veniet dies, quando nostra congregatio nostraque civitas modicæ erunt in comparatione civitatis et congregationis ipsius, quem hodie solum videtis ambulantem : ipse siquidem est Sanctus Dei Carthagus : quem plures vocant Mochudam : multi jam hodie sub eo Sancti sunt, sed plures futuri. Tunc poenituit Fratres quod subridebant eum.

13 Sancto itaque Carthago in itinere ambulante, duo Fratres occurrerunt ei dicentes; Quo vadis Pater? Respondit Sanctus, Adeo d Colmanum. Fratres dixerunt ei, suscipe nos monachos, tibi et Domino semper servientes : apparet enim gratia Dei in vultu tuo. Suscepitque eos Sanctus. Cumque pervenissent ad S. Colmanum dixit ei S. Carthagus, Domine Pater, ego volo tecum hic habitare. Cui S. Colmanus dixit : Non ita fiet : sed ibis ad quemdam locum mihi propinquum, qui dicitur e Raithin, ubi a Domino promissum est : mane ibi : et multi monachi per te Domino ibi ministrabunt : ex ipso nempe loco tuo nomine vocaberis, id est Corthach Raithin. Tum accepta benedictione a S. Colmano, cum duobus suis Fratribus S. Carthagus ad prædictum locum perrexit, et constituit Cellulam. Et frequenter invicem visitabant S. Carthagus et S. Colmanus.

14 In illo videlicet loco Raithin S. Columba Kÿlle cellulam antea proposuit fundare, et tres fascis virgarum reliquit, dicens suis, Veniet alius post me huc, cui præfinitus est ille locus a Domino. Et de illis fascibus S. Carthagus sibi Cellulam ædificavit, ut prophetavit f S. Columba. In ipso loco maximum monasterium ædificatum est a S. Carthago, in quo ipse g quadraginta annis vixit, et in quo octingenti sexaginta septem Monachi sub eo fuerunt. Postquam S. Carthagus Ecclesiam Raithin ædificavit, agens magnas virtutes in ea; fama ejus totam Hiberniam et Britanniam implevit insulam, et multi ad se ex diversis provinciis Hiberniæ et Britanniæ venerunt, et obtulerunt se Deo et S. Carthago monachos semper. S. Carthagus fecit primitus monachos suos multis diebus sarculis arare; non capiebat enim primitus armenta a secularibus. Reges enim et Principes

D
EX MSS.

a variis
plurima obla-
ta accipit,

c
adit S. Mo-
luam in
Cluanifearta :

E

et ex con-
silio S. Col-
mani,

d

F

e
in Raithin
canobium
ædificans

f

g
vixit ibi
40 annis
habens sub se
867 monachos,

manet apud
s. Comgallum :

unde reversus
Episcopatum
suscepit.

Subetur
in Ultoniam
abire :

a

b

A et Duces illum terris armentisque, auro et argento, ceterisque oblationibus bonorum honorificaverant, et monachi de quibusdam Sanctis ad culturam terræ suis sarculis usi sunt. Et beatissimus Carthagus a multis Sanctis consecratus est Episcopus : et visitabant aliquando regionem ejus Kiarraigh. Vivebat autem inter monachos suos in sua peregrinitate in monasterio suo Raithin : Monachi autem et clerici semper cum eo non erant.

h 15 Quodam alio die in Hibernia *h* tempore venit quidam magus, ut tentaret famulum Dei, dicens ei Dic mihi in nomine Dei tui, ut malus ista modo producat folia. Scions S. Carthagus quod ille malignus vellet detrahere divinæ potestatis, benedixit in Christi nomine arborem, et statim produxit folia. Secundo magus dixit : Similiter in nomine Dei tui producat florem in arbore : et signavit sanctus Pontifex malum, et illico apparuit flos. Tertio dixit magus. Quid prodest hominibus flos, nisi secuta fuerint poma ? Et tertia vice benedixit lignum, et multa apparuerunt poma in eo. Dixit magus, dico Christiane, ut maturescant poma in hora. Et signo sacro benedixit Sanctus Dei malum, moxque poma matura

B ceciderunt in terram. Et videns magus poma super terram unum ex ipsis gustavit, quod erat amarum valde, et ait : Non bonus est hic fructus, qui amaritudinem habet. Iterum sanctus Episcopus benedixit mala, et illico sapor melis apparuit in eis. Tum in vindictam tentationis suæ oculi per annum cæcati sunt, et veniens post annum cum pœnitentia sanavit sanctus Carthagus oculos illius, et cum gaudio reversus est ad sua.

16 Die quadam vir singularis, cum filio suo surdo et tauro, ad sanctum virum venit, et rogavit eum ut filium suum sanaret. Et oravit sanctus Pontifex pro eo ad Deum, et dixit ei : Audi, fili, et saluta nos. Et illico respondit puer dicens, Ecce offero me tibi, o homo Dei, cum hereditate mea semper. Et ex illo tempore sanus factus est sensibus et membris suis. Quadam die juvenis quidam leprosus ad S. Carthagum venit, ei ostendens miseriam suam; et illico coram omnibus sanctis orando sanavit eum a lepra sua. Item alia die, quidam vir, qui habuit tabulatam faciem, venit ad S. Carthagum : et orans vir sanctus Dominum pro illo, sanatus est ex illa hora a turpitudine vultus sui.

17 Alio quoque die, vernali tempore, quidam homo pauper, qui in loco proximo monasterii habitabat, ad S. Carthagum venit, et postulavit ab eo aratorem et duos boves ad arandum. In illo scilicet tempore animalia in monasterio suo S. Carthagus non accipiebat; sed sicut prædiximus monachi ejus in sarculis arabant. Vocansque vir sanctus unum servientem ad se, nomine Ædanum, dixit: In silvam propinquam exi, et duos cervos educ ad nos tibi occurrentes, et vade ad illum hominem, et ara cum illis per istud ver. Ille illico obedivit sancto Dei, et fecit sicut ipsi præceptum est: aravitque cum cervis apud illum pauperem in illo vere. Postea redeuntes ad sua loca cervi, ille minister Ædanus reversus est ad S. Mochudam.

18 Quadam die homo quidam dæmoniosus ad S. Carthagum adductus est; et illico vir Dei dæmonium ab illo in nomine sanctissimæ Trinitatis abiecit: et rediit gratias agens Deo sanus ad sua.

19 Alio die sanctus vir Carthagus, lassus et occupatus Fratribus in aliis rebus, ipse ad molendinum perrexit, ut pararet Fratribus annonam. Hoc scientes novem latrunculi, qui diebant Sanctum, venerunt ut occiderent eum: et unumquemque secundum ordinem Dux mittebat ad sanctum jugulandum, scientes quod vir Dei non clamaret neque rebellaret: et nullus eorum molendinum intrare valebat,

prohibente eos flamma ignea, quæ autu Dei, gratia D sancti viri liberandi, contra eos juxta ostium molendini intus apparebat. Sed unusquisque eorum per foramen ostii aspiciebant S. Mochudam aliquando vigilantem, aliquando leviter dormientem, somnus enim appresserat Sanctum. Dormiens vir sanctus, mola de cursu illico cessabat; iterumque vigilans, statim mola velociter currebat. Revertensque unus eorum ad suum Ducem in silva sedentem, annuntiabat ei, quæ viderat in molendino. Tum ipse Dux cum furore ad molendinum perrexit, volens impetu iræ Sanctum occidere: et ille vidit, quæ alii viderant. Reversus ad suos socios, dixit eis: Expectemus hic donec de molendino redeat, tunc jugulabimus eum. Et post breve temporis intervallum venit S. Mochuda ad cellam, portans magnam onus de farina. Currentesque illi ad Sanctum nullo modo potuerunt eum jugulare: quia volentes arma vibrare manus eorum non sinebantur. Rogavit ergo S. Mochuda ut non impedirent eum venire ad Fratres; et promisit illis in sua fide se statim reversurum ad illos ut eum occiderent. Et demittentes Sanctum, onus suum ille posuit in coquina, et statim promptus ad martyrium, reversus est ad latrones. Discipuli putabant eum exisse in secreto loco ad orandum: ille vero tentans multis modis eum occidere non potuerunt. Ipsi hæc videntes signa, pœnitentiam egerunt et obtulerunt se Domino et S. Mochudæ, et sub cura ejus ad diem mortis perseveraverunt, quorum sancta postea et gloriosa opera narrantur.

20 Alia die Angelus Domini ad S. Carthagum in suo monasterio venit, et dixit ei: Mandavit tibi Dominus de cælo, ut ex eas ad filium Fridhaich, Ducem tuæ regionis Kiarraigh, ut des illi Sacrificium, quia in confinio mortis est, et citius migrabit de hoc seculo. Querimoniam faciens Sanctus ad Angelum, quemodo potuisset ire tam cito; raptus est ab Angelo in curru igneo in aera, et depositus est ad arcem istius Ducis in fine Kiarraigh. Statimque vir Dei dedit illi communionem Corporis et Sanguinis Christi, obtulitque ei Dux multa munera, et postea migravit ad cælum. Beatissimus autem Pontifex Carthagus eodem die est reductus ad suam civitatem Raithin, et inveit ibi Fratres Horam nonam celebrantes.

21 Quodam alio die S. Mochuda ad prædictum S. Colmanum venit in suo monasterio Lanneala manentem, ut veniens secum Levitianam i signaret in suo monasterio Raithin: quia mos S. Colmano erat, cum Angelis loca Levitianarum signare: et donatum est a Domino S. Colmano, ut filii mortis non assurgerent in Levitanis quas ipse signaret. Denique S. Colmanus S. Carthago ait: Vade ad cellam tuam, et in quinta feria post te ibo. Tunc S. Carthagus venit ad suum locum, et expectavit usque ad quintam feriam S. Colmanum, et non venit ad eum: et reversus est ad eum S. Carthagus dicens ei: Mi Pater, non implesti, quod promisisti? Respondit ei S. Colmanus dicens: Exivi ad Levitianam cum Angelis signare; revertere et sicut videbis signa minima constituta per senem in Australi plaga cellæ tuæ, ita constituit Levitianam: et ne tibi videatur modica, quia alia tibi major ab Angelis in tua alia civitate, in australi Hiberniæ regione, signabitur. Et reversus S. Carthagus ita inveit Levitianam signatam, sicut S. Colmanus dixit.

22 Eodem tempore quidam a fine Kiarraigh trans montem ad cellam beatissimæ Virgialis k Ithæ, in regione Huaconill positam venerunt, puerque parvulus in comitatu eorum erat. Intuens S. Itha puerum fleuit: et interrogaverunt Clerici Sanctam Dei dicentes, O sancta Mater, cur contristaris in adventu nostro? Respondit eis Virgo: O feliciter hic puer

et alia virtus divina:

latrones convertuntur:

ab Angelo raptus Communionem dat moribundo:

reperit Levitianam ab Angelo signatam:

EX MSS.

in heme arborem poma jubet ferre:

varias infirmitates curat:

pauperi mittit 2 cervos ad arandum:

liberat energumenum:

ne occidatur objecta flamma impedit,

k

A puer natus est, quia humus Levitianæ, in qua ipse requiescet, super filium mortis non exiit : et utinam ego in illa sepulta essem ! Dixerunt ei Clerici, in qua Levitiana iste sepelietur ! Respondit S. Itha, in Levitiana S. Mochudæ, quæ adhuc non est signata, et quando signabitur, gloriosa erit : quod ita impletum est, nam ille puer postea monachus S. Mochudæ erat, et sepultus est in Levitiana S. Mochudæ, nomine Diossmor, quæ tum non erat habitata, sicut prophetavit S. Itha.

B 23 Alio quoque tempore quidam puer in civitate Raithin, quodam casu de ponte præcipitatus est, et mersus est in amne, qui est prope civitatem Raithin, et non inventum est ejus corpus die ac nocte. Crastina autem die invento ejus corpore, longe a civitate Raithin, ad S. Carthagum reductum est : et miseratus est S. Carthagus illius, quia unicus filius erat patris sui, et resuscitavit eum a morte coram omnibus, nutritique eum in seculari habitu multo tempore. Et ille cum esset adolescens, misit eum ad regionem suam S. Carthagus, et genuit filios et filias in patria sua, et ipse se cum prole sua obtulit Deo et S. Carthago in æternum : et in servitio monasterii semen illius manet.

C 24 Quodam tempore sanctus Pontifex Carthagus, obita sua parochia, in regione scilicet Kiarraigh, cum multis muneribus revertebatur in civitatem suam Raithin ; et cum iter ageret nox super eum cecidit, juxta stagnum Maione in fine Dealhnæ. Et per viam egrediens invenit craterem stridentem et mobilem, in competiis positam, quæ ab artificibus in aquæ ductu supradicti stagni, causa lædendi facta est : et cum elevata esset crateris, magnum faciebat sonitum. Quem cum accolæ, qui in villis proximis habitabant, audissent ; venerunt veloces cum magno clamore et ululatu vocum, ut scirent incognitam rem. Talia audientes comites S. Carthagi valde timuerunt, et equi eorum in fugam versi sunt onera deponentes, et vix postea retenti sunt per devia. Sciens autem S. Carthagus veritatem istius rei, dixit artificibus dispiciens : Per diversas regiones inutiles eritis : et molendinum istud, quod a vobis fabricatur semper, non perficietur : et nepotes eorum vocantes nepotes fenna, quod sunt vagi post patres suos. Post hoc S. Carthagus pervenit ad locum, qui dicitur Cluainbiennain, et petiverunt discipuli ejus ab habitatoribus illius loci poma, quæ in illo loco abundabant : et recusante familia dare poma Sancto, dixit ipse : Ex hoc anno poma in istis lignis non nascentur, quod vaticinium in ævum completur.

ANNOTATA.

a S. Hyaranus quo die colatur necdum nobis innotuit.

b S. Furdranus, æque nobis ignotus, nisi sit quem Colganus Cap. 4 post Vitam S. Endei, ad 21 Martii num. 14 nominat, Furdranus filium Monani, et coli dicit 18 Julii.

c S. Molua sive Luanus de Cluainferta traditur coli 4 Augusti.

d Colmanus cognomento Elo, ob monasterium quod construxit in Fercallia, Land-Elo dictum.

e Raithin sive Rathenin in Occidentali Mídia, ad viii milliarium a Dearniachano S. Columbæ monasterio, Consule Usserium pag. 910.

f S. Columba Abbas colitur 9 Junii.

g Ab anno circiter 590 ad an. 630.

h Prior Vita hiemali tempore, unde correxi quod hic scriptum vernali.

i Levitianam signare, videtur cæmeterii benedictionem indicare.

k S. Ithæ Vita vide 15 Januarii : hic perperam D scribebatur Isha, sed tempus et locus eandem esse docent.

CAPUT III.

Illustria gesta in monasterio Raithin : mortui suscitati : Absentia et futura cognita : alia miracula.

Habuit duodecim discipulos S. Mochuda in suo monasterio Raithin valde humiles, id est a Mochua filius Mellain, et ipse primus monachus in monasterio Raithin factus est ; Mochemog filius Vairt ; et tres filii Nascaim quorum nomina, Gobbanus, et Straphanus et Lasceranus ; atque Molua, et Lughyar, et Mochemog filius Cnaith, et Edanus, et Fiachna, et Mochoembog postea Episcopus, et Fynlughue ; et hi omnes incredibiliter obedientes erant. Et S. Carthagus volens onus eorum alleviare, ante obitum suum constituit eis cellas, ut aliquod in senectute haberent solatium, ob nimiam obedientiam in juventute sua : et prophetavit multa bona de illis. Prophetavit siquidem S. Carthagus de supradicto Mochua filio Mellain, signans ei cellam in loco qui dicitur Cluaindachraim, in proximo civitatis Raithin, dicens : Care fili, non hic erit resurrectio tua, sed in b alio loco a Domino constituto. Sic factum est. Prophetavit quoque S. Carthagus de discipulo suo Fiachna, ordinans ei ad Coningnibh cellam, et dixit ei : Non hic erit resurrectio tua, fili mi, sed tenebis tria loca, et reliquæ tuæ apud Edanum solalem tuum in fine nepotum Torna erunt, et ibi erit resurrectio tua, et ipse locus ex nomine tuo vocabitur. Item constituens ipsi Edano S. Carthagus Mochuda cellam, in regione nepotum Torna prope montem Luachra, prophetice dixit ei : Veniet dies quando reliquæ condiscipuli Fiachna ad te deferentur, et nomen ejus super astra celorum erit in æternum. Quæ sic omnia completa sunt. Jam ille locus Scotice Cealb Fiachna vocatur, qui prius Cella Edani Redhaire vocabatur, et alia de aliis est vaticinatus.

26 Alio tempore infantulus, qui ex adulterio natus erat, ductus est ad civitatem Raithin, et dimissus est ibi juxta ecclesiam, et nutritus eum sanctus Episcopus Carthagus, quousque fecit eum Episcopum : et cunctis nescientibus parentes illius, ac quo nomine vocaretur, revelavit S. Carthagus, prophetiam dicens : Ille infans Dymna vocabitur, qui est filius Cornaci de semine Ethach, a quo nominati sunt nepotes Ethach : et omnes magnificabant S. Carthagi prophetiam, qui genealogium sancti infantis, nemine sibi indicante nisi Spiritu sancto, exposuit : dixitque S. Carthagus B. Dymnæ, cum esset Episcopus factus : Exi cito ad patriam tuam, id est regionem... in Australi Momoniæ parte, quia ibi resurrectio tua erit, et genus tuum parricidium de fratribus suis perficiet, si non cito veneris ad illos prohibendos. Tunc statim sanctus Episcopus Dymna ad suam regionem progressus est : et alius sanctus Episcopus nomine Cmaana, de discipulis S. Carthagi, egressus est cum eo peregrinus, plenus gratia Dei. Et S. Dymna, prædicans divinum præceptum suis, fecit eos pacificos : construxitque monasterium in sua patria, quod cum semet et sua familia Carthago Magistro suo obtulit, et vitæ suæ cursum felicem beatus Episcopus Dymna, ut S. Carthagus vaticinatus est, finivit.

27 Quodam die sanctus Antistes de sua civitate Raithin in regnum Momoniæ perrexit, et intravit in regionem, quæ dicitur Kiarraigh. Tunc Rex c Momoniæ Corbreus filius Chrymti, in eadem regione in quodam præsidio in campo Cuyphert erat,

et

in qua nut-
tum reprobum
sepeliendum S.
Itha prædicit.

S. Carthacus
resuscitat sub-
mersum :

iter impedi-
entibus male
precuratur,

uli et poma
negantibus.

a
12 Discipulis
valde obedi-
entibus prædi-
cit felicitia :

E

expositum
a se nutritum,
cujus sit, no-
vit et ordinat
Episcopum.

F

c

ex mss.
d
resuscitat
uxorem et
filium Regis
Corbri.

A et vehemens procella ignea repente prostravit plurimos de nostris regnis, inter quos filius Regis nomine *d* Ædus, et Regina ejus nomine Cuinhan. duoque equi carrus Regis optimi mortui sunt. Rogavit ergo Rex sanctum Episcopum Carthagum ut resuscitaret filium suum, et Reginam, et ceteros. Videns jam sanctus Pontifex fidem illorum, oravit pro eis ad Deum, et jussit eis ut surgerent, et reddidit eos Regi vivos: et omnes dederunt honorem et Deo et S. Carthago, et obtulit ei Rex multas oblationes de terra et servis. Unus autem de illis servis decertavit superbe contra S. Carthagum, nolens ei servire: et dixit ei Pontifex propheticè: Semen tuum in æternum extinguetur; et hereditas tua, pro qua contra me bellas, mea semper erit: et quicumque abstulerit quod mihi fuit oblatum, auferetur ab eo cælum et terra: et ille homo cum semine citius perierunt. Aliquando senior S. Mochada zonam auream cuiusdam Ducis, qui vocabatur *e* Fergus filius Cryntharin, qui lentiginem gravissimam patiebatur, cum benedictione sua misit: et ut tenuit Dux zonam benedictam a sancto Dei, circa lumbos suos, sanatus est.

zona submissa
sanat lentiginem,
e

Momonie
Regi aures
et oculos
curat:

f
g
monasteria
construit:

h i
k
v

B 28 Quodam tempore Cathal filius Æde, Rex Momoniensium in supradicta regione Kiarragh Chuyrthe fuit, qui magnis doloribus multo tempore surdus et luscus effectus fuit. Veniens illuc sanctus Episcopus Carthagus, rogavit eum Rex cum suis amicis ut in Christi nomine se sanaret: et orans Sanctus Dei pro Rege sanavit eum, et oculi et aures ejus convalescerunt. Tunc Rex arcem suam, id est *f* Hyleam Culiarh, et Rosbeargh, et Rosner, et insulam *g* Pioch in freto Cogam positam, Domino et S. Carthago obtulit in æternum. Illo jam in loco, id est Rosbeargh, Sanctus Dei quosdam Fratres posuit, ut ibi Domino cellam ædificarent, qui locus est clarus satis. In insula autem Pioch ipse S. Carthagus cepit ædificare, et mansit ibi annum integrum. Post finem anni tres de supradictis discipulis, id est tres filios Nascain, *h* Gobbanum Episcopum, et *i* Straphanum Presbyterum, et B. *k* Lasceranum, et sanctissimum Episcopum Domangenum nutritivum ad eos conservandos: quia ipse ordinavit eos in conspectu sancti Carthagi Episcopi in monasterio Raithin, et duodecim Fratres cum eis reliquit ibi, et postea reversus est sanctus pater Mochuda ad suam civitatem Raithin. In illa jam insula locus est beatissimus, et viri religiosi ibi semper erant.

Oblato pomo
manum aridam
sanat
illæ Ducis.

C 29 Transiens sanctus senior Mochuda per regionem Momoniensium transvadavit amnem, qui quondam Nemphe dicebatur, modo autem Abhaim, id est annis magnus, dicitur: et vidit vir Dei pomum magnum in medio vadi natans, et apprehendit illud, portabatque in manu sua domum. Ab illo ergo die locus Arhubble vocatur, id est valum pomi, quod est in terra virorem Maighe: et auriga suus postulavit illud a S. Mochuda, et noluit ei dare dicens propheticè: Rem mirabilem de isto pomo per me faciet hodie Deus meus: inveniemus enim hodie filiam Cuannæ filii Bealcham, Ducis hujus regionis, ante castellum patris sui, quæ habet manum dextram aridam et adhaerentem lateri suo, et ipsa per hoc malum gratia Dei sanabitur, quod sic completum est. Videns S. Mochuda filiam illam ludentem cum ceteris filialis in platea castelli, divertit ad eam et dixit ei: Accipe illud pomum. Tunc illa manum sinistram porrexit, sicut in consuetudine ejus erat. Negavitque ei dare Sanctus dicens: Non, sed porrige dexteram tuam. Illa autem repleta fide cepit aridam movere, et illico sanguine et valetudine manum solutam porrexit, et accepit malum de manu Sancti. Tunc omnes gavisi sunt admirantes miraculum. Et ait Dux Cuannus in illa nocte filię suæ:

Elige, filia, de regalibus Momoniæ juvenibus, quem vis sponsum habere, et inveniam eum tibi. Illa respondit dicens: Nullum alium quam qui manum meam solvit. Tunc dixit ad Pontificem, Audis, quid dicit? Respondit S. Carthagus: Da mihi illam, dabo sponsam eam filio Dei, qui sanavit manum suam. Tunc Dux Cuannus dixit: Do tibi filiam Flaunaideum hereditate, quam ipsa habuit in oppido Farth super ripam fluminis supradicti Nemphe, Deo et S. Carthago in æternum. Ille Dux Cuannus valde largus erat. Sanctus illam Virginem ad suam civitatem Raithin secum duxit, et ipsa ibi cum sanctis monialibus in cella seorsum cum magna felicitate vixit, quousque S. Carthagus cum populo suo a Rege et principibus Themoriæ a sua civitate Raithin, sicut audituri eritis, expulsus est. Ipsam enim sanctam Virginem Flaunaid cum ceteris secum duxit. Postquam autem S. Mochuda suam civitatem Liossinor fundavit, misit sanctam Virginem ad suam hereditatem, ut cellam ibi ædificaret. Et construxit S. Flaunaid cellam claram in oppido supradicti oppidi, quæ dicitur Cluain-Dablam, et ipse locus in propria parochia sancti Episcopi Carthagi constat. Manens aliquando in aliquo loco in regione Momoniensium, comitibus suis dixit: Audio hic vocem pueroræ Lageniensium de nostro monasterio Raithin, et per hoc scio, quia hic locus noster erit: quod postea sic completum fuit.

D
quæ ab eo
velata,

fuit fundatrix
monasterii.

30 Alio die advenit S. Columba Kyle ad sanctum Episcopum Carthagum, in sua civitate manentem Raithin, et salutans senem dixit ei: Diligis hunc locum, sancte Pater? Respondit S. Mochuda: Vere diligo. Columba dixit: Non te conturbet quod tibi dicam. In hoc jam loco resurrectio tua non erit, invidia contra te a Rege Themoriæ, a filiis ejus, et Principibus, ob quorundam Clericorum suasionem insurget: et ipsi post tempus expellent te ex loco isto. Tunc S. Columbam, qui erat veridicus propheta, beatissimus pater interrogavit: Ubi erit resurrectio mea? S. Columba respondit: Ubi quondam magnum exercitum Angelorum super ripam fluminis Nemphe de cacamine montis Cuah vidisti, elevantem cathedram argenteam cum statua aurea in medio ejus usque ad cælum, ibi erit resurrectio tua: ecclesia tua illa argentea est, et tua vere statua aurea in medio ejus est. Scientes ambo quod ita foret, benedixerunt Dominum.

E

Ipsæ intelligit
a S. Columba
se ex Raithin
pellendum:

31 Alio quoque die Sacerdos et monachus S. Carthagi de Aquilone Momoniæ ad monasterium Raithin advenit, et genua flexit coram sancto Patre, ut moris erat monachis de via venientibus, dicens: Complevi, Pater, ordinem regulæ ut mihi videtur, et mandata tua, ex quo die usque jam perrexi, nisi quod Fratrem meum secularem mutavi mecum huc de seculo, sine permissione tua. Respondit ei Sanctus dicens: Vade, Frater, in pace: Dico tibi vere, quod si exiisses in montem in tua regione, et exclamasses voce altissima de cacamine montis, et venissent tecum omnes quicumque vocem tuam audissent, ad sanctum habitum cum gaudio accepissent. Tunc latitudinem caritatis sancti Patris Carthagi valde admirati sunt, in isto verbo gratias Domino agentes.

F
declarat se
quoscunque
petentes ad-
missurum
ad habitum.

32 Denique quodam die sanctus senex Carthagus, circa horam nonam, dixit monachis suis: Hodie non manducabimus, quousque quisque mihi suam confessionem revelarit: unus enim e vobis inimicitiam per odium alteri Fratri cogitat. Tunc Fratres ei suam conscientiam revelantes, unus confessus est dicens: Pater molendinatore nostrum non diligo, imo odivi. Cum enim vado ad moleadinum, ipse non vult mecum onera de equis tollere, neque vasa de farina implere, et adhuc non vult mecum super equos

Novit in
spiritu duorum
inter se odia,

A equos elevare, et male mihi facit in omni re, et amarus et horridus est contra me semper: Dominus scit, ego nescio quare hoc facit: et modo cogitavi, si quando venissem ad eum, et fecisset mihi similiter, percutere usque ad mortem: Tum respondit ei S. Mochuda: Audi. Frater, Prophetam dicentem: Declina a malo, et fac bonum. Igitur secundum meum consilium fac ei bonum: et ille de bonitate tua in corde pungetur, et amici eritis, quamdiu vultis. Et Frater ipse omnibus viribus suis Fratri molendinatori placebat tribus diebus, sed tamen molendinator non est de malo suo adhuc commotus, neque frater de odio. Interrogavit S. Mochuda in die tertio confessionem de illo Fratre: et ille ait: Hæc est mea confessio, molendinatore non amo. Dixit ei sanctus Pater, hæc jam nocte corde compungetur, et non comedet, usque dum venias ad eum, et comede cum eo: in ipso enim prandio amicitia replebit vos, et in vita vestra amici eritis: et omnia contigerunt. Ille monachus Spiritu sancto repletus est per doctrinam S. Carthagi, qui vocatur Colmanus filius Joæ, et glorificaverunt Fratres divinam inspirationem in se ne suo Episcopo Carthago.

Ps 36. 27.

caque in amicitiam revertenda prædicit et curat:

a duobus moidis in flumen mergendus,

divinitus liberatur:

B 33 Alio quoque die duo monachi, genere Brittones, salutarunt sese invicem, dicentes: Senex iste æger est, sed tamen cito non morietur: et dubium non est, quia coæquales in pietate et sanctitate illi nunquam invenientur hic: et jam si ipse occubisset, post eum unus e nobis eligeretur: igitur occidamus eum, quia, sicut prædiximus, non morietur per se cito. Et fecerunt consilium, ut in postrema parte noctis sequentis demergerent eum in annem propinquum occulte. Et invenientes eum solum in loco secreto orantem, sicut erat ei consuetudo, diligenter eum loris in pelle ligaverunt, et deinde inter se portaverunt ad annem. Tunc occurrit eis portantibus religiosus quidam monachus, cui erat mos sacratam in suprema noctis parte circumire Levitiam, et mirans interrogabat eos dicens: Quid portatis in hac hora? illi dixerunt: Vestimenta quorundam Fratrum ad lavandum? Ille autem instigatus Spiritu sancto non credidit, et dixit eis: Deponite, ut videam. Quo autem deposito, inventus est ibi sanctissimus Pater Patronus noster Carthagus. Ille quoque monachus Præpositus istius loci erat, et ait ad illos contristatus: Pessimum opus facere voluistis. Tunc paulisper sanctus senex Mochuda dixit: Filii, bonum esset mihi, quia inter sanctos essem connumeratus Martyres; malum autem illis, quia cum Juda proditore Domini fuissent damnati: ipsi me vulnerunt occidere, ut præessent Fratribus meis, et nec ipsi malefici, nec ullus de genere eorum successores mei erunt: de gente autem Britannorum in mea civitate ridiculosi per seculum erunt: sed de genere ejus, per quem me Deus liberavit, in mea Sede semper successores mei erunt et ita sunt omnia facta. Ille enim monachus, qui Sanctum liberavit, de gente Kiarraigh erat, de qua gente sunt semper successores S. Carthagi.

permit in suo monasterio boves et equos esse,

C 34 Sicut superius diximus, multis diebus non accipiebat S. Mochuda vaccas, nec boves, neque equos: sed monachi ejus sarculis et pedibus omni anno arabant, et non nisi humeris suis onera portabant. Veniens autem S. Fintanus, cognatus S. Carthagi de Roma, increpavit eum dicens: Cur, Carthage, super homines rationales servitium irrationalium animalium imponis? causa enim hominis omnino animalia facta sunt, et numquam in hoc loco gustabo nisi liberos monachos Christi famulos ab opere indigno. Tum S. Carthagus permisit suis monachis, propter S. Fintani honorem, boves et equos habere.

35 Post hæc S. Lancheanus / Abbas misertus

sancto Patri Mochudæ et monachis ejus, cum triginta vaccis et tauro, et duobus armentariis et cum duobus Instisiis et vasis ad civitatem Raithin perrexit, et in proximo loco civitatis abscondit sua, et exivit in monasterium: simulatoque dolore quæsit lac. Statim minister indicavit S. Mochudæ, quod S. Lancheanus lac causa infirmitatis quæsisset. Tunc S. Mochuda pateram repleri aqua jussit, et benedicens illud factum est lac novum, quasi nuper mulsum, et allatum est S. Lancheano. Sanctus autem Lancheanus sciens, quod divinitus factum erat, et iterum in aquam conversum est, ait: Lac postulavi, non aquam. His dictis et factis Magister hospitum inter Sanctos ministrabat. S. Lancheanus dixit coram omnibus, Pater noster Carthagus bonus monachus est, sed successores ejus non facient lac de aqua. Dixitque magistro hospitum: Dic S. Mochudæ, quia non manducabo in hoc loco, nisi ille elemosynam quam tuli Fratribus ejus loci, suscipiat. Et promisit S. Carthagus illam suscipere. Tunc discipuli S. Lancheani vaccas cum ceteris monachis S. Mochudæ assignarunt, et S. Mochuda ad S. Lancheanum ait: Noli a quoquam vaccas in hoc loco recipere, sed pro honore et timore tuo suscepi. Cui ait S. Lancheanus: Ab hoc die semper abundantia temporalium rerum apud nos, et multitudo virorum religiosorum in tua civitate, in qua migrabis ad Christum, per seculum erit, de hoc enim loco eris. Post hæc Sancti invicem sese salutantes, fraternitatem inter se hic et in futuro firmaverunt.

36 In quodam autumno Præpositus quidam ad S. Carthagum venit, dicens: Pater, messorum sufficientes non possumus invenire, et segetes multum maturatæ sunt. Cui respondit S. Mochuda: Vade, care, in pace, Dominus dabit vobis bonos messorum. Secundum jam verbum sancti Pontificis Angeli Dei venerunt, et majorem segetem monachorum S. Carthagi messuerunt, et in unum acervum congregaverunt: Fratres tale opus videntes mirati sunt, et laudes Christo dederunt, magnificentes sanctitatem senis sui.

37 Tanta obedientia monachorum S. Carthagi erat, ut si præciperetur alteri eorum a seniore, mox se mitteret in ignem. Verbi gratia. Quidam, cum essent panes in elibano, ad minorem Fratrem dixit: Panes uruntur, adjuva eos: lamina enim ferrea, de qua panes de elibano tollebantur, tunc de suo cecidit maonbrio. Ille autem Frater, ut audivit vocem imperantis, per ignem, qui erat in ostio elibani, exiit, et panes suis manibus e calidissimo elibano projecit, et nullo modo caliditas elibani neque ignis ardens in ostio nocuit ei. Alio die cum essent monachi S. Mochudæ foris juxta rivum operantes: ubi unus senior pro necessitate ad alium Fratrem nomine Colmanum dixit: Colmane, vade in thermam. Tum mox duodecim Colmani in thermam exiverunt cum vestimentis, audientes quod Colmanus vocabatur: et ceteri ædificabantur, quod tot Fratres induti in aquam exiverunt pro una voce.

38 Patientiam magnam monachi S. Carthagi in tormentis et adversis habebant, ut probatum est in aliquo monacho, de cujus corpore vermes cadentes in vestigiis ejus coram Fratribus cadebant, et sine excusatione infirmitatis opus suum quotidianum faciebat: et ipse infirmus videbatur, et pallor et macies apparebant in illo, et de illo dolebant Fratres. Quodam autem die sanctus senex Carthagus, pro observantia Regulæ causam doloris sui quæsit ab illo. Ille Frater nolens ostendit ei latera sua lacerata. Tunc S. Mochuda dixit ei: Quis tibi hanc superstitionem et incredibilem rem fecit? Monachus respondit: Alio die lignum gravissimum a silva trahentes Fratres

D
EX MSS
item vaccas
a S Lancheano
adductas,

postquam
aquam in
lac mutasset

Angelos sibi
messorum habet.

Monachos
habet ad
miraculum
obedientes,

et in doloribus
patientissimos.

EX MSS.

A tres, zona mea fracta est : et videns puer camisiam circa mea crura, posuit hunc torquem asperum circa latera mea : et exinde putrefactæ sunt carnes meæ. Sanctus senex ait ei : Cur non solvisti iterum? Frater respondit : Quia non est meum hoc opus, et puer qui posuit non resolvit, et erat plenus annis ex quo id contigit. Ait S. Mochuda Fratri isti : Magnum tormentum sustinisti, Frater ideo elige, ut hodie sanus sis, an ad cælum pergas : acceptaque sancta Communione illico ad Christum migravit. Puer autem a sancto Patre et Fratribus, de amaritudine suæ indiscretionis, summopere tum correptus est.

manum lateri
adherentem
sanat

39 Mulier quædam, nomine Brigh, habens manum aridam et adherentem lateri sun, ad S. Carthagum cum marito suo venit, et rogavit Sanctum ut in nomine Christi, manum illius sanaret : et mulier prægnans erat. Porrexitque sanctus Pontifex suam manum cum pomo, sicut filix Ducis fecit, dicens ei, manum aridam ad accipiendum pomum hoc eleva. Et celeriter manus ejus sanata est, et accepit pomum, de manu Sancti : et cum gustasset illa pomum citius enixa est infantem sine dolore partus, et cum gaudio magno relierunt ad sua.

ANNOTATA.

a Colganus asserit hunc Mochuam, alio nomine appellari Cronanum et esse Abbatem et Martyrem, ac coli 10 Februarii, ubi hunc locum accuratius exhibet, ex quo correximus minus correcte scripta.

b Idem Colganus asserit eum quiescere in Ecclesia Giamorensi prope Sirdum in Lagenia, ubi esset a Paganis, Danis aut Norwegis, glorioso martyrio consummatus. Coli etiam 21 Novembris in citato hic loco Cluin-dachrann.

c Videtur potius legendum Lageniæ, ubi Corbreus fuit Rex. In priori Vita dicitur Corpreus crudelis Rex omisso nomine regni.

d Illic Ædus aliis Aidus, videtur pater sanctarum Virginum, quas S. Aidanus seu Mardocus Episcopus Fernensis in Lagenia invisit, uti legitur in hujus Vita a nobis ad 31 Januarii edita num. 32. Colgano hæc Virgines SS. Cummania et Sodelmia, id est Pulcheria appellantur, et referri dicuntur ad 15 Januarii et 10 Novembris.

C e Aliis Cathaldus filius Aidi dicitur et traditur decessisse anno 620 aut 624 juxta 4 Magistros in Annalibus, apud Colganum.

f Colganus ad Vitam S. Gobban, ubi hæc leguntur, habet Aileam Cathail.

g Aliis Inis-Picti, Inis-Puine, Inis-Pick dicitur.

h Gobbanus Ep. refertur a Colgano ad 17 Martii, ut tunc inter Prætermisissos monuimus.

i Straphannum Hibernis esse, aliis Stephanum opinatur Colganus.

k Lasreanus seu Lasrenus refertur ab Hibernis ad diem 25 Octobris : et Domangenus ad 29 Aprilis, ut tum inter Prætermisissos indicavimus.

l S. Lancheanus Abbas ueridum nobis innotuit : inferius autem semper scribebatur Lacheanus.

CAPUT IV.

Violente pulsus e Media discedit in Momoniam, et condito Lismorensi monasterio pie moritur.

Alio jussus
migrare
cum se excu-
saret,

Sicut beatissimus Propheta Columba et alii Prophetæ prophetarunt, quod esset sanctissimus senex Carthagus in fine vitæ expulsus a sua civitate Rai-

thio, Principes Mediæ cum Rege a Themorice, et adherentes illis Clerici, in civitate Cluam Kiarraigh, decreverunt eum inde expellere. Illi jam Principes, venientes ad civitatem Raithin, dixerunt ad S. Mochudam : De hac civitate et ista de regione vade cum tuis, et quære tibi locum in alia regione. Respondit sanctus senex : Volo hic vitam meam consummare : multis enim annis hoc in loco Domino servivi, et pœne cursum vitæ meæ consummavi, ideo de hoc loco non discedam, nisi aliquis me violenter traxerit : ne mihi ab hominibus instabilitas in hac ætate deputetur, quia dedecus est in senes hinc inde vagari. Tunc illi reversi sunt ad Regem Themoriæ b Blaithmach, filium Ædha-slanae, et accusaverunt senem coram Rege in multis mendaciis, et rogaverunt Regem ut ipse ad sanctum senem veniret ad expellendum : venitque Rex cum eis in magno comitatu. Interea beatissimus Pater Carthagus monachis suis prophetavit, dicens : Vos dilectissimi, orate et ligate onera vestra, quia cito violenta tentatio ad nos perveniet : Principes enim hujus regionis nos ex nostro clarissimo loco expellent. Venientes autem Rex Blaithmach cum Ducibus et Principibus et fratre suo Diarmoid et (ut perhibetur) cum filiis suis, castrametati sunt ad civitatem Raithin. Tunc Rex Fratrem suum cum multis Ducibus ad civitatem Raithin, ad sanctum senem expellendum, misit. Adveniens ille, S. Carthagum orantem in choro invenit. Stabat enim ipse in vestibulo chori, et interrogavit eum sanctus senex dicens : Pro qua causa huc venisti? Respondit Diarmoid : Frater meus Rex Blaithmach et Duces Mediæ miserunt me, ut manum tuam teneam, et eiciam te cum tuis ex hac civitate. Dixit ei Sanctus : Sicut vis, parati enim sumus pro Christo omnia pati. Respondit Diarmoid, In æterum hoc nefas non faciam : Sanctus enim Dei es. Tum S. Carthagus dixit ei : Possidebis partem in cælo, et Rex eris cito in loco tui fratris : et facies tua, quæ ante me verita est, hostes tuos non verebitur : opprobrium, quod modo dabit tibi Rex frater tuus, eo quod non perficis opus, ad quod missus es, in laudem et benedictionem erit tibi. Sed quia mihi mala cogitasti in corde tuo, et promptior eras ceteris ad me expellendum, filius tuus post te non regnabit. Tum Dominus Diarmoid ad fratrem suum Regem reversus est in castra, dicens, quod non potuit Sancto Dei nocere : et Rex per iram dixit fratri suo, Ruanaidh est iste lætus. Respondit ei Diarmoid : Verum erit quia ita mihi promisit servus Dei Mochuda.

41 Tum omnes laudantes eum una voce clamabant : Vere Ruanaidh ipse lætus est. Tum Principes inter se sortem miserunt supra dictis, ut scirent, quis eorum pro Rege teneret manum S. Carthagi de sua sede : et cecidit sors super Principem Cluanæ. Denique Rex cum Potentibus suis civitatem intravit, et invenerunt sanctum senem cum Fratribus in ecclesia collectis. Tum vir quidam dives, nomine Cronanus, alta voce dixit : Celeriter facite opus, ad quod venistis. Dixit ei sanctus Pontifex : Celerem tu mertem habebis ; sed tamen quia mihi multa munera in nomine Christi obtulisti, et prius fuisti nobis usque nunc amicus, divites tuo de semine per seculum erunt : quæ ita completa sunt : ille subitam subiit mortem, et nepotes ejus divites supersunt. Alius vir, nomine Dublisuileach, oculum suum unum per illusionem clausit, irridens S. Mochudam et sanctos monachos ejus. Et aspiciens sanctus Episcopus illum, dixit illi ; Ita eris ridiculus usque ad obitum, et multi de genere tuo similiter erunt : et sic completum est. Item alius vir, nomine Caillihe, crepitum magnum faciebat de labiis suis, in subsannatione S. Carthagi et suorum monachorum. Sanctus

E
mittitur ad
eum pellen-
dum frater
Regis,

cui facinus
detrectanti
Regnum
prædicat ;

F
alteri au-
tem, illud
acciterant,
mortem,

et aliis se
ridiculis
punitionem :

A Sanctus ait : Disenteriam citius patieris, et inde morieris : et contigit illi. Hæc nefas et malum multis flebile factum.

denique ab
ipso Rege
expulsus
cum suis

42 Rex autem Blaichmeich iratus et Princeps Cluanæ, apprehendentes honorabilem manum sanctissimi et decrepiti Mochudæ Antistitis, de sua civitate Raithin sine ulla reverentia eum expulerunt, similiter et satellites eorum monachis faciebant. Tum ululatus, fletus et lamentationes, heu et væ, ab utroque sexu ab omni habitu per civitatem erant, et plures de exercitu Regis de Sanctorum miseria dolebant. In pede cujusdam monachi podagra erat, et pro illo sanctus Episcopus totum rogavit concilium, ut infirmum monachum in nomine Christi dimitterent manere in suo monasterio : et illi omnes respuerunt. Tunc S. Carthagus vocavit ad se illum, et jussit in Christi nomine ut dolor relinqueret pedem monachi, et exiret in pedem Colmani Principis, qui valde ei resistebat : et pedem monachi reliquit, et pedem illico Colmani apprehendit, et stetit ibi fortiter in vita illius : monachus autem surrexit incolumis, et valide cum S. Carthago Magistro suo perrexit. Item alius senior monachus

unius podagram trans-
fert in Col
manum
principem,

B S. Carthagi illico in monasterio Raithin migrare optavit ad Dominum, quia ibi promiserat suam stabilitatem : et dans S. Mochuda ei licentiam, accepit ille senior Sacrificium de manu sancti Episcopi, et coram omnibus migravit ad cælum, sepultusque est in civitate Raithin, sicut optavit.

alteri dat
facultatem
moriendi.

neque per-
mittit ut
mortui se-
cum egre-
diantur.

44 Egrediens beatissimus Carthagus de suo monasterio introivit Levitianam Fratrum mortuorum, petensque benedictionem inibi jacentium, fundensque pro eis orationem ad Christum, sepulcrum cujusdam monachi, qui erat multo tempore ante sepultus, divino nutu apertum est : et subito coram omnibus elevans caput mortuus extra sepulcrum, exaltavit vocem, et dixit, Sanctissime noster nutritor, Domine Mochuda, benedic nobis filiis tuis, et per benedictionem nos omnes surgentes ibimus tecum. Respondit ei sanctus Pater dicens : Novum opus non faciam, id est, resurrectionem tot hominum, ante resurrectionem totius humani generis. Mortuus iterum dixit : Cur, Pater, relinquis nos promittentes unitatem tibi nostram, et tu nobis tuam? S. Mochuda ait : Audi hoc proverbium, fili, Necessitas movet decretum et consilium : sed hic requiescite in sepulcris vestris, et in die resurrectionis nostræ cum omnibus monachis meis revertar ad vos usque ad illam crucem, quæ est in hujus ecclesiæ foribus, et similiter ibimus omnes una ad iudicium Dei. Et hæc dicens Sanctus, mortuus se recollegit in sepulcro, et est firmatum super eum. Et valedicens sanctus Episcopus mortuis, egressus est foras juxta civitatem cum populo suo usque ad crucem quæ dicitur Crux Angelorum.

Male pre-
catus Regi,

44 Ibi conversus est sanctus senex Carthagus ad Regem, et dixit ei : Respice, o Rex, cælum sursum et terram deorsum, neque cælum jam possidebis, et de regno tuo terreno cito expulsus eris : et tuus frater Diarmoid, quem increpasti, eo quod dedit mihi honorem, regnabit coram te, et eris despectus ab omnibus, ita ut sine cibo in castris oblivisceris pro tua despectione : et tu cum prole tua in malo morieris, et nemo de semine tuo post brevissimum tempus erit. Et maledicens S. Mochuda Regem, pulsavit manu sua parvum cymbalum super Regem et super semen ejus : et cymbalum Scotice dicitur Clograbbaigh Blaichmei, id est cymbalum extinguens Blaichmeich, eo quod pro pulsatione ejus Rex cum semine suo extinctus est velocius. Rex jam Blaichmeich plures filios et filias habebat; sed pro nihilo omnes per maledictionem sancti senis Carthagi cum

Maji T. III

Patre exierunt. Et dixit ad Principem, qui manum ejus tenuit : Servus eris ante obitum tuum, quia expelleris de principatu tuo, et semen tuum pæne extinctum erit : et ita illi accidit. Iterum ad alium, qui manum suam traxit, dixit : Cur meam manum tenuisti de sede mea? Ille respondit, Ne Mumenensis hic in patria tantum honorem haberes. Vir sanctus ait ei, Sub confusione facies tua semper erit, et manus quæ me extraxit maledicta erit, et illico oculus suus in capite fractus est. Posthæc S. Mochuda conversus ad Principem et populum civitatis Demaige, dixit, Discordia pessima inter vos suscitabitur, et inde damna patiemini multa; [promovistis] enim magna ex parte discordiam istam contra me : et ita illis contigit.

D
EX MSS.
et compli-
cibus ejus

ac civitati
Demaige,

45 Deinde jussus est Sanctus Dei asperrime pergere in viam suam a Rege et populo : c perrexitque Sanctus cum discipulis in viam, qui erant numero octingenti et sexaginta septem, et cœqualis numerus in civitate Raithin in sepulcris mansit, et plures per provinciam Hiberniæ in aliis locis de discipulis S. Mochudæ vivi et defuncti fuerunt : et qui secuti sunt sanctum senem Carthagum de civitate Raithin, pleni gratia Dei erant, et plures postea ex eis sancti Episcopi et Abbates facti, loca Deo ædificarunt. Sanctus noster senex Carthagus piissimus et humanissimus erat, sicut in hac re probatur; ipse enim magnam turbam leprosorum in sua civitate in cella deorsum cum magna dignitate habebat, et quemdam corporis valetudo dimisit. Ipse frequentissime ministrabat eis : et audientes leprosi S. Mochudam tantam curam gerentem, de diversis Hiberniæ Provinciis veniebant ad eum, et recipiebat eos vir Dei : quos duxit secum ex civitate Raithin in aliam suam civitatem Liassmor, et constituit eis ibi locum in quo adhuc leprosi manent cum honore, secundum dignitatem suam a sancto Patre Mochuda [sustentati]. Pergentes in viam suam invite discipuli S. Carthagi, cum curribus et plaustris, invenerunt in quadam magna silva magnum robur transversum in via. Tum unus de turba dixit ad S. Mochudam : Pater, non possumus pergere in viam, causa magni ligni jacentis in via, quia silva densissima est in circuitu. Et signans vir Dei manu sua lignum, dixit : In nomine Domini mei Jesu Christi, surge robur. Statimque surrexit arbor, et stat usque hodie in suo pristino loco, habens acervum lapidum ad radices suos in signum virtutis.

c
discedit cum
867 mona-
chis,

E

et plurimis
leprosis :

arborem
lapsam
erigit :

46 Prima S. Carthagi mansio, ut a civitate Raithin venit, erat in monasterio, quod dicitur Druym-Culium, quod est in confinio Momoniensium, Lageniensium, et Nepotum Neill, sed tamen in terra est Nepotum Neill, in plebe quæ dicitur Fearceall, in qua est etiam supradicta civitas, in quo monasterio sanctus Abbas d Barrii miraculis fulget. Deinde ad civitatem S. c Kierani Episcopi, quæ dicitur Saiger pervenit. Exiit in locum, in quo est civitas f S. Cronani Rossere, et permotavit ibi sine hospitio, quamvis a sanctomet Cronano invitatus : ipse enim cenam S. Mochudæ preparavit. Sed S. Mochuda noluit ad illum exire dicens : Ad virum qui hospites evitavit, et in gronna deserti cellam ædificavit [non exibo]. Hæc verba audiens S. Cronanus venit ad S. Carthagum, et per jussionem ejus S. Cronanus cellam juxta gronnam deseruit : et ipsi ambo monasterium et civitatem, quæ dicitur Rosere, in qua ipse sanctus Pater Cronanus jacet, assignaverunt. Postea S. Mochuda venit per regionem Hesse ad civitatem regalem Momoniæ g Cassel ; crastino autem die Rex Cassel nomine Failbhe, venit ad S. Mochudam, et obtulit ei locum, ut Sanctus ibi constitueret monasterium. Et ait Sanctus Regi : Adhuc non est concessum a Domino manere, sed ibimus ad

f
transit per
rara mo-
nasteria,

d
e
f

g

A locum nobis a sanctis viris indicatum. Tunc nuntii
EX 368. Lageniensium Regis, ad Regem Momoniae Failbhe
 venerunt, rogantes, ut pro societate ad adiuvandum
 Lagenienses exiret: omnes enim provinciae Aquilona-
 res convenerant, ut devastarent regionem Lageni-
 ensium, ut pugnarent contra eos. Sed eo tempore
 Regis oculus Failbhe fractus est aliquo eventu et
 erat luscus, et noluit Rex exire causa voluptatis,
 ne videretur ab extraneis hominibus luscus. Videns
 sanctus Pontifex oculum Regis, benedixit illum,
 et illico coram omnibus sanatus est; et valedi-
 centes sibi, Rex Failbhe et sanctus senex Mochuda
 unusquisque in viam suam exivit. Rex quidem con-
 gregato exercitu ad Lagenienses perrexit, et ipsi
 Aquilonares in fugam dederunt magnam.

*In reliquo
 itinere discor-
 des pacificat:*

B 47 Pater autem S. Mochuda ad plebem Mus-
 craigh Hirhir venit, et suscepit eum benigne Æda-
 nus Comes ipsius plebis, et obtulit ei villam, quæ
 dicitur Hysseall: et benedicens vir Dei Comitem
 cum semine ejus, inde in regionem Nandesi venit:
 et pertransiens Campum Femryn, stetit in loco qui
 dicitur Ardbrinaid, super ripam fluminis Sui, et
 convenerunt ad eum ibi Melostrich Dux Nandesi, et
 alius nobilis Suibhne, aberrantes in magna iracun-
 dia de terræ alicujus contentione. Et divino nutu S.
 Mochuda pacificavit, et dimisit eos pacificos: et Dux
 ille obtulit S. Mochudæ illum agrum: et ibi vir Dei
 cellam assignavit, ubi est hodie magna villa, quæ
 dicitur Aairdinayn, cum maxima parochia in cir-
 cuitu in honorem S. Mochudæ. Interea uxor ipsius
 Ducis Melochtrig filii Cabhtaygh, quæ erat filia su-
 pradicti Regis Cassel Failbhe-flam, vidit somnium:
 scilicet colurnices plurimas volantes per aera trans
 Campum Femryn, et una ex illis erat excellentior et
 major ceteris, quæ sequebantur, seditque in gremio
 Ducis Melochtrig. Illa jam Domina expegefacta de
 somnio, illico narravit marito suo Duci quod vide-
 rat. Dixitque illi Dux: Bonum somnium vidisti, o
 mulier, et cito implebitur. Hæc est jam interpretatio
 ejus: Aves volantes sunt S. Mochuda et monachi
 sui in cælesti conversatione: ipse autem est præcel-
 lentior et major omnibus: sedere quoque in gremio
 meo habet, id est locum resurrectionis in mea habe-
 bit regione, et gratia magna nobis et patriæ nostræ
 erit. Fidele somnium bonæ feminae apparuit; et
 vera interpretatio ejus, a glorioso et probato Duce
 Christiano est divinitus ostensa. Alio die S. Mochu-
 da perrexit ad prædictum Melochtrig, et petivit ab
 eo agrum, in quo fundaret ecclesiam suam. Respon-
 dit ei Dux: Illic magnus locus non potest esse in
 angusto loco. Dixitque ei S. Mochuda; Deus qui
 nos misit ad te, ostendet tibi nobis dare aptum lo-
 cum. Tum Dux dixit ei: Habeo regionem in alia
 alia parte montis Chuah super ripam fluvii Nemhe,
 bonam in silvis et piscibus: sed timeo, si est angusta.
 S. Mochuda ait: Non angusta sed spatiosa erit:
 ipsa jam terra multis diebus nobis a Domino desi-
 gnata est, in qua resurrectio nostra erit. Tum glo-
 riosus Dux Melochtrig Nandesi, filius Cobhthaigh,
 illum regionem, in qua nunc est civitas S. Mochudæ
 Liassmor, coram multis testibus obtulit S. Cartha-
 go: et benedixit sanctus senex Carthagus Ducem
 cum uxore sua, et liberis, et populo.

*Duci Nan-
 desiensi per
 somnium
 uxoris com-
 mendatus,*

*Impetrat
 Liassmor ad
 edificandum
 monasterium.*

C 48 Accepto dein honore et licentia ab eo, iter
 suum trans montem Chuah direxit, et in campum
 Celmemin venit ad cellam, quæ dicitur Cealleho-
 chayr: et præparavit sanctus Pater illius loci Mo-
 chua Miannain, secundum posse suum cœnulam
 S. Mochudæ cum suis omnibus, in qua quidem de
 genere non plus erat potandi, quam unum medium
 dolium cervisiæ: mansitque ibi S. Mochuda cum
 omni populo tribus diebus tribusque noctibus. Et
 ipse sanctus Abbas Mochua Miannain propinabat

*Allitur cum
 suis triduo
 cervisia non
 minuta:*

cervisiæ de delio ministris in crateribus sufficien-
 ter omni populo, et plenum adhuc dolium erat cer-
 visia: crescebat enim liquor sicut oleum sanctum
 benedictione Heliæ. Tunc unus de discipulis S. Mo-
 chudæ dixit alta voce coram omnibus: Si volueri-
 mus esse hic donec hæc cœna deficiet, longo tempore
 hic manebimus. Hæc enim cœna dono Domini non
 minuitur, sed crescit quotidie. Hoc audiens sanctus
 Episcopus Mochuda, ait ei: Verum dicis, Frater,
 tempus est nobis eundi. Jussit ut omnes in viam
 suam de loco exirent et S. Mochua Miannain se-
 ipsum cum suo loco Deo et sancto Mochudæ obtulit.
 Incipiens S. Mochuda de illo loco exire, statim in
 isto delio cervisia usque ad fæces decrescit.

D 49 Post hæc perrexit S. Carthagus per campum
 Chuæ ad prædictum Nemphe fluvium, ad locum qui
 Scotice dicitur Athmedhoim, id est Vadum alvei, in
 quo non transvadant nisi pauci fortes, bene scientes
 natate in magna siccitate caloris æstivi, et cum
 inundatio marina plene decrescit. Inundatio enim
 sursum usque ad civitatem Liassmor contra fluvium
 quasi quinque milliaribus pervadit, et alveum fluvii
 cum ripis replet. Cum autem sanctus Pater Cartha-
 gus ad vadum pervenit, illo die ingens copia aqua-
 rum, torrentis instar, in fluvium excidit: quæ cum
 marino æstu tunc fluente sic alveum fluminis imple-
 vit, ut aquæ vix ripis continerentur solitis. Quæsi-
 vit S. Carthagus, si ibi ulla navigii esset commodi-
 tas, et dixerunt, quod non. Tunc sanctus Pater,
 fiducia plenus, accessit ad ripam fluminis propius:
 imperavitque mari ac torrenti amnis, ut in nomine
 Domini Christi sisterent ad tempus fluxum et impe-
 tum suum, et redirent servis Domini sui. Et signo
 Crucis facto, fundunt se æquora et aquæ, et apparuit
 terra et arena, instar collis arida, per medium di-
 visi amnis: et revolutæ aquæ in latus geminum
 instar muri dextra et læva steterunt, nudataque
 tellus spoliatur aquis cognitis. Tunc S. Carthagus
 jussit monachos suos per viam maris incedere, et
 cum magna fiducia intrepidi perrexerunt: et post
 Sanctos turba pedestris intrat, et alii in curribus
 sicuti portati erant per terram per divisum fretum,
 secundum similitudinem Jordanis fluminis sub Josue,
 siccis pedibus perrexerunt. Altius et altius in mo-
 dum collis surgebat flumen, similiter et mare: et
 cum sanctissimus senex ceteris posterior de littore
 venisset, benedixit illum locum, et jussit aquis in
 cursum suum redire: et vocatur locus ille Scotice...
 quod Latine sonat, Locus benedictionum. Occurren-
 tibus aquis invicem, maximam perturbationem fece-
 runt.

E

*Fluvio in par-
 tes divisio cum
 suis transit:*

F 50 Deinde gloriosus Pontifex cum suis per quem-
 dam campulum, Scotico nomine Maghsgiats, La-
 tino autem Senti campus, ad locum sibi prædesti-
 natum a Domino, oblatum autem a supradicto Duce
 Nandesi, exivit, et castrametati sunt in eo. Postea
 loco benedicens sanctus Pontifex cum ceteris San-
 ctis, circulum civitatis assignarunt: et venit ad eos
 quædam Virgo, quæ cellulam habebat in eo agro,
 nomine Cornelli: et interrogavit eos dicens: Quid
 vultis hic agere servi Dei? Respondit ei S. Mochu-
 da: In Dei voluntate paramus atrium modicum se-
 pire circa sarcinas nostras. Et ait sancta Virgo:
 Non parvum sed magnum erit. Sanctus Pater Mo-
 chuda ait: Verum erit, quod dicis Christi ancilla.
 Nam ex hoc nomine locus semper vocabitur Liass-
 mor Scotice, Latine autem Atrium-magnum. Et illa
 sancta Virgo se cum cellula sua S. Mochudæ obtu-
 lit, et sicut Colmanus Ela prædixit, Levitiana S.
 Mochudæ in civitate Liassmor ab Angelis assignata
 est, in qua ipse sepultus est, et sola Dei scientia no-
 vit numerum Sanctorum qui illic post eum sepulti
 sunt usque hodie. Egredia jam et sancta civitas
 Liassmor,

F

*et accepta
 cellula cujus-
 dam Virginis,*

*canoniam in
 Liassmor
 condit.*

A Liassmor, cujus dimidium est asyllum, in quo nulla mulier audet intrare: sed plenum est cellis et monasteriis Sanctorum, et multitudo virorum sanctorum, semper ibi manet. Viri enim religiosi ex omni Hiberniæ parte; et non solum, sed ex Anglia et Britannia confluunt ad eam, volentes ibi migrare ad Christum: et ipsa civitas posita est super ripam Australis fluminis quondam dicti Neamh, modo autem Abhanmhor, id est Annis-magnus, in plaga regionis Nandesi.

miraculis
claret,

51 Quodam die quidam magnus, cui displicebat quod S. Mochuda illuc venisset, venit ad eum tentans eum et regans, si servus Dei esset, ut aridum ramum sine cortice, quem secum tulerat, faceret in Dei sui nomine fructum habere. Videns vir sanctus quod ille divinæ potentiæ detrahere vellet, benedixit illum aridum ramum, et illico protulit corticem, folia, flores et fructus. Ut magus vidit talem potentiam, recessit. Alio die quidam pauper postulavit a S. Mochuda indiscrete lac et cervisiam. Tunc erat sanctus Pater juxta fontem, et benedixit fontem: et statim fons mutatus est in lac, deinde in cervisiam, postea in vinum: et jussit illi homini, ut tollat quantum velit.

solitarius
degit 18
mensibus.

B 52 Postea deficientibus ejus viribus præ nimio labore et magna ætate sua, cœpit tædium habere de strepitu et concursu confluentium ad se undique populorum: et inito cum Fratribus consilio, et communi eorum consensu, adivit quemdam locum secretum et tutum, ubi est clarum monasterium in valle, proxime ad Orientem magno monasterio ejus, in sua magna civitate Liassmor, ubi cum paucis ministris mansit pleno anno: et sex mensibus eremiticam vitam duxit, soli Deo vivens in theoria: et post tempus a Fratribus sanctis et decrepitis Senioribus visitabatur, quibus ipse suæ dulcissimæ doctrinæ fluentia largiter infundebat, et monita salutis uniuersusque vitæ congrua dabat. Ipse enim sanctus Patronus noster S. Mochuda erat seniorum levamen, salus infirmorum, lugentium solamen, desperantium firmamentum, dubitantium certa fides, juvenumque stabilitas.

53 Cum jam videret S. Pater Mochuda sanctos Seniores, et omnes sanctos Fratres, in vallis ascensione et descensione pro se visitando laborantes, sciensque diem obitus sui venisse; vocavit ad se Fratres sui cœnobii, et jussit se ad superiora portare ad Fratres, ne de sua visitatione semper molestiam haberent. At volens misericors et omni-

potens Deus servum suum clarissimum de molestia et ærumnis ducere, suique laboris præmio reinunerare; aperti sunt cœli et missus est exercitus Angelorum cum ineffabili triumpho ad eum. Vidensque sanctus Pater cœlos apertos, et Angelos ad se venientes, fecit se ibi in media valle deponi: narrantque sanctis Senioribus quæ videbat, jussit sibi Corpus et Sanguinem Domini offerri, et suis Fratribus divina præcepta mandabat, ubi jam fons est, ubi crux erecta est, quæ dicitur Crux migrationis. Post data vero plurima salutis monita, acceptoque corporis et sanguinis Domini Sacramento, inter sanctorum Seniorum et Fratrum multitudinem, valedicens illis, pie, modesto, cunctosque secundum ordinem deosculans, divina jussione cum Angelis piissimus noster nutritor, sanctissimus senex Mochuda Antistes, secundo Idus Maji ad Christum Dominum migravit: cui est honor, gloria, et potestas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti, in secula seculorum Amen.

D
EX MSS

Viso cœlo
aperto,

moritur 13
Maji.

ANNOTATA.

a Themoria, urbs illustris Mediæ, in regione fertili erat, et olim Sedes Regum. Ejus mentio 15 Januarii in Vita S. Ite sive Idæ Virginis num. 1.

E

b Blaitimacus et Dermitius, e Regibus Themoriæ sive Mediæ, electi dicuntur Reges Hiberniæ anno 657, et ombo anno 664 in magna mortalitate extincti. Ita ex variis Annalibus Colganus ad Vitam S. Cataldi ad diem 8 Martii in Appendice cap. 2. De illa mortalitate et Blaitimaco Rege egimus 20 Januarii ad Vitam V. Fechini. Sed num ista sequenti narrationi satis conveniant, discutiant Hiberni, in suis antiquitatibus non satis solidi.

c Annus expulsiouis statuitur ab Usserio 630, ab aliis sequens 631.

d Barryn, Barinus seu Barindeus dicitur Usserio claruisse anno 390.

e Acta S. Kierani illustravimus ad diem 5 Martii, ubi indicavimus Sedem Episcopalem Sagiriensem fuisse Roscream translata. Decessit S. Kieranus e vita circa annum 520.

f Vitam S. Cronani dedimus 28 Aprilis, ac judicavimus circa annum 640 mortem obiisse.

g Cassel, seu Casselia urbs etiamnum ampla et Archiepiscopalis in Comitatu Tripariensi.

h Failbhe seu Falbeus Rex traditur obiisse an. 633.

F

DE S. EREMBERTO EPISCOPO

TOLOSÆ ET FONTANELLÆ IN GALLIA.

D. P.

D e Fontanellensi S. Wandregisili cœnobio in Normannia non semel egimus in hoc Opere, ac nominatim XIV Aprilis, ad Vitam S. Lamberti, ex Abbate dicti monasterii secundo facti Lugdunensis Archiepiscopi anno DCLXXXI, ubi totam Fontanellensis fundationis successionisque chronologiam denuo deductam lector inveniet: si quid autem dubitationis supersit, id poterit expediri ad XXII Julii, ipsius sancti Fundatoris natalem. Nunc de hujus discipulo, illius socio S. Eremberto, ex Fontanellensi monacho Episcopo Tolosano ut tractemus monet Joannes Mabillon, asserens quod pridie Idus Maji (quando obiisse dicitur in vita) ejus memoria celebretur tum Tolosæ, tum in monasterio Fontanellæ, in quo ejus Reliquiæ honorantur. Idem quoque ante nos fecit Heribertus Rosweidus in Fastis, et Heribertum secutus

Philippus Ferrarius in Catalogo. Wion aliique monasticorum Kalendariorum auctores maluerunt de eo agere die XXX Aprilis, quando in gemino Hieronymiani Martyrologii ecyrapho Blumiano et Lucensi notatur. In Gallia, Fontanella monasterio, Translatio S. Eremberti Episcopi et Confessoris: pro quibus perperam in Usuardo Bruzellensi S. Gululæ notatur Depositio S. Eremberti Pontificis.

2 Vitam ejus ab Andrea du Chesne, editis libris clarissimo, ex vetusto codice descriptam habuimus, eamque damus collatam cum editionibus Catelli et Mabillon: quorum hic in Actis Sanctorum Benedictinorum seculo 2, ipsam dedit: iste in Historia Languedociæ et quidem ex Codice Moyssiæensi. In hac dicitur, quod S. Erembertus post restinctum miraculo natalis vici incendium, dimisso Episcopatu volens ibi mori senex,

Vita ex MSS.
danda

ubi

POST AN.
DCLXXX.

Natalis 14
Maji.

Translatio
30 Aprilis
recolitur.

C

A *ubi habitum monasticum juvenis acceperat, secessit ad monasterium Fontanellam, ubi tum temporis venerabilis præerat rector Lantbertus, ibique aliquantulum in sancta degens conversatione, ultimo confectus senio... feliciter migravit ad Christum. S. Lantbertus anno DCLXVII suscepit regimen monasterii post mortem S. Wandregisili, illudque tenuit usque ad annum DCLXXXI. Hinc auctor Chronice Fontanellensis, statuit obiisse Erembertum anno DCLXXI. Sed contra est quod in præcitata Vita dicatur notus esse S. Erembertus temporibus Dagoberti Regis incliti seu filii ejus Clodovæi: nam Dagobertus anno duntaxat DCXXXII exorsus est regnare, et quidem per annos primos scæ in sola Austrasia: Clodovæus incepit DCXXXVIII: quomodo igitur sub illis natus, ultimo senio confectus obiit, si obiit, non dico anno istius seculi LXXI, sed vel decennio serius?*

æque ac
Chronicon
vacillat

B *3 Hic ego observatuna velia, prædictum Chronicon nec pauca nec levia contra Chronologiom peccare: nam et S. Wulfrannus, quem demonstravimus die XX Marti ante ejus Vitam num. 7 anno duntaxat DCCXLI obiisse, et postea elevatum de terra a Wandone Abbate ipse, dicit anno DCCIV a Baimo Abbate fuisse translatum, una cum corporibus Sanctorum Wandregisili et Ansberti, postquam annis XI requievisset in ecclesia S. Pauli. Et cum de ipso S. Wandregisilo loquitur, definiens annorum numerum quibus ibi jacuisset, circiter quadraginta assignat ex eorum sententia, qui subductis perperam rationibus docuerant obiisse sanctum Fundatorem anno Christi DCLXV. Denique in anno X Childeberti Regis atque primo Joannis Papæ comparandis cum Christi DCCIV erratum est turpiter, uti in Februarii jam allegato ostendimus: docentes eum fuisse annum Childeberti VI et III Joannis. Nihil autem certius, quam ipsa Chronica, procedit S. Eremberti, quam damus, Vita. Ut fere solent ea omnia quæ multis post rem gestam seculis scripta sunt: nam ipsa quoque SS. Wandregisilo et Ansberto, per Baimum translatis, conjungit S. Wulfrannum, triginta circiter annis superstitem post Baimum, qui obiit anno DCCX, quod erit ad ejus Natalem die XX Junii examinandum.*

circa tempora,

quæ melius
ordinanda

C *4 Omnibus igitur undequaque expensis, de S. Eremberti ætate videtur posse dicere, quod eodem fere, quo Rex Dagobertus, tempore natus circa annum DC, et filio Dagoberti Clodoveo regnante factus Monachus, Fontanella, Episcopus autem Tolosanus sub ejusdem Dagoberti nepote Clothario ante annum DCLXX, obiit haud diu post annum LXXXI septimi seculi; ne alias in Vita inepte appositum judicetur Lantberti nomen. Hoc enim non æque facile præsumi debet: cum præcipua rerum antiquitas in monasteriis descriptarum nota sint nomina Abbatum: quæ ideo expedit inviolata tueri, quamdiu certioribus temporum notandorum characteribus non repugnant. Trithemius, qui in libro de viris illustribus Ordinis S. Benedicti Abbatibus Fontanellensibus S. Erembertum accenset; sed in hoc, ut in aliis pluribus consueta nixus conjectandi licentia exerravit: cum inter primos Fontanellenses Abbates nullum sit vacuum tempus reperire, quo rexisse potuerit. Nempe S. Wulfrannus simul etiam modo adscribitur Abbatibus Fontanellensibus, quod extremos istic vitæ annos egerit, et pro Episcopalis gradus reverentia observaretur a monachis, magno cum honore et æstimatione.*

Non fuit
Abbas Fon-
tanellensis
Erembertus:

ejus corpus
a Baimo
Ab. trans-
fertur circa
an. 712:

D *5 De Translatione S. Eremberti, adeo celebri, ut præ Natali ipsius inscripta fuerit Martyrologiis, hæc leguntur in Chronica: Eodem loco quo B. Wandregisilus in prædicta S. Pauli Apostoli requieverat basilica, B. Erembertum Episcopum posuit S. Baimus, qui antea in inferiori loco ejusdem ecclesiæ subtor arcibus tumultatus, annis plus minusve triginta tribus requieverat, die XXXI post translationem prædictam, factam pridie Kalendas Aprilis, atque adeo ultimo ipsius Aprilis, condiditque super eum repam*

D *argento decoratam. Repam esse ornamentum sepulcrale instar circuli aut coronæ ipsi desuper pendens, diximus in Aprilis: hic solum oddimus ejusmodi ornatum, cum optabatur tumulis Sanctorum, non in media ecclesia positus, videri formam habuisse circuli dumtaxat dimidii, cujus utraque extremos parietem apprehenderet. Ad annos quod attinet, quibus in priori sepulcro S. Erembertus requieverit, de iis conjectura facienda est ex ætate Baimi Abbatis, qui in Chronica dicitur præfuisse per annos novem, ab anno videlicet VII Hildeberti Francorum Regis, Christi DCCIV, usque ad decimum quintum ejusdem Regis, qui fuit annus Christi DCCXII. Si igitur erat annus X gloriosi Regis Hildeberti, quando SS. Wandregisili et Ansberti facta est translatio (qui temporis character uti usitatissimus antiquis Francis, imo solus in usu erat, ita solus videtur retinendus, aliis rejectis quos ex suo erroneo calculo accumulavit auctor Chronice) contigerit ea anno Baimi IV, Christi DCCVII: Sancti autem Eremberti Transpositia, dilata in extremum Baimi annum, saltem annos ab ejus morte triginta intermedios nobis relinqueret.*

E *6 Idem porro S. Eremberti corpus, ita ut dictum est ab inferiori templi Paulini parte ad superiorem translatum, ibi per multorum requievit curricula annorum. Post quæ inde acceptum depositumque est in præcipua S. Petri Basilica, ut ad calcem Vitæ dicitur, et ibi erat cum illa scriberetur. Hujus Translationis mentionem nullam cum faciat Chronicon Fontanellense desinens in regimine Ansegisi Abbatis anno DCCCXXXII, non modo Vitam Chronico posteriorem censeo, sed etiam existimo seculo duntaxat XII aut serius scriptam. Sicut autem Monachi, Normannorum fugientes violentiam, contenti refodisse ossa SS. Wandregisili et Ansberti, non curaverunt vel curare non potuerunt de corpore S. Wulfranni in vicino tumulo quiescentis; ita et multo minus videtur solliciti fuisse de corpore S. Eremberti in diversa S. Pauli ecclesia positi. Postquam vero prius illud feliciter repertum fuit anno MXXXVII solenniterque translatum, crediderim Gerardum Abbatem, restaurato a se S. Petri templo exornando, sacrisque Reliquiis locupletando intentum, venisse in memoriam S. Eremberti, quem in pridem desolata S. Pauli ecclesia tumultatum non ignorabat: atque huic etiam requirendo applicuisse animum, et repertum deposuisse in oratorio S. Martini, sed minori solennitate ac pompa; et privatis fere occultisque monachorum obsequiis; unde nec micacula emicuerunt, nec excitatus fuit populorum ad S. Erembertum concursus, qui ad S. Wulfrannum summus erat. Sicut autem tanta hujus Sancti celebritas fecit, ut isto thesauro cito spoliarentur Fontanellenses, ipso Abba-villam translato; ita alterum obscuritas sua illis servavit. An vero Reliquiæ, quas Fontanellæ honorari scribit Mabillonus, in propatulo habeantur; et si ita; quandonam ex S. Martini oratio extractæ sint, omnino nos latet.*

E
altera Trans-
latio facta
multa serius

videtur Ge-
rardo Ab.
post 1027
tribuenda.

F

VITA

Ex MS. Andreae Duchesne collato cum editionibus Catelli et Mabillonii.

Erembertus a igitur sanctus atque religiosus ortus est territorio Pincinacensi b, in loco nuncupato Viliolicorte, qui vicinus erat fisco quondam regio c Alpico, et fluvio magno Sequanæ, tempore Dagoberti Regis incliti, sive filii ejus Clodovæi. Deinde processu temporis seculi rebus spretis, in Fontanella monasterio, sub regimine sancti Patris Wandregisili, monachicum assumpsit habitum: sicque demum, Domino jubente, sub Rege Clothario d juniore, filio videlicet præfati Clodovæi Regis et Bathildis e Reginae, jussu Regum, populique electione, Tholosanæ urbis ordinatur Antistes. Consecratus ergo in

a
S. Erembertus
natus in die-
cesi Trecenti,
b
c
ex monacho

d
e
Episcopus,

A in Pontificem, indesimenter sanctæ religioni, castæque conversationi, ac imitandæ humilitati, continentia quoque laudandæ, lectioni sacræ, atque prædicationi cum operibus concordanti summo opere curam impendebat; atque adinstar magnæ lampadis lumine suorum meritorum in domo Domini fulgebat. Cujus qualia fuerunt vitæ merita non defuere attestantia virtutum signa; ex quibus unum memorabile huic opusculo censui præferendum.

invisit patriam

2 Quodam namque tempore egressus ab urbe, disposuerat animo patriam propinquosque invisere, quod et fecisse contigit. Denique prospere ceptum peragens iter, pervenit ad prædictam possessionem Viliolicortem, quam tunc germanus ipsius, nomine Gamardus, ex successione parentum jure hereditario possidebat. Morante autem eo in eodem loco, ignis repente vehemens exortus, eandem possessionem exurendam invasit. Cumque furentis incendii flamma, omnem absorptura vicum, ædificia ædificiis hærentia consumendo adiret, nullaque lympharum injectio quidpiam adjutorii inferret, quin sublimior ejusdem incendii vis assurgeret; vicani omnes,

et ortum incendium

13 jam nullam ereptionis loci spem habentes, intercessionem beatis Pontificis Eremberti contra tumidum efflagitant ignem. Erat autem in eodem loco basilica in honorem sancti Martyris atque Pontificis f Saturnini a præfato sancto Pontifice olim constructa, in qua tunc idem Præsul divinæ pietatis opem flagitabat, cum hæc ignis tempestas ingrueret. Tunc concitus clamor populi repercusso aere in altum attollitur, basilicæ fores a vulgo pulsantur, et ubi humanum deerat, divinum petebant auxilium citissime sibi affèri. At vero Antistes, aliorum casus considerans, compatiendo eorum miseretur querimonis; ac proinde pedum suum, id est, baculum incurvum Pastoralem, quem manu gestare solebat, extemplo obviam flammæ direxit furenti; iterumque humo prostratus orationi incubuit. Nec mora; in articulo suæ precis, atque in adventu baculi Pastoralis, contra ignem elatum destinati, Eurus, qui vico incendium sparserat, veluti habenis post tergum revinctus, contraque Austrum reflexus, primo vim sui furoris amisit, ac mox funditus flammarum globis sopitis sedatisque compescuit. Lacrymæ deinde populi vertuntur in gaudium, mæror exultationi dedit concitæ locum, auctorem hujus miraculi cunctipotentem Christum vox populi clara collaudat, et Erembertum Pontificem sanctum summi apud Dominum meriti fore pronuntiat.

pedo suo restinguit:

vadit ad monasterium Fontanellæ,

ubi sepelitur in ecclesia S. Pauli.

y

h

3 Sub eodem fere tempore secessit ad monasterium Fontanellæ, ubi tum temporis præerat Rector Lantbertus: ibique aliquantulum in sancta degens conversatione, ultimo confectus senio, languore corripitur parvo. Quo ad extrema perductus, inter divinas laudes et colloquia dulcia exhortationesque jucundas, Viaticum sumens, ac vexillo sanctæ Crucis se muniens, ultimumque valefaciens Fratribus, feliciter migravit ad Christum pridie Idus Maji, sepultusque est venerabiliter in Ecclesia S. Pauli Apostoli, primoque in inferiori parte ejusdem basilicæ, cum vero post aliquanta temporum intervalla honorifice g transferrentur Sanctorum corpora Confessorum, Wandregisili scilicet et Ansberti h, de præfata Basilica a S. Bains Episcopo, in ecclesiam S. Apostoli Petri; tunc in eminentiorem locum ejusdem ecclesiæ S. Apostoli Pauli positum est, ab eodem S. Bains Episcopo, corpus ejusdem sanctis-

simi Pontificis Eremberti, in apside videlicet prædictæ Basilicæ; in quo loco per multorum requievit curricula annorum, orationibus suis plebem Domini, illuc convenientem et obsecrantem in veritate Dominum, perpetim salvans, præstante omnium Salvatore Christo.

D
EX MS

4 Consequenti quoque tempore, germanus supra-dicti Præsulis Eremberti, Gamardus nomine, largitus est possessionem suam, quæ vocatur Viliolicorte, ditioni monasterii Fontanellensis; comaque capitis deposita monachus factus est: filiique ejus, Nammachus et Zachæus, similiter mundialium rerum ærumnis exuti, in eodem monasterio monachi effecti, cœlestia sperare didicerunt. Padum vero sancti Antistitis, in quo miraculum digne factum erat, longo annorum ævo in prædicta S. Saturnini Martyris mansit ecclesia; donec ea ruinis quassata ad vicum transferretur i Bruarium, una cum Episcopali ejusdem Pontificis vestimento. Allata vero est præfata k pedes postea ad Fontanellæ monasterium, quæ usque ad nostra mansit tempora. Ferunt quoque, quia in prædicto vico quidam Presbyter, minus religioni et honestæ deditus vitæ, vestimentum Sancti, quod in scrinio super altare pendenti servabatur, temere indui ausus est; in quo et temeritatem reatus sui et illius sanctitatem extemplo expertus est. Nam febre arreptus maxima, virtutem sancti confitebatur Antistitis: sicque diutius eadem molestia febris vexatus, tandem precibus sui Præsulis Eremberti salutem reimpetravit pristinam. Corpus vero præfati sancti Pontificis Eremberti de Ecclesia S. Pauli Apostoli translatum, requiescit nunc in Ecclesia S. Petri in oratorio S. Martini Pontificis.

Frater cum filius monachi fuit.

Vestes pro reliquiis servatas

i
h

Sacerdos improbus induens febris corripitur. l

Corpus translatum.

ANNOTATA.

a Apparet deesse Prologum.

b Pinciæcum seu Piscicæcum, S. Ludovici Regis natalibus clarum, vulgo Poissis, oppidum est vici Parisiensis, 3 leucis Lutetia dissitum, infra Sequanæ et Oesæ confluentes, Rotomagum versus.

c Alpicum, vulgo Portaupec, distat gemina leuca Pinciæo, proximum fumoso illi Palatio quod nunc S. Germuni in Lava dicitur. De hoc in Chronico Fontanellensi cap. 2 legitur, Chilbertum Regem concessisse Bains Abbati Villam quæ vocatur ad Picum, quæ sita est in pago Pinciæensi super alveum Sequanæ.

d Clotharii 3 annis primus cudit in annum Christi 636, finiturque ejus regnum an. 670.

e S. Bathildis colitur 26 Januarii, ad quem diem Vitam illustramus.

f S. Saturninus Episc. Tolosanus et Martyr colitur 29 Novembris.

g Jam diximus Translationis istius memoriam referri posse ad annum 712.

h Auctorem Chronici simpliciter secutus hujus Vitæ auctor addiderat et Wulfranni: sed ostendimus hunc, in ipso rerum agendarum vigore constitutum, apud Fresones Evangelium prædicasse, nec nisi anno 741 abiisse.

i Bruarium credo esse vicum prope Tolosam, vulgo Bruieres.

k Ita gemina impressio et egraphum nostrum: fortassis scriptum ab auctore fuerit pedi pars, cum antea constanter pedum nominetur.

VIDE APP-
TOM. VII MAJ
NOT. 86 **

DE SANCTO PASCHALE PRIMO

G. II

PONTIFICE ROMANO.

ANNO
DCCCLXIV

Sanctissimi Pontificis Paschalis primi celebris est in basilica Vaticana veneratio ad hunc XIV Maji, quod sacrum ejus corpus in dicta ecclesia ab ejus obitu fuerit sepultum, atque etiamnum quiescat. Lectiones 2 Nocturni incipiunt: Beati Patris Paschalis cum reliquis de Communi Pontificis et Confessoris. Oratio Exaudi quæsumus. Missa Sacerdotes tui, et dicuntur Gloria et Credo. Sacra ejus memoria inscripta est Martyrologii Romani tabulis hoc modo. Romæ S. Paschalis Papæ, qui plurima sanctorum Martyrum corpora e cryptis levavit, et in diversis ecclesiis honorifice collocavit. Ad quæ annotavit Baronius, extare Acta ejus in veteri codice manuscripto monasterii S. Cæciliæ trans Tiberim, descripta per lectiones, sicut in Ecclesia legi consueverant. Curavimus diligenter inquiri, ut hæc Acta nancisceremur: sed semper responsum tulimus, illa ibidem non amplius extare. Damus ergo, quæ in *Vitis Pontificum* scripsit Anastasius Bibliothecarius, fere synchronus, annis circiter quadraginta junior: et illis inserimus Sermonem seu Litteras ejus Apostolicas, de inventione et translatione corporis S. Cæciliæ et Sociorum: ut non mirum videatur si valde solennem cultum habuerit in dicta S. Cæciliæ Ecclesia. Est ejusdem S. Paschalis memoria in Bononia perstrata Masini, asserentis illustrem ejus Reliquiam asservari in ecclesia S. Francisci. Constantinus Ghinius cum inseruit suis *Natalibus Sanctorum Canonicorum*: at *Wion*, Dorganius, Menardus, Buccelinus inscripserunt *Martyrologio Benedictino*, quia Leo III Papa commisit ei regendum monasterium S. Stephani Proto-martyris: sed ejus illud instituti fuerit, non indicatur.

2 Ordinatum fuisse Dominica die in festo Conversionis S. Pauli xxv Januarii anno dcccxxvii, cum decessor Stephanus ante biduum obiisset, docet in serie *Chronologica Romanorum Pontificum*, danda ante alteram partem Maji. De hac ordinatione Eginhardus in *Annalibus de Gestis Ludovici Pii Imperatoris* ad dictum annum ista scribit: Paschalis successor electus, post completam solenniter ordinationem suam, et munera et excusatoriam Imperatori misit epistolam: in qua sibi non solum nolenti, sed etiam plurimum renitenti, Pontificatus honorem velut impositum asseverat. Missa tamen alia legatione, pactum quod cum præcessoribus suis factum erat, etiam secum fieri ac firmari rogavit. Hanc legationem Theodorus Nomenclator et detulit, et ea quæ petierat impetravit.

3 Dominabatur jam tum in Orientali Imperio impiissimus iconoclasta Leo Armenus, ejus tyrannidem in Vita S. Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani, a nobis ad diem xiii Martii illustrata, late describit Ignatius Diaconus ejus discipulus. Cumque in Patriarchæ exulantis Sedem intrusus esset Theodorus Cassitera, ausus hic fuit ad Paschalem Papam mittere apocrisarios: quos ab eo non fuisse receptos infra constabit. Habemus Vitam S. Theodori Studitæ, tunc etiam in exilium missi, a Michaele discipulo fidelissime scriptam, in qua ista de Paschale Papa leguntur: Misit etiam vir egregius quatuor Patriarchis epistolas, prudenter admodum atque opportune, antiquioris dico Romæ, et Hierosolymorum, Antiochiæ atque Alexandriæ. Quæ singule commemorabant, quemadmodum Christi imago contumeliose a persecutoribus tractata esset, et orthodoxi omnes in carcerem

et exilium missi, tum denique unumquemque excitabat ad defensionem operum ferendam periclitanti fidei ac veritati, quam falsitas sic opprimebat. Hæc ibi. Verum hæc manifesta sunt epistolæ 12 libri 3, cujus est hoc exordium: Paschali Papæ Romæ. In omnibus summa virtute prædito, lumini magno, Principi Sacerdotum primo, Domino nostro Apostolico Papæ Paschali, Joannes, Theodosius, Athanasius, Joannes, Theodorus, minimi Presbyteri et Præsides eorum, qui Catharæ, Pieridii, Eucariæ et Studiani. Dein aliquibus omissis ista habentur: Audi Apostolicum caput, a Deo præposite Pastor ovium Christi, Janitor regni cælorum, Petra fidei, supra quam ædificata est Catholica Ecclesia. Petrus enim tu, Petri Sedem exornans et gubernans. Lupi graves irruerunt in caulam Domini: portæ inferi, ut olim, raptæ sunt in ipsam. Quid hoc? Persecutionem patitur Christus cum matre et ministris. Siquidem contra imaginem incursus, prototypi est persecutio. Hinc detentio Patriarchalis capitis, et exilia et relegationes Archiepiscoporum et Sacerdotum et monachorum monacharumque, et compedes et vincula ferrea, tormentaque et ad extremum mors. O horribilem auditionem! Veneranda imago Salvatoris nostri Dei, quam et demones perhorrescunt, contumeliis affecta et ludibrio habita est, non solum in regia urbe verum etiam in omni regione et oppido. Altaria deleta sunt, templa destructa, sacra profanata, effusus est sanguis, et effunditur eorum qui retinent Evangelium: urgentur persecutiones et exilia eorum, qui adhuc reliqui sunt. Continent omne pium os metu mortis: aperta est adversaria et blasphemia lingua: commota est omnis earo in ambiguitate versans... Huc igitur ab Occidente, o Christi imitator, resurge, et ne repellas in finem. Tibi dixit Christus Deus noster: Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Ecce tempus, ecce locus: opitulare nobis, qui es a Deo ad hoc ordinatus: porrige manum, quantum fieri potest. Habes potestatem a Deo, eo quod omnium Princeps es, in quo positus es. Terreto, supplicamus, hæreticos feras calamo divini verbi tui. Pastor bone, pone animam pro ovibus, supplicamus etc.

4 Dolemus non extare litteras Apostolicas a S. Paschale tunc redditas, sed illarum meminit Theodorus Studita in epistola 35 ejusdem libri 2 ad Paschalem Papam, in qua sic scribit: Respexit nos Oriens ex alto Christus Deus noster, tuam in Occidente Beatitudinem, tamquam faciem quamdam divinitus lucentem, ad Ecclesiæ, quæ sub cælo est illuminationem, in Apostolica prima Sede constituens. Etenim spirituale lumen percepimus, qui in tenebris et in umbra mortis improbæ hæreseos tenebamur, et tristitiæ nebulam deposuimus, atque in spem optimam emersimus, cum didicissemus ex Fratribus et conservis nostris, quos misimus, qualia et quanta egerit et dixerit sancta Celsitudo vestra. Quando hæreticos quidem Apocrisarios velut fures, ne in sacrum quidem conspectum admisit: sed cum procul adhuc essent, merito rejecit. Nostris vero calamitatibus ex litteris, auditione et relatione Missorum compatiens, indoluit atque ingemuit Dei exemplo tamquam propriis membris. Ac re ipsa cognovimus, manifestum Apostolorum Principis successorem Romanæ Ecclesiæ præsidere: certoque nobis persuasimus

Cultus sacer,

Vita ab Anastasio Bibliothecario scripta,

Legatio ad Ludovicum Pium missa a Paschale,

qui ob persecutionem Leonis Armeni,

appellatur a S. Theodoro Studita,

E

ut laboranti Ecclesiæ CP. opem ferat:

Luc. 21.

F

rejecit Apocrisarios hæreticos,

admittit Catholicos.

A suasimus Dominum Ecclesiam nostram minime deseruisse : cui unum solumque a vobis auxilium hactenus, atque ab ipso exordio in occurrentibus molestiis Dei providentiâ concessum est. Vos igitur illimis ac sinceris ab initio fons orthodoxæ veritatis. Vos adversus omnem hæreticam procellam tranquillius sepositus portus Ecclesiæ universæ. Vos electa a Deo civitas refugii salutis.... Obsecramus ut consoletur nos sancta et Apostolica anima tua. Primum ne suas pro stabilitate et salute omnium Deum flectentes preces intermittat, obtestamur sacratissima viscera : deinde ut quæ Spiritus sancti instinctu pro humilitatis nostræ utilitate ac perpetua virtutis tuæ laude deliberavit et statuit, ad exitum Deo adjuvante perducatur. Ast Leone Armeno anno dcccxx nocte Nativitatis Christi occiso, subrogatus est Michael Balbus, cui Theodorus Studita scripsit epistolam 74 lib. 2 in qua sub finem ista habet : Nunc tempus acceptabile, nunc dies salutis, ut reconciliemur nos Christo, auspice et probante pacato tuo Imperio : ut uniamur nos vertici Ecclesiarum Dei Romæ, et per eam tribus Patriarchis, ut unanimiter uno ore glorificemus Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi.

felsci successu.

B 5 Illustravimus ad diem III Februarii Acta S. Ansharii Archiepiscopi Hamburgensis et duorum Sueonumque Apostoli et ad majorem rerum Danicarum notitiam, §. 10 deduximus viros Apostolicos, qui in conversione Donorum laborarunt, ac primo protulimus S. Willibrordum, qui inde triginta pueros abduxit : post quem Ebbo Archiepiscopus Remensis, consilio Imperatoris et Romani Pontificis auctoritate, prædicandi causa ad terminos Danorum accessit, multosque ex eis ad fidem venientes baptizavit. Uti referunt Annales Eginhardi, Bertiniani et Metenses ad annum dcccxxiii, et ad præcedentem Fuldenses. Erat tunc Romanus Pontifex S. Paschalis, cujus decretum super Missione Ebbonis edidimus ibidem §. 10, ubi inter alia sic scribit : Quia in partibus Aquilonis quasdam Gentes consistere, quæ necdum agnitionem Dei habuere, nec sacra unda baptismatis sunt renati, sub umbra mortis existere, et magis creaturæ quam Creatori ignava mente servire cognovimus ; idcirco præsentem reverendissimum Fratrem ac Coepiscopum nostrum Ebbonem, sanctæ Remensis Ecclesiæ Archiepiscopum, necessarium cum consensu fidelium duximus, illis in partibus pro illuminatione veritatis dirigendum.... Collegam divinæ huic administrationis Legationi providentes, Halitgarium religiosum adjicientes, ministrum constituimus, quatenus ad Sedem Apostolicam opportuno valeat tempore, de credito negotio, facilius præstante Domino intimare. Deinde ad eis subveniendum adhortatur alios. Fuit Halitgarus postea Episcopus Cameracensis, a Ludovico Pio missus Constantinopolim ad Michaellem Balbum Imperatorem circa annum dcccxxviii.

Mittit ad conversionem Danorum Ebbonem Archiep. Remensem,

et Halitgarium dein Episc. Cameracensem.

C 6 Allegantur apud Hieronymum Rubem lib. 5 Historiæ Ravennatum litteræ Paschalis Papæ, ad Petronacem Archiepiscopum ejusdem Ecclesiæ, quibus privilegia omnia, quæ a superioribus Pontificibus fuerunt comprobata, sua auctoritate confirmat. Hæ litteræ, inquit Rubeus, adhuc extant in arboris cortice, cujus est longitudo duorum cubitorum, unius latitudo : exarata characterè Longobardo pulcherrimo, lineis inter se duobus transversis digitis distantibus, sed pluribus locis exesæ, scriptæ in mense Julio, Indictione XII. Proinde anno dcccxxix. Illæ autem litteræ ita imperfectæ ex Rubeo extant in Tomis Conciliorum, et apud Ughellum tomo 2 Italiæ sacræ in Archiepiscopis Ravennatibus columna 344.

confirmat privilegia Ecclesiæ Ravennatensis.

7 Eginhardus in Annalibus de Gestis Ludovici Pii Imp. ad annum dcccxxi meminit duarum Legationum Paschalis Papæ ad dictum Imperatorem. Priorem

exceptit mense Majo Noviomagi, quam gesserunt Legati Petrus Centumcellensis Episcopus et Leo Nomenclator, qui fuerunt celeriter absoluti. Posteriores Legati Theodorus Primicerius ac Florus cum magnis muneribus venerunt Theodonis-villam mense Octobri. Quæ autem negotia per eos tractata fuerint, non indicatur. Anno postea dcccxxiii apud eundem Eginhardum Lotharius, cum secundum patris jussionem in Italia justitias faceret, et jam se ad revertendum de Italia præpararet, rogante Paschale Papa Roman venit, et honorifice ab illo susceptus, in sancto Paschali die apud S. Petrum Regni coronam et Imperatoris et Augusti nomen accepit. Inde Papiam regressus, mense Junio ad Imperatorem venit...

8 Huic nuntiatum est Theodorum Romanæ Ecclesiæ Primicerium, et Leonem generum ejus in Patriarchio Lateranensi primo excecatos, ac deinde fuisse decollatos : et hoc ideo eis contigisse, quod se in omnibus fideliter erga partes Lotharii juvenis Imperatoris agerent. Erant et qui dicerent, vel jussu vel consilio Paschalis Pontificis rem fuisse perpetratam. Ad quod explorandum ac diligenter investigandum missi sunt Adalungus Abbas monasterii S. Vedasti, et Hunfridus Comes Curiensis. Sed antequam illi fuissent profecti, venerunt Legati Paschalis, Joannes Episcopus Silvæ candidæ, et Benedictus Archidiaconus sanctæ Sedis Apostolicæ, rogantes Imperatorem, ut illam infamiam a Pontifice auferret, qua ille in memoratorum hominum necem consensisse credebatur. Quibus cum ille, juxta quod ratio postulabat, respondisset : prædictos Legatos suos ad investigandam rei veritatem, sicut prius disposuit, Romam ire præcepit... Legati Romam venientes, rei certitudinem assequi non potuere : quia Paschalis Pontifex se ab hujus facti communiione cum magno Episcoporum numero jurejurando purgavit : et interfectores prædictorum, quia de familiæ, S. Petri erant, summopere defendens, mortuos velut majestatis reos condemnabat, jureque cæcos pronuntiabat. Atque ob hoc cum prædictis qui ad eum missi fuerant Legatis, Joannem Silvæ candidæ Episcopum ac Sergium Bibliothecarium, Quirinum quoque Subdiaconum ac Leonem Magistrum militum ad Imperatorem misit Qui cum tam per illos quam per suos Legatos de sacramento Pontificis et excusatione rerum comperisset, nihil ultro in hoc negotio sibi faciendum ratus, memoratum Joannem Episcopum et socios ejus ad Pontificem dato convenienti responso remisit.

D AUCTORE G. II 2 legationes anno 821 mittit ad Ludovicum,

Lotharium Imp. coronat,

calumniam passus ob necem Primicerii,

E

coram Episcopo excusatur.

9 Migravit S. Paschalis e Sede sua Pontificia ad celestem gloriam anno dcccxxiv, cum præfuisset Ecclesiæ annos septem mensis quinque et dies septemdecim, scilicet a xxviii Januarii anni dcccxxvii, ad hunc xiv Maji; quo die ejus etiam nunc festum aji supra relatum est. Errorem qui sub initium Vitæ irrepserat correximus, cum menses quinque et dies sexdecim legerentur.

F moritur an. 824

VITA

Auctore Anastasio Bibliothecario.

CAPUT I.

Virtutes Pontificatus. Exornatæ ecclesiæ SS. Petri, Mariæ, Præcedis, incendium restinctum.

Paschalis, natione Romanus, ex patre Bonoso sedit annos septem, a menses tres, dies septemdecim. Qui a primævo ætatis suæ tempore divino cultui mancipatus, atque in sacrosactæ Ecclesiæ Patriarchio studiis divinæ salutiferæque Scripture imbutus, tam in Psalterio quam in sacris paginis novi ac veteris

u Excellentis doctrina

et sanctitate vitæ:	<p>A veteris Testamenti specialiter eruditus, elegans atque in omni bonitate perfectus, Subdiaconus quidem factus, et postmodum Diaconus atque Presbyter est honorifice consecratus. Erat autem vir sanctus, castus, pius, magnanimus, loquela devotus, pudicitia plenus, et nimis hilariter jucundeque in elemosynis pauperum cuncta quæ habebat opportune distribuens. In colloquiis ergo divinis frequentius cum religiosiis ac sanctis monachis sedula observatione die noctuque insistebat, et in orationibus ac vigiliis quotidianisque jejuniis humiliter atque honeste vivebat.</p>	<p>in loco Ferraræ <i>f</i> altare constituit, in quo et venerandum B. Sixti <i>g</i> Martyris atque Pontificis corpus honestissime collocavit: ubi et desuper arcum musivo exornatum decenter instruxit. Simili modo in eadem sacratissima beati Petri Apostoli ecclesia juxta ingressum, qui ducit ad B. <i>h</i> Petronillam, oratorium summæ magnitudinis atque pulchritudinis decoranter construxit: et super columnas in quadriforcio <i>i</i> cameram musivo pulchrisque metallis decoravit. In quo et corpora beatissimorum Martyrum <i>k</i> Processi et Martiniani, ad honorem et gloriam omnipotentis Dei, memorialiter honorificeque recondidit. In cujus absidam imaginem pulcherrimam de argento exauratam cum diversis historiis inter marmorum conerustationes ordinatas infixit, quæ pensant libras sexaginta duas et semis, simulque et lilia de argento pensantia libras decem et septem et uncias duas. Nec non et gabathas <i>l</i> ex argento purissimo numero septem, pensantes simul libras tredecim, semis, et uncias duas. Imagines etiam de argento exauratas fecit in eodem venerabili loco numero tres: unam Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, et duas aliorum beatorum Martyrum Processi et Martiniani, pensantes insimul libras triginta et sex. Nec non et aliam imaginem ex auro purissimo obtulit ad ornatum jam prælati oratorii, pensantem libras tredecim et uncias tres. Simili modo canistra ex mundissimo argento numero octo, pensantia omnia libras tres et quadraginta. Pariterque et concham <i>m</i> ad spongiam, pro nocturnis diligentibus, ibidem ex argento constituit, pensantem libras septem et uncias novem. Immo et claves <i>n</i> in modum Crucis, ex auro purissimo seu gemmis miræ decorationis exornatas, in eodem venerabili loco, merito decoravit... Ubi etiam regularem <i>o</i> ordinavit, quem laminis argenteis superinduxit, pensantibus libras viginti: super quem constituit arcus duos de argento, et gammadias <i>p</i> quatuor, quæ simul pensant libras sexaginta. Propitiatorium etiam altaris ex laminis argenteis exornatum circumduxit, atque sacram confessionem ejus interius exteriusque cum rugulis suis nobilissime circumstruxit... Et super altare eorundem beatissimorum Martyrum vestes duas instituit, ex quibus unam <i>q</i> de fundato cum cruce de <i>r</i> chrysoclavo, et alteram de quadrapulo mirifice exornavit. Vela quoque majora de fundato numero septem, cum periclysi <i>s</i> de blattin circumcisa, similiter decoravit.</p>	<p>D <i>f</i> <i>g</i> S Sixti, <i>h</i> <i>i</i> <i>k</i> SS. Processi et Martiniani</p>
<i>b</i> præficitur monasterio S. Stephani.	<p>2 Quem dum prædecessor ejus Dominus <i>b</i> Leo ter beatissimus Papa tantis studiis pervigilem et religionis devotum conspexisset; tunc ei monasterium B. Stephani primi Martyris, juxta basilicam B. Petri Principis Apostolorum, ad regendum commisit: quia scriptum est: Nemo lucernam accendit, et in abscondito ponit, neque sub modio sed super candelabrum: ut, qui ingrediuntur, lumen videant. Unde qui sibimet vitæ hujus temporalis lucra pro æterno sobrie atque utiliter moderando correxit, exemplum bene vivendi in subditis, et correctionem pietatis religiosius exornavit. Qui etiam gratiam hospitalitatis peregrinis, qui ob amorem B. Petri Apostoli de longinquis regionibus ad ejus lumina occurrebant, utiliter præparans necessaria subministrabat, et occulte, quibus egebant, hilariter erogabat.</p>	<p>Matth. 5</p>	<p><i>l</i> et horum oratorium varie exornat:</p>
<i>c</i> deinde omnium consensu eligitur Pontifex,	<p>3 Et semper quotidie in Dei operatione crescebat, usquequo prædecessor ejus Dominus <i>c</i> Stephanus Papa de hac luce ad æternam beatitudinem migrasset. Dum ergo, per tanta bonæ operationis exempla præcipue, longe lateque fama discurreret; et omnipotens Deus regimen Ecclesiæ suæ sub piæ gubernationis cura annueret apte moderateque disponere; una concordia, una eademque voluntate, divino interveniente consultu, a cunctis Sacerdotibus seu Proceribus atque omni Clero, nec non et Optimatibus vel cuncto populo Romano, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, in Sedem Apostolicam Pontifex elevatus est. Erat enim Patrum præceptorum seu institutorum Pontificum, atque canonum, nec non legum sanctionumque decentissimus observator; et cuicunque justitiæ normæ, a tempore ordinationis suæ, nobilissimus promulgator: tardus ad irascendum et velox ad miserandum. Nullum malum pro malo reddens, neque vindictam secundum cujusquam commissum tribuens; sed semper misericors pia dilectione omnibus civibus, et a Deo commisso populo Romano amator et gubernator existerat. Omnium etenim Ecclesiarum Dei cum summo studio atque summa providentia pro solita religionis cura cultor, restaurator, atque in omnibus devotissimus exornator fuit. Hic beatissimus Præsul multa corpora Sanctorum requirens, invenit. Quæ et diligentius intra civitatem, ad honorem et gloriam Dei, honeste recondidit. Rogam <i>d</i> etiam omni Clero suo in Presbyterio profecto multipliciter ampliavit; et omnem thesaurum in sacrario cœlesti recondidit, maxime propter captivos et exules, eos non tantum a transmarinis <i>e</i> regionibus viros ac mulieres auro seu argento redimens, verum etiam per longinqua viarum itinera passim perquirendo, tam in Hispaniæ partibus, quamque per singula loca inveniens, sicut bonus et verus pastor, ad propria perduxit.</p>	<p>Matth. 5</p>	<p>E <i>m</i> <i>n</i> <i>o</i> <i>p</i></p>
<i>d</i> transfert Corpora	<p>4 Fecit autem in sacro altari B. Petri Principis Apostolorum vestem miræ magnitudinis, pulchram et decoratam nimis, ex auro gemmisque contextam, præfigurantem historiam, qualiter idem Apostolus a vinculis per Angelum erectus est. In ejusdem venerabili basilicâ ante aditum, qui ducit ad corpus,</p>	<p>5 Sed neque hoc silentio prætereundum esse arbitramur, quod eodem tempore diabolica operante verstitia, per quorundam gentis Anglorum desideriam, ita est omnis illorum habitatio, quæ in eorum lingua <i>t</i> burgus dicitur, flamma ignis exundante combusta, ut etiam nec vestigia pristinæ habitationis in eodem loco inveniri potuissent: cujus exuberantis incendio pœne totam porticum, quæ ducit ad basilicam principis Apostolorum, ignis fomes devastavit. Et dum hæc ter beatissimus Pontifex quasi hora noctis conticinio persensisset, subito propter amorem ecclesiæ B. Petri Apostoli, atque tantam peregrinorum illorum devastationem, nudis pedibus discalceatus pederter encurrit. Cui tanta omnipotentis Dei in ejus adventu misericordia adfuit, ut locum, in quo prius idem coangelicus Pontifex constitit, nequaquam ulterius impetus ignis transgredi permisit. Sed ipse Dei clementiam exorando, et multitudo fidelium qui adorant decertando, acies ignis miserante extincta est: sicque peractum est, ut totius noctis spatium usque ad auroram perseverans in eodem loco perstiterit. Unde postmodum ter beatissimus Pastor, considerans illorum peregrinorum inopiam, quæ ob insidias diabolicæ fraudis irrepsit, tanta dona tantaque beneficia, sicut semper solitus erat, in eorum necessitatibus impertivit <i>v</i> in auro et argento,</p>	<p>F <i>t</i> incendium in ædibus Anglorum excortum, <i>exorando</i> <i>extinguit</i>:</p>
<i>e</i>	<p>4 Fecit autem in sacro altari B. Petri Principis Apostolorum vestem miræ magnitudinis, pulchram et decoratam nimis, ex auro gemmisque contextam, præfigurantem historiam, qualiter idem Apostolus a vinculis per Angelum erectus est. In ejusdem venerabili basilicâ ante aditum, qui ducit ad corpus,</p>	<p>5 Sed neque hoc silentio prætereundum esse arbitramur, quod eodem tempore diabolica operante verstitia, per quorundam gentis Anglorum desideriam, ita est omnis illorum habitatio, quæ in eorum lingua <i>t</i> burgus dicitur, flamma ignis exundante combusta, ut etiam nec vestigia pristinæ habitationis in eodem loco inveniri potuissent: cujus exuberantis incendio pœne totam porticum, quæ ducit ad basilicam principis Apostolorum, ignis fomes devastavit. Et dum hæc ter beatissimus Pontifex quasi hora noctis conticinio persensisset, subito propter amorem ecclesiæ B. Petri Apostoli, atque tantam peregrinorum illorum devastationem, nudis pedibus discalceatus pederter encurrit. Cui tanta omnipotentis Dei in ejus adventu misericordia adfuit, ut locum, in quo prius idem coangelicus Pontifex constitit, nequaquam ulterius impetus ignis transgredi permisit. Sed ipse Dei clementiam exorando, et multitudo fidelium qui adorant decertando, acies ignis miserante extincta est: sicque peractum est, ut totius noctis spatium usque ad auroram perseverans in eodem loco perstiterit. Unde postmodum ter beatissimus Pastor, considerans illorum peregrinorum inopiam, quæ ob insidias diabolicæ fraudis irrepsit, tanta dona tantaque beneficia, sicut semper solitus erat, in eorum necessitatibus impertivit <i>v</i> in auro et argento,</p>	<p><i>v</i></p>

A argento, et tam corporum indumenta, quam reliqua necessaria alimenta omnia uberius subministrabat: sed et silvarum copiam pro lignorum utilitate, quatenus domicilia, sicut ante in eodem loco fuerant, utiliter restaurarent. Porticum etiam, quæ ab eadem clade vastata est, decentius quam fuerat in melius firmissime restauravit.

et exusta
restaurat.

In ecclesia
S. Petri of-
fert vela,

x
renovat Ec-
clesiam S.
Praxedis,

B
infert corpora
Sanctorum,

y
et Cenobium
Græcis con-
struit,

aa

bb

cc

dd

ee
Ecclesiam
S. Mariæ
restaurat
et exornat:

6 Hic præclarus et venerabilis Pontifex fecit in ecclesia B. Petri Apostolorum Principis nutritoris sui, vela de chrysoclavo per arcus Presbyterii, habentia historiam de mirabilibus Apostolorum, quæ per eos Dominus operari dignatus est, numero quadraginta et sex. Ecclesiam etiam beatissimæ Christi Martyris Praxedis x, quæ quondam prisca ædificata temporibus, nimio jam lassata senio, ita ut a fundamentis casura, ruinam sui minaretur, idem venerabilis Pontifex (illius ruinam ante providens, eidemque ecclesiæ curam adhibens, illic pervigil sæpius existens) in alium non longe demutans locum, in meliorem eam, quam dudum fuerat, erexit statum. Absidam vero ejusdem ecclesiæ, musivo opere exornatam, variis decenter coloribus decoravit. Simili modo et arcum triumphalem ejusdem metallis mirum in modum perficiens composuit. Hic beatissimus et præclarus Pontifex multa corpora Sanctorum, diutius in cœmeteriis jacentia, pia sollicitudine, ne remanerent neglectui, quærens, atque inventa colligens, magno venerationis affectu in jam dictæ sanctæ Christi Martyris Praxedis ecclesiam, quam mirabiliter renovans construxerat, cum omnium advocacione Romanorum, Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, et Clericis laudem Deo psallentibus deportans, recondidit. Quæ dum sanctissimi atque coangelici Præsulis intima cordis vigilantia gererentur, ut reconditorum ibidem sanctorum corporum, Deo indesinenter super astra placentium, precibus apud omnipotentem Dominum juvaretur; construxit in eodem loco a fundamentis cœnobium, quod et nomine Sanctæ Praxedis Virginis titulavit: in qua et sanctam Græcorum y congregationem aggregans, quæ die noctuque Græcæ modulationis psalmodiæ laudes omnipotenti Deo Sanctisque illius ibidem quiescentibus sedulo persolveret, introduxit. Siquidem in eodem venerabili monasterio plurima conferens prædia, et possessionum loca urbana vel rustica, superflue atque abundanter ditavit. Quin imo et in eadem ecclesia fecit oratorium B. Zenonis et Christi Martyris, ubi et sacratissimum ejus corpus ponens, musivo amplianter ornavit. Fecit autem in eadem ecclesia ciborum aa ex argento, pensans libras octingentas et decem, immo et propitiatorium bb sacri altaris ex argenteis laminis mirifice exornavit. Confessionem cc denique ejus, cum rugulis suis interius exteriusque vallatam, pulcherrime composuit atque decoravit, quæ simul pensant libras trecentas. Super ejusdem venerabilis [ecclesiæ] altare fecit regnum dd spanoclystum ex auro fulvo, seu diversis lapidibus exornatum, pensans libras quinque et uncias duas et semis. Et in eodem sacro altari fecit vestem de chrysoclavo, cum diversis historiis miræ magnitudinis atque pulchritudinis exornatam. Item, ubi supra, obtulit aliam vestem chrysoclavam, ex auro gemmisque confectam, habentem historiam Virginum cum facibus accensis, mirifice comptam atque decoratam. Ad sacrum denique ejusdem Virginis corpus obtulit imaginem ex laminis argenteis præfiguratis, pensantem libras nonaginta et novem. Hic benignissimus Præsul fecit in jam dicto monasterio oratorium B. Agnetis Christi virginis, miræ pulchritudinis exornatum.

7 Ecclesiam ee denique Sanctæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ Dominæ nostræ, quæ appellatur Dominica, olim constructam et jam ruinæ proximam, solerti vigilantia præfatus Pontifex

Maji T. III

ampliolem melioremque, quam ante fuerat, a fundamentis ædificans, renovavit. Absidamque ejusdem ecclesiæ musivo mirifice decoravit. Ubi etiam et plurima obtulit dona, scilicet ciborium ex argento, pensans libras trecentas triginta et duas. Propitiatorium sacri altaris ex laminis argenteis compe decoravit. Confessionem quoque ejus cum rugulis intus et foris mirum in modum perficiens adornavit, pensantem libras centum et quindecim et uncias tres. Item, ubi supra, fecit gabatham ex auro purissimo, pensantem libras duas et uncias octo. Verum etiam et arcum ex argento, et columellas duas cum gammadiis duabus... Immo et in sacro altari fecit vestem de chrysoclavo, habentem historiam Dominicæ Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, miræ pulchritudinis exornatam. Ite. n, ubi supra, fecit vestem de stauraci ff pulcherrimam cum periclysi de bl... Item aliam vestem de blattin bizantæa gg habentem tabulam de chrysoclavo, cum vultu sanctæ Dei genitricis, et Angeli obsequio, stantes cum periclysi de stauraci. Pariterque aliam vestem de stauraci habentem pavones, et in medio crucem de blattin. Porro et vestes duas de quadrapulo, habentes in medio crucem de blattin. Item, ubi supra, fecit vestem ex auro textam cum periclysi de blattin. Coopertorium rubeum de serico unum. Fecit etiam in circuitu altaris vela rubea serica quatuor cum gammadiis, et Cruces de quadrapulo. Hic venerabilis Præsul obtulit in trabe ante vestibulum altaris vela Tyria tria, et de quadrapulo quinque. In arcus majores ejusdem ecclesiæ fecit vela de quadrapulo numero viginti, et per arcus Presbyterii vela parva de stauraci quatuor, simulque in ingressu Presbyterii vela Tyria duo. Hic benignissimus Pontifex fecit in ingressu jam dictæ Ecclesiæ cortinas majores de quadrapulo cum periclysi de fundato mirifico valde.

D
EX ANASTASIO.

gg

E

ANNOTATA.

a De his mensibus et diebus supra actum.

b Leo III Papa sedit ab anno 799 ad an. 816.

c Stephanus V, dicti Leonis successor, e vita decessit 22 Januarii anno 817, et cessasse Episcopatum duos dies asserit Anastasius.

d Roga stipendium militare, et sæpius honorarium donativum, ab erogando dicta videtur, etiam Græcis medio ævo nota: videndus de hac voce Gerardus Vossius prolixè nuctores referens et expendens lib. 3 de Fitiis serm. cap. 43.

e Constantinopoli scilicet et Imperio Orientali, ubi Leonem Armenum iconomachum sævisse supra dictum.

f Ferratiæ nomine intelligo locum peribolo ferreo circumseptum.

g Hic est Sixtus I Papa, cujus Acta dedimus 6 Aprilis, et cap. 2 de sepultura et translatione egimus, atque corrigi cupimus, quod ex Onuphrio hæc tribuerimus Paschali II, Reliqua ibidem deducuntur.

h Acta S. Petronillæ illustremus ad diem 31 hujus mensis Maji.

i Camera proprie significat fornica.

k Coluntur SS. Processus et Martinianus, Romæ sub Nerone passi, die 2 Julii.

l Gabathas, Angelus de Nuce in notis ad cap. 27 Chronici Cassin. ltt. k intelligit Vasa escaria concava: sed cum in Leone IV Anastasius eas repræsentet pendentes ex catenulis, aliud hic non possumus intelligere quam lampadis pensilis genus, ea forma ut subtus ipsum quo oleum continetur vas, dependeat pelvis rotunda ac satis profunda iastar luncis, ad decidas guttas ne pavimentum inquinent, excipiendas: cujusmodi in vasis Romanis ecclesiis etiam hodie videri te-

A *statur Magrius in notitia vocabulorum ecclesiasticorum: vidimus etiam nos ejusdem plane formæ pensilia candelabra.*

EX ANASTASIO.

m Concha quid sit explicat Anastasius ipse in *Hilario*. Fecit lacum porphyreticum, choncha adsita in medio aquam fundente: cur autem hæc dicatur facta ad spongiam pro diligentis nocturnis, divinando varia, necdum assequor. *Infra num. 13* dicitur Concham ex argento fuisse idem Pontifex, ubi et caput S. Cæcilie condidit: adeo ut pro quolibet vase, conchæ formam habente, usurpari vocem eam appareat.

n Claves intelligo Pontificias decussatas, uti nunc in Pontificum insignibus fert usus.

o Anastasius in *Stephano 2* Fecit et tres Regulares argenteas super rugas. Quod autem hoc loco ruga, mox dicitur rugula: quæ non est aliud, quam velum quodam ostiis aut etiam imaginibus: ita dictum, quia dum reducitur, in rugas seu plicis vol. Sic in ordine Romano dicitur Acolyti qui rugam conservant, eomodo quo *Suerellanus major in aula Bruzelliensi* dicitur observare Cortinam. Ast, inquit, num. 20 nominantur rugæ ex argento pensantes libras 66: res igitur ex metallo fusa aut cusa significatur, non pannus argenteo filo intextus. Verum quid velit laminas argenteas solidas sic conformari, ut se invicem comprehendentes in lateribus, desuperque ex annulis pensiles, eundem plane quem cortinæ aut vela usum habeant, ac fere etiam formam eandem: Porro Magrius Regulares, putat esse virgas, per quas ducuntur annuli ex quibus dicta vela pendent. Verum Anastasius, cum in *Hadriano* dicit ab eo curatis fieri columnas argenteas sex et regulares duos de argento purissimo; item super columnas argenteas regularem investitum argento; et Vela pendentia in regulari ante imagines, grandius aliquid et spectabilius denotat; videlicet, limbum (Cornicem seu Coronidem Architecti nuncupant) procurrentem super epistylia columnarum et annulos ac virgas sive regulos, ex quibus pendebant rugæ seu rugulæ, id est vela. Notum est autem altaria antiquitas circumduci solita velis, inter columnas infra limbum talem pendentibus.

p Gammadia seu Gammadium Magrio est vestis litteris Γ intextis, sic ut ea littera quadrupliciter locata, crucem constituat hoc modo: **Γ** cuiusmodi textura in Sacerdotalibus Græcorum **Γ** casulis usitatissima est: quidni eodem modo de-**Γ** scripta orbicularis scutella, ad utrumque ge-**Γ** mini arcus cornu emittens, idem nomen hic ferat.

C d Vestis de fundato, dici mihi videtur auro intexta super fundum holosericum aut e contra: quid autem sit vestis de quadrapulo non ita pronum est divinare, textura forsitan tessellata significatur.

r Crux de chrysoclavo id est ex panno Chryso sive auro-clavato.

s Periclysis haud dubie limbum circumeuntem notat, a περικλῆσις circum fundo. Porro Blattin, Blattum, Blatta purpura est, Blatteus purpureus.

t Spelmanus in *Glossario* variam Burgi significationem proponit, tandemque etiam accipi docet pra habitaculo, sed munito seu circumsepto: quod autem Codices aliqui Baxus habeant, uti ea vox Anglosaxonibus in usu aliquo fuisse non probatur, ita merito rejicienda videtur.

v Exemplaria omnia sic legunt, tam in auro et argento vel corporum indumenta, quod placuit levi mutatione ad sensum aptiorem reducere.

x Colitur S. Praxedis 21 Julii, et soror ejus Pudentiana, et utriusque pater S. Pudens 19 Maji, ad quem diem omnium Acta referuntur.

y Eorum scilicet monachorum, qui maximo numero pellebantur ex monasteriis, iconomachorum furori obnoxii.

z Zeno Martyr Romanus cum quamplurimis sociis

inscriptus est Martyrol. Rom. ad diem ix Julii, qui videtur hic intelligi.

aa Ciborium, aliæ nationes tabernaculum fere appellant; diciturque non tantum de eo loco, in quo reconditur Christi corpus (etsi hinc primo sumptæ sit ciborii appellatio) sed etiam ubi conduntur Reliquiæ: et talia sæpe videntur Romæ, sic exstructa et elevata supra altare, ut huic pro lecto sint, quatuor columnis sustentata.

bb Propitiatorium quid fuerit in lege veteri notum est, tabula scilicet aurea, quam supra Arcam tendebant hinc inde stantes Seraphini: hic autem videtur intelligi tabula super altare erecta, et Sanctorum imaginibus distincta, ante quam disponebantur sena cum cruce candelabra: unde in usu sacrorum remansit, ut ad eandem tabulam utrimque binæ incensationes dirigantur, velut ad imagines ibi expressas. Est tamen infra etiam Propitiatorium seu Confessio, cujus ipsum videtur esse quasi pars, ipse scilicet paries, sanctorum Martyrum sepulchris prætextus sub loco altaris, et simili decore ornatus.

cc Confessio, Græcis μαρτύριον, est infra altare locus profundior, quo ingrediuntur fideles, ipsa Sanctorum corpora, sub altari post Propitiatorium jam dictum quiescentia, veneraturi.

dd Regnum, id est corona: ita ad *Hormisdam* venisse regnum a Francorum Rege cum gemmis pretiosissimis dicit Anastasius: hodieque etiam usus obtinet ut corona Pontificia (quæ modo est triplex) regnum appelletur. Quid autem regnum spanoclystum? ex σπᾶνος rarus et κλύσις fundo? æstimo coronam interrasilem reddi posse, ita scilicet ex auro fusam, ut non sint instar pilei undique clausa, sed per intervalla rareseat ornotu varia, ut solent Imperatoris coronæ pingi coeuntibus superne quasi foliis floribusque instructæ. Sic infra num. 20, nominatur Propitiatorium sacri altaris Spanoclystum, id est interrasile seu transparentis aut perforatum.

ee Est hæc Ecclesia in monte Celio, vulgo jam S. Maria della Navicella dicta: in qua isti versus leguntur ex hisce Actis formati.

Ista domus pridem fuerat confracta ruinis:
Nunc rutilat jugiter variis decorata metallis:
Et decus ecce suum splendet, ceu Phœbus in orbe,
Qui post furva fugans tetra velamina noctis.
Virgo Maria tibi Paschalis, Præsul honestus,
Condidit hanc aulam lætus per secla manendam.

Ibidem pro insignibus Papæ nomen ejus hoc modo exprimitur: estque statio Quadragesimalis ibidem Dominica secunda. Consule *Historiam Stationum Romanarum a Pomponio Ugonio illustratam*.

ff Vestis de Staurici, id est de panno, non pompynis seu corymbis tortilibus intexta, uti interpretatur Vossius, quia σταυράκια dicantur pampini; sed cruculis, ut a σταυρός crux fiat σταύραξ, et hinc diminutive σταυράκιον. Sic Anastasius in *Hadriano* habet cortinus de palliis stauracinis seu quadrapulis et vela stauracina sen octapla: dicuntur autem quadrapula et octapla a figura scutellorum cruce signatorum quadrata vel octogona, quibus ipsas cruculas includentibus conspersa erat ejusmodi textura.

gg Bizanthea forsitan dicta hæc purpura, quia ex Bizacena Africa provincia: invenitur tamen etiam scriptum Byzantea, quasi a Byzantio: utrumque igitur, ut scriptum retinemus, donec aliunde plus lucis affulgeat.

CAPUT II.

Ecclesia S. Cæcilie constructa et ornata. Ejus et aliorum corpora inventa ac translata.

Christi omnipotentis Domini famulus, et prænominatus Pontifex, maximam Dei Ecclesiarum curam et

VIDE APP.
TOM. VII MAII
NOT. 87**

E

VIDE UT SUPRA
NOT. 88**

F

A et solitudinem prævidendo indesinenter gerens, cum quadam die orationis studio ad sanctæ Dei Virginis Christique Martyris *a* Cæcilie ecclesiam adveniret, nimio jam quassatam senio, ejusque mœnia, etiam a fundamentis ruitura videos, quæ per olitana tempora defectu vetustatis marcuerant, et pæne ruinis confracta diu antiquitus lacerata manebant; dato studio in eodem loco magnifico opere novam construere ecclesiam cœpit; et perficere formam meliorem, quam fuerat, studuit. Sed neque illud prætereundum esse existimamus, *b* dum quadam die ad beati Petri Principis Apostolorum ecclesiam pergeret, quatenus apud eundem B. Petrum Apostolum solito more vigiliis celebraret, et ante ejusdem confessionem matutinales lucescente Dominica laudes residens decantaret; subito depressus sopore vidit assistentem sibi virginali aspectu puellam, angelicis vestibus decoratam, talia locutionis affamina protulisse: Multas tibi gratias ferimus, quia certamen, quod de me posueras, frustratorias relationibus pervulgatis aures accommodans *c* non reliquisti: quippe qui tanto penes me fuisti, uti proprio loqui invicem ore valeremus. Hæc jam sæpe præfatus Pontifex diligenter audiens, studiose requirere cœpit, quæ esset ipsa, quæ talia illi verba diceret, vel quo nomine vocaretur. Cui illa respondit: Si nomen inquiris, Cæcilia famula Christi vocor. Ad quam summus inquirens Præsul: Quomodo hoc credere possum, eo quod olim fama relatum sit, quatenus ejusdem venerabilis Christi Martyris Cæcilie corpus ab *d* Aistulpho Longobardorum Rege, hostiliter Romam obsidente, furtim ab illius hominibus fuisset ablatum. Cui talia Venerabili Pontifici infimanti, omnipotentis Dei famula dixit: Quia me desideranter ut invenirent Longobardi quæsierunt, omnino verum est: sed Domini mei Jesu Christi opitulatione, et Domine meæ sanctæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ auxilio, neque me invenire neque deportare, sicut voluerant, hinc longius potuerunt. Et ideo sicut me quærere cœpisti, qualiter me invenias assiduo labori non desistas incumbere: quia Domino Deo, pro ejus amore et honore passa sum, placuit, ut tu me invenias, et in ecclesia quam noviter construxisti recondas. Et hæc dicens ab oculis aspicientis ablata est.

9 Tunc isdem venerandus Pontifex matutinalibus laudibus persolutis, pro tam certæ et indubitabilis revelationis indicio cœpit hæc illacque operosius quærere, ubi sacratissimum ejus corpus jaceret humatum. Quod tribuente Deo dum sollicite quæreret, reperit illud in cœmeterio *e* Prætextati, sito foris portam Appiam, aureis vestitum indumentis, cum corpore venerabilis sponsi sui Valeriani: pariterque et lintamina, Martyris ipsius sanguine plena, quando ab impio percussa carnifice, Christi Domini Martyr est regnantis in secula consecrata. *f* Quæ cuncta suis pertractans manibus collegit, et cum magno honore infra muros hujus Romanæ Urbis, in ecclesia nomine ipsius sanctæ Martyris dedicata, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, ejusdem Virginis corpus cum carissimo *g* Valeriano sponso, atque Tiburtio et Maximo Martyribus; nec non Urbano *h* et Lucio Pontificibus, sub sacrosancto altari collocavit. *i* Pro quorum Sanctorum honore videlicet et opitulatione construxit monasterium, in honorem Virginum seu Martyrum Agathæ et Cæcilie, juxta ipsius ecclesiam, in loco qui dicitur Colles jacentes. In quo et monachorum Deo servientium congregationem, pro quotidianis laudibus in præfato titulo S. Cæcilie die noctuque omnipotenti Domino decantandis constituit, et pro subsidio et luminariorum concinnatione, seu utilitate atque stipendiis monachorum, nec non et pro amore atque dilectio-

ne, quam erga prædecessorem suum piæ recordationis dominum Leonem Tertium Papam habere videbatur, hospitale S. *k* Peregrini, positum ad beatum Petrum Apostolum, in loco qui vocatur Nannachia (quod idem Prædecessor suus construxerat, et ob neglectum atque destitutionem Præpositorum, paupertatis inopia consumi videbatur) pio juvamine consulens, præfatum hospitale, cum fundis et casalibus atque massis, seu etiam colonis sive domibus, nec non familiis, et universis, quæ juste et rationabiliter secundum legum statuta, a prædecessore suo in jam præfato hospitali donata sunt; quæque ab ipso pia devotione ad augmentum jam dicti monasterii adjuncta sunt, in agris vel vineis, sive etiam domibus, nec non rustica familia, suæ auctoritatis pagina pro jam nominata monachorum congregatione in eodem monasterio confirmavit. *l*

10 Qui Sanctissimus Præsul amore venerandorum Sanctorum fecit in ornamentis ipsius ecclesie absidam musivo opere decoratam, et ciborium miræ magnitudinis ex argento pensans libras quingentas et semis et uncias octo. Propitiatorum denique sacerdotum altaris, seu confessionem interius exteriusque cum regulis suis ex laminis argenteis mirum in modum perficiens compisit, quæ simul pensant libras sexaginta quatuor et uncias quinque. Ad sacrum vero ejusdem Virginis corpus obtulit imaginem ex argenteis laminis, pensantem libras nonaginta quinque. Fecit etiam ante vestibulum altaris regularem investitum ex laminis argenteis, et columnis duabus, ubi et posuit arcum unum, et gammadias duas, pensantia insimul libras centum et semis. Obtulit ibi ipse imagines argenteas deauratas tres, pensantes insimul libras quadraginta octo et semis. Sæpefatus quoque Præsul fecit per arcus ejusdem ecclesie calices *m* majores ex argento viginti et sex, pensantes in simul libras centum novem et semis. Item, ubi supra, obtulit canistra ex argento duo, pensantia libras duas et uncias octo: gabatham ex auro purissimo, pensantem libras tres. Fecit jam prædictus Pontifex canistra *n* exafoti ex argento duo, pensantia libras decem: gabathas ex argento tres, pensantes libras quinque: thuribulum ex argento deauratum, pensans libram unam. Hic benignissimus Præsul obtulit in sacro altari vestem de blattin byzantæa, habentem in medio tabulam de chrysoclavo cum historia, qualiter Angelus B. Cæciliam seu Valerianum et Tiburtium coronavit, cum periclysi de chrysoclavo miræ pulchritudinis exornatum. Item **F** ibi fecit vestem de fundato *o* alythino, habentem in circuitu periclysin de *p* olovero. Ob amorem ejusdem Virginis fecit aliam vestem de fundato porphyretico, habentem in medio Crucem ex auro texto compe decoratam. Enimvero in jam dicto altari obtulit vestem albam; sigillatam cum rosulis, habentem in medio Crucem de blattin cum *q* psilliis, et periclysin de blattin byzantæa pulcherrime exornatam. Obtulit et in prænominato altari vestem de quadrapulo. Venerabilis Pontifex fecit vela alythina pendentia in cirenitu altaris quatuor, habentia Cruces et gammadias de fundato et quadrapulo. In arcellam vero, ubi venerabile caput ejusdem Virginis condidit, fecit vestem parvam de Tyrio cum periclysi de blattin. Obtulit, ubi supra, vestem de fundato *r* prasino. Immo et aliam vestem de stauraci cum periclysi de olovero, et vestem de blattin cum periclysi de fundato. Fecit etiam in arcella ad corpus jam dictæ Virginis vestem de quadrapulo cum periclysi: porro et aliam vestem de staurace cum periclysi de olovero. In jam dicta ecclesia fecit vela Tyria cum periclysi de blattin byzantæa numero viginti quinque, item vela prasina cum periclysi de olovero, numero quatuor. Obtulit ubi supra vela

D
EX ANASTASIO:

k

cique unit
hospitale S.
Peregrini,

l

et ornamenta
varia confert.

E

m

n

F

o

p

q

r

a
Ecclesiam
S. Cæcilie
de novo
construit:

b

c
ab ea appa-
rente in-
structus.

d

e
invenit
corpora SS.
Cæcilie, Va-
leriani et
sociorum,

f

g

h

i

construit
canobium,

A vela alythina cum periclysi de blattin numero tria : simulque vela de fundato parva cum periclysi de blattin numero duo : pariter vela Tyria cum periclysi de fundato duo. Hic venerabilis, et præclarus Pontifex fecit per arcus jam dictæ ecclesiæ vela de fundato numero duodecim, et de quadrapulo quatuordecim. Fecit et in arcu Presbyterii vela parva cum periclysi de blattin byzantæa numero duodecim. Hic a Deo protectus venerabilis præsul fecit in ingressu ejusdem ecclesiæ cortinam majorem, de quadrapulo et staurace pulcherrime exornatam.

ANNOTATA.

a *Acta S. Cæciliæ illustrata erunt die 22 Novembris. Est autem ecclesia a S. Paschale restaurata in regione Transiberiana situ, in qua Statio celebratur feria quarta post Dominicam secundam Quadragesimæ.*

b *Hæc ab Anastasio transcripta ex Sermone, imo litteris Apostolicis S. Paschalis Papæ ejusdem infra dandis.*

c *Baronius hæc ita scribit : quod ad incertam famam, quam de me sparsam diu frustratorias relationibus pervulgatis aures accommodare reliquisti : sed communis lectio plane convenit cum contextu dicti sermonis, et sensum non incommotum habet, si certamen interpreteris sollicitudinem, curam ; et ad verbum reliquisti addas negativam non, quæ videtur transcribentium incuria excidisse.*

d *Aistulphus Romam anno 753 per tres menses obsedit, et multa corpora Sanctorum effodiens eorum sacra cœmeteria abstulit. Ita Anastasius in Vita Stephani Papæ 3.*

e *Varia hujus loci lectio est. Apud Aringhum lib. 3 Romæ subterraneæ cap. 16 titulus est de cœmeterio ad S. Cæciliam, cap. 15 ad S. Sixtum, cap. 16 de Prætextati cœmeterio, eo quod hæc omnia coincidunt. In epistola Paschalis, apud Aringhum, legitur in cœmeterio S. Sixti, in tomis Conciliorum in cœmeterio S. Sixti seu Prætextati.*

f *Expungo, tamquam e sola lectionum diversitate alicubi notata in margine ad textum transierint, hæc verba, eundem cum jam positis sensum habentia. Quibus linteaminibus sanguis sanctæ Martyris extensus ; involuta ad pedes illius corporis, sacratissimo cruore plena, de trina carnificis percussione reperta sunt.*

g *Horum trium Martyrum Acta dedimus 14 Aprilis, ubi inter Analecta diximus, illud cœmeterium etiam SS. Tiburtii et Valeriani appellari : et nonnulla circa hanc inventionem et translationem deduximus.*

h *Acta S. Urbani dantur 25 die hujus mensis Maji, at S. Lucii dedimus 4 Martii.*

i *Ubi hæc adjuncta legitur inscriptio :*

Hanc fidei zelo Pascalis primus ab imo
Ecclesiam renovans, dum corpora sacra requirit,
Elevat inventum venerandum Martyris alinæ
Cæciliæ corpus, hoc illud marmore condens.
Lucius, Urbanus huic Pontifices sociantur.
Vosque Dei testes, Tiburti, Valeriane,
Maxime, cum dictis consortia digna tenetis.
Hos colit egregios devote Romæ Patronos,

k *Plures Sancti nomine Peregrini occurrunt in hoc nostro Opere. Est aliquis Romæ sub Commodi Imperatore passus, ad 25 Augusti inscriptus Martyrologio Rom. Alius S. Peregrinus Episcopus et Martyr, colitur sub ritu duplici in Basilica Vaticana xvi Maji, quod ejus ibidem corpus adservetur : eique propria est dicata Ecclesia.*

l *En ex MS. Cardinalis Baronii folio regali, charactero Francico antiquo, tomo primo, fol. 332 et aliis, ipsum Sermonem S. Paschalis Papæ. Summæ Apostolicæ dignitatis apex in hoc divino prospectus ni-*

tore dignoscitur præfulgere, cum in exercendis Dei laudibus impensius studet laboris exhibere certamen. Ad hæc debita nos ejusdem Apostolicæ et Pastoralis compulit sollicitudinis cura, quæque ad stabilitatem piorum pertinere dignoscitur locorum, ubertim promulgare, et Apostolicæ institutionis censura confirmare. Et quia convenit nostro Apostolico moderamini, diversa corpora Sanctorum, quæ diu inculte jacuerant, cum summa vigilantia, ad honorem omnipotentis Dei, infra hujus almæ Urbis claustra honeste congregare, etiam corpus B. Cæciliæ Martyris pervigiles omnino inquirere debemus. Sed quia jamdudum fama inter quosdam vulgaverat quod ejusdem beatissimæ Martyris corpus ab Aistolfo Longobardorum Rege furtim fuisset ablatum ; idcirco pæne oblivionis obtentu postponere credebamus. Tamen, Domini annuente clementia, quodam die dum ante confessionem B. Petri Apostoli psallentii matutinalis, lucescente Dominica, residentes observaremus harmoniam ; sopore in aliquo, corporis fragilitatem aggravante, adstitit nobis puella pulcherrima, virginali aspectu vel habitu decorata, quæ talia nobis innuens ait : Multas tibi gratias referimus, quod certamen, quod in me diu apposueras, ob frustratorias relationes pervulgantes, sine causa [non] reliquisti, qui tanto penes me fuisti quod ore proprio loqui communiter valebamus. Et dum a nobis diligenter interrogata fuisset, Tu quis es? vel quod est nomen tuum, qui talia mihi persuadere conaris? Si ex nomine quæris, Cæcilia inquit, famula Christi vocor. Cui subjungens dixi : Quomodo hoc credere possumus? quia olim famula relata est, quod ejus idem sacratissimæ Martyris corpus a Loogobardis fuisset ablatum. Quæ ita respondens dixit : Veritas est, quod multum me desideranter quæsierunt, sed gratia Domine meæ semperque Virginis Dei Genitricis affuit, quod (qualiter sibi quotidie præsto sum) nullatenus me longius abire permisit. Sed sicut cœpisti perage, et sicut operaris iadesinenter operare ; quia omnipotens Deus tibi me placuit revelare. Et hæc docens abscessit. Tunc etenim pro hujus revelationis manifestatione, omni postposita difficultate, incunctanter et absque ambiguitate, ipsius venerabilis Virginis corpus inquirendum decrevimus : quod etiam, annuente Deo ejusque solito juvamine præponente, in cœmeterio S. Sisti Episcopi foris portam Appiam (sicut in sacratissima illius Passione manifeste narratur) inter Collegas Episcopos, in aureis indumentis cum venerabili sponso reperimus. Ubi etiam linteamina, cum quibus sacratissimus sanguis ejus abstersus est de plagis, quas spiculator tertia percussione crudeliter ingesserat, ad pedes beatissimæ Virginis in unum revoluta plenaque cruore inveimus : quæ omnia nostris manibus pertractantes, cum venerabili corpore honeste infra muros hujus Romanæ urbis induximus. Pro ejus desiderabili dilectione titulum, quem suo sancto nomine Christiana devotione Gregorius Papa dictaverat, et per olitana tempora defectu vetustatis marcuerat, et pæne ruinis diutinæ antiquitatis laceratus manebat, Dei annuente clementia in meliorem statum a nobis in fundamentis est restauratus ; et ad honorem omnipotentis Dei: ejusdem Virginis corpus, cum carissimo sponso atque Tiburtio et Maximo Martyribus, nec non et Urbano et Lucio Pontificibus, utrisque sub sacro altari dedicantes, collocavimus. Ibi ad laudem Creatoris monasterium, in honorem B. Gregorii atque sanctarum Virginum seu Martyrum Agathæ et Cæciliæ, juxta ipsius ecclesiam, loco qui dicitur Colles-jacentes, constituentes construximus : in quo monachorum Deo servientium congregationes, quotidianis laudibus in prælato titulo S. Cæciliæ, die noctuque Domino Deo nostro deprecantes

*in somno
apparens S.
Cæcilia.*

E

*corpus suum
inventum
promittit :*

F

*quo reperto
ille titulum
restaurat*

*et monasterio
unit hospitale
S. Peregrini.*

deprecantes, statuimus. Pro subsidio etiam et luminariorum concinnatione, seu utilitate atque stipendio monachorum, nec non pro amore atque dilectione quam erga prædecessorem nostrum piæ recordationis Dominum Leonem tertium Papam habere videmur; hospitale S. Peregrini, positum ad B. Petrum Apostolum, in loco qui vocatur Naumachia (quod idem prædecessor noster construxerat, et ob negligentiam atque destitutionem Præpositorum paupertatis inopia laborare monstratur) pio juvamine consulentes, cum fundis et casalibus atque massis, seu et colonis sive domibus, nec non familiis et universis quæ juste et rationabiliter secundum legum statuta a prædecessore nostro jam præfato hospitali donata sunt; pia devotione ad augmentum dieti monasterii adjunximus, et nostræ auctoritatis pagina pro jam nominata monachorum congregatione in eodem monasterio confirmavimus.

m *Crediderim hosce calices, sic a forma nuncupatos, fuisse lampades stantes.*

n *Canistra exafoti: ita MSS. Freheriana duo et quædam Parisina: cetera Enaloti legunt. Existimo et hæc fuisse lampades stantes, referentes canistri formam, et sex ellychniis instructus per circuitum, unde ἑξἑψω-
ταξ sex luminarium lampades istæ dicebantur: qualis compositi, ab ἑν unum, absque exemplo foret.*

o *Fundatum quid sit jam diximus: quid autem Alythinum alibi Alithynum. Sicut mox infra dicuntur Vasa Alythina? Omnino censeo genus coloris esse: et fortassis minus recte scribitur γ. estque nomen sumptum a Græco ἀλιθίς verus; ad distinctionem similis tincturæ adulterinæ et spuria, æque vulgo notæ.*

p *Oloverus videtur dici uti infra Holosericus, a quo tamen condistinquitur num. 12 ubi dicuntur Vela holoserica cum periclysi de oloveris.*

q *Psillia melius forte Psyllia, ut intelligatur purpura, parvis quibusdam maculis eleganter inspersa, quæ maculæ nomen habeant a forma pulicum, qui Græcis ψύλλοι, unde ψύλλιον herba pulicaris: nisi malis ornatum illum comparare hujus herbæ foliis.*

r *Prasinus, idem quod viridis.*

CAPUT III.

Varia Ecclesiæ exornatæ potissimum S. Mariæ majoris.

Ipsæ etiam sæpedictus Pontifex monasteriis circumquaque constructis vigilantibus animo curam gerens, quidque haberent inquirens, reperit ipse pius Pontifex monasterium a S. Sergii et Bacchi, post formam aquæ ductus patriarchii Lateranensis positum, rebus omnibus desolatum; ita ut ancillarum Dei congregatio, quæ ibidem inerat, paupertatis inopia nullas omnipotenti Domino Sanctisque illius laudes decantare valerent. Qua venerabilis Pastor inquisitione ad pietatem commotus, famulas Dei, qualiter bene religioseque esse possint, perfecit: et in eo monachorum aggregari statuit conventionem, multis idem monasterium ditans facultatibus: et in familiis, massis, vineis, domibus, urbanis vel rusticis locis amplianter sufficienterque multiplicavit: quatenus ipsa Congregatio ibi residens, omni necessitate postposita, soli Deo Sanctisque illius laudes et hymnos nocte dieque modulariter, in venerabili ecclesia Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, sita juxta Lateranas, decantaret.

12 Præterea in oratorio beatissimorum Martyrum Processi et Martiniani, sito infra ecclesiam B. Petri Principis Apostolorum, quod et idem ipse construxit, obtulit imaginem ex auro purissimo, habentem vultum Sanctæ Dei genitricis, pensantem libras decem et uncias quatuor. Ibi et ipse fecit vestem

de blatin byzantæa habentem tabulas de chrysoclavo duas, cum vultu B. Petri, et sanctorum Martyrum Processi et Martiniani, et periclysin de chrysoclavo mira pulchritudine decoratam. Illic etiam obtulit vestem holosericam, habentem in medio tabulam de chrysoclavo, cum vultu Dominicæ resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, et periclysin de blatin byzantæa pulcherrime comptam. Verum enimvero Sanctis eisdem vela holoserica cum periclysi de quadrapulo, et blatin byzantæa obtulit numero novem. Ubi et supra fecit vela parva de Tyrio cum periclysi de fundato numero sex; thuribulum de argento exaurato mirifice, pensans libram unam. In oratorio autem beatissimorum Martyrum Sixti et Fabiani jam nominatus Pontifex fecit gabathas ex argento tres, pensantes libras quinque et uncias sex. Ante imaginem quoque ipsius oratorii fecit velum de chrysoclavo mirifice decoratum. Supra eorum venerabile altare fecit vestem de alythino, habentem in medio Crucem de blatin byzantæa, et periclysin similiter de blatin. Simili modo in jam dicto oratorio obtulit sæpedictus Pontifex vestem holosericam, habentem in medio Cruces de chrysoclavo duas, et periclysin de stauraci diversis margaritis ornatam. Ibidem ipse fecit aliam vestem de fundato, habentem in medio Crucem de blatin. Fecit etiam ad ornatum prædicti oratorii vela de alythino, cum periclysi de blatin byzantæa, numero quatuor: simulque vela holoserica cum periclysi de quadrapulo, et de olovero numero quatuor.

13 Hic benignissimus Præsul fecit in ecclesia beatorum Martyrum b Cosmæ et Damiani in via sacra vestem de Tyrio, habentem in medio tabulam de chrysoclavo cum vultu Domini nostri Jesu Christi, atque beatorum Martyrum Cosmæ et Damiani, cum aliis tribus fratribus, cum Cruce de auro texto, et periclysi de olovero pulcherrime comptam atque decoratam. Supra eorum denique sancto altari obtulit coopertorium de Tyrio, mirifice decoratum: immo vero ante vestibulum ipsius altaris fecit vela Tyria, cum periclysi de blatin byzantæa, numero tria.

14 Venerabilis etiam Pontifex fecit in monasterio Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, sito in territorio Reatino, vestem de chrysoclavo cum historia, qualiter idem Dominus noster Jesus Christus cum Archangelis et Apostolis in caelo coruscat, mira pulchritudine diversis ornatam margaritis. Item in jam dicto monasterio, ad ornatum sacri altaris, aliam obtulit vestem de fundato, habentem Cruces de blatin byzantæa, et periclysin de chrysoclavo mirifice exornatam. Pari modo in ecclesia B. Mennæ martyris, fecit vestem de quadrapulo cum periclysi de blatin byzantæa.

15 Hic sanctissimus, et coangelicus Præsul obtulit in ecclesia beati Petri Apostoli in Centumcellis calicem et patenam ex argento deauratas, pensantes libras quatuor et uncias tres. Enimvero et in ecclesia beati Petri Apostoli, fautoris sui, fecit Evangelium cum blatin ex argento, pensans libras octo et uncias octo. Benignissimus quoque Præsul fecit in monasterio B. Stephani Protomartyris ad Sanctum Petrum vestes albas holosericas quatuor, habentes in medio Crucem de auro texto, cum diversis margaritis et periclysi de blatin mirifice decoratas. Item, ubi supra, obtulit prænominatus Pontifex vestem de fundato, habentem in medio Crucem ex auro textam et periclysin de chrysoclavo. Sæpedictus denique Præsul fecit in jam dicto monasterio vestem de fundato, habentem in medio tabulam de chrysoclavo, cum vultu Sanctæ Dei Genitricis, et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et periclysin de blatin. Obtulit ibidem ipse vestes de stauraci duas, habentes

D
EX ANASTASIO.

E

b
in ecclesia SS.
Cosmæ et
Damiani,

S. Salvatoris
in ditione
Reatina,

F

S. Petri Cen-
tumcellis,

S. Stephani,

Restituit
monasterium
SS. Sergii et
Bacchi,
a

offert munera
in oratorio
SS. Processi
et Martiniani:

A habentes in medio Cruces de chrysoclavo, et periclysin de blattin. Fecit etiam ad ornatum ipsius oratorii velum majus de quadrapulo, habens in medio Cruces de auro textas tres, et periclysin de blattin. In Diaconia B. c Archangeli obtulit jam dictus Pontifex vestem de blattin byzantæa, habentem in medio Crucem de chrysoclavo, et periclysin de chrysoclavo pulcherrimam comptam.

c
s. Michaelis,

16 Enimvero et in ecclesia B. Cæcilie Martyris fecit concham ex argento, ubi et pretiosum ejusdem Virginis caput condidit, pensantem libras octo et semis. Simili modo et in ecclesia B. d Quiriaci martyris in Thermis obtulit prædictus Præsul vela de fundato numero octo. Hic a Deo fultus jam nominatus Pontifex fecit in oratorio Sancti Archangeli, quod quondam prædecessor ejus Dominus Leo Papa constituit atque construxit, vestem albam holosericam, habentem in medio tabulam de chrysoclavo, cum historia Dominicæ Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, et periclysin de chrysoclavo mirifice decoratam. Item ibi obtulit aliam vestem de fundato, cum periclysi de blattin byzantæa. Fecit etiam jam dictus Pontifex in supradicto oratorio vestem aliam, de quadrapulo circumscutam, cum historia Dei Genitricis pulcherrime comptam atque decoratam.

d
s. Quiriaci.

B

In Ecclesia
S. Marie
Majoris ad
Præsepe

17 Præterea idem summus Pontifex et orthodoxus, divina inspiratione pulsatus, ecclesiam sanctæ et intemeratæ Virginis Mariæ Dominæ nostræ ad Præsepe, cernens quondam tali more constructam, ut post sedem Pontificis mulieres ad sacra Missarum solennia stantes, prope assistere juxta Pontificem viderentur; ita ut si aliquid colloqui Pontifex cum sibi assistentibus voluisset, ex propinqua valde mulierum frequentatione nequaquam ei sine illarum interventione liceret; largum ibidem locum inesse, qualiter inde sedem mutare valeret, cum cerneret, dato operis studio cœpit indesinenter agere, Sedem inferius positam sursum ponere, ut eo familiarius Domino preces fundere posset, quo consortia populorum modeste declinare potuisset. Denique sedem melius quam dudum fuerat, pulcherrimis marmoribus decoratam condidit, et undique ascensus, quibus ad eam gradiatur, construxit; pavimentumque altaris erigens, pretiosissimis marmoribus stravit. Erexit sane sex inibi, ante Confessionem sacri altaris, purpureo colore columnas, quas super et candidi marmoris trabem posuit, purpureis dextra levaque marmoribus nectens illas scilicet, calaturisque exornans, satis commode decoravit. Presbyterium quoque ipsius ecclesiæ diversis marmoribus, quam pridem fuerat, in melius reparavit. Propitiatorium vero sacri altaris, seu Confessionem, interioriusque cum rugulis suis ex auro purissimo mirifice decoravit, pensantibus libras centum septuaginta quatuor et uncias sex. Similiter et altare ipsius basilicæ ex argenteis laminis cum historiis diversis pulcherrime compsit atque deauravit, pensans libras trecentas octuaginta et quinque. Benignissimus etiam præclarusque Præsul obtulit ibi gabathas ex auro purissimo cum diversis gemmis numero sex, pensantes libras viginti et uncias sex. Et hoc constituit, ut semper diebus ac noctibus ante sacrosanctum altare lucernæ ardere debeant. Hic divina inspiratione fultus obtulit in jam dicta basilica arcus ex argento numero octo cum columnis sexdecim, pensantes insimul libras ducentas decem et octo et uncias octo. Fecit etiam et ante vestibulum altaris rugas majores ex argento, pensantes libras septuaginta et octo. Obtulit etiam et canthara, ubi supra, ex argento numero sex, pensantia insimul libras sexaginta et semis. Pari modo et per arcus majores sæpeditæ ecclesiæ fecit calices majores ex argento,

sedem altaris
elevat:

eamque pulcherrimis
ornamentis
honoratiorem
reddidit:

C

numero quadraginta et duos, qui omnes insimul D pensant libras ducentas octuaginta et unam. Venerabilis etenim Præsul, ob amorem ejusdem Virginis Dominæ nostræ, obtulit ibidem coronas ex argento numero quatuor, pensantes libras sexaginta et duas et semis et uncias tres. Item, ubi supra, canistra ex argento numero duo, pensantia libras tredecim. Fecit etiam ibidem imaginem ex argento deauratam, cum vultu beatæ Dei Genitricis Mariæ, pensantem libras decem et septem et uncias tres. Christi quoque omnipotentis Domini famulus obtulit in sacrosancto altari sæpeditæ basilicæ vestes de chrysoclavo duas, habentes historiam Dominicæ nativitatis Domini nostri Jesu Christi, cum periclysi, diversis ornatas gemmis atque margaritis mirifice decoratas.

18 Obtulit etiam ibi ipse aliam vestem de chrysoclavo, habentem historiam, qualiter Dominus noster Jesus Christus a Joanne in Jordane baptizatus est, cum periclysi de chrysoclavo mirifice exornatam. Item, ubi supra, compsit vestem de chrysoclavo, habentem historiam Dominicæ Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, cum periclysi de chrysoclavo, diversis ornatas margaritis. Beatissimus et venerabilis prænominatus Pontifex, divino amore ductus, fecit ibidem in jam præfato altari vestem similiter de chrysoclavo, habentem historiam, qualiter beata Dei genitrix Maria corpore est assumpta, cum periclysi de chrysoclavo, diversis margaritis comptam atque decoratam. Fecit enim benignissimus Præsul ibi ipse aliam vestem de chrysoclavo, habentem historiam Dominicæ Ascensionis Christi Domini nostri rite decoratam. Item, ubi supra, ob amorem ejusdem Virginis construxit aliam vestem de chrysoclavo, habentem historiam, qualiter Spiritus sanctus venit super Apostolos, diversis ornatas margaritis et decoratam. Immo ibidem aliam munivit vestem de chrysoclavo, cum historia Palmarum modeste comptam atque decoratam. Nec non, et ubi supra, aliam compsit jam nominatus Pontifex vestem de olovero, cum periclysi de fundato. Pariter quoque et pro quotidianis diebus obtulit vestes de fundato duas, cum periclysi de quadrapulo pulcherrime exornatas.

addit pretiosas vestes,

E

19 Hic divina inspiratione pulsatus fecit ipse sanctissimus Præsul, per arcus majores jam præfate basilicæ, vela de fundato quatuordecim, et de quadrapulo quatuordecim, similiter et de imizilo e quatuordecim. Domini nostri Jesu Christi famulus F ob amorem ejusdem Dominæ nostræ per arcus Presbyterii jam dictæ ecclesiæ fecit vela de chrysoclavo, habentia historiam Domini nostri Jesu Christi, atque nativitatem seu assumptionem ejusdem intemeratæ Virginis numero viginti et sex. Pariter et per ipsos arcus obtulit vela de quadrapulo, diversis historiis circumscuta, numero viginti quatuor. Christi namque omnipotentis famulus obtulit sursum in aspectu absidæ pannum Alexandrinum, mirifice decoratum. Obtulit etiam in trabem majorem ipsius basilicæ, velum majus de fundato, habens trabes de chrysoclavo septem, et periclysin de blattin byzantæa. Fecit etiam ad ornatum ipsius basilicæ in ipsam trabem vela de quadrapulo numero sex, et de imizilo vela numero quatuor. Ipse quoque Pontifex fecit juxta vestibulum altaris in absidam vela de quadrapulo numero duodecim: ibidem de blattin vela numero sex. Venerabilis quoque Præsul fecit in ingressu jam dictæ basilicæ cortinam majorem Alexandrinam, cum diversis historiis compte decoratam. Simili modo et pro quotidianis diebus aliam ibidem obtulit cortinam Alexandrinam, mirifice exornatam. Benignissimus et præclarus Pontifex obtulit in prænominata basilica vela alba holoserica

plura vela,

e

et cortinas:

in

A in trabem majorem, cum periclysi de fundato numero sex : vela alia quatuor de blattin byzantæ alba ibidem constituit mirifice. Item in absida ipsius basilicæ posuit vela alba, cum periclysi de fundato, numero sex. Et quia idem ter beatissimus Pastor tantam curam tantæque vigilantiam erga status sanctorum Dei ecclesiarum frequenter impeodebat; etiam altare præsepi : jam dictæ basilicæ seu venerabilem confessionem ultro citroque ex auro purissimo cum diversis historiis mirifice compisit atque decoravit, pensantem libras centum triginta quatuor et uncias quatuor. Similiter ex argento deaurato cum variis historiis ibidem *f.* decem pensantia libras ducentas quinquaginta quatuor et uncias quatuor. Item ibidem obtulit præfatus Pontifex gabathas ex auro purissimo, cum gemmis diversis, numero tres, pensantes libras octo et uncias decem. Porro et vela de alythino cum periclysi de blattio byzantæa ibidem posuit.

20 Hic sacer Antistes, ob nimium cordis amorem, fecit in ecclesia B. Cæcilie vestem de chrysoclavo, habentem historiam Dominicæ Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi mirifice depictam atque exornatam. Ipse vero a Deo protectus venerabilis et præclarus Pontifex fecit propitiatorium sacri altaris B. Petri Apostolorum Principis, ubi sacratissimum corpus ejus quiescit, spanoclystum ex auro fulvo, cum diversis historiis depictum, atque mirifice decoratum, pensans libras ducentas. Item in jam dicta ecclesia, ob amorem ejusdem Dei Apostoli fantoris sui, obtulit vela chrysoclava per arcus Presbyterii, habentia historiam Dominicæ passionis ac Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, numero quadraginta sex. Pariter et in ecclesia beatorum Martyrum Cosmæ et Damiani in via sacra fecit vestem holosericam, pulcherrime comptam atque decoratam. Benignissimus etiam Præsul fecit in basilica beatæ Dei genitricis Virginis semper Mariæ Dominæ nostræ ad Præsepe, gabathas ex auro diversis gemmis ornatas numero duas, pensantes libras sex. Item ibi ipse obtulit gabatham Apostolicam, ex auro purissimo, pensantem libras quinque. Item, ubi supra, fecit fara-canthara *g* ex argento numero octo, pensantia insimul libras octuaginta duas. Ob amorem quoque ejusdem Dominæ nostræ obtulit in jam dicta basilica columnas quatuor et arcum unum pensantia insimul libras sexaginta. Sæpenominatos etenim Pontifex fecit in venerabili altari ipsius ecclesie vestem albam, habentem in medio Crucem de chrysoclavo, diversis gemmis circumsutam, et pulchritudine exornatam; aliam quoque ibidem adnectens vestem de blattin byzantæa, simili modo cum Cruce de chrysoclavo, diversis lapidibus honestissime decoratam. Fecit etiam ad ornatum præfatæ ecclesie vela de chrysoclavo per arcus Presbyterii, habentia historiam Dominicæ Passionis, atque Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi. Nec non et in trabem majorem sæpius dictæ ecclesie obtulit vela alia cum periclysi de quadrapulo numero sex. Item in trabes

ipsius basilicæ fecit vela de fundato numero septem. Obtulit etiam vela holoserica in circuitu altaris jam dictæ ecclesie, habentia periclysin de quadrapulo numero quatuor. Venerabilis quoque Præsul fecit in ecclesia beatæ Dei genitricis, quam vocant Dominicam, rugas ex argento, pensantes libras sexaginta sex. Fecit etiam in ecclesia beatæ Dei genitricis Mariæ Dominæ nostræ, sita Sabiis *h* in episcopio, vestem de fundato cum periclysi de blattin byzantæa.

21 Hic denique divina vocatione defunctus est. Sepultus vero in ecclesia beati Petri Apostoli. Fecit autem ordinationes duas, unam quidem per mensem Decembris, et aliam per mensem Martium. Presbyteros... Diaconos sex, Episcopos per diversa loca numero... Et cessavit Episcopatus ejus dies *i* quatuor, in mense Junio Indictione *ii*.

ANNOTATA.

a Coluntur SS. Sergius et Bacchus celeberrimi Martyres 7 Octobris.

b SS. Cosmæ et Damiani et trium fratrum memoria celebratur 27 Septembris. S. Felix Papa II, de quo egimus 30 Januarii, basilicam hanc in Via sacra consecravit, mutata veteri rde Romuli.

c Intelligitur ecclesia S. Angeli in Piscinæ et subintelligitur Michaelis, a Bonifacio II Papa erecta. Consule Notas Baronii ad 29 Septembris, quando de dicto Archangelo agendum erit.

d S. Quirinus seu potius Cyriacus colitur 8 Augusti, quando de ecclesia illi ab Honorio Papa erecta poterit agi.

e Ionizilum, vercor ut recte scriptum, vix autem ambigo quin soltem Græco-barbarum sit, idem forte valens quod ἰονίζιον semiaurens; ut sit pannus, duplicis generis filo contextus.

f Exemplaria omnia habent uncias, errore manifesto : sed quod sacri vasis nomen hic substitui debeat, incerta vacillat conjectura.

g Fara canthara cerostata, candelabra grandiora, quibus majores facies, instar pharorum longe lucentes, imponuntur : fortasse cum pensilibus in orbem unum candelabris, quas coronas dicimus, comparandum.

h Sabini notissimi populi, Romano Pontifici subjecti, horum Sedes Episcopalis est urbs Mantiana ad Tiburim.

i Baronius fuit cum his verbis : Et cessavit Episcopatus ejus dies quatuor : Et sic, inquit Barcnus, successor ejus creatus est xiv Kalendas Junii Eugenius, ejus noaninis secundus. Verum putamus integre legendum dies quatuor in mense Junio, id est usque ad v Junii. Passim quidem pro Junio, legitur scriptus Januarius : sed tum alibi, tum in Vita S. Athanasii 2 Maji num. 161 vidimus, horum duorum mensium nomina facile alterari, quando abbreviate scripta occurrunt Jan. et Jun. Similiter erratur passim ab exemplaribus in numero Indictionis, quæ, non prima, sed secunda fuit.

D
EX ANASTASIO.
et aliis locis,

Sepelitur in
S. Petri

E

F

VIDE APP,
TOM. VII MAJI
NOT 89 **

DE S. HALWARDO MARTYRE

IN NORWEGIA.

G.H.

Priusquam de hoc Sancto dicamus quidquam, præmittenda videtur historia vitæ ac passionis, in hunc modum olim descripto Ultrajecti. Sanctus Halwardus, ex nobilibus ortus natalibus clauditur: cujus pater Vebron, mater vero Thorni dicebatur. Cujus videlicet Thorni mater, ut fertur, filia fuit Gutbrandi Comitum, qui etiam Gutbrandus ge-

nuit Ascham sancti Olavi matrem. Puer autem Halwardus crevit in domo paterna cunctis prædilectus. Erat autem primo religioni deditus Christianæ, obediens parentibus, erga propinquos benevolus, corpore castus, honestate præpollens, justitiæ cultor. Cumque S. Halwardus in adolescentia devenisset, cœpit in re familiari procuranda patris adjutor existere.

Fertur

pie educatus,

XIV MAJI

Nobili genere
ortus,

A Fertur etiam, quod apud cunctos habetur, quod a
 AUCTORUM II. primævo duo pondera fecerat sibi, quo (ne aliquando
 frandem faceret) sibi minus, fratri autem majus
 pensaret. Cumque mercandi gratia Godlandiam ve-
 niret, et sua ibidem negotia exercere cœpisset;
 venit quidam terræ illius indigena vir prædives,
 Botwidus nomine. Hinc cum viros ignotos vidisset,
 ad eos accedens, qui essent et unde requisivit. Cui
 illi cuncta per ordinem indicabant. Hic vero cum S.
 Halwardum conspexisset ait: Quis est adolescens
 iste? At illi nomen et genus indicabant. Quod cum
 vir prædictus audisset, ait: Video vultum tuum sin-
 gularem, et præ cunctis hic stantibus honorabilem.
 Certe scio, quod magni prodigii lucet in te futurum
 aliquid, unde te cum tuis contribulibus ad refectionem
 invito. Quod S. Halwardus gratanter acceptavit.
 Ille vero suscipiens, omni humanitate exhibita, con-
 vivium præparavit, et cuncta quæ in venalibus ha-
 bebat comparavit, et multa plura redonavit; et tem-
 pore navigandi adveniente omnia necessaria ei tri-
 buit, et in pace abire permisit: sicque Sanctus salvis
 omnibus cum sociis est reversus ad patriam.

in Gotlandia
 ob vultum et
 mores amabi-
 les honoratur.

B Post modicum vero temporis, verno instante
 tempore, egressus S. Halwardus de domo patris, ut
 pro suis negotiis agendis partes vicinas visitaret,
 venit ad stagnum, Dram nomine, per quod iturus
 erat: extrahensque modicam lintrem de alga, ascen-
 dit eam. Et subito venit mulier prægnans, tremens
 ac palpitans, rogans ut eam secum ferret. Et in-
 terrogata quæ esset, et quo vellet, indicato nomine
 se transituram per mare velle affirmavit: et ideo
 cum videret hominem coitinere properantem, ne tar-
 dior periret, ideo celeriter accurrisse. Jussaque mul-
 lier sedit in puppi, ille vero iter arripuit navigando.
 Et subito vidit ad litus quo mulier venerat, tres viros
 velociter accurrentes: qui statim aliam cymbam ac-
 cipientes post eos velocius navigant. Tunc S. Hal-
 wardus ait: Agnosceis hos? Ait illa, Agnosco. Et
 ille, Ut video te requirunt, dic mihi quid feceris?
 Respondit illa: Verum est quod me persequuntur;
 sed quod mihi imputant non feci: imponunt enim
 super me causam furti. At ille: Potes te ex hoc
 purgare ferro ardente? At illa: Possum et parata
 sum, si mihi parcere velint.

Prægnantem
 mulierem in
 navi suscipit,

et conatur
 contra in-
 vasores defen-
 dere.

C Viri autem illi ipsos velociter insequentes dixe-
 runt: Cur tu, Halvarde, talis adolescens, tam ge-
 nerosus editus parentibus, tam malam feminam tuen-
 dam suscepisti? Redde eam ut moriatur, quoniam
 digna. Quibus Halwardus dixit: Quid enim mali
 fecit? Qui dixerunt, Furata est res fratris nostri, in-
 fringens donum ejus. Quibus ille ait: Et quomodo
 domum infregit? Dicunt ei: Extraxit ansulam de
 poste, quæ tenebat seram. At ille: Hoc opus non
 est mulieris, sed fortissimi viri. An aliquis inve-
 nitur, qui eam viderat hoc fecisse, vel in ejus domum
 sublata invenistis? Sin autem incertum est, cur mo-

rietur? Nonne magis justum, si potest, purget se a
 crimine? Sin autem, quod legibus justum est de ea
 fiat, aut redemptionem pro ea dabo, tantum ut im-
 prægnantem et infantem in utero habentem ne occi-
 datis, Oportet igitur vos sedari, nec temere quid
 agere. Tunc illi econtra hoc furentes vociferabant.
 Unus autem quisquam eorum arcum eripiens teten-
 dit. Et sagitta fortiter emissa pectori Martyris infi-
 gitur: quo perempto etiam mulierem occidunt et in
 litore sepelierunt: ipsi vero saxum ad collum ejus
 ligaverunt et in mare demerserunt: sed per divinam
 gratiam et merita Martyris, corpus ejus longe post,
 cum saxo super mare natans, repertum est.

Occisi corpus,

cum saxo su-
 pernatat.

4 Hactenus *Legendarium MS. Ulrojectinum Ec-
 clesie S. Salvatoris, ad hunc XIV Maji: ad quem diem
 in Doctrinali Clericorum, una cum Martyrologia San-
 ctorum Lubecæ anno MCCCXCXC excuso, ista leguntur:*
 Eodem die Beati Halwardi Martyris. Quæ plane ea-
 dem leguntur in *Martyrologio Coloniensis Ecclesie
 dicto anno MCCCXCXC etiam impresso. In MS. Florario
 Sanctorum his verbis celebratur: Item Sancti Hal-
 wardi Martyris. Legitur præterea memoria Halphardi
 Martyris apud Hermannum Grevenum, in Auctario E
 Usuardi Colonia anno MDXV et MDXXI excuso. Iterum
 ad diem XV Maji indicatur cultus Harwaldi Martyris
 in dicto Florario. Quando apud Grevenum ista legun-
 tur: Halphardi Martyris, secundum alios die præ-
 cedenti. Olaus Worm lib. 2 Pastorum Danicorum,
 Hafnia: an. MDCXIII editorum, cap. 1 et sequentibus
 meminit venerationis solennis S. Halvardi mense Mojo:
 et cap. 5 pag. 99 hæc deducit Halvardi: Halvard So-
 cha, Soche vero Norvægis conventum celebrem et
 encœnia notat. Et hæc circa antiquum S. Halwardi
 cultum.*

5 Patria hujus Sancti videtur Norwegia, cujus Rex
 fuit indicatus S. Olaus, consobrinus S. Halwardi: ei-
 demque Norwegia plane vicina regio Gothia, et huic
 subjecta in mari Balthico Gothlandia, quomvis et ipsa
 Gothia etiam Gothlandia videatur dicta, uti Frisia vulgo
 Frislandia appellatur. In Stavangriensis apud Nor-
 wegos diæcesis parte Australi est parochia Andernes
 in Madalensi provincia sita, in cujus cæmeterio saxum
 grande erectum conspicitur, ab Olao Worm libro 6 Mo-
 numentorum Danicorum et Norwegicorum pag. 506
 indicatum: in quo ista antiquis characteribus Norwe-
 gicis sunt insculpta: Arinterus struxit templum hoc
 supra filium sancti Olai sui cognati. Addit Olaus non
 liquere, quis iste filius sit, in cujus memoriam tem-
 plum hoc extructum. Quid si foret S. Halwardus F
 ejus consobrinus, a posteris filius habitus? Viris eru-
 ditis in ista regione hoc propositum cupimus. Visuntur
 ibidem juxta mare plurima stagna, in quorum aliquo
 potuit Sanctus occisus fuisse, ac dein corpus in mare
 projectum. Colitur autem S. Olaus Rex die XXIX Julii,
 interfectus anno MXXXVIII.

Patria Nor-
 wegia.

DE B. ÆGIDIO ORD. PRÆDIC.

N. P.

SCALLABI SEU SANTIRENÆ IN LUSITANIA.

ANNO MCCLXXV.

Mortuus 23
 Maji,

Egregia Virginitas ac Martyris Irenes, cujus fe-
 stum die XX Octobris annua celebritate Lusit-
 anis recolendum occurrit, tanta fuit jam præ-
 lem fama, ut locus sacro ejus corpore ditatus,
 quem Scallabin antiquitas dixit, tredecim supra Olisti-
 ponem lencis ad Tagum fluvium, ab ea fuerit nominatus;
 saltem postquam in eo, sub annum MCLXXXIV Mauris
 crepto, restituta Christiana sacra fuere, et antiquus
 Divæ Tutelaræ cultus, quam vulgo appellant Santarem.

Eodem autem ipso tempore, quo recuperatam Scalla-
 bin diai, natus est, si recte annos subduxit Georgius
 Cardosus in suo *Hagiologio Lusitano*, Ægidius, no-
 vam ipsi loco claritatem additurus, maxime post obitum
 suum, qui annis ab inde octoginta, post Christi Incar-
 nationem MCCLXXV dicitur occidisse. Ascensionis Domi-
 nicæ glorioso die, in hunc XIV Maji tunc cadente. Ut
 tamen liberius vacarent incolæ suo huic secundo Pa-
 trano venerando, placuit jam olim (uti infra ex Vita
 num.

jam olim
 colitur Domi-
 nica post
 Ascensionem.

A num 63 constabit) ejus anniversariam memoriam in Dominicam sequentem transferre; quod hodieque observari scribit in Commentario ad hunc diem praelaudatus Cardosus; fuisse autem in usu, ut tunc diceretur Missa de omnibus Sanctis; et hunc usum durasse usque ad tempora D. Fr. Joannis de Portugallia, Episcopi Visænsis.

VIDE APP
TOM. VII MAJI
NOT. 90

Captum pro
Beatificatione
solemni agi
an. 1628,

2 Hic enim, inquit ille, cum esset B. Ægidio singulariter devotus, anno mdcxxxviii legavit Romam Fr. Augustinum a Cruce, qui deinde in Armenia Episcopus fuit, cum plena potestate agendi apud Sacram Congregationem Rituum, ut ille in Album Beatorum solemniter referretur; scripta eum in finem ad S. R. E. Cardinales, Congregationis istius Præsides, pulcherrima epistola, cujus exemplar mihi aliquando apud Visænses agenti transcriptum servo. Verum prædicti Episcopi mors bene cepti negotii cursum stitit, resque in eo mansit, ut in conventu Santirenensi Ordinis Prædicatorum coli Ægidius posset, aut ubicumque essent ejus sacrae Reliquiæ. Hoc jam antea fuisse concessum, in Catalogo Generali Sanctorum, qui in Romano Martyrologio non sunt, ad xv Maji indicat Ferrarius, in notis sic scribens: Clarus miraculis Officio Ecclesiastico de Apostolicæ Sedis licentia colitur in Lusitania. Cum enim Ferrarius hæc habuisse se dicat ex notulis ad se Roma missis a persona fide digna, ipseque suum illum Catalogum impresserit an. mdcxxv; consequitur quod ea licentia jam antea concessa fuerit Interim. Ferrarius in eo peccat, quod Ægidium Poncellæ cognominet a patria; cum ea Vaozela dicta sit, pagus inter Visensem et Conimbricensem urbes media fere via. Erravit etiam Tamayus Salazar, cum in suo Hispanico Martyrologio obitum Beati retulit ad xvi Maji, et librarios erroris arguit quod xiv scripserint: ita enim vere scribendum esse docet prænotati anni Pascha in v Aprilis cadens, odvoque Ascensionis festum xiv Maji referrens.

B

et concessum
Officium du-
plex de com-
muni.

2 Fit autem ex eo tempore, inquit Cardosus, in dicta Dominica Officium totum duplex, cum officio de Communi Confessoris non Pontificis, et Oratione, Ecclesiam tuam Deus, sicut de B. Antonio Patafino, solo nomine mutato. Olim autem habuit Officium proprium, compositum a P. Fr. Balthasare de S. Joanne et dedicatum Mag. Fr. Georgio Vogado Priori Beneficensi: et ex hoc Officio sumptam judico Orationem sequentem. Deus qui B. Ægidium Confessorem tuum a peccati subjectione revocasti, ei perpetrati sceleris veniam impetrandi specialem gratiam tribuens: da ejus meritis tuam hic consequi misericordiam, ut nostrorum excessuum detestatione perpetrata scelera redimamus. Scelus istud fuit, quod magne scientiæ cito consequendæ cupidus adolescens, pactum cum demone inierit, chirographum suo sanguine signans: cujus veniam se assecutum intellexit septimo Religiosæ vitæ anno, recepto ad pedes iconis Marianæ chirographo. Cardosus ejus rei memoriam ad diem xxv Junii retulit, secutus quos in Commentario allegat auctores P. Stephanum Guericum in Thesuro pietatis Marianæ pag. 315. P. Joannem Eusebium in Trophæis Marianis lib. 4 cap. 24, aliosque, et vocat Conversionem B. Ægidii.

Conversio,
Hagiologio
Lusitano
inscripta 25
Junii,

translatio
1 Junii,

4 Tertium ejus festum, seu potius commemorationem privatam (neque enim existimo alio die quam Dominica prædicta quidquam publice in ecclesia fieri) notaturus idem Cardosus fuerat 1 Julii, quando sexto post felicem transitum anno, D. Joanna Diaz, Athaugiæ oppidi Domina, uxor Ferdinandi Fernandez Cognominii, Domini de Chaves et Præfecti Majoris Conimbricensis, Ægidii consobrina, ædiculam eidem et marmorum sepulcrum ædificavit, quæ prima per lateralem portam ingredientibus Fratrum ecclesiam occurrit. Sed solum sex Hagiologii menses absolvit ediditque Cardosus, qui si longius vivere ac scribendo

Maji T. III

progređi potuisset, haberemus nunc fortassis accuratiorum notitiam monumentorum ad hanc corporis Translationem spectantium, post quam nulla alia facta scitur. Proinde, si quæ usquam Reliquiæ extant, verosimile est eas a reliquo corpore jam tunc fuisse separatas. Os certe unum a Conventu Santirenensi jam pridem obtinuit Vaozelle oppidum, Beati patria, servaturque sub clavi a Dominis Caballariensis prædii, propter arctam consanguinitatem qua hi Beatum contingunt, inquit Cardosus: qui ex libro inquisitionum Alfonsi Regis III hæc verba profert, Ferdinandus Canellas comparavit tempore D. Regis Sancii, avi istius Regis, villam de Pinheiro (est hæc Vaozella proxima) et forariam de Caballaria: et modo filii de Joanne Fernandez de Almeida habent ipsam hereditatem.

D
AUCTORE D. P.

os in patria
ejus Vaozella

3 Servatur autem prædicta Reliquia in eremitorio, nomen ejus ferente et carceribus publicis sic contiguo, ut captivi in illud prospectum habeant, possintque audire quiete et reverenter sacrificium Missæ ibi fieri solitum: sicut ego ipsum ex devotione ibidem obtuli anno mdcxlv, inquit jam sæpe dictus Cardosus. Supra portam spectatur intra loculum imago Beati, an. mclxxviii sculpta ex petra, ea figura, ut sub pedibus draconem infernalem prostratum habeas, eundem lancea quam manu tenet videatur transfigere. Altare multo recentius adornatum fuit anno moclxxii, supra parvam cryptulam in quo prædicta Reliquia custoditur. Est etiam in honore conclave, in quo felici partu natus est mundo Beatus iste, intra ipsum quod dixi Caballariense prædium, conversum in sacellum, Spiritui sancto dicatum: quod cum ruinam minaretur, restauratum fuit an mdcxlv, positaque supra altare imago Sancti Fr. Ægidii. Extat præterea antiquum Regum Lusitanorum Diarium, in Tumbensi turri asservatum, in quo sic legitur: S. Ægidius Ordinis Prædicatorum migravit ad Christum, die xiv Maji an. salutis mclxv. Denique in Calendario Cathedralis Conimbricensis ista habentur. Anno a Nativitate Domini mclxv, xiv die Mensis Maji, in qua die tunc temporis occurrit festum Ascensionis Domini, obiit Mag. Ægidius, Presbyter, quondam Canonicus Theaurarius istius ecclesiæ: qui decessit Frater Prædicatorum, et reliquit Capitulo lx libras, et pro suo anniversario hereditatem de Cernelia, cum omnibus juribus et pertinentiis suis etc. qui jacet in monasterio Fratrum Ordinis Prædicatorum apud Sanctarenum.

intra eremito-
rium juxta
carcerem:

E

memoria in
scriptis an-
tiquis et pu-
blicis ut Sanc-
tu.

6 Vitæ historiam brevius scripsit auctor anonymus antiquus, post historiam miraculorum, ab Ægidio vel od Ægidii invocationem in vita atque post eam divinitus patratorum, compositam rudi ac barbara Latinitate, per auctorem multo antiquiorem, atque ipsi Beato corvum, qui Santirenensis Conventus Prior, et Fr. Petrus Paez seu Pelagius dictus fuisse intelligitur ex num. 60 et 85 ejus quam dubimus Vitæ, acceptæ et contractæ ex quatuor libris, in quos hoc argumentum, varis adiutamentis illustratum et in dialogi formam extensum, distinxit auctor, veterum MSS. fidem secutus, barbariem moderatus, Mag. Andreas Resendius. Laudat hunc in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Mag. Antonius Senensis pag. 18, dicitque quod fuerit vir doctissimus in politicis litteris, linguarum notitia clarus, omnis generis antiquitatum mirus indagator, verbi Dei præco præstantissimus, et Joannis III Regis Portugalliæ concionator, qui claruit usque ad annum mclxxvii. Idem, præter alia sui ingenii monumenta ibidem enumerata, et hoc de B. Ægidio opus, etiam scripsit Historias Divorum, quæ publice in templis leguntur; et Breviarium Eborensis Ecclesiæ, jussu Serenissimi Cardinalis Infantis Henrici, reformavit. Quos autem de R. Ægidio scripsit libros, eorum autographum anno mclxxxv, cum Bibliotheca ederetur,

Vita et mira-
cula olim ru-
dius scripta,
cultus trans-
lata

ab Andrea
Resendio,

A *servabat adhuc Conventus Sontirenensis: egraphum vero male habitum eodem fere tempore reperiens in Gallia F. Stephanus de Sampayo, traxit in occasionem edendi anno MDLXXXVI Parisiis libri, cui titulus: The-saurus arcanus, Lusitanis gemmis refulgens, in quo Ægidii, magi olim, Theurgici stupenda historia, variis exulta dialogis, atque aliorum Sanctorum Patrum Ordinis Prædicatorum ex eadem Lusitania gesta, multaque alia scitu dignissima continentur.*

edita a
Sampayo:

antiqua MSS.
frustra requi-
sita:

7 *Quid Sampayus Resendia, quid Resendus Pelugio præstiterit, in sua quisque præfatione declarat. Ego brevitatis studio resectis pureris, quibus dialogi forma exornabatur, eum continue orationis modum restitui, quem Resendus dederat, priusquam in Pyrrhi cujusdam medici colloquium venisset, unde sumpta dialogismi oc-casio. Maluissem ipsa antiqua scripta, quantumvis barbara, invariata hic exhibere: ideoque rogaram R. P. Antonium Macedo Novitiatus nostri Olissiponensis Rec-torem, quondam Romæ mihi notum (cum ipsum quem Regna Sueviæ Christina primum dignata est facere conscium sanctioris consilii de mutanda religione et regno abdicando, eodem per annum et amplius familiari-ssime usa, donec eum Romam mitteret ad Societatis nostræ Generalem, quæ in rem forent deliberaturum) rogaram, inquam, ut vetera MSS. in chortophylacio Scalabitani conventus requirenda ac transcribenda cura-ret. Sed vana ea diligentia fuit; nihil enim ejusmodi istis repertum, nec quidquam quod oleat vetustatem. Solum in Conventu S. Dominici Olissipone repertum exemplar est cujusdam examinis, in ordine ad solennem et publicam canonizationem instituti anno MDCXXVII, circa famam sanctitatis B. Ægidii, cultumque anti-quum et venerationem populorum, nec non miracula ejus intercessionis tributa. Sed cum horum ne unum quidem in particulari exprimeretur, non credidit Pater iste operæ pretium sumptus facere in istius interrogato-rii descriptionem. Nec vero erat operæ pretium: nisi quis forte præcipua probationum capita strictim vellet colligere, quemadmodum feci VII Aprilis post Vitam B. Hermannii Canonici Præmonstratensis Steinveldiæ. Nam tale quid si accepero, etiam hic libenter subne-ctam.*

alii de eodem
Beato scripto-
res.

8 *Enumerat longo ordine Cardosus scriptores, qui B. Ægidii vitam attigere. Præcipui et nobis etiam noti, sunt Abrahamus Beovius in suis Annalibus ad ann. MCLXV, Castellius tomo I Historiæ S. Dominici a pag. 427 ad 433, et Tamayus de Salazar in suo Martyrologio Hispanico: qui omnes sua verbotenus fere ex editione Sampayi sumpsere, idque lingua Latina hoc nostro seculo. Superiori autem seculo eandem Vitam Lusitanice edidit ad calcem sui operis de Sanctorum gestis, anno MDLXXXV appendice eum actis, Fr. Didacus de Rosario, vel alius pro eo, addens eam excusam sicut scripta est in libro quodam authentico, tractante de Vitis aliquot sanctorum Ordinis, viderique ex-tractam ex ea quæ scripta extat in conventu Santi-renensi: quod de Rosendii autographo non debet intel-ligi, sed de ipsiusmet Pelugii Prioris compilatione. Cum enim ad extremum ipsis auctoris verbis positum esset, qua ratione Thomarii jentaculum sumens, ab infixa gutturi spina invocato Ægidio fuerit liberatus, prout refertur a nobis num. 84, dicta Lusitana Vita sic concluditur: Non scimus quomodo vocatus fuerit iste Religiosus, qui hæc de se scripsit et hæc histo-riam compilavit (qua in libro, unde hæc vita Lusi-tanice translata est, talia non exprimuntur) videtur tamen mihi vir esse magnæ auctoritatis, qui multas earum quas narrat rerum vidit ipse, et alias a per-sonis fide dignissimis accepit. Gallica denique lingua et novo ordine Vitam ac miracula B. Ægidii digessit Fr. Joannes de Rechaë a S. Maria in tomo 2 de Vitis Sanctorum Canonizatorum sui Ordinis, anno MDCXLVII. Alios qui strictius memoriam Ægidii attigere nihil*

attinet singulos commemorare, cum omnes hoc seculo scripserint, et novæ rei nihil addiderint.

D
VIDE APP.
TOM. VII MAII
NOT. 91 **

VITA

Auctore Magistro Andrea Resendio Ord. Præ-
dicatorum.

PRÆFATIO EDITORIS

Fr. Stephani de Sampayo Lusitani.

Habes in hoc volumine, pie lector, Ægidianam conversionem, multis et utilissimis tam Theologiæ quam humaniorum litterarum flosculis intextam. Quæ quanto mihi labore constiterit, in revelationem parvulorum (ut Christi verbis utar) et derisionem sapientium hujus seculi, non facile dixerim. Cum enim in quodam Pictaviorum castro diebus elapsis quasdam meas elucubrationes sollicitus quævissem, prope cœnobium Belvecuriæ forte et inopinate, inter militum manus pedesque, hæc sancti viri historiam, illuc casu delatam, et a doctissimo Ma-gistro Andrea Resendio olim conscriptam, offendi, collegi, atque redemi. Quamvis autem auctoris sui nomine et historiæ principio Græcisque carminibus deletis, adeo informis apparebat, ut non facile a me dignosci posse aut reparari videretur: communis tamen mihi cum D. Ægidio nativi soli origo ad hoc ejus resarciendum et vivificandum opus allexit. Altera deinde peculiaris ratio, quam non sine magna ingratitude nota subterfugere cogitarem, ad hoc me urgenter commovit. Ingenue namque meritis ejusdem Divi vitam me, vel saltem oculum dextrum, jam a multis annis salvum sanumque habere fateor. Cum enim adhuc tirunculus in religione essem, anno circiter MDLX instantibus comitiis Provincialibus nostris, in Scallabitano cœnobio agendis, in quo sepulchrum hujus sancti Patris veneratur, a con-ventu meo Ulissiponensi illuc ire sum jussus. Est autem intra septa monasterii puteus quidam pro-fundæ altitudinis, quem antiquorum traditione vul-gus jactitat e terræ intimis, ut adhuc cernitur, effossum, ex quadrato lapide a summo usque ad deorsum a malignis spiritibus, per obedientiam D. Ægidii, unica nocte extractum esse. Hujusrei invi-sendæ causa juvenili quadam motus curiositate, cum me illuc semel proriperem, aderat illic forte familiaris quidam noster agaso, qui haustro altero duorum lon-gissimo fune pendentium, aquam ab eodem puteo hau-riebat. Cum vero jam prope medium profundæ altitu-dinis situlam unam, aqua plenam extractam pendu-lam, et tunc tensus apprehensam firmiter, e manibus incaute ruere permisit deorsum; vase pleno tanto impetu pessum eante, ut vacui alterius ascendentis uncus ferreus semicircularis a quo pendebat, per concavum dextri oculi me intruspicentem apprehenderit, atque paululum in aera elevaverit, priusquam ego periculum cavere possem. Mentis igitur ab statu ex hac concussionem deturbatus, quasi per somnium ex prævia apprehensione. D. Ægidii nomen cœpi afflicte invocare. Accurrerunt Religiosi, et cranii fractione me in brevi morituri, vel sal-tem oculo dextro orbatum esse judicabant: non parum mirantes quod non intra puteum decidissem, in cujus humili ore ventre tenuis procumbebam. Denique trimestri spatio semivivus lecto decumbens, chirurgis medicisque de vita mea actum esse jam cogitantibus, apponebant [tantum lintea conduplicata, pro excipiendo pure,] ab oculi centro horrendo putore incessanter defluente. Non tamen destiti D. Ægidii, in cujus domo et ad cujus putei oram (voca-tur enim puteus Fratris Ægidii) passus fueram hujusmodi

Mat. 11, 25
Vita hæc
fortuito inven-
ta ab eo,

E

qui oculum
salvum
debebat,

F

evidenti
miraculo
B. Ægidii.

A hujusmodi læsionem, auxilium implorare. Nec vana fides. Letalis enim illa contusio et immedicabilis, contra spem omnium sanabilis in dies magis cœpit apparere : et siccato saniei fluore, centrica illa plaga hiatusque horrendus occludi. Postea demum non solum vulnus [curatum] est, sed et cicatrix abolita fere evanuit. Testis mihi est Dens quod verum loquor, et vere cœlestem medicum, ut Salomon consulit, propter infirmitatem honoro, quæ ejus suffragiis, ut ab omnibus judicatum est, præter ordinem naturæ delusa atque exterminata fuit. Semper enim mihi persuasi, magnum ecclesiæ Dei incommodum et scandalum commentitia miracula generare. Præstat utique Divorum historias, ut vere contigerunt, vere narrare, non autem imperito vulgo eos fictionibus velle commendatiores reddere. Hæc D. Ægidii gesta quidam antiquus Pater, Scallabitani conventus Prior, fideliter, tamquam oculatus multorum testis, conscripsit; postea vero citissimo nobis tempore M. Andreas Resendus, repurgatis multis, nobis illustriora suis reliquit elucubrationibus, omnino absolutis. Quia tamen, colloquii familiaris occasione, stylo admodum mordaci et satyrico in iis utebatur, tam in gratiam lectoris quam auctoris ejusdem, multa invertere, addere, immutareque sum coactus. Erasmitica enim libertate (salva pace tanti viri) aliqua in dubium vertere voluit, sive censoria virga notare, de libris Dionysii Areopagitæ, de quibus sine gravi scandalo Galliarum nec mutire jam licet; de Templariorum exterminatione, de aliis etiam multis; quibus antidotus solutionis appositus est, quæ lector curiosus non infructuose inspiciet.

PROLOGUS AUCTORIS.

Cum diebus elapsis Almerinium peterem, aulicum in Lusitania pagum, pro Regum tantum venatione pulchre extractum, incultis latissimisque circumseptum campis, vario ferarum genere refertis; negotio pro quo illuc perrexeram absoluto, Scallabim quoque adii urbem, quam nunc Sanctarennam dicunt, ut sepulcrum sancti Patris Ægidii, quod est in templo cœnobii nostri D. Dominici, religionis causa visitarem, simulque ut librum gestorum ejus commodato a meis cœnobitis peterem. Cupiebam enim sancti viri historiam paulo mundiori sermone conscribere, partim quod id patriæ debebam, partim etiam peculiari quodam erga illum affectu. Præerat autem conventui religiosus et bene doctus vir quidam, quicum me comiter et jucunde, pro veteri amicitia nostra, suscepisset; librum quem petebam, non modo libentet alacri animo tradidit, verum etiam, quod ego mea sponte pollicebar, multis ipse verbis cœpit efflagitare. Spondi tunc, me facturum; illique vale dicens, meam sum reversus in urbem. Postea vero cum circa ferias Quadragesimales, sacrarum concionum causa, Vianam me contulissem, oporteretque ter in hebdomada concionari; eo factum est, ut serius meum promissum implerem : nihilominus tamen successivis horis, quibus a concionum onere vacabam, rem sum aggressus; et sesquimense, studio interpolato, confeci. Quampridem equidem potui evulgassem; nisi incidisset occasio vertendi styli et orationis rationem immutandi, ut sermonem cum amicissimis meis super ea re habitum in literas mitterem. Nam cum rediissem in urbem, atque domum me recepissem; die quadam meridiano tempore sedebam cogitabundus, librum illum conferens cum mea nova historia; intervenit autem Loisius Pyrrbus medicus, vir mihi et eruditionis luculentæ gratia et morum facilitate non modo amicus, verum etiam jucundus. Is adventui meo cum esset gratulatus, et vidisset librum veterrimum, membrana scri-

ptum, a blattis semicomestum, Ut tu, inquit, tibi similis semper es! Sed e quibusnam latebris vetustissimam hanc prædam eruisti? E cœnobialibus, inquam, Pyrrhe. Expecto, inquit ille, thesaurum aliquem : nam tu, nisi elegantissima quæque, prædari non soles. Thesaurum sane, inquam, licet appelles : elegantiarum vero si quid expectas, audi. Deinde legi versus aliquot prodigiosæ latinitatis, imo barbariei monstruosissimæ. Erat enim liber compositus a nescio quo auctore, probo sane et religioso viro, qui, quantum apparet, virum Dei Ægidium adhuc in humanis agentem, non modo familiariter novisset, verum etiam testis oculatus admirabilis vitæ ejus fuerit. Hic igitur gesta beati viri scribere est adorsus, sermone quidem Latino, ut illius ætatis ferebat consuetudo; sed sparsim, inordinate, solœce, balbe, planeque barbare : nec alia scriptori cura fuit, quam veritatem, multis nominatis testibus, quovis modo dicere. Vitæ vero series, patria, parentes, studia et conversio, ab altero recentiore descripta sunt, eodem caractere, hoc est, plane barbare. Pyrrhus, ut est rudis sermonis insolens, Pro, inquit, Jupiter, carbonarium thesaurum! Sile, quæso te, et tu potius, quidnam barbarus iste liber contineat, eloquere. Vitam, inquam, et miracula Beati Patris Ægidii Scallabitani. Et ille, Hunc Ægidium magum ego fuisse inaudivi Atqui in hoc, inquam, divina potentia pietasque elucet vel maxime, quod perversissimos ipsorum culpa homines, reddit gratia purificante rectissimos. Est ita, inquit ille : quare, nisi tibi molestum est, cuperem vitæ ejus seriem audire, sed nitidior atque ex officina tua sermone. Multum enim detrahit rebus, alioqui eximiis, rudis et impolitus sermo. Certe barbarie et ignava compositione, etsi fides dictorum non minuitur (quamquam et id quoque) friget tamen affectus. Ea ipsa causa est, inquam, Pyrrhe, cur hoc opere suscepi. Habeant ergo Sacerdotes nostri Divi Dominici barbarum suum librum, atque in fidei testimonium servent : ego operam dedi, ut Ægidii nomen per aures eruditorum, fastidiosissimæ ætatis hujus, paulo inoffensius ire possit : tu autem animum orationi attende, tametsi ego mihi id non sumo, ut tam comptam effecturam me confidam, ut valeat sibi ipsa facere audientiam.

CAPUT I.

Adolescentia et conversio Ægidii : Vita in Ordine usque ad obitum acta.

Beatus igitur Pater Ægidius natus est anno circiter millesimo centesimo nonagesimo a ad confluentes Vagi et Zebe fluminum, in oppido Vaozela, quod ab utroque fluviine conflatum habere nomen videtur. Est autem oppidum in Visæensi diœcesi, juxta thermas Alaphoenses. Parentes ejus, juxta seculi dignitatem, et genere nobilissimi et moribus religiosissimi fuere, et fortunæ amplitudine inter primos clari. Nam pater, Dominus Rudericus Pelagius Valladaris nomine, Domini Suerii Pelagii Valladaris filius, de primoribus fuit aulæ Regis Sancii majoris, et illi a consiliis, adhuc Regiæ Major domus. Fuit etiam arcis et urbis Conimbrigensis Præfectus, non autem Prætor, ut male barbarus iste liber continet. Prætor enim juri dicundo est : Præfectus autem militare vocabulum. Id ita esse, ostendit inscriptio sarcophagi, quæ, me puero, Conimbrigæ in cœnobio Canonicorum S. Crucis detecta est. Ea autem hujusmodi est : HIC SITUS EST DOMNUS RUDERICUS. PATER FRATRIS ÆGIDII, SANCTURENENSIS, MAIOR PRÆFECTUS ARCIS ET URBS CONIMBRIGENSIS. Hoc enim sonat vocabulum Punicum Alcaide, quod erat in

D
A. ANDR.
RESEND.

miracula a
teste ptero-
rumque
oculato,

E
et vitam
recentius
compositam
continentia.

eam Latinius
publicanda
suscipit.

F

a
Vascelæ na-
tus,

patrie arcis
Conimbrigi-
ensis Præ-
fecto.

Ecl. 38, 1

In nonnullis
correcta
editur.

Nactus vetera
de B. Ægidio
scripta,

C

a stylo plane
barbaro,

A in inscriptione, quo etiam nunc in ea administratione Lusitani utimur. Mater vero illius Domna Terasia Gilia sive Ægidia vocabatur. Habuit et germanos duos, Pelagium Rudericum, qui patris nomen iuersum habuit, et Joannem Rodericum natu maiores. Ipsi vero de matris cognomine inditum nomen: patris autem nomen in cognomen transiit: nam Gilius sive Ægidius Rodericius fuit appellatus. Ita reperio in libro familiarum sive geneason, scripto a Petro Comite Dionysii Regis notho. Consului etiam de eadem re D. Antonium Liniicum, ex nobilissima Dynastarum Liniæ familia, qui argumento simili librum confecit, sermone quidem patrio, verum accuratiore et ætati huic nostræ accomodatiorē b. Habuit Ægidius fratrem alium, et nescio an tantum fratrem ex priore patris uxore, an etiam germanum, Decanum ecclesiæ Olisiponensis. Mater ejus (quod ad claritatem eorum quæ dicenda sunt conducit) amicitia fuit Domnæ Joannæ Didaciæ, oppidi Ataughiæ domina, femina illustri, quæ in aula Reginam Alphonsi III uxorem comitabatur, quam habuerat in matrimonio Dominus Vernandus Vernandus Cognominus, ex qua genuerat Vernandum Vernandium minorem et Nuniū Vernandium Cognominus. Is Nuniū Vernandus sub Rege Dionysio regni Thalassiarum et magni fuit nominis: Joanna vero, Nunii mater ac Ægidii consobrina, ædiculam marmoreamque sepulcrum, in quo beatus Pater Ægidius post translationem conditus est, ædificavit, religionis et necessitudinis ergo. Id ideo commemoravi, Pyrrhe, ut tam cognominis nostri, quam illustris Athaidiorum familia, in quo hereditario jure Athaugiæ oppidi dominium derivatur, intelligant ad se beatum virum non parva necessitudine pertinere c.

2 Talibus ortus majoribus B. Ægidius, magistrus cepit frequentare a prima statim pueritia Conimbrigæ, in qua urbe, utpote ea tempestate Regum Lusitanorum sede, litterarum studia tunc vigebant. Supte vero ingenio et instituto paterno philosophica studia sectatus est, præcipue autem medicinam; in qua brevi multum, etiam usque ad nominis famam, profecit. Id cum mirum et modum Regi, cui parentum causa familiariter notus erat, placuisset, eumque sibi Archiatrum d futurum jam proponeret, studia ejus liberaliter fovebat. Invenio Regis beneficio illum adhuc intra pubertatem, ecclesiarum Bracarenensis, Conimbrigensis, ac Igedetanæ Canonicum esse factum, ecclesiæ item Divæ Virginis ac Martyris Irenes Scallabitanæ, Cherusciensis quoque ecclesiæ fuisse Rectorem e. Igitur cum ex studiis famæ dulcedinem, quam jam gustaverat, adamasset; decrevit ad celebrem Parisiorum Academiam proficisci, ut illic et litteris eruditor, et experientia plenior peritiorque in patriam rediret. Profectus itaque cum decenti comitatu, juxta generis atque fortunæ dignitatem, ex inmodica famæ et nominis cupiditate cepit animo cogitare, quonam pacto apud suum Regem, supra reliquos ejus ætatis doctos homines, inclaresceret. Nec per eum stabat, ut est in perversum prout humana mens, quo minus id vel malis artibus efficeretur. Hæc secum versanti daemon, libidinis ejus auctor ac stimulator, conspicabili forma, schemate viatoris, eodem pergenti apparuit. Atque eo comiter salutato, ortoque (ut mos est iter agentibus) familiari colloquio, ille non audita profectionis ejus causa et desiderio (quod ipse tacitus succedebat) vehementer propositum illius collaudavit, sed tam longinquam et diurnam peregrinationem non probabat; præsertim cum posset ad apicem naturalis philosophiæ et medicinæ artis, magno et viæ et temporis compendio, pervenire. Insuper occultas et pœne divinas artes, quas vani quidam homines, velut illicitas per ignorantiam odiose insectarentur,

pollicebatur illum consecuturum, quibus et morbos depellere et rerum eventus præscire, ac mira super mortales omnes valeret operari. Non longe esse urbem Toletum, in qua illis artibus posset erudiri, modo dictis ejus obtemperaret. Intellexit Ægidius magicas sibi artes, a quibus illa tempestate in Hispaniis non abhorrebant homines, ab illo viæ comite perhiberi: et paululum quidem cogitabundus substitit, deinde autem pessime persuasus pessimo acquievit consilio. Quare onisso cœpto itinere, Toletum deflexit, seque magistris impiæ ac nequissimæ disciplinæ, loca subterranea atque ab hominum conspectu remota frequentantibus, juxta imperatas leges horrendu nefarioque sacramento addixit, seseque in animæ exitium devovit, chirographo sua manu de suo sanguine facto, in testimonium illis dato. Decurso septenni spatio, bene ad male agendam instructus, permissusque abire quo vellet, Parisiense iter, quod prius instituerat, est aggressus; et brevi, maximo totius Academiæ plausu, permissionem adeptus est, ut medicinæ artis Doctor, et vocaretur et esset. In arte autem exercenda cum partim naturalis philosophiæ exacta cognitione, partim propitiorum tunc dæmonum favore adjutus, felicissime operaretur, ac morborum crises facillime præveniret, omnes tam doctos quam indoctos in sui admirationem attraxit. Nec curationibus contentus, miracula ad nominis ostentationem edebat plurima, tum in rebus gravioribus, tum joco et ridiculi gratia: et quæcumque animo collibuisse, boni et æqui posthabita ratione, sibi permittebat.

3 Interea appropinquavit tempus, quo Domino placuit, illud contumeliæ vas in vas honoris commutare. Contigit igitur adhuc Lutetiæ commoranti, vidisse spectrum hujusmodi. Erat quadam die in sua bibliotheca solus clausoque ostio: et ecce oblata est ei species viri armati, facti quantum videbatur ex lapide marmoreo, equo marmoreo insidentis, qui lanceam manu vibrans, hæc ad illum vultu terribili et minaci verba locutus est: Muta vitæ statum: Muta, inquam, tuæ vitæ statum. Et his dictis evanuit. Ille vero tunc quidem tristis et attonitus visa secum reputabat, et ex scelerum conscientia merito terrebatur: sed postea illecebris amœnioris vitæ et peccatorum vinculis irretitus, sese cepit redarguere, quasi phantasmatum ludibria religione nimia vereretur. Obdūruit itaque, animumque in pristina vita sua confirmavit. Pauci intercesserunt dies, cum in bibliotheca legenti adfuit iterum armatus ille vir, simili apparatu, sed habitu oris longe terribiliori; et admissio in eum equo, Muta, Muta, Muta, inquit, vitæ tuæ statum, alioqui te interficiam. Tum vero stupefactus, Mutabo, inquit, Domine; et quæso mihi ignoscas, quod priori jussioni tuæ non maturius obedierim. Quem cum ferox ille eques demissus se gerentem vidisset, lanceæ mucrone illi pectus leviter supra cor pupugit, statimque discessit. At ille ita punctus, existimabat plagam in cor intimum descendisse. Quare flens et ejulans cepit famulos inclamare, ac imperare, ut statim abitum adornarent; velle enim ab illa terra recedere, atque in patriam remeare. Accensoque igne copioso, libros magicæ superstitionis combussit, et compositis celeriter sarcinis clam discessit, recta magnis itineribus contendens in Lusitaniam. Dumque esset in via, ex mæstitia, in inedia et lassitudine quartanam febrem incurrit: propter quam tamen profectionis contentionem numquam intermisit, utpote corde saucius, et semetipsum fugiens, incertusque animi, quid sibi potissimum esset ad salutem agendum.

4 Interim Palentiam devenit, ubi tunc nuper admodum exorti Prædicatorii Ordinis Sacerdotes, juxta sanctissimi viri Dominici institutum, cœnobium

A. ANDR.
DESEND.

b
matre item
nobili:

c
ex studio
Conimbrigi-
censi

d

e
transiurus
Parisios,

a jungente
se ei per rium
daonue

D
persuadetur
Magiam To-
leti discere.

Parisiis me-
dicinæ do-
ctor creatus,

E

gemmaque
apparitione
jussus muta-
re statum
vitæ,

F

Prædicat.
Ordinem
Palentiz
amplecti-
tur:

bium

A bium ædificabant. Quos cum Ægidius vidisset in opere laborantes, cæmentariisque ac artificibus reliquis sedulo, absque ullo sanguinis, gradus et scientiæ supercilio, ministrare; optavit se illis jungere; et mane facto, Rectorem cœnobii convenit, petivitque anxie, ut ejus exciperet Confessionem. Cumque eatenus actæ vitæ labe, recensque propositum aperuisset, religiosus ille vir, lucri faciendi ejus cupidus, consulit cœnobitas suos, placeretne illum recipi. Mox magno omnium gaudio, raso capite depositisque laicis indumentis, regulari Ordinis habitu est indutus, et veniens ad ostium cœnobii, famulis ex eo facto consternatis multumque plorantibus, valedixit, omni inter illos divisa suppellectili. Ad hæc litteras ad patrem dedit, quibus ordine quæ sibi contigissent enarrabat. Ipse vero in carne sua pristinam indulgentiam puniens, totum se jejunio et poenitentiae operibus dedit; ad tantam sui humiliatorem demissionemque redactus, ut ad abjectissima quæque ministeria hilarior esse videretur, quam humanæ laudis et gloriæ prius fuerat appetentior. Victu utebatur parcissimo, partim sua sponte, partim quia tanta paupertate monachi premebantur, ut fere, crassiore pane et paucillo vino exceptis, nihil illis in prandio lautius apponeretur, quam cuilibet cocti cauliculi folium, aliquando exiguo unctam oleo, nonnunquam ex aqua tantum bulliente et sale maceratum potius quam conditum. Cingulo ferreo, quatuor diffracto internodiis, sub cilicino sago, super nudam carnem se incinxit, ita fibulato ne facile aperiri defibularive posset. Id donec vixit *f* omnino ignorato ac latens, post obitum, dum pollinciretur, compertum est. De quo suo dicens loco. Peracta annua catechesi, quæ antequam initiaretur juxta canonicam sanctionem præcessura erat, cum vitæ institutum vovisset, rediit in patriam; et cœnobium Scallabitanum, regulari disciplina; et gravissimorum Patrum frequentia tunc celebre, ad habitandum elegit: quod quidem cœnobium, primis ex orientis Ordinis initiis, vivo adhuc sanctissimo Patre Dominico, B. Dominicus Cubensis *g* ejus discipulus ac socius, ab eoque in Lusitaniam missus, non multis retro annis Regio favore construxerat, ubi et sepultus requiescit.

Inde Scallabim missus,

multum cruciatur propter chirographum datum demoni.

B in hoc ergo Ægidius mira se afflixit asperitate: graviter autem illum angebat fœdus pactum cum dæmone, et chirographum infelix, quod suo sanguine scriptum illi dederat. Quare abundante lacrymarum fluvio Christum, ut sui miseretur, anxie deprecabatur; Dei tamen genitricem, utpote Prædicatorum Ordinis specialius patronam, peculiari et ardentissimo venerabatur affectu, in quam permagnam collocaverat fiduciam fore ut ejus meritis chirographum illud deleretur. Ideo excubitor assiduus in sacello comitis quotidianis extracto, Capi tui locus vocatur, in quo pendebat demissus a turri per foramen funis, quo cymbalum pulsatur, aucte beate Virginis altare prostratus, totas fere noctes ducebat insomnes; cum tamen interim gravissimas dæmonum pateretur sycophantias, illum ad desperationis barathrum pertrahere molientium. Nam sicut ipse postmodum, cum ad tentationum tolerantiam juniores hortaretur, simplici animo ac familiariter referebat, varios diaboli insultus perpassus est, modo illi chaos et horribiles tenebras, modo in æternis ignibus ardentibus cum corporibus animas ostendentis; aliquando se nequam hostis in maximæ amplissimæque testudinis speciem objiciebat, nonnunquam trucis sagittarii imagine formidolosus eum sagittis impetentis, jam jamque immisuro similis, ob oculos se ponebat: interdum vero, qui esset, confessus, probrosis vituperationibus ac maledictis illum proscindebat: ut asseveraret postea, malle se nil-

qui sub variis formis eum tentat,

lies capitalem subire sententiam, quam in spectrorum talium fœdam imaginem dæmonumque sævitiam iterum incurrere. Ad quorum improba terrimenta, multimodasque illusiones et formas, quibus se illi conspicabiles objiciebant, externatas et ex præteritorum conscientia formidolosus Ægidius, querula anxietate impendio magis ad pietissimæ Dei Genitricis confugiebat asylum. Nam post septem fere a sua conversione annos, nocturna quadam pervigilatione afflictus et inopportuni oranti adfuerunt dæmones, clamoribus validis nihil illud agere subinde obstrepentes: meminisset, ut pessimo se inferis auctorarat facinore, meminisset Christi per inexpiabile scelus ejurati, meminisset religionis Christianæ pro nihilo habitæ; nullum jam quantævis poenitentiae relictum esse locum, frustra se allictare, frustra precibus fatigare oclusum sibi omnino cœlam.

6 Hæc et his similia cum jactarent, quo de constantia gradu dejectus desperationis extremo scelere se afflicto animo impiaret; Ægidius ad Virginis statuam, quæ erat in ara, paulisper erectus; inter acerbissimos singultus, qua voce potuit, Pietissima, inquit, Regina, revera cum mea mecum scelera expendo, digna omnia meis factis, quæ objiciunt isti, egomet agnosco: sed cum omnipotentia, cum misericordia, cum placabilitatis filii tui, cum pietatis quoque tuæ recordor, non possum spem magnam non resumere, non possum meliora quam mereor non sperare. Ostende eos, Virgo clementissima, juxta filii tui sententiam, et mendaces esse et mendacii patres: et famulum tuum, maxima te cordis ac spiritus anxietate adorantem, ad hanc aram tuo signo venerandum confugientem, tuum cœleste numen allicitum implorantem, spe bona, et bona qua potes ope consolare. Quid multis immoramur? Inter superbe intonantium et comminantium voces, consternatas præ angustia et terrore supplex Ægidius, parum aberat quin animam efflaret. Ecce autem chirographum infelicis pacti ante altare Virginis apparuit, *h* demissum per supra memoratum foramen ab improperantibus, et vim sibi factam a beata Dei Genitrice conquerentibus. Non poterit non dico mea, quæ perexigua sane est, sed humana ulla eloquentia pro dignitate explicare lætitiæ, lacrymas, gratiarum actiones, sanamque pro divinæ matris dulcedine insaniam, quibus Ægidius afflictebatur: cui nova oculis lux cœlitus oblata est, ut intelligeret, non displicere benignissimo Patri reverentis filii sobriam poenitentiam. Multum tamen illi in beatam Virginem auctus est affectus, qui jam antea non posse crescere videbatur. In tantum ut si rebus sacris *επιστημιον* i adscribere licet, non alibi ea magis, quam in uno Ægidio esse deprebenderetur: illum totum divinæ Matris amor speciali cura custodiebat. Pro septennio enim illo, perseveranti urgentium tentationum patientia exantlato, altero septennio illibatæ Virginis gratia remuneratus adeo est, quod perpetuo a Deo lucem quamdam, in modum accensæ lampadis, ubique sibi adesse conspiciebat, quasi certum ac præsens adversus nefarias potestates munimentum; donec tandem, posita fædorū spirituum formidina, non modo ad conspectum non terrebar, sed illis ipse potius terrori erat.

7 Tanto hoc onere, quo ratione maxima angebatur et premebatur Ægidius, per Christi gratiam et merita Genitricis ejus adempto, indes animo evadens quietior ac hilarior (non quod propterea poenitentiae rigorem intermiserit, aut se cupiditatibus efferrī permiserit, imo eo se deinceps macerabat amplius, quo etiam jam confidentius) sed tamen animo factus hilarior, divina sacræ theologiæ studia est adorsus, tanta aviditate, ut dies noctesque, quantum

D
A. ANDR
RESEND.

*et coram
imagine B
V. orant*

E

*cogitur
Chirographum
restituere.
h*

F

i

A quantum ab oratione vacabat, aliud nihil aut ageret aut meditaretur. Id quo ageret expeditius, Lutetiam iterum se contulit; atque a collegio Dominicalium Sacerdotum, recens quidem ibi structo, sed maximis ejus ætatis ingeniis florente, nonnihil superiore adjutus fama, et regia per litteras commendatione, benigne receptus est; et sanctæ memoriæ *k* Jordani, qui beato Dominico in regimine successerat, ob conspicuam vitæ sanctitatem factus carus. Familiarior tamen contraxit amicitiam cum venerabili Umberto, qui etiam post eundem Ordinem summa laude gubernavit. De sancta vero ejus tunc temporis conversatione cap. 2 quartæ partis, lib. qui dicitur, Vitæ Fratrum, nomine tamen ejus suppresso, hæc habentur. De quodam Fratre Hispano *l*, viro eximie sanctitatis et auctoritatis præclaræ, qui in seculo fuit in statu magno, narravit venerabilis Pater Magister Umbertus (qui ejus socius et valde familiaris fuit diu in Parisiensi conventu, et cum eodem in eadem camera infirmus) quod fuit tantarum virtutum, quod cum Fratres essent in scholis, ibat ipse ad cameras, et quas inveniebat deturpatas mundabat, et sordes infirmariæ efferebat: quæ apponebantur, quamvis contraria, et esset medicus, cum gratiarum actione sumebat. Cum aliquis eo indigebat in aliquo, statim dimissis omnibus se totum ei prompto animo et læta facie exhibebat: et non tantum corporalia, sed etiam orationem et devotionem et similia, propter fraternam caritatem, dimittenda factis et verbis docebat. Neminem offendens, majoribus in omnibus acquiescens, semper aut orans, aut legens, aut docens, aut meditans, studium minus utile et pro modico reputans, licet esset magnæ litteraturæ. Vitas Patrum et Sanctorum audiebat et referebat libenter: festinare ad prædicationem et fructum circa alios, se neglecto, plurimum reprobabat. Omnes sancta sua conversatione fortificans, ad amorem Ordinis, et sanctæ paupertatis, et vere obedientiæ animabat. Vix unquam tentati novitii ducebantur ad eum, quin multum consolati redirent. Infirmos autem ipse infirmos multum suis consolationibus recreabat, monens ut non curarent de medicinalibus; sed in fide Christi, quidquid apponeretur, lætanter acciperent; et optime proficeret illis. Quia (dicebat ille) plus potest gratia, quam natura; Christus, quam Galenus. Cum autem aliqui se fundebant per rumores vel secularia verba, tacens et aliquantulum sustinens, paulatim et insensibiliter quasi immiscendo verba de Deo, curialissime eos transferebat ad salubriorem materiam: ita ut in ejus præsentia non possent verba otiosa durare. Vix notari poterat, quod semel in anno verbum diceret otiosum. De loco suo nunquam recedebat pro aliqua recreatione vel alias, nisi pro causa necessitatis vel utili. Erat autem ita raptus in sanctis meditationibus et contemplatione, quod interdum Fratres, supervenientes ad visitandos infirmos, sedentes quoque etiam juxta se, non advertēbat: et postquam rediret de alio seculo, assurgebat eis et recipiebat gaudenter, quasi de novo venirent.

8 Hæc in libro supradicto, ex parte conscripto, ex parte approbato a Magistro Umberto. Quo studiorum socio tanta ingenii dexteritate usus est, cooperante jam quoque specialiore in illo divina gratia ut parvo temporis curriculo a Cancellario Parisiensi ad Doctoris culmen fuerit promotus, et sacrarum Litterarum, Patrum Ordinis auctoritate, per Hispaniam Lector ordinatus. De hoc, quod in historia ejus inveneram, cum aliquantulum addubitassem; liber ille, quem Fratrum Vitas inscriptum supra meminimus, me confirmavit; cujus ista sunt verba lib. 4 tit. De virtute orationis: Hæc Frater Ægidius de Portugallia scripsit, vir simplex et rectus, et timens

Deum, in seculo magnus in artibus et physica, et in Theologia in Ordine Doctor. Et item in tit. De diversis visionibus: Frater Ægidius Hispanus, qui fuit in seculo magnus in artibus et physica, et in Ordine in sacra Pagina Lector, qui Prior fuit Provincialis bis in Hispania, vir religiosus, pius et verax, socio suo, Fratri Umberto Magistro Ordinis, scripta misit hæc quæ sequuntur exempla. Ubi etiam advertendum iis est qui librum illum legunt, tam in his locis quos attuli, quam in aliis, ubi Ægidius testis in libro illo citatur, nonnulla miracula, quæ ipse Ægidius, suppresso auctoris nomine, commemorat, ab eodem ipso fuisse facta: quemadmodum patebit iis, qui ea, quæ nos scribimus, cum libro illo contulerint.

9 Reversus post hæc in Lusitaniam, agendo, docendo et prædicando, talentum sibi creditum duplicare etiam supra virilem studuit. Invidebat tantis successibus antiquus ille animorum sicarius, tantoque id magis, quanto ampliorem severioremque olim in Ægidio exercuerat dominatum: quem tandem amisisse cum torqueretur, nihil non agebat, nihil insidiarum prætermittebat. Sed cum jam aperto Marte, nequaquam proficeret adversus eum, qui spiritus virtute undequaque se communierat, occultioribus cuniculis experiebatur. Erat igitur quodam tempore vir Dei in Conimbrigensi cœnobio, divinis litteris et verbi ministerio nec indiligentem nec infructuosam operam impendens. Id quoniam displicebat illi malo, virum Dei in secreto loco meditantem, ementita monachi cujusdam imagine, est adortus; et paulatim exandescens, opprobria et injurias procacissime in illum coniecit, beato Ægidio insolentiam eam admirante plurimum, eumque inhonestissime divexavit. Non evicit tamen nebulo sycophanta quod volebat. Nam Ægidius, nihil immodeste respondens, ab illo discessit; et petito religiosi Patris Fr. Dominici Pelagii Cœnobiarchæ colloquio, facultatem discedendi Scallabim instantissime postulabat; affirmans se amplius Conimbrigæ non mansurum, nisi ex obedientia compelleretur, nullam interim de illatis injuriis mentionem faciens. Admiratus cœnobiæ Præfectus postulati novitatem, et suspiciens (quod erat) aliquid indigni ei accidisse, æque instanter causam, cur id tantopere vellet, percontabatur. Tum ille, Numquam, inquit majora opprobria nec graviorem vituperationem quisquam a quoquam audivit, quam ego modo a fratre quodam. Urgenti, sciscitantique, quisnam Frater ille esset; Ipse, ait, est Fr. Julianus Gallus. Fecit illum eo vocari Præfectus, et coram adstanti; Prosterne te, inquit, Patri Ægidio, et veniam ab eo postula. Prostratus Julianus, vir admodum probus et modestus; Causam, inquit, scire vellem, et quam Pater Ægidius de me conquestionem habeat. Habet, inquit Præfectus, atrocissimis a te hodie injuriis impetitus. Per sanctum Dei filium, ait Julianus, ego hodie verbum, sive bonum sive malum, Patri Ægidio nullum feci, quem ante hanc horam non sum allocutus: et meliorem spero mihi mentem dabit Omnipotens, quam ut eo vesaniæ deveniam. Mirari itaque cœperunt, denique detectæ sunt mali dæmonis præstigiæ, satagentis et publicam utilitatem impedire, et in sancti viri animo spinosi odii adversus fratrem aculeum infigere. Sed mentita illi sua est iniquitas: nam et ampliori deinceps ipsum Julianum vir Dei caritate dilexit, et magnum docendi ac prædicandi laboribus addidit cumulum, ut bono illi fuerit modica illa et suo Fratri cassa illusio.

10 Ergo augescente indies sanctitatis ejus fama, bis totius Hispaniæ *m* (nondum enim in Provincias divisa erat cœnobiolorum administratio) Rector Provincialis, non tam suffragiis in tabellam indicem collectis

A. ANDR. BESEND
Reversus
Lutetiam

k
fuit familiaris
Umberto postea
Magistro
Ordinis.

l
qui ejus
sanctitatem
multis describit.

*Inde reversus
in Lusitaniam.*

E
convitiis
appetit a
dæmone

*sub specie
Fr. Juliani
apparente,
F*

*in libro de
Vitis Fratrum.*

*et Hispaniæ
Provincialis
creatus.
m*

A collectis, renuntiatus est, quam viva omnium voce consensuque proclamatus. In quo magistratu seu potius ministerio, vix dici potest quantis se laboribus exercuerit, honore numquam ad superbiam abusus; sed indies se infra se magis dejiciens; etiam adultiore jam senio, quaque Hispania est, pedibus ter faciens, nisi admodum raro vilis aselli in sessione ex fatigatione nimia sublevaretur. Posterinrem tamen hujuscemodi magistratum, quem non multos post annos, quam priorem obierat, inire compulsus est, ut sibi ejurare liceret, in Comitibus generalibus ægre impetravit; verum per nimiam senectutem gerendo parem se non esse asseveranti permissum, uti eo se abdicaret. Inde tamen ad suos Scallabin se recipiens, requiem sepulcri fesso corpori, et animæ magnis laboribus functæ cœlestis præmium, quando Deo placitum esset, lætus expectabat n.

secunda
vice absolvi
petit et
impetrat.

n

ANNOTATA.

a Cardosus distinctius notat annum 1185 et obiisse octogenarium. Multis utilissimis, tam Theologiæ quam humaniorum litterarum flosculis, intextam hanc historiam a Resendio, scribit in sua Præfatione Sampayus. Fuerint illi non tantum iudicio ejus, sed re ipsa tales tunc temporis; nunc instituto nostro parum conveniunt. Quare satius esse duxi, eos omnes foras mittere, quod curioso lectori abunde satis esse possit, si præcipuorum vel leve indicium hic fiat. Sic in Prologo cum objecisset Pyrrhus, audivisse se, quod Ægidius magnus fuerit; respondet Resendius, etiam magum fuisse S. Cyprianum Carthaginiensem Episcopum, idque auctoritatibus Gregorii Nazianzeni et Prudentii conatur persuadere. De iis nos videbimus 14 Septembris. Interim ex hac persuasione Passionem SS. Cypriani et Justinæ in Syria, qui 26 ejusdem mensis coluntur, fabulam esse pronuntiat, nb iis excogitatam, qui verebantur ne magno Cypriano decederet aliquid auctoritatis, si ante conversionem Magus fuisse diceretur. Ostendimus nos suo tempore fabulam non esse, nec paucos externos, etsi antiquos, qui forte utrumque Cyprianum confuderint, idoneos esse testes, contra certiorum et propinquiorum auctorum fidem.

b Hac occasione perstringit auctor quosdam suæ gentis nobiles, qui turpe credebant, litteras scire.

c Athagidiorum Ægidio consanguineorum mentio inducit hic interloquentem Pyrrhum, ut meminerit de Cognominibus, qui maternum genus referant ad SS. Vincentium Sabinam et Christetam Martyres 28 Novembris; et ut improbet, velut sordida ac monachilia nomina, Dominus, Domna: quæ per contractionem usurpari ostendit auctor; Deos autem Deasque ab eorum ministris Dominos, Dominasque vocari, idque ex Græcis Latinisque Poetis probat, cumque tandem dixisset, eam prænominationem majori et quasi puriori nobilitati peculiarem, arguitur a Pyrrho suggerente, eam venalem haberi pecunia. Sed hoc Regibus videndum relinquens auctor, narrat de Rege Emanuele, quod divitem ex Judæis, incertum an Christianum, pecuniam pro eo titulo offerentem, rejecerit: causam prætextans, ne is ab omnibus appellaretur Don Perro, quod canem significat, et pro convitio Judæis impingitur.

d Addit Cardosus maximæ auctoritatis id officii fuisse, quod qui eo ornabantur in Actibus publicis subscriberent immediate post Episcopos, Abbates, et Magistros Ordinum militarium; eoque allegat instrumentum datum 7 Januarii 1236 cui sic subscribit, Magister Ægidius, Physicus D. Regis: quod facilius crediderim, quam probaverim, ad hunc Beatum esse referendum, quasi fuerit eo titulo usus et officio functus, post habitum Religionis susceptum.

e Pyrrhum hic, mirantem in unam personam etiam tunc tot collata beneficia, monet auctor ejus abusus

emendationem sperandam ob inchoatis Tridenti Synodalibus sessionibus: interim suggerit notum sibi Romæ quemdam Antonium Barbarum Lusitanum, qui supra triginta ecclesias possideret. Inde divertitur auctor ad explicandum, quomodo Ecclesia Iydetana ea sit, quæ nunc Garliam translata cum Episcopo est, ex loco hodie Idania dicto: et Scallabin fuisse docet, quæ nunc Sanctarem: indeque natum Joannem Episcopum Gerund. teste ejus Synchrono Isidoro in libro de Scriptoribus cap. 31 cujus scripta, uti et Aprigii Pacensis Episcopi, et S. Damasi Papæ, magno redempta optat nancisci Pyrrhus, quasi Damasus Vimaraniensis fuerit ex Bracarensi Comarca, et Pacensis civitas sit Pax Julia, hodie Beja dicta in Lusitania.

f Vixisse autem in Ordine ait Cardosus an. 44: oportet ergo eum an. 1265 mortuum, ingressum esse ordinem an. 1221.

g Fr. Dominicus Cæbensis in Hagiologio Lusitano, sed absque titulo Beati, ponitur ad 30 Januarii: laudatur in Vita Fratrum. Infra num. 46 vocatus Sanctus Pater

h Addit Cardosus, in hujus rei memoriam diu servatum in Capitulo frustum fanis, cum quo ad pedes Marianæ statuæ Chirographum descendit: et 25 Junii accusat eorum negligentiam per quam illud periit. Ibidem ait, ejusdem rei memoriam, in ipsa Beati capella coloribus expressam ad parietem, ægre nunc cerni, illis propter loci humiditatem evanescentibus idem: eodem loco servari imaginem illam beatæ Virginis, ex veteri Capitulo huc tractam, et alte in loculo suo collocatam.

i Ἐρωταζόμενος quin scripserit Resendius minime àbito, et amoris insaniam intellexisse, Sampayo (qui sibi videbatur legere Ἐρωταζόμενος) in margine notavit arcanam scientiam significari.

k B. Jordanis Vitam dedimus 13 Februarii, ante quam § 3 egimus de Vita fratrum, ejusdem auctoritate ob Humberto conscriptis.

l Addit Sampayo in margine: Hanc historiam alteri Patri adscribit Seraphinus: is forte quem de Merodio cognominat Antonius Senensis in Bibliotheca, aitque anno 1577 adhuc viventem multas Sanctorum et Sanctarum Vitas Italice scripsisse. Quod tamen expresse hic dicatur Frater iste fuisse Medicus, multum pro Ægidio facit.

m Prima quidem vice, inquit Cardosus, post obitum Fr. Suerii Gomez, primi in Hispania Provincialis. Michael Pius ait, rexisse eum Provinciam an. 1221, quando obierit tacet. Hac autem prima vice successorem Ægidius habuit juxta Cardosum Fr. Petrum de Osca, quo cito moriente coactus ille sit regimen resumere.

n Hic finem primi libri faciens auctor, prælibat argumentum secundi: cui postridie intervenire facit Egnatium Morealem, attractum ob recens funus alumni ac discipuli sui D. Duartis, Bracarensis Episcopi designati ante duos dumtaxat menses a patre suo Joanne 3 Rege, qui eum ante matrimonium genuerat.

CAPUT II.

B. Ægidii amor erga Deum extaticus, frequentis ac diuturno raptu testatus.

Hesteruo sermone, cum Ægidii nostri acta pœne ab incunabulis, ut ita dicam, ad perfectum usque deduxissem, pollicitus sum conversationem et virtutes ejus particularius me hodie narraturum. Unde igitur aptius exordiar quam ab illius caritate maxima, qua erga Deum ita afficiebatur, ut sæpe ex vehementi supernorum desiderio languorem incurreret, nec a lecto per dies aliquot surgere valeret; nullam languoris causam habens aliam, nisi cupere dissolvi

D
A. ANDR-
RESEND.

E

F

B. Ægidius
caritate flagrans

A. ANDR
RESEND.

A dissolvi et esse cum Christo, cui solum jam vivere Christus erat et mori lucrum? Certe quoties aut se orationi daret, aut paulo attentius divina contemplaretur, frequentissimas patiebatur extases; nonnumquam a terra duobus cubitis elevatus, ignem illum spiritum et divino amore flagrantem animam, corporea mole prope jam nihil gravante: et cum vix post multarum horarum spatium a somno contemplationis evigilaret, dolebat sibi dulcem illam spiritus ebrietatem fuisse sublatam. Sive autem procumbens oraret, sive flexis et positus in terra genibus, sive erectus ac stans, sive expansis manibus, et denique quovis alio corporis statu habituque esset, eo cum rapiebatur, immobilis permanebat: nec tum erat ei vox, neque anhelitus, neque sensus ullus exterior. Tantum ubi ad humanitatis sensum, ex illa divinae contemplationis dulcedine, redire animus cogebatur, crebra suspiria et gemitus etiam procul audiebantur, quasi ægre ferentis animæ ad corporeas functiones reverti: quo pacto dolet et conqueritur infans, si in summo lactis desiderio, a carissimæ nutricis uberibus avellatur. Et sicut ipse, in contemplatione, suavitate maxima fruebatur, sic alios ad illam hortabatur ipsemet; asserebatque contemplationem de supernis ubilibet nullo esse pacto deserendam; sed quocumque in loco eam Deus menti inderet, Divinitati parendum. Secessum quidem magis idoneum, si commode habere possit, quarendum; si non possit, cavendum, ne dum commodior locus queritur, languescat ardor animum succedens, et amittatur dulcissimus ille fructus. Referam exempla nonnulla, ut dictu miranda, ita etiam audita jucunda.

Ita raptus
Scallabi,

12 Venerabilis Pater Frater Petrus Oscensis, Rector provincialis Hispaniæ, cum visitandorum cœnobiorum causa Scallabum devenisset, et Fratribus mirabiles beati viri raptus narrantibus nequaquam crederet; contigit quadam solenni die, post peractam salutare Sacrificium, virum sanctum in oedeo, hoc est chori loco, qui eo capacior quam prius construebatur, juxta consuetudinem suam solum remanere; cumque stans rectus oraret, vehementi contemplationis vi absorptus et raptus est. Quod ubi aliquot ex monachis conperissent, festine adierunt Rectorem; et num vellet de eo quod non credebat certior fieri, interrogabant. Ille cum nihil se aliud malle respondisset, accurrit; et extendens aurem, ad os, et ad nares a sensibus alienati admovit. Cumque neque anhelitum, neque respirationem ullam percepisset; malleo fabri lignarii, ibi inter reliqua fabrilia instrumenta relicto propter diei celebritatem, in tabulato juxta virum Dei sæpe iteratis ictibus ingentes sonos et strepitus fieri præcepit, attamen incassum. Tum vero manibus illum contrectans, et huc atque illuc frequentur et vi magna impellens, et denique irrita conatu fatigatus, tandem in pias lacrymas prorumpens, Sinamus, inquit, illum sibi in suo excessu feliciter quiescentem. Suspendium utique felix elegit anima ejus, et partem optimam, quam ab eo auferri equidem periniquum esse censeo. Et abiit, eo adhuc in illa mentis a corpore jucundissima abstractione perdurante.

C
nulla vi aut
strepitu reduci
ad se potuit:

idem accidit
legenti librum
S. Dionysii,

13 Alia quidem die, cum in cubiculo legendis beati Dionysii libris vacaret, quorum lectione supra modum afficiebatur, incidit in eum locum, ubi scriptor ille, ecstasticum et singularem, ad hæc dulcem et illuminatorium, divinum esse amorem commemorat. Ibi Ægidius paulisper immoratus, subito in voluptuosissimum mentis raptum abstractus est. Venit interea socius ejus et minister, frater Petrus Joannides, illumque a terra toto corpore elevatum supra mensam, in qua liber apertus erat, manibus ad Deum protensis, invenit: et ex pagina

aperti libri intellexit ecstasis occasionem. Cumque per vestium fimbrias trahens illum deponere nitetur, nec ullo modo valeret; egressus cubiculum, festinus cœpit quærere cœnobii Rectorem, Fr. Stephanum; ut ei quæ viderat nuntiaret, ac tam miræ rei testem adhiberet. Et cum diutius quærendo moraretur, Fr. Petrum Crutium et Fr. Alphonsum Toletanum, sibi occurrentes, eo deduxit: sed virum Dei jam in sella iterum legentem repererunt. Serio et ex animo doluit Frater iste Petrus, quod admirando illo spectaculo caruisset, suæque indignitati eam infelicitatem imputabat: processu tamen temperis datus in socium sancto viro, simile quiddam videre meruit. Erat domicilio viri Dei contiguus hortulus, altis parietibus circumseptus, quem illi Rex (nam in magno apud illum honore et in magna habebatur reverentia) ædificari et plantari fecerat, ut vel relaxandi animi et quietius contemplandi causa illo Ægidius commearat. Ergo post vespertinam synaxim, quam receptus ecclesiarum usus Completorium appellat, prædictus Frater Petrus in templo post orationem paulisper remansit, et veniens ad cubiculum viri Dei, ipsum in hortulo sub dio ac in aere pendentem invenit, junctis ante faciem manibus et sursum erectis. Quem ita conspicatus ac frustra anxius ne caderet, adiit concitum Fr. Marcum Martinium Cœnobii Supra-sectum, et relatis quæ viderat secum illum reduxit, ut deificati hominis speciem contemplaretur, simul ut juvaret sacrum illud sine sensibus corpus in lectulo collocare. Igitur uterque, ex utroque latere huc et illuc impellentes, ægre tandem movere potuerunt: quare nihil dum sentientem, per pedes et caput quo valuerunt modo trahentes, ad lectulum deduxerunt, ac detractis calceis, cum Jesu dilecto quiescere siverunt.

a

et in horto
ambulanti;

E

14 Quoties dulcissimum Jesu nomen nominari ab aliis audiret aut nominaret ipse, quod solitus erat frequentissime, incredibile dictu est quam tota ejus anima liquebat. Ergo cum ex more visitaret locum ubi ægroti procurantur (monachi vocant infirmariam, nos valetudinarium, aut si vobis non displicet νοσοκομείον aut νοσοτροφείον Græce dicamus) percursis omnibus, tam ex arte medicinæ (consummatus enim erat medicus, ut priore sermone ostensum est) quam ex promptuario spiritali, aliis ægritationem, aliis ægritudinem etiam levaret; assedit cuidam Fr. Martino Olissiponensi, quem ab exasperato morbo urgeri acrius animadvertit: atque inter consolatoria verba (nam singularem ei contulerat gratiam Deus, in affectis aut dolore aut morore animis ad tolerantiam et æquanimitatem excitandis) contigit ut ægrotus vehementia doloris, O Jesu! diceret gemebundus. Conversus ad illum Ægidius, Scisne, inquit, Frater, quam dulce nomen protuleris, Jesu, Jesu, Jesu? Et hæc dicens surrexit, ac stans baculum quem manu gestabat cubito supposuit. Tum Jesu nomen iterare non cessans, coram omnibus qui aderant in tantam mentis abstractionem est raptus, ut nec impulsiones, nec attractiones ullas vel minimum sentiret. Erat in eodem Scallabitane cœnobio quidam Fr. Vincentius Olissiponensis, medicinæ artis peritissimus (Regius enim medicus fuerat) qui adduci nequaquam poterat, ut crederet hæc quæ de viro sanctissimo narrabantur. Manente illo igitur adhuc in eo mentis excessu, quem modo exposuimus, Vincentius festinanter eo est advocatus. Venit, vidit: et parum suis fidem oculis, baculum cui vir sanctus inniti videbatur, velociter illi substraxit, sperans subtracto illo, subito ruiturum: sed cum eodem corporis statu mansisset admiraretur, impellere cœpit hinc inde, et apprehensas nares convellere, nondum a felici somno evigilantis

et in Jesu
nomen audien-
ti;

F

h
et coram
medico Regio

A evigilantis. Inde arrepta acu manus beati viri crebro et vehementer pupugit, non probantibus qui aderant huiusmodi duritatem. At ille ex contumaci sævior effectus, accensam candelam adhibens, digitos adurebat nihil omnino sentienti. Tum demum post tam sævam experientiam, præfractus ille animus acquievit, et pœnitentia facti periculi durius multum se cœpit redarguere.

acus et
candelam
admovente.

Hem Lerenæ
multis spe-
clatum occur-
rentibus :

15 Quodam tempore cum pergens Conimbrigam, devenisset Lerenam, quod oppidum æquis fere spatiis Scallabi distat et Conimbriga, divertit apud nobilem et religiosam matronam Pichenam nomine. Cumque ad solis occasum cubiculum ingressus, in sponda lecti sedens aliquantulum meditaretur; ecce derepente tam vehementer absorptus est, ut terra elevatus, nullo sustentante, penderet immobilis. Quod cernens socius ejus Frater Andreas Petreus Scallabitanus, harum insolens rerum, accita matrona et familiaribus domus, aliquot frustra impulsionibus et attractionibus illum nitebatur deponere: non enim modo moveri de loco non potuit, sed nec etiam vel leviter inclinari. Quod ubi innotuit vicinæ, tanta subito accurrit multitudo, ut cum neque cubiculum neque januæ turbam caperent, tectum ipsum effractum detectumque sit a tam miræ rei videndæ studiosis. Atque eo sic ad multum jam noctis perdurante, qui spectatum advenerant, partim exorati, partim irrepente jam somno admoniti, domum quisque suam se receperunt. Postea vero quam ille evigilans a socio rescivit quid sibi contigisset, ingenuo magis quam necessario pudore, multum doluit se a vulgo deprehensum; et cavens ne vel minima subreperet humanæ laudis dulcedo, si exorta die videndi sui copiam faceret, statim de tertia vigilia, nocte adhuc concubia, discessit. Cauca urbs est ceterioris Hispaniæ, quam posteriores pinguiori appellatione Conquam dixerunt: ad hanc cum beatus Pater Ægidius, tunc Rector Provincialis, exigente officio devenisset, et postridie in civitate verbum Dei proponeret prædicare; initio noctis, accepta ab hospite Petro Garcia candela ad studendum, cubiculum est ingressus; et paululum meditabundus, ut solent in proximo concionaturi, inventionis utique aut firmandæ memoriæ causa, obambulavit. Inde lecto acclinis, cum se lectioni dedisset, ex intentiori divinarum rerum meditatione præsensit animæ vim sensim ad Divinitatem contemplandam sibi evocari. Proterea ne a quocumque videretur, protenso brachio candelam in pavimento sub lecto posuit, sed negligentius, cum stragula a fulcro pendentia ardentis lucernæ flamma pertingeret. Animadverterunt eam rem socii ejus Fr. Joannes Romus natione Callæcus, et Fr. Petrus Bellocius; ex reverentia tamen sancti viri eo appropinquare ausi non sunt. Quadruplex ibi contigit miraculum. Nam et ipse usque mane in suo raptu permansit, et tantumdem temporis arsit candela, vix alioqui duarum horarum spatio duratura; et cum tandiu arsisset, nulla omnino facta est diminutio: ad hæc stragula, ex tam longo flammæ contactu, non modo non adusta, sed ne vaporata quidem comperta sunt.

et Cauca,

non sine
miraculo
impediti
ignis ne noceret,

et Otiliæ

16 In pagu Otilia, Conimbrigensis diœceseos, cum religionis causa ad templum perrexisset, et genibus ante aram flexis oraret, in subitum mentis excessum est absorptus. Aderat Domna Marina, matrona nobilissima, uxor Domni Causalvii Menendii Regii Cancellarii, ac ipsius sancti viri consobrini, ac quatuor ejus filii, viri militari disciplina non instrenui, et ex famulis ac stipatoribus plerique. Ingens omnes tenuit admiratio, et præstolabantur quonam res esset evasura. At ille tandiu a sensibus alienatus perduravit, quoad Fr. Bartholomæus ejus

Maji T. III

socius accessit, et stringens ac trahens vi magna ægre illum tandem excitavit, veritus ne longiore mora gravarentur qui aderant, cum pene prandendi hora præterita ob reverentiam expectarent. Similem abstractionem passus est in Parthenone Arocensi, instituti Cisterciensis, præsentis toto monachorum cœtu, gaudentium et mirantium rem tam insolitam. Similem etiam Scallabi, cum aliquando Fr. Bartholomæum Petreum, Fr. Matthæum, Fr. Joannem Dominicum, Fr. Matthæum Gaudinum, qui ex seculari nobilitate convenerant, nonnullosque alios adhuc in religione et religiosa conversatione novitios doceret, ac de divinis instrueret (nam inter verba vehementi divinorum desiderio correptus, ad insolitam rei faciem attonitos diu moratus est) tandem post longam expectationem, obdormivisse rati, discesserunt. Si vero ut antea grossam Patrum nostrorum Minervam audire non graveris, auscultata. Frater quidam (refertur sic in libro Vitæ fratrum dicto) qui socius ejus in vita fuerat, dixit Magistro Umberto, quod ipsum aliquando viderat in via sedentem, subito raptum in spiritu, non attendentem exteriora, et post redeuntum ad se cum multo gemitu, quasi dolens de eo quod ab illis supernis et internis illuminationibus abstraheretur. Ipse etiam sanctus Pater, adhuc vivens, scripsit de Hispania eidem Magistro, quod erat quædam lux intrinseca, qua etiam in hac vita illuminatur corda Sanctorum; sicut exteriores oculi exteriori luce; et de hoc certus esset, quod non assereret sic, nisi fuisset expertus.

D
A. ANDR.
RESEND.

atque Aroca :

alias item in
via.

E

17 In cœnobio Scallabitano, antequam inter mortales esse desiisset, annis fere viginti, cum die quadam in odeo sive choro esset monachorum, et post sanctifici corporis Christi solenne sacrificium, familiarem illam in Deum spiritus attractionem instare præsentiret; quodam quasi impetu est egressus ut locum magis accommodum quæreret, in quo ab irruente in se divina vi, ex hominum conspectu secretius et sine interpellatoribus, occuparetur. Itaque cum sacrarum vestium et reliquæ templaris supellectilis reconditorium, sacristiam cœnobitæ vocant, adire institisset, furesque invenisset oclusas; sedili januæ conjuncto incubuit, totus jam pœne absorptus. Erat e regione ostiolum, et in ejus foribus fenestella reticulata, ut ibi ab iis qui in templo essent, ædituus, ostiolo clauso, de iis quæ muneris sui essent, honestius posset conveniri. Accidit autem in eo ipso articulo Elviram Durandam, lectissimam et religiosam feminam, sive casu, sive ut aliquid ædituo mandaret, sive divina id agente voluntate, ostiolo accedere, et per fenestellam quod beato viro contingerat conspicari. Quare religiosa curiositate mota, attentius inspectare cœpit, quonam res illa deveniret. Ecce autem columna splendidissimæ lucis in Ægidium descendit, quæ ita totum ejus corpus visibiliter penetrans collustravit, ut non aliter quam crystallum purissimum, solari perstrictum luce, radiaret. Perstitit mulier stupefacta, donec post duas feruæ horas paulatim discessit lux, et evigilavit Ægidius magno emisso gemitu, sicut facere consueverat, quoties a somno contemplationis excitabatur: ac surgens ut abiret, cœpit tanquam cæcus palpare parietem: quod etiam illi semper eveniebat, longiusculo post divinas has ecstases spatio, veluti contingere solet iis qui ab splendidissima et perspicua solis luce tenebrosam locum aliquem ingrediuntur. Intellexit prudens femina, non frustra sibi quasi otiosæ spectatrici ostensum esse divini præmii arrhabonem illum: atque ideo, tametsi in castissimo viveret cœlibatu, spreto seculo, et mutato quod ætatis reliquam fuit in ætatis vitæ institutum, vigiliis, inedia, et assidua carnis maceratione, reliquisque

et in sacri-
stia Scalla-
bensis.

ubi etiam
visus totus
ignescere.

A. ANDR.
RESEND.

A caritatis operibus Ægidium satagebat æmulari, aut si nimium hoc est, certe sectari conclusa in arcta cellula, juxta templum sanctæ Trinitati sacrum: quæ autem de illo sibi Deus ostendisset, non prius revelavit, quam ille humanitatem exiit. Tunc enim, jam non ad hominis gratiam, sed ad honorem talia per sibi dilectos operantis Dei, rem omnino coram multis testibus pateferit sanctissimo viro Bernardo, de quo longior merito sermo habendus esset, nisi nos ad alia narrationis ordo evocaret c.

ANNOTATA.

a *Hic proliatissima digressionem agebatur, de libris Dionysio Areopagitæ adscriptis, et an hic fuerit Parisiorum Apostolus, cum SS. Rustico et Eleutheria passus: in qua re potissimum correctione sua utendum putavit Sampayo. Nos de istis videbimus 9 Octobris.*

b *Interfatus hoc loco Egnatius Italos quosdam Poetas perstringit, in quos Catalogum Poetarum scribens, his versibus luserat:*

Ite procul, quibus est odio venerabile Christi
Nomen, et in versu subformidatis Iesum
Ponere, mentiti causas peregrinaque verba.

B *Pyrrhus insuper Longolium ridet, qui contra Lutherum disputans, oratione excusa Romæ Jesus, Jesus, Jesui, Jesuem, Jesue declinare maluerit, quam indeclinabile Jesus ex more Ecclesiæ usurpare.*

c *Quæ plura hic de Bernardo extorquet scriptori Egnatius, requirere ad diem 8 Maji, quo de ipsa ejusque duobus discipulis egimus.*

CAPUT III.

Visiones Sanctorum et futurorum prædictiones.

GRAVIS hæc sarcina humani corporis, cum hereditario originis vitio in non paucis rebus aliis nobis multum incommodaverit, in hac certe cum primis nocet, quod quoadmodum in tenebroso hoc carnis domicilio includitur et continetur anima, non modo mentis acies, offusa quadam caligine, deprimitur, verum corporeus ipse etiam obtutus a rebus diviniore prohibetur. Etsi enim subobscure concipi ac intelligi aliquatenus Majestas illa potest, fragili tamen sensu conspici ullo modo non potest. Purgatoribus tamen mentibus, uti ampliorem sui notionem atque intelligentiam Deus semper indidit ac consignavit, ita et iis qui excellenti animi virtute innocentiaque fuerunt præditi, quæ ab abstinentia omni et continentia corpus adeo attenuarunt, ut omnino spiritus imperio regeretur, sæpe aliqua mortalibus oculis conspicua forma sese, alioqui invisibilis, non est dedignatus ostendere: sæpe iisdem inconcretas et incontractabiles substantias, quas, sacrarum Scripturarum more, Angelos appellamus, videre, alloqui, et contractare donatum est: cujus divini muneris incapacia sunt, largior cibus et crapula, et vitæ impuritas. Cum igitur noster Ægidius adhuc in corpore quasi extra corpus jam ageret, cælestia frequenter illi objecta sunt visa, etiam vigilantibus; et separatas illas a nostro conspectu mentes, ipsis corporeis oculis nonnumquam vidit. In cœnobio Olissiponensi, cum die quadam per meridianam quietem in lecto jacet supinus, sublatis in cælum oculis Jesum servatorem nostrum, et illibatam Virginem ejus matrem sibi supereminentes conspexit: et subito tam ingenti affectus est gaudio, ut vir alioqui severitatis admirandæ, in effusum risum solveretur, ac subinde manus comploderet immenso jubilo. Denique protendens sursum manus, in has etiam voces gestibundus erupit, O mi Jesu! o dulcissime Jesu! o in ipso corde scribende ac gestande Jesu! O Maria piissima, piissimi Domini

In extasi
videt Jesum
et Mariam.

mei mater! o sanctissima Dei genitrix! o virgo gloriosissima, terræ cœlique regina! quas miser ergo homuncio vobis gratias agam? Hæc cum ita secum exultans replicaret defixis in tectum oculis, socius ejus Frater Petrus, qui seorsum cubabat, rei novitate pavefactus occurrit, et simplici animo quærens, Quid, inquit, rei est, Pater Ægidi, quod ita rides, plaudis, gestis, et loqueris? quidquamne vides? Et ille, Abi, Frater, et dormi: quid ad te? Sic increpatus recessit, nec ausus est amplius interrogare. Ex verbis tamen quæ audierat, pro comperto habuit id quod res erat, ob piissimi Jesu et superbenedictæ Virginis præsentiam, interno externoque illo gaudio exultasse.

19 Filiam habuit Rex Sancius, Sanciam a nomine, non minus ceteris virtutibus, quam devota Christo virginitate illustrem; cujus, etsi vitæ sanctitas et innocentia erat percelebris, ea tamen modestia ac prope animi demissione fuit, ut si quos religio et virtus commendaret, eos non tantum miro affectu coleret ut pios, diligeret ut patres, sed etiam susciperet ut a Christo missos, suspiceret et veneraretur ut Dominos. Talem se exhibuerat erga beatos illos, sanctissimi Patris Francisci discipulos, qui postea in Africa b Martyres effecti sunt, talero se etiam Ægidio nostro præbebat, cui tantum semper honorem habuit, ut non modo venienti assurgeret, verum etiam positus genibus suppliciter illi procumberet, addens protinus. Bene precare mihi, Pater: benedic mihi, Pater: ora Deum pro me, Pater. Hæc posteaquam ad cælestis Sponsi nuptias ex hac vita migravit, quasi cum Ægidio certare adhuc vellet beneficiis, leviter dormitanti, nec dum sopito; apparuit; et in amplexum descendit ad ipsius jam præsentiam vigilantis. Turbatus aliquantulum a principio est Ægidius; sed mox ut illam agnovit Ecquid, ait, o Sanciam, rectene vales? Ego vero, inquit illa, Christi gratia et precationibus tuis, o amice, rectissime valeo. Pax tibi: et faciem illius osculata discessit. Tantam viam habuit virginalis congressus ille, et allocutio hæc femine jam factæ immortalis, ut motum omnem rebellantis carnis non jam in mente, unde etiam olim affectus is exulabat, sed ne vel leviter quidem in corpore, multo postea tempore senserit Ægidius: quemadmodum ipsemet secreto retulit Fr. Bartholomæo socio suo, viro religioso et fide digno, qui hoc post ejus obitum enarravit.

20 Olissipone in cœnobio Regularium Sacerdotum Divi Augustini, vixit illo tempore conspicuæ sanctitatis vir, Consalvus c Menendus: qui a pueritia Deo dicatus, cum annos plurimos innocentissime vitam egisset, meritis exigentibus, Cœnobiarcha factus est. In qua administratione cum neque potentia neque pravis cupiditatibus ullis efferretur, more eorum qui honoribus ad voluptates et superbiam abutuntur; sed potius sese componens, ut indies melior sanctiorque evaderet, tandem post quadraginta annorum curriculum, quibus in sanctæ conversationis stadio desudaverat, ad palmam cælestem vocatus est. In hora obitus ejus contigit, virum Dei Ægidium in cœnobio Scallabitano sacris altaribus operari. Et ecce in subitam mentis abstractionem raptus, vidit Consalvi a nobis modo memorati animam, terrena mole jam deposita fulgentissima luce radiantem, per immensi aeris hujus spatia Angelorum manibus sursum ferri. Quo viso mirum in modum voluptate affectus, posteaquam in illa raptu immoratus aliquandiu fuerat, rediit ad se; nec præ gaudii magnitudine risus poterat continere. Rector cœnobarum, qui ad raptum ejus videndum ab æditio fuerat advocatus, cum et contra suavitatis suæ morem, et contra raptum aliorum consuetudinem, post quos crebra semper suspiria et gemitus exaudi-

D

a

E

b
Visitatus ab
anima Sancii
Regina

liberatur a
stimulo
carnis.

F

c
Videt animam
Consalvi Me-
nendii

in cælum ferri.

A diri solere supra commemoravimus, eum mood rissis admiraretur; peracto Sacrificio illum non modo obnixè rogando, veram etiam ex auctoritate interrogando urgebat, ut causam intempestivi risus indicaret. Tum ille simplici animo retulit quod viderat; et notata hora compertum est, eadem virum illum Deo earum ex hac vita migrasse. Is qui ante nos sancti viri Vitam conscripsit, ait, se a Martino ecclesie Olissiponensis Archidiacono, viro doctissimo et in dietis ac factis optime spectatissimæque fidei, hoc audivisse, in frequenti Sacerdotum et multorum aliorum hominum corona, rem ita se habuisse confirmante.

Ab anima
Dominici
Comesii
monetur

21 Cœnobium Scallabitanum, sicut antiquitate et conditoribus illustre est, ita sanctissimorum olim Patrum frequentia tam gloriari potuit, quam quod ubique terrarum maxime. Inter hos igitur, cum venerabili Patri Dominico Alfonso, ipsius cœnobii Subpræfecto, post emeritum religiosæ militiæ cursum, extrema vitæ hora instaret, et ad illum monachi concurrissent, ac juxta morem litania perageretur; eam rem sanctus Pater Ægidius, et quod noctu derepente accidisset, et quod ipse longius separatim haberet cubiculum, ignorabat. Ecce autem cubanti apparuit religiosissimus Pater Dominicus Comesius, ejusdem cœnobii olim Præfectus, jam defunctus, cujus etiam sancta et recens erat memoria; et apprehenso brachio viri Dei, clamoribus illum excitavit, atque ut ocius in *ὑποπροσέτιον* pergeret admonuit, Suppræfectum enim animam jam agere, et cunctis ibi Fratribus congregatis, eum solum abesse, quem ille potissimum adesse cupiebat. Corripuit se e strato Ægidius, et inclamato ministro, Matthæe, inquit, surge festinus, et eamus ad Subpræfectum, qui nos, statim moriturus, præstolatur. Et minister, bene omniaare, Pater. Non moritur. Et ille, Bene, inquit, ominor, quoniam ad Christum migrat: et ut eo protinus properarem, hortatus est Fr. Dominicus Comesius, qui modo ad me venit. Euntes igitur ita invenerunt, ut in visione illi fuerat ostensum. Ubi itaque Ægidius, supremo dicto vale, Divorum pacem morienti Christiano more esset precatus, respondentibus qui aderant, Amen, ille animam exhalavit.

ut moribundo
Suppriori as-
sistat.

22 Usque eo gradum promoverat Ægidius, ut non modo divina hæc illi visa familiariter communicarentur, sed etiam horrendas formas ac imagines, quibus ei dæmones insultare nitebantur, quibusque diu afflictus initio fuerat, jam omnino fiducia magna contemneret. Cum proviiciam Hispaniam regeret, et a Cæsarangusta (quod loci ad provincialem conventum ageadum profectus erat) in Lusitaniam rediret cum socio itineris Fr. Andræa medico; dies aliquot in Zamorensi cœnobio substitit, partim officii, partim affectæ aliquantulum ex itinere valetudinis gratia. Ibi cum solus in valetudinario sederet, lectioni ac meditationi otium illud solitarium more suo impendens; surrexit subito, et arreptum utraque manu pallium, cœpit dextrorsum lævorsumque vehementer ventilando motare, tamquam importunas muscas linteo quopiam abigeret. Supervenit interea socius, et admirans cassum illum opinione sua laborem, eo quod locus a muscis vacuus omnino videbatur; Quid est, inquit, Pater, quod te ad istum modum fatigas? Et ille, non vides, ait, quam multi dæmones convenere, qui me gestibus derident, inhonestisque dietis impetunt? Ego vero eadem in illos maledicta retorquens, hinc abigere procaces et excludere vi satago. Hoc ita contigisse, idem Fr. Andreas postmodum constantissime cum referret, is qui ante nos hæc scriptis mandavit, se audivisse ab eo pro certo asseverat.

Dæmones ut
muscas abigit.

23 Nec latuisse Ægidium nostrum multa, quæ

quisque apud se tamquam maxime secreta et nullis facta arbitris conservaret, inter sancti Fr. Bernardi miracula scriptum reperi. Certo præscivisse illum futura, vel ex præcognitis, adversus novitium quemdam dæmonis insidiis, quas referemus, eum de efficacia orationis paulo inferius agetur, vel exemplo quod modo subjiciam, probari potest. Non ignorare vos arbitror, Sancium *d* hoc nomine posteriorem, virum sane non malum, Regem fuisse non bonum: quod cum dico nequaquam tyrannum quempiam intelligatis (neque enim sнопte ingenio talis erat) sed ab optionis regni auspiciis, non sine veneficii suspicionem, in tantam animi pusillanimitatem seecordiamque prolapsus, ut Palatinis quibusdam, quos ad potentiam plus justo nimiam evexerat, addictus, arbitrio eorum et libidinæ quasi ex præscripto cuncta gereret, nulla boni aut æqui habita ratione, nulla justitiæ adminstrandæ cura. Eo, posteaquam ad Lusitanæ reipublicæ conquestiones crebras Honorius III *e*, et post eum Gregorius IX *f*, et Innocentius IV summi Pontifices, admonendo nihil proficiebant; necesse fuit in Lugdunensi *g* Concilio, destinato adjutore *h* ac successore, lacerato et collabenti Regno consulere, sicut ex historiis nostris, et ex rubrica illa de supplenda negligentia Prælatorum, cap. Grandi, in sexto, scire potuistis. In his cum a Legatis et Episcopis Ægidio esset imperatum, ut privatim prius, mox etiam publice in concionibus Pontificias litteras evulgaret; quidam Martinus Rool, ex iis qui adulationibus et prava consuetudo Regiæ facilitati illuserant, sæviter virum sanctum, contumeliis jaciendis exarsit. Silentio et patientia impetum ad ulteriora progressuri fregit vir beatus: ac conversus ad Fr. Andream medicum, qui illi comes aderat, Crede, inquit, mihi Frater, homini huic teterrimus atque violentus instat exitus, quem propediem non effugiet. Nec longo post temporis intervallo, homo ille jussu Regis actus in patibulum, laqueo fractis cervicibus, interiit.

D
A. ANDR.
RESEND.
Spiritu pro-
phetiæ do-
natus,

d

e f

g

h

E

prædicat ir-
risoris sui
mortem:

24 Diligentibus Deum, omnia in bonum cedere, testatur Paulus, iis videlicet qui secundum Dei ipsius propositum vocati sunt sancti: nam quos præscivit, inquit, et prædestinavit, conformes fieri imaginis filii sui: quos autem prædestinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et justificavit; et quos justificavit, hos et magnificavit. In genere locutus est Apostolus: sed si erga Ægidium nostrum Dei propositum dispensationemque animo attentiore pensitemas, non facile occurret, ubi pressius hoc liceat intueri. Etenim cum cognoscat Dominus qui sunt ejus, præscivit Ægidium, magnum olim in ecclesia sua futurum, atque ita præscitum ad magna prædestinavit. Quod sine dubio Dei propositum, sicut vocationem præcedebat, ita demum eandem vocationem sequi re ipsa etiam oportebat: at cum vocanti præsto affuisset vocati obedientia, non in longam moram est dilata justificatio. Porro justificatum quam magnificaverit amplissima justificantis largitas, elucebit opinor considerantibus, ut semper quasi ad manum Deum habuerit, posteaquam illi cœpit, ut ita dicam, familiarescere. Hinc illi ad postulata nunquam fallens præsentia Numinis, et preces ad Deum, non dico jam exorari se sinentem, sed ad exorandum ultro invitantem nequaquam effectu cassæ. Sub Capitis primi finem adnotavimus, Ægidium sacrorum studiorum causa ad urbem Parisiorum Lutetiam denuo regressum, ubi eminentis scientiæ ac compertæ sanctitatis merito Doctoris titulum, quem tamen non ambibat, coactus est accipere: impositoque publicæ per Hispanias docendi munere, cum reversionem faceret, una cum socio pervenit ad Pictavorum fines. Cum autem a summo diluculo ad horam usque sextam iter facientes esurire cœpissent;

Ad Rom. 8. 29

F

et in gravi
famis pe-
riculo,

A. ANDR.
RESEND.

A sent; Ægidius, qui ob abstinentiæ consuetæ rigerem imbecilliori erat corpore, lassitudine magis quam inedia premebatur. Consulebat igitur ut ad vicinum vicum, quamquam parum frequentem, deflecterent, ubi ostiatim mendicatio cibo paulum a fatigatione interquiescerent. Contra socius, quod et habitior et corpulentior esset, cum minus esset fessus magis autem esuriret, e re dicebat esse ulterius progredi ad pagum frequentiore copiosioreque: nam ignobili illo viculo quid sperandum, quo præsentī necessitati utcumque consoleretur: tum si naturæ minus fieret satis, periculum fore, ne viæ non sufficerent vires. Ægidius, animo ne collabatur, admonet; potentem utique Deum in tam exiguo loco, etiam supra quam indigerent, suppeditare. Ille potentem sane fatebatur: non tamen ita consuevisse. Ne time, ait, carissime, hic nobis affatim suppeditabit Christus.

i
a nobili
juvene
copiose
refocillatus,

25 Dum inter se ita consultant, supervenit nobilis heroina, castrī S. i Maxentii in Pictavensi territorio Domina, magno comitatu alio pergens. Quæ ex Prædicatoria familia, in quam religiose propensa erat, eos esse vestitu agnoscens, substitit; ac dicta officiose salute, cum Ægidio, quem ætas provecior et aspectus gravitas commendabat, aliquantisper confabulata, ex verborum pondere viri sanctitatem facile intellexit. Et conversa ad filium qui una veniebat, Petre fili, inquit, Dei servos hos, iter faciendo admodum defessos, ob Dei reverentiam et amorem mei procura: et venerabunda discessit. Adolescens vero, ad mandatum matris statim discedens, parato competenti meridiationis loco, deductus ad castrum convivio copioso refecit. Pastilla namque optima, piscibus bonis sarcita, quæ suæ matri erant parata, accepit; et vinum, et caseum, et ova, et panem quoque recentem, et alios pisces obtulit Fratribus abundanter; et non tantum famulos ministrare faciens, ipse etiam alacriter et stabat ad cyathos et cursitabat ad ferula, invitans et obsecrans, ut cum gaudio susciperent oblata, quandoquidem Christi essent pauperes, restaretque eis via difficilis ac laboriosa. Igitur laute refocillati, cum gratias egissent Deo, Oremus, inquit ad socium Ægidius, Dominum Deum et clementissimam Virginem, ut juvenem hunc qui tam effuse nobis ministravit, benignitate sua custodiant sibi faciant peculiarem. Inde positis genibus, ac dicto Hymno, Veni creator Spiritus, et Antiphona, Salve regina, cum accommodatis juxta morem orationibus, valedixerunt illi. Transacto post hæc triennio, vir Dei Ægidius, cum Provinciale cœnobiorum magistratum gereret, ex Hispania Lutetiam, ad Comitiam generalia Sacerdotum Prædicatoriæ institutionis, eo loci indicta, profectus est. In qua profectioe cum ad Pictaviense cœnobium, devenisset, adolescens ille, jam monachum professus, cognito ex fama dissipata adventu ejus, occurrit; et præ gaudio lacrymans, præsentē cœnobii Præfecto, accidit illi ad genua; atque, Nostine, inquit, me, Pater ac Patrone? Ad quem Ægidius: Non satis equidem, Frater, nisi quod faciem videor internoscere: sed ubinam te gentium viderim, memoria non teneo. Ecquid, ait adolescens, meministi Dominae castrī S. Maxentii et Petri filii ejus, pro quo flexis genibus orasti? Ecce me, et precibus tuis effectum credo, ut in sanctam banc societatem fuerim cooptatus. Quibus auditis Ægidius summa alacritate illum ad pacis osculum admisit, cohortatusque est ad virtutum et religionis studium.

eumdem
religiosum
futurum
prasagit.

h

C

26 Cum ex Officio cœnobium Barcinonense visitasset, et Majoricam, alteram ex Balearibus insulam, adire proponeret, navem conscendit cum socio et aliquot aliis, qui honoris et observantiæ causa se illi adjunxerant. Sublatis ergo anchoris cœperant

vela facere, cum ex vectoribus quispiam clare sternutavit. Id sternutamentum navicularius et mercatores nonnulli qui una vehebantur, ceu inauspicatum lomen accipientes, navem ad littus flectere decreverunt. Tum vir Dei cœpit admonere omnes mirifica doctrina, tenerent cursum; nihil metuentium, ex eo quod sternuisset ille; somnia et anguria rem esse vanitatis plenissimam, adeoque ab iis qui Christum professi essent oportere esse animo alienam. Obtemperatum illi est: pudore tamen magis, quam voluntate. Jam se penitus in salum dederant; et ecce, diaboli, ut credo astutia, consurrexere venti, et mare ab imo commotum est, inusitato more aquarum montibus intumescens. Fœda igitur tempestate horsum illorsum jactati, cum saluti desperarent, ex mercatoribus unus, quem ceteris impudens insania promptinque ad facinus ingenium fecit audaciorum; iracundo ac insolenti vultu virum Dei ejusque socins probris incessere est adortus, nullis parcens verbis, quantumcumque inhonestis ac contumeliosis; se et ceteros multum redarguens, qui stulti cucullati unius sermonibus persuasi in præsens et inevitabile mortis periculum devenissent, nec credidissent sternutationibus, rei multis antea experimentis comprobatae. Ergo stultitiæ dignas se pœnas dare: stultiores esse tamen nimiumque ignavos, qui in suæ mortis ante oculos positæ auctores neque vindicarent neque ad unum omnes illos monachos in mare projicerent. Vixque sacrilegas manus a scelere temperabat. Hæc Ægidius cum audisset, videretque informem undique tempestatem, expandens manus ad cœlum, Placetne, ait, tibi Domine, ut sævissima hæc maris procella obruamur, et vincat malignus auguriorum ostentator? Succurre, quæso, servis tuis, Domine Jesu, cujus potentissima est manus, sive in terra sive in mari, ad dandam in extrema desperatione salutem.

27 Hæc ubi erectis sursum oculis, audientibus cunctis, verba protulit; repente a furore suo stetit mare, et silentibus ventis undæ resederunt. Ad tam miram rem attoniti qui in navi erant omnes, paulatim a metu respirantes, accurrerunt ad virum Dei, atque alii manum ad oscula ut porrigeret deprecabantur, alii vero sinubus tetigisse pallii satis utique habebant; præter tamen omnes mercator ille prius insolens, pœnitentia facti ac pudore confusus, procubuit ad genua, interque singultus maximos veniam postulabat. Ignoscere tibi, inquit Ægidius, si et ipse iis qui adversum te peccaverunt, agnoveris; siquidem homo ille inexorabiles gerebat inimicitias cum cognato quodam suo, a quo percussus in capite graviter fuerat, ita ut vulnere sopitus manserit, et ossa nonnulla craniique particula confracta adempta illi in curatione essent: et licet Episcopus civitatis, primores civium, consanguinei ac fratres, hunc frequenter cognato placare laboraverint, nullis tamen ejuſcumque precibus potuit exorari, sed sui ulciscendi tempus et occasionem odio capitali observabat. Ac nunc vitæ, quæ desperata paulo ante fuerat, restitutus, ad hæc tactus religione, et in peccati sibi ignoscendi spem sublatus, animi duritiam fregit, veteremque offensam cognato in sancti viri gratiam gratis remisit. Amplexus hominem est Ægidius, et tam illum, quam reliquos omnes, ut Dei erga se misericordiam collaudarent, hortabatur: tum deinde leni prosperoque flatu commodam insperato nacti tempestatem, Majoricam sunt delati.

28 Scallabi cum esset, quodam tempore socio utebatur Fr. Geraldo, viro bene litterato, qui postmodum sacræ Theologiæ Doctoris titulo, meritis exigentibus, est insignitus. Contigit ergo sero quodam, a Geraldo sui erudiendi causa sanctum Patrem familiariter interpellatum, ad multum jam noctis sermonem

D

l
Omne sinistro spreto
navigans,

E

subortum
tempestatem
sedat:

F

et injuriam
sibi factam
condonans,
cognoscit
et curat
inveteratum
odium.

A monem protraxisse. Domicilio tandem, quod longiuscule separatam, illi fuisse, jam diximus, cum juxta morem speculatum egrederetur, rectene essent omnia dormientibus monachis; tantus subito fragor terribilibus vocibus insonuit, ut Geraldus, qui illi prælucebat, terrore prope corruerit attonitus; et funale quod accensum gestabat, trementie manu ceciderit. Ac ille. Ne pave, inquit: Ovili nostro insidias fecit rapax ille lupus: aliquem e cœnobio extrahere molitur quem devoret. Imperavit ergo, ut funale accenderet, ac sequeretur. Inter hæc Fr. Dominicus Alfonsus, cœnobii Suppræfectus, de quo paulo egimus prius, lamentans supervenit; indicavitque gemitibus multis atque singultibus, quemdam ex catechumenis sive novitiis, inter tenebras conscenso tecto aufugisse. Erat is indolis ingenique admodum excellentis, et non exigua virtutis significatione in maximam spem omnium animos erexerat: cujus cœptis egregiis inimicus invidens, illum, sub professionis instantis diem, tam vehementi tentatione concussit, ut impulerit nocturno silentio per tegulas exire. Hæc cum Suppræfectus delamentaretur, Non me, inquit Ægidius, rugiens leo fefellit: sed cohibete lacrymas (flebant enim qui una aderant) jam ego injusta præda ac spolio, quo frustra lætatur, latronem exuam. Statimque procumbens, suppliciter reditum Fratris a Deo institit cum fiducia postulare, nec nisi voti compos victorque destitit. Nam fugitivus, qui supra tecta evaserat, notatis prius ac animadversis effugii futuri locis, diu vertigine quadam circumerrans, ubi tandem ad desiliendum venit, ante desulturam mente reddita, cœpit quasi de scripto ante oculos posito ita hæc secum: Quo nunc proditor? Hoccine erat propter quod, cum te huc contulisti, S. Ægidii jacens ad genua, in suam ut te fidem reciperet, supplex adorasti? Hoccine propter quod divinum hominem, ad Deum pro te exorandum, toties sollicitasti? Revertere ad patronum inconsulte cliens: sterne te patri, fili fugitive. Non ille tibi, etsi mereris, consuetæ pietatis occludet semitam. Et subita animi mutatione, qui trepidanter silentio alierat, deposito timore ejulatione magna rediit ad claustrum; atque ad beati viri domicilium properans, adhuc illum pro se in oratione prostratum reperit. Narratoque, fletu uberrimo, quod sibi accidisset, die sequenti volens ac libens sacræ servitutis voto se adstrinxit, nomenque dedit; et pristinae, quam sustinebat, expectationi magnis indies incrementis nequaquam defuit.

ANNOTATA.

a Vitam Sanctæ ejusque sororis Teresiæ, quas vulgo Sanctas Reginas appellant, Cisterciensium institutum professas, anno 1667 Romæ scripsit ediditque Fr. Franciscus Macedo, ibidem pro Canonizatione eundem tunc agens. Quo res nunc loco sit nescimus, alioquid agendum de Sancia fuisset n Aprilis: licebit id facere 17 Junii, quando obiit Teresia. Interim hic noto obiisse Sanciam an. 1229.

b Sunt hi SS. Berardus, Otto, Petrus, Accursius, Adjutus, anno 1220 apud Maurocchium passi, quorum Acta per Joannem Tisserandum in Lectiones contracta dedimus 16 Januarii: antiquiora scripta a Petro Infante Lusitanæ, Matthæo Episcopo Olissiponensi, ac diffusiore cum Miraculis Legendam a Tisserando citatam, cupidissime petimus nobis quæri et communicari, pro futuro hujus operis supplementa.

c Egimus 18 Februarii de S. Theotonio, suulatore monasterii sanctæ Crucis Conimbricæ an. 1134: hinc, recepta anno 1147 Olisipona, deductam eo Coloniam istius instituti credimus. In hujus autem Conventus libro Obituari, ut vocant, ita scribitur, viii Kal. Martii

obiit D. Gundisalvus Menendi, Prior S. Vincentii an. 1249: quem ob ea quæ hic de illo norrantur in suum Hagiologium retulit Cardoso ad diem 22 Februarii.

d Patri suo Alphonso II successit filius major natu Sancius II, an. 1233 annos natus 26, sed tenuissima corpus valetudine; cui curandæ intentus totus, et Regiæ Massiæ Lopezæ de Haro blanditiis obnoxius, olienæ libidini regnum relinquere præ discordia accusabatur.

e Obiit Honorius III an. 1227, nihil ergo hic negotii cum Sancio habuit.

f Gregorium IX scribit Vasconcellius Legatum mississe ad hoc Episcopum Sabinensem, qui dum in Lusitania fuerit promissam emendationem tenere Rex visus sit, eo regresso reversus etiam ipse ad ingenium. Gregorio successit Innocentius IV an. 1243.

g Concilium Lugdunense celebravit idem Innocentius an. 1245.

h Scilicet Alfonso III, Sancti fratre natu minore, quem Blanca amita Galliarum Regina conjunxerat cum Mathilda Bononiensi Comitissa, vidua Philippi Crispi, eodem quo vir suus Ludovicus III patre Philippo Augusto geniti.

i S. Maxentii Castrum, pauculis leucis distans a portu quem vulgo Porteau vocant, e regione Insulæ Dei, opportuno ad transmittendum in Lusitaniam.

k Anno 1241 celebratum est Parisiis Capitulum 21 Ordinis, in eoque Generalis electus Joannes Teutonicus.

l Cælius Rodiginus lib. 4 antiq. lection. cap. 27 a Timotheo Atheniensium Duce originem accersit superstitionis hujus observationis.

CAPUT IV.

Miraculosæ sanationes, ad præsentis vel absentis invocationem impetratæ.

Autequam Olisipone cœnobium esset extractum, nonnulli qui prædicandi gratia ab Ægidio missi illuc erant, hospitio utebantur Domnæ Urrachæ, matronæ potentis, quæ propterea adiuuam partem alteram illis cesserat, quod et dives, et mater esset Fr. Dominici Martini, qui eidem religioni etiam nomen dederat. Fuit itaque Olisipone mulier honesto genere, quæ annos nudeviginti asperrimam spontanei sanguinis fluxionem patiebatur, contumaci morbo et omni curatione superiore. Convenit hæc Urracham, et multis precibus ab ea contendit commonefieri, quando vir Dei Ægidius venisset; eam se concepisse fiduciam, vestis modo ejus contactu staturum diuturnum profluvium. Gestus mox fuit afflictæ: nuntiatoque advenisse sanctum virum, cum accurrisset, illi procidit ad pedes, atque imas vestes deosculabatur. Abigebat eam Ægidius, non quod mulierem despiceret, sed quod ex modestia impensam dignationem aversaretur. Verum excusantem factum, ad quod nun tam temeritate quam desiderio et spe remedii facta esset audax, juverunt qui una aderant, obsecrantes ut probæ muliereulæ ac supplici opitulari ne gravaretur. Opituletur, inquit, illi Christus. Abi, filia, et juxta fidem tuam fiat tibi. Abiens mulier, illico profluentem sanguinem sensit inhiberi, nec eo incommodo præter statam mensium legem ulterius est conflictata.

30 Matrona nobilis, Maria Antiocha nomine, cum per decennium sterilis mansisset, et (ut mulierum liberos desiderantium fert natura) medicamentis conceptioni conferentibus inani se opera diu fatigasset; tandem medicorum animadversa frustratione, sterilitatis remedia potius a Deo quærenda existimavit. Erat ei singularis religionis ac pietatis affectus erga

Liberat mulierem a fluxu sanguinis, F

duabus sterilibus prolem impetrat,

Divinitus intelligens novitium fugere.

mox rediturum promittit.

A. ANDR.
RÉSEND.
a

A erga sanctissimum Patrem Dominicum, Prædicato-
rii instituti conditorem, nuperrime eo tempore inter
Divos a relatum : erat et adversum nostrum hunc
Ægidium similis, ac pœne par. Quare multis preci-
bus ab eo contendit, ut sanctum Patrem Dominicum,
ad opem diutinae sterilitati ferendam, exoraret; et
si utriusque meritis filium impetrasset, illum se D.
Dominico sub ipsius Ægidii disciplina consecraturam.
Nec frustrata spes est mulierem, nec fidem
pollicitorum mulier. Concepit enim peperitque filium,
cui nomen fecit Dominicum : quem is qui ante me
gesta hæc conscripsit, testatur, in religiosa conversa-
tione se vidisse adolescentem spectatae indolis. Fama
vero impetrati miraculo conceptus dissipata, occa-
sionem cepere et aliæ infœcundæ similia postulandi.
Redibant Hispali frater Stephanus Virducus, et fra-
ter Martinus Consalvus Olissiponenses : cumque
Pharaum devenissent, oppidum agri Tordetani ad
promontorium b Cunæum, atque ad Diodocum c Al-
fonsinum castri Præfectum hospitio excepti diverte-
rent; uxor ejus Mecia seorsum ductis ad colloquium
narrabat, se a puellaribus annis Prædicatorum Or-
dinis perquam esse studiosam, propensamque ad
bene de eis omnibus merendum; Ægidium tamen,
cujus celebris tunc fama haberetur, nec de facie no-
tum, neque unquam visum, miro animi affectu spe-
ciatim observare, quæque de illo relationibus audi-
visset admirari ac revereri. Tunc fieri certior valde
cupere, numnam Maria Antiocha quædam filium
ejus precibus obtinisset. Id cum pro re comperta
asseverarent, Utinam, ait, tantumdem apud illum
preces meæ valeant, nam multos jam annos in infœ-
cundo sum matrimonio, vereorque ne viro propterea
odiosa sim, conjugii alioqui bono. Illi, bono ut esset
animo cohortati, recesserunt, postulata se ejus ad
Ægidium delaturos. Cum ita Olissiponem pervenis-
sent, juxta promissum, beato viro et benignitatem
hospitii, et honestæ domus orbitatem, et religiosæ
matronæ in Prædicatorum Ordinem atque adeo in
ipsum Ægidium animi propensionem exposuerunt.
Motus ad misericordiam Ægidius, Eia, inquit, Ore-
mus clementissimam Dei matrem Virginem, ut huic
adsit familiæ, et mæstos conjuges concessa prole
consoletur. Flexis igitur genibus ante Virginis aram,
Fratres qui aderant omnes jussit, Salve Regina,
decantare, subjungens ipse orationem. Nocte in-
secuta, sicut postmodum compertum est, concepit
mulier; et cum filium peperisset, lustrali sancti bap-
tismatis die Diodocum Ægidium appellavit, indito
patris nomine, cognomine vero de nomine sancti viri,
cujus illum orationibus concepisse nequaquam dubi-
tabat.

31 Fuit viro Dei Ægidio frater, ætate junior, ec-
clesiæ Olissiponensis Decanus, cujus erat pagus Azoia
in Scallabitano territorio, quo in gratiam fratris non
raro ventitabat Ægidius, sacrarum concionum causa.
Ergo cum ibi aliquando esset, et non solum in tem-
plo de rebus divinis et virtute dissereret, verum sub
dio etiam quocumque loci ad se audiendum aliquos
convenisse animadverteret; contigit ut gallus galli-
naceus, proxime illum concionem habentem cucurrere
non cessans, obstreperet obturbaretque : quem ut
fugaret Ægidius scipione emisso, ictu certiore quam
volebat, in capite percussum interfecit. Interfectum,
de corona quidam procul ab aspectu removerunt, ne
qua propter id tristitia vir sanctus afficeretur : sed
ille peracta concione percontatus est, ubinam esset
gallinaceus quem percussisset. Respondentibus esse
mortuum, imperavit afferri; et ante pedes posito,
cœpit se redarguere, O sancta Maria, profecto ego
male feci, quod in alitem ratione vacuum sic excau-
daverim. Tunc cœlum suspiciens, paulisper intra se
oranti similis, scipione jacentem gallum pulsavit di-

gallum gal-
linaceum
mortuum
suscitat.

cens, Age surge jam modo, surge, et fungens solito D
vocis officio, cantu creatorem tuum lauda. Surrexit
continuo gallus, et complosis alis cantum replicans,
perjucundum miranti turbæ spectaculum fuit. In li-
bro qui Vitæ fratrum inscribitur, invenio euidam
innominato Fratri, hoc apud Majoricam contigisse,
dum se ad concionem habendam pararet coram So-
roribus, quæ habitum a beato Patre Dominico acce-
perant : sed cum ibi dicatur, hoc a Fr. Ægidio
Hispano, viro sancto et vero, inter cetera fuisse scri-
ptum; saepe mecum dubitavi, an vitandæ gloriæ cau-
sa Ægidius, quod ipse fecerat, non nominato auctore
scripserit, sicut alias consuevisse illum, priori volu-
mine adnotavimus; an re ipsa simile omnino alii Fra-
tri contigerit Majoricæ. Nam hoc quod de Ægidio hic
narravimus, apud Azoiam territorii Scallabitani pa-
gum contigisse legitur, præsentibus Fratre Bernardo
Morlanensi viro sancto, Fr. Bartholomæo Petreio,
Fr. Dominico Siseriensi, Fr. Petro Crucio, Fr. Joanne
de Marbilla, Fr. Joanne Turrio, qui post sancti viri
obitum rem ita gestam asseverabant : quod etiam is
qui ante nos hæc collegit, se audivisse testatur ab
Hermensa muliere proba, ejus pagi incolæ, quæ mi-
raculo interfuerat.

32 Medicum peritissimum fuisse Ægidium, dictum
non semel est quare quotidie a diversis convenieba-
tur, confluentibus ad eum, cum propter peritiam et
morum facilitatem gratuitamque curationem, tum
propter sanctitatem ejus, a qua medicam prodire
opem persuasissimum habebant. Die quadam igitur
pariter venerunt ad illum duo homines, alter ex ni-
mia continuaque oculorum destillatione tam gravi
lippitudine, tam profligata visus acie, tam albugino-
sis, depilibus, languidisque orbibus magis quam lu-
minibus, ut ab omnino cæco minimo minus distaret;
alter inveterato nec uniusmodi morbo acri gibbere
adeo incurvus, ut nullo pacto nec pectus erigere,
nec caput ultra quam obstipum sursum movere, nec
obtueri valeret. Utrumque miseratus vir Dei, pau-
lulum suppresso sermone constitit : deinde Fratri
Joanni ostiario, Vade, ait, Frater, et affer olei pau-
xillum. Allatum brevi precatione signo Crucis san-
ctificavit Ægidius, illoque oculos prope intermor-
tuos illevit, mirante Fratre Consalvo medico qui
aderat, et curam contra medicinæ placita medicus
absolutus faceret, interrogante. Ad quem ille, Hæc,
inquit, arti prævalet fides. Quid? Au non etiam con-
tra medicorum regulas Christus noster luto cæci
oculos inunxit? an non mortifera venena ipsi fiden-
tibus bibenda prædixit sine noxa? Oleo igitur huic, F
ad sui nominis invocationem, medendi vim dignabi-
tur conferre. Et fiducia magna intincto pollice, sca-
pulas et pectus alterius Cruce signavit, sicut alterius
pœne deploratos oculos : nec fidem sefellit eventus.
Protinus enim ille in proceritatem erecto corpore,
sibi redditus ac liber, cælum suspexit; huic, impor-
tuna lacrymatione compressa reformatisque lumini-
bus, clara videndi acies est restituta.

oleo benedicto
curat gibbosum
et lippientem,

33 Conimbrigæ juvenis adhuc impubes Consalvus,
nomine Joannes Pelagii, honesti civis filius, Sacer-
dotio divi Bartholomæi destinatus, importuno stru-
marum morbo tantum gutturis tumorem contraxerat,
ut prodire in publicum sæpenumero illum puderet.
Cui cum post diutinam et inanem curationem nihil
superesset opis in medicis, nec modico sane condu-
ctis, persuasus a quopiam, deformitatem ætatis ejus
miserante, et quid facere deberet edoctus, ad cœno-
bium venit. Quem Fr. Stephanus Besa deduxit ad
Ægidium. Ille se peti animadvertens, Quid, inquit,
bone adolescens, quæris? Cui puer procumbens ad pe-
des, ac ostendens pessime affectum locum, Ecce,
ait, Domine, gravi hoc morbo premor, nec ulla est
jam spes in medicis mihi reliqua : ad fidem humani-
tatemque

sanat strumo-
sum,

A tatemque tuam supplex confugio : nam tuæ manus contactum, si tangere non dedignaberis, certum mihi fore remedium certo ego scio. Non se difficilem vir beatus ostendit, sed inpresso adolescentis gutturi signaculo Crucis, jussit ut abiret. Paucissimis inde diebus strumæ, in putrem vomitum erumpentes, discussæ omnino sunt, et juvenis perfecte sanatus, cicatricibus solummodo in signum remanentibus, Atque ut a Conimbriga non discedamus, Maria Gaudina, Gaudini Pelagii junioris honesti hominis filia, gravissima diuturnaue detinebantur infirmitate, quæ omnem medicorum diligentiam eatenus eluserat, ad maciem extremam attenuato mulieris corpore. Ejus mater, Major Sueria, cum illam ad Ægidium deducere cogitasset, sed a familiaribus negotiis vacationem commodam opperiretur, ac ideo remissione animo in longum rem protraheret; correpta et ipsa vehementi corporis concussionem et febri, tandem cum filia ad virum Dei venit, atque obnixius sanctæ manus impositionem deprecabatur. Promptus semper ad misericordiam Ægidius, dextra manu super earum capita Crucis signum efflavit, et utrique protinus integram restituit sanitatem.

matremque
et filiam a
febri.

B 34 Prædebat die quadam officii causa Ægidius apud Martinum Consalvium Cancinum, consobrinum suum, equestris Ordinis de summa nobilitate virum. Qui tanti hospitis, maxime consanguinei, exhilaratus adventu, more hominum qui in splendidiore agunt fortuna, accersitis aliquam multâ, ex piscaria copia, eo quod virum Dei a carniû esu ex instituto abstinere non ignorabat, convivium effusissime struendum curavit. Tractum longiuscule convivio, dum huc illic covivator circumspicit, dum hortatur, dum poscit, bolum inconsideratius cum acutissima spina deglutivit, sed mox a faucibus versa in gutture spina vehementer hæsit. Quam cum neque trajicere neque rejicere valeret ullo modo, et protuberantibus oculis interclusoque spiritu, extrema spe vitæ stetit; omnes qui in illa epularum accubatione aderant, hujusmodi casu turbati, mœrebant. Ægidius vero protensa manu guttur ejus tetigit, ac pollice Crucis signum faciens, Age, inquit, in Christi nomine, tussi, Martine frater. Tussit ægerrime, ut potuit; et subito bolus cum spina rejectus est; et homo, libere admissa anima, cruciatus omni solutus. Casu simili periclitatus est Fr. Vincentius, ille medicus, quem refractariolum ad credenda quæ de Ægidio constanti fama dicebantur, supra exposuimus.

Spinæ piscium gutturi
inhærentes
duobus ezimit:

C Nam tametsi acerbo illo ac sævo experimento viri Dei virtutem pro comperta satis habere debuisset; tamen rusticior quadam hæsitacione, nonnumquam narrantibus difficilem se præbebat, vir alioqui bonus. Contigit ergo tempestate quadam, cum in Conimbrigensi esset cœnobio, aliquot honestos cives, affectu religionis liberalius obsonatos, cum cœnobitis prandere; quibus honoris causa accedebat Vincentius, utpote senescentis ætatis et litteraturæ meritis in numero primorum eo tempore habitus. Cujus similiter gutturi inter comedendum spina piscis dura et oblonga infixæ est, adeo ut neque sæpius tussiendo, neque pocillando, quidquam proficeret: quin retro ad cœnationis parietem reclinans, caput præ anxietudine demutato colore exalbuit; rogatusque ab hospitibus cur non comederet, non tam verbo quam signis, se non posse ac mirabiliter cruciari, respondit. Sed quoniam interdum, juxta Esaiæ vaticinium, sola vexatio dat intellectum; subiit cogitare, quoties duritia sua parum fidei accommodasset narrantibus, quantam Deus gratiam Ægidio tribuisset ad gutturis affectiones sanandas. Igitur cum torqueri modo se merito suo judicaret, cœpit ita secum; Succurre mihi, Christe, per servi tui Ægidii immortalia merita, ut ego mirabilem te in

ls. 28, 19

illo, victa denique obstinatione, deprædicem. Hæc tantam precatus, levî tussi spinam sanguine cruentam eiecit, et prandio finito, eequid sibi accidisset narrato, spinam cunctis ostensam in futuri temporis testimonium penes se diu servavit.

35 In pago Azoiæ, quem paulo superius Scallabiani esse territorii diximus, quidam plebeius homo, cum bubuli pulmenti jure se avidius sorbendo ingurgitaret; fragmen ossis, non quidem altrinsecus, sed utrimque acutissimum, gulam totam occupavit; adeo ut arteriam etiam, qua meat spiritus, oppido angustaverit. Id ubi multos jam dies perdurans fixius inhæreret, miser nec loqui poterat, nec alimentum quidpiam demittere: quin intumescendo in gravem collectionem gutture, ac vix spiritu comente, parum aberat quin omnino præfocatus interiret. Jumento igitur impositus, Scallabium deductus est a necessariis: qui ad jannam cœnobii cum homine jam deplorato venientes, viri Dei colloquium cum lacrymis postulaverunt; expositoque quod acciderat, orabant tanto malo remedium. Aderat viro Dei sanctus ille Fr. [Bernardus Vasco et Fr.] d Petrus Crucius, ipsius Patris Ægidii eo tempore socius, Conversus tunc ad Bernardum vir sanctus, Quid, inquit, Frater, huic homini possumus facere, ut salvetur? Et ille, Subveniat illi fides tua, Pater: nam ex medicinæ professione, quid illi aut opis aut spei supersit aliud, non equidem video. Nihil tamen secius Ægidius buccellas aliquot panis dari jussit, ut si devoraret, etiam os una descenderet. Sed cum ea re adeo nihil proficeret, ut potius oppilato gutture ac spirandi tramite intercepto, majori noxa homo confictaretur; oleum poposcit, intinctoque pollice abscessum Crucis signo inunxit. Dein, Ducite istum, ait, intus ad sacrarium, et curate ut imponatur illi pallium sancti Patris Dominici: id enim pallium, quod monachi cappam vocant, Ægidius cum provinciam Hispaniam regeret, a sanctæ memoriæ Joanne, sancto viro qui miraculis corruscavit post mortem, natione Teutonico, generali Ordinis Magistro, dignationis et familiaris amicitie causa, dono Bononiæ datum, Scallabium deportarat, ubi et nunc reverenter asservatur. Ergo cœperant simul templum ingredi, cum homini tussicula oborta, tota illa collectio interius discussa est, atque inter erumpentis putoris nondum maturi redundantiam, ossis illud fragmen sanguine cruentatum rejecit. Quodque magis admirari conveniat, cœgit hominem Ægidius, ad divi Patris Dominici contingendum pallium accedere: quasi vero non ipsius meritis tam insperata salus obvenisset. Non dubito, quin admiratione dignum, ut revera est, vobis merito videatur, tanta floruisse apud Deum gratia et familiaritate mortalem quempiam, ut perlevi nonnumquam precatione, maximas res longe supra naturam efficeret.

36 Quanto autem illud mirabilius, Ægidio absente, necdum mortalitatem exuto, impetrasse alios quæ a Deo, Ægidio nominato, postulassent, aut aliquid etiam frivolum, modo tamen ejus fuisset, cum reverentia et fide postulatum, penes se haberent! ceu vero aut alicui obærata teneretur Divinitas, ut humanis meritis repositi ad respondendum jure queat; aut si merita ulla sunt, non ab ipso Deo id habeant quod probantur. Sancio Regi, de quo paulo ante retulimus, successit Alfonsus frater, accitus ex Belgis, ubi ducta uxore Bononiensem tenebat Comitatum ad Morinos et littus Gessoriacum, vir ingentis animi, et reipublicæ, quæ sub fratre pessum ibat, non modo fulciendæ, verum etiam erigendæ satis idoneus. Is tantum Ægidio deferebat, ut in familiari colloquio scipionem illi, quo ætate confecta membra sustentabat, dono petierit. Nam cum vehementer podagrosis esset pedibus, speravit abituram podagram,

D
A. ANDR.
MUSEND.

alteri os similiter hærens.

d

E

admota
cappa
D. Dominici

F

Alfonsi Regis podagram levat:

A ANDR.
RESEND.
donato sci-
pione suo:

A gram, si sancti senis baculum gestitans, ægris pedibus gradi niteretur. Nec spe minus illi evenit: nam post aliquantulum temporis desiit omnino morbus. Rex tamen non jam necessitate, sed religione, scipione illo frequenter in domesticis ambulationibus utebatur. Quam ego potissimam causam fuisse crediderim, ut idem Rex, quinto post anno quam in patriam redierat, tertio quam regnabat, insigne cœnobium Olissiponense cœperit ædificare; cui de cœnoio absoluto, et ea quæ ad Divinitatis cultum pertinerent, et illa quibus monachorum necessarius usus indigebat, ut tunc paupertatem professis satis superque erat, regia munificentia providit; de qua re exstat ibi in peristylio inscriptio hæc:

Strenuus Alfonso, Rex quintus Portugalensis,
Illustris Dominus Comitatus Boloniensis,
Qui dilatavit regnum patris, et reparavit,
Ac extirpavit pravos, hostes superavit:
Istius ecclesie jecit fundamenta magnis
Sumptibus egregie, complevit quinque bis annis.
Annos milles Dominum deciesque vigenos
Ac quinquagenos minus uno collige plenos,
Cum Rex incipiens opus hoc produxit id esse,
Annos tres faciens, ex quo Rex cœperat esse.

B Vinum aci-
dum suo sa-
pori resti-
tuit,

B 37 Quodam tempore cum vir sanctus iret Conimbrigam, comite Fr. Bartholomæo Petreio, divertit ad Canonicorum S. e Augustini sodalium, in pago quem vocant Colmenas: quem loci ejus Canonici cum magno honore atque hilaritate recipientes, inter ministrandum ignosci sibi postulabant, quod mutatum illi vinum propinabant. Accidisse enim sibi vini fannonam, nec de facili posse aliunde provideri. Gratias egit illorum studio Ægidius, præterque nihil opus: defecto cibo ac potione ventri suaviora conquiri, præcipuum esse horum condimentum ipsum desiderium et optimam hospitem voluntatem, operosiores epulas minime se morari nec ambiciosius sitire. Mansuetudo et facilitas viri Dei unum ex illis, vinarie cellæ Præpositum, altiori religione tetigit: et captata occasione, cum nescio quid illum suere vidisset, tamquam aliud ageret, utendam acuo sibi ut commodaret rogavit. Inde ingressus in cellam, ad capacissimam cupam, qua vinum omne erat conditum, quod spontaneo fervore corruptum paulatim etiam ab acore vappescebat: En, inquit, Christe omnipotens, in tuo nomine et famuli tui Fr. Ægidii acum hanc, quam manus ejus tractaverunt, in cupam injicio: per ejus te oro merita, ut vinum hoc emendare clementia tua digneris, ne Sacerdotes famulique tui, in hoc loco tibi inservientes, penuria et incommodo annui curriculi afficiantur: et injecta acu abiit. Postridie cum in usum prompsisset vinum, gustu suavissimum est repertum. Tum rei novitatem admirantibus, protinus et quæ ipse fecisset, et quam ampliter et magnifice Christus pro Ægidio vicem hospitalis beneficii rependisset, palam exposuit.

C et spinam
gutturis exi-
mit invo-
catus semel,

C 38 Fr. Michael Joannides Portuensis et Fr. Robertus, ad pagum Ansidium Canonicorum S. Augustini juxta Durinm devenientes, hospitio accepti sunt, et humaniter procurati. Cumque honoris causa multi cum eis sederent ad mensam, et comederent piscem g alosam, quibus illic Durius abundat, quidam ex una comedentibus, suavitate piscis illectus (nam Durium Miniumque subeuntes alosæ, ceteris ceterorum annuum Hispaniæ tum magnitudine tum sapore jure præferuntur) cum avidiuscule ingurgitaret, spina durior in buccella semimansa gutturi ejus inhæsit. Quam cum rejicere tussiendo nequaquam posset, et ore toto rubuisset, ac emissis oculis præfocari videretur; turbatis hoc casu, qui aderant, Age, inquit Michael, nomina Frater, qua voce potes, Fratrem Ægidium, et illius meritis subveniet

tibi Deus. Cumque, licet regre, nominasset; rejecit D continuo cum buccella spinam, protinusque liberatus convivis amissam hilaritatem restituit. Crevit autem cunctis religio, et erga Ægidium absentem auctus est pietatis affectus. Duo sunt in Turdulibus h vetustioribus oppida, quorum utriusque Turres nomen est: h differentie tamen causa, illud Turres veteres, hoc Novas appellant: ego libentius Græce Palæopyrgos ac Neopyrgos dicerem, si imponendorum oppidis nominum legislationem mihi permetteret aut litteratorum consensus, aut aliquando placabilis illitteratorum factio. Neopyrgis igitur, vel si hoc non impetro, Turribus novis agebat Pelagus quidam Martinus, qui exactoribus vectigalium Regiæ in eodem nomo i Præpositus erat. Nam per nomos distribui Præpositos hos, qui vectigalia vel ab exactoribus jam collecta vel a redemptoribus adhuc debita cogunt, si vos nescitis, ad vicinum hunc meum vos deducam: unde hæc ego nuper didici, cum oratum ad illum issem, ut mitius ageret, cum quibusdam k reliquatoribus, neve miseros omnibus fortunis nudaret. Qui mihi tunc titulos aliquot legis Regiæ, impositaque sibi necessitatem urgendi l mancipis qui relinquerentur ostendit, ac tam enucleate digessit capita singula, ut ego quoque jam me arbitrer posse strenuum præstare vectigalibus cogendis Præfectum. Is ergo Pelagus Martinus monachis ad oppidum predicationis gratia venientibus comiter ac perhumane præbebat hospitium. Discumbens igitur die quadam cum Fratre Michaeli Martinio et alio quodam, osse piscis vehementer infixo maxime cœpit cruciari. Subjecerunt illi monachi hospites, ut Fr. Ægidium nominaret. Nominavit quo potuit modo, et subito cum Ægidii nomine tussiens, os cruentum rejecit, ac tertio quartoque sanguinem screavit.

39 Alacri portum m, Transtaganiæ hujus provinciæ oppidum lanificio nobile, predicationis gratia devenerunt Fr. Durandus Stephanus et Fr. Nunnus, utabanturque hospitio Domni Andreae, primi ecclesiæ Virginis Dei matris ibi n Sacerdotis. Cumque die quadam discubitu esset, apposito pisce hoc alosa, gulosorum castigatore; quidam de Sacerdotibus una accumbentibus, Dominicus Joannides, dum inconsideratius epulatur, noxam contraxit deerrante a gula in arteriam bolo cum spina duriuscula. Quam cum prius leviter, deinde toto nisu tussiendo, rejicere non valeret, et spiritus difficillime commearet; surgere coactus est, et sedens foris ad F ostium præ anxietate sudare cœpit et tremere, et ronchos magis quam clamores edere: pæne enim suffocabatur. Quem cum magna jam ex transeuntibus et vicinis corona cinxisset, firetque tumultus; convivæ turbati casu surrexerunt et convenerunt ad illum. Durandus itaque videns hominem in tanto vitæ discrimine, Eia, inquit, salutare Crucis signaculum fac super guttur, et nomina Fr. Ægidium, cui peculiarem Deus in gutturalibus his noxis gratiam contulit. Signavit pollice locum, et rauca inconditaque voce cum dicere cœptasset, Sancte Frater Ægidi succurre mihi, ad nomen ejus, cruentam atque recurvam in modum hami rejecit in manum ori appositam: quam cunctis ostendit, gratias agens Deo, et absentem extollens Ægidium, mirantibus qui illic aderant universis mortalem adhuc hominem: nam multis post hoc factum annis sanctus Pater supervixit, et absentem (in tanta apud Deum erat gratia) liberavit. Testes miraculi citantur iidem Durandus et Nunnus, et Fr. Petrus Vernandus, cum socio Fr. Dominico, qui postridie ad oppidum devenerunt: et Frater Joannes Alacriportuensis, qui puer, quo tempore hoc contigit, præsens fuit.

A

ANNOTATA.

a Canonizatus est S. Dominicus Gregorii Noni anno 8, Christi 1235.

b Cunæum, aliis Sacrum promontorium, vulgo Capo di S. Maria, ad quod est oppidum Faro, Turdetani autem fuerunt, quod nunc regnum Algarbiæ.

c Diodocus ab auctore, barbararum vocum fugitante, videtur accipi pro nomine Didaci, id est Jacobi, ex quadam affectatione Græcismi, quomodo etiam Diadochum scribere potuisset.

d Supplementum fuisse sensum, his quæ exciderant verbis restitutis, ex sequentibus colligo.

e Joannes Teutonicus, IV Magister generalis, obiit 4 Novembris, quando licebit inquirere an et qualem cultum in Ordine habeat.

f Quia passim vox Annona usum in re frumentaria habet, occasionem sumit Pyrrhus opponenti, quod ita in scholis didicerit a ludimagistro, explicante istud Davi Terentiani, Tum annona cara est. Objectioni autem satisfacit auctor phrasi Varronis et Columellæ, quorum hic lactis, iste macelli annonam dixit, alioque etiam longius quaesita huc addit, ex ff ad l. Julianam de Annona. Sed de verbo extra controversiam Latino, an de quacumque copio dici possit sollicitus; melius ad suam illud acidisse reflexisset oculos et quaesivisset, an Latine dicatur acideo vel acidescere, ut inde formari possit præteritum acidi: a verbis enim in eo fieri quidem frequentativa in esco, et commune cum primitivis suis præteritum habere, notum est: et sic Ulpianus in ff l. 1 de peric. et comm. rei vend. dixit, Si vinum venditum acuerit damnum erit emptoris: similiter ab iisdem verbis in eo fiunt adjectiva in idus, ut ab acea, acidus; sed hinc nova formatione verbum in eo aut esco deductum nemo quod sciam usurpavit; puta a pallidus, pallideo, aut pallidescere. Infra num. 92 legitur recte, acuisset.

g Alosa, Teutonicum vocabulum ac velut augmentativum ab al anguilla, etiam Gullis usurpatum piscis nomen. Græci post Aristotelem Thrissas, dixere, quas Alosas interpretatur Gaza: eisdemque Plinius Clupeas vocasse putatur, quas Itali hodie Chieppe dicunt: sed has eisdem esse cum illis Alosis seu Thrissis, negat a Pyrrho interpellatus auctor: quod Clupeam Plinius pisciculum vocet, Alosas autem apud Gallos cubiti magnitudinem interdum superare, et in Durio Minioque frequenter librarum pondus æquare notum sit. Adidit deinde auctorem suum, barbure ante annos 250 scribentem, vocasse Sabalum: quin et sabogas et sabellas dici minutius, spinosius, et insipidius quoddam ejusdem piscis genus, de eoque locutum putat Ausanum in Mossella cum dixit.

Stridentesque focis obsonia plebis Alosas, citantur etiam Paulus Jovius, Franciscus Massarius, Petrus Gilius, et Guilielmus Rondeletius, medici et docti et diligentes, longis editis commentariis super hac quaestione.

h Turduli Ptolomæo et Melæ populi sunt Hispaniæ Bæticæ in regno Granatensi; Lusitani tamen, teste Vasconcello, eos ad se trahunt inter Mundam et Durium, ubi nunc Beira collocatur.

i Lusitania in Comarcas dividitur, pro qua voce, utpote barbara, Nomos dicere Resendius mavult; antiquitatem imitatus, cui in Nomos Ægyptus dividitur, sumpto a pascuis nomine: sic Germani regiones pascuosas præfixo fluviorum interluentium nomine, in Govias seu Gavias distribuunt Ryngaw, Brisgaw, Argaw, Turgow etc. Comarca autem dicitur, addito præcipuæ alicujus civitatis seu Marcæ nomine, a qua circumjecta regio jus petit; Comarca d'Aveiro, Comarca de Coimbra etc: minus autem late patent hæc nomina quam diæceses, quæ singulæ plures Comarcas continent.

k Reliquationem dici invenies, l. 44 ff de admin. Maji T. III

tut. id quod subductis rationibus deberi ac veluti relinquatur invenitur: et qui sic manet in debito appellatur reliquator, unde Tertulliano reliquatrix anima lib. de anima cop. 35.

l Manceps a manucapiendo, dicitur emptor seu redemptor alienius pecuniæ exigendæ, etiam apud Ciceronem pro Roscio Amer. et in 3 Verrina.

m Port-alegre, urbs hodie Episcopalis, 30 circiter leucis distans Olissipone ad confinia Castellæ; quod autem Alacri-portum vocet, quam Amaiam dixit Ptolomæus, Latiorum veterum exemplo se socere subjungit Resendius, qui Sacri portum, Boni portum, Pulcriportum dixere: sed qua ratione dicetur portus ea urbs, quæ neque mari neque fluvio saltem navigabili adjacet, in monte sita? Portam ergo dicere maluissem, si Portalegra displicuisset, quales scilicet inter montium angustias concipiuntur, pro transitu ex Lusitania in Castellam.

n Archiepresbyterum indicat, cum scilicet superiori primum seculo a Joanne III primus Episcopus ibi constitutus sit Julianus Albius, hac occasione a Resendio hic nominatus.

CAPUT V.

Revelationes de Ægidii Sanctitate, ante et post pium ejus obitum.

Gloriam virtutis esse umbram, quæ etiam invitos comitetur, sententiosissimus auctor Annæus Seneca per translationem dixit, virtutemque nulli non et vivo et mortuo gratiam retulisse, qui modo se non exornarit ac pinxerit, sed bona fide secutus illam fuerit. Consonat sententia hæc divina Servatoris nostri philosophiæ: nam eos qui sine aliquo fuce, serio ac propter Deum, religionem et virtutem colunt, certissima indubitabilisque manet gloria; non modo ea quæ speratur a solo Deo, posteaquam in suum cælum, unde illi initia, receptus fuerit animus; verum ea etiam, quam sancti viri tamquam virtutis præmium obtinent, videlicet exserente se suis studio et quasi prodigente fidelissimi remuneratoris largitate. Id erga Ægidium affatim præstitit Deus, cujus per universam Hispaniam eminens inclaruerat virtus, in Gallias quoque et Italianam nonnulla ex parte jam pervaserat, sed inter suos, hoc est inter monachos. Id non satis visum divinæ bonitati, nisi etiam exteris innotuisset. Romæ igitur tempestate illa, vir notæ sanctitatis agebat in secessu vitam, quod genus homines ἀσχηροίτες Græci appellant. Is cum aliquando ante crepusculum matutinum orationi et contemplationi vacaret, levi somno correptus, vidit apertos cælos, et Servatorem nostrum Jesum stantem, illique adsistentem matrem Virginem, erectis manibus quasi adorantem; sub ejus dextro brachio videbat quemdam in habitu Prædicatorii instituti, mira luce fulgentem, qui brachium Virginis quasi suppositis manibus sustentaret, veluti cum Aaron et Hur Moysis crantis brachia sustentabant. Admirans anachoreta, quinam ille esset, qui in tanto honore haberetur, ut Virginis Dei matris brachium sustineret; responsum accepit istiusmodi ab eadem ipsa Virgine: Hic quem in tanta apud me familiaritate vides, Frater est Ægidius Lusitanus, ex Prædicatorum Sacerdotum Ordine, filii mei servus et mihi peculiaris: atque sicut ipse meum brachium sustinet, sic Prædicatorum Ordo per orationes ejus et merita sustentatur et augetur. Visum hoc ille secum reputans, desiderabat de Ægidio plenius edoceri. Quare cum aliquantos post dies esset coram Cardinale quodam et multis aliis gravibus personis, conspicatus Lusitanus aliquot qui aderant, quorum unus erat Magister

D
A. ANDR.
RESEND.

E

Deo Ægidium
etiam procul
glorificante,

in visu pio
cremitæ of-
fertur, ut
D. Virginis
crantis bra-
chia susten-
tans, F

A. ANDR.
RESEND.
prout Roma
reversus
quidam re-
tulit qui
audierat :

A Petrus Vincentius, Bracarenſis eccleſiæ canonicus ; rogabat equid Fratrem Ægidium Portugalenſem ex Ordine Prædicatorum noſſent : et reſpondenti- bus, optime noſſe ; formam illis, habitudinemque corporis, atque ætatem Ægidii graphice admodum depinxit. Aientibus, ita rem ſe habere, ille coram Cardinale et qui aderant omnibus, quod ſibi oſtenſum fuerat, cum omnium admiratione retulit. Quod prædictus Magiſter Petrus, reversus poſtmodum in Luſitaniam, vivente etiamdum Ægidio, religioſis Patribus, videlicet Fr. Martino Martino Præfecto cœnobii Conimbrigentiſis, Fr. Lupo ſacræ Theologiæ Doctore, Fr. Bartholomæo Petreio, Fr. Ægidio Thomarienſi, et Fr. Stephano Ratenti, ceteriſque cœnobii ejuſdem monachiſ, ſacramento confirmans enarravit.

et quantum
mortem de-
sideraret

41 Inter animam ac corpus naturalem quandam vehementemque adeo eſſe amicitiam, ut ægerrime alterum ab altera ſeparetur, et philoſophi docue- runt, et noſ diutina ac pœne quotidiana experientia intelligimus. Magna tamen intercedit diſtantia, quod animæ quæ ſe voluptatibus corporeis-que illecebris dediderunt, quaſi mancipia corporibus obnoxie tenentur, neque ad futuræ longeque melioris vitæ ſpem eriguntur : bene vero conſtitutæ, quæque terrenis ſe labibus non manciparunt, ſurſum quaſi ignis emicant, originis ſuæ memores. Accedit quod illæ, ex contractis ſordibus et male actæ vitæ conſcientia trepidæ, exire e corpore ad ſupplicium reformidant ; iſtæ vero nullis pollutæ maculis, ſed tutæ innocentia, ad divinum præmium debitum vir- tuti feſtant. Eoque fit, ut quamdiu in corpore hoc agunt, non tam ſe in domicilio vivere, quam in vin- culis et cuſtodia exiſtiment detineri. Ægidius ergo, ultra quam quod ſenio et laboribus ad vitæ ſatieta- tem devenerat, tædio peregrinationis hujus, diſſolvi anhelabat, Chriſtoque jam non per fidem et in ænigmate, ſed clara et aperia viſione conjungi : quam rem etiam ad ſervi ſui gloriam oſtendere ruondo Deus voluit. Fuit Oliſipone tempore illo ma- trona nobilis et dives, Stephana Bochara, quæ defuncto viro quod reliquum ætatis fuit in viduitate, qualem deſcribit Apoſtolus, perfeverans, etiam uſque ad ſanctitatis opinioneu creverat. Hæc reſpectu Dei, domi ſuæ in cellula ſeparatim alebat quemdam cæcum, Stephanum nomine, non quidem mendicum ex iis qui eſtiam viotum proclamant ſtentorea voce et firmis lateribus ut præconium

C facere videantur, ſed modestia honeſtum ; qui eſti corporeis oculis cæcus erat, mentem certe illumina- tam habebat, ut qua ſibi eundem eſſet ad Deum probe admodum cerneret. Is igitur Dei ſervus cum die quadam in oratione perſiſteret, viſus eſt apertos videre cœlos, et lucidiſſimum ignis globum de terra ad cœlum impetu rapidiſſimo aſcendentem : quem ubi ad ſummi cœli confinia propinquaret, quidam Angelus mantili candidiſſimo ventilans, ab ingreſſu repellebat, iterum atque iterum in terram deprimens. Admiranti quaſi certamen ſubvolantis ignis et de- pellentis Angeli, eique prolixius oranti, ut quid ſibi ea vellet viſio doceretur, ita reſpondit ille An- gelus : Globus hic igneus, quem vides, anima eſt Fr. Ægidii Luſitani, quæ tota divini amoris igne ſuccenſa, jugiter Deum contemplatur, et ad Deum properans terrenam molem deponere feſtinat. Ego autem miſſus ſum, ut faciam anhelantem expectare tantisper, dum multas animas ille Deo lucretur, ampliori gloria ex ea mora coronandus. Hoc viſum ſumma cum alacritate cæcus mox patronæ ſuæ Ste- phanæ retulit, et illa ei qui hanc ante noſ hſtoriam ſcripſit, ac ſimul Fr. Conſalvo Martino Scallabi- tano. Supervixit autem Ægidius poſt hoc integrum fere quinquennium.

alteri reve-
latur :

42 Hoc quod modo retuli exemplo, indicatum eſt D fervens Ægidii deſiderium remeandi ad cœlum fuiſſe ſuppreſſum, lucrandarum animarum gratia. Alterum modo referam, quo inſtanti ei exilii hu- jus terminum edito oraculo Deus ſignificavit. Non procul a Alcobacia mons eſt, Ceira vulgo appellatus, et in monte fanum D. Martino ſacrum. Solitariam inibi vitam agebat vir quidam admodum pius ac ſpectatæ innocentia, Martinus nomine. Is cum more ſuo ab humilibus hiſ rebus abductum animum ad cœleſtis vitæ contemplationem advocaſſet ; in cogi- tationem Ægidii ſanctitatis incidit, quam et per ſe ipſe viderat, et plurimis eſſet argumentis expertus ; et cum in ore omni eſſet populo, indies augereſcere audiebat. Nihilo tamen ſecus cum fieri adhuc cer- tior optaret, divinum ſuper ea re vel reſponſum vel indubitatum aliquod indicium expetebat. Igitur levi poſt orationem capto ſomno, aulam quandam vitream luce inenarrabili coruſcantem intrare ſibi videbatur, in cujus medio Patrem Ægidium in ſella pulcherrima ſedentem inveniebat. Ad cujus pedes cum lætus procubiſſet, de interiori conclavi egregia forma adoleſcentem exeuntem conſpexit : qui vene- rabundus totuſque renidens, ubi ad Ægidium accer- ſiſſet, ita illum eſt allocutus ; Veni, Fr. Ægidi, veni, quia vocariſ. Proſiluit a ſella feſtinanter Ægidius, et viatorem b qui ſe accerſiverat ſumme lætus comitabatur. Cumque propinquaveſſet ad aper- tum conclavis oſtium, apparuit aula, priore illa longe capaciſ, et admirabiliſori varietate adornata. Tum juvenis, Intra, inquit, Fr. Ægidi. Quo intromiſſo, anachoreta, qui illuc uſque fuerat pone ſecutus, totis viribus anhelus ſatagebat ingredi poſt Ægi- dium. At alter ſimili forma juvenis, qui quantum videbatur c Admiſſionalis fungebatur officio, repulit illum, dicens, Abi tu, et expecta : non enim modo introiſſiſ : et clauſo interius oſtio foris reliquit, non parum anxium de repulſa. Cum autem vocem doloris indiem tentaret emittere, excitatus a ſomno eſt, intellexitque virum Dei propediem ad patriam mi- graturum, et repositam ſummæ ſanctitati ſummam gloriam adepturum. Atque ita reipſa contigit. Nam vix biſmeſtri ſpatio poſtea completo, vita ſanctus Pater exceſſit. Hæc probus ille vir ac innocens ana- choreta ſæpe, cum lacrymiſ gaudio intermiſtiſ, viva voce referebat.

43 Sed ego cum narrandi voluptate ſupra modum afficiar, vereor ne injuriuſ ſim beati viri vita diutiuſ protrahenda, in qua ille comnorari tam diu ſane quam acerbum duxiſſet, niſi Dei nutum et arbitrium per patientiam expectaret. Quare cum ſermonem hodiernum de iſiſ quæ in vita geſſit ſatiſ jam longum fecerim, commodiuſ ad ejuſde vita exceſſum, tranſ- eamus. Igitur quemadmodum ſub prioris voluminiſ finem dixiſſus, Scallabi privatam quietamque agens extremam ſenectutem, cum diem deſtinatum ſibi operiretur, octogenario jam major, in morbum le- vem incidit : quo gratari ſibi admodum cœpit, quando- quidem ex illo, ad perpetuam malique omnibuſ carentem vitam ſe tranſiturum, intelligebat. Præcog- nita vero inſtantiſ obituſ hora, in ſtratum ſe cilicinum deponi juſſit, ac Chriſtianæ pietatiſ ritu ſuſceptiſ cum reverentia Sacramentiſ, mœrentes Fratres blandiſſime conſolatuſ, omnibuſque ad Dei cultum et veræ pietatiſ ſtadium commonitiſ valedi- ceniſ, manuſ extendit in cœlum, pronuntianſ, nihil labante voce, In manuſ tuas, Chriſte Deus, com- mendo ſpiritum meum. Inde compoſitiſ in modum Crucis collabentibuſ jam brachiis, ſine ullo mortis ſenſu, quaſi obdormiſſet, extremum vitæ ſpiritum edidit ; ac, ut Chriſtiane potiſ quam Ciceroniæ loquar, vitam comnutavit, anno a nato ſervatore noſtro mclclxv d, anniſſaria die qua ad cœloſ aſcendiſſe

a
et tertio
proximuſ
ejuſ tranſi-
tuſ.

E

f

c

F
Octogenariuſ
morbo corri-
pituſ

anno 1265
et pic obiit

d

A ascendisse Christum, religio Christiana commemorat. Cujus cadaver neque torvitate vel minima deforme, neque fœda quapiam proluvia maculatum, sed potius gratum naribus, nescio quid supra terrenum odorem spirans : pollinctores, magis consuetudine quam quia indigeret, cum abluere institissent : cingulum illud ferreum, de quo in priore volumine egimus, repererunt : quod etiam nunc argento tectum adservatur, in magnoque est usu parturientibus, sive utero supra vestem applicatum, sive collo suspensum, sive manibus cum fiducia contactum. Humatus frequentissimo Scallabitanorum ejusque modi conventu, translatus postea est ad ædiculam et marmoreum cælatum monumentum, curante sua pecunia Joanna Nunii Vermandi Cognominii matre, femina illustri et ipsius beati viri consobrina, ut in principio prioris voluminis jam diximus.

44 Illius e vita excessum piis aliquot hominibus, cum Scallabi tum etiam locorum intervallo non modico inde divisus, significationibus, et quidem minime ambiguis, Deus aperuit. In cœnobio Conimbrigensi Fr. Dominicus Mansillinus, vir integer et perspectæ multos jam annos probitatis, sub crepusculum illucescentis diei, quo sanctus vir curriculum vitæ confecit, cum ab oratione leviter obdormisset; videre sibi visus est templum cœnobii Scallabiani, aulæis bombycinis versicoloribus mire totum adornatum, stratumque tonsilibus tapetis varietate simili pavementum : tum equum pulcherrimum sine fræno, sine ephippio, per mediam Scallabim incedentem, qui modo huc, modo illuc, alacritate summa lætis-que hinnitibus sese obversans, populum demirantem spectandi gratia cunctum post se trahebat; donec egressus urbis portis, ac ad cœnobium quod juxta exterius pomerium situm est, sequente populo deveniens in templum, uti dixi adornatum, se conderet. Hoc visum Mansillinus secum expendens, neque quid portenderet adhuc sciens, tacuit. At religiosus Pater Michael Suerius, eo tempore ejusdem Conimbrigensis cœnobii Præfectus, cum eademmet nocte circa matutinam synaxim quiesceret semisomnis, putabat se videre beatum virum Ægidium in prima odei sede, quæ Cœnobiarcharum est, consistentem, et ad matutinas laudes dulci admodum sono præcinentem, Deus in adiutorium meum intende. Ipse autem Præfectus, propter sancti viri auctoritatem, illi et loco et præcinenti officio cedere videbatur, electa ad sinistram ejus sede altera. Secum tamen tacitus ita cogitabat. Quidnam ego novæ rei video? Pater Ægidius, qui tam impense Prælatos consuevit honorare, me præsentem meam sedem et præcinenti munus occupavit? Cunque ita miraretur, evigilavit; reputansque quod viderat, non levem illi visum hoc suspicionem movit, quasi prædictio revera esset, non autem insomnium. Quam rem cum postea ipsa eadem die Fratribus nonnihil anxius retulisset; Mirum, inquit, est, nisi Pater Ægidius aut migravit ad Dominum, aut cito est migraturus. Tunc ante dictus Mansillinus etiam quod ostensum sibi fuerat explicavit, sicque auctum suspicionem die exinde tertia confirmavit superveniens nuntius, qui sub lucem Dominicæ Adscensionis virum beatum e vita abiisse detulit.

44 Scallabi in parœcia divæ Virginis ac Martyris Irenes habitabat Joannes Stephanus, homo probus et inculpatis moribus. Hic eodem crepusculo, quo beatus Pater Ægidius de vita migravit, non gravi sopore pressus, videbatur sibi a templo Prædicatorum egredi, atque in exteriori sepulchro, quod Christiana consuetudine cœmeterium appellamus, tres præclara forma adolescentes habere obviam, qui sceptra cubitalia manibus gestantes, Regios apparitores schemate imitabantur. Quorum inusitata forma et ad-

ventus novitate permotus, videbatur illos ad hunc modum interrogare, Cujusmodi estis homines? Ad quem illi, Statores sumus Regis, qui nos huc misit, ut Fratrem hunc Ægidium mox illi sistamus, paulo post illum alterum accersituri. Ad quod responsum cum se circumflecteret homo, conspiciebat sanctum virum Ægidium, immensa luce præfulgentem, obviam illis procedere; et Fratrem alterum, semi oblecta facie eo etiam prodire conantem. Conversus autem homo ad juvenes, Cujus, inquit, Regis statores vos esse perhibetis? Et illi, Cœlestis scilicet ac sempiterni. Ad hæc homo, Fratrem hunc Ægidium nos sanctum inter nos hominem ac Deo carum semper existimavimus. Non sunt in toto terrarum ambitu, tres eo meliores, inquit. Idque te nosse volumus : qui ad hujus sepulchrum misericordiam implorarint, potentem esse eum experientur, apud Regem cœlorum orando, opem et auxilium ferre. His dictis, Ægidium excipientes, ad planitiem quamdam herbidam, floribusque odoratis undique virentem ac pictam cum devenissent; homo qui sequebatur, cernebat innumeram multitudinem, in stolis tum candidis tum purpureis Ægidii adventui gratulatum venientem, turmam quoque copiosam virorum instituti Prædicatorii veste indutorum, qui quodam more ceteris præire in occursum ejus festinabant. Quod cum homo ille admirabundus conspiceret, accedens ad tres adolescentes, Obsecro vos, divini statores, aiebat, quænam turmæ sunt istæ, quæ Fratri Ægidio tam lætæ occurrunt? Et nuntii isti, Qui procedunt, Angeli sunt et ceteri Beati; turma vero illa præfestina, monachi sunt Prædicatores, ex quibus ipse multos ad id vitæ institutum disciplinamque deluxit : omnes autem hi honoris causa convenere, ut Fratrem Ægidium nobiscum Domino repræsentent. In hæc verba excitatus homo, dum lætus visum reputaret, audivit in cœnobio Prædicatorum tintinnabulum pulsari diutiuscule, ut solet in obitu monachorum. Tum ille vocata uxore, Eia, inquit, conjux, surgamus; Pater Ægidius modo defunctus est. Cui illa, Et tu unde id rescisti? Et ille visa narravit Ordine : Et ecce, inquit, tintinnabulum mihi pulsatur. Surrexerunt confestim, et ad cœnobium venientes, sancti viri exanimatum jam corpus in feretro collocatum in chori loco, quod Græca voce expeditius ὀδῆιον supra diximus, invenerunt, et monachos circum affusos lacrymis psalmos decantantes. Justis autem funebribus de more confectis, homo religiosissimo seni, Fr. Joanni Pelagio, qui noxarum ipsius arcanam confessionem excipere erat solitus, rei hujus seriem exposuit : sancto etiam viro Fr. Bernardo, cujus in superioribus mentionem non semel fecimus, Menendo quoque Suerio D. Irenes Sacerdoti, et Elvire Dirandæ, quæ sancta femina intra septem se brevis cellulae cohibebat, multisque aliis idem retulit. Qui hæc litteris ante me mandavit, testatur se eundem Joannem Stephanium sæpe de his interrogasse, diversis tamen temporibus, an variaret, tentandi gratia; sed cum semper eundem diceret, eodemque modo, habitam illi fidem esse. Cunque paucos post dies obiisset religiosissimus senex Fr. Joannes Pelagius, a nobis modo memoratus, intellectum est, fuisse eum Fratrem illum alterum, quem cœlestes nuntii se paulo post Ægidium evocaturus significarant.

46 In superioribus diximus, sanctum virum socio fuisse nonnumquam usum Fr. Andrea Medico, viro docto et gravi. Hunc sicut mortalis vitæ et actionum habuerat testem, ita quoque adeptæ immortalitatis et gloriæ voluit spectatorem efficiere. Nam die quadam leviter sopito, post matutinam synaxim, vultu pulcherrimo et splendenti admodum

D
A. ANDR.
RESEND.

cingulo ferreo adstrictus.

B
Eodem tempore Conimbricæ duobus Patribus ea mors innotescit per visum :

C

E

F

Item pio viro Sancti Irenæ,

Fratris socio,

facie

A. ANDR.
RESEND.

A facie albissimisque vestibus apparuit, illumque renidens compellere videbatur. Ad quem Andreas, Ecnid, Pater Ægidi, nonne mortuus jam es? Et Ægidius, Ne erres, inquit: nequaquam enim mortuus sum, sed vivo: et nunc relicta Scallabi, vado ut per oppida et pagos circumquaque verbum Dei prædicem, quibus dictis abscessit. Intellexit Frater hisce verbis, non modo gloriæ viri Dei certio rem se fieri, verum admoneri etiam Officii quod forte lentius exequeretur. Elviræ Pelagiæ viduæ, sanctæque conversationis mulieri, quæ habitabat Scallabi ad D. Nicolai, non dissimile superioribus visum contigit, statim post obitum sancti Patris Ægidii. In atrio cœnobii Scallabitani, e regione tumuli ejus, cernebat scalam latam atque erectam, et ab atrii e prothyro ad cœlorum usque altitudinem pertingentem, et in gradibus scalæ non longe a terra, duos Angelos mirabili pulchritudine præfulgentes: in imo autem scalæ pede videbat sanctum Patrem Ægidium, et S. Dominicum Cubensem, magni Patris Dominici discipulum et cœnobii Scallabitani conditorem, cujus priori volumine mentionem fecimus, qui ante Ægidium plures jam annos vita cesserat, stantes multo anro purpuraque indutos; audiebatque Angelos in hunc modum eos alloquentes; Venite, Fratres, ascendite: vocat enim vos Dominus. Illi ita appellati, alter hinc, illinc alter, dextros pedes ad gradum terræ contiguum admoverunt: et apprehensa scala festinanter scanderunt, præeuntibus Angelis, in cœlumque recepti sunt. Hoc visum f proba illa vidua sepe, cum summa sanctorum virorum veneratione jucundaque recordatione, referebat, sicut per Dei attestationem adjurata retulit, præsentibus sancto viro Fr. Bernardo, et Fr. Martino Petreio, et auctore historiæ hujus, multisque aliis fide dignis, g

ac mulieri
devotæ.

g

ANNOTATA.

a Alcobaza celebre Benedictini Ordinis monasterium, duabus ab oceano leucis in Comurca Leiriensi, leucis autem 7 distans Santirena.

b Cicero de Senect. A villa in Senatium accersebantur Senes, ex quo qui eos accersebant Viatores nominati sunt: hi deinde proprie assistebant Tribunis plebis, ut Consulibus Lictores, ad nuntia deferenda parati.

c Lampridius in Alexandro Admissionales dixisse primus invenitur eos, qui introducendis ad Imperatorem hominibus præerant.

b Anno 1265, Cyclo solis 14 lunæ 12 litt. Domin. D. Pascha 5 Aprilis, adeoque Ascensionis festum 14 Maji celebratum fuit.

e Protathyron Latine Præliminare, vulgo Portale.

f Addit Cardosus visionem hanc, una cum aliis quibusdam vitæ ejus miraculosæ successibus, pictam etiam nunc cerni in tabula altaris capellæ ejus, subinde innovata.

g Hic finis imponitur secundæ diei colloquio, et inauditur tertium in villa futurum ad fontem: quo egressi Resendius, Phyrrius atque Egnatius ad conferendum de miraculis, notant eos, qui hac calamitosa tempestate, in Divorum cultum tepidiuscule affecti, miraculorum ab iis patrentorum studiosi parum, impendere se malunt inculcandis Divi hujus aut illius peregrinationibus, sapienter dictis, fortiter factis, Apollonianum Philostratum imitati; potius quam recensendis mirabilibus, quæ per illorum intercessionem operatur Deus. Atque hic futetur Resendius obiter a se perstringi amicum suum Erasmum, cujus tamen manu scriptas ad se epistolas, ut jucundum hominis μαρτύριον, apud se servet; sed memor ejus quod a Pericle dictum

ipsemet Erasmus habet in Chiliadibus, Δεῖ με συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέγχι βωμῶν. Amicis commodandum obtemperandumque, verum usque ad aras.

CAPUT VI.

Miracula primo post obitum Ægidii anno patrata.

Superiori sermone multa, quæ noster Ægidius etiam vivens fuerat operatus, cum persecuti jam simus; ad illa nunc orationem conferamus, quæ post mortem sive ipse, sive pro eo et per eum Deus edidit. Ab ipsius Ægidii patria et cognatione initium capiamus. Apud a thermas Alaphoenses nobilis matrona, Domna Therasia Martinia, consobrina beati Ægidii, uxor Roderici Alfonsii Caponis cognomine, equestris Ordinis viri, domi suæ tamquam adoptatium nutriebat Petrum puerum, filium Laurentii Alphonsii Caponis, leviri sui. Is puer, una cum altero puella suo consanguineo, cum infantilli simplicitate ad thermas appropinquasset, amboque ad crepidinem lacus balnearum satis profundi per gradus incautius luderent, ceciderunt in aquam. Petrus omnino submersus est: alter cum adhuc juxta gradus summa aqua fluitans nunc innataret, nunc mergeretur, a supervenientibus quibusdam semianimis extractus est, et pro mortuo domum ad suos delatus. Suspensus itaque per pedes, haustam aquam paulatim emovebat: Petrus autem in imo submersus, horæ unius spatio delituit, donec puer ille alter et sensum et loquelam recuperavit, parvo accepto ex aquæ calore nocumento, quod ea in summo lacu ex aeris perflatu tepidior efficitur, et quod ante noxam sublatus est. Qui interrogatus ubi socium Petrum reliquisset, se ambos dixit, per gradus lacus eecidisse: quid de illo factum esset postea, se nescire. Cucurrit ad thermas famula quædam, et ex radiis solaribus perspicuam aquam inveniens, vidit Petrum in fundo jacentem. Ejulatibus ergo et muliebri vociferatione rediens examinata, quod erat, retulit. Accurrerunt multi ad lacum; et cum vehementem aquæ calorem vererentur (natura siquidem tam calida est, ut in ea et ova coquantur, et gallinæ anseresque sine ullo negotio plumis pennisque nudentur) Sacerdos quidam nobilis, Domini Juliani filius, se exuens descendit per gradus, apprehensumque puerum extraxit non modo jam mortuum, verum facie et tota corporis cute denigratum ac lividum, et ferme semioctum. Hoc ubi Therasiæ nuntiatum est, clamosa lamentatione et ipsa devenit: vidensque mortuum puerum, quem tenerime diligebat, super illum procubuit, tundens pectus, capillum vellens, radens unguibus genas, et præ dolore terram mordens. Cumque a circumstantibus, ne indecenter ageret, admoneretur, collegit sese; et flexis humi genibus, o Domine, inquit, Pater Frater Ægidi, si sanctus et Deo dilectus es, ut te certo esse credebamus, da mihi puerum hunc, quem pro filio educabam: credo enim et confido, modo velis, posse te mihi eum vivum restituere. Vix finierat, cum puer præter omnium spem cœpit hiare, et ore aquam rejicere: et post paulum, apertis oculis clare loquens, matrem suam appellavit et altricem. Admirationem et gaudium cunctorum, tacente me, conicere potestis ipsi. At pater vivum videns puerum, Tibi pater sancte, inquit, Ægidi, et Ordini Prædicatorum, puerum hunc devoveo, ex meque emancipo, ut ubi per ætatem reddite a te vitæ licerit, religiosam servitutem serviat. Tradidit ergo filium litteratori: deinde Scallabim veniens, cum multis equestri loco viris, amicis et consanguineis, qui miraculi testes fuerant, ad sepulcrum S. Ægidii Præfecto cœnobii, Fr. Dominico

a
Puer in
thermis
fervidis
submersus,

E

F

invocato
Ægidio re-
viviscit,et Ordini
offeritur.

nico

A nico Calarogitano, Divi Patris Domini consanguineo, praesentibus cœnobitis puerum obtulit, et totam rei gestæ seriem exposuit. Fuerunt præterea tanti miraculi testes, Dominus Julianus, Sacerdotis prædicti pater, qui puerum defunctum in manibus tenuit; et Sacerdos idem, qui eum de lacu extraxerat; Domna quoque Theresia ante dicta, et Domna Maria Sarriana pueri mater, et universa circumquaque vicinia. Puer autem, quoad postea vixit, pallida ac decolore fuit facie, tametsi bene valeret; in signum credo his qui non viderant, quasi pallore illo ac decoloratione gestum miraculum proclamaret.

*Hem alii
mortui duo.*

48 Olisipone in parœcia D. Justæ puer nobilis cum graviter ægrotaret, sero quodam, morbo invalescente, spiritum exhalavit. Cujus obitum et avia, quæ illum ut summas delicias suas diligebat, et parentes ultra modum moestis lamentabantur; et juxta cadaver pernœctantes, acerbo planctu diem expectabant, ut munus supremum dilecto persolverent. Interea tintinnabili pulsu, dato apud cœnobium Prædicatorum ad synaxim matutinam signo, circumstantium animos tetigit religio, subitque recordatio cum fiducia meritorum sancti Patris Ægidii. A cœnobio igitur suppliciter accersiti qui sancti viri Reliquias afferrent, has cum frigido cadaveri apposuisent, et orantes cum lacrymis aliquamdiu expectarent, resumpta subito anima redivivus surrexit puer; cui parentes et universa familia, pro expectatis jam solis funeralibus, soletia in Prædicatorum templo exorta die celebraverunt. Perhibere miraculo testimonium tam ipsi quam turba vicinorum frequens, officii gratia ad eos congregata. A quibus cum rem ordine accepissent viri graves, Fr. Petrus Vernandus et Fr. Paschasius, eam ipsi Patrum Fratrumque congregationi retulerunt. Apud *b* Sthermocium, nobile ac urbi nostræ vicinum oppidum, juvenis quidam, cum valida infirmitate correptus et attenuatus morbo ingravescente defunctus esset; longoque spatio a parentibus comploratus, tandem pollinctoribus esset traditus, ut ablueretur, et funebria exequiæque pararentur; matrona nobilis Domna Anna, defuncti parentibus unici morte consternatis compatiens, ingressa eo est, afferens particulam quamdam corporis sancti Patris Ægidii, quam apud se veneratione summa, tamquam pretiosum thesaurum, custodiebat. Et accedens ad cadaver defuncti, religiose venerabunda Ægidium implorans, mortuo imposuit. Mirares. Surrexit continuo adolescens vivus ac valens, et post expletam parentum paulo ante desolatorum lætitiâ, fidemque factam ad miraculi stuporem concurrenti frequentiæ, iter Scallabim acceleravit cum suis, et sepulcho sancti Patris affusus, coram Fr. Alfonso, F. Joanne Suerio, Fr. Joanne S. Juliani, Fr. Martino ædituo, Fr. Joanne Scallabitano, aliisque non paucis, miram hanc anastasin enarravit. Ego inquebat, cum mortuus essem, adstare mihi venerabilem Patrem Ægidium in Prædicatorum habitu aspexi, qui meam a corpore separatam jam animam imperio ad me reduxit: et ecce vivo, meique Patroni in præsentia omnium vestrum magnitudinem effero, cui secundum Deum hanc me gratiam debere profiteor.

*Ad funus
ejus negli-
gens accedere*

49 Intelligitis, opinor, Ægidii nostri excellentem in suscitandis mortuis potestatem. Restat nunc illa, quæ minus stupenda vulgo putantur, quæ tamen eadem ipsa excellens vis et potestas divina, præter supraque naturam, operatur. Ipsa eadem die qua sanctus Pater carnis vinculis est laxatus, anniversario videlicet Dominicæ Ascensionis, cum cives omnes ad justa solvenda se ad cœnobitas contulissent; quidam Martinus Consalvins Quecha, qui ad portam urbis, Punico vocabulo Thamarnam dictam, habitabat, rei suæ familiaris negotio quodam sancti

virii exequiis antelato, extra urbem perrexit; sed subito invasit eum pestifer et acutus anginæ morbus, ac intolerabilis faucium ac pectoris dolor, cum nimia læsarum partium inflatione, in tantum ut intercluso et illiso spiritu pœne strangularetur. Ad istum modum sævo cruciatu ingravescente malo, tactus religione homo cœpit se redarguere, suoque ipsius merito quod patiebatur imputare, quod unus ex omnibus civibus ad funus divini hominis et veræ patriæ parentis ire neglexisset, et in publico civitatis luctu rei domesticæ, nec sine magnæ, curationem in crastinum saltem non distulisset. Vecordiam ergo et contemptum ipse sum incensans, junco quem forte reperit collum circumvinxit, votoque se obligavit, in hæc verba: Si Fr. Ægidius sanctus et Deo dilectus est, ipse me dignetur a præsentis hoc mortis periculo liberare; et ego ceream faculam, ad istius junci longitudinem, ad sepulcrum ejus deferam, in redditæ mihi sanitatis testimonium. Finierat, et spiritum libere traxit, et guttur ac pectus sensim detunnere, parvoque temporis momento omnino morbus erupit: et qui malo victum se modo putabat, eo mirabiliter jam levatus, Deo et sancto viro Ægidio gratias agendo non satiabatur: veniensque ad tumulum postridie votum solvit, et historicæ nostræ scriptori, simulque Fr. Dominico Abonemario et aliis, quod sibi acciderat, enarravit.

50 Eadem quoque die Scallabi ad D. Stephani sacellum hujuscemodi res contigit. Petrus puer, Michaelis Graini filius, tam gravi ictu fuerat paucis ante diebus in capite percussus, ut ei a chirurgo duodeviginti ossa calvariæque fragmenta extracta fuerint, et ipsius calvariæ ad suturas defegendas inspiciendasque variis locis incisa cutis. Procedente inde tempore, cum noxa jam in Augusto esse desineret, puer ex sanescendi meliore spe factus negligens, inquietudine puerili minus et a motu et a manibus temperabat. Nam irritato malo incisisque venis, sanguis per nares in tanta fluebat abundantia, ut suppositis vicissim manibus, ad recipiendum indesinenter decurrentem, mater non sufficeret. Quæ in tanto vitæ filii discrimine tantaque sui ipsius consternatione posita, ex inopia consilii, ut est solers in Augustis humana mens, ad divinam petendam opem animum excitavit: et revocato in memoriâ Ægidio, qui tumulatus ea die fuerat, mittebat qui summa velocitate saltem de tumulo terram afferret. Supervenit in hæc virgo quædam conversationis innocentissimæ, eximie simplicitatis, et fidei spectatæ, Dominica Martinia Thomariensis, quæ apud beati viri sepulturæ interfuerat, et deligneo ferebro quo fuerat conditus, ramenta quæpiam pulvisculumque, non minimo tentantis idem turbæ negotio, asservarat. Quæ ubi hospitem anxietatem et in ædibus tumultum muliebrem animadvertit, illud quidquid erat matri pueri obtulit apponendum. Tum simul omnes ut aderant clamorem tollentes, Ægidium invocarunt, nequaquam frustra. Nam protinus ebullientis sanguinis fons exiccatus est, et puer præsentis mortis periculo liberatus statim convaleuit: quem mater ad sepulcrum sistens, horum scriptori gestorum et cœnobitis aliis grata et pia narratione miraculum retulit.

51 Apud Alanokeream, aut si mavultis ut vocat vulgus, Alanquerium *c*, honesta quædam mulier, cum de jumento quo vehebatur decidisset, fractis lumbis magnam ac notabilem corporis debilitatem incurerat; ut per integrum annum decumbens, per se de lecto surgere non valeret. Quam cum matrona quædam ex vicinia pietatis causa visitasset, eique consulisset ut plena fide venerabilem Patrem Ægidium invocaret; persuasa mulier virum Dei affectu summo

D
V. ANDR.
R. SEND.

*corripitur
angina, et
liberatur
voto facto:*

E

*eadem die
sanguis et
luis capitis
narius
fluens.*

F
*amota
sarcophagi as-
sata sistitur:*

*mulier e lum-
bis sanatur,*

A. ANDR
RESENDet ex alto
lapsa serva-
tur.

A summo cœpit invocare, ac mox sese a sua infirmitate sensit penitus liberatam. Incolumis ergo facta, itinere diei unius Scallabin venit ad sepulcrum sancti viri; ibique quod sibi contigerat. Fr. Joanni Suerio et Fr. Velasco, uberrimo fletu miraque pietate exposuit; compluresque mulieres, quæ tunc in templo aderant, ad religiosas lacrymas excitavit. Eadem postea mulier, cum aliquando in altissimo solario sederet, minus caute in caput cecidit: sed cum ex beneficii prioris memoria frequentissime in ore Ægidii nomen haberet; cadens, Sancte, inquit, Pater Ægidi, serva me. Accurrerunt ad jacentem in terra homines aliquot, et quam ex tanto casu fractis cervicibus et sparsa cerebro credebant se mortuam inventuros, vivam atque incolumem reppererunt.

d

Sanantur
duæ mulieres
a carbunculo.

52 Ultra castrum Maruanum, quod situm est in monte Herminio, oppidum est Valentia d, quam vocant Alcantara: ibi in familia Joannis Petreii, viri nobilis, puella Maria d, Marise Sueriæ Scallabitanæ consanguinea, a gravissimo carbunculo, quem Græce ἀνθράξ, a Fræncis, malo acri et quod triduo segravatos antefere celeret, si Plinio credimus. Is inter scapulas oritur, et

B et inflammatione in cervicem et fauces serpens, et spiritu, ad mortem usque afflictabat puellam, quæ tertium jam diem loquelam amiserat. Quod cernens patronus ejus, flexis humi genibus lacrymans, ita adoravit: Domine Pater Ægidi, concede, quæso, miseræ huic puellæ salutem, ne ex sævo hoc malo moriatur, et ego sepulcrum tuum cereis, in testimonium salutis per te datæ, colam. Emissio voto subito crepuit carbunculi pustula, et totum virulentum pus foras erupit. Exinanito ingenti affecti loci ventriculo, mox cœpit puella perfecte loqui, perlevi curatione perfectæ reddita sanitati. Qui hæc ante me condidit, testatur, se una cum Fr. Pelagio puellam vidisse, et tam ab ipsa quam ab amita Maria Sueria referentibus audivisse. Morbo simili correpta est Scallabi, in parœcia D. Bartholomæi, Justa Menendi Joannidæ uxor, exorto in collo anthrace horribili; qui sic occupatis quoquoversum partibus insano cruciatu mulierem vexabat, ut intra biduum mortura videretur. Quare accito Sacerdote, et facta in universum peccatorum Confessione, imminentem sibi mortem in horas singulas reformidabat. Vir autem ejus, dilectæ sibi conjugis periculo anxius, conscenso equo festinus ad sepulcrum sancti viri accessit, et procumbens humi cum lamentis opem uxori precabatur: inde paucillum terræ de sepulcro accipiens, domum revertitur, pulvisculumque in linteolo uxoris collo alligavit. Continno vitium illud, quo interitum minabatur extincto penitus dolore, desiccatum est, et mulier desperatam salutem subito adeptæ. Nec illa distulit opitulanti gratias agere: nam venit statim ad monumentum cum oblationibus et candelis, et collatum ab Ægidio beneficium testata publice est.

53 Martinus Joannides Sacerdos ecclesiæ Bolo-niensis in e Portuensi diœcesi, incurrit sævissimum sacrorum ignium genus, quod a voracitate lupum appellat quorumdam medicorum vulgus, alii honorificentius D. Antonii ignem, ea forte re quod hic Divus huic malo peculiariter medeatur. Mihi videtur referendum ulcus hoc ad illud quod Græci θη-ρίωνος vocant a ferina sævitia, et etiam ἐρπιτα ἐσθλω-μενον, quoniam serpendo carnes ad ossa exedat, de quo diserte Celsus. Sacer ergo ignis ille ad vertebram sinistrae manus, cum brachium corripuisset, adeo carnem devorarat, ut nuda ossa relinqueret, manumque ab internodio jam separaret, et pæne abscissam in terram pendulam dejiceret. Cumque fœdum ulcus et malum indomitum ulterius serperet, a pastis musculis et lacertorum penitus ad ossa toris,

e
Sacerdos
ab igne D.
Antonii.

decretum erat brachium per cubitum ferro truncare, D ne serpens incessanter ignis in superiora cum totius corporis noxa transcenderet. Submonuerunt amici, ut Ægidii opem imploraret. Flexit homo genua cum gemitu et lacrymis, vovitque si a peste illa Ægidii meritis erueretur, sepulcrum ejus se visitaturum. Nec mora: post emissum votum ignis ille vorax, qui grassatus eateus in carnem fuerat, extinctus est: et nova caro cœpit succrescere, ossaque brachii turpiter denudata vestiri, et per festinata momenta operiri. Venit ergo Scallabin, ut voverat, et procumbens ad tumulum sancti Patris, præsentibus religiosus viris, Fr. Bartholomæo Petreio, Fr. Michaele cui cognomen erat ex pago f Citofusta, Fr. Geraldo Portuensi, Fr. Petro Vitale, et Michaele Joannide, ecclesiæ beatæ Virginis ad Marvillam Sacerdote, serio rem exposuit, brachiumque tenera ac rubente etiam dum carne opertum ostendit. Aderat eo tempore in cœnobio Fr. Dominicus Calagoritannus, de quo paulo superius mentionem fecimus: is tunc Rector erat Provincialis, atque hæc litteris ad memoriam consignari fecit.

ANNOTATA.

B

a Leucis 8 a Santirena, nec procul a mari, in Comarca Leiriensi, notatur in tabulis locus as Calidæ, id est Calidæ, dictus: eum hic signari verosimile mihi est.

b Stremotium, vulgo Estremoz, S. Elisabethæ Portugallæ Regiæ obitu nobilitatum oppidum, 18 circiter leucis Santirena distat in diœcesi Elvensi, ab Elvis autem Eboraque leucis dimittat 8 distat, ut dubium sit utram harum suam esse patriam dicat Resendius.

c Alanquier inter Santirenæ et Olissiponam medium oppidum, suæ Comarcæ caput, Santirenæ tamen propius; nomen haud dubie suum, ut cetera inchoata ab articulo Arabico al, Arabibus ex Africa debet: quare ridiculum videtur etymon petere ab Alanis, qui huc non penetrarunt, et Teutonico Kerk, templum.

d Valenza d'Alcantara in Castella veteri, vix 4 leucis distat a Castro Marvam juxta Portalegram sito. Mons autem Erminius et populi Erminii, noti Dionii, aliis Monte della stella id est Mons-stellæ hic nominatur, qui inter Tagum et Anam protensus, Castellam novam a Lusitania determinat: Mariana contra montem cum locat inter Durium et Minium in diœcesi Brigantiniæ, ubi nunc nominantur Serra de Momil et Serra de Pehordos.

e Portus, urbs ad Durii fauces, unde Portugallæ nomen.

f Notat in margine Sampayo, prope urbem Portuensem hunc pagum esse, sed neque hic neque alius ex hactenus nominatis exprimitur in accuratissimis N. Samsonis Abbavillani Lusitanæ tabulis anno 1634; ut perquam exigui viculi videantur æstimari, qui in hac Vita nominantur pagi.

CAPUT VII.

Aliæ miraculosæ curationes variæ.

Anno fere transacto a beati viri excessu, Petro Suerio cuidam ex pago Tancio, qui a Scallabi distat viginti passuum millibus, natum est in nasi summitate acerrimum carcinoma, vitium quod medicinam respuit; unde medici nomen illi fecerunt. Noli me tangere. Recte id quidem, nam curationibus irritatur, ut diserte ait Celsus. Inflarat fœda pustula totam faciem, et circa locum recurvatis venis turpi aspredine deformem reddiderat. Adiit homo Scallabin, et divertit apud Stephanum Nonium et Domnam Gaudinam, in parœcia beatæ Virginis ad Marvillam.

Curatur
immedicabile
in naribus
carcinoma.

A villam. Accitus eo Martinus, nobilis tunc chirurgus, subtilissimo scalpello eradicare adortus, usque adeo nihil profecit, ut agitando magis concitarit. Nam gravius facies intumuit, et correptis faucibus deficiente anima miserum suffocabat. Hospites afflictum miserati, portiunculam tunicæ sancti viri, quam ipsorum filia Maria Vincentia tanquam rem sacram apud se religiose adservabat, accipientes, super hominis faciem extenderunt: et ecce repente guttur ac facies detumuit, ægerque revaluit, et sequenti die, sexta videlicet feria, pedibus deinum reversus est. Sed cum se sanum penitus a tam lædo morbo in crastino sensisset, rediit perendie Scallabin, seque hospitibus admirantibus exultans ipse plene curatum exhibuit: cum quibus tumultum adiit liberatoris sui, cum cereis et amplissima gratiarum actione. Prædicti autem hospites Stephanus et conjux ejus, postea receptis ad hospitium suum Fr. Pelagio Penso et socio Fr. Petro Crucio, per ordinem illis retulerunt, obtentam Ægidii beneficio sanitatem: a quibus omnibus conditor historiæ nostræ se dicit accepisse.

admota parte
tunicæ.

B Chirurgo huic Magistro Martino bono fuit experimento didicisse, ut prævaleat divinitatis imploratio humanæ opi, quantumlibet magnæ. Equitabat aliquando pari gradu cum altero, cujus equus natura inquietior fremitu et lascivia colloquium chirurgi interturbabat. Sessor lascivientem castigare cupiens, retraxit lupatorum habenas, et lateribus impressit calcaria paulo inconsulius. Nam stimulatus equus ferrato recens caecæ, pedem chirurgi ad talum prævalida impressione ailisit. Ex qua cum vehementer pes intumisset, et homo tam gravi dolore torquebatur, ut neque dormire neque saltem quiescere in lecto posset, et neque a se neque ab aliis sibi adhibitis medicamentis vel minima parte mitius doleret; spreto tandem artis remedio, ad Ægidii, quam Petro illi viderat profuisse, opem implorandum se convertit. Fecit se ergo amicorum manibus in sella portari, et sedens in terra pedem enormiter tumens extendit, submissa voce auxilium expetens. Nec spe frustratus est: continuo siquidem cœpit pes detumescere, et dolor qui diu vexarat, conquievit. Interea cum multum populum, qui in templo erat, discurrere ad rem divinam tunc facientes animadvertisset; experiri et ipse voluit, an quoquomodo ad quodpiam ex altaribus accedere valeret. Sed surgere meticulose nitenti non modo pes cessit, verum penitus etiam tumore compresso et fugato dolore vertebraque correpta, per omnes aras currebat, gratias Deo ac sancto Patri sanus ac lætus agens, et miraculi præconium faciens magna voce.

Item pes ab
equi calce
tumens.

C Scallabi ad S. Antonium Therasia mulier, cum diutius febrem pateretur acutam, morbi intensæ semper magnitudinis et humorum noxiorum multitudine, qui ad guttur in apostematis modum collecti erant, pæne deplorata jacebat; adeo ut a medicis destituta, ea die crederetur sine ullo dubio moritura. Id etiam asseverabat Fr. Wilhelmus, loci ejus non indoctus medicus, innuens circumstantibus ut circa eam agerent excubias, procul dubio in sequenti nocte deceduram. Quod audiens vicina quædam, quæ portiunculam pallii sancti viri penes se habebat, illam super deploratæ faciem mulieris posuit, statimque motante se muliere quasi afflictanter animam ageret, instare supra se ii qui aderant existimabant: sed ecce collectio illa ex affecto gutture resoluta est, et febris omnino abscessit; et quæ jamjam moritura dicebatur, integram adeptæ est sanitatem. In eodem vico Maria Martinia quædam ex diuturna aegrotatione, rugitum aurium ac tinnitum vehementem incurerat, usque eo ut multo jam tempore neque intelligeret, quæ sibi etiam a clamantibus in aurem dicebantur, neque sonum nisi ægerrime caperet, ha-

apostema
in gutture,

aurium
tinnitum,

bereturque pro omnino surda, et ex longo pervigilio macilenta, non diu victura crederetur. Faciebat huic rei fidem, quod ad illa duo mala tertium accesserat, noxius quidam appetitus comedendi terram: quo adeo vexabatur, ut nullius suggestione, increpatione neve deterreri posset, quin quotidie argillæ cretæque figularis quantitatem magnam comederet. Desperata igitur salus mulierem ad religionem accendit: venit ad sepulcrum sancti viri, et quanto potuit animi affectu in orationem se prostravit: statimque continua aurium tonitrua cessaverunt, et bene dormivit; et insana illa comedendæ terræ esuries in tantum sublata est, ut non modo ab ipsa deinceps abhorruerit, verum etiam recordatione nausearet, nec pati posset a quoquam mentionem argillæ ullo modo fieri. In eodem etiam vico Martinus Petreius, culcitarius, homo pauper quidem, sed probus et spiritu in Deum mire intentus; cum tibiam haberet valde inflatam et dolore vehementi affectam, scipione subnixus, ut potuit, ad beati viri sepulcrum venit; et sparsa de tumulo terra per graviter affectam tibiam, subito sanatus recessit: et post aliquantum temporis gravatus acuto lateris ac capitis dolore, ad compertam jam sibi medicinam se contulit: nam fusa ad sancti Patris tumultum oratione; protinus domum incolumis ac lætus remeavit.

D
A. ANDR
RESEND

tibia, lateris
et capitis
dolor,

E Scallabi in parœcia sancti Salvatoris Dominica Petreia, Silvestri Petreii scribæ uxor, orto in sinistra manu gravi apostemate supra dies quadraginta adeo cruciabatur, ut præ vi doloris quiescere nullo modo posset. Venit ad Ægidii monumentum, et spargens super manum ac brachium indidem terram, supplex cum lacrymis beatum virum orabat, ut qui non modo animorum sed etiam corporum in vita medicus fuerat, et multos ex medicinæ arte curaverat, multos verbo et oratione; modo, cum potentior apud Deum erat, sibi supplici suæ mederi dignaretur. Inter verba hæc disruptum est sponte sua gravissimum apostema, et surgens mulier excussit manum, et projecit frustum carunculæ putrefactæ, et carunculam alteram lumbrici longioris instar; statimque solidato apostematis loco sanata est.

F

apostema
in manu

F Martinus adolescentulus, horum Silvestri Petreii et Dominicæ Petreie filius, frequenter a diabolo arreptus misere vexabatur. Quem mater ad Patroni sepulcrum secum ducens, terram ex eo ad filii collum suspendit, materno affectu obsecrans, ut eadem pietate, qua se alias pessime affectam juverat, dignaretur miserum adolescentem a malo illo horribili liberare. Portavit adolescens ligatum ad collum pulvisculum, et integrum jam aurum ad horrenda mali genii vexatione immunis, amuletum pulvisculi gestare neglexit. Quod sentiens inimicus, atrocius eum aggressus tam sæviter affligebat, ut bis nonnumquam in die eum collideret ac lamaret. Comperiens mater, quod ad collum terram sepulcri minime gestaret, increpitans rogabat, ecquid de illa factum esset. Cumque ille per negligentiam se projecisse confessus esset; stimulata dolore mater ad tumultum rediit, et sumptum ex eo pulverem fiducia magna collo filii denuo alligavit, interminans ne abjiceret. Cavavit sibi juvenis, et multos post annos a cacodæmonis vexatione liber et incolumis supervixit. Hoc ejus mater ad sanctum monumentum narravit, coram religiosis viris Fr. Dominico Pelagio cœnobii Suprafecto, et Fr. Bartholomæo Petreio, et coram historiæ hujus scriptore, coram etiam Laurentio Dominico publico tabellione, et Lucia nobili matrona, et aliis.

liberatur
energumenus,

F

G In parœcia S. Stephani, Maria Sueria, pauperula mulier, cum ab apparente sibi semel iterum quæ demone mirum in modum territa, ac nocturnis frequenter imaginibus ludificata, totum jam sexen-

nium

A. ANDR.
RESEND.
et spectris
diabolicis
agitata.

A nimum timorem cordis continuum pateretur, pœne incidit in amentiam; id agente cacodemone, ut ad supremum scelus miseram traheret et pessime de vita statueret. Nam interdum vocari se ad laqueum suspendi quoque cernebat, interdum omnia viscera ab ingresso intro hoste effundi sibi imaginabatur, nonnumquam cæsa alapis, etiam interdum quasi impetentem fugeret domo foras exiliebat. Ex quibus in tantam formidinem animique consternationem devenerat, ut neque color ei, neque corporis bona quæpiam inesset habitudo, sed larvali pallore ac macie consumeretur. Itabat autem ad Fr. Andream, virum bonum ac medicum peritum, et frequenti et scrupulosa nimis exomologesi ad tædium hæc narrando illum obtundebat. Cui cum neque ipse, neque item Magister Dominicus ullis increpationibus prodesse, ut animum meliorem quietioremve reciperet; tandem consuluerunt ut sancti Patris Ægidii tumulum frequentaret. Quod cum illa diligenter faceret, biduo triduoque post abdormienti adstitit vir beatus, præclara facie habituque pulcherrimo; ac illa accedens, apprehensa vestimentorum ejus parte ima, capiti suo imponebat, dicens; Pater sancte, miserere mei, et mali genii ludibria quæ patior a me dispelle. Ad quam Ægidius, Abi, inquebat, et ad nœum sepulcrum me quære: nam ibi me invenies. Surrexit mulier, et sumptis candelis venit ad monumentum, et cum lacrymis visum retulit, exque illa hora se penitus sensit a sævis his diaboli illusionibus liberatam. Contigit hoc nondum peracto mense, a transitu viri Dei.

60 In sancti Salvatoris parœcia, puella quædam annorum fere decem, Maria Dominica nomine, Mariæ Petreïæ filia, gravi et insperato quodam casu loquendi usum penitus amiserat; insuper irruentibus in eam doloribus vehementissimis, cum neque loquendo quid doleret explicare posset, neque saltem clamore et querelis dolorum sævitiam mitigare; tamquam furens atque insana corpus motans manibusque se complodens, ad mortem usque anxietatibus afflictabatur. Corripiunt puellam propinqui, et ad sepulcrum Ægidii properant, sequente utriusque sexus magna multitudine, puellæ nobilis vicem miserante. Tam acriter autem vexabatur, ut putaretur prius animam eillatura, quam ad sepulcrum perveniretur. Erat tunc ædituus Fr. Joannes Petreius, homo simplicis et probatæ vitæ, ex eorum genere quos monachi Conversos appellant. Is tumultum adventantium cum vidisset, causa cognita Præfecto et cœnobitis retulit, petens ut aliquis sacris initiatus mitteretur, qui Divi Patris Dominici pallium mutæ puellæ atque arreptitiæ simili inponeret. Cui Præfectus, idem historiæ hujus conditor; Vade tu, ait, Frater, et pallium ipsum reverenter impone. Cumque iret, puellam super Ægidii tumulum procumbentem invenit, turba comitante circumvallatam. Quare omisso pallio, pulvisculum ex ipso tumulo corripiens, illo puellæ faciem et caput manibus confricabat, partemque pulveris aqua dilutam bibendam porrexit. Quo facto penitus sublatis sunt dolores, et rabies conquievit, et puella quæ diu obmutuerat, soluto linguæ vinculo, Patris Ægidii nomen iterare non cessabat, gaudentibus ac stupentibus qui aderant universis. Neque hoc in occulto factum, sed coram Fr. Dominico Pelagio Conimbrigensi, Fr. Joanne ædituo, Fr. Joanne Alacriportuensi, et auctore hujus historiæ tunc cœnobii Præfecto, et supra quadraginta ex oppidi civibus, qui cum illa venerant, admirantibus triplex miraculum subito patratum, redditam videlicet loquelam, effugatam insanam rabiem, et continuo plenam insecutam sanitatem.

61 In eadem sancti Salvatoris parœcia, Franciscus

adolescens, Bartoletæ viduæ filius, fluxu sanguinis vehementi oppressus est: nam totos septem dies indesinenter vomere et per nares multum sanguinem rejicere non cessans, ex abundanti profluvio moriturus credebatur. Subjecerunt matri Marina Stephani Salmanticensis uxor et alii quidam, ut juvenem ad tumulum viri Dei deferri curaret. Persuasa mulier, filium super tumulum protensum jacere aliquantisper fecit: ipsa vero procumbens, uberibus lacrymis supplex orabat Ægidium, ut moribundo adolescenti opitulari dignaretur. Inde acceptam de tumulo terrulam, in os sanguinem vomentis immisit cum fiducia. Protinus importune exundans fluor ille sanguinis coercitus ac siccatus est, et juvenis sanus effectus. Casu simili perichitatus est puer, Joannes nomine, Petri Suerii Rensusini filius, nepos Martini Menendi et Dominicæ Petreïæ in parœcia D. Irenes habitantium, defluente per nares sanguine tanto impetu, ut si nares compescendi fluxus causa digitis comprimerentur, unda sanguinis in os conversa vehementius erumperet. Quem mater ad cœnobium Prædicatorum manu duxit, ut a Fratribus Andrea et Bernardo medicis consilium exquireret, qui duo, et una Fr. Martinus Petreius, nosterque auctor, puerum, naribus et ore sanguinem rejectantem, ac toto trementem corpore, nec pedibus consistere valentem, cum vidissent; super ejus calamitate, ex sanguinis defluvio (ut apparebat) mox perituri, misericordia moti, dato medicinæ consilio, jusserunt ut domum properaret, quodque consuluerant, faceret. Nihilominus tamen, inquit Andreas, intra, bona mulier, templum, et Fr. Ægidium venerare, deque ejus sepulcro terram filii tui collo suspende; forte vestri miserebitur pueroque subveniet. Intravit, et invento ædituo petiit ut terram ad filii collum ligaret. Quo facto, breviterque devenerata ac supplex discessit; ut quæ medici jusserant, maturaret. Vix processerant passus triginta, cum sanguinis ille rivus constitit, domumque sospes reductus puer est, qui exspes ac prope moribundus, tamquam efferretur, domo exierat. Mulier, Major Pelagia nomine, juxta eandem sancti Salvatoris ecclesiam, cancerum habebat in ore, a quo neque a medicis cœnobii, qui bene docti et religiosi erant, neque ab aliis curari poterat. Quæ cum nocte quadam nimis affligeretur, tandem leviter sopita, videbatur sibi ad tumulum venire sancti Patris Ægidii, ac terrulam de sepulcro in affecto loco ponere, ac protinus oris cancro liberari. Quare evigilans visumque reputans, ad sepulcrum venit, et immisso in os pulvere, subito ab inmedicabili morbo sanata omnino est.

62 Conimbrigæ quidam Dominicus Consalvius pictor, deformiter strumosus, secundum utrumque guttur Martino Garcie chirurgo dederat; sed diuturna et irrita curatione, sanitatis delusa spe, mœrore ac pudore semiconfectus, publico abstinebat. Atque struma super strumam subinde oriente, et vomica super vomicam, perque aperta gutturis vulnera pure continuo dimanante, eo redactus erat, ut illum etiam vitæ jam tæderet. Erat ei amicus, Bartholomæus nomine: is cum illum die quadam officii gratia invisisset: Age, inquit, amice, quando humana ope nihil haecenus promovisti, ad divinam transfuge; signo Crucis tot locis rupto gutturi cum fiducia impresso, sanctum Patrem Ægidium invoca, cujus te meritis curatum iri non ambigas. Ad Ægidii mentionem erectus homo in spem, vovit, si ejus meritis curaretur, iturum se ad ejus sepulcrum quanta maxima posset religione. Voto emisso, eodem in loco et die sanitati restitutus est: et veniens ad sepulcrum beati viri cum quibusdam aliis, Fratri Joanni Petreio cœnobii Portuensis Præfecto, qui tunc Scallabi erat, aliisque multis cœnobitis beneficium,

D
Juvantur
moribundi
duo ex fluxu
sanguinis,

E

sanantur
cancer,

F

incurabiles
strumæ

Succurritur
mutæ ar-
reptitiæ.

pulvisculo
B. Ægidii
sepulcri illi
apposito.

A neficium, sibi per sancti Patris Ægidii merita subito ac insperato collatum, pio ac grato sermone patefecit.

63 Menendus Petreius, equestris vir Ordinis, gener Martini Dadæ Scallabitanæ arcis Præfecti, familiariter sancto viro cum adhuc in humanis esset, notus erat. Quem cum Menendus ut Sanctum pie coleret et veneraretur, quadam die conquestus in familiari colloquio apud illum est: En, inquit, Pater Ægidi, tu ad extremam senectutem devenisti, et naturæ ordine instat tibi curriculi hujus terminus, optatus tibi, mihi vitæque meæ forte incommodus. Bono te animo esse jubeo, excepit Ægidius: post meum enim hinc excessum, amplius me tibi commodaturum promitto, si quando precibus me pulsaveris. Igitur post mortem sancti Patris contigit Menendum ad mortem usque ægrotare; ad quem cum venisset Magister Vincentius medicus, ac de vita ejus desperasset, iis qui adstabant affirmabat, intra quinque proximos dies sine dubio moriturum. Quod audiens Menendus, tristis admodum effectus, pro mortuo ac deplorato propter medici auctoritatem omnino se habuit: et recordatus promissionis

B sibi factæ, O Pater, inquit, Ægidi, ad te confugio: pollicitationi tuæ quæso fidem facias: neque enim tu falso promittebas, neque te ego, quæ a Deo vales, impetrare potentem esse dubito. Hac peracta precatone, vir beatus habitu splendenti sese illi ostendit, et vultu alacri similisque ridenti; Ecce me, inquit, Menende, ne pave: tecum Deus est, qui te sanum ex hac hora faciet. Discessit Ægidius, et æger qui tantum non animum agebat, se penitus curatum sensit: faciensque sibi gallinam parari comedit, et surrexit sanus ac valens: et veniens post hæc ad cœnobium, ampliter obsonatus pransus cum cœnobitis est, et summa pietate ista retulit. Apud Palæopyrgos, aut Veteres-turres, Turdulorum, ut ante diximus, vetustiorum oppidum, Julianus puer, Dominici Petreii filius, gravi morbo decumbens, cum octo transissent dies ex quo nihil non modo comederat, sed ne infusum glutire quidem posset; citra ambiguitatem cum ipsa jam morte collectabatur. Anxia de filio mater, ad Patris Ægidii misericordiam, affectu vehementi et lacrymis, quantum materna pietate valuit, convertit se; vovens, si filium sibi restitueret jam deploratum, eum se ad ipsius sepulcrum adducturam. Emissa voto, puer ex insperato de lecto prosiliens, sanus et incolumis ad matrem venit; ciboque postulato reffectus, subito revaluit. Quem mater, inter stuporem et gaudium vix mentis compos, protinus ad Sancti sepulcrum misit: ipsa vero secuta est, assumpta secum Maria Martinia, Geraldii Suerii uxore; et omnia quæ contigerant, tam ipsi Mariæ quam multis cœnobii Sacerdotibus, per Ordinem exposuit.

gravis hernia.

64 Fisci Regii in Conimbrigensi nomo Suppræfectus, Dominicus Martinus, cum exigendi frumenti causa, quod in collam dare aratores tenerentur, agros et areas circumiret; contigit ut die quadam, missis sociis et administris cum jumentis oneratis in cellam, solus ipse maneret. Interim ex collecto cellæ nomine frumento, in capacioreio aliquanto saccum medimnos duos, id est modios duodecim infert; ac solus connisus super grandem canterium imponere, magnitudine ponderis rupit utrimque ramices: ilibusque in scrotum impetu devolutis, vehementi dolore torquebatur, ac præpostero pudore se medicis ostendere in animum nequaquam induxit. Verum deducto distentoque indies ad enormem magnitudinem scroto, cum totos jam annos quindecim cum illo morbo conflictaretur, aliquando illa majore vi descenderunt. Cumque ultra consuetum modum inguina propellerent, tortusque longe acrius, divinam opem hoc illo

modo querulus imploraret, subiit mentem miraculorum sancti Patris Ægidii recordari: et quanta potuit animi demissione, O Pater, inquit, Ægidi, ostende erga me pietatem illam tuam, quæ numquam te invocantes destituit: consule verecundiæ meæ, subveni afflicto, medere misero, in tam diutinis doloribus constituto: ut auxilio clementiæ tuæ curatus, sepulcrum tuum laetus adeam, et collatum in me beneficium grata prædicatione prosequar. Respexit ad afflicti hominis preces Ægidius, et subita pendentia intestina in uterum se collegere, et inguinum rupturæ quasi modo firmo intantum consolidatæ sunt, ut nullum præteriti mali vestigium remanserit. Venit igitur Scallabim ad diem anniversarium, quo celebris beati Patris Ægidii agitur memoria, ejusque mira opera et virtutes populo prædicantur: quod fieri solet Dominica die, Ascensionis festum sequente, a quam diem tunc contigit D. Joanni Apostolo ad Latinam portam esse sacram: et accensis cereis candelis plusculis, orabat, Ægidio agens gratias. Quem cum vidisset Fr. Dominicus Pelagius Conimbrigensis, cui communis patriæ causa, notus et familiaris erat, adventus causam interrogavit. Ille rem plane narravit, præsentem historiæ hujus auctore, multisque aliis tam civibus quam ipsius cœnobii Sacerdotibus.

65 Idem etiam retulit, quod Conimbrigæ non ita pridem acciderat Dominico Joannidæ, ejusdem Regii fisci publicanorumque Præfecto. Is beatum virum adhuc in hac vita peregrinantem et familiariter dilexerat, et conspicuæ sanctitatis gratia pio cultu fuerat semper reveritus, ejusque causa erga cœnobitas munificus ac liberalis. Impetraverat autem a viro Dei magnis precibus, ut pallium, quod cappam monachi vocant, novum dignaretur accipere; et quod gestabat, usu jam tritum, sibi dono daret: datumque tamquam rem sacram domi suæ adservabat. Post aliquot itaque annos a transitu sancti Patris, contigit quemdam Dominicum Petreium, vicinum ipsius Joannidæ, ab humani generis hoste correptum incessanter vexari. Quam vexationem cum occulto Dei judicio diutius miser homo pateretur, die quadam atrocius et sævius incubante dæmone, Joannides misericordia motus, pallium istud super arreptum extendit; statimque nequam spiritus ab sævitia destitit, et cum fremitu et indignatione egressus est, nec amplius aggredi est ausus. Mansit itaque homo a sæva illa cacodæmonis tyranide omnino liber Ægidii beneficio, in pallio, quod olim gestaverat, mirabilem virtutem suam exserentis. Utrumque hoc miraculum, a Dominico Martino sic relatum, eadem die congregato ad audiendum populo cum publice pro concione esset narratum, tantus concursus ad sepulcrum viri Dei lætis acclamationibus est factus, ut aliis alios impellentibus, ipsa irruentium frequentia non paucas horas permanserit, et cancelli penitus efringerentur.

66 Rainundus Gallus ex oppido provinciæ Narbonensis, quod Montem-pulerium, vel Montem-pesulanum, receptiore hac tempestate nomine, vulgus etiam eruditorum appellat, cum alterum ex inguinibus indecora magnitudine ruptum haberet, peregrinationemque ad D. Jacobum adortus esset, Cæsaream b Augustam venit. Quo loci cum audisset chirurgos esse qui omni herniarum generi incisione roederentur; sanitatis desiderio bis sibi incidi inguen passus est. Nec sane incisio multum ei profuit: nam illinc Callæciam versus digressus, ex pedestris itineris fatigatione omentum in affectum inguen non modo descendit, vastiusque solito intumuit, sed alterum quoque tensione maxima protuberavit: quo malo et tarditatem incessus, et miseram incurrit valetudinem. Visitato igitur Apostoli conditorio,

D
A. ANDR.
RESEND.

a

E

Admota
Beati cappa
liberatur
obsessus.

F

Gallus ad
S. Jacobum
peregrinus.

b

A. ANDR.

RESEND.

c

ad sepulcrum
Beati sanatur
ab hernia.

A tandem in Lusitaniam venit, sperans Olisipone non defuturam navem, qua in patriam veleretur. Ingressus autem Scallabim, cum in c ptochodocheio a miserantibus de Ægidii potentia esset edoctus, sepulcrum ejus adiit, cœpitque ob illius reverentiam quotidie, dum perageretur Sacrificium, sexagies orationem Dominicam recitare. Sexta ergo die finito Sacro, cum ad sepulcrum oraret, subito se curatum sensit ac reperit; et lacrymans præ insperato gaudio, cucurrit ad fores cœnobii, ac Fr. Simeoni janitori retulit. Ille accivit eo Fr. Menendium Doctorem, Fr. Martinum Joannidem, Fr. Rodericum Vernandium, Fr. Joannem Martinium, et historiae nostræ scriptorem: quibus homo rem palam exposuit, audientibus oppidanorum plerisque, qui ad lætos ejus clamores concurrerant. Postridie divinitus curatus rediit ad sepulcrum cum cereis: et quoniam die illa agebatur memoria Translationis d sancti Patris Dominici, habendaque erat ad populum frequentem concio, miraculum e suggesto ex ordine est narratum, adstante publice homine, quodque evenerat asseverante. e

d

e

Item alius
pauper,

B

C

cui et pes
læsus curatur.

67 Scallabi ad sancti Salvatoris, Pelagius Nonius carbonarius, vir quidem pauper, sed fidei bonæ et inculpatae vitæ, cum in alenda familiola ex continui laboris magnitudine intestina per inguen alterum prolapsa essent, eo tandem devenit, ut operari nullatenus posset, quo suam paupertatem sustentaret. Communicato autem cum uxore Maria Domiuica consilio, decrevit vendere pauca ac frivola quæpiam tenuissimæ, quæ tantum supererat, supellectilis, et alio commigrare, ne consanguineos paupertatis opprobrio dehonestare inter notos videretur. Inter pudorem igitur imminentis mendicitatis et patriæ deserendæ propositum, animo fluctuanti exortum repente consilium est, ut ad sancti Patris Ægidii tumulum se conferret, a quo afflictis suis rebus opem posceret. Venit ergo, et accepto inde pulvere ruptum inguen respersit. Sequenti nocte apparuit ei nequaquam dormienti forma visibili Ægidius, et impresso vehementius in ruptum locum digito, intestina prolapsa sursum collegit, et in omentum intromisit. Violenta digiti impressione ictus homo, cœpit alta voce clamare, Hei mihi! hei! Frater Ægidi, interfecisti me! Et ille, ne pave, inquit: ecce sanus effectus es. Ad viri clamorem excitata uxor, rogabat, ecquid subito accidisset, quod sic lamentaretur. Percussit, inquit, modo mihi Fr. Ægidius læsum inguen tanta vi, ut præ dolore continere clamorem nequiverim. Et his dictis conjecta manu locum attractavit, et penitus consolidatis tunicis et abdominis membrana, omnino sanum se invenit. Idem homo cum postea die quadam sine calceis incederet, acutissimum os alterum ejus pedem intravit, fixumque nimis alte in vola adeo læsit, ut pes totus et tali cum tibia intumuerint, ut homo de lecto surgere sine cruciatu non valeret. Memorque de pulvere monimenti sancti Patris sibi alias provenisse medicinam, eo misit, et pulvere dolentes partes, Ægidii nomen invocans, sparsit; et subito sanatus surrexit, nec erubuit coram populo utrumque hoc erga se sancti viri beneficium in concione publica confiteri.

ANNOTATA.

a Festum S. Joannis ante Portam Latinam celebratur 6 Maji: ergo erat littera Dominicalis E, et Pascha eo anno celebratum fuerat 13 Aprilis: atqui a morte B. Ægidii usque ad annum 1343 bis tantum id contigit, scilicet anno 1270, Cyclo lunæ 17 solis 19, et 1281 Cyclo lunæ 9 solis 2.

b Passim Cæsarangusta et Zarragozza, Regni Aragonici caput.

c Πτοχοδοχεῖον, Pauperum receptaculum, hospitale. D

d Translatio S. Dominici facta 1233, celebratur 14 Maji.

e Hic interfatus Pyrrhus, occasione Montis-Pessulani in hoc miraculo nominati et Medicarum studiis celebrati, refellit Vadianum, Melæ commentatorem, ubi ipsum esse putat Volcarum Tectosagum Agatham, quæ quatuor inde millibus distans hodieque superest, vulgo Agde.

CAPUT VIII.

Reliqua libri tertii miracula.

Alienum a meo instituto forte videatur, si alterius quam Ægidii mira opera huic narrationi interseram: sed ita, quæ dicam modo, paulo post dicendis connexa sunt, ut etiam dari mihi hanc veniam non necesse habeam postulare. Scallabi in sancti Salvatoris parœcia habitabat Maria Vernandia, pia probisque moribus mulier, oriunda ex oppido Callæciæ, quod priscis Artabrorum portus dicebatur, citeriora secula Pontemveterem a maluerunt. Erat ei filius, Dominicus nomine, tenerrime dilectus, cum quia impubes, tum quia post viri decessum relictæ extra patriam ac suos erat unicus, quo uno viduitatem ac solitudinem consolabatur. Hujus pedem alterum pessimum id ignium sacrorum genus, de quo supra dissernimus et θηρίωμα vocari a Græcis diximus, in tantum exederat, ut corruptis nervorum compagibus duodeviginti ossa illi exciderint: et cum frustra medicorum artem adhibuisset, spe sanitatis in pejus indies ruente, spreta diu ludificante opera, divinitus medelam quærebat; et beatum virum, Fr. Petrum Gundisalvium b ex Prædicatorum Ordine, qui in summo Tudensis urbis templo sepultus est, cujusque in Callæcia nomen est celeberrimum, nec in Lusitania non celebre, in urbibus maxime maritimis, quotidiana opploratione precabatur, et tamquam a conterraneo popularitatis gratia petebat fidenter opem, ne filii pes omnino deperiret. Exaudivit illam Beatus ille, et paucis diebus citra medicamentorum operam, quibus delusa sæpe ac diutius fuerat, pedem puero conservavit, integrumque ac sanum reddidit. Cujus beneficii mulier grata non immemor, Ordinem Prædicatorum impense venerabatur, filii animum his moribus condocerens, atque ut Sacerdotes instituti ejus frequentaret hortabatur. Quod juvenis cum sedulo faceret, seseque paulatim dedisset, delectatus tanta significatione venerabilis Pater Fr. Bartholomæus Silvensis Episcopus, eum secum duxit ad Turdetanos, per ea tempora nondum expulsis oppidatim Sarracenis pacatos, nec tam quotidiano, ut nunc, commercio frequentes. Ubi cum diutule mansisset, neque de eo quidquam mater sciret,angebatur suspicionibus, muliebri ac consueto matribus more.

69 Die igitur quadam cum anxietatem mentis pati non posset, cucurrit ad sancti Patris Ægidii monumentum, et procumbens orabat, ut saltem per visum certiore se facere dignaretur. Non sprevit maternam sollicitudinem Ægidius, sed nocte insecta hanc speciem obtulit mulieri. Intuebatur filium in navicula quadam, sine gubernaculo, sine velis, sine remis, cum multis aliis venientem; navicula tamen intus plena erat claritate maxima. Mater autem conterrita clamabat, Heu! fili mi, quonam pacto maris procellas evades? Et filius, Ne timeas, mea mater, nobiscum it Frater Ægidius: is nos ad portum deducet incolumes. Perveniebat itaque navicula ad quemdam amœnissimum portum, et undique pratis virentibus ac floreis circumdatum, in quem expositus

Pueri a B.
Petro Con-
suario curati
mater.

E a

b

F
de filio absente
solicita.cumque B.
Ægidio com-
mendans.

A positus filius recipiebatur. Nec multo post Olisiponem applicuit adolescens, unde Scallabim ad matrem venit. Pauci transierunt dies, et mater animo semper anxia pro filio, ad sancti Patris Ægidii sepulcrum flens orabat, primorem juvenis adolescentiam numini ejus commendans. Non dormienti igitur, sed plane vigilantibus hujuscemodi objectum est visum. Finito dici bujus Sacrificio, sub Ægidii monumento videbat magnam subterraneam cameram, in modum sacelli factam, maxima luce splendentem, et in medio altare ad Sacrificium præparatum, ad quod accedens Frater quidam Sacerdos divinæ rei operam dabat, respondente illi et ministrante Fratre adolescente quodam, quem suum esse filium ipsa putabat, qui ad elevationem sanctificatæ Hostiæ cereolum de more accensum tenebat. Sacro autem peracto adventitiaque illa visione ablata, locus concamerationis, modo apertus, conclusus est, veluti cum liber complicatur. Ecce autem postridie, ad summum perendie, matre nec opinante, juvenis petito humiliter religionis habitu a cœnobitis receptus, utrumque visum non vanum fuisse declaravit.

B 70 Illo viso significavit Ægidius, curæ fuisse sibi juvenem a pia matre commendatum. Isto, quod modo referam, voluit declarare, quantum Dominico Juliano mercatori favorit, quantumque animæ ejus salutem procuraverit. Is erga sanctum virum adhuc viventem bene fuerat animatus, et ejus mortui memoriam venerabatur, sed lucri terreni pedicis obvinctus minorem animæ curam gerebat. Non diu igitur post viri beatissimi decessum, Domna Catharina, religiosi viri Fr. Petri Bernardii et Domnæ Mariæ Bernardiæ soror, quorum in sequentibus mentionem faciemus, hujuscemodi vidit imaginem. Intuebatur virum beatum in tunica linea talari candidissima, aurato balteo et serico paludamento superindutum, in manibusque ampullas olei sanctificati et chris-matis habentem; pueros item duos super Ordinis habitum amictos lineis albis, cerens accensos ante illum tenentes, et hinc et inde copiosam Fratrum Prædicatorum turbam: ad quos respiciens, Eamus, aiebat, ad Dominicum Julianum mercatorem ungendum. Cumque eo devenissent, peracta unctione, Ordinis habitu eum sanctus Pater induere videbatur. Unus alterve dies transierat, et mercator humanis sarcinis se exuens, ad cœnobiū venit, sanctæ conversationis habitum humiliter postulavit, et cœnobiali militiæ nomen dedit.

C 71 Olisipone cum apud cœnobitas Prædicatores translationis sancti Patris Dominici memoria celebris ageretur; aurifex quidam a vicinis monitus ne ea die laboraret, potiusque una iret ad frequentem in cœnobia concionem, contempsit nec destitit ab operando. Cujus contemptum ultio est insecta: nam carbonis igniti fragmentum de fornaculo exiliens, in apertum oculum ad pupillam illi hæsit: in qua protinus vesica grandiuscula exorta est, et oculus eo usque ex adustione intumuit, ut jam neque genis integeretur neque nictaret, sed ex inflatione et vehemēti dolore desilire e capite videretur. Non potuit se homo domi continere, sed clausa aurea officina appnsitaque super oculum manu, prodiit quasi insanus, nec satis animo constans quomam ibat, donec acerba illa vexatio versa est in religionem. Quare qui exierat dolore amens, quo quaque impetus illum ferebat; ad cœnobiū recta se contulit, invenitque monachum e suggesto concionantem. Qui cum alia ex aliis intertextens etiam ad Ægidium sermonem deflecteret, et quædam adduxisset admiratione digna; homo audientibus qui circa erant, Si vera, inquit, sunt quæ monachus iste de Fr. Ægidio asseverat, meque Frater ipse Ægidius respiciat, oculumque ex tam acri

læsione restituat, conceptis verbis voven, ut quam mox me sanarit, ita ad sepulcrum ejus pedibus ingrediar. Emissio voto cum domum se conferret, adeptum subito dolorem et solitas rediisse nictationes miratus, e speculo sanum omnino oculum, sine vesica, sine inflatione ulla, summo gaudio est contemplatus. Nec mora, antequam cibi quidquam gustaret, iter Scallabim arripuit, et ad sepulcrum accensis candelis prostratus, Ægidii in se clementiam potentiamque narravit. Miraculo testimonium perhibuere Fr. Alfonsus Zamorensis Olisiponensis, tunc cœnobii Subpræfectus, Fr. Pelagus Pensus, Fr. Stephanus Rodericius, et Fr. Joannes Joannides: qui hominem finita concione viderunt, et ut bono esset animo, bonam spem haberet, hortati sunt: scriptor etiam historiæ nostræ sanum eum se vidisse Scallabi ait, cum ad Ægidii tumulum gratias ageret.

72 Non solent Sancti, ac præcipue cum Deo regnantes illatas sibi a parum piis hominibus injurias humano more ulcisci. Quod si interdum noxios sequatur vindicta, hoc eo fit, ut flagello commoniti, intelligant suam ipsorum displicuisse Deo impietatem, et salubriter, nisi mentis deploratæ sint, resipiscant. Cuidam hoc evenit amico, qui cum die solenni quadam in ecclesia esset, ubi sanctus vir Ægidius requiescit, videretque populum frequentem ad osculandum sepulcrum ejus concurrere, cœpit primum intra se hæsitare, esset ne Sanctus cui tanta illa reverentia impenderetur. Deinde, ut diabolo malorum concitatori mos est mentes a se leviter semel impulsas ad suprema scelera atque flagitia evehere, ex hæsitazione prorupit in blasphemiam, male compresso jam murmure, indignum honore illo sepultum fraterculum, et oscula figentes lapidi plane superstitiosos. Ista dum jactat, corpore quassatus collabatur: cumque oculorum etiam lumen ingens vertigo ademisset, homo sibi minime constabat, et neque ullo modo egredi, neque paulum saltem poterat loco progredi; sed sui omnino tum animi tum corporis impos, hærebat. Tandem perculit mentem religio, ut agnosceret unde sibi subita illa contigisset afflictio: mentemque paulatim recipiens, quod in aliis ex temeritate damnaverat, consilio saniore facere ipse tentavit. Et tremens ac titubans, ægre pedibus sustentatus, corrogabat qui se opera juvarent, quo ad sepulcrum accederet: ad quod procumbens, sanctitatem sepulti fatebatur, et demerentiam suam palam profusis lacrymis redarguebat; orabatque liberari, ut qui virtutis detractor fuerat, potentia et clementiæ præco exinde fieret. Exauditus est, ac sanus et bene valens surrexit: ac deinceps quoties incidebat occasio, ut a simili caverent impietate ceteros hortabatur.

73 Benedictum puellum, filium Domnæ Majoris Vimaransensis, quæ Scallabi extra pomerium juxta templum sanctæ Trinitatis habitabat, spectantem in hippodromo, equus incitatus acrius infræno cursu ad alteram curriculi partem deflectens, propulit ac conculcavit, brachiumque elisum ad terram confregit. Chirurgorum ergo opera ossa quidem fracta coierunt et solidata utcumque sunt; sed ex gravi nervorum læsione manus ita stupuit, ut neque illam claudere, neque digitos complicare, aut aliquid illis capere quoquomodo posset. De qua re cum ex animo doleret mater, ad sepulcrum sancti viri supplex accedit, et captam indidem terrulam brachio filii alligavit. Mox eodemque momento perfectam sanitatem adeptus, manum ut libitum ei esset, nunc in pugnum suppressere, nunc explicare cœpit, digitosque vel contrahere vel extendere, omnimodoque brachii ac manus usum ex arbitrio recuperavit. Idem postea puer progressu temporis pernicioso dysenteria

D
A. ANDR.
RESEND.
B. Ægidio
invocato
sanatur:

E

in hunc
blasphemus
graviter
punitur.

F

Ad sepulcrum
restituatur
contracta
manus,

gemino viso
docetur intum-
rum Ord. Præ-
dicatorum:

idem de
quodam
mercatoris
simili visu
revelat Ægi-
dium.

Olisiponensis
aurifaber,
ob neglectum
cultum S.
Dominici,

oculum,
adustus,

A. ANDR.
RESEND.
sanatur
dysenteria
et hydrops

A dysenteriae morbo cum diutius laboraret, sive ex multa quam bibebat aqua, sive qua alia causa, adeo intumuerat, ut venter ad levem tactum, non minus quam pulsum manu tympanum, [sonaret. Qua in afflictione eadem mater Ægidii recordata], cujus clementiam erga filium jam alias experta fuerat, super tumulum prostratum jacere aliquantisper fecit. Rediit inde domum, et ecce post paucas horas detumuit inflata pueri alvus, et dysenteria quæ jam inveteraverat, compressa emendataque omnino est, penitusque puer et colore et bona corporis habitudine revaluit. At mater, mulier nobilis et pia, accepti utriusque beneficii nequaquam immemor, ad sepulcrum rediit, sanumque filium et optima valetudine tam prius quam modo palam ostendit. Utriusque miraculi oculatum se testem noster auctor cum plerisque aliis fuisse confirmat.

Per Ægidii
baculum
curatur
podagra,

74 Altero ante hunc sermone diximus Alfonso Regem, beati Ægidii adhuc vivi baculo gravi podagra fuisse liberatum, ob idque domi apud se baculum retinuisse. Contigit ergo post sancti patris excessum, nobilem equitem Petrum Martinium, cognomen Pætarinum, Præfectum municipii c Auriensis, de numero eorum qui Regi erant a consiliis, quique illi maxime gratus erat et peculiariter amicus, podagræ morbo laborare. Quem Rex cum vidisset pedes ægerrime trahentem, misertus ejus, Cape, ait, scipionem hunc Fr. Ægidii, forsitan tibi proderit: mihi certe per istius gestationem dignatus est Dominus subvenire. Gestabat itaque Præfectus Ægidii baculum magno podagræ remedio. Interim apud idem Auriense municipium Dominicus Matthæus quidam, cum Dominica die tertio Nonas d Junii, lautius apparato prandio, carnes nimio plus avide semimansas pergeret deglutire, os in media gula transversum inhæsit, ita ut neque descendere, neque rejici posset, neque spiritum sineret meare. Vocatus eo est Stephanus Martinus, templi S Joannis inibi Sacerdos, ut Confessionem ejus exciperet, antequam spiritus omnino intercluderetur: sed ille nullo modo loqui potuit. Conveniunt ad subitum casum ex vicinis multi, et tumulus pervenit ad Domnam Stephanam, ipsius Præfecti Petri Martinii uxorem; quæ audita hominis angustia, scipionem illum a viro suo petiit, et gutturi prope jam suffocati apposuit: et continuo vehementer infixum os rejectum est, et homo penitus liberatus. Qui tamen crimina confiteri prius urgente necessitate nequiverat, ex religione postea statim jam liber confessus est: et qui a mensa tristis surrexerat, ad mensam cum amicis rediit, de salute sua et exonerata conscientia lætus. Hoc sibi et Fr. Roderico Vernandio socio suo narratum scribit noster auctor ab eodem qui curatus ita fuit, et ab ipsius uxore, item a Præfecto municipii, et a Stephana ejus conjuge, a Sacerdote quoque qui Confessionem excepit, et a Joanne Vernandio Præfecti antedicti Sacrificio, a multisque aliis municipii ejusdem incolis, qui ad hominem illo tempore convenerant.

alteri item
accidenti
ad sepulcrum

75 Simile contigit, cum eadem matrona Stephana esset apud Rivum-majorem montanum vicum, ubi mirus est fons salissimæ aquæ, ex quo salinæ fiunt non paucæ salis candidissimi, et qui marino præfertur. Nam de clientibus et stipatoribus ejus unus, Joannes Martinus Auriensis municeps, cum carnes similiter comederet, et voracius lurcando (ut solet inter nobilium assecras qui ita suæ parti recte consultum putant, si sua edacitate et ingluvie in communi mensa positaque paropside posteriores non ferant) os cum carne gulam occupavit, infixumque tenaciter gurgitem illum cruciabat miris modis, gestus nunc hos, nunc illos facientem. Ad quem cum venisset patrona; Equidem, ait, quidnam tibi remedii adhibeam, profecto non scio; sed festina quantum potes,

ad Fr. Ægidii tumulum (non multis enim millibus D vicus is distat a Scallabi) ubi spero sanaberis. Qui cum iter festinus corripuisset, et ex celeritate ac dolore lassus tantisper desedisset, dum tantillum a fatigatione interquiesceret, obdormivit: brevi tamen experrectus, penitus se sanum invenit. Quod vero sibi acciderat postmodum grato animo referebat, sicut re ipsa conditori historiæ nostræ et socio ejus retulit, coram patronis suis Auriensi Præfecto et Stephana ejus uxore, et Joanne Vernandio ipsorum Sacrificio, ac plerisque castris ejus municipibus.

76 Juvenis quidam, Aprilis nomine, Vernandi Vernandii equestri loco viri cliens, apud e Thomarium in subitanum parumque a medicis intellectum malum incidit. Nam apprehendit eum dirus cordis et viscerum dolor, et velut phreneticus rabidusque efferatus adeo est, ut a multis hominibus teneri non posset, quin se et adstantes juxta morsu laniaret. Tam repentini mali causam nescientibus, hanc tantum significationem dabat, arreptum se a nequam aliquo spiritu videri. Ne ergo in se neve in alios per rabiem sæviret, qui aderant brachia illius, manus, ac pedes sigillatim ad ligneas columnas alligarunt, quia et caput per capillos ad terram vinculis presserunt, ne se morsibus discerperet. Cum ita plerasque horas detentus a furore et rabie non desisteret, supervenit Dominus Laurentius Thomariensis, Procurator Conventus Fratrum militiæ Templi, vir pius et eximie auctoritatis: hic pulverem de sancti Patris Ægidii tumulo, quem secum gestabat, super pectus arrepti posuit juxta carnem sed interula. Cujus pulveris tactu furens ille et a malo genio obsessus omnino quievit, et placida mitique voce, O Deus magne, inquit, ego sanus effectus sum. Et sermonem convertens ad Laurentium, Vel maximam quampiam in te virtutem, Laurenti, habes, vel maximæ virtutis aliquid manu sine ambiguo portas: tactu enim tuæ manus a sævo me tormento liberasti. Ad quem Laurentius præ gaudio lacrymans, Noli, fili, mihi virtutem quampiam, quam equidem non habeo tribuere: Deo et magno servo ejus Fr. Ægidio tuam te debere sanitatem cognosce. Ostendit in te Deus, quantis meritis polleat, cujus sepulcri pulverem, per me tibi applicatus, ab horribili te vexatione liberavit. Solutus ergo adolescens a vinculis quibus attinebatur, sedebat quietus. Cum eum rursus nequam hostis aggressus, tibiam genuque illius tam valide stringebat, ut parum abfuisset quin frangeret. Tum juvenis clamare cœpit ad Laurentium, Hic quæso, hic super tibiam sancti tumuli pulverem impone, ne frangatur: id enim hostis molitur, apposito pulvere dolor ablatum est, et malignus spiritus effugatus. Verum post dies circiter quindecim, cum domum adolescens vellet ingredi, vidit intus dæmones ostium obsidentes, et ipsius ingressum expectantes: quare foris ante ostium vociferabatur, non audere se domum plenam dæmonibus ingredi. Accurrit vicinus Laurentius, et ad collum ejus terram ligavit; protinusque importunorum dæmonum turba evanuit, et juvenis deinceps liberatus est a terramentis istiusmodi.

77 Altero ante hunc sermone Neopyrgis, Turdulorum oppido, habitasse diximus Pelagium Martinium vectigalibus cogendis Præfectum, qui monachos prædicationis causa eo venientes hospitio comiter excipiebat. Cum ergo esset tibi auctor hujus historiæ, una cum socio suo Fr. Roderico Vernandio, venit ad idem hospitium magno comitatu Petrus Joannides, Ataugiensis nobilis Christianæ vir, consanguineus Domnæ Joannæ ipsius oppidi Dominae quam Ægidii fuisse consobrinam alibi non semel dictum a nobis est. Is habebat equum generosum, quem subortæ inter

cujus pulvere
a dæmone
veratus
liberatur,

etiam tertia
vice.

F

Glandulæ eque-
stris curantur,

^A inter maxillas imasque fauces majores glandulæ, synanches species veterinarii nostri olivas non pessime appellant, pœne præfocabant, ut neque comedere, neque bibere ullo modo posset. De cujus jam certa, ut apparebat, morte dolenti Domino suasit noster auctor, ut sancto Patri Ægidio supplicaret, facto visitandi sepulcri ejus voto. Quam mox votum suscepit, equus nullo fastidio hordeum cœpit comedere : et pota largiter aqua refocillatus, statim revaluit ; ita ut postridie sua pristina alacritate equitem ad votum solvendum vexerit.

78 Scallabi in parœcia beatæ Virginis ad Marvillam, juxta domum Menendi Martini viri nobilis, habitabant Dominicus Munio præco, et Maria Dominica ejus uxor. Erat eis filius infans duorum vixdum annorum, Geraldus nomine, qui positum negligentius annulum capiens, sublata ad osmann infaatili more annulum deglutivit, quo intra gulæ arcum retento infans strangulabatur. Ad cujus ploratum et matris quiritationem cum congregata esset turba, ex vicinia supervenit Maria Sueria, honesta virgo, quæ candelas ad sepulcrum sancti Patris deferebat, ut gratias ageret pro sanitate puellæ ex familia sua. Hæc ut vidit tumultum et infantis angustiam, accessit, et candelam explicans illa parvuli collum cinxit, sic adorans ; O Domine sancte, pie Pater Ægidii, en ego ad sepulcrum tuum pergo, ut hanc candelam accendam pro tuo in familiarem meam beneficio ; respice et modo, quæso, pietatem nostram et parvuli hujus innocentiam : subveni ejus necessitati, dilecti tui Servatoris nostri memor, qui infantibus divinas manus benignitate summa imponebat. Cum hæc dixisset, infantulus ab imo gutture annulum rejecit sanguine intinctum : quem parentes ad sancti Patris sepulcrum tulerunt una cum his feminis quæ adfuerant, Domna Gaudina, Maria Petreia, Maria Galdina, et Maria Sueria quam diximus ; quæ rem gestam narravit coram auctore historiæ hujus, et coram Fr. Stephano Pelagio et Fr. Joanne Dominico, ostenso palam infante et annulo adhuc sanguinolento.

^B 79 Codimbrigæ Dominicus Petreius, cognominatus Colar, habebat gravem in gutture collectionem cum dolore vehementi : quem cum visitasset Frater Petrus Crucius, suasit ei, ut voveret se Scallabim itarum ad sancti viri monumentum. Vovit homo appetente vespera, statimque tumens collectio compressa est, sedato omni dolore : ac die sequenti æger perfecte sanatus Fr. Petrum adiit, seque illi omnino curatum ostendit. Dionysius Infans, Alfonsi Lusitanorum Regis filius, Rex et ipse postmodum nulli suo tempore secundus, cum Olisipone cum parentibus suis esset, et piscem comederet, spina in illius gutture versata infixaque est. Qua cum vehementer affligeretur, totaque facie rubesceret ac mutaretur, suggesterunt ei ut Fr. Ægidium nominaret. Ex templo igitur cum Fr. Ægidii nomine spina rejecta est, et puer omni periculo liberatus. Hujus rei perhibuit testimonium Domna Joanna, illustris femina, quam initio dixi consobrinam fuisse sancti Patris Ægidii, et Reginara, Alfonsi III uxorem, solitam comitari. Fr. Ægidius Hermigius in Scallabitano cœnobio cum piscem comederet, et spina tenacissime intra guttur hæsisset, afflictus venit ad tumultum ; et procumbens super illum, ore terram contingens, oravit mente (nam verbis non poterat) et mox tussiens spinam sanguine infectam rejecit. Duo ex cœnobitis, Fr. Rodericus Vernandus et Fr. Britius, cum apud Cornagam vicum juxta ^f Obidos pranderent in domo Joannis Munionis, cum ipso et Joanne cognomento Abbate, loci ipsius Sacerdote ; spina piscis ^g auratæ, quibus Obidensis lacus abundat, gutturi Fr. Roderici validissime est

impressa. Quam cum omni adhibita diligentia nullo modo posset rejicere, et anxietatis vi æstualet, facto super guttur Crucis signaculo, nomen sancti Patris, ut potuit, nominavit ; et tussiens, rejecta protinus spina, liberatus est ^h.

80 Scallabi ad Marvillam Maria Dominica, Domini Stephani mercatoris divitis et honesti civis uxor, perpetuo quinquennio sanguinis fluxionea passa, a concipiendo destiterat. Quare ut consuetudo fert mulierum, maxime ætate florentium, dupliciter affligebatur : nam et morbus ipse per se periculi ac fatidii plenus erat, et privata conceptibus, parum se gratam viro propterea existimabat. Atque ira post multorum medicorum, tam laicorum quam cœnobarum Dominicalium, videlicet Fr. Andreae ac Fr. Bernardi irritam et inanem diligentiam, in desperationem sanitatis devenerat. Sabbato igitur quodam post Domini Ascensionem, cum immodica redundantia usque eo vexaretur, ut defectis abexinanito sanguinæ viribus putaretur moritura ; mater quæ illi aderat, En, inquit, filia mea, eras anniversaria sancti Patris Ægidii agitur memoria, eamus ad tumulum ejus, et voto suscepto, illum deprecare, ut sanitatem tibi a Deo suis meritis obtineat. Perrexit ^E quo potuit modo, matri et ancillis innixa, et jacens ad tumulum cum lacrymis oravit, dicens : Audi me, sancte Dei, Fr. Ægidii : si me Deus tuis precibus ab hac misera et ignominiosa conditione liberarit, annum tibi voveo jejunium, quod solo pane et aqua sola sine obsonio contenta, omni tempore vitæ meæ pridie anniversarii tui servabo, et quotidie ob tui nominis reverentiam ter Dominicam orationem dicam. Ubi se hoc voto obligavit, sine mora sanitas est insecuta : eadem namque die coercita, invicta prius exuberantia stetit ; et in crastinum siccato penitus redundanti humore ; ad concionem frequentis ad cœnobium populi læta venit. Ex qua die ne vestigium quidem amplius ejus morbi seorsit : et quæ per quinquennium durante incommodo a generatione fuerat impedita, mox concipiens inaritura prole nova lætum effecit. Ipsa vero fideliter implens quod voverat, transactum suum periculum, et acceptum ab Ægidio beneficium, summa animi gratitudine mixtis gaudio lacrymis, quoties incidisset occasio, prædicabat ; sicut noster auctor de ea sæpe se audivisse testatur.

81 Anno vertente eadem mulier, lateris alterius resolutis nervis, incidit in paralysis alterum genus, quod ἑμιπληξία dicunt, ut neque lateris ejus brachium sustinere, nec tollere, neque ad os aut pectus posset admovere, nec aliquid operis illo facere. Expecta autem in se, quantum apud Ægidium humilis valuisse deprecatio, ad tumultum reversa est ; et opplorans etiam nunc medicinam precabatur : voto non casso redierat domum, et e vestigio insecuta sanitate, liberum et expeditum brachii modo inutilis usum recepit. Ad hunc modum sancto Patri facta jam familiaris mulier, ut aliquid imbecillioris valetudinis aut sibi aut suis suboriri præsentiret, statim ad protectorem et salutis suæ domusque columen confugiebat, lacrymis ad quidvis impetrandum efficacibus. Erat ei tredecim ferme annorum filius, Laurentius nomine, qui ex incurso morbo, diutino capitis dolore, aurium tinnitu sonituque continuo, in profundam inciderat surditatem ; ut omni audiendi sensu privatus, neque vociferationes, neque factos etiam ad aures clamores perciperet ; quin oporteret illi, non secus atque muto, si quid ex usu esset, nutibus significare. Longo igitur tractu tenporis non desinente vitio, innuit ei mater, ut cum aliis quibusdam pueris, quos mandatis instruxerat, ad sancti Patris monumentum pergeret. Perrexit, atque ut alios composito facientes aspexit, inflexis genibus

D
A. ANDR.
BES. END.

h

Sanguinis
fluxu restricto,

matronæ cui-
dam fecunditas
redditur,

eodem hemi-
plexia
curatur :
F

ejus filio
auditus res-
tauratur :

infans qui
annulum
deglutiverat,

angina,

et spina
gutturi
hærentes.

f

g

A bus et tumulo faciem et caput vulnerans confri-
bat, intro aurium intimarum foramina pulverem
digitis mittens. Respexit matris facta sibi peculia-
ris fidem et pueri necessitatem beatus Pater; et pul-
vis qui alioqui naturali sua vi aurium impediret
officium, contra naturam audiendi intermortuam fa-
cultatem aperuit, ut protinus acute quaecumque di-
cerentur, et sine ulla surditatis prioris significatione
audiret.

1
curatur pe-
riculosa in-
flammati-
o auris

82 Martinus Stephanus Vimaraniensis i cum
Scallabim devenisset, hospitio exceptus est Step-
hani Nonii cognati sui, in parœcia divæ virginis ad
Maruillam habitantis. Is ex contusione quapiam in
intima aure dextra apostema cum inflammatione
passus erat: ex quo male curato inflammatio se ad
faciem et cervicem gravius intendit, tanto dolore,
ut neque dormire posset, neque interquiescere, quin
potius febre ac vigilia in dementia interitumque
præcipitaretur. Domna Gaudina, consanguinei uxor,
cujus alias hodierno hoc sermone mentionem feci-
mus, commota hospitis affinis periculo, suavit illi,
ut ad cœnobium Prædicatorum pergens, facta dili-
genti criminum exomologesi, pulvisculo de B. Ægi-
dii tumulo affecta loca respergeret, ausa polliceri
remedium id fore præsentaneum. Usus est mulieris
probæ ac necessariæ consilio: nam detectis Sacer-
doti conscientia labibus, prostratus ad tumulam,
pulverem sparsit super inflamatam aurem. Et con-
tinuo tota illa collectio celeri derivatione se avertit
in sinistram alam; statimque suppurata, levissime
scalpello tacta erapit; unde profuente per triduum
putri sanie, mollibus linamentis impositis, homo in-
columnis in patriam remeavit: prædictus autem Ste-
phanus et ejus uxor Gaudina publice hoc multis et
auctori nostro retulerunt.

B

83 Martinus Dominicus Scallabitanus, ex vico
S. Irenes, qui in Tago naviculariam faciebat, hy-
dropis morbo contracto, curationibus irritis et rem
familiarem et spem sanitatis amiserat: nam inedia
et potus abstinentia diu maceratus, et novies circa
pubem et supra talos incisa cute, pluribusque locis
exulcerato ventre, opera Petri Martini et Mariæ
Martiniæ, et Judæi cujusdam qui eo tempore hujasce
rei peritissimus habebatur, usque adeo nihil profe-
cerat, ut inveterante morbo pejns indies haberet,
nec jam esset qui curandum hominem vellet susci-
pere, discutiendi intercutem aquam sublata in totum
spe. At Martinus quidam Vernandus, vicinus ejus,
vir probus et qui ex humanitate illius vicem doleret,
conventum eam hortabatur Ægidii sepulcrum adire,
qui a quam multis varias ac pestiferas ægrotudines
depulisset. Recto vicini consilio acquievit quidem;
sed cum dies non paucos procrastinando distulisset,
iterum commonitus ac redargutus, quasi sua negli-
gentia salutem ipse remoraretur, tandem paruit;
et sumptis cereolis cum oblationibus ad tumulum
venit, et quanta maxima potuit miseratione animi-
que demissione precabatur benefici numinis auxi-
lium. Cumque domum rediisset fessus (nam ægre
pedibus incedebat) sedit paulisper, et obdormivit.
Cui per somnium objecta est imago istiusmodi. Vi-
debatur sibi versus k Gallicanam (pagi non multum
distantis id nomen est) mœstus ire, et in itinere
sanctum Patrem Ægidium, monacho alio quodam
comitatum, obvium dari sibi. Quem ubi vidisset pul-
cherrimum et præclara veste indutum, accurrens illi
se ad genua submittebat, dicens, O Domine Pater
Fr. Ægidi. ego ad te ibam. Et Ægidias, En ego
Scallabim vado, sed quidnam est, frater, quod me
vis? Ibam ad te, Pater sancte, respondebat ille,
quia hydropicus valde sum, ut vides, et maxime in-
firmus, ut pietate tua, qua te implorantibus præsto
adesse soles, mihi, ab omnibus derelicto et tantum

et insanabilis
hydropis:

C

k

non deplorato, opem ferre digneris. Tum vir sanctus D
apertas protendens manus, intensum ejus ventrem
tangebatur, dicens, Abi a me sanus, nec de cetero
medicis aut chirurgis quidquam largiaris. In hæc
verba somno expergefactus, visum magno secum
gaudio reputabat; et statim repentina alvi solutione
correptus, crebro per triduum exiguis intermissio-
nibus desidendo, intercutem humorem exinanivit;
et tennato ventre compressaque corporis inæqualita-
te, ex toto sanus effectus est, mirantibus qui cum
noverant subitam post illud triduum tam mali habi-
tus curationem. Hæc vero cum palam coram cœno-
bitis aliisque plurimis homo viva voce retulisset, ea
Fr. Bernardus pro concione omni populo exposuit,
Dominica die sequenti, festo Sanctorum l Cyrici et
Julittæ.

84 Is qui ante me Ægidii nostri miracula scriptis
mandavit, de se ipso hæc retulit. Cum prædicationis
causa Thomarii esset una cum socio Fr. Martino
PetreParo, schalibus diebus in hospitio Fratrum
militiæ Templi Hierosolymitani (ante illorum pro-
pudiosam m extinctionem) sederetque ad mensam
cum aliis quibusdam qui dignationis gratia simul
discubuerant, appositus illis est piscis ex religionis
instituto. Quo cum vesceretur, et ad quæsitam non-
nullorum respondere vellet, buccellam incautius deg-
lutivit, in qua erat spina robustior: quæ tanta vi
gutturi est infixæ, ut neque sreatibus magnis et
crebris, neque totis viribus provocata tussi expelli
posset. Coactus igitur mensam deserere et foras
egredi, manu per os ad tonsillas adacta, rejectionem
procurabat: sed neque sic aliquid profecit. Ergo
elevata dextra signum Crucis depingens, cœpit ita
secum non bene prolatis verbis, Domine Pater Fr.
Ægidi. Additurus erat, Adjuva me, et ab instantis
mortis periculo libera; sed orationem medicina præ-
venit. Nam spina inter ipsa verba evanuit, nec satis
illi compertum anne descenderit, non enim sensit:
rejecta vero nequaquam est; comparuisset enim.
Ante ad cœnobium meta mortis se recipere festinan-
ter cogitabat; ad mensam rediit, et convivas modo
mœstos exhilaravit, Deo gratias agens et sospitalem
sibi collaudans Ægidium.

spina infixa
guttur
liberatur.

l

m

E

ANNOTATA.

a Portovedra ad Lerissam fluvium, distat ab urbe
Tudensi leucis fere 12 in Boream. Artabri autem olim f
illud Gallicæ cornu tenuerunt, quod est inter Coru-
niam et Baionam nobiles portus, Compostellam hinc a
meridie, inde n Borea respicientes: Artabrum et
Celticum promontorium dixit Plinius, vulgo Finis-
terræ.

b B. Petrus Gonsalvus colitur 15 Aprilis: ejus
Vitam dedimus ex Sampayo, radem in requirendis
ejus antiquis miraculi fortuna usi, qua nunc in mira-
culis S. Ægidii: quod utraque æque negligenter fue-
rint custodita.

c Auria, vulga Orense dici et ad Minium inter
Tudiam et Lemositam esse, a Philippo Ferrario cre-
ditur: sed ex num. 85 apparet eam ponendam esse
inter Coninbricam et Thomarium, procul a Durio,
nedum a Minio, nec nisi 4 aut 5 leucis a Santirena:
proinde ipsam hic nototom eom potius dixerim esse,
quæ in Samsonis tabula vocatur Orem: sed et hæc To-
maria Leriam, non vero Coninbricam euntibus in
via est.

d Ergo anno 1268 vel anno 1274, quibus littero
Dominicalis fuit G, tertium Junii diem signans; si-
quidem contigit res Alfonso Rege vivente, qui obiit
anno 1278.

e Thomarium 8 leucis Santirena distat proxima
huic ad Euroboream Comarcæ caput.

f

A f Olidos *haud procul a mari, Santirenæ ad Orientem habet, intervallo leucarum 9.*

g *Aurata piscis, a colore copitis flovo nomen habens, Hispanis Doradilla.*

h *Pergit ostendere Resendius misericordiae divinæ esse, quod diversos diversis in locis Sanctos adversus varias infirmitates dederit: ita Lusitaniam S. Sebastiano debere, quod minus a peste inficiatur (cujus etiam invocatione obtentus sit Rex Sebastianus) et S. Blasium adversus faucium morbos invocari.*

i *Vimaranum sæpe jam nominatum, vulgo Guimarães in diocesi Brocarensi, a cujus metropoli solum 3 leucis distat: S. Damasi Papæ patria creditur a Lusitanis fuisse.*

k *Gallicana, an quod 4 leucis supra Santirenæ in tabulis notatur Goligaon?*

l *SS. Quiricus et Julitta coluntur 16 Junii: si igitur proximis ab obitu Beati annis res contigit, contigisse debuit anno 1269, vel 1275, aut 1280, quibus fuit littera Dominicalis F.*

m *Resendii hæc est parenthesis de extincto Ordine Templariorum (quod anno 1312 factum) ut occasio detur Pyrrho Resendum interrogandi, quid sentiat de causa. Hic vero non dubitat in Philippo Franciæ Rege accusare avaritiam, in Clemente V obnoxiam Regiæ cupiditati sententiam, ex culpis parum verosimilibus, adversus ordinem de Christiana republica ac nominatim Lusitania, optime meritum. Contra Pyrrhus, sustinere manult Regem Pontificemque, secundum allegata et probata præsumendos processisse: quæ moderatio Sumpayæ esse videtur, hic enim, si uspiam, promissa ab hoc correctione opus fuissè crediderim. Rex tota ad præsentem historiam nihil faciens a nobis omittitur. Atque ita finitur Resendio liber tertius: qui deinde quartum orditur ab excusatione suæ per annos aliquot absentiae, aliorumque supervenientium impedimentorum, quibus retardatus sit extremus hic labor; quem citra Dialogismi formam pertexere proponit legentibus, siccam rerum ipsarum dignitatem, etiam præter amœniora orationis diverticula æstimaturis.*

CAPUT IX.

Miracula libro quarto comprehensa ab auctore.

A p u d Ceicem, Auriensis territorii pagum religioso Dei matris templo memorandum, ceterum ignobilem, mulier Sanctia Sebastiana [nomine a]... filia, Joannis Martinii uxor, cum difficillimo partu laboraret, fetu neque naturæ ritu in caput, neque saltem in pedes procedente, sed complicato corporis involucre exeundi viam intercludente; tertium jam diem cruciabat, exhaustisque omnino viribus, miserum in modum clamoribus extremum ducebat spiritum. Denique obstetrice et vicinarum mulierum turba circumstrepente: eademmet hora illac itinerantes præteribant, a Conimbriga b Thomarium versus, Fr. Stephanus Virducus, Fr. Rodericus Vermandius, et Fr. Vincentius Portuensis: auditisque de via clamoribus et tumultu, interrogarunt, eequid rei esset. Cumque mulieris miseræ grave periculum intellexissent, misericordia moti accesserunt, tantumque non vitam exhalantem repererunt. Tunc senior, Age, inquit, mulier, cum fiducia invoca Fr. Ægidium, ut tibi auxilietur. Cœpit illa ægerrime, sed crebro, dicere, Beate Fr. Ægidi, adjuva, quæso, me, visitandi sepulcri tui ream. Vix se voto obligaverat; Fratres, bono ut esset animo adhortantes, egressi sunt, et præ foribus eventum rei expectabant. En subito correxit se partus, et liberum fecit egressum. Quæ itaque jam triduum letaliter fluctabatur, momento illo infantem edidit masculum

Liberantur
mulieres
quinque per-
iculose
parturientes,

puerpera, et incolumis beneficique memor quamdiu vixit, Prædicatores Fratres pie coluit, et illac transeuntes hospitio benigne suscipiebat. In eodem Ceicensi pago Maria Petreia, Petri Joannidæ uxor, in simili partus difficultate et periculo constituta, per tres continuos dies ac noctes perpetuis sine intermissione doloribus cruciata, ad momenta singula morti appropinquabat. Ad quam cum prædicta Sanctia, ut vicina et amica, devenisset; Utere, inquit, Maria, consilio meo: ego in simili periculo posita, sancti Fr. Ægidii implorata ope, et visitandi sepulcrum ejus suscepto voto, protinus a media jam morte liberata sum, et puellum illum meum peperit. Invoca igitur Fr. Ægidium, et sepulcrum ejus te vove adituram: et crede mihi, impetrabis, Mulier nihil morata, ita fecit. Moxque cunctis admirantibus filiolam peperit, et post paucos dies cum viro Scallabim ad sancti viri monumentum venit, filiolum in ulnis gestans, et cum cereolis accensis beato patri procidit venerabunda, omnia isthæc narrans coram Fr. Bernardo, et Fr. Petro Pelagio, auctore historiæ nostræ. Rursus eodem in loco Maria Menendia, Laurentii Matthæi uxor, cum in simili esset periculo, ad Sanctiæ prædictæ suggestionem Ægidii opem implorans, filium mox peperit. Tria quæ modo retuli, et duo alia, non modo ab iisdem mulieribus earumque viris, sed ab aliis etiam vicinis etiamque finitimis, se noster auctor testatur accepisse.

86 Secundo volumine adnotatum obiter a me est, etiam rerum frivolarum, modo Ægidii fuissent, cum fide contactum multis fuisse salutarem: in tertio quoque nonnulla de vestibus ac sepulcri terra commemoravi. Quæ latius modo prosequar, deque iis medelam variis ægreditudinibus efficacem prodiisse narrabo. In pago Gallicano territorii Scallabitani mulier quædam nutrebat infantem, Gondisalvi Martinii equitis filium: qui gravi anginæ morbo correptus, ex vehementi gutturis inflammatione ac rubore neque comedere, neque bibere, neque mammam sugere omnino poterat. Nutrix, ut stultæ solent mulierculæ, anus garrulas ac superstitiosas circumibat: a quibus cum nihil opis reportaret, ac tristis et exanimata rediret; vidit transeuntem et circumcursantem Domna Maria, Dominici Joannidæ uxor; vocatamque intro ad se, primum redarguit, quod vanitatem anilum sortilegiorum quæsisset; deinde, Habeo, inquit, mulier, apud me panniculos ex vestibus Fr. Ægidii: oremus Dominum, ut per eum et ejus merita infanti huic medeatur. Flexis itaque genibus Maria panniculum affecto gutturi imposuit: et statim persedit omnis inflatio, et fauces liberum traxere spiritum; puellusque, qui multos jam dies nec suxerat, nec comederat, nutricis papillas avidiuscule pressit, et datam pulciculam deglutivit, noxa omni liberatus. Ibidem pusio alter, quatuor circiter annorum, Dominici cujusdam filius, assiduo corporis tremore concutiebat, et per momenta subito exterebatur. Quem mater ad prædictam Domnam Mariam gestans, orabat ut sicut sancti Patris Ægidii pannum Consalvi Martinii filio imposuerat, ita suo huic infanti dignaretur imponere. Quod illa fecit libentissime: atque exinde malus ille tremoris terrorisque subitanei habitus ademptus puero est. Ejusdem Domnæ Mariæ ex filia Maria Dominica neptis, urinæ difficultate, στρογγυρογία Græcis appellata, tenebatur vehementi cruciati, per multos jam dies frustra micturiens. Duci eam fecit avia, miserum in modum vociferantem; et supinam extendens, super ventrem nudatum panniculum imposuit, operuitque indusio ac vestibus. Vix finierat, et puella omni sedato dolore lotium emisit facillime. Hoc ipsa Domna Maria, matrona proba et

D
A. ANDR.
RESEND

facto voto
ad eundem se-
pulcrum

E

Panniculo
ex veste
Beati tacto
sanantur
angina,

F

tremor.

stranguria.

A fide digna, auctori historiæ nostræ, ac Fratri Dominico Pelagio, multisque aliis retulit.

A. ANDR.
RESEND.

carbunculus,

87 Fr. Stephanus Menendus, Menendi Facundi Scallabitani filius, anniversaria Dominicæ Ascensionis die, qua sanctum virum decessisse superius enarravimus, particulam scapularis ejus sibi absceiderat, et religiose servabat. Cumque molieri cuidam in manu suborta esset ex carbuncolorum furuncolorumque generibus pessima et acris pustula, quam vulgus (avertendi credo omnis causa) benedictam vocat, cum tamen execrandam intelligat, et ex doloris veementia tamquam amens egressa domum esset, subiit, ad sepulcrum sancti viri se conferre. Quam cum vidisset Frater Stephanus, particulam scapularis dolenti et male habitæ manui apposuit; ac protinus dolore, tumore, inflammatione fugientibus, pristinam sanitatem manus recuperavit. Cenimbrigæ nobilis matrona, Domna Major Alfonsia, Petri cognomento Francisci uxor, cum uterum gestaret, in summa ventris cute gravissimam inflationem incurrit, sive tympanitem dicamus sive morbum similem, cum pessimo corporis totius habitu. Prægnanti autem medicinam adhibere cum nemo auderet, quod neque tutum videretur, mulier

tympanites,

B ex macie in tabem deveniebat. Quam cum Fr. Petrus Crucius visitasset, et illi sancti Patris Ægidii aliquot miracula recitasset; ea voto se obstruxit, sive per se ipsam, si commode posset, sive per alium sepulcrum viri sancti adituram. Aderat Dominica Martinia, soror Fratris Juliani Galli, quæ panniculum ex tunica beati Patris, quem habebat, tumori imposuit. Triduo nondum elapso malum sanatum est, cui curando annus minime sufficere videbatur. Apud Codessariam oppidulum non ignotum, appellatum a cytisi proveniente sponte per agros copia, vir quidam enormi capitis, faciei, ac gutturis inflatione vexabatur, adeo ut illius oculi vix apparerent. Erat tunc in oppido vir nobilis, Dominus Martinus Alfonsius, qui cingulum et sudarium a sancto Patre dum viveret, loco muneris, magnis precibus impetrarat, et religioso affectu servabat. Is ubi cognovit de hominis sibi noti morbo, acciri eum jussit, et sudarium super faciem illi imposuit, Ægidium apprecatus. Nec mora, tota illa collectio, rupta sub mento cute, erupit; ex qua pus largissime effluere non destitit, donec caput, facies et guttur omnino coram omnibus qui aderant detumescere, impositisque linamentis levibus absque medicorum opera homo sanus evasit. Interfuere Judæi aliquot, loci incolæ, qui Domino Martino ista referente, coram Fr. Dominico de Siserico et auctore historiæ hujus, testimonium rei gestæ perhibuerant, non parum miraculo stupefacti.

tumor capitis ac gutturis.

C

88 Mariam Sueriam diximus alibi, a dæmonicis vexationibus animique terroribus, ab Ægidio illi apparente fuisse liberatam. Ergo ea tamquam recepta jam in clientelam sancti Patris, ex præterito beneficio illum colebat peculiariter, vigiliis et orationibus ceterisque pœnitentiæ operibus non parum intenta, et vicissim sancti viri peculiarem favorem visa promereri. Nam cum crepusculo quodam sub lucem oraret, vidit eum per aera venientem immensa circumdatum luce, et vestibus splendidissimis indutum, et una cum eo Suerium Virgarium, Suerii filium, religiosissimæ conversationis et magnarum eleemosynarum virum jam defunctum, qui vivens sanctum Patrem miro coluerat affectu. Prostravit se mulier, sic adorans, Ora pro me, Pater sancte, ut salva fiam. Ad quam ille, Bono animo esto, inquit, filia, bonamque de animæ tuæ salute spem concipito: peccaverunt et alii multi magis quam tu ac se scelerebus polluerunt, et tamen per reversionem ad Deum et salutaris pœnitentiæ studium Do-

*Mulier B.
Ægidio devota*

mini misericordiam sunt adepti. Hilaris vehementer facta, studio pietatis in dies proficiebat, nusquam non Ægidii virtutem extollens: ac sumpta de illo fiducia, sepulcri ejus terram gestabat in sacco, unde variis ægrotis paucillum ad collum appendebat, et revera sanabantur. Primum adolescens mulier Saracena, serva Gundisalvi Solterii, in parœcia S. Stephani, cum ægrotasset graviter, et morbo invalescente indubitata mors expectaretur, Sueria terrulam illi ad collum circumligavit in Christi nomine et famuli ejus Fr. Ægidii: et ecce subito ab imminentis jam mortis hora Saracena restituta est sanitati, et cum cereis oblationibus venit ad monumentum. Deinde post dies aliquot in eadem Consalvi sive Gundisalvi domo tres simul contigit ægrotare, Joannem Francum, Petrum Vallatam, et duobus his looge pejus Callaicum adolescentem: quibus cum terram ad colla obligasset, integri facti, terram nihilominus usque ad confirmatam valetudinem collo gestabant. Callaicus, sive casu eam amiserit, sive temeritate gestare contempserit, recidit in febrim pœne continuam: et modo horrore mimio quassabatur crepitans dentibus, modo æstu coquebatur insano, prope contingentibus se sine intermissione accessionibus. Denuo ergo alligatam terram humiliter suscipiens, sanitatem obtinuit. Quo viso, Maria Dominica Gundisalvi uxor, matrona prudens, domesticorum sanatorum nomine cereos per Sueriam ad sepulcrum misit, et illi ut ista narraret imperavit

D
Julvere sepulcri ejus sanat

moribundam,

*et tres una
in domo
ægros.*

E

89 Mariæ Consalviæ, incolæ pagi cui nomen Villanova, territorio c Veremundensi, consanguineæ Fratris Geraldini Dominici, sacræ Theologiæ Doctoris et inter Prædicatorii instituti cœnobitas satis noti, ex abscessu quodam in facie fistula orta est: quæ cum altius per maxillam penetrasset, nec incisionibus ustionibusve cederet, eo devenit invictum curatioribus malum, ut circumquaque putrescentes carnes paulatim deciderent, et dentes fæde nudarent, qui tamen jam corrupti ac denigrati ad unum lababant: unde pus odoris tetri ac horribilis magna copia promanabat. Quin quoties linamenta, quæ ad tegendam exesam faciem superponebat, opus esset puris expellendi causa remove, fœtoris horrorem nec ipsa mulier ferre poterat. Cum itaque eatenus chirurgorum opera apud suos nihil profecisset, hac illac discurrens ad famam cujusque sibi indicati, Scallabim etiam venit; et cœnobitis Prædicatorii- bus medicinæ peritis, Fr. Andræ, Fr. Gundisalvo Callico, ac Fr. Bernardo, coram multis calamitatem suam deplorans, si quid ex arte possent, ut opem ferrent deprecabatur. Sed malum longe erat superius, quam ut curationem reciperet, etiamsi dentes omnino corruptos et pœne jam inutiles evelli sibi pateretur. Anxiata sic mulier, et spe omni destituta, adiit religiosam virginem Mariam Dominicam, in cellula conclusam, cujus virtus ad famam venerat per ora vulgi, ut ejus se orationibus commendaret. Cui illa, Bona, inquit, mulier, ego te juvare non possum, sed ausculta mihi: vade ad sepulcrum Fr. Ægidii, et ut tui misereatur deprecare: confido enim Dei misericordiam per illius preces tibi non defuturam. Mulier ad sancti viri sepulcrum veniens cum lacrymis, faciem deformiter exesam sepulcro applicabat, indidem terram corrosis locis inspergens. Triduum, summum quatuoriduum, hoc fecerat; et dentibus confirmatis nova succrevit caro, implevitque deformem faciei lacunam; ac linamenta panniculosque, quibus fœditatem oris ab oculis mulier avertebat, rejecit, malis ad pristinum habitum exæquatis. Mira fidei vis! mira certe Ægidii potentia! cujus sepulcri terra malagmatibus atque unguentis omnibusque medicorum compositionibus

C
*Eodem redintegratur
facies*

*misere exesa
cum dentibus.*

F

felicus

A felicius efficaciusque operatur. Manserunt mulieri in summa cute leves cicatriculæ, quas in testimonium solebat ostendere, talemque eam se vidisse is, qui ante me ista prodidit, attestatur.

Sanatur item puella infirma ad mortem.

90 Alias diximus Michaelis Graini filium, ea ipsa die qua sanctus Pater decessit, mirabiliter fuisse curatum: referam modo quod in ejusdem Michaelis demo postea contigit. Leirenæ *d* mulier quædam filiam, Marinam nomine, graviter infirmantem cum haberet; et illic medicus, qui puellæ pro necessitate opitularetur, non esset; Scallabim, utpote celebriorem locum et medicis peritis abundantem, cum puella venit; divertitque ad Michaelern, sive netitiæ causa, sive necessitudinis. Ibi cum esset puella, ex jumenti quo vecta erat jactatione ac naturæ fragilitate, increscente morbo, moritura credebatur. Tunc Michaelis uxor ad matrem; Audi, mea hospita, ego cum filium meum pessimo sanguinis profluvio morti vicinum haberem, admota sepulcri Fratris Ægidii terra, protinus stante sanguine incolumem recepi. Hanc apud me serva: impone filiæ tuæ collo, forsitan curabitur, sicut et meus filius. Quid oportet, ait mulier, puellæ collum terra ista onerari, aut quæ inde utilitas? Magna, inquit, si fide non destitueris: crede, inquam, mihi. Ad suggestionem itaque ejus terram collo suspendit: statimque nocte insecuta puella sudore maximo perfusa est, et febre abscedente se levatam infirmitate sensit; petiitque cibum et comedit, reliquumque noctis bene dormivit. Ubi diluxit, quæ mori incipiebat, cum se insperato sanitati restitutam experiret, prægandii magnitudine lectum contempsit; et cum matre et hospita pedibus ad sepulcrum venit, gratias actura pro recepto beneficio.

ut et puer ex crulo apostemate jam moribundus;

91 Hepatico difficili morbo laborabat Scallabi Joannes Laurentii Dominici, præcuratoris Prædicatorum ac Minorum Fratrum filius, ex quo subtercutem inutilis materiæ contraxerat collectionem, per quatuor jam menses tanta durtia, ut neque cataplasmate reprimeretur, neque melliretur fomentis, neque diuturnitate aliquid suppurationis signum daret. Non illi deerat medicorum diligentia; siquidem ex Prædicatoribus cœnobitis Frater Andreas, ex Minoribus Fr. Dominicus, uterque medendi artis bene peritus, quanta poterant solertia usi, de ejus tandem salute desperarunt, brevique moriturum asseverabant; consulebantque suprema ac funeralia parari, et a jamjam animam exhalaturo non discedi: neque enim ad lucem crastinam duraturum. Pater ejus Laurentius, animo consternatus, ad sepulcrum sancti Patris festinavit: atque inde sumpta terra, tumens illud durissimumque apostema respersit, Ægidium saepe vocatum implorans, perfuso tamen religione animo et aliquantisper in spem erecto. Frustra homo non fuit vel momento brevissimo: nam qui loquelam jam amiserat, et oculos jam clausos concavosque habebat, quæ sunt indubitata mortis indicia, vociferari et ejulare cœpit, Hai! Hai! Hai! valde dolentis affectum replicans. Cui pater, Quid est, fili? quid pateris? Et puer, Venit, ait, modo ad me quidam ex Prædicatorum cœnubio, forma et habitu pulcherrimus, qui tangens manu dolentem mihi locum hunc, impresso fortiter digito eum perforavit, et novum mihi fecit dolorem. Intellexit rem pater, et inter metum et spem rei eventum expectabat. Et ecce tota illa intrinseca collectio resoluta est, et salutifera dejectione per inferiores partes exinanita atque profusa: puerque, præter omnium opinionem, ex diuturno atque enecante vitio, subito convaluit.

vini corrupti cupæ duæ corriguntur,

92 Apud Scallabim in parœcia D. Bartholomæi, Joannes Solerius grandem viui corrupti cupam habebat, cujus pessimus sapor, color lutulentus, teter

odor, et naribus erat admodum gravis. Dolebat homini jactura rei familiaris, alioqui perangustæ, quam illius vini pretio sublevare potuisset. Cumque jam effundere cogitaret, ne ex putoris virulentia etiam vasis damnum faceret; subiit illi, ut est ingeniosa necessitas, sancti viri auxilium implorare. Pergens itaque ad sepulcrum, hujuscemodi sancto Patri oratione conquerebatur; Ægidi sanctissime, quem ego apud Deum multum posse non dubito, respice, quæso, meam tenuitatem, et dignare vinum illud cerruptum et omnino deperditum tua mihi pietate restituere; ut sit unde rei familiari, quæ valde est exigua, ex parte aliqua consulatur. Abiit deinde demum, et anxius sollicitudine, cum vix dum horæ quievisset spatium, arrepto terebre cupam perforavit; ex qua prodiit vinum purum, meracum, defæcatum, gustu atque odore suavissimum. Admiratusque subitam mutationem, Ægidii beneficium prædicans, venale exposuit. Ad cujus tabernam propter famam concurrente turba, celerrime totum vendidit, magnamque inde sustulit pecuniam: ad significationem vero suæ gratitudinis rediit ad sepulcrum cum candelis, et ejusdem vini amphoram cœnobitis detulit. Ibidem quoque ad S. Nicolaum Andreas Petreius, cum haberet et ipse cupam ingentem vino plenam, et sponte ebulliens acuisset, cœpit etiam mucescere. Quod cum effundere in terram decrevisset, uxor ejus Maria Petreia, Petri Arii filia, tacta religione, viri sancti adiit sepulcrum, et cum lacrymis cœpit rogare, ut suæ paupertatis misereretur: paulo enim antea multarum rerum amissione manserant attenuati. Inde concepta fiducia terræ pugillum sumpsit de tumulo: eam terram linteolo colligatam dimisit in cupam: postridie accedens cum vinum integerrimum ac suavissimum invenisset, præconio quanti voluit indicavit, et lucrum fecit non exiguum. Propter hæc quæ de emendate vine retuli miracula, solenne Scallabi est quibus vinum immutatur, ad Ægidii nomen confugere. Et eo usque populi devenit affectus, ut in dextro humero effigiei ipsius lapideæ, quæ super sepulcri opertorium protensa est, lacunulam excavarint, quo importatum vinum effundentes, rursus inde sumptum in dolia acescentis aut alias fugientis et pereuntis vini transfundunt; exemplo ad alias jam civitates translato, ut fere idem faciant ad pictam imaginem, quod faciunt Scallabitani ad sepulcrum. Vino etiam illo, quod in lacunula semper manet, lippientes et albuginosos inungunt oculos, illo ulcera et varie corruptas corporis partes abluunt qui ista patiuntur: et pro sua quisque fide juvatur.

93 In his Ægidii gestis comperio, fuisse Scallabi Domnam Mariam Bernardiam viduam, cujus alibi meminimus, sororem religiosi viri Fr. Petri Bernardii, quæ uxor fuerat Consalvi Menendii: nec certum habeo, fueritne hic Consalvus Menendus, magnus ille Cancellarius, sancti Patris Ægidii consobrinus, de quo num. 16 mentionem fecimus: sed ibi Consalvi ipsius uxor Domna Marina perhibetur, et in libr. *Tōv γενέσεως* Petri Comitæ, titulo 43. §. 4. Domna Marina Martinia Domni Martinii Barragani filia nominatur: hæc autem Domna Maria, cum Bernardia cognominetur, patrem habuisse Bernardum ostenditur. Aut ergo Consalvus hic Menendus alter a Cancellario illo fuit; aut si idem fuerit, hanc Domnam Mariam Bernardiam secundam fuisse uxorem oportebit. Sed fuerit, an non fuerit, non multum refert: certe et virum et uxorem illustrem, et illustri fuisse familia, ex personis hic nominatis liquido apparet. Hæc ergo nobilis vidua servum Saracenum habebat, tanta sectæ suæ Mahometicæ tenacitate addictum, ut de Christiana fide suscipienda frequenter verba facienti dominæ non

D
A. ANDR.
RESEND.

E

exemplo jam communi et varus utili.

F

Pertinax Saracenus.

A. ANDR.
RESEND.
B. Ægidii
scapulari
admoto,

A modo non acquiesceret, verum etiam ad illius suggestionem aures digitis obturaret. Cumque tandem gravi esset morbo correptus et in sua persisteret contumacia, hera scapulare sancti viri, quod habebat, ad caput ægro apposuit, magna cum devotione dicens, Fiduciam habe de Fratris Ægidii sanctitate: nam vel ejus meritis et precibus Deus ab hoc te morbo liberabit; vel si ex eo moriturus es, baptismi fonte purgatus, hinc migrabis. Interea facto apud cœnobitas ad synaxim vespertinam signo, Bernardia eo se contulit, ut sacro visitato sepulcro, servi utramlibet salutem ab Ægidio postularet. Dum illic est, Saracenus cœpit magna voce dominam suam vocare, et summa instantia baptismum efflagitare. Præsto illi fuerunt Dominus Bernardus, Giraldus Suerius, Laurentius Menendus et Donna Catharina, ipsius Domnæ Mariæ fratres; Donna quoque Gontina, et Orraca, et Gilia vicinæ. Ergo sine mora magna fide baptizatus, Christi etiam corpus miro affectu suscepit. Cumque illi extrema jam instarent, apparentes dæmones in desperationem illum inducebant: ad quorum terrores novus Christi servus signo Crucis se muniens, increpabat illos, a circumstantibus postulans ut se juvarent. Inter hæc vidit totam domum accensis cereis collucentem, et in medio Christum Servatorem nostrum ac superbenedictam Virginem ejus matrem, bonum animum habere jubentes: ad quorum adventum importuni mali genii recesserunt. Videbat etiam Consalvium Menendum berum suum, maritum Domnæ Mariæ jam defunctum, una cum filia Maria etiam defuncta, sibi adstare, utrumque pulcherrima forma et læta facie se vocantem. Aderat quoque in Prædicatorum habitu quidam splendissima luce coruscus, qui renidenti ore protendens ad illum manum, inquebat, Veni, ne timeas. Quæ omnia cum dominæ et iis qui aderant mirabundus retulisset, intellexerunt Beatum adesse Ægidium; et vestem, cum fide appositam, hominem eatenus devium ad illam gratiam perduxisse. Sic inter adhortantia ad spem impetratæ misericordiæ verba lætus requievit in pace. Qui afluerunt omnes in summa sæpe frequentia testificati palam sunt, a quibus ea noster auctor accepit.

94 Donna Gontina, ejus paulo ante obiter mentionem fecimus, sancta et venerabilis mulier, quæ post viri obitum in perpetuæ castitatis proposito perseverans, vere viduam se bonorum operum exercitatione præstabat, diu calculi atroci malo vexata est; eoque magis quod naturale verendum detegi femina neque medicaturam patiebatur. Cum itaque ad mortem, ex urina multos jam dies non profluente, devenisset; et collapsio ejus utero adhiberi medelam nequaquam ferret; Donna Maria Bernardia, quam diximus, vicina ejus, scapulare sancti Patris super illam extendit, dicens iis qui ibi aderant, Forte dignabitur sanctus Pater Ægidius ab hoc malo eam liberare; sin autem e vita migraverit, proderit ei certe vestem illius hanc super se tenuisse. Ergo matronis aliquot una cum domesticis ibi pernoctantibus, et instantem decessus horam expectantibus, Bernardiæ, leviter dormienti sub matutinum crepusculum, hujuscemodi oblatum est visum. Scala ab eadem qua ægra cubabat domo pertingebat ad cœlum; in imo ejus gradu posita illi videbatur Gontina, in superioribus vero sanctus Pater Ægidius fulgentissima luce radians, qui manu deorsum protensa Gontinam apprehensam sursum secum trahebat. Bernardia felicitati ejus cum verbis gratulari tentaret, excitata est, et visum iis qui aderant retulit, et Gontina halitum extremum efflavit placidissime. Eadem Donna Maria Bernardia, auris alterius oborta inflammatione, febrem patiebatur, dolore nimio ac vigilia cruciantem. Quare ad exper-

baptismum
suscipit,

et pulchro
visu animatur
ad mortem:

alia item
pita mulier,

tum in aliis remedium confugiens, cum isset cubitum, scapulare illud auri læsæ superposuit. Vix sopita, conspexit Fr. Ægidium ad se venientem, et ollam novam calida aqua plenam manu porrigentem atque dicentem, Appone aurem super ollam, et calidæ hujus aquæ suffitu atque vapore sine dubio curaberis. Inde accedens, ollam illi supponebat; protinusque ex aure erumpebat aquæ copia cum sanie: et re ipsa erupit sine mulieris sensu. Quæ statim præ gaudia visi expergefata, penitus se sanam et bene audientem invenit.

95 Virginum Cisterciensis instituti cœnobium est insigne in Oliveto extra muros Conimbrigæ, in loco ubi Fernandus Legionensis Rex, cum Conimbrigam obsideret, stativa castra totos septem menses habuerat; memoria causa quantum areæ fixum Regis tentorium occupabat, sacratum fuit, atque ita ædes rotunda perseverat: ipsum Parthenonem Cellas Vinnæranenses appellant: reddere modo nominis hujusce rationem, negotii est a meo instituto alieni. Huc sanctus Pater, cum esset Conimbrigæ, frequenter venire consueverat, ut sacras Christo ancillas ad cœlestium amorem prædicationibus animaret: erga quem illæ vicissim religioso ac pio affectu tenebantur, illumque maxima observabant reverentia dum viveret, et deinde mortui memoriam summe venerantur. Accidit aliquando defectu imbrium ingens anni siccitas: quare adulta ætate, necessario magis tempore, puteus unde bibere solebant penitus exaruit, cogebanturque longiuscule aquatam mittere, summa difficultate propter aque penuriam, ac labore non medioeri. In qua angustia constitutæ, in ædem unde illas vir beatus exhortari erat solitus, pariter convenientes; Præfecta verba præeunte, ceteris attente audientibus annuentibusque, precatæ ita sunt; Ægidi Pater sancte, tu nobis aquam salientem in vitam æternam abunde suppeditasti in mundo vivens; tu etiam de cœlo, ubi nunc melius vivis, nos famulas tuas tuo devotas nomini respicere dignare, et aquam istam putealem, qua mortalis nostra infirmitas carere non potest, nobis etiam subministra, Pater. Flentibus cunctis et respondentibus, Amen, ac misericordiam acclamantibus, Præfecta ut surgerent imperavit, atque ad puteum secum omnes accederent. O sanctorum ex divina largitate potentiam! Puteus, ejus ne fundi quidem glareæ, siccatis omnino venis, madebat; inventus est scatebris emicantibus prope redundare: neque solum post id aqua non defecit, sed etiam indigenti vicinæ suppeditabatur. Communi ergo consilio ceream candelam, ad altitudinis putei mensuram facientes, per cœnobii ancillam quamdam Scallabim ad sepulcrum sancti viri miserunt. Post aliquod inde tempus servi Saraceni duo, ex iis qui cœnobii ejusdem ministerio serviebant, clam fugam arripuerunt, diuque per plura loca et a pluribus perquisiti non comparuere: cumque inveniendi eos omnino perfrixisset spes, Patronum suum religiosæ femine humiliter precabantur, uti dignaretur fugitivos valde sibi necessarios revocare. Non multi abiire postea dies, et Saraceni immutatis animis ad cœnobium sponte sua redierunt, fugæ veniam demisse obsecrantes. Lætatæ eorum reditu Christi ancillæ, quatuor cereos pedes per superius dictam famulam, frogi mulierem, Scallabim transmissos, ante sepulcrum beati viri suspendendos curaverunt.

96 Atque hæc sunt quæ in veterrimo illo libro, quem in principio dixi, a sæpe citato auctore scripta reperi: quibus visum est addere tria, quorum me divina bonitas spectatorem ac testem esse voluit: quæ in eodem quoque libro [ipso] quo contigerunt tempore, publici notarii fide, Lusitano idiotismo scripta continentur f: [quorum etiam testis mihi est

D
et ex aure
laborans
panno eodem
sanatur:

r
Cella-Vinnæranenses
monachæ

E

in communi
ariditate

aquam miraculo
Beati
impetrant,

F

et servos
fugitivos
recipiunt.

His in veteri
MS inventis
addit Resendus
3 a se
visa,

A Ven. P. Franciscus Vargus Lemius] qui et ipse iis cum fierent interfuit, quem ego pridie quam commentatus illa sum, conveni. A quo explorare cum vellem, eequid eorum, quæ ante annos sex et quadraginta nobis adolescentibus contigerant, meminisset; comperi apud eum non modo earum rerum memoriam non esse intermortuam, verum prope etiam novam atque recentem. Igitur vertente anno post Servatoris nostri natalem millesimo quingentesimo atque vigesimo, cum ego studiorum gratia a puero cœptam peregrinationem persequi constituissem, et Olisipone, ubi tum eram, in Galliam Belgicam navigationem expectans, pestilentiae tabes cœpisset grassari; consilium mutare sum compulsus; ut videlicet Salmanticam annos aliquot me conferrem. Deveni ergo Scallabim, ubi cœnobitis præerat, non sine honoris præfatione mihi nominandus, venerabilis Pater Franciscus Vargus Lemius. Is cum specimen iudolis non pessimæ datum a me eatenus non ignoraret, humanitate me retinere tentavit: sed hoc solum potuit efficere (quod autumnales pluviae aliquanto immodicæ meam proficiscendi libidinem retardabant) apud se uti manerem ad exitum usque anni. Erant cœnobio Subpræfectus Fr. Thomas Matus, cujus etsi litteræ erant non multæ, conciones tamen gratæ ac maxime populares. Illic igitur die quadam ad quartum Idus Octobris, Præfecto absente, Matus Subpræfectus a prandio me invisit, et Fr. Rocbum Lemium ac Fr. Cyprianum Celtiberum ex Cervaria *g* oppido Terragensi veteri municipio vicino [habens in comitatu, invitavit] ut una secum viserem fabros, in templi porticu lapides quadrantes, ad opus quoddam quod faciendum imperaverat Leonora regina, Caroli V soror, divi Emanuels Lusitanorum Regis tertia uxor, Mariæ hujus Principis nostræ ac heroidis incomparabilis mater, ob facile ac felix puerperium quod habuerat, apposito sancti Patris ferreo cingulo, de quo alibi.

97 Dum ibi sumus ad angulum præ foribus templi, videmus hominem super stramenta cubantem, non quidem pannosum, sed brevi peregrini habitu indutum, et honesta vultus gravitate commendabilem. Aderat ei uxor et puella quæpiam. Quæsito a *h* quadratariis, quinam illi essent, responderunt, nihil se aliud scire, quam Castellanos esse, qui a duodecim retro diebus imbrium vi eo confugerant, quod ingredi in oppidum essent prohibiti, quasi Olisipone venirent, ubi, uti diximus, pestilentiae lues grassabatur. Homo cum intellexisset sermonem de de se haberi, uxore et puella juvantibus, surgere est connisus, altera corporis parte omnino sideratus: atque mulierum et scipionis ministerio, adhærens parietibus, ad nos perreptavit. Quem Suppræfectus animi miseratione excipiens, super lapidem sedere jussit innixum suis; rogavitque unde esset. Ille retracto ad aurem ore agerrime verba proferens, respondit se ex Ursaonensi Bœticæ provinciae esse oppido: domo exisse sanum ac bene valentem, et religionis causa S. Jacobi Apostoli visitato Compostellæ oraculo, cum Olisiponem nuper ante dies duodecim se conferret, ut navigio aliquo Gaditano in patriam rediret; ante diem pridie Kalendas Octobris, e regione cœnobii quod Virginis-virtutum vocant, apoplexia tactum atque afflatum, subito corruisse; intortam vi sideris fœde faciem oris, et partem [unius lateris] totam paralyti vehementer resolutam: ad mulierumque clamores atque lamenta accurrisse aliquot ex illa vicinia, et a cœnobio accitum qui peccatorum exomologesin, utcumque facere ipse potuisset, tamquam a protinus morituro exciperet. Inde asello, quo in itinere ad sarcinulas vehendas utebantur, impositum, rediisse Scallabim, nec permissum ingredi ad stabularium quempiam,

neque saltem ad *πρωχοδογχείων* divertere; imbrium cadentium vi ad locum illum, qui Christi pauperibus et egenis, ut ipse erat, sine repulsa pateret, etiam se confugisse. Commovit hominis oratio omnium qui aderant ad commiserationem animos, misitque Suppræfectus qui illi quod ederet afferrent: et cibo potuque refocillatum interrogat, num sancti Fr. Ægidii, qui illic sepultus esset, nomen apud suam gentem inaudisset. Neganti, Suppræfectus pauca narravit: denique persuasit, ut cum fide ad sepulcrum accederet. Ille incensus sanitatis desiderio, duci se postulavit.

98 Vocato igitur ædituo ut ecclesiam aperiret, inter manus et mulierum et eorum qui aderamus trahebatur; sed ita, ut bis oportuerit eum sedere et interquiescere, antequam sepulcro appropinquaremus. Ad quod cum devenit, toto procubuit corpore. Qui aderamus, flexis genibus Antipbonam, Confessor Domini, decantavimus; Suppræfecto Orationem prosecuto. Homo tum querimoniis quibus calamitatem suam deplorabat, tum lacrymis quibus Ægidii misericordiam deprecabatur, omnes permovit: nemo enim tam arido fuit ingenio, quin humanæ sorti illacrymaret. Quartam horæ unius partem istiusmodi lamentationi impenderat, cum paulisper obtinuit: et ecce subito membrorum omnium tremor illum invasit, cœpitque magnis vocibus et ejulatu clamare, Heu miserum me! uror, uror; succurrite pii Sacerdotes. Turbati qui aderamus, rogavimus, quid novæ rei illi accidisset. Tactus, inquit, ardor affectas has partes a talo incipiens corripuit, ut ignem urentem æque non putem. Et his dictis intortam vultus partem cœpit utrocumque libitum esse agere, et brachium, femur, totumque ad pedem imum crus, modo curvare, modo extendere, internodiis ac nervis officio libere respondentibus: denique vigor et status resolutis membris omnino rediit. Quod ille sentiens, exiliit clamans; Christo gratia, ego sanus effectus sum, o magne Ægidi! o potens! o mirabilis! Et ex nec opinata salute, quasi mente motus, præ lætitia currebat usque ad ecclesiae ostium. Inde celeri cursu redibat ad monumentum, et complexibus ac osculis hærens protensæ statuæ, non cessabat iteratis vicibus ingeminare, O benedice! o sancte! o mi sospitator! Rursum ad fores, rursum ad statuam, nequaquam illud omittens, O benedice! o sancte! o mi sospitator! nobis admiratione stupentibus. Suppræfectus autem imperavit ædituo, ut tintinnabulum crebris nec usitatis ictibus compulsaret, ut solet fieri in rebus subitis, ad populum conciendum. Concurrunt ergo multitudo suspicantium in cœnobio incendium esse subortum. Cumque hominis festinationem animadverterent, vocesque gratulatorias audirent, compellabant. Sed ille ad omnes surdus, soli cursuræ et statuæ complexibus intentus, nihil respondebat. Re tamen intellecta, eo quod notus jam esset ex dierum præferitorum ante fores templi cubatione, tantus sublatus est turbæ clamor et invicem loquentium strepitus, ut facere audientiam ad enarrandum neque elatis dextris possemus. At Suppræfectus de superiore loco magna voce clamans, ut vel sic audiretur, Dominica statim secutura populum ad concionem invitavit, postridie tamen adscito ad locum Capituli publico Apostolicæ Sedis Notario, productoque nomine coram cœnobitis et iis qui testimonio dicendi gratia sunt vocati, videlicet ex quadratariis Alvaro Castrio, Georgio Vernandio, Petro Joannide, Georgio Joannide, aliisque numero circiter ad triginta, instrumentum conficiendum ad posteritatis memoriam curavit.

99 Dominica insecuta cum frequens convenisset populus, et Suppræfectus pro concione rem gestam edocuisset,

D
A. ANDR.
RESEND.

adductusque
ad sepulcrum
Beati,

E

subito sanitatem
recepit:

F

an. 1520:

B
quo Eleonora
Reg. invocato
Beato feliciter
peperit,

et Castellanus
peregrinus,

C
in reditu
subita paralyti
tactus,

ANNOTATA.

A ANDR.
RESEND
quod miraculum dum publicatur,

mulier a cancro.

puer ab igne sacro sanatur.

A edocuisset, hominemque in edito loco unde posset conspici jussisset stare; denuo clamor ab omnibus qui aderant, sublatus est, et impetu irruptum ad sepulcrum. Ibi duo pulcherrima in omnium oculis edita miracula. Mulier mammam habebat cancro acerrimo corrosam, ac putrem, fœtore gravi naribus intolerabilem: hæc accessit, et ex lacunula humeri statuæ, linteolum vino (quod ibi solere semper esse, supra memoravimus) madefaciens, superexpressit, linteumque expandit. Et subito, antequam se loco moveret, exesa mamma sanata est; in sponte decidit canceri loco suppleta carne; et papilla, nutricandi officio pernecessaria, uberi restituta, pristinam formam recepit, rubore tantum novam sanitatem attestante. Altera mulier in ulnis filiolum gestabat, cujus sinistrum brachium fœdarat sacri ignis species quædam, infantibus familiaris; quam qui ex Judaismo apud nos medicinam sunt professi, Hursacrum appellavere, voce ex Hebræo et Latino sermone compacta. Morbus etsi non nimis est perniciosus, multum tamen fœditatis habet, propter pustularum invicem concretarum aspretudinem. Porrecta ergo mulier ad lacunulam manu, intincto linteo, nudatum infantis brachium contextit domum abitura. Sed cum aliquamdiu præ turba impediretur, arefactum calore linteum voluit iterum madefacere. Quod ubi tollere tentavit, tota illa pustularum series sponte secuta est in linteo, et brachiolum purgata omni noxa sanum relictum. Ad utriusque mulieris et admirantis turbæ acclamationes accurrimus: et quæ Suppræfecti erant partes Notario imperatum, ut superiori miraculo addenda ista curaret. Tria hæc, quorum spectator ipse fui, visum est ceu coronidem historiæ huic inserere, ne per oblivionem ad posteros non venirent, ut multa que propter assiduitatem et cœnobarum negligentiam interciderunt. Nunc te, sancte Pater Ægidi, quanta animi demissione possum, oro, ut qua religione ac pietate in tuis recensendis virtutibus versatus sum, eadem tu me ad senectutis hujus extremum perducas: et si quid bene de te merui, bene, quemadmodum Christianum Sacerdotem decet, tandem ut moriar, te quæso, ut efficias.

a Jam aliquoties id contigit huic editioni, ut omissis quibusdam verbis hiaret sensus, per transcribentium; aut typhothetarum incuriam. Hic nomen patris deesse intellige.

b Jam dixi Auriense territorium videri Ourem: inter Tomarium et Leiriam (non Conimbricam) sic positum ut rectam viam ab ortu in occasum tenenti vel contra relinquendum ipsum ad Meridiem sit, transeundus autem sit vicus qui in communi Atlantis Blaviani tabula vocatur Ceiza, a Sumisone autem non exprimitur: atque ita evidentius probatur Conimbricam, pro Leiria, scriptam fuisse per memoriæ lapsum, cum in portem prorsus diversam tendit Conimbrica, respectu Tomerii ad Boream sita.

c Quodnam hoc Veremundense territorium non assequor: Villas-novas plures, sed diversis cognominibus, tabula Lusitanæ repræsentat; puta Villa-nova da mil fontes ad mare in Commarca Bejensi, d'Alvito in Eborensi, de Falcoa in Lamegensis, et alibi forte alias.

d Leirena vulgo Leiria jam sæpius nominata, distat Santirena leucis 8.

e Cupta Conimbrica fuit a Ferdinando I an. 1040, qua de re Mariana lib. 9 cap. 2. Quando autem Cisterciensis Ordinis moniales eo introductæ sint nusquam reperi, solum scio, primum istius Ordinis eo in regno cœnobium, S. Joannis de Tauraca, fundatum esse an. 1132.

f Hæc aut similia festinanti typhothetæ excidisse, et ex sequentibus supplenda, res ipsa loquebatur. Eadem mox licentia iterum uti coactus paulo infra, verba a me addita his notis [] secrevi.

g Inter Barcelonam et Ilerdam Catalauniæ urbes ad rivum, Cerveram dictum, Terraga est, nec procul inde versus Barcelonam Cervera oppidum notatur in tabulis.

h Quadratarus est, quadrator lapidum, lapicida: voce ea usus Sidonius Apollinaris.

DECIMA QUINTA MAJI.

SANCTI QUI IDIBUS MAJI COLUNTUR.

S ancti Torquati, S. Ctesiphontis, S. Secundi, S. Indaletii,	Episcoporum ad- ventus in Hispaniam.	S. Januarius,	Mart. Lamosinen- ses in Cilicia.
		S. Pelagia,	
S. Cecilii,	Presbyteri Papiæ in Italia.	S. Eutitius Martyr apud Surianum in He- truria.	Virgines et Mart. Romæ adservatæ
S. Hesichii,		S. Quirilla,	
S. Euphrasii,		S. Sophia,	S. Liberator, Martyr Beneventi depositus.
S. Chrysantus,		S. Achillius, Ep. Larrissen. in Thessalia.	S. Simeon,
S. Fortunatus,	S. Simeon,	S. Isaacius,	
S. Isidorus Martyr in insula Chio.	Martyres Lampsaci in Hellesponto.	S. Bachtisoes,	SS. Reliquiarum festum Avenione, in ædibus Domini de Fargues.
S. Petrus,		S. Joannes,	
S. Andreas,	Martyres Athenis in Sicilia.	S. Stephanus Leu.	Beneventi in Ita- lia.
S. Paulus,		S. Marianus,	
S. Dionysia,	S. Dorus,	S. Potitus,	
S. Heraclius,	S. Potitus,		
S. Paulinus,	S. Prosper,		
S. Benedimus,	S. Felix,		
S. Dimidrianus, Episcopus Veronensis in Italia.	Mart. Claromonte in Gallia.	S. Cervolus,	S. Stephanus, Item alius,
S. Cassius,		S. Stephanus,	
S. Victorinus,	Martyr. Syrmii in Pannonia.	S. Primael Sacerdos, Eremita in Britannia Armorica.	S. Dominus Diaconus, Placentiæ in Italia.
S. Maximus,		S. Primael Sacerdos, Eremita in Britannia Armorica.	
Item iv millia cclxvi,	Martyres.	S. Florentius Episc., Campiæ in Hebruria.	S. Hilarus, Abbas Galeatensis, in Italia.
S. Timotheus,		S. Dymrna Virgo,	
Virgines vii,	Martyres.	S. Gerebernus Sacerdos,	Martyres Gelæ in Brabantia.
S. Alexander,		S. Hildebertus vel Aribertus, Episcopus Der- tonensis in Insubria.	
S. Dignus,	Martyres in Portu Romano.	S. Cæsarea Virgo Martyr in Calabria.	S. Ursus, Episcopus Fanensis, in Italia.
S. Choftia,		S. Ursus, Episcopus Fanensis, in Italia.	
seu Chotidia,	Martyres Papiæ in Italia.	S. Brythunus, Feu Berethunus, Abbas Be- verlaci, in Anglia	S. Rubertus Dux, {Bingæ in diœcesi Moguntina.
S. Simplicius, Martyr in Sardinia.		S. Rubertus Dux,	
S. Rosula, Martyr Filsina.	Martyres Papiæ in Italia.	S. Bertha mater ejus,	S. Witesindus, Martyr Cordubæ in Hispania.
S. Præstabilis,		S. Bertha mater ejus,	
S. Felix,	Martyres Papiæ in Italia.	S. Witesindus, Martyr Cordubæ in Hispania.	S. Nicolaus Mysticus, Patriarcha Constanti- nopolitanus.
S. Victor,		S. Witesindus, Martyr Cordubæ in Hispania.	
S. Cyrieus,	Martyres Papiæ in Italia.	S. Nicolaus Mysticus, Patriarcha Constanti- nopolitanus.	B. Dorotheus Eremita, Lucæ in Italia.
S. Januarius,		S. Nicolaus Mysticus, Patriarcha Constanti- nopolitanus.	
S. Herolus,	Martyres Papiæ in Italia.	B. Dorotheus Eremita, Lucæ in Italia.	S. Isidorus agricola, Madriti in Castell.
S. Paulus,		B. Dorotheus Eremita, Lucæ in Italia.	
S. Minervus,	Martyres Papiæ in Italia.	S. Isidorus agricola, Madriti in Castell.	B. Maria, uxor S. Isidori, Tordelagunæ pro- pe Madritum.
S. Aquilinus,		S. Isidorus agricola, Madriti in Castell.	
S. Heraclius,	Martyres Papiæ in Italia.	B. Maria, uxor S. Isidori, Tordelagunæ pro- pe Madritum.	
S. Dionysia,			
S. Boninus,	Martyres Papiæ in Italia.		
S. Saterius,			
S. Paulinus,			

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

S
ancti Danielis, Diaconi et Martyris, Transla-
tio Patavii memoratur a Galesinio. Vitam
ejus dedimus in Januarii.
S. Severini Episc. Septempedani olim hoc die
agi depositio consuevit, ut patet ex Actis, quæ dedi-
mus viii Januarii.
Remigii seu Remedii, Episcopi Rotomagensis, Trans-
latio celebratur in MS. Florario. At dies natalis
est xix Januarii.

S. Sabinus, in Daletia, indicatur in Martyrologio MS.
Carmelitano. Plurimi hujus nominis sunt, ex his S.
Sabinus Episcopus in Apulia, S. Sabinus Ep. Nea-
poli et Lesinæ in Apulia, S. Sabinus Episcopus
Atripaldæ in Italia (quorum forte aliquis, nomine
loci male exarato, hic est) relati autem a nobis sunt
ix Febr.

Alfredus Rex Northumbriæ, quasi factus monachus
Mailrosensis, ut Sanctus inscriptus est Menologio
Bucelini.

- Bucelini. *De eo egimus vi Februarii ad Vitam SS. Kineburgæ et Kineswithæ, et §. 4 fabulam deteximus. Iterum id fecimus, quando ab aliis refertur, inter Prætermisos* xiv Martii.
- S. Georgius Episcopus Mitylenæ indicatur in *Menologio Sirlleti. Ast alii Græci solenni cultu celebrant eum die* vii Aprilis.
- SS. Primianus et Firmianus Martyres memorantur in *Martyrologio pervetusto, caractere Longobardico exarato, et in bibliotheca Vaticana asservatæ, ac numero 5949 signato, quod fuit olim Ecclesiæ Beneventanæ, in quo horum nomina sub finem adscripta sunt, sed caractere etiam Longobardico. Videntur hi esse quorum corpora condita fuerunt Lesinæ in Apulia, et inde Neupolim translata, atque in Ecclesiâ Annuntiæ deposita. De quibus egimus* xxviii Aprilis.
- B. Robertus 2 Abbas Claravallensis hodie nominatur in *Kalendario Cisterciensi, de quo satis dictum inter Prætermisos ad*
- S. Marianus Martyr memoratur in *MS. Patriciano, o nobis reperto Neapoli apud Clericos Regulares. Plures istius nominis Martyres occurrunt: ita Marianus inter martyres Afros est* vi Maji, et Marinus seu Marianus Mart. Mediolani vi Maji.
- S. Victor Martyr Mediolani memoratur in quatuor apographis *Martyrologii Hieronymiani et alio Regine Suevicæ. Verum quia dedimus præterito die S. Victorem, cum tribus Sociis, ibidem Martyrem (quo itidem die Translatio S. Victoris Martyris inscripta est Breviario Mediolanensi anni 1539, et relata a Galesinio, Molano, Ferrario) non audemus hunc ut diversum proferre. Videtur idem Senis coli ut Advocatus. Forsan hæc translatio sex diebus post necem facta ab aliis ad hunc diem memoratur, et sic ageretur de S. Victore Mauro Martyre Mediolanensi: cujus Acta dedimus* viii Maji.
- S. Epiphanius, Episcopus Constantiensis in Cypro refertur a *Molano in prima editione Auctarii ad Usuardum et Canisio. Vitam illustravimus* xii Maji.
- S. Pachomius, Abbas Tabennesiota, S. Theodorus Sanctificatus discipulus ejus, celebratur in *Menologio Sirlleti, Pachomius etiam in Menæis: de utroque simul egimus, quando prior a Latinis colitur, xiv Maji.*
- Harwaldus sive Harphardus Martyr proponitur in *MS. Florario, et a Greveno in Auctorio Usuardi. Vitam damus* xiv Maji.
- B. Ægidius Poncella in Lusitania indicatur a *Ferrario in Catalogo generali. Est is B. Ædigijs Ordinis Prædicatorum: cujus Acta dedimus* xiv Maji,
- Apparitiõ Imaginis non manufactæ in Camulianis, facta temporibus Theodosii, indicatur in dicto *MS. Synaxario Constantinopolitanæ Ecclesiæ. Est Camuliana urbs Episcopalis Cappadociæ primæ sub Cæsarea Metropoli, etiam Justiniana nova Camulianensium, et Justinianopolis Camulianorum dicta. Fuisse autem hanc Imaginem ex Camulianis Constantinopolim delatam anno 9 Imperii Justinii II, id est anno Christi 574, testatur Cedrenus. Et occasione hujus Translationis forsân solennitas Apparitionis hodie celebratur. De hac imagine plurima edidit Gretserus in Syntagmate de Imaginibus non manu factis cap. 12 et tribus sequentibus.*
- Deiparæ Virginis Dominae nostræ memoria in Pera, ad ambitum murorum scilicet urbis Constantinopolitanæ, indicatur in *MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ asservato in Collegio Parisiensi Societatis Jesu. Est autem Pera quasi suburbium Constantinopoleos, ubi degunt Latini et Catholici, inter quos resident et docent aliaque munia exercent Religiosi Societatis Jesu.*
- SS. Athanasius et Theodorus, comites S. Jacobi, adjuvantur a *Maurolyco, Felicio, Galesinio, Ferrario. SS. Torquato et aliis Episcopis, a SS. Petro et Paulo in Hispaniam missis. Cur tamen hos duos illis in titulo non adjunxerimus, infra dicemus.*
- Nicomachus, quasi Martyr Lampsaci sub Decio, cum SS. Petro, Andrea, Paulo et Dionysio indicatur a *Maurolyco: sed is inter tormentu defecit a fide, et sic misere mortuus est. Consule infra Acta dictorum Martyrum.*
- SS. Dionysius et Christiana Martyres Lampsaceni cum SS. Petro, Andrea et Paulo referuntur in *Menologio Basilii Imperatoris, et in MSS. Menæis Mediolani et Taurini adservatis, sed solum Dionysia Virgo Christiana legi debet, uti infra in Actis dicimus.*
- S. Odori vel Odorii Martyris nomen legitur in *Kalendario, quod præfigitur MS. Ordinario Ecclesiæ Ambianensis, seu potius Ceremoniali, compilato circa annum 1197 per Everardum de Roya Cantorem: et ex hujus MS. fide inseritur primo ejusdem Ecclesiæ impresso Breviario anni 1485, et aliis deinceps annorum 1550 et 1634, nec non Massalibus annorum 1487, 1498 1506 et 1528, ac denique libro Orationum in choro ejusdem ecclesiæ recitandarum, quem Adrianus d' Honer court Decanus an. 1500 donavit, eodemque impresso annis 1506 et 1528. His tamen non obstantibus judicat D. Scellier, desuper interrogatus a D. du Cange (qui eruditissimus ipse, non voluisset consulere nisi virum, quem ipse crederet de talibus optime judicaturum) censuit librarium esse mendum ejus, qui Ordinarium istud describens, pro Isidoro vel Isidorio, omissis primis duabus litteris, scripserit Odorium; et ceteros postea, pro summa quæ MS. illi dabatur fide, traxerit in sequelam. Hoc autem confirmat tum ex MS. Martyrologio, quo Ecclesia illa utitur, exarato sub annum 1280, ubi solum fit mentio S. Isidori, iisdem quibus apud Adonem verbis; tum ex Kalendaris Breviariorum duorum membraneorum, sub medium seculi xiv conscriptorum ex usu Ambianensis Ecclesiæ, quorum unum præfert nomen Balduini Presbyteri, alterum pro Isidori habet Isidoris: utrumque autem convincit, tum necdum usu probatum fuisse errorem ejus, qui scripserat nomen S. Odorii. Est autem S. Isidorus Martyr in Chio, cujus Acta hic dantur.*
- S. MAGNI Martyris corpus, asservatur Romæ in Ecclesia B. Andræ della Valle, e cæmeterio aliquo erutum, ejusque memoria celebratur.
- S. Marianus Martyr inscriptus est *Martyrologio MS. Patriciano, quod Neapoli apud Clericos Regulares adservatur. Plures hujus nominis Martyres occurrunt: num aliquis ex illis, an diversus statuendus, ex rudo nomine non liquet.*
- S. Auctor indicatur in *Auctario Greveni ad Usuardum, forsân Victor hoc die relatus Martyr in Porto Romano. At Canisio dicitur Martyr Pinguinæ, qui locus nobis ignatus. Bingium in Germania intelligit Ferrarius Certiora expectamus.*
- Raymundus Confessor et Eleemosynarius indicatur in scriptis additionibus *Carthusiæ Bruuellensis ad Grevenum, absque ulteriori notitia.*
- B. Joannis, Episcopi Beneventani *xxi, corpus anno 1119 die xv Maji collocavit una cum aliis Sanctorum corporibus Landulfus Archiepiscopus, ut memorat Falco in Chronico Benevent, qui Joannes, sicut titulus præmonstrabat triginta et tres annos in Episcopatu advixit. Incertum ubi illud nunc sit: si aliquando inveniatur Legenda, quam sua memoria visam et deperditam testatur Vipera apud Ugellum, poterunt certiora de ejus sanctitate et cultu proferri.*
- Columbanus a *Lestæo lib. 4 de Rebus gestis Scotorum, in Donaldo 53 Rege, indicatur cum variis aliis, qui Scotiam vita sancte, exemplo sincere, et doctrina solide*

solide illustrarunt. Quod sufficiebat ut eum Sanctum et Episcopum suo Menologio inscriberet Camera-rius; silet Dempsterus cum aliis.

Chromanus, Presbyter et Confessor, in Mernia Scotiae provincia, doctrina et miraculorum fama celebris, acerrimus Ecclesiasticorum propugnator rituum, et Paschatis Catholice celebrandi auctor, mortuus sub annum 944. Ita Camerarius in Menologio Scotico: Dempsterus elevationem ejus ad VIII Aprilis retulit, ut ibi in Prætermisissis dictum.

Saranus, filius Arecharii de Inis mor, seu Insula magna, in regione de Hi macaille intra Hi-Lia-thaiu, cum tot circumstantiis inscriptus est Martyrologio Tamtachtensi: de quo aliud ad hunc diem non reperitur. Nomen Sarani occurrit sæpius, sed num de uno eodemque agatur, nescimus.

Dubliterius Abbas Findglassie indicatur in Martyrologio Tamtachtensi: et a Colgano ad Vitam S. Albani 16 Martii, Annotato 24, ubi dictum monasterium asseritur esse in Lugenya et diocesi Dublinensi.

Vachonna Episcopus, Memorantur in Martyrologio Tamtachtensi, de quibus, sub istis nominibus, nihil alibi hactenus legimus.

Popula et Bamorora ut Martyres referuntur in MS. Tamtachtensi, alibi ignota.

Adelgarius, Archiepiscopus Bremensis et Hamburgensis, mortuus anno 909 hisce Idibus Maji, memoratur cum titulo Sancti a Wione, Menardo et Bucelino. Verum idem Bucelinus par. I Germaniæ sacræ enumerans Bremenses et Hamburgenses Episcopos, tres solum honorat titulo Sancti, Willehadum, Ansharium et Rembertum. De ultimis duobus egimus III et IV Februarii: ad quorum Acta frequens hujus Adelgarii mentio facta est, ut qui illis proxime successit. Agunt de eodem Albertus Stadensis, Adamus Bremensis, Albertus Krantzius, Ioannes Letnerus in Chronico Corbeixæ Saxonice, ubi Abbas fuit, aliique; sed absque omni mentione alicujus cultus sacri.

Richardus Anglus, ex instituto Benedictino sub S. Bernardo Ordinem Cisterciensem amplexus, ut Beatus refertur a Chrysostono Henriquez et Bucelino, omittitur a Chalemoto, qui alibi dictum Henriquez sequitur.

Manardus, Abbas Duaci in Belgio, ut Sanctus indicatur a Ferrario in Catalogo generali, additurque in Notis: Ex Molano in Additionibus et Tabulis Ecclesiæ Duacensis. De eodem Molanus in Natalibus Belgii pluribus agit. Hæc Ferrarius, nescio quo spiritu abreptus. Nam nullum vestigium est Manardi apud Molanum, imo ne quidem apud Raissium Duacensem, qui Tabulas Ecclesiæ Duacensis satis evoluit. Sane Ferrarius Tabulas Ecclesiarum subinde videtur ex sui conjectura proferre. Interim more suo Saussayus Ferrarii errores multiplicat, dum tale elogium excogitat: Duaci depositio S. Manardi Abbatis, multarum animarum ad Christum pædagogus, Angelorumque in vitæ puritate studiosi imitatoris. Silet de tali Abbate Martyrologi Benedictini et Cisterciensis.

Thomas Cantipratanus, ex Canonico Regulari in Cantiprato prope Cameracum, Ordinis Prædicatorum, et demum Episcopus Suffraganeus Episcopi Cameracensis, hoc die mortuus est, ut Venerabilis sanctitate relatus a Miræo in Faltis Belgicis, et Raissio in Auctario Molani ad Natales Sanctorum Belgii. Vitam ejus habemus ex codice MS. Rubæ-Vallis, quam Hyacinthus Choquetius edidit in libro de Sanctis Belgii Ordinis Prædicatorum. Eandem etiam conscripsit Georgius Colvenerius, et præfixit libris Apum ab eo compositis.

Margarita, sanctimonialis Ordinis Cisterciensis, anno MDCXVIII in monasterio Dominarum in Parco piissime mortua, cum titulo Beatæ refertur ab Henriquez, Bucelino et Arturo. Item, sed venerabilis appellata, a Raissio in Auctario ad Natales Belgii Molani. Prudenter omittitur a Chalemoto. Qui ultimus scripsit Saussayus Pius eam addidit.

Jacobus, Novitius monasterii Viconiensis in Hammonia Ordinis Præmonstratensis, Angelicis moribus juvenis, traditur hoc die obiisse, cujus corpus (cum a triennio post ejus obitum, ad novi templi fundamenta jacienda, terra ibidem effoderetur) incorruptum et integrum fuit repertum. Verum ubi postea fuerit sepultum plane latet. Ita Adrianus David in tractatu de dicto cœnobio Viconiensi, cap. 18, ubi Jacobum titulo Beati honorat, quod etiam fecerunt Ruissius in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii, Chrysostomus vander Sterre in Natalibus Sanctorum Ordinis Præmonstratensis, et alii hoc XVII seculo.

Joannes de Hungaria et Boguslaus, a Turcis occisi, Antonius Tegrinus Spoleti anno 1313, Bernardinus a Bibiena Lucæ anno 1490, Catharina Lopetia Tertiaria in dioc. Tolet. scripti Martyrologio Franciscano Arturi, et Catharina ejusdem Gynecæo, ubique attributo titulo Beati.

Nicolaus, Ordinis Dominicanorum Apostolicus fidei Prædicator, ab Hæreticis in Tolosano agro excoriatus, inter Pios refertur a Saussayo in Martyrologio Gallicano.

Lucia Gonzales, tertiæ Ordinis S. Dominici, amore Christi in deserto degentis, relicta seculari conversatione, recessit ad antrum quoddam, abscondita ab oculis hominum, a Deo valde amata, ejusque gratia vicit diabolicas infestationes. Ita Annus sanctus Ordinis Prædicatorum hoc die.

B. Simon Anglicus civitate Burdegala, inscriptus Florario Sanctorum. Hic est Simon Stock, Prior Generalis Ordinis Carmelitici: cujus Acta damus sequenti die

XVI Maji.

Rainaldus Abbas Cisterciensis quartus, indicatur a Saussagi inter Pios et beatæ memoriæ. Ab aliis sequenti die

XVI Maji.

Orestes, Patriarcha Hierosolymorum Martyr, refertur in MS. Florario Sanctorum. Sufficiens quæ de eo dicuntur in Catalogo Patriarcharum Hierosolymitanorum: a Theodoro Pauli refertur ad XVII Maji.

S. Mancius Martyr Eboræ in Lusitania, inscriptus est Martyrologio Romano. Verum colitur Eboræ, quando Acta examinata dantur,

XXI Maji.

B. Jacobus Philippus, Confessor Faventinus Ordinis Servorum, a Philippo Ferrario ejusdem Ordinis Generali refertur, ut hodie mortuus et colendus, in Catalogo Sanctorum Italiæ: sed numeri errorem correxit in alio Sanctorum Catalogo generali, ad diem quo revera mortuus est et nos de eo agimus XXV Maji.

Colmanus, filius Hua-Laigsi seu Mac-ua Laigse, memoratur in MS. Tamtachtensi, item in MSS. Dunggallensi, Mariani Gormani, et Maguir, apud Colganum ad lib. 3 Vita S. Columbæ Abbatis per Adamnanum notat. 15. Verum ab Adamniano cap. 12 appellatur S. Columbanus Episcopus Mocu-Loigse, cujus animam S. Columba Abbas vidit ab Angelis ad cælum evehi. Quod latius ad Vitam dicti Columbæ poterit discuti

IX Junii.

SS. Vitus et alii Martyres Elwangæ indicantur in Martyrologio Germanico Canisii. Silet de his Bruschius, Crusius, Bucelinus, ubi de hoc monasterio agunt. Arbitramur S. Vitum cum Modesto et Crescentia intelligi, et reponendum, loco XV Maji, XV Junii.

S. Bernardus Episcopus, Ordinis Canonicorum Regularium,

- gularium, in *Kalendario Breviarii anno 1542 excusi. Ut Archidiaconus Augustæ Prætorix, indicatur a Ferrario in Catalogo Gen. citatis Molano et Canisio item Saussayo in supplemento: sed hi sequenti die de eo agunt, et Eremitam oppellont. At is mortuus est, quando ejus Acta erant danda, et colitur apud Canonicos Regulares xv Junii.*
- S. Vigilus, Episcopus Tridentinus Martyr, indicatur in *MS. Florario et Viola Sanctorum Ingenox anno 1508 excusa. Ab aliis xxvi Junii.*
- S. Sidronius, Martyr in territorio Senonico, proponitur in *MS. Carmelitano Colonia adservato, in Martyrologio Colonia et Lubecæ anno 1490 excusa, item a Graveno, Mauralyco, Canisio. Verum in Martyrol. Romano et aliis celebratur xi Julii.*
- S. Rethicius, aliis Tredicius, Protecus et Præticus, imo Tetricus et Triticius refertur in *apographis Martyrologii Hieronymiani et aliis MSS. Colitur Officio ix Lectionum in Ecclesia Augustodunensi xix Julii.*
- S. Memmius, Episcopus Catalaunensis in Gallia, quasi postea prædicasset in Lusitania, ibique Martyr obiisset, refertur a *Tamoyo Salazar in Martyrologio Hispanico, imo et quasi idem esset cum S. Mancio Martyr, qui colitur xxi Maji, at S. Memmius v Augusti.*
- S. Wigberti primi Præpositi Frideslariensis Translatio, sub ritu Duplicis Majoris celebratur in *ecclesia Frideslariensi: Natalis recolitur xiii Augusti.*
- SS. Fortunati, Cui et Anthæ Martyrum translatio corporum Salernum, celebratur solenni Officio sub ritu duplici in Ecclesia Salernitana, et memoratur a *Ferrario in Catalogo generali: ost dies natalis cum Octava celebratur xxviii Augusti.*
- Sanctorum xx Fratrum Martyrum Beneventi translatio indicatur in *manuscriptis Additionibus Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum. Natalis illorum dies est i Septembris.*
- S. Sophia vidua et mater SS. Fidei, Spei et Caritatis, inscripta est *duobus fastis MSS. non antiquis, forsitan occasione S. Sophiæ Virginis, de qua infra agimus. Vidua ipsa colitur xxx Septemb.*
- S. Mannæ seu Mennæ Virginis Translatio apud Portum-Suavem in Tullensi diœcesi, facta anno *mxvi, refertur in Gynecæo sacro Arturi, Menologio Virginum Laherii et apud Ruer lib. 1 par. 3 Antiquitatum Vosogensium: dies ejus natalis celebratur iii Octob.*
- S. Evasius, Episcopus et Martyr, indicatur in *antiquo Missali Ambrosiano anni 1522 et Breviario 1539. Est is Episcopus Astensis et Patronus Casalensis, coliturque i Decembris.*
- S. Cæsar, ex lxx discipulis Christi Episcopus Dyrachii, indicatur in *Catalogo generali Ferrarii ex Menologio Græcorum: quale hoc sit nescimus. Solum citare Menologium Sireleti, in quo deest. Refertur die xxix Martii, sed tunc remisimus ad diem, quo et in dicto Menologio et Menæis celebratur cum aliis Christi discipulis viii et ix Decembris.*

DE ADVENTU IN HISPANIAM

G. II.

SS. TORQUATI, CTESIPHONTIS, SECUNDI, INDALETHI, CÆCILII, HESICHII, EUPHRASII, EPISCOPORUM.

SECOLO I

Adventus horum Episcoporum celebratur i Maji,

C

Maximum quod ullis regionibus divinitus præstari potest beneficium, censei debet lumen orthodoxæ fidei Christianæ. Hinc merito initium conversionis et adventus Sanctorum, qui sacro eo lumine aliquas regiones illustrarunt, et Evangelica semina in populos sparserunt, celebratur a posteris in aliquam gratiarum actionem pro tanto dona olim accepto et hactenus conservato. Faciunt hoc Ecclesiæ Hispanicæ, quando mense Majo agunt festum septem virorum Apostolicorum, qui n. SS. Petro et Paulo Apostolis in illud regnum missi, suo adventu gentiles ab idolorum superstitione ad veram Christi religionem traduxerunt. In Missali et Breviario secundum Regulam B. Isidori dicto Mozarabes, quod jussu Francisci Ximenes Archiepiscopi Toletani anno *md* et *mdii* excusum fuit, præscribitur ipsis Kalendis Maji festum Torquati et sociorum ejus, Confessorum et Pontificum, ix Lectionum, et ista recitatur Oratio: Deus qui per beatissimos Pontifices tuos Torquatium, Secundum, Indaletium, Ctesiphontem, Cæcilium, Hesichium et Euphrasium, innumerum Hespericum populum ad te accersiri voluisti, præsta quæsumus, ut Ecclesia tua eisdem Rectoribus gubernetur, quos ei voluisti præesse Pastores. Eodem oratio in Breviario Burgensi sub annum *mdii* impresso recitatur pro Commemoratione horum Sanctorum ad dictas Kalendas Maji, reliquum autem Officium fit de SS. Philippo et Jacobo Apostolis. In Missali mixto secundum Ordinem Ecclesiæ Toletanæ, quod anno *mdli* prodiit, recitanda Missa refertur ad Kalendas Maji adjuncta rubrico, qua indicatur Responsoria et alia omnia ut in Natali plurimorum Confessorum recitanda; in *Kalendario autem notatur festum transferri,*

5 Maji,

ad diem scilicet non impeditum. In Festis propriis diœcesis Compostellanæ anno *moxcvi* excusis, ad diem v Maji celebratur festum S. Torquati et sociorum, et recitatur Officium de Communi plurimorum Martyrum tempore Paschali.

2 Celeberrimus porro eorundem cultus præscribitur ad hunc diem xv Maji, cum tali elogio apud Usuardum. Idibus Maji Natalis sanctorum Confessorum Torquati, Ctesiphontis, Secundi, Indaletii, Cæcili, Esicii, Euphrasii: qui Romæ a sanctis Apostolis Episcopi ordinati, et ad prædicandum verbum Dei, ad Hispanias, tunc adhuc gentili errore implicatas, directi sunt. Cumque diversis urbibus evangelizassent, et innumeras multitudines Christi fidei subjuggassent, Torquatus Acci, Ctesiphon Vergii, Secundus Abulæ, Indalecius Urçi, Cæcilius Eliberi, Esicius Carcesi, Euphrasius Eliturgi quieverunt. Hæc Usuardus et passim alii cum hodierno Martyrologio Romano: in quo sub initium, ommissa voce Natalis, dicitur, in Hispania SS. Torquati etc. post verbum autem subjuggassent interponitur: In ea provincia diversis locis quieverunt, Torquatus Acci etc. Wandelbertus hoc versu eas indicat:

Pontifices septem Hesperiam simul Idibus ornant.
3 De horum adventu in Hispaniam sequenti metra inveniuntur in dicto Breviario seu Missali secundum regulam S. Isidori: quæ utruni ipse S. Isidorus composuerit aut olim postmodum, non liquet: ipsa sic sonant:

Urbis Romulæ jam toga candida,
Septem Pontificum destina, promicat:
Missos Hesperix, quos ab Apostolis
Adsignat fidei prisca relatio.

et potissimum 15.

D

Roma ab Apostolis missi in Hispaniam,

Hi

A Hi sunt perspicui hominis indices
 Torquatus, Ctesiphon, atque Hesichius,
 Hic Indaletius sive Secundus,
 Juncti Euphrasio Cæcilioque sunt.
 Hi Evangelica lampade præditi,
 Lustrant Occiduae partis arentia,
 Quo sic Catholicis ignibus ardeant,
 Ut cedant facibus furva nocentia.
 Accis continuo proxima fit viris
 Bis Senis stadiis qua procul insident,
 Mittunt asseculas escua quærere,
 Ut fessa dapibus membra reficerent.
 Illic discipuli idola Gentium,
 Vanis inspiciunt ritibus excoli;
 Quos dum contemni fletibus implorant,
 Terrentur potius ausibus impiis.
 Mox insana fremens turba satellitum,
 In his cum fidei stigmata nosceret,
 Ad pontem fluvii usque per ardua,
 Incursum celeri hos agit in fugam.
 Sed pons prævalido murice fortior,
 In partes subito pronus resolvitur.
 Justos ex manibus hostium eruens,
 Hostes flumineo gurgite subruens.
 Hæc prima fidei est via plebium,
 Inter quos mulier sancta Luparia,
 Sanctos aggrediens cernit et obsecrat,
 Sanctorum monita pectore collocans.
 Tum Christi famula attendens obsequio
 Sanctorum, statuit condere fabricam,
 Quo baptisterii unda patesceret,
 Et culpas omnium gratia tergeret.
 Illic sancta Dei femina tingitur,
 Et vitæ lavaacro tiocæ renascitur:
 Plebs hic continuo pervolat ad fidem,
 Et fit Catholico dogmate multiplex.
 Post hæc Pontificum cura sodalitas,
 Partitur properans septem in urbibus;
 Ut divisa locis dogmata funderent,
 Et sparsis populos ignibus urerent.
 Post hos Hesperiae finibus indita
 Illuxit fidei gratia præcocis:
 Hinc signis variis atque potentia
 Virtutum homines credere provocat,
 Ex hinc justitiæ fructibus incliti,
 Vitam multiplici sænore terminant,
 Consepti tumulis urbibus in suis:
 Sic sparso cineri una corona est.
 Hinc te, turba potens unica, septies
 Oratu petimus pectoris abdito,
 Ut vestris precibus sidus in ætheris
 Portemur socii civibus Angelis.
 Sit Trino Domino gloria, Unico
 Patri cum Genito atque Paraclito,
 Qui solus Dominus Trinus et Unus est,
 Seclurum valule secula continens. Amen.

4 *Hæc Hymnus ille: cui haud absimili elogio
 consonat Ado, Natale sanctorum Confessorum Tor-
 quati, Ctesiphontis, Secundi, Indaletii, Cæcili, Esicii,
 Euphrasii. Qui Romæ a sanctis Apostolis Episcopi
 ordinati, et ad prædicandum verbum Dei ad Hispa-
 nias, tunc adhuc gentili errore implicatas, directi
 sunt. Cumque ad civitatem Accitanam venissent, et
 propter laborem itineris modicum quiescentes, causa
 victus emendi discipulos in urbem misissent; mox
 paganorum multitudo, qui tunc forte diis suis festa
 celebrabant, eos usque ad fluvium persecuta est: in
 quo pons miræ magnitudinis et firmitatis extractus
 transeuntibus Sanctis, Dei nutu cum omni inse-
 quentium multitudine funditus corruit. Ad quod mi-
 raculum ceteri territi, et cujusdam magna Senatri-
 cis Lupariæ (quæ divinitus inspirata eos benigne
 suscipiens credidit) exemplum secuti, relictis idolis,*

Maji T. III

Christo Domino crediderunt. Post hæc divercis ur-
 bibus evangelizantes, et innumeras multitudines
 Christi fidei subjugantes, Torquatus Accii, Ctesi-
 phon Vergii, Secundus Abulæ, Indalecius Urci,
 Cæcilius Eliberi, Esitius Cartejæ, Euphrasius Eli-
 turgi quieverunt. Extat usque hodie illustre mira-
 culum ad commendationem pretiosæ mortis eorum.
 Nam eadem solennitate apud præfatam Accitanam
 urbem ad sepulcrum S. Torquati arbor olivæ divini-
 tus florens, maturis fructibus onustatur. *Hæc Ado et ex Brev
 et post eum Notkerus, ac Petrus de Natalibus lib. 5 Pinnatenst.*
*cap. 3, addens olearum istarum liquoræ ægritudines
 sanari. Tamayus-Salazar ex MS. Complutensi, litte-
 ris Gothicis exarato, hanc historiam lutiùs deductam
 refert, quam lector apud eum poterit videre, cum viz
 aliquid adducat, quod non sincerius in relato jam
 Hymno et Adonis elogio reperiat. Dedimus ad xxx
 diem Aprilis Translationem S. Indaletii, ad Pinna-
 dense S. Joannis Baptistæ monasterium in Arragonia,
 factam anno MLXXXIV. Ex ejusdem monasterio Veteri
 Breviario transcripta (quantum ex sine colligitur)
 Apostolicæ missionis historia pro trium Lectionum Of-
 ficio, et a nobis inventa est Romæ in quadam similibus
 monumentorum collectione, quæ fuerat penes Cardina-
 lem Sanseverinum, et tunc apud ejus nepotem D. Jo-
 sephum Costa inveniebatur. Hanc, quia præ aliis si-
 milibus placet, dandam quoque censemus.*

§ Singuli porro, quos dixi, Sancti proprium diem
 venerationi suæ dicatum habent, ac sere uti Martyres
 coluntur hodie: itaque de singulis seorsim egimus aut
 adhuc acturi sumus proprio loco, quando scilicet nominan-
 tur in vortis Fastis S. Euphrasius XIV Januarii, S.
 Cæcilius Kalendis Februarii, S. Hesichius Kalendis
 Martii, S. Ctesiphon Kalendis Aprilis, S. Indale-
 tius, die xxx ejusdem Aprilis, S. Secundus II Maji.
 Unus qui restat S. Torquatus et reliquorum Antesigna-
 nus habetur, apud Accitanos permansit: quorum urbs
 adhuc Episcopalis est, vulgo Guadix dicta: colens in
 tota sua diocesi ad diem XIV Junii S. Torquatum
 Episcopum et Martyrem ut primarium Patronum,
 sub ritu duplici primæ classis cum Octava. Interim in
 ecclesia Auriensi ejusque diocesis, ac potissimum in mo-
 nasterio Cellæ-novæ, colitur sub ritu duplici hoc XV
 Maji; eo quod S. Rudesindus S. Torquati ossa deve-
 lerit ad dictam Cellam-novam a se fundatam, uti ante
 hujus Vitæ late deduximus ad Kalendas Martii. § I
 num. 6.

6 *Grorgius Cardoso in Hagiologio Lusitano solum
 Torquatum retulit ipsis Kalendis Maji, quibus omnes
 ab aliis referri supra indicavimus, et de ejus Reliquiis
 in Annotatis sic loquitur: Sepulcrum hujus sancti
 Confessoris Christi, mandante Philippo Prudente,
 ad supplicationem ecclesiæ Accitanæ, apertum fuit
 anno MDCXIII: inventumque est corpus involutum
 panuo lineo perquam subtili et candido, filis sericeis
 rubris intexto, atque adeo novo, quasi ipsa
 hora istic ipsum sepelivissent. Caro in cineres reso-
 luta defluerat: sed cor restabat integrum atque
 aromatibus conditura; cranium vero obvolutum
 cruento sudario, infecti vulneris retinebat fissuram,
 unde apparuit vero martyrio consummatum fuisse,
 idemque probare potest Brachium cum manu, sua
 adhuc carne, sed exueta tectum asservatumque in mo-
 nasterio Vegiensi Ordinis Cisterciensis prope Carria-
 num: nam et hic spectatur plaga hians, inter quar-
 tum et quintum digitum: quam dicunt esse a lancea
 quæ vitam Sancto abstulit. In prædicta sepulcri aper-
 tione excepit Abbas alterius brachii cubitum, et ex
 duabus quibus componitur fistalis, alteram misit ad
 Regem pro Escuriacensi monasterio, alteram cum
 pollice donavit Cathedrali Accitanæ: Collegio quo-
 que Societatis Jesu in eadem civitate os unum obti-
 git, aliud ecclesiæ Compostellanæ, aliud denique
 Auriensis:*

ab Accitanis
 idololatris
 haud impune
 repulsi,

converunt
 Lupariam,
 et alios
 plurimos:

divisi per
 urbes varias
 plantant
 fidem Christi.

Eadem ex
 Adone confir-
 mantur.

Cultus sin-
 gularum
 variis diebus,

F
 S. Torquati
 corpus in
 cella nova
 1593 relictum,

Reliquiæ
 variis com-
 munitatibus.

A Auriensi : omnibusque in locis occasione dictarum Reliquiarum devotissime Sanctus hic colitur. Quod superfuit de ceteris totius corporis ossibus, pretiosæ argenteæ arcæ inclusum, magna cum pompa translatum fuit 1 Martii anno moci ad capellam majorem, collocatumque e regione corporis S. Rudesindi; ut in illa religiosa opulentaque ecclesia simul ambo velut Patroni honorentur.

alterius
Torquati
corpus an.
Guimariz ?

7 Guimaranensis Plebs, cui in suis Antiquitatibus suffragatur Canonicus Gaspar Estazo, sustinet ejusdem Sancti corpus in ecclesia asservari, quam oppidum istud sub ejus nomine habet, subjectam ecclesiæ Collegiatae; ideoque Officium de eo ibi fit etiam xv Maji. Sed ad diem xxvi Februarii ostendimus, ipsum esse corpus alterius S. Torquati: cujus inventio ibidem loci, qui aliquando Canonicorum Regularium fuit, recurrat ad xiv Julii. *Hactenus Carolus : qui si alios quoque sex menses sui Hagiologii perfecisset edidissetque, plura possemus de tali inventione dicere ad dictum Julii diem : nam is de quo egit in Februario die xxvi, ipse est de quo nos cum Tamayo egimus ejusdem mensis die xxiv, Torquatus cognomento Felix, ex Archipresbytero Toletano Episcopus Iriensis, inde Portuensis et Bracarenensis, fidei causa a Saracenis occisus anno dccxxiv. Hunc autem in rerum natura fuisse, nedum, præter ætatis istius morem, et secundum hujus temporis corruptelam, de Sede in Sedem commigrasse, non possumus credere solus pseudo-Juliani mendacissimo Chronico, etiam annos Christi numerante pro eo seculo, quo ejusmodi Chronologia ignota prorsus erat Hispanis, sua Æra et tunc et diu post contentis. Si id quod Guimariz repertum est corpus, aliunde constiterit nobis revera esse olicujus S. Torquati, de eo, quis fuerit et quando vixerit, potius fatebitur nos ignorare, quam suppositio ejusmodi scriptori fidere quidpiam.*

An jungendi
SS. Athanasius
et Theodorus ?

8 Porro septem Episcopis prænominatis adjunguntur a Maurolyco, Atbanasius et Theodorus comites S. Jacobi, in Hispania relictis, juxta Magistri sepulcrum apud Compostellam tumulati. *Maurolycum secuti Felicius, Galesinius et Ferronius. In Officiis propriis Ecclesiæ Compostellanae diximus ad diem v Maji referri S. Torquatam et Socios, inter quos numerantur SS. Theodorus et Atbanasius, quorum corpora collocantur in Ecclesia Compostellana At Tamayus Solazar dictum S. Atbanasium Episcopum Cæsaraugustanum fuisse asserit, et coli Kalendis Novembris. Nos utrumque seponimus, saltem usque ad Acta S. Jacobi Apostoli, ubi omnia simul accuratius examinanda erunt.*

ACTA

Ex antiquo Breviario Pinnatensi in Aragonia.

Roma ab
Apostolis
missi,

Post gloriosum Dominicæ Ascensionis triumphum, jam in Apostolis sancti Spiritus fervore regnante, tam ex Dei dispensatione, quam ex prædicandi præcepto, diversi diversa disposuerunt transmigrare loca. Ad peragendum autem tantæ salutis officium, obviis etiam ulnis Discipuli septuaginta sibi auxilio fuere, quorum septem perpetuo nomine digni, Indalesius, Torquatus, Secundus, Thesiphon, Cecilius, Hestehius, et Eufrasius, Romæ a sanctis Apostolis Episcopi ordinati, Beato Jacobo ad convertendas Hispanias destinato adhæserunt: quem parvo cum fructu ad cælicas sedes recedentem, sibi divino nutu persuadentes, quod vivus nequierat, defunctum explere, Hispanias, superno gubernaculo comitante, detulerunt. Hinc tanti Magistri solatio destituti, debitum honore locoque sepulti, Hispania gentili errore idolorumque superstitione pollente (ne saltem

hoc unum silentio prætermittamus) Accitanam Civitatem adveniunt, qui non procul ab urbe quasi stadia duodecim fatigatis artibus resederunt, ut membris, quæ fuerant itineris prolixitate confecta, paulisper indulgerent; et se, quos longum iter attriverat, quiescendo reficerent, atque arrepto calle non lassus viriliter graderentur. Sed licet membris corporis, quibus gestabantur, viderentur attriti; erant tamen cœlesti auxilio et gratia spirituali firmati, decurrente sibimet testimonio, quod ait: Sancti qui sperant in Domino habebunt fortitudinem, Igitur cum, sicut comperimus, venerandi Antistites in loco, quem jam diximus, requiescere expetissent; ad Civitatem Accitanam, propter escarum indigentiam, seque pedes suos mittunt.

2 Agebatur ergo dies, quo Jovi et Mercurio vel Junoni rituosa gentilitas festa celebrarent, et oblita superno in solio Residentis, nocuis et mortuis imaginibus vanissimo cultu solennia celebrata persolverent. Tunc videlicet in prædictæ urbis mœnia venerabilium Senum discipuli ingredientibus, viderunt infelicissimam turbam, deceptionis summæ laqueis irretitam, et perpetui barathri præcipitatione demersam, ut et per id, quod videbatur pollutis manibus perpetrare, crederet se posse salvari. Cumque sanctorum Senum comites eorundem hominum pestifera conventio adisset, agnito in eis venerabili cultu religionis et piæ fidei habitu Sacerdotum, eos usque ad fluvium, in quo pons erat antiqua mole constructus, infandus hostis insequitur; ibique divino miraculo laborante, opus quod nulla ætate credi poterat dissolvendum, eodem momento comperitur mersum, et cum cruento populo in ipsius fluminis alveo seditio pagana submergitur.

Acci idolotati is punitis,

3 Tunc enim sanctis cantantibus, Equum et ascensorem projecit in mare, Dei famuli liberantur. Quem videns eventum pars maxima terrore vehementi comprimitur, inter quos fuit quædam Senatrix, rebus inclita, et inflammatione sancti Spiritus adornata, nomine Luparia: quæ ipsorum Sanctorum opinionem ut reperit, ad eos suos nuntios alacriter destinavit, per quos summis precibus postulavit, ut ad suam venirent præsentiam. Quos ubi primum mulier videre meruit, cujus interna pectoris superna jam dona ditaverant, unde sanctissimi Senes essent, audacter interrogat: et cum illi se esse a sanctis Apostolis missos, ad Dei regnum prædicandum et Evangelium, perquirenti feminæ faterentur; docentibus illis et dicentibus, Quia omnis qui credit in Christo mortem non videbit in æternum, sed vitam possidebit Angelorum; continuo sanctorum Patrum novella discipula credere acquievit, et donum sacri baptismatis postulavit; non tamen prius quam petiit quod Sancti eligerent ecclesiam fabricare. Quæ tali jussione percepta, tam diu operi curam exhibuit, quo usque omnem fabricam ad culmen perducerent. Cum autem jam perfectum opus existeret, et universa Sanctis placuissent; fontem ex more, in quo sanctæ devotionis femina salutaris lavacri unda profunderetur, construunt. Cujus sanctum sequentes exemplum cuncti populi, qui idolorum vacuum superstitionem colebant, veterinosi criminis templum reliquerunt, et sanctorum Seniorum doctrinam avidis mentibus assequuntur. Ex tunc jam idolorum polluta sedes relinquitur, et ibi S. Joannis Baptistæ consecratum altare erigitur, et crescente fide Christi populus augmentatur.

convertunt
Lupariam,

F

4 Deinde sancti non mente segregantur, nec fide: sed pro dispensanda Dei gratia per diversas urbes dividuntur et prædicant. Beatissimus noster Indaletius, Urci potissimum (ut interim alia et loca et sanctissima gesta, brevi hac periodo non patiente, pede sicco prætermittamus) toto evangelizavit pectore.

et alios
plurimos

In diversis
locis prædicant
fidem
Christi.

A ctore. Torquatus autem Accii, Cecilius Eliberi, Cthesiphon Vergii, Secundus Abulæ, Esitius Cartesæ, Euphrasius Eliturgi: in quibus urbibus commorantes, verbum vitæ non cessaverunt prædicare. Sicque factum est, ut dum famuli Dei cœlestia prædicant dona, magnus sanctæ Ecclesiæ fructus acquireretur: unde parvum post tempus (multis jam tandem populis ad Dominum conversis) laborum suorum dignissimos triumphos, gloriosis corporibus eisdem in

locis quiescentibus reportaverunt: et ut aliis alii, B ita nobis, quantumvis indignis, nullisque nostris exigentibus meritis, suarum Reliquiarum veneranda præmia Indaletius Præsul Sanctissimus relinquere non dedignatus est. Ad cuius sacrosancta pignora, omnibus juste et qua decet devotione petentibus, omnipotentis Dei immensa beneficia, meritis ejusdem, inveniuntur et præstantur, per eum qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

DE SS. CHRYSANTHO ET FORTUNATO

PRESBYTERIS PAPIÆ IN ITALIA.

G. H.

SEC. I

presbyteri a
S. Syro
ordinati,

Urbis Papiensis sive Ticinensis primus Episcopus fuit S. Syrus, ac præcipuus ejus Patronus, cujus Acta habemus illustrata ex variis codicibus danda ad diem ix Decembris, eademque inveniuntur tomo 2 Mombritii, et ad xii Septembris a Surio edita. Ibi ista leguntur: Diffundebatur Dei gratia in civitate Papiæ, et divulgata sancti viri fama, ex diversis partibus multorum ad eum frequentia venit populorum: in qua felicissima urbe instituit Ecclesiasticos ordines, discipulosque suos Juventium et Pompeium Diaconos fecit, Chrysanthum vero virum illustrem et Fortunatum clarissimum Presbyteros ordinavit. Eadem fere habet Petrus de Natalibus lib. 1 cap. 50. Ex his Juventius, tertius dein Episcopus Papiensis, colitur viii Februarii, quando ejus Acta dedimus; et S. Pompeius, secundus Episcopus, xiv Decembris: at SS. Chrysanthus et Fortunatus Presbyteri, hoc xv Maji; quando etiam referantur a Ferrario in Generali Catalogo Sanctorum, item in Catalogo Sanctorum Italiæ, tam in Indice Topo-

graphico locorum Italiæ, quam in Indice Alphabetico Sanctorum. Citantur a Ferrario Tabulæ Ecclesiæ S. Gervasii Papiæ, in qua eorum corpora habentur. Quod ibi eorum corpora asserventur, in arca marmorea, una cum corporibus SS. Bonini, Soterii et Paulini Martyrum, affirmat lapis ex adverso positus, de quo infra ad trium istorum hoc pariter die colendorum novaina: simulque significat novissimam et communem omnibus quinque translationem factam esse Kal Novembris MDCCXXVI. Stephanus Breventanus Papiensis lib. 2 Historiæ Papiensis cap. 2 Innocentius ab Ecclesia, lib. 1 Vita S. Syri Italiæ scriptæ cap. 6; et Joannes Baptista in Breviario de Vita Sanctorum Episcoporum Papiensium, ubi de S. Syro, insuper arbitrantur, hunc acceptis ab Hermagora Episcopo Aquileiensi discipulis atque sociis, Juventio, Pompeio, Chrysantho et Fortunato, Veronam et inde Ticinium venisse. Verum, quidni SS. Chrysanthum et Fortunatum potius credamus Ticinenses fuisse, ibidemque in patria ad Christum conversos?

sepulti in
ecclesia S.
Gervasii.relati 15
Maji,

DE S. ISIDORO MARTYRE

IN INSULA CHIO.

D. P.

§. I. Acta scripta, cultus et Reliquiæ Constantinopoli, annus Martyrii.

AN. GLL
Acta anti-
quiora in
Chio scri-
pta,

Maris Ægæi insulas celebris Chios, inter Samum ac Lesbum utrimque P. M. XL distans, ubi sanctus hic Martyr moriendo professus est Christianæ fidei veritatem, nostra ætate C dedit Romæ Leonem Allatum, virum de litteris et religione optime meritum; eoque tempore quo Vaticana Bibliotheca ex S. D. Alexandri VII voluntate lustranda nobis erat, in locum demoytui Luca Holsteini Bibliothecæ ejusdem factum Custodem. Hic, pro suo ergo Patriæ Tutelarem Sanctum affectu, solcite nos manuit, ut in Codice 866 fol. 307 invenendam historiam Passionis describi nobis curaremus: esse enim eum non tantum copiosorem, sed etiam antiquiorem ea, quam Cardinalis Baronius ad annum 153 num. 133 laudavit ut Sinceram, quamque sub nomine Metraphrastis ediderunt Lipomanus et Surius. Quam id verum sit facile apparebit volenti ea, ut hic dabuntur Latine redditu, conferre cum hæcenus editis: nostra hæc scilicet ipsa esse quæ fuerunt in insula Chio descripta alia vero Constantinopoli fuisse exornata, postquam illuc translata est Reliquiarum S. Isidori notabilis pars: qua de re sic in editis legitur, Gentiano Herveto interprete.

2 Post gloriosam vero et pretiosam dormitionem sancti martyris Christi Isidori, et inimicissimam interemptionem tyranni Decii, et transitum persecutionis adversus Christianos; magna desiderio sau-

ciati Chii cives, in honorem et memoriam hujus Martyris, venerandas et pretiosas ædes excitaverunt in ejus nomine, et in iis deposuerunt ejus sanctas et venerandas reliquias. Sed divinæ quoque memoriæ Marcianus, qui fuit sanctus et beatus Cæronomus et Presbyter, qui venerandum templum S. Irenes et S. Anastasiæ in hac regia civitate divine excitavit, cum in posterioribus temporibus in somnis responsum accepisset a sancto Martyre (ab eo enim visus fuit sanctus Martyr, præcipiens ei, ut excitaret templum in suo nomine) a somno excitatus S. Marcianus divina fuit captus cogitatione: et extruxit venerandam ædem, in nomine et ad gloriam sancti et gloriosi martyris Christi Isidori, prope S. Irenen, quæ spectat ad mare, quam etiam simul dedit ipsi ædi S. Irenes. Deposuit enim sanctus et magnus vir Marcianus, in veneranda et sancta ejus capsula, partem quamdam sanctarum ejus Reliquiarum, cum aromatibus et unguento sanctificato. Quamobrem ab eo tempore per multa miracula ostendit propriam virtutem et in eo loco præsentiam, dans unicuique divina gratia ea quæ sunt ei conducibilia. Quamobrem et fugavit spiritus immundos, et multos liberavit ab infirmitate et a malis incurabilibus: et eos, qui in mari navigabant, a tempestate et periculo conservavit illæsos et non passos naufragium. Pro-

ad templum
S. Irenes
juxta mare,ante trans-
lationem
reliquiarum
CP.

pter

A pter hæc ergo et multa alia, mittimus gloriam, honorem et adorationem Deo, qui per Martyrem largitur omnibus curationes et miracula, ad peccatorum redemptionem, ad purificationem animarum, et ad salutem corporum; gratia et clementia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et potentia nunc et in secula seculorum. Amen.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT; 94 **
ubi 14
Maji colitur
insigni totius
diei officio

3 Ex hinc celeberrimus fuit S. Isidori cultus Constantiopolitani, unde etiam transiit ad Moscos aliosque Russiæ utriusque populos, sed die XIV Maji: quando et in Tyrico proponitur ejus solius nomen; et in Ephemeride metrica sic scribitur.

Τὸ δὲ τετάρτη καὶ δεκάτῃ Ἰσιδώρου ἐδέσθη.

Venit Isidorus decima quartaque colendus.

Totum autem dici istius Officium in Magnis Menæis de ipso est, atque insignis Canon; cujus singulæ straphæ, exceptis Theotocis, hujus Acrostichidis litteris, ex more plerorumque non antiquissimorum Canonum, signatus habetur, sed absque auctoris nomine.

Τὸν κλεινὸν Ἰσιδωρον ἕμῳ προφρόνως.

Clarum Isidorum mente propensa cano.

Additur epitome Passionis ex Synaxario, quod ubique tale est. Isidorus Christi Martyr fuit sub Imperio

B Decii ex urbe Alexandria. Cum vero Optionis munere in militia fungeretur, et in Insulam Chium profectus esset cum classe navium quibus Numerius præerat, apud hunc a Julio Centurione accusatus est esse Christianus: comprehensusque, et coram ipso adductus, et interrogatus an Christum profiteretur; Profiteor, inquit, eum esse creatorem cæli, terræ ac maris, verum Deum ac Dei filium, sine semine humano aut macula factum hominem pro hominum salute, et natum ex Maria Virgine. Quibus sermonibus ac doctrinis admirationem meruit audientium: multiplicibus tamen tormentis subjectus ac cruciatus fuit: ac tandem, probata fidei Christianæ constantia illis generose sustinendis, martyrii coronam excepit capite truncatus. Quod mortis genus, in præmissa ante elogium disticho, sic exprimitur:

Ἐστῆκεν Ἰσιδωρον ἐλπὶς τοῦ στέφους,

Καὶ πρὸς τομὴν ἤπεργεν ἐξ ἧς τὸ στέφος.

Omne sors coronæ movit Isidorum, impulit

Etiam ad secures, unde corona nascitur.

In sacello
quod S.
Marcianus
circa an. 460
construxit,

C Porro Marcianus iste Sanctus, qui Martyri ecclesiam divino monitu excitavit, colitur x Januarii, quando Vitam ejus dedimus: ætatem vero ejus deduximus in Annotatis ad Vitam S. Gregorii Nazianzeni ix hujus, cap. 10 litt. n, ostendentes, quomodo potuerit S. Anastasiæ aedes ab eo, dumtaxat Presbytero, necdum Oeconomus, conditu fuisse circa annum ccccxxv; factus autem Imperante Marciano Augusto circa finem Imperii ejus, id est circa an. cccclvii Oeconomus, in ea dignitate perseverasse ultra annum cccclx. Quæ omnia in post facienda Januarii supplemento confirmabit Vita antiquior, o Sergio auctore corvo scripta, quam in Bibliothecæ Ducis Sabauliæ, priusquam ea deflagraret, a nobis repertam magnæ credimus fuisse felicitatis. In hac scilicet tum alia multa ejus, quæ hactenus sola extul, vitæ errata cognovimus; tum inter alia ubi num. 14 posterior ille auctor juxta versionem Herveti, in sermonem adducit templum S. Irenes quod est ad mare positum; et meminuit ejus, quod est illi continens, divini scilicet Theodori: ibi habet Sergius, οἶκον τῆς ἀγίας Εἰρήνης, τῆς πρὸς θάλασσαν, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ σεβασμιον μαρτύριον τοῦ ἀγίου Ἰσιδώρου, S. Irenem ad mare, et quod in ipsa est venerabile S. Isidori Martyrium. Hinc corrigas licet posterioris Vitæ interpretationem (magis enim interpretis quam auctoris errarem esse crediderim) quo dicitur ædificata aedes prope S. Irenam, quæ fuit capella seu oratorium intra eandem.

4 Quod autem voluerit quidem Marcianus otibi ædificare Martyri propriam ædem; sed reliquias ejus (quas

interim in S. Irenes novo templo deposuerat) auferre prohibitus, ipso in loco ædificavit oratorium, ita ex prædicto Sergio habetur. Sic igitur affectus animo saectus Sacerdos Marcianus erga ædificationem templorum et oratoriorum, satagebat etiam Reliquiis sancti Martyris Isidori, quas acceperat, dignam ædem exstruere, eique rei idoneum perquirebat locum; interim vero thecam, sacra pignora continentem, deposuit in eo quod tunc ab ipso construebatur S. Irenes templo. Cumque eam post aliquod tempus vellet alio transportare, nemini possibile fuit eam commovere, quod impedimentum divinitus accidisse postmodum patuit. Dicitur enim ex ipsiusmet Martyris facta sibi apparitione cognovisse Marcianus, quod isto loco vellet esse contentus. Perrexit ergo præfatum S. Irenes templum fabricare in honorem gloriosi Martyris Isidori, qui etiam multis miraculis suam eo in loco præsentiam manifestat, poscentibus omnibus per Christi gratiam congrua largiens, pessimorumque dæmonum nequitiam et morbum quemlibet curans, quin et periclitantibus in mari subveniens, animas denique et corpora eorum curans, qui ad sanctum suum oratorium confugiunt.

E Hactenus Sergius, addens defunctum esse Marcianum, priusquam ædes S. Irenes dedicaretur: antea autem dixerat, quod mortuo Patriarcha Constantinopolitano S. Gennadio (qui divinitus jussus fuerat veterem S. Irenes ædem destruire, post ejus mortem ab alio splendidius resuscitandam) Marcianus, paulo ante factus Oeconomus, nova ipso in loco confirmatus visione, ea de re egerit cum sanctissimo Archiepiscopo Anatolio. Sed conversa hic transcribentium vitio Patriarcharum nomina, magnam induxerunt confusionem in Historiam; quod animadvertens is qui S. Marciani Vitam postea scripsit, ut a nobis est edita; cum priori loco nominasset Gennadium, posteriori loco omisit nomen Anatolii, contentus sanctissimum Archiepiscopum sine nomine dixisse. Verum ex ætate Imperatoris Marciani, sub quo Oeconomiam Magnæ ecclesiæ Marcianus, accepavit, et hujus mortem max secuto Anatolii Patriarchæ obitu, clarum fit, hunc esse cui facta sit revelatio; Gennadium vero ejus successorem ordinatum anno cccclviii, ædificationis novæ fuisse participem, cujus post Marciani Oeconomii cito secutam mortem perficiendæ curam suscepit Verina Imperatrix, Leonis Magni uxor. Proinde dici potest S. Marcianus ipse circa annum cccclx obiisse. Colitur autem S. Irene v Maji, ubi multa quidem ex S. Marciani utraque Vita dici potuissent de dicta illius ecclesia; sed istic non magno cum incommodo per oblivionem prætermissa, non videntur ad Appendicem referenda, cum possint in Januario legi.

F Interim ex hac tantæ vetustatis translatione; quæ priusquam fieret videtur in Chio ipsa scripta fuisse danda hic ex Vaticano Passionis historio; magnum huic auctoritatis pondus accedit; et hoc augent antiquissimi quidam Codices Latini, in quibus ipsa legitur ex Chiensi, non ex Constantinopolitano textu paraphrasticè accepta. Primus fuit monasterii S. Cæcilie, a Baronio in Notis ad Romanum Martyrologium laudatus hoc die, cujus egraphum in Vallicellana Bibliotheca reperimus hoc initio: Eodem tempore quo Decius sævissimus Cæsar graviter insecutus est Christianos: et præmittitur Prologus sic exordiens, Regum mundi actus Heroumque odas. Alter post Præloquium ab his verbis captum, Egregius Prædicator B. Paulus Apostolus, ita inchoatur. Sub Decio Imperatore quo tempore immanis persecutio Christianis facta est. estque ea historia hic multo quam in priori contractior, et continetur in Codice Vaticano 1195 fol. 233. Utrobique vero circa finem sic legitur: depositus est autem B. Isidorus pridie Idus Majas Gallo et Ulpiano Consulibus, additque Vaticanum, Sub Decio Imperatore. Baronius, quia

D ab ipso sancto apparente prohibitus ejus reliquias alio ferre;

E Idque non sub Anatolio,

sed sub Gennadio Patriarcha.

Passionis historia antea in Chio scripta,

assignat Consules Gallum et Ulpianum;

A quia in fastis Ulpianum non reperit, legit Gallum et Volusianum, sed ita notaretur unus cœli proximus post cædem utriusque Decii, quorum nominibus annus præcedens cœli insiguitur.

Et autem nuper inventus est primus Consulatus Maximiani

7 Magnam quidem lucem Historiæ adferunt Consulares fasti, et studiosos antiquitatis mirifice juvant, maxime postquam eos habemus jam illustratos correctosque ab Ægudio Bucherio nostro; occurrunt tamen nonnulla interdum, quæ difficilem habeant solutionem. Sic de primo Maximiani Consulatu multum varieque disputatum fuit. Victorius cum Diocletiani secundo eum in suis Fastis composuit; sed Diocletianum anno cclxxxv una cum Aristobulo inivisse secundum suum Consulatum, constat: falli autem eos qui Aristobulum, eo quod Carino adhæsisset, exactoratum, eique suffectum Maximianum primum hunc Consulatum habuisse dicunt, patet ex Compendio Romanæ historiæ, quod Sextus Aurelius Victor scripsit, et noster Andreas Schottus vulgavit; ubi dicitur, occiso Carino, ceteris venia data, retentique hostium fere omnes per officio sua. ac maxime vir insignis Aristobulus Præfectus Prætorio: non igitur ei abrogatus Consulatus, qui etiam permissus titulum tenere quem a Carino acceperat. Perplexitati huic tandem occurrit Medicæus nummus, nuper a P. Henrico Noris insigni Commentario illustratus, Consularis simul ac Triumphalis: ejus pars Antica IMP. DIOCLETIANO. ET. MAXIMIANO. AUG. inscripta, postica IMP. DIOCLETIANO III. ET MAXIMIANO. COSS. Gessit autem Diocletianus an. cclxxxvii suum hunc tertium consulatum; cum quo Maximiani secundum perperam conjungi, multis deinde argumentis idem Noris conviavit: successisse autem sequenti anno, non Marcum Aurelium Maximum II cum Pomponio Jannario, sed Maximianum Herrulium, ex antiquis fastis tam Latinis quam Græcis Maximianum II et Jannarium notantibus, clare habetur: idque confirmat nummus Panviniæ cui inscribitur IMP. MAXIMIANUS. AUC. TR. P. II. COS. II. PP. quia Tribunitiam potestatem adeptus Kal. Aprilis anni cclxxxvii, ipso quo secundum Consulatum gessit anno, ab iisdem Kalendis cepit annum istius Potestatis secundum numerare. Anno autem ccxc Diocletianus IV et Maximianus Herculeus III sic fuere Consules, ut deinde nulla in eorum Magistratibus supputandis difficultas occurrat.

Ita, cum an. 252 Gallus II Cos. fuerit, cum Volusiano,

8 Areo intelligere quid vir iste in tabulis eruditissimus, in iisque feliciter quom in Theologicis dogmatibus versutus (quamquam in his non ipse, sed alii ejus nomine larvati, saltasse extra choram orthodoxarum videantur) expecto, inquam, quid Henricus Noris, post quam hæc legerit, de primo Galli Consulatu sit iudicaturus. Quem enim in Catalogo antiquissimo Romanorum Pontificum, ubi agitur de Cornelio et Lucio, legimus Galli et Volusiani communem Consulatum, absque ullo numero; is in veteri apud Panviniæ inscriptione sic notatur: ACTUM PR. KAL. AUG. IMP. DD. NN. GALLI. AUG. II. ET VOLUSIANO AUG. COSS. Quærendus igitur nobis restat Galli Consulatus I, quem non cum Volusiano, sed cum Ulpiano hic nominato gesserit. Mihi in presentiarum nihil occurrit convenientius, quam ut dicatur Gallus, post Decios merita exitio sublato, mense circiter Novembri, non solum Imperatoris assumpsisse titulum, sed etiam Consulatus, adscito in Collegam Ulpiano; itaque factum, ut qui Deciorum abominabantur memoriam, annum cœli signaverint nominibus Galli et Ulpiani, quamvis extrema solum anni parte Magistratu functorum: quod secutus is, qui scripturis S. Isidori Passionem primus materiam subministravit, eosdem Consules etiam ipse expresserit; addiderit tamen sub Decio Imperatore, ut hac etiamnum vivente et prius quam alii sufficerentur, res acta intelligeretur.

videtur annus 25, primo ejus et Ulpiani Consulatus adscriptus

VIDE APP. TOM. VII MAJI NOT. 99.

§ II. Sepultura S. Isidori: Translatio corporis Venetias.

Menzæ Græca ad ii Decembris, brevia sed illustra proponunt S. Myropes in eadem Chio Christum confessæ Acta; quibus præmissum supra S. Isidori elogium fere verbotenus inseritur, ac deinde hæc de ejus sepultura adduntur: Sancto autem in quamdam voraginem projecto ad escam volucrum, et custodibus ex mandato Ducis ad cadaver observandum positus, divino zelo stimulat S. Myrope, venit noctu cum ancillis suis; et sacrum corpus honorifice ungens, præclaro in loco posuit. Narratur deinde quomodo eadem periculum, ab irato Numerio custodibus imminens, in se overterit, raptum a se corpus satendo; eique post verbera raptationemque crudelem conjectæ in carcere, media nocte inter choros Angelorum apparens S. Isidorus, eam ad gloriam cœlestem invitavit; quæ et continuo ibidem expiravit, suavissimo odore locum et custodes complens. Sic denique dicitur: Hæc omnia sic nobis narravit is, qui tum excubabat, et singula vidit atque audivit, ideoque conversus ac baptizatus, etiam martyrii coronam suscepit. Dubites an diversus ab Ammonio, de quo dicitur in ipsis S. Isidori actis, quod cum ipsius Sancti socius fuisset, ejus corpus una cum aliis Fratribus sepelivit, ejusque consilio Hellespontum versus navigans, perfectam veri agonis coronam in Cyzicena civitate recepit. Hæc autem cum Actis S. Myropes sic videtur posse conciliari, ut ipse Ammonius unus ex custodibus fuerit; qui digressis aut dormientibus sociis ad locum accedenti S. Myropæ, commoditatem præbuerit sepeliendi corporis, imo et adjutor pii operis fuerit.

D LUCTORE D. P.

S. Myrope,

adjuvante S. Ammonio, sepelivit corpus S. Isidori:

10 Paraphrasis a Lipomano edita Ammonii et Myropes circa Sanctum officia conjungit: sed infeliciter. Cum enim juxta vetera quædam Acta scripsisset de Ammonio: Quidam autem Ammonius, qui erat ejus amicus, fodit in eo loco, et clanculo in eo posuit venerandum et sanctum ejus corpus. cum nemo auderet eum sepelire: sic enim jusserat iniquus Numerianus, eum non sepeliri, sed projici comedendum a volucris cœli. Deinde de S. Myrope hæc addit: post aliquot autem dies, cum venisset ex Epheso veneranda et pia Myrope, propter imminentem Christianorum persecutionem, et accepisset de sancto Martyre Isidoro, quærebat locum, in quo projectæ fuerant venerande et sanctæ ejus reliquie. Quem cum cognovisset, noctu ad locum accedens, et manus suas orando ad cœlum extendens, fuit voti sui compos. Et cum invenisset venerandum et sanctum corpus Martyris, custoditum ab Angelis, et resplendens instar luminis: cum magno gaudio et lætitia apprehendens reliquias, eas unxit unguento. Et cum eas sindone munda involvisset generosa et præclara hæc mulier, cum suis ancillis eas exportavit, et tulit in domum suam, Deum laudans et glorificans. Quam male hæc cohæreant quis non videt? Nam quod ipso in loco defodit Ammonius, qui potuit sub custodia jacuisse insepultum, donec veniret Myrope et illud in domum suam inferret? Præterea domum suam haud dubie intra urbem Myrope habuit, sepultus autem sanctus Martyr est ipso in loco in quo fuerat cæsus, atque extra urbem, et (ut ait utrumque MSS. Latinum) intra cannetum: qui locus, ut habent Græca, vocatur Φαρυγγος γαρύξ, Fovea abyssus, aut (ut MS. S. Cæciliæ) Augustus vicus, hoc est puteus profundus et devius.

non autem ab Ammonio sepultum,

in domum suam translulit.

11 Petrus de Natalibus, lib. 5 cap. 2, Acta quædam S. Isidori habet, sed parum sincera: quippe quibus inseritur conversio Aphræ meretricis, et trium puellarum ejus atque matris, apud quas hospitatus Sanctus cum Amelio socio, post lucernam divinitus accensam, instructas

Acta apud Petrum de Natalibus parum sincera.

A instructas Phyloronio Presbytero tradiderit baptizandas, quasi hac causa Martyrii fuerit. Colitur illa v. Augusti, Augustæ Viudelicorum Patronæ, ubi et conuersa et passa creditur. Interim non absimile vero est, ex allatis Chio notitiis de S. Isidoro, tormentorum ab eo toleratorum genero, fusius quom vctera Græca ac Latina habeant, fuisse descripta a Petro, tacito quod illa referunt exactæ linguæ cruciatu; unde hic quoque fides eorum vacillaret, nisi Menæa tam xiv Maji quam ii Decembris affirmarent, post varia tormenta gladio adjudicatum Sanctum fuisse. Petrus autem ea sic refert. Numerianus Isidorum tenuit, et primo in quatuor lignis extensum, bovinis nervis crudis graviter cædi iussit: deinde in carcerem misit. Et cum Christum constanter confiteretur, inde eductus, pedibus equo alligatur, et per asperas et montanas crepidines distrahitur: moxque virtute divina in ipso loco, per quem tractus est, aculei et spinæ in arbores gummi mastiches defluentes conversæ sunt: et in testimonium ejus martyrii manant usque in præsens. nec valent in loco altero transplantari, quin continuo desiccantur aut gummi numquam emittunt. Deinde eamino ignis inmissus, cum inde illæsus exisset, jussu Numeriani decollatus est. Corpus quoque ejus in puteo a paganis projectum, ab Amelio ejus comite et Myropa sancta matrona inde levatum, juxta eundem puteum sepultum est. Sed et supra corpus et puteum processu temporis basilica a fidelibus constructa, puteum intra sui ambitum tenet, de cujus aqua omnes ægri potantes sanantur, ut dicit Ado.

plura ejus
tormenta
describunt:

Est autem
sepultus

ad puteum
miraculis po-
steu clarum,

12 Quod scripsit Ado, accepit a S. Gregorio Turonensi: qui de S. Isidoro sanctissimo Martyre lib. i Miraculorum cap. 102 sic loquitur: Isidorus Martyr in insula Chio quiescit (sic enim est nomen insulæ) puteum in basilica Sancti habens, in quo et fertur injectus: de cujus aqua energumeni febricitantesque vel reliqui infirmisæpius potati, salvantur. Dicitur etiam ibi lumen, quasi cereus ardens, a fidelibus sæpe videri. Sed et ego vidi Presbyterum, qui se affirmabat hoc lumen de ore putei sæpius contemplatum fuisse. Hinc primi Ado et Usuardus (nam genuinus Bedæ et Florus tacent) ad diem xv Maji, ex solo forsitan numeri errore, qui ad alios postea Latinos atque etiam ad Romanum Martyrologium transit, ita scripserunt: Apud insulam Chium natalis S. Isidori Martyris, in ejus basilica extat puteus, in quo et fertur injectus: de cujus aqua infirmi sæpius potati salvantur. De projectione in puteum nihil quidem habent acta seu Græca seu Latina: verosimile tamen esse puto quod sacrum corpus, post intentam aliquot dierum custodiam, ab excubitoribus ejus officii pertæsis, revera istuc injectum fuerit; iisque vel ultro dilapsis vel astu submotis, venisse eua Myrope Ammannum, et caelesti indicio aliquo vel lumine prodigioso indientum (ut habet præcita Paraphrasis) inde extraxisse ac reverenter tumulasse. Cujus rei indicio ad Numerianum perlato, cum in custodes inquireretur, latente Ammonio, se manifestavit Myrope, et coronam promeruerit.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 96 **

tum sec. 12
translatum
Venetias

13 Ut ut est, mansit in prædicta Sancti ecclesia ipsius corpus (ea solum parte excepta, quæ Constantino-polim jam olim translata fuerat) usque ad sacri Belli et Calojoannis Imperatoris tempora. Cum enim a Venetis casu esset anno MCCCXXII Ægyptia Savacenorum Joppen obsidentium classis, et recepta sequenti mox anno Tyrus; eoque Christianorum res, Balduini Regis captivitate vehementer afflictæ, insigniter restitui capissent; felicibusque Venetorum successibus invidens Imperator Græcus, inferendo iis bello cogisset ad propria tutanda respicere. Tum scilicet redeuntibus illis, Dux eorum Dominicus Michael, post Rhodum expilatam, Chium quoque pari affecit clade, ex ipsaque insula S. Isi-

dori corpus sublatum Venetias deportandum curavit, quod in aurea D. Marci æde est conditum, eo quidem sacello quod a Narsete ex hostium manibus erectum supra ostendimus, inquit Sabellius Decadis 1 lib. 6 sub finem. Indicat is locum libri 1, ubi dixerat Narsetem, ob egregiam in bello Gothico operam a Venetis navatam, duo in urbe adhuc nova fona suo nomine ex hostium manibus erexisse: Theodoro Martyri unum, quod hoc tempore aurea D. Marci æde continetur; alterum, quod e regione ipsius ædis in summa area cernitur, Menæ et Geminiano sacrum. Ejusdem translationis meminerunt et alii Venetæ Historiæ scriptores, ac nominatim Joannes Nicolans Doglioni lib. 2 et Paulus Morosini lib. 5, uterque Italica lingua, primus anno 1598, secundus 1637 sua vulgans. Galesinius autem ad xv Aprilis, allegotis Venetæ urbis Annalibus (iis credo quos Sabellius scripsit) sic habet: Venetiis Translatio S. Isidori Martyris, cum e Chio insula ejus corpus ad eam urbem asportatum est. Galesinium secutus Ferrarius in Catalogo generali, in notis eundem aliosque allegat, quibus, inquit, Tabulæ Ecclesiæ Venetæ consentiunt hac die. Verum non hac, sed sequenti die, Translationem revoli, testatur Ordo recitandi divinum Officium, juxta ritum ecclesiæ Patriarchalis et diocesis Venetiarum, impressus anno 1657; et hujus usus antiquitatem dicto die confirmat MS. Usuardus apud Conventuales Chamberii in Sabaudia, ubi additur: eodem die S. Isidori Martyris: quod fere sic etiam legitur in nostro MS. Florario Sanctorum. In prædicto autem Ordine notatur pro ista die Officium duplex: et additur quod corpus est in ecclesia Ducali S. Marci et fit solennis processio. Diem tacens, sed rem ipsam affirmans Petrus de Natalibus, quom supra attingimus Passionis historiam sic concludit: Tempore vero Domini Michaelis Dneis Venetiarum, corpus hujus Martyris, inde a Venetis ad earum urbem translatum, quiescit in Ducali Basilica S. Marci.

D
ad adem s.
Marci

quæ translatio
colitur non
15 sed 16
Aprilis,
E

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 97 **

14 Qua auctoritate aut fide Sabellius conditorem Sacelli Isidoriani fecerit Narsetem, ipse viderit. Ego cum rogassem R. P. Danielem Simonetti, ut me de singulis eo spectantibus accuratius informaret; ipse ex quodam opere impresso Italico de Mirabilibus Venetiarum, diviso in libros 14, descripsit sequentia, prout ea libro primo leguntur. De hac capella separatim auctores nos, supra promisimus: nunc vero absoluta descriptione omnium interiorum partium hujus famosissimæ Basilicæ, omniumque altarium, fornicum, arcuum, columnarum, pilarum, ipsarumque (quod operis molestissimi fuit) historiarum musivo expressarum, versuumque et epigrapharum circumcirea legendarum pœne infinitarum: post hæc, inquam, omnia sic descripta, congruum existimamus hoc loco describere quasdam istius capellæ partes. Jacet illa ad latus dextrum navis majoris in crucem procurrentis, et vocatur Capella S. Isidori Martyris; quia ejus corpus ibi jacet in pulcherrimo sepulero marmoreo, cum parvulis figuris inibi desculptis, Martyrii seriem representantibus, cumque ipsiusmet Sancti statuenlo aliisque duobus SS. Marci et Joannis Baptistæ: supra ipsum vero jacet justæ magnitudinis statua, jam dictum S. Isidorum representans. Auctorem capellæ indicat titulus supra sepulcrum positus, atque his verbis Latine conceptus: Corpus B. Isidori præsentis area elauditur, Venetias delatum a Chio per D. Dominicum Michaellem, inclitum Venetiarum Ducem, anno Domini MCCCXXV: quod occulte in ecclesia S. Marci permansit usque ad inceptionem ædificationis hujus capellæ, suo nomine ædificatæ, inceptæ ducante D. Andrea Dandulo, inclito Venetiarum Duce, et tempore nobilium virorum DD. Marci Lauredano et Joannis Delphino, Procuratorum ecclesiæ S. Marci; et completæ

in proprii
nominis sacel-
lo, et marmo-
reo tumulo,
F

sub an. 1335
absoluto.

A completæ ducante D. Joanne Gradonico, inclito Venetiarum Duce, et tempore nobilium virorum DD. Marci Lauredano, Nicolai Lion, et Joannis Delphino Procuratorum ecclesiæ S. Marci, in MCCCLV, mense Julii die x. Sub fornice porro hujus capellæ cernitur varie partita depictaque Martyrialis agonis historia : ex altera modus translati Venetias corporis, quem et subjecta lemmata explicant : primum enim sic legitur : Cerbanus a Duce reprehenditur, quod corpus B. Isidori latenter subtractum absque ipsius conscientia ad navim detulerit, ipsumque in terram deduci mandavit. Videtur autem Cerbanus hic exprimi tamquam Calogerus Græcus, custos sacri illius depositi, qui fugere cum eo sit conatus. Sub proximo quadro hæc sunt verba : Jussu Ducis corpus B. Isidori Venetias conducendum. Deinde sic scribitur : Hic corpus S. Isidori ad ecclesiam S. Marci maxima cum reverentia portatur.

ubi picta
historia
translationis.

Post Ducis
Marini Fa-
letri suppli-
cium insti-
tuta illius pro-
cessio.

B 15 Hactenus ille : qui deinde lib. 12 ogeus de omnibus processionibus, quas variis temporibus ad varia loca Dux cum Senatu universo instituit ; et singularum causas explicans, de ea quæ ad S. Isidori capellam ducitur die xvi Aprilis, sic disserit : Solemnitas hæc a Senatu instituta est, quia tali die liberata fuit Respublica a periculosissima conspiratione Marini Faletri Ducis LIV anno MCCCLV : qua de re Georgius Poeta Venetus sic canit :

Cur Isidori fiat solenne quotannis

En refero, usque adeo cur celebretor idem.

Privatas causas ulturus in urbe Marinus,

Faletro illustri sanguine progenitus,

Collectis aliquot navarchis prodere quosdam

Tractavit, majus jus sibi et arripere.

Re comperta, hi, tunc fuerat quibus ipsa potestas,

Comprehensum juri supposuere Ducem.

Convictus demum, capite est percussus in aula,

Quo jusjurandum præstiteratque loco,

Jure igitur finem hunc pariterque hæc justa Mari-
[nus,

Proque ausu acceperit, pro meritisque tulit.

Etenim in dicta processione ferunt Commendatores duodecim accensas faces ; representantes hoc modo dicti Ducis exequias, absolutionem ipsius capellæ supranotatam uno anno prægressas.

pars reliquia-
rum in Ca-
talonis.

C 16 Antonius Vincentus Domenecus historiæ generali Sanctorum Cataloniæ Vitam S. Isidori inseruit : quia aliquas ejus reliquias magna cum veneratione asservat ecclesia parochialis Martorelli in Episcopatu Gerundensi : non tamen addit quales, aut unde, aut quando advectus. Hinc Tamayus de Salazar in suo Martyrologio Hispanico diem xv his verbis concludit : Apud Martorellum in Catalonia Hispaniæ depositio sacrorum pignorum S. Isidori Martyris, qui agnem in Chio insula consummavit : cujus pars pignorum Venetiis, pars Martorelli honorifice quiescunt. Deinde in annotationibus subjungitur Actorum epitomæ, ex Petro de Natalibus sumpta cum eodem quod supra notam figmento de S. Aphra, per Isidorum conversa.

B. Isidorus
CP. sec 6
nobis ignotus.

17 Hujus porro Sancti militis occasione monitum lectorem velim, fuisse Constantinopoli, teste Codino in libro de Originibus, Isidori ædes, quas Beatus Isidorus Eubuli frater condidit : fuit autem (ut paulo ante apud eundem Codinum legitur) Eubulus Patricius tempore Justini Thracis, id est senioris, post initium seculi vi : Quantum autem ex præfixo titulo ἱσίδου colligitur, Presbyterum fuisse oportet hunc Isidorum : sed an cultus aliquando ut Sanctus fuerit, et quo die, cum nomen in nullis fastis reperitur, incertum est mihi. Et hæc causa est quare ipsius hic fecerim mentionem, si forte indicio facto, alicunde plenior notitia offeratur.

ACTA

Ex MS. Græco Vaticano, collato cum duobus antiquis MSS. Latinis et paraphrasi edita per Lipomanum et Surium.

VIDE ACTA
GREGA

A Anno primo quo imperare cœpit a Flavius Decius, cum ab eodem Imperatore, ut milites conscriberentur, decretum b emanasset, quædam in Chium navis appulit, ut dicta jam conscriptio istic quoque institueretur. Tunc igitur inter milites beatus etiam Isidorus est relatus ; qui bonum atque perfectum in Christo Jesu Domino nostro certatorem sese exhibuit. c Aliud deinde latum est decretum, ut quicumque Domini Jesu Christo famulabantur, et non Imperatorum mandatis, sed ejusdem Domini Jesu Christi præceptis audientes erant, secundum prædictiones Propbetarum, abnegata in Christum religione ac pietate, ad impios dæmonum errores admittendos cogerentur. Illo quoque tempore contigit ut ad Chium orbem recenter conscripti milites accederent, Duce quodam Numerio. Beatus igitur Isidorus, cum d Optionis munus et dignitatem sustineret, annonam suis omnibus ex æquo distribuebat ; omnemque mali dæmonis errorem aversabatur, nihili omnino faciens si quid contra quam æquum ac iustum erat, fuisset imperatum. E militibus porro unus, qui centurionis munere potiebatur, magna, Caini ad instar, invidia amentiaque actus, S. Isidorum apud Numerium militiæ Præfectum accusare conatus est, ut a dignitate, qua inter commilitones eminebat, eum e deiceret, rem aggressus eventu doctam.

a

b
Decio Chri-
stianos per-
sequente,

c

E

d

e

2 Centurio igitur ille, pessimi dæmonis amicus, et Judæ proditoris non absimilis, Julius nomine, a veritate excidens, et in mendacio confidens, omnique malitiæ attingens apicem, Decii Imperatoris adversus Christianos operibus consensit, ita ut idola precibus et sacrificiis colere non erubesceret. Julius itaque Ducem militiæ f Numerium conveniens, hoc modo locutus est : Summe maximeque et præcipue Imperatoris nostri in bello Dux, hic inter nos versantur nonnulli, qui adversus Imperatoris mandata excipiunt, ejusque edictis obtemperare se posse negant, in non exiguum Prudentiæ tuæ præjudicium vult quippe Imperator, ut nemo sit qui ejus edictis non promptissime pareat. Numerius militiæ Præfectus dixit : Numquid tu, Joli, Centurionis apud nos locum obtines ? Age ergo et nobis indica, quæ est hæc adeo obscura et ingrata plane nostri compellatio ? Quis tandem ille, cui non exiguum jure merito supplicium venit irrogandum ? aut qua ratione cognoscere potuisti, esse aliquos qui Imperatoris nostri edictis adversari audeant ? eloquere ocuis. Julius dixit : Quidam Isidorus, annonæ Præfectus, iniquus ille est, qui mandata Imperatoris exequi, et diis nostris sacrificare omnino recusat. Ilanc igitur inverecundam hominis inobedientiam cum didiceris, tuæ potestatis erit efficere, ut edictis Imperatoris pareat : universi namque judicio tuo subjacent, atque hunc in finem dignitate illa et venerando honore præfulges. Numerius dixit : Cessante jam edicto, nulla que urgente necessitate, sub humanissimo Imperatore, quæ te invidia, quæ inimicitia, insane et veritatis inimice Juli, invasit ? cum peracta modo sit conscriptio militum, edicta Imperatoris executioni esse mandata nemo non videt. Cumque Isidoros militiam non recusaverit, omnes æquitatis leges implevit.

Julius
Centurio

f
Isidorum
Optionem
apud Nume-
rium, quod
Christianus
sit accusat.
F

3 Julius dixit : Nequaquam, Domine mi, tuam istam potestatem decet, ut Imperatoris causam pro-
das

et ut punia-
tur agit.

A das. Etenim si militiæ edictis universi modo pareant, hoc solum superest ut deorum sacrificia jure tuo ac pro potestate ab omnibus exigas. Numerius dixit : Metus nobis est, ne, quæ nos docere cupis, vano solum sermone sint innixa. Sed age, et dictis tuis fidem adstrue. Ecquis Isidorus? Novimus sane quantum ille Deum colat, et quod hac in parte Imperatoris edicto audiens non sit. Julius dixit : Lege cautum est, ut quicumque persuaderi sibi non sinunt, suppliciiis addicantur, et diis qui in Olympo sunt sacrificent, cum ab iis quoque suum Decius Imperator genus repetat. Numerius dixit : Non est quod amplius a diis expectet nostra dignitas, ita omni ex parte salutem sui adeptus ex quo iis sacrifico. Optimum profecto consilium nobis suggessisti, Juli. Isidorum, quem dicis, huc advoca. Tunc curriculo abiens Julius, cum aliis tribus ferocioris indolis militibus, Isidorum, rerum quæ agebantur ignarum, apprehendit, et dixit : deorum nostrorum vindex justitia hoc ut facerem jussit, ob profundam in qua versaris eorum ignorantiam, diis namque oportet sacrifices, eosque religiose colas : ita quippe jubet Imperator Decius. At beatus Christi Martyr Isidorus, gaudio plurimum exultans, et Spiritus sancti gratia ad certamen comparatus, modeste ait ad Julium : Ita sane fiat : pergamus alacriter ; nunc enim certaminis tempus advenit. Quapropter magna animi mei voluptate cum Belial congressurus in arenam descendo, Spiritu sancto plenus, gratiæ diviniæ perfusus rore, nec non coronæ pulcherrimæ expectatione lætus, omnibus qui mecum sunt venturi absque hæsitacione ulla firmis ratiocinationibus præclarum ostensurus certamen ; ut Sanctorum suorum precibus permotus Deus, illum ex corde diligentibus vitam largiatur sempiternam, per Jesum Christum Dominum nostrum.

et ad Numerii
tribunal per-
ductus fidem
fatetur :

4 Isidorus interim a Julio et militibus comprehensus, ante Numerii Ducis militiæ tribunal fuit constitutus. Hunc simul atque Numerius est intuitus, Ecquod, ait, tibi nomen? Cui alter dixit : Isidorus. Ac Numerius : Tunc ille es qui Imperatoris edictis parere abnuis, et diis te sacrificaturum negas? B. Isidorus dixit : Quæ enim esse potest virtus aut potestas imbecillium ejus Deorum, ut iis qui nullibi sunt sacrificem? Numerius dixit : O pertinacis mentis tuæ pessimæ duritiem : Quam duris et horridis contra deos vocibus es usus ! jam nunc deorum ira ad audaciam tuam puniendam concitata parataque est. Timor est ne propter blasphema illa tua dicta nobis quoque dii supplicio inferant. B. Isidorus respondit : *g* Quidcumque dixeris, nihil mihi nocumenti afferet. Christus siquidem, qui omnia creavit, et cui humanum omne genus inservit, jam in promptu est, ut te Julium et Imperatorem tuum Decium dividat medios. Numerius dixit : Videamus enim vero Dei tui judicium, et qua ratione te protegetur sit, si diis nostris sacrificare deinceps abnueris. B. Isidorus dixit : Ego sano gloriosa victoria coelestem jam nunc ex hostibus Filii Dei invisibilibus coram adeptus mihi videor. Numerius dixit : Nulla te, Isidore, molestia suppliciiis possum objicere. Sed nunc te mihi audientem præbe, et secundum Imperatoris nostri edicta, diis sacrifica, ut ne ira ejus contra te erumpat. B. Isidorus dixit : Minis tuis adhuc a me resistitur. Sic namque mihi minaris acsi animam meam occidere valeres. Sed in solam corpus, non etiam in animam meam, potestas tibi est concessa : sola autem anima vivit quidquid vivit. Ceterum quod lubitum tibi fuerit effice ; numquam enim me adduces ut interminabilis lætitiæ coronam sociordia mea amittam ; illa siquidem vitæ mihi verissimæ est adinstar. Quidquid igitur, ut dixi, animo tuo est collibitum, contra me fac : neque enim Christum ex

Numerii
minas

animo meo unquam aut mente dimittam, cui omnia in timore subjecta sunt.

5 Numerius dixit : Sine tibi persuadeam, Isidore, et diis Sacrifica ; quo facto, nihil erit quod noxiæ tibi quidquam inferre possit. Ætatis tuæ robur ac pulchritudo commiseratione digna est ; adolescens namque et grato admodum aspectu existis : nec genus tuum et dignitas, qua excellis, animo tuo excidant : quam omnibus sit jucunda insignis illa tua venustas, generis claritas et adolescentiæ vigor, tecum perpende, ut sic quasi e diis aliquem in honore ac veneratione te habeamus. B. Isidorus dixit : Ego diu noctaque misericordissimum Deum obsecro, ut ab omni errore quo tu, Numeri, laboras, quam longissime recedere universi possimus ; utque ad veritatis agnitionem pervenientes, Deum unum, rerum omnium Dominum, unanimiter colere discamus. Error siquidem, in quo versaris, mali omnis fons et principium esse convincitur. Numerius dixit : Ecquis ille tuus Deus sit, cupidus sum cognoscendi. Si namque eum cognovero, mox duræ omnis necessitatis vincula et carceres evasurum me autumo. Isidorus dixit : Audi me, Numeri, si, ut ais, discendi avidus es. Noster, hoc est, Christianorum Deus in principio creavit cælum, terram, ac maria et quidquid in iis est reperire. Hominem deinde ad propriam sui ipsius imaginem et similitudinem formavit, quem etiam rerum omnium a se creatarum dominum esse voluit ; omnia quippe subjecit pedibus ejus, ipsumque in paradiso voluptatis collocavit. Verum diabolus, tantam homini felicitatem invidens, mulieris ac conjugis ejus opera usus, eundem decepit : qui ubi divinam jussionem violare non est veritus, e paradiso voluptatis, cacodæmonis insidiis superatus, tandem ejectus fuit. Tunc Adam cognovit Evam uxorem suam, quæ geminos illi filios peperit, Cain et Abel, Cain porro erat agricola, Abel autem pastor ovium, probus ac justus. Huic quoque diabolus invidens, impium furorem et amarum zelum Caino immisit, atque in fratrem concitavit, qui et Caini manu deinde est occisus. Eodem prorsus modo te nunc diabolus per Julium impellebat, ut Dei unius legem non solum non attenderes, sed me quoque ad impium idolorum cultum traducere conareris ; ut ejus quam jam olim amplexus sum fidei bravium amitterem. Verum is qui omnia moderatur Deus sua me virtute confirmat, ut impios vestros conatus effugiens, meritam ab ipso coronam reportem.

et blanditias
generose
superat :

E
Fidei mysteria
explicit :

6 Numerius dixit : Nequaquam verbis in tuas, Isidore, partes me transferes. Tu quidem ista clamitans Dei tui placita cupis propalare, atque insanas fabulas antiquo sermone ornatas in medium adducis : sed, ut militem decet, illustrius potius nostri Imperatoris decretis obtempera : quod si renuas, flagellis ac verberibus et gladii supplicio ex hac luce vitæ expellendum te scias : si vero verbis meis persuasus, Imperatoris voluntati parueris et diis immortalibus sacrificaveris, divitias a nobis ac majores etiam honores consequere, et (quod præcipuum est) ab ipsis nostris diis rerum omnium effectoribus plurimum amaberis. B. Isidorus dixit : Christum mundi totius Dominum eum timore veneror et adoro, ut ex impiis vestris manibus me eripiat. Quis enim deos esse existimatis, metalla sunt et lapides, opera manuum hominum, quibus tamen ipsi nullo unquam tempore auxilium afferre possunt. Numerius dixit : Age videamus Dei quem jactas potestatem. Nullus profecto est, quem dicis Jesum. Sane si existeret, tibi modo non deesset, atque e manibus meis eriperet. Isidorus dixit : Scelerate, impie, et blaspheme, Dei miserationem habes contemptui, ejus ignorans providentiam et futuri judicii inevitabilem ignem, quando omnium quæ impie egisti ratio a te erit repositenda.

in idola et
Tyrannum
invehitur.

cruentæ

A Cruente ac veræ Divinitatis ignare, qui hominum potius quam Dei metu agis, quæcumque agis; nefarie et infelix, qui nihil spei bonæ habere potes cum insano illo Julio, per quem incorruptibilis Dei iram provocas, et mundum in perniciem præcipitas, demortuis hominibus sacrificia offerens, et in diis inanimum fiduciam collocans. Desiste ergo imposterum, nec amplius me interpella; nec minis tuis unquam me terrendum autuma. Fide namque in Christum omnia audeo, per quem ad sempiternam in cælo vitam agendam evocor. Nihil autem opis in Julio Centurione tibi est futurum.

Lingua Martyri excinditur.

h
Numerio loquelam amittente,

7 Tunc Numerius, ira et indignatione plenus, dixit: Calumniari quidem tibi nunc est proclive, verum ego sceleratam istam linguam excindi absque mora jubebo. Isidorus dixit: Si linguam meam excindi jusseris, non tamen persuadebis ut ex impiis tuis quidquam degustem: Jesum Christum siquidem, sub Pontio Pilato cruci affixum, et a mortuis redivivum, et in cælos receptum, adoro; neque aliter ut faciam persuadere unquam poteris. Tunc scelestus Numerius linguam ejus excindi h præcepit. At B. Isidorus tyrannum irridens, supplicium pertulit. Repente autem Numerius in terram prostratus, linguæ usum amisit; sic ut Numerii militiæ Ducis casum universi admirarentur, et complures in Dominum Jesum Christum crederent. Cumque hominem e terra sublevassent, linguæ usu privatum esse deprehenderunt. Tunc innuens ut pugillares adferrentur, hæc in iis scripsit: Hæc contra Isidorum lex est lata, ut, cum Imperatoris nostri edictis obtemperatum sese neget, gladio caput amittat. Tum beatus Christi Martyr Isidorus, acceptis pugillaribus ac sententia perlecta, dixit: Gratias habeo, Domine Jesu Christe, quoniam haud procul a gratia tua absom: Psallo tibi, Domine, qui vita et spiritus meus es: psallo tibi, Domine, qui mens meæ mentis et vigor es i.

i

k

l

8 Lictores ergo apprehensum Isidorum ad supplicii locum perduxerunt; qui gaudio magno exultans velut agnus innocens ad occisionem pergebat: et sicut Abrahamus k Deo olim dona obtulit, ita et Isidorus morte pro Christo obita aliis se exemplum statuit. Ad locum ubi pervenit, quem Convallis l Fossam nuncuparunt, positus in terra genibus et signo Crucis omnibus corporis partibus impresso, dixit: Benedico te, Pater Domini mei Jesu Christi, quoniam tua hodie voluntate traditus sum, et ad vitæ meæ terminum, te ducente, perveni. Oro te, Domine Jesu Christe, Salvator optime, ut partem Sanctorum tuorum in vita æterna mihi ne deneges m. Hæc postquam precatus est, cervicem gladio subjecit, quo percussus vivere desiit. Ammonius n autem quidam, pius ac Deum timens, B. Isidori corpus sustulit, quod ubi diligenter curavit, et pariter cum aliis Fratribus monumentum reperit, magno deinde honore terræ mandavit. Multis porro Sanctus hic sanitatem, et quæ necessaria sunt ad vitam confert. Sed et ipse Ammonius, præclarum Isidori consilium imitatus (socius namque ei adhæserat) per Hellespontum o navigans, veri tandem certaminis coronam Cyzici est adeptus. Obiit beatissimus Martyr Isidorus pridie Idus Majas, sub militiæ Duce Numerio, Imperatore Decio, sed nobis imperante Domino nostro Jesu Christo, cui cum Patre et sancto Spiritu gloria et imperium in secula seculorum Amen.

m
gladio percussus obiit.

n

o

autem hic dicatur Flavius Decius, non esse prænomeu scias, sed titulum, post tempora Constantini Magni (qui Flavius erat) usurpari cœptum a Græcis scriptoribus, quomodo Latine scriberetur, Illustris vel Pius: qua de re pluribus alibi hoc mense. Atque hinc discimus non ante quartum seculum, et quidem satis adultum, hæc scripta fuisse.

b In MS. Latina Vatic. jussio data est procurare naves de Alexandrina civitate, in quibus numera, id est, Legiones, ferri jussa sunt: hinc paraphrastes apud Lipomanum et Synaxariorum auctor occasionem sumit scribendi, quod Isidorus erat ex civitate magni nominis Alexandria.

c Idem Paraphrastes encomium suum cum insigni S. Isidori elogio sic orditur: Cum venerandam et divinam doctrinam Domini nostri Jesu Christi, iis datam qui ipso sunt digni, diligenter et utiliter esset secutus divinus et venerandus martyr Christi Isidorus, et se per divinas Scripturas et Christi mandata omni ex parte munisset, animo fuit præclare stabilitus, spiritu confirmatus, corpore corroboratus: et fuit divina quadam motus æmulatione in eos, qui carnem ante ipsum exuerant, et martyrium pro Domino susceperant, adversus tentationes seipsum exercens, afflictionesque et minas tyrannorum. Sciebat enim, quod fuerat prædictum a divino ore Domini nostri et servatoris Jesu Christi magni Dei: nempe, quod qui diligit animam suam, perdet eam. Quocirca fidem tenens omnino immobilem, et conservans thesaurum fidei immobilem, acquirens sibi salutem et infractam portans confessionem, Deo ostendit cor integrum: eratque omnino a reprehensione alienus, justus, pius et in omnibus perfectus. Non erat enim in eo macula aut indecorum aliquid, aut instabile: non vitium, non malitia, nec quæ ex maligno sunt mala, ejus mentem reddiderunt improbam; sed moderate et pie cum honestate et temperantia suam vitam conservans, pure vivebat et citra reprehensionem.

E

d Option in militia Romana dicebatur Præfectus annonæ, qualem in singulis Legionibus unum fuisse colliges ex Novella 129, ubi Justinianus jubet, τοὺς ἐλάστου τάρμακτος ὀπτιῶνας ἀποδέχεσθαι τὰ εἶδη διὰ τὸς διαστρωφῆς, καὶ φορεῖν τοὺς ἐξάρχους καὶ τοὺς στρατιώτας τὰς ἐν εἶδει γορηγούμενας ἀνύνας. Hinc MS. S. Cæcilie de Isidoro, in tantum eum dilexerunt Cæsares ut ei annonæ militum crederentur, omnesque qui sub ipso erant sicut bonus pater familias alebat: et Vatic. MS. Isidorus locum Optionis tenens, habens F potestatem Exarchi in annona militari.

e Idem MS. Vatican. Nitebatur ut locum et actionem, quam tenebat B. Isidorus, circumveniret, additque MS. S. Cæcilie: non quia de militibus cura erat ei; sed quia, ut mercenarius, sub nomine pastoris cupiebat discerpere subjectos.

f MS. Vatican. Abiit ad Numerium Magistrum militum, et probam facienti militum suggessit: ubi Probæ nomine intelligo lustrationem militarem: et sic infra in eadem MS. arguitur Julius a Numerio, quod odio in commilitonem aut invidia furens, publicam accusationem faciat, ne proba militum secundum præceptum Imperatoris completa sit.

g MS. S. Cæcilie, in hisce colloquiis Ducis ac Martyris haud paulo ulter et paraphrastice pleraque reddit, quibus annotandis non est operæ pretium immorari. MS. quoque Vaticanum valde discrepat in verbis: substantia rei est eadem.

h Hoc de exacta lingua (quale quid etiam Synaxaria indicant, ubi multiplicium tormentorum Martyri intentatorum meminerunt) neque in MS. Vaticano, neque in paraphrasi Lipomani habetur: sed utrobique iisdem quo ad sensum verbis dicitur: Tunc Numerius, videns ejus scopum immutabilem ejusque constantiam et

ANNOTATA.

a Capit Imperare Decius anno 249, incertum quam propecto; verosimile est tamen annum Imperii ejus primum præcipuam sequentis 250 partem implevisse. Quod Maji T. III

A fortitudinem, cum fuisset locutus et consultasset cum suis malis assessoribus, in eum tulit sententiam, sic dicens: Isidorum, qui non paruit legibus, et diis noluit sacrificare, jubent leges Decii Cæsaris ensi tradi.

i MS. S. *Ceciliae* longe prolixius hanc precatorem extendit, ubi inter alia Deo gratias agens, qui mihi, inquit, linguam indeficientem dedisti: indicans, quod hic subintelligendum relinquitur, etiam sine lingua locutum Martyrem.

k MS. *Vatic.* habet, Isaac.

l MS. *Utrumque Latinum addit*; intra cannetum fuisse hunc locum.

m *Paraphrastes Lipomani* huic orationi etiam: hæc jungit: Quicumque te invocaverit solum verum Deum in nomine meo servi tui Isidori, sive in fame, sive in tentatione, sive in iudicio, sive in periculo et afflictione hujus mundi, sive in mari, conservetur ab omni periculo remotus et pacificus: da autem ei quoque, Domine, bonam partem inter tuos electos, et fac cum eo divitem tuam misericordiam, liberans eum

ab ea, qua circumdatur, afflictione et necessitate, D propter me, qui sacrificor sancto tuo et terribili nomini: quoniam tu es Deus solus, qui ab afflictione et necessitate redimis eos qui te invocant, et te decet gloria in secula seculorum. Amen. *Sed jam alias insinuavimus, hujusmodi deprecandi formulas antiquitatem non sapere, nec videri vere usurpatis a sanctis Martyribus fuisse.*

n MS. *Vaticanum*: Ammonius socius ipsius aperuit in loco ipso foveam, eique tradidit agnum, Christi voluntate coronatum: populus autem multus colligitur in eodem loco ad salvandum, ubi exuberant et coruscant miracula Dei per S. Isidorum Martyrem usque in hodiernum diem.

o *Ita MSS. Latina et Paraphrastes apud Lipomanum: ecgraphum nostrum Græcum videbatur solum habere ἐν Ἑλλήσποντο, τὸν τέλειον: etc. quod correximus, ἐν Ἑλλήσποντο, τέλειον.*

p *Paraphrastes Lipomani, postquam de Ammonio jam relata posuit, addit de S. Myrope, quæ in Comm. prævio adduximus unum. 10.*

B

E

DE SS. PETRO, ANDREA, PAULO, ET DIONYSIA VIRGINE,

MARTYRIBUS LAMPSACI IN HELLESPONTO.

G. H.

SUB DECIO.

Acta dantur ex 5 MSS.

Memoria in antiquis Martyrologiis:

C

Illustria horum Sanctorum Martyrum Acta habuit Laurentius Surius, uti asserit, ex antiquis MSS. colicibus, et stylum mutavit, nonnullis etiam redditus paraphrasticis. Nos eadem damus primitivo stylo ex quinque pervetustis codicibus MSS. scilicet Trevirensi monasterii S. Maximini, Bodecensi cænobii Ordinis Regularium S. Augustini in diocesi Westphaliæ Paderbornensi, Ultrajectino Ecclesiæ S. Salvatoris, alio nostro insigni codice, ac demum Parisiis accepimus ex antiquo et fide digno MS. Jacobi Sirmondi, uti hujus manu adscriptum erat. Fidem hisce Actis adstruunt antiqua Martyrologia; atque imprimis pervetusta S. Hieronymi apographa referunt passionem SS. Petri, Andreae, Pauli et Dionysiae Lampsaci, sic ut Lampsaci etiam scribatur, et pro Dionysiae in aliquo ecgrapho Dionysii perperam sit exaratum. Hinc colligimus ea Acta tunc in Ecclesia Latina innotuisse: ex quibus tempore Caroli Magni Florus, Ecclesiæ Lugdunensis Subdiaconus, formavit hoc elogium: Apud Lampsacum passio SS. Petri, Pauli, Andreae et Dionysiae Virginis: quorum Petrus post diversa tormenta gladio est percussus; Andreas et Paulus lapidibus obruti, Dionysia gladio amputata. Secuti sunt Usuardus, Ado, Notkerus, et alii passim recentiores cum hodierno Martyrologio Romano: ipsarum autem Actorum præclarum compendium edidit Petrus de Natalibus lib. 3 cap. 4. Fuit Lampsacus urbs olim Episcopalis in Mysia minore ad Hellespontum; in quo etiam tractu erat Troas, urbs similiter Episcopalis, ambæ sub Metropoli Cyzico. Proconsuli autem abituro Troadem oblatus fere SS. Andreas et Paulus, sed Lampsaci detenti et ibidem cum aliis sunt martyrio coronati. Aliquos Andreae Martyris Reliquiæ sunt Bononiæ in ecclesia S. Mariæ Ægyptiæ, quæ est Scolæ piæ, uti Masimus indicat ad hunc diem: sed quis prudenter dixerit ejus esse qui Lampsaci Martyrium fecit?

2 Græci etiam de hisce Sanctis agunt xv, xvi et xviii Maji: sed non videntur habuisse Acta satis sincera: atque imprimis loco Dionysiae Virginis substituant Dionysium et Christinam, forte quia Dionysia valde Christiana habita, et Virgo Christiana est dicta: et sic quæ Dionysia præstitit, Christinæ tribuntur. Quia autem Dionysia fuit tradita impudicis lenonibus, hos Græci faciunt Andream et Paulum, quasi

tunc a Christina, uti Dionysiam appellant, fuissent conversi. Verum illi ante ob Christi fidem erant comprehensi et carceri inclusi. Dein loco Opitimi sive Optimi Proconsulis obruditur Abidas Præses, alius Dacnus, et dicitur non abituro Troadem, sed Athenas ingressus. Quæ minus placent, et apud Græcos legi possunt. In MSS. Menæis Divisione apud Chiffletium in Collegio Societatis Jesu adservatis non fit mentio Christinæ, et solum Dionysius non Dionysia legitur. In Menæis excusis memorantur ad diem xviii Maji, una cum SS. Heraclio, Paulino et Benedimo Athenis passis, uti mox ex illorum elogio constabit. Et ex talibus Actis videtur arrepta occasio dicendi SS. Andream, et Paulum abductos fuisse Athenas; quod satis reputatur ex horum Martyrum sinceriori historia. In Synaxario Chiffletiano, ita legitur: S. Petrus Lampsacenus, in trochleas conjectus, consummatur. Græce ἐν τροχληταῖς βλήθει. Quid fuerit τροχλητῆρ veteri Græciæ nolo hic disputare: evidens enim videtur hic significari tormenti genus, quod ad motus per crura ac brachia trochleis fiebat, sive ad corporis extensionem, seu potius ad ossium ipsorum corpore sic extenso confractionem: quod Acta mox danda haud satis opte sic expriment, jussit adolescentulum tendi in rotis, et ligna in circuitu posita, vinculis ferreis totum corpus confringi. Additur deinde in Chiffletiano hoc distichon.

Βλήθει ὁ Πέτρος ἐν τροχλητῆραν μέσον.

Ἐωὴς παρήκε τοὺς τροχλοὺς τῆς ἀστῆτος.

Medius rotatis trochleis jacens Petrus,
Numquam quietæ transiit vitæ rotas.

De Paulo autem Andrea ac Dionysio (quamvis Dionysia intelligenda; et hæc gladio consummata sit) tamquam lapidatis, hoc recitatur:

Τρεῖς συντρέβουσι πίστεως στέφρους λίθους

Παῦλον, Διονύσιον, Ἀνδρέαν λίθοις.

Lapides lapidibus tres terunt firmos fide,
Dionysium cum Petro et Andream simul.

ACTA MARTYRII

Ex quinque pervetustis MSS.

Apud a Lampsacum tempore b iniquo (quando certabant pro fide Christi milites Religionis Christianæ,

a b

et fastis Græcis, sed minus recte.

A stianæ, et omnis terra florebat de beatissimo sanguine Martyrum) in locis Lampsaci comprehensus quidam, Petrus nomine, valde quidem fortis in fide, animo pulcher, et speciosus corpore, et oblatus est Proconsuli. Proconsul dixit ad eum, Quis diceris? Respondit: Petrus. Cui Proconsul ait: Christianus es? Petrus respondit: Etiam, Christianus sum. Proconsul dixit: Habes ante oculos decreta invictissimorum Principum. Sacrifica ergo magnæ deæ Veneri. Petrus respondit: Miror, si persuades mihi, optime Proconsul, sacrificare impudicæ mulieri et sordidæ, quæ talia opera egit, ut confusio sit enarrare. Nam et vos turpia quæ gessit in impudiciis punitis. Et si vos impiam illam nominatis et publicam meretricem; quomodo me tam sordidam meretricem adorare, et sacrificare compellitis? Oportet ergo me magis Deo vivo et vero, Regi seculorum omnium Christo, sacrificium offerre orationis, deprecationis, compunctionis et laudis. Audiens hæc Proconsul, jussit eum adhucætate adolescentulum tendi in rotis, et [inter] ligna in circuitu posita, vinculis ferreis totum corpus ejus fecit constringi; ut contortus et contractus minutatim, ossa ejus comminuerentur. Quanto autem plus torquebatur famulus Dei, tanto magis fortior apparebat. Constans ergo multum et deridens stultitiam Proconsulis, ad cælum oculis porrectis dicebat: Tibi ago gratias, Domine Jesu Christe, qui mihi hanc tolerantiam dare dignatus es: da ergo fortitudinem, ut possim devincere nequissimum hostem. Tunc Proconsul videns tantam ejus perseverantiam, c ut nec in hac posset pœna superari, jussit eum gladio percuti.

2 Eodem tempore d, eunte Proconsule ad Troadem civitatem cum multa ambitione, oblatis sunt ei alii tres: Andreas, Paulus, et Nicomachus, e impatienter, cum strepitu et exclamatione. Proconsul ait Nicomacho: Quam religionem colis? Respondit: Ego Christianus sum. Proconsul dixit ad Andream et Paulum: Vos quid dicitis? Responderunt ei: Nos Christiani sumus. Proconsul Nicomacho dixit: Sacrifica diis secundum quod jussum est. Nicomachus respondit: Ut scis, Christianus non debet sacrificare dæmoniis. Itaque Proconsul jussit eum appendi et torqueri. Cumque nimium vexaretur, et jam prope esset ut redderet spiritum, exclamavit: Numquam, ait, fui Christianus, et paratus sum sacrificare. Statim fecit eum Proconsul deponi. Cum ergo sacrificasset, statim arreptus a dæmone, et in terram allisus, dentibusque linguam suam comedens, emisit spiritum.

3 Expectantibus autem turbis, quædam puella et virgo, nomine Dionysia, annos habens sexdecim, exclamavit, dicens: Miser et infelicissime homo, cur propter unius horæ spatium acquisisti perpetuam et inenarrabilem pœnam? Et cum hæc audisset Proconsul, jussit eam in medium pertrahi, et interrogavit eam, si esset Christiana. At illa respondit: Etiam, Christiana sum. Propter quod infelicem istum plango, quare momentaneam pœnam non toleravit, ut inveniret requiem perpetuam. Proconsul dixit: Hic nunc requiem, dum diis immolavit, invenit, et jussionibus Principum acquiescendo sacrificavit. Sed propter vestram vanam religionem, ne impropria sustinerer, magna Diana et Venus eum rapere digitata sunt. Tu igitur, volo, ut sacrifices, ne turpiter te illisam vivam iacendam. Dionysia respondit: Deus meus major est quam tu, ideoque

minas tuas non timeo, qui et dabit mihi de omnibus quæ intuleris tolerantiam. Tunc Proconsul tradidit eam duobus juvenibus corrumpendam: Andream vero et Paulum jussit in custodiam recludi. Juvenes ergo acceptam castissimam Dei puellam duxerunt ad suum hospitium: cumque usque ad mediam noctem insisterent, ut ei vim turpitudinis inferrent, marcescebat cupiditatis eorum libido. Circa autem mediam noctem quidam splendidus juvenis apparuit eis, illuminans totam domum. Illi vero timore percussi magno, ceciderunt ad pedes beatissimæ puellæ. At illa elevavit eos, dicens: Nolite timere: iste est enim tutor meus et custos, pro eo quod vobis a nequissimo Judice sum tradita. At illi rogabant, ut interveniret pro eis, ne quid eis male contingeret.

4 Mane itaque facto, venit proclamans omnis turba ad Proconsulem, petentes sibi tradi Andream et Paulum. Inter quos Onesicrates et Macedon, Sacerdotes Dianæ, excitabant in seditionem populum. Cumque eos præcepisset adduci Proconsul, dixit eis: Andreas et Paule, sacræ Dianæ oportet vos sacrificare. Andreas et Paulus responderunt: Nos neque Dianam, neque alia dæmonia quæ colitis deos cognovimus, f nec aliquando nisi solum Deum colimus. Cum hæc audisset turba, orabant Proconsulem ut eos traderet eis extinguendos. Videns autem Proconsul, quod nequiret Sanctorum superare perseverantiam, flagellis cæsos populo tradidit lapidandos. Illi ergo eos acceptos trahebant extra civitatem ligatis pedibus, ut lapidarentur. Et cum lapidarentur, audivit hoc virgo Dei Dionysia.

5 Clamans ergo et plerans, et de custodia se propriens, ecurrit ad locum, jactavitque se super eos, dicens: Ut vobiscum possim vivere in cælis, opto vobiscum hic mori in terris. Nuntiatum igitur Proconsuli, quod Dionysia, quæ fuerat juvenibus tradita deludenda, a quodam splendidissimo juvene fuisset servata: quodque de custodia fugiens jactaverit se supra corpora Andree et Pauli, cum ipsis lapidibus occidenda. Proconsul igitur jussit ut separaretur, et duceretur ut decollaretur: quod et factum est. Taliter igitur venerabiles Martyres hi, in uno agone certantes cum seculo et diabolo et Proconsule Optimo, meruerunt victores effici Christo propitio. Petrus itaque diversis pœnis, Andreas et Paulus lapidibus, atque Dionysia gladio martyrizati sunt. Actum apud Lampsacum die Iduum Majorum, Decio Imperatore, g Optimo Proconsule, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est gloria, honor, et potestas.

ANNOTATA.

a MSS. Bodec. et nostrum, Lamosacum MSS. Ultraject. et Trevir. Lapsacum MS. Sirm. Lapsaum. Græcis, oriundus ex Lampsaco.

b MSS. Trevir. et nostrum iniquitatis, MSS. Ultraject. et Bodec. persecutionis.

c MSS. Ultraj. et Trevir. nec his eum deficere tormentis.

d MS. Ult. Præeunte, Surius Abeunte, oblatis sunt Lampsaci et ibidem martyrio affecti.

e MSS. eadem. Nicomachus autem impatienter voce magna clamabat: Ego Christianus sum.

f MS. Ultraj. Neque aliquando colimus alium Deum, nisi Dominum nostrum Jesum Christum.

g MSS. Trevir. et nostrum Optimo Proconsule,

D
ex mss.
tradita
lenonibus,

ab Angelo
servatur:

SS. Andreas et
Paulus postu-
lati a populo,

F
f

lapidantur:

S. Dionysia
capite ple-
ctitur.

g
F

S. Petrus
Lampsaci
comprehen-
sus

delestatur
Veneris cul-
tum.

crudeliter
torquetur,

capite ple-
ctitur.

Ex aliis tri-
bus Nicoma-
chus a fide
apostata mi-
sere perit.

S. Dionysia
constans in
fide,

DE SS. HERACLIO, PAULINO ET BENEDIMO

G. H.

MARTYRIBUS ATHENIS IN GRÆCIA.

XV MAJI

Horum athletarum martyrium describitur in Menologio Basilii Porphyrogeniti Imperatoris hoc modo. Eadem die xv Maji certamen sancti Martyris Heraclii et sociorum, Martyres Christi Heraclius, Paulinus et Benedimus, urbis Athenarum cives Christiani, magna cum fiducia Christi nomen palam prædicabant : omnesque idolorum cultores adhortabantur, ut a vana idololatria recedentes baptizarentur in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Qua de causa comprehensi ab idololatriis sunt, et Athenarum Præsidi traditi, et de more interrogati, Christum professi, docebant ipsum verum Deum esse ac Creatorem universi. At contra idola fallacia, hominum figmenta esse, ex lapidibus et lignis confecta, ac artis opera. Proinde cum hanc veritatem loquerentur, in iram excitarunt Præsidem ; cujus jussu crudeliter cæsi sunt ac quovis alio tormento primum excruciatii : postea vero cum suis discipulis in ingentem ignis fornacem projecti, martyrium consummarunt. *Hucusque dictum Menologium Basilii Imperatoris.*

2 Aliud aliquanto brevius elogium continetur in MS. Synaxario, quo sæpissime utimur commodato Parisiis ex Collegio Societatis Jesu ; quod est hujusmodi : Eadem die xv Maji. Certamen sanctorum Martyrum Heraclii, Paulini et Benedimi. Hi erant Athenienses, et prædicabant verbum veritatis, et idolorum cultores adhortabantur, ut abstinerent a vano idolorum cultu. Comprehensi igitur, et Atheniensium Præsidi traditi, crudeliter cæduntur, et variis aliis tormentis cruciantur, ac tandem in fornacem ab-

jecti, martyrium consummarunt. *Hæc ibi. In MSS. Menæis, Dimone olim in Burgundia apud Petrum Franciscum Chiffletium observatis, sub finem aliter nonnulla referuntur, dicunturque die xvi Maji in caminum coniecti : et cum illæsi permanerent, capitibus gladio abscissis migrasse. Dein de S. Heraclio illud adjungitur distichon.*

Εἷς ἄθλος Ἡρακλεῖε σὸς πρὸς τὸ ξίφος,
Ἄθλους καλύπτει τοὺς ὄλους Ἡρακλέους.
Unus per ensem tuus hic Heracli labor
Omnes labores Herculis obscuros facit.

Ejusdem certaminis Socii hoc deinde disticho simul laudantur.

Ὅρων, Βενεδίμε, τὸν σὸν Παυλίον
Τμηθέντα, Συνηθήκητι φησι Παυλίονος.
Tuum minutum capite Paulinum intuens,
Benedime, Collum præbe, Paulinus ait.

Quoad diem hic notatum consentiunt Synaxaria Mediolani et Taurini. P. Franciscus Combesius Ordinis Prædicatorum Reformatorem Parisiis, ex domestica bibliotheca geminum nobis Synaxarium exhibuit : in quorum uno hi sancti Martyres adscribebantur diei xiv : in altero diei xvi. Quædam enim excusis Menæis tenent diem xvii ; et in his est Mazarinianum unum. Referuntur iidem in jam dictis Menæis Græcis etiam ad diem xvii Maji, subjuncti in titulo Martyribus Lampsacenis, de quibus jam egimus ; eaque ex causa censuimus in eorum quædam Acta Græco irrepsisse, quod SS. Andreas, Paulus aliique Lampsaco Athenas abducti sint.

DE SANCTO DIMIDRIANO

G. H.

EPISCOPO VERONENSI IN ITALIA.

SEC. III

Cultus.

Inter xxxvi Episcopos sanctos Veronenses, quos secundum consuetudinem Ecclesiæ, Cathedralis Officio duplici celebrari, indicat Tabula Sanctorum, Anno mdxviii confecta. Hisce Idibus Maji S. Dimidrianum coli testatur etiam Franciscus Corna in libro quem pedestri et nativo sermone anno mccccclxxvii scripsit. Ejus autem sacrum corpus ; cum aliis plurium Sanctorum Episcoporum Reliquiis asservari in ecclesia S. Stephani Protomartyris, nunc Parochiali, olim (ut passim creditur) Cathedrali, constat ex Tabula vetusta membronea in sacrario dictæ ecclesiæ appensa. Quibus expositis, addit illud Vitæ elogium Augustinus Valerius, ipsius Ecclesiæ Veronensis Episcopus.

caritas erga suos :

2 Dimidrianus, Veronæ Episcopus, suis temporibus Episcopatum virtutum exemplar, est habitus virque plane divinus nominabatur, quia variis virtutum generibus hominibus numquam cessabat prodesse : cum magna caritate eximiam doctrinam

conjunxit. Obiit Idibus Maji : corpus ejus sepultum est in basilica S. Stephani. *Hæc ibi. Ejus aliquæ Reliquiæ sunt apud sanctimoniales in monasterio sive ecclesia S. Mariæ Magdalene. Celebrat eundem S. Dimidrianum Ferrarius in Catalogo generali et alio Sanctorum Italiæ, at nihil apud scriptores hosce de tempore, quo floruerit, invenitur. Onuphrius Panvinus lib. 4 Antiquitatum Veronensium cap. 7 inter antiquos Episcopos censet S. Dimidrianum, quasi Seculo Christi tertio vixisset : ideoque septimum Episcopum eum numerant Ughellus in Episcopis Veronensibus, et Joannes Franciscus Tintus lib. 5 Nobilitatis Veronensis cap. 9, asserens, Dimidrianum mortuum xv Maji anni Christi cclxv, Sedis xxix, ac sepultum in ecclesia S. Stephani. Nicolaus Brantius Episcopus Sarsinæ, in Martyrologio Metrico, hoc eum disticho honorat :*
Perpetuo gratus ferre paratus erat.

DE SS. CASSIO, VICTORINO, MAXIMO, ET SEX MILLIBUS,
DUCENTIS, SEXAGINTA SEX

G. H.

MARTYRIBUS CLAROMONTE IN GALLIA.

Gregorius Turonensis lib. 1 *Historiæ Franco-*
rum cop. 30 et 31 de his Sanctis acturus ista
præmittit : Tricesimo septimo loco Valeria-
nus et Gallienus Romanum Imperium adepti
sunt, qui gravem contra Christianos persecutio-
nem suo tempore comoverunt. Horum tempore et
Chrocus ille Alamannorum Rex, commoto exercitu
Gallias pervagavit... Veniens vero Arvernos delu-
brum illud, quod Gallica lingua Vasso Galatæ vo-
cant, incendit, diruit atque divertit .. Juxta hanc
urbem Lininius Antholianusque Martyres requie-
scent. *Scilicet in illa Croci persecutione occisi, uti late*
diximus ad eorum diem natalem, Antholiani quidem vi
Februarii, Liminei vero xxix Martii. Quibus relatis
progreditur Turonensis : Ibi Cassius ac Victorinus, in
dilectione Christi fraterno affectu sociati, per
effusionem cruoris proprii cœlorum regna pariter
sunt adepti. Nam refert antiquitas, Victorinum ser-
vum fuisse ante dicti templi Sacerdotis. Qui dum
plerumque vicum, quem Christianorum vocant, ad
persequendos Christianos adit, Cassium reperit Chri-
stianum : cujus prædicationibus atque miraculis,
motus, credidit Christo, relictisque fanaticis sordi-
bus, ac baptismo consecratus, magnus in virtutum
operatione enituit. Nec multo post per martyrium,
ut diximus, in terris sociati, ad cœlestia pariter
regna migraverunt. *Hæc S. Gregorius Turonensis.*

2 *Hæc S. Cassio basilicam a Christianis fuisse ere-*
ctam ex eodem Turonensi colligimus, dum asserit lib. 4
cap. 12, a Cautino, Episcopo pessimo, Anastasium
Presbyterum ad basilicam S. Cassii Martyris, in
crypta antiquissimaque, in sepulcro magno ex mar-
more Pario, viventem sepultum, et miro modo libera-
tum. Quæ ex Turonensi descripta narrat etiam Aimoi-
nus lib. 2 cap. 36. Joannes Savaro. Præses et Præfe-
ctus Arvernæ, edidit de sanctis ecclesiis et monasteriis
Claromontii tractatum auctore anonymo, quem arbitrat
floruisse circa annum dcccl, in quo lib. 1 cap. 9
ista leguntur : In ecclesia S. Cassii altare S. Petri :
altare S. Juliani, ubi S. Cassius, et S. Victorinus,
et S. Leogontia et S. Georgia quiescunt. *Acta S.*
Georgiæ, Virginis Deo devotæ, dedimus xv Februarii.
Dies natalis S. Leogontiæ hactenus ignoratur, et ideo
a Saussayo in Appendicem rejecta. Verum ab Arturo
in Gynecæo sacro hoc die refertur, et in Tabula Illi-
diana Virgo dicitur. Julianus Martyr sub Diocletiano
colitur xxviii Augusti, de quo num hic agatur, tunc
erit inquirendum. In Rituali libro S. Illidii a Sava-
rone citato cap. 5 ista præcipiuntur : Cum ad proces-
siones pergimus, commendationem Sanctorum faci-
mus, ante quorum ecclesias pertransimus. *Et sic*
in processione diei secundæ Rogationum pergitur ad
ecclesiam S. Boniti, facientes commendationem
S. Joannis Baptistæ, S. Petri, S. Hilarii, S. Cassii,
S. Christophori. Acta porro S. Boniti Episcopi dedi-
mus xv Januarii, S. Illidii etiam Episcopi datari vii
Julii.

3 *Martyrologium MS. Chamberiense in Sabaudia*
monasterii Conventualium, die v Maji hac phrasi hos
Martyres recolat : Arvernus SS. Cassii et Victorini.
At *Kalendaria vetera et Martyrologium Claromonta-*
num adjungunt Socios hoc modo : Arvernus natalis
SS. Cassii et Victorini Martyrum, cum aliis sex mil-
libus ducentis sexaginta sex. *Molanus Maximum*

adjungit. Apud Arvernum sanctorum Martyrum
Cassii, Victorini, Maximi et Sociorum, quorum
Actus scripsit S. Præjectus Episcopus. *Citato Mo-*
lano iidem tres inscripti sunt hodierno Martyrologio
Romano; et allegato Gregorio Turonensi memorantur a
Galesinio, sed nulla apud istum mentio fit Maximi :
quem Saussayus in Martyrologio Gallicano ob aliis
separat, cique duos adjungit hoc modo : Claromonte
Arvernorum Natalis SS. Cassii et Victorini, qui in
Christi dilectione fraterno affectu sociati per effu-
sionem cruoris proprii cœlorum regna pariter sunt
adepti. Quibuscum Maximus, Antholianus et Au-
stremonius, alique sex mille ducenti sexaginta tres
(quorum nomina Deus scit) hac truculenta strage
prostrati, præclara pro Christi fide et gloria concer-
tatione, nec spiritu nec corpore sejuncti, occubue-
runt. Quorum memoranda trophæa B. Præjectus
Episcopus litterarum monumentis consignavit. Sa-
cra vero cadavera (partim in loco ubi nunc cernitur
S. Cassii ecclesia, partim ubi postea constructa facta
fuit S. Venerandi ædes) consepulta Deus mirificis
gloriæ, qua beatos horum spiritus in cœlo corona-
vit, ornavit clarificavitque insigniis. *Hæc Saussayus.*

4 *Verum ab his separamus S. Antholianum ad vi*
Februarii relatum, et S. Austremonium ad Kalendas
Novembris referendum. At S. Maximum, Cassio et
Victorino jam conjunctum in Fastis Ecclesiæ Romanæ,
sic relinquimus, ut si ita videatur lectori, sociorum
*anonymorum numerus uno hoc nominato minor cense-
ri possit. Meminit horum Auctor de Ecclesiis Claromon-*
tanis cap. 10 libri primi his verbis : In ecclesia S. Ve-
nerandi, altare S. Juliani, et S. Basilicæ Antiochenæ,
altare S. Quintini et S. Dionysii, altare S. Mariæ,
ubi S. Venerandus, et S. Linguinus, et S. Nepo-
tianus, et S. Avitus, et S. Clara, et alii sex millia
ducenti in corpore quiescunt, quorum nomina Deus
scit. *Hæc ibi, omisso minore numero Sexaginta sex*
adjunctorum. Gregorius Turonensis de Gloria Con-
fessorum cap. 35 et 36 meminit Basilicæ et Venerandi,
Sunt ibi, inquit, illustrium meritorum viri, quorum
nomina ignota incolis, scripta tamen, ut credimus
retinentur in cœlis. Acta S. Venerandi dedimus xviii
Januarii, et S. Juliani et Basilissæ Conjugum Mar-
tyrum, quibus primum altare consecratum est, illu-
stravimus ad diem ix Januarii. De S. Linguino egimus
xxix Martii, et utrum a S. Liminio distingui debeat
dubitamus. At duo sancti Episcopi Claromontani fue-
runt Aviti, quorum senior xx Septembris, junior xxi
Januarii coluntur. Nomina Nepotiani et Claræ rejectit
Saussayus in Appendicem, quod dies eorum natalis
ignoretur.

5 *Dedimus xxv Januarii duplicia Acta S. Præjecti,*
Episcopi Claromontani et Martyris, et in posteriori-
bus num. 9 ista leguntur : Passiones Martyrum Cas-
sii, Victorini, Anatoliani et Astrebodii (aliis Au-
stremonii) ac ceterorum Sanctorum, qui in eadem
urbe sanguinem fuderunt pro Christo, glorioso elu-
cubravit stylo. *Sed hactenus non potuimus ea Acta*
assequi : quam autem submitit nobis Petrus Franciscus
Chiffletius noster SS. Cassii et Victorini Passionem,
parvi profecto momenti est : cum enim in eis fiat men-
tio Caroli Calvi et Ludovici Regum Francorum, qui
ducentis fere annis post cædem S. Præjecti vixerunt,
non potuit eam scripsisse Præjectus. *Sunt autem in ea*

CIRCA CCLXIV.

Sub Croco
Rege Arver-
niam
populante,coronatur
S. Cassius,
et ab hoc
conversus
S. Victorinus.Eorum basi-
lica,corpora Cla-
romonte.Memoria in
Fastis,etiam 6266
Martyrum.

et S. Maximi,

cum elogio
apud Saussayum.

E

Martyrum
adjunctorum
corpora in
ecclesia S.
Venerandi.

F

Acta a S.
Præjecto
conscripta
non extant,

ex

A *ex Gregorio Thronensi desumpta pleraque supra probato : alia ex Actis S. Desiderii Episcopi Lingonensis et Martyris, sub eodem Croco Rege occisi, transcripta sunt, quæ ad diem xxiii Maji elucidamus : alia denique leguntur adjuncta de primis Galliarum viris Apostolicis, tamquam hi missi essent a S. Petro, quos alii ad tertium Christi seculum referunt; idque occasione S. Austremonii ipsis additi, qui in hisce Actis dicitur divertisse hospitandi gratia ad domum cujusdam viri, natalium splendore decorati, nomine Cassii. Erat autem hic vir elephantino morbo percussus cum suis fratribus in tantum, ut eorum vultus delonestarent : ereptosque ab ipso languore B. Austremonius secum comitari præcepit... et B. Cassium*

AVCTORE G. H. alia habemus, sed hic eadè indigna,

in his dicitur S. Cassius ab elephantiasi liberatus et Presbyter factus

Presbyterii dignitate decoravit, et secum usque ad urbem Arvernam perduxit : cui insuper curam Ecclesiæ suæ commisit, et quasi Vicarium et virtutum suarum heredem constituit. *Hæc ibi : quæ potuerunt vere contigisse, si S. Austremonius cum ceteris viris Apostolicis dicatur a S. Sixto II Papa in Gallias missus, sed de Presbyterio S. Cassii, aut etiam elephantino morbo nihil alibi legitur. Interim ex his Actis multa edidit Jacobus Branche de Sanctis Arvernæ. In monasterio Magni-loci, in diocesi Claromontana Ordinis S. Benedicti, coli SS. Cassium et Victorinum Martyres die xix Maji collegimus ex MS. Usuardo, aucto ad usum Caudracensis Prioratus.*

Cultus 19 Maji.

DE S. TIMOTHEO ET VII VIRGINIBUS

G. II.

MARTYRIBUS SIRMII IN PANNONIA.

X MAJI.

B S. Timotheo adjunctæ 7 Virgines,

Sirmium, Pannoniæ inferioris olim metropolis, sæpius a nobis memorata, plurimos Christo peperit Martyres : inter quos ad hunc diem occurrunt in antiquissimo Martyrologii Hieronymiani apographo Epternacensi indicati primo loco hi Sancti istis verbis : Idibus Maji. Sirmio natalis Timothei et vii Virginum. Quæ plane eadem leguntur in vetustis MSS. Richenoviensi sive Augiæ-divitis prope Constantiam in Suevia, Rhinoviensi in Helvetia, et in MS. Calendario Trevirensi S. Maximini. Rabanus in Martyrologio ista habet : In Sirmio natalis S. Timothei et vii Virginum. Ubi numeratis nota vitium irrepsit, quod facillime fieri sæpius in hoc Opere notavimus. Auctor Martyrologii, sub nomine Bedæ hæcenus seorsim et inter opera excusi, ad diem sequentem xvi Maji ista habet : In Sirmio natale Timothei et septem Virginum. Quem Bedæ supposititii locum citat et sequitur Galsinius.

2 Circa hos duo occurrunt controversa, primum quod in tribus Martyrologii Hieronymiani apochis, nec non in MSS. Romanis Reginæ Sueviæ et Cardinalis Barberini ita legatur. Idibus Maji in Sirmia Timothei : et alibi vii Virginum. Item quod in MSS. Corbeiensi

ab aliis se-junctæ.

et Leodiensi S. Lamberti etiam solius Timothei fiat mentio; uti etiam, sed nulla apposita palæstra, in MSS. Aquisgranensi, Augustano S. Udalrici, Parisiensi Labbæi et alio monasterii S. Cyriaci. Sed in his ultimis plures Martyres junguntur ad sequentes classes spectantes. In prioribus est transpositio particulæ alibi, quæ in antiquissimo MS. Epternacensi ad sequentes pertinet Martyres, de quibus mox agemus. Alterum dubium est utrum de his Sanctis Virginibus actum non sit ix Aprilis, quando Usuardus ista habet : In Sirmio septem Virginum Canonicarum, quæ dato simul pretio sanguinis, vitam mercatæ sunt æternam. Verum Rabanus eodem die de illis agit, et iterum hoc die adjungit septem Virgines Timotheo, quod et nos absque ullo præjudicio facimus, donec aliquid certius ex aliis antiquis monumentis proferatur. In vetusto MS. Trevirensi S. Maximini legitur, In Sirmia Victoris : Sed suspicamur hiatum esse, et legendum, In Sirmia Timothei, et in Portu Romano Victoris, de quo infra agemus. In MS. Tam-lactensi fit mentio Timothei et septem Virginum, sed hæc adjunguntur S. Cotiæ, quæ ad sequentem classem spectat.

Alia Virgines Sirmienses necatæ 9 Aprilis.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

G. II.

ALEXANDRO, DIGNO, CHOTTIA, SEU CHOTIDIA.

XV MAJI.

Altera turba trium Martyrum in outiquo Martyrologii Hieronymiani apographo Epternacensi, post S. Timotheum et septem Virgines Sirmii passas, ita proponitur : Et alibi Alexandri, Digni, Chottia. Verum, ut supra monuimus, in aliis tribus apographis particula alibi ante septem Virgines collocatur : et in MS. Corbeiensi Parisiis excuso hoc modo : In Sirmia Timothei, et alibi septem

Virginum, Alexandri, Digni, Chottia. In codice Lucensi loco Chottia est Chotitia, et in MS. Blumiano Chotidia. Verum de septem Virginibus supra cum S. Timotheo egimus. S. Dignus memoratur in MSS. Augustano S. Udalrici, et Parisiensi Labbæi, pro quo in MS. Aquisgranensi Digna habetur. In MS. Tam-lactensi indicantur nomina SS. Alexandri, Digni, et Cotiæ.

F

DE SANCTO SIMPLICIO

MARTYRE IN SARDINIA.

G. II

XV MAJI.

presbyter
habetur,

Progradimur cum opographis Martyrologii Hieronymiani: in quibus ista leguntur: In Sardinia Simplicii: at Presbyteri additur in antiquissimo Epternaccensi: *Item in MSS. Richenoviensi in Suevia, Rhinoviensi in Helvetia, necnon in MS. Aquisgranensis Ecclesie, uti et apud Rabanum et Grevenum in Auctario Usuardi. Apud Notherum, In Sardinia Simplicii duntaxat legitur: neque plus invenitur in MS. Romano Cardinalis Barberini. Præterea absque palæstra inscriptum est nudum nomen Simplicii MSS. Martyrologiis Romano monasterii S. Cyriaci, Leoliensi Ecclesie S. Lamberti, Augustano S. Udalrici et Parisiensi Labbei. At sequenti die XVI Maji, apud auctorem Martyrologii editi sub nomine Bedæ, ista leguntur: In Sardinia natale*

B Simplicii Presbyteri, et citato Beda et codice MS. eadem habet Galesinius: ab eoque perperam junguntur Diocletianus, Florentius et Rosula. De hoc infra ogemus, de aliis duobus, Auximi in Piceno passis, egimus XI Maji.

aliis Præsul,

2 Interim Jacobus Pinto, in Digressiuncula de Martyribus Sardinie inserta libro 3 de Christo Crucifixo titulo 4 loco 12, citatis Galesinio et Beda num. 23 ita scribit: Sub iisdem Imperatoribus Diocletiano et Maximiano et Præside Barbaro, S. Simplicius Phausinæ Ecclesie Præsul (Turritanæ Metropolitanæ suffraganea est) pro fide Christi cum sociis Diocletiano, Florentio et Rosula varie tortus, et demum lancea transverberatus. Baronijs asserit, se accepisse ejus martyrii Acta et sociorum, ex Sardinia insula

Romam delata: et omissis sociis, de S. Simplicio hoc elogium inseruit Martyrologio Romano: Phausinæ in Sardinia S. Simplicii Episcopi et Martyris, qui Diocletiani tempore sub Barbaro Præsidente perfoesus lancea, martyrium consummavit.

et Episcopus:

3 At Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italia, citatis Joanne Arca de sanctis Sardinie, et Dina Serpi in Chronico Sardinie lib. 3, scilicet cap. 16 et sequentibus, hoc Actorum compendium proponit: Simplicius Episcopus Phausinæ (quæ civitas hodie Terra-nova in provincia Gallurensi in Sardinia nominatur) post SS. Gavini, Propti et Januarii passionem, ob fidem Christianam jussu Barbari Præsidis comprehensus, frustra ab ipso minis deterretur. Cumque deos dæmones esse et muta simulacra diceret; ab ipso Præsidente lancea transfixus, seminecis cadit: ac triduo, quo fideles ad supplicia fortiter pro Christo perferenda hortabatur, animam Deo reddidit Idibus Maji. circa annum salutis ccciv. Cujus corpus a Christianis ibidem conditum fuit: ubi postea templum suo nomini excitatum est: ibique Episcopi Civitatis Sedes constituta. Illum Civitatenses Patronum suum maxime venerantur. Hæc Ferrarius. Dionysius Bonfant lib. 12 Triumpho Sanctorum Sardinie cap. 24 addit, jam recenter sub Didaco Passamaro, dictæ Ecclesie Episcopo, corpus illius inventum fuisse. Utinam adjunxisset inscriptionem, ex qua, si ea antiqua foret, patnisset certo sciri, num Episcopus, an vero Presbyter, uti antiqui habent, sit habendus.

elogium ex
Ferrario.

E

Inventio nu-
pera

DE SANCTA ROSULA

MARTYRE FILASIANA.

G. II.

XV MAJI.

An jungenda
SS. Simplicio,
Diocletiano et
Florentio?

Sancto Simplicio subjungimus S. Rosulam, quod hæc ab aliquibus statuatur cum illo in Sardinia passa. Ita Jacobus Pinto in supra citata Digressiuncula de Martyribus Sardinie. Nixus is est auctoritate Galesinii, in suo Martyrologio ad diem XVI Maji ista scribentis: In Sardinia Sanctorum Simplicii Presbyteri, Diocletiani, Florentii et Rosulæ. Citatur a Galesinio et Pinto Martyrologium Bedæ, id scilicet quod sub nomine Bedæ excusum est: in quo ista leguntur: In Sardinia natale Simplicii Presbyteri, et Sanctæ Rosulæ, et Sanctorum Diocletiani et Florentii. Præterea allegantur gesta S. Anthimi apud Surrinum ad diem XI Maji, quæ nos integra et primigenio stylo damus. In his num. 6 describitur martyrium SS. Sisinnii, Diocletiani et Florentii, quos ostendimus Auximi in Piceno passos. Videntur autem Galesinius et Auctor Martyrologii sub nomine Bedæ suppositi, loco Sisinnii legisse nomen Simplicii. Dein apud hosce Simplicius dicitur Presbyter, quem Sardi Episcopum voluit fuisse.

2 Sed hisce amandatis, de S. Rosula inquirimus quid sentiendum B. Rabanus Archiepiscopus Moquan-

tinus in suo Martyrologio ista habet ad hunc XV Maji Idibus. In Sirinio natalis Timothei et VI Virginum, et in Sardinia natale Simplicii Presbyteri, et in civitate Filasiana Rosulæ. Ubi æque Rosula distinguitur a Simplicio, atque hic a Timotheo. Sed restat inquirendum de civitate Filasia, ubi ea sita fuerit: quia in Sardinie tabulis antiquis et hodiernis nullum ejus reperitur vestigium. Est Filesia ad Istrum fluvium in Malachia, quæ Triphulum antiquis, teste Latio, fasset. Quid se hoc derivativum censentur a Phila, quæ Stephano est urbs Macedonie ad Penum fluvium? Sunt et Philæ urbs Thebaidis secundæ Episcopalis. Est etiam Filea seu Philea promontorium Thracie in ora maris Euxini. Sunt alia hisce fere synonyma loca, ut difficile sit aliquid certi pronuntiare. Grevenus in Auctario Usuardi, palæstra omissa, refert Rosulam et alias quatuor Virgines. Grevenum sequitur Canisius, et hoc citato Arturus in Gyneceo sacro et Ferrario in Notis, arbitratus in Germania alicubi recoli. At quæ junguntur quatuor Virgines, ab aliis dicuntur septem, Sirinii cum S. Timotheo passæ, de quibus supra egimus.

Dicitur
Filasia pas-
sa
FAn 4 Virgines
jungenda?

DE SANCTIS MARTYRIBUS

G. H.

PRÆSTABILI, FELICE, VICTORE, CYRICO, JANUARIO, HEROLO, PAULO, MINERVO, AQUILINO, HERACLIO, DIONYSIA,

IN PORTU ROMANO.

XV MAII.

Memoria in Fastis Hieronymianis,

Quatuor antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa nobis hos Sanctos Martyres proponunt, et quod antiquitate præcellit Epternacense his eos verbis indicat: In Portu-Romano Præstabilis, Felicis, Victoris, Cyrici, Januari, Heroli, Pauli, Minervi, Aquilini, Heracli, Dionysia. Quæ cum parva varietate referuntur in aliis tribus ejusdem Martyrologii apographis. Nam pro Cyrici in MS. Luceusi Cyriaci legitur, et in MS. Corbeicensi, Parisiis excuso, loco Heroli est Heruli: ita loco Minervi est Meneri in dicto Luceusi et Blumiano: in quibus etiam est Heracli, et in Corbeicensi Eracli, pro quo est in Epternacensi Heradi, et in hoc solo additur Dionysia. Quæ, aut certe Dionysius, in aliis refertur inter Martyres Lampsacenos. Verum eam, ob antiquitatem codicis, sub hac cautione etiam hæc Martyribus adjungi permittimus. Ex his varii in aliis antiquis fastis reperiuntur: et in Atrebatensi quidem Ecclesie Cathedralis et Tornacensi monasterii S. Martini ista leguntur: In portu Romano natale SS. Præstabilis, Felicis, Januarii. Quibus adduntur in MS. Vaticano S. Petri

et variis aliis.

Victor et Cyricus, in Barberiniano Gerulus et Cyrius, supra Herolus et Cyricus: qui Cyricus etiam invenitur in MS. Latiensi. Sunt autem hæc Martyrologia ex quibus aliisque tribus dedimus genuinum Martyrologium Bedæ cum uctario Flori. Omissa martyrii palæstra referuntur nomina in MS. Tamactensi, Felicis, Victoris, Cyrici, Januarii, Pauli, Heroli, Aquilini, Minervi, Eracli, Dionysii, In MSS. Augustano, S. Udalrici et Parisiensi Labbæi, Præstabilis, Victoris, Felicis, Cyrici: in MS. Aquisgranensi, Præstabilis, Felicis: qui ultimus est in Auctario Greveni ad Usuardum. Uti et Auctor, hic Victor dictus. At Cyriacus est in MS. monasterii S. Cyriaci, nisi de eo tanquam de proprio Patrono agatur, quod non arbitramur. Illustravimus ad diem secundum Martii memoriam SS. Pauli, Heracli, Secundulæ sive Secundolæ, Januariæ, Luciosæ, Martyrum in eodem Portu Romano, quos ab his diversos arbitramur: uti et alterum Paulum cum Primitivo seu Primitiva in eodem Portu coronatum die XXIV Februarii.

E

Alii ibidem Martyres 2 Martii

et 21 Feb

D. P.

DE SS. BONINO, SATERIO ET PAULINO

MARTYRIBUS PAPIE IN INSUBRIA.

XV MAII.

Philippus Ferrarius in Catalogo generali ad hunc XV Maji ista habet: Papiæ SS. Bonini, Saterii et Paulini Martyrum. In Notis addit, Ex tabulis Ecclesie S. Gervasii Papiæ, in qua ipsorum corpora asservantur: cetera ignorari. Est illa ecclesia SS. Gervasio et Protasio sacra, vetustate magis et Sanctorum lipsanis, quam opulencia ædificiique magnificentia celebris, Prioratus simul et Parochiæ dignitate ornata, ministrantibus in ea Patribus tertii Ordinis S. Francisci: quemadmodum nobis scripsit anno MDCCLXXIX Societatis nostræ ibidem Rector Scaramucia Vicecomes, addens quod tom horum

Martyrum quom SS. Chrysanthi et Fortunati, quorum superius meminimus, corpora servantur in arca marmorea, sinistro odæi muro post aram majorem imposita: quorum tumulo, exiguo ad apparentiam ornatu, sequens inscriptio affixa legitur.

D. O. M.

EX ADVERSO PILE HVIVS IN VASE LAPIDEO, IACENT CORPORA SANCTORVM CHRYSANTHI ET FORTVNATI PRESBYTERORVM. ITEM SANCTORVM BONINI, SOTERI ET PAVLINI MARTYRV. KAL. NOV. CIO DCCLXXVI.

D. P.

DE SS. JANUARIO ET PELAGIA

MARTYRIBUS LAMOSINENSIBUS.

XV MAII.

Memoria horum Sanctorum extat in MSS. codicibus Martyrologii Trecentis pro Ecclesia S. Lupi, et alterius inde transcripti atque Coloniam Francofurto delati pro Ordine Carmelitano: in quibus ista leguntur od hunc XV Maji; In territorio Lamosinensi SS. Januarii et Pelagiæ. Maurolycus Abbas Siculus in suo Martyrologia ista scribitur: Item in agro Lamosanensi SS. Januarii et Pelagiæ. Eadem habet Constantius Felicius in suo Kalendario sive Ephemeride historica, Urbini excusa. Ast ubi situm sit territorium Lamosinense aut ager

Lamosanensis, non satis liquet. Stephanus Byzantius de urbibus ista habet: λάμος ποταμός Κιλικίας, καί ἡ παρ' αὐτῶν χώρα λαμοσύα, τὸ ἐθνικὸν λαμοσύα. Lamus fluvius Ciliciæ, et regio circumquaque Lamusia, et gentile Lamusius. An ergo pro Lamusia, etiam Lamosia dicta, et regio seu territorium Lamosine, judicent alii. Desluit Lamus in mare prope Pompeiopolim, indeque regio seu territorium Lamotis Ptolouæo dicitur: et tam Lamus quam Pompeiopolis fuerunt urbes Episcopales sub Seleucia, ibidem metropoli.

DE

DE S. EUTITIO PRESBYTERO

D. P.

MARTYRE APUD SURIANUM IN HETRURIA.

XV MAJI.

Cultus sacer.

Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, ad hunc xv Maji refert S. Eutitium, Presbyterum et Martyrem, apud Surianum in Hetruria: et dein in Notis tradit, Surianum esse oppidum minime obscurum, apud montem Ciminum, haud longe a finibus Faliscorum, inter Viterbium et Faliscum, in mappis Geographicis Soriano dictum, quod in spiritualibus Episcopo Hortano subesse, in temporalibus cum titulo Marchionatus spectare ad dominium Ducis Altaempsii scribit Tullius Cima. Ibi, ut pergit Ferrarius, constat eoli S. Eutitium ex tabulis ecclesiae Sorianensis, a qua, inquit, Acta accepimus. Addit autem agi de eo in passione SS. Gratiliani et Felicissimae Virginis, ac SS. Valentini et Hilarii Martyrum Viterbiensium: Item extare in Hortana diocesi ecclesiam S. Eutitio dicatam, quae a finitimis populis solet in ejus die festo frequentari. Idem Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiae, ex monumentis ecclesiae Hortanae et Soriani (ubi is praecipue uti Tutelariorum colitur) hoc Vitae ejus compendium edidit.

Actorum
epilome ex
Ferrario,

2 Eutitius, Presbyter Ferentii, Christianis clam in persecotione sub Claudio Imperatore ministrabat, multos ad Christum convertens, in quibus fuere Gratilianus et Felicissima. Ad quorum corpora visenda seu sepelienda cum divino admonitu Faleriam venisset, Gratiliani parentes adhuc Gentiles in Christiana fide erudit, et aquis salutaribus expiavit. Inde instantis martyrii praemonitus, Ferentium revertitur: ubi accusatus quod contra Principum decretum Christum praedicaret, et Deos negligeret, Maximo Tribuno sistitur. Cui cum Eutitius, se deos, tanquam vana et muta simulacra, quae oculos habent et non vident, contemnere respondisset; catenis constrictus in carcerem traditur. Postero die eductus (Dionysio Episcopo Ferentino, qui pro Eutitio intercesserat, fustibus caeso et extra urbem ejecto) primum blanditiis ac honorum et divitiarum promissis, ut deos coleret, a Maximo tentatur. Sed cum Christo omnium conditori renuntiare, deos autem, qui sunt hominum inventa et opera, adorare non posse, constanter responderet; verberibus affectus, in eculeo suspenditur, os lapidibus contunditur, ac demum extra urbem ductus capite truncatur. Cujus corpus a B. Dionysio Episcopo, a Clericis adjuto, noctu sepelitur in crypta: ex qua aqua infirmis sanitatem impertiens, usque in praesens scatere dicitur, et manna pluries colligi, praesertim in festo Paschatis, Pentecostes, Assumptionis, et hac die, quibus anni temporibus ad Eutitii ecclesiam (quae in Hortana diocesi constructa, haud mediocrem apud finitimos populos venerationem habet) processio fieri consuevit. Ejus Reliquiae, in scypho lapideo inter rodera inventae, ab Henrico Episcopo Hortano sub Alexandro VI Pontifice Maximo in arca marmorea decenter reconditae, in ara ecclesiae praedictae religiose asservantur.

3 Haecenus compendium Actorum apud Ferrarium: a quo indicatum Ferentium fuit urbs Hetruriae olim Episcopalis, ex cujus antiquis ruinis paulatim crevit Viterbium, ut jam diximus die praecedenti xv Maji ad Vitam S. Bonifacii, hujus vel alterius urbis Ferentiniae Episcopi. Dolemus autem de memorato Dionysio, Episcopo etiam Ferentino, non extare ulteriorem notitiam. Alteri indicata urbs Faleria, ibidem Episcopalis fuit, sed etiam excisa et Sedes ejus Ecclesiae Civitatis Cas-

Maji T. III

tellanæ unita: in qua S. Gratilianus Martyr, uti in epitome Actorum xii Augusti apud Ferrarium legitur, ad S. Eutitium Presbyterum veniens, ab eo est baptizatus: qui cum S. Felicissimam Virginem (quae oculis capta Gratiliani oratione visum receperat) ad Christum cum matre illius vidua convertisset, utrumque Eutitius Presbyter baptizavit, ac dein fuga elapsus traditur. Habemus integra Acta ex MSS. pluribus, etiam ejus loci ubi sunt corpora: et ubique SS. Gratilianus et Felicissima dicuntur passi sub Claudio Imperatore, quarto anno Imperii ejus: quod de primo hujus nominis Imperatore intellectum notaret annum Christianae aerae XLIV. Sed hic persecutionem Christianis non indixit, solumque Judaeos ab urbe expulit. Sin autem intelligas nominis istius secundum, habebis quidem persecutionis alienius tempus caeptae anno CCLXIX, sed annum Imperii quartum nullum invenies: quia tyrannus iste non multo plus quam biennio regnavit, peste extinctus anno CCLXX, et frater ejus atque successor declaratus Quintillus decimo septimo post die occisus est militibus, ejectusque Aurelianus qui anno CCLXXII, novis edictis publicis persecutionem resuscitavit, ejus morte rursus consogitam anno CCLXXV. Potuit Claudii istius et Aureliani persecutio gemina in unam fuisse confusa, eoque deceptus actor Actorum, Claudium scripsisse ubi scribendus fuerat Aurelianus. Interim Claudium etiam nominat Legenda S. Eutitii, quam ex suorum majorum chirographis nobis sub fide publica transiit Latinum, Theaeus Pennatus a Soriano, publicus Dei gratia et Apostolica auctoritate Notarius, in Archivo Romanae Curiae descriptus, et Fori Episcopalis d. terrae Suriani in civilibus et criminalibus Cancellarius: additur autem memoria SS. Valentini Presbyteri et Hilarii Diaconi, tamquam simul cum SS. Eutitio, Felicissima et Gratiliano coronatorum. Atqui istorum Passio, danda die iii Novembris, pro Claudio nominat Maximianum, qui non nisi decimo anno post Claudii mortem anno regnare cepit. Si ergo his patientibus in vivis adhuc erant Eutitius, idem non alius, de quo hic agimus, non solum non est is sub Claudio, sed neque sub Aureliano coronatus. Notavit hoc Doctor Tullius Cima, is qui anno MDCXLV Soriani pro Duce Altaempsio Gubernator, praedictam Legendam ex Latina fecit Italicam et deinde anno MDCLVII Roncione in patria sua curavit excudendam: ubi Latinum contextum fere reddens verbotenus, loco Claudii substituit Diocletianum et Maximianum Imperatores: quod profecto longe convenientius est, quam duos pro uno Eutitios substituere, quorum alter in Actis SS. Gratiliani et Felicissimae, alter in Passione SS. Valentini et Hilarii commemoratur.

4 Haec porro cum narrasset quomodo Sanctos Angelus Domini salvos de fluvio eduxit: de S. Eutitio sic loquitur: Et revertentes quaestionarii, subito nutu Dei et judicio, invasit eos ursus ferocissimus, et occidit ex eis amplius quam octo viros, et alii dilacerati fugerunt. Fugientes autem dicebant, quomodo hi servi Dei cultores veri erant Christi, sed credamus et nos in illum, in quem crediderunt et ipsi beati Martyres. Et venientes invenerunt B. Eutitium Presbyterum, perquirentes eum ubi esset absconditus, et miserunt se ad pedes ejus, dicentes: Pater bone animarum Christo credentium, libera nos per tuam sanctam doctrinam, et demonstra nobis fidem beatissimorum Martyrum Valentini et Hilarii, quos nos impie per imperium nequissimi

Baptizatus
SS. Gratiliani et
Felicissima.

E

sed verosimilius est quod sub Maximiano,

F

post SS. Valentinum et Hilarium,

EX MS. A Demetrii necavimus in fluvio. At ille indixit eis junium triduanum, et die sancto Dominico baptizavit eos cum omnibus familiis suis. *Relata autem martyria SS. Valentini et Hilarii, Demetrii Proconsulis jussu ipsis illato; ista adduntur.* Post multum vero tempus dolore illi percussus est Demetrius Proconsul, qui æstuans atque anhelans cucurrit citius, et veniens ubi corpora sanctorum Martyrum quiescebant, et projiciens se in pavimento, cœpit clamare et dicere: Succurrite mihi servi Dei excelsi, et nolite me amplius torquere. Tunc Sancti dederunt ei soporem somni, et per visionem dixerunt ei: Fac venire ad te Eutitium Presbyterum, et ipse te salutem restituet: tantum monita illius serva, et noli jam amplius incredulus esse. Qui evigilans, statim misit milites suos ad montem, qui vocatur Aureus: et venientes invenerunt B. Eutitium orantem: qui dixerunt ei: Proconsul Demetrius rogat te, ut concite venias ad eum. Qui statim surrexit de pavimento, et Domino se commendans perrexit cum eis. Cum autem introisset ubi Proconsul semivivus jacebat, dixit: Lumen vitæ, quod est Christus, ipse te sanet. Ille autem amplius torquebatur. Tunc dixit ei S. Eutitius: Audi me, Proconsul, et crede Christo creatori tuo et salvus eris. Tunc dicit ei Proconsul: Credo Christum Dei filium. Tunc benedicens aquam baptizavit eum dicens: Credis in Patrem et Filium et Spiritum sanctum? Tunc ille respondit, dicens: Credo Deum omnipotentem esse verum Salvatorem meum. Statim sanus factus est, ita ut dolorem illius jam amplius nunquam sentiret. *Hæc ibi, ac dein ipsius Demetrii martyrium subjicitur.*

Redempto Ep. apparens pradicat

B 5 *Insignis lujus Sancti memoria extat apud S. Gregorium lib. 3 Dialog. cap. 38.* Redemptus Ferentinæ civitatis Episcopus, vitæ venerabilis vir, qui ante hos fere annos septem (*id est ante annua nō*) ex hoc mundo migravit; sicut mihi adhuc in monasterio propeposito valde familiariter jungebatur, hoc quod Joannis Junioris prædecessoris mei tempore de mundi fine cognoverat, sicut longe lateque claruerat, a me requisitus mihi ipse narrabat. Aiebat namque quia quadam die, dum parochias suas ex more circuit, pervenit ad ecclesiam B. Eutychii Martyris: advesperascente autem die stratum fieri sibi juxta sepulcrum Martyris voluit, atque ibi post laborem quievit. Cum nocte media ut asserebat, nec perfecte vigilare poterat, nec dormiebat; sed depressus ut solet somno, gravabatur quodam pondere vigilans animus. Atque ante eum idem beatus Martyr Eutychius adstitit dicens: Redempte, vigilas? Cui respondit: Vigilo. Qui ait: Finis venit universæ carnis. Finis venit universæ carnis. Finis venit universæ carnis. Postquam trinam vocem visio Martyris, cum omnipotentis Dei gratia, quæ mentis ejus oculis apparebat, evanuit. Tunc vir Dei surrexit, seque in orationis lamentum dedit. Mox enim illa terribilia in cœlum signa secuta sunt, ut hastæ atque acies igneæ ab Aquilonis parte viderentur. Mox effera Longobardorum gens, de vagina suæ habitationis educta, in nostram cervicem grassata est: atque humanum genus, quod in hac terra præ nimia multitudine, quasi spissæ segetis, more, surrexerat, succisum aruit. Nam depopulatæ urbes, eversa castra, concremata ecclesiæ, destructa sunt monasteria virorum ac feminarum, desolata ab hominibus prædia atque ab omni cultore destituta in solitudine vacat terra: nullus hanc possessor inhabitat, occupaverunt bestiarum loca quæ prius multitudo hominum tenebat. Et quid in aliis mundi partibus agatur ignoro. Nam in hac terra, in qua nos vivimus, finem suum mundus jam non nuntiat, sed ostendit.

clades a Longobardis inferendas.

6 *Hac occasione ac tempestate inter alios multos,*

quos Longobardi odio fidei Catholicæ occiderunt, etiam S. Iandum, urbis Hortanæ Patronum fuisse martyrio coronatum, probabilius nobis videri diximus die v Maji et in Appendice ad eundem diem refutabimus conjecturam eorum, qui litteras P. E. S. loterculo intra sepulcrum reperto inscriptas, sic legerunt: Presbyter Eutitius sepelivit. Illis ergo omissis optavimus petimusque nobis miti Historiam Sancti, quæ (sicut in sententia post ipsam proferenda dicitur) in festo ejus a Sacerdotibus in Matutinis et aliis Horis Canonicis legebatur, quando locum visitavit Henricus Brunus Episcopus, Alexandri VI Secretarius, et corpus S. Eutitii intulit in templum, eidem Sancto dicatum, teste Ughello. Non amplius eisdem in ecclesia Surianensi reperitur prædicta Historia, eo quod exoleverit usus ipsam ad Matutinas recitandi: vix tamen dubitant Sorianenses, quin MS. quod diximus a Thesoro Pennatio inter majorum chirographa repertum, ipsum illud sit quod quærebatur: sic enim habet veteris illius ecgraphi titulus: Martyrium S. Eutitii Ferentini extractum de Catalogo veteri, qui asservatur Viterbii in ecclesia Cathedrali S. Laurentii. Tullius etiam Cima ait, illud ipsum in archivo Episcopali Hortæ inveniri registratum, quale an. MOCXLIX Soriani reperit, cum istic Governatorem ageret Italicæ reddendum transcribi faceret. Huic ergo contextui subjicimus prædictæ Translationis Instrumentum, cum nonnullis Corollaris de ecclesia ipsius Sancti ac salutifero liquore ibidem scaturiente, partim ex libello Italico jam nominati Tulli Cima, partim ex juratis depositionibus Surianensium ad me pariter transmissis, sub fide publica Notariorum ac Magistratum Sorianensium atque ipsius ecclesiæ Curatorum Presbyterorum quatuor.

D *Datur Legenda ex MS cum Instrumento Translationis.*

VITA

Ex MS. Ecclesiæ Viterbiensis.

Temporibus Claudii Augusti Cæsaris persecutio magna in Christianos orta est, ut omnes compellerentur ad sacrificandum idolis, thura diis incenderent, et qui sacrificare nollent diversa in eos tormenta præmium experirentur, et postea capite punirentur. In eodem a tempore B. Eutitius Presbyter, reversus fuerat in civitatem Ferentinam de Christi negotio, quod ei revelaverat Angelus, dum post paucos dies dixit Angelus Domini ad B. Eutitium, Surge et vade ad civitatem Faleritanam, ad sanctos Martyres Gratilianum et Felicissimam, ubi corpora eorum requiescunt in sarcophago novo, et celebra in eo loco vigiliis cum hymnis, atque divina mysteria Corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi: et tunc revertere ad civitatem propriam Ferentinam: quia post paucos dies debes accipere coronam, et gaudebis cum omnibus sanctis Martyribus, qui cum Christo sunt regnaturi in perpetuum.

2 Tunc B. Eutitius Presbyter, quasi de somno evigilans, festinus perrexit ad sanctos Martyres, ubi sepulta sunt corpora eorum, et fecit ibi divina mysteria. Et venientes parentes B. Gratiliani miserunt se ad pedes B. Eutitii, dicentes, Gratias agimus tibi, Pater sancte, quia per tuam prædicationem lucratus est Dominus Deus noster Jesus Christus filium nostrum Gratilianum, et nos cum ipso insimul. Tunc B. Eutitius monuit eos de fide et doctrina Domini nostri Jesu Christi, et eadem hora discessit, et reversus est ad propriam civitatem Ferentinam. Tentus est B. Eutitius ab apparitoribus Maximi Tribuni, et offerentes eum militibus dixerunt: Ecce homo qui contempsit jussa Principum, et eorum decreta pro nihilo computat, deosque nostros blasphemat, et in suis ædibus confregit. Igitur cum audivissent

u *Post visitata corpora SS. Gratiliani et Felicissimæ*

F *et illius parentes in fide confirmatos,*

adductus ad Maximum Trib

A audivissent milites, perduxerunt eum ad Maximum, et narraverunt omnia per ordinem.

arguit vanitatem idololorum.

3 Tunc dixit ei Maximus Tribunus, Tunc es Eutitius, seductor magorum? qui destruis jussa D. Claudii Principis, et deos gubernatores reipublicæ pro nihilo æstimas? Respondit B. Eutitius: Computavi et pro nihilo computo idola vana, surda et muta, quæ oculos habent et non vident, aures habent et non audiunt, nares habent et non odorant, os habent et non loquuntur, manus et non palpant, pedes et non moventur. Vos colitis figmenta hominum et Dominum meum Jesum Christum, qui omnia fecit, qui dignatus est plasmare nos de limo terræ, destruxistis et ignoratis. Nam omnia jussa vestra, et Principes vestri tales sunt, quasi uter vento repletus. Imperia et jussa a Domino meo Jesu Christo sunt, qui universa regit atque gubernat. Nam ipse Dominus dicit: Per me Reges regnant, et tyranni obtinent terram. Audiens hæc Maximus Tribunus jussit eum catenatum in custodia publica mitti, et præcepit ut nullus introiret ad eum.

Prov. 8. 15

Dionysio Ep. fustigato et ejecto,

B

4 Altera autem die jussit Maximus impiissimus in prætorio tribunal præparari: et præcepit ante se adduci omne genus tormentorum. Ante tribunal Judicis inventus est Dionysius Episcopus, qui præerat huic civitati. Hic ut cognovit quod comprehensus esset B. Eutitius Presbyter, obtulit se Maximo Tribuno dicens: Pietati tuæ suggere, sacratissime Tribune, servum Dei, qui orat pro te et pro republica, quare trucidas? Tunc jussit Maximus Dionysium Episcopum fustibus cædi, et foras civitatem emitti. Igitur Maximus tribunus interrogare cœpit B. Eutitium blandis sermonibus, cogitans mentem sanctam a bono proposito revocare, dicens B. Eutitio: Cognovisti quid sacratissimus noster Princeps Claudius per universa regna constituit? Respondit B. Eutitius Presbyter: Et vere cognovi, et scio. Jussa illius sunt sicut unius ex sceleratis hominibus, qui Creatorem suum non cognoscunt et non adorant: scilicet adorant deos ligneos et lapideos, marmoreos, gypseos, æneos, quorum imagines argenteæ vel aureæ sunt, factura manuum hominum: quæ si custoditi non sunt, fures eas evertunt et rapiunt, nec adjuvare possunt stultissimos homines qui eos adorant: de quibus Psalmista dicit, similes illis fiant qui faciunt, et omnes qui confidunt in eis.

Ps. 113. 8

in sua perseverat confessione,

C

5 Dixit itaque B. Eutitius Maximo Tribuno, Maxime, inter imaginem et factorem ejus, quid est fortius, et quid est melius? Dixit ei Maximus: Ergo non debemus eos colere, quia manibus hominum sunt facti? Dixit ei B. Eutitius: Jam dixi illos homines fuisse miserrimos, qui tempus vitæ eorum male vixerunt, immunditiis, delectationibus et concupiscentiis mundi. Dixit ei Maximus: Ergo tu non adoras deos nostros, et jussa Principum contemnis? Blasphemasti eos, quos nos adoramus, et publice confundis? Dixit ei B. Eutitius: Dominus noster Jesus Christus nobis præcepit dicens: Dum steteritis ante Reges et Præsides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non estis vos qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Dixit ei Maximus: Et vos, qui pro ejus amore tormentis variis traditis corpora vestra, qualem remunerationem habebitis? Respondit B. Eutitius et dixit: Illud quod ipse promisit, dicens, Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam in æternum. Et iterum Dominus dicit in Evangelio, Qui reliquerit patrem, aut matrem, aut filios, aut uxores, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam æternam possidebit.

Matth. 10. 19

Matth. 16. 25. et 19. 29.

6 Dixit ei Maximus Tribunus: Est præter istam alia vita? Dixit ad eum B. Eutitius: Est vita alia,

quæ numquam finem habet, quam et promisit Dominus diligentibus se. Tunc dicit Maximus Tribunus ad B. Eutitium: Pro salute Domini nostri invictissimi Principis Claudii, si non sacrificaris diis immortalibus, diversis tormentis te faciam interire: si autem sacrificaveris, intimabo doctrinam tuam Claudio, et multiplicaberis divitiis et facultatibus. Dicit ei S. Eutitius: Sacrificent eis qui desperaverunt de animabus suis: nam propitiabitur mihi Dominus meus Jesus Christus, pro quo pati non timeo. Sciat autem, qui in isto judicio adstatis, quia nisi a deorum cultura cessaveritis, in æterno judicio damnabimini; ubi ignis non extinguetur, et vermis non morietur; ubi peccatores sine fine lugebunt, ubi diabolus est alligatus atque innodatus, ubi peccatores cruciabuntur in secula seculorum, ubi non ardent ligna neque stipula, sed peccatorum animæ. Ad hanc prædicationem multi crediderunt in Christo Domino. Tunc impiissimus Maximus jussit eum ante se fustibus cædi, dicens; Deos et deas noli deridere, et injurias Judicibus noli temerario ore garrere, ut a cultura eorum populus discedat.

D

EX MS. et tormenta sibi intentata contemnit,

7 In ipsa hora præcepit iniquissimus Maximus levare in eculeo S. Eutitium: et dum torqueretur B. Eutitius dicebat: Domine Jesu Christe, adjuva servum tuum. Tunc jussit sacrilegus Maximus eum de eculeo deponi, et cum lapidibus os ejus contundi. S. Eutitius gaudebat et exultabat in Domino, viriliter agens. Cumque vidisset Maximus, quod per tormenta vincere non posset S. Eutitium; jussit adduci eum foras civitatem non longe ab urbe et capite truncari. Ductus autem foras, ut decollarent eum, dixit spiculatoribus: Paucas mihi inducias date, ut orem pro me ad Dominum meum Jesum Christum. Tunc B. Eutitius projiciens se in terram, oculis flentibus dixit: Deus omnipotens, pater Domini nostri Jesu Christi, accipe spiritum meum, et numera me inter sanctos Martyres, quia tempus est ut condat terra corpus meum. Precor te, Domine, ut omnes qui nomen meum invocaverint et ad te conversi fuerint, habeant partem nobiscum in æterna secula, et in isto seculo de quacumque tribulatione digne ad te clamaverint, petitiones suas impetrare mereantur, et nobis frui in futuro, quia tu es Deus, manes et regnas in secula seculorum. Amen. Tunc spiculator tenens gladium uno ictu percussit, et migravit ad Dominum sub die Iduum Maji, hoc est die decima quinta mensis Maji.

E

Post eculeum capite plexus,

8 [Passio Sanctorum qui simul sunt coronati, Eutitius Presbyter, Valentinus Presbyter, Hilarius Diaconus, Gratilianus et S. Felicissima, et alii quos longum est enarrare.] *b* Hæc audiens B. Dionysius Episcopus, ubi erat occulte propter persecutionem paganorum, abiit noctu cum Clericis suis ad corpus B. Eutitii, et levaverunt illud cum hymnis et orationibus, et posuerunt et prædiolo suo et crypta sua, milliaribus ab urbe Ferentina plus mirum *c* quindecim; et jejunaverunt in eo loco, et manserunt et vigilarunt aliquos dies, gratias agendo Domino, qui in eodem loco multa mirabilia ostendit: cæci illuminantur, dæmones effugantur, et infirmi sanantur; ubi florent orationes nunc et semper et in secula seculorum *d*.

F

b sepelitur in suo prædiolo.

c

d

9 Post multos annos pace data Ecclesiæ Dei, cœpit religio Christianorum crescere et augeri, et ecclesiam non modicam ibi constructam ex parte parietibus adornarunt, et ex parte cryptis amplissime perfoderunt, quasi specus, id est fossas sub terra, unde emanat aqua modica. De ipsa aqua qui non sunt bene sani bibunt; et per invocationem B. Eutitii salutem confestim restituuntur. In eadem vero crypta intra ecclesiam, ad dexteram partem contra

Ecclesia super sepulcrum struitur;

Oriente

EX MS.

A Orientem posuerunt corpus B. Eutitii Presbyteri, et aliorum corpora Sanctorum cum ipso insimul: et ita corpus ejus candidis marmoreis tabulis affixerunt, ut quasi arca hinc atque illinc [videatur]. In ipso loco multa mirabilia ostendit Dominus usque in præsentem diem. Et juxta hoc corpus Eutitii, ut diximus, alia crypta est, quæ tendit in longitudinem plus minusque quam triginta pedes, ubi corpora Sanctorum in sacrophago requiescunt. Et quotidie inde modicæ aquæ guttatim currunt, quæ per intercessionem Sanctorum bibentibus auxilium præstant. In alia vero parte sinistra construxerunt altare B. Stephani Protomartyris atque Levitæ et aliorum Sanctorum et in gyrum altaris columellæ marmoreæ et capitella foliata quasi lilia, et insuper capita tabulæ marmoreæ quasi arcus ex omni magnitudine construxerunt. Per cunctam ecclesiam de loco in locum altaria construxerunt, ad honorem Sanctorum atque sanctarum Virginum Dei, quæ regnant cum Domino in perpetuum.

festo annuo
colitur.

B 10 Gaudeamus omnes in Domino, Fratres carissimi, in honorem B. Eutitii, Presbyteri et Martyris, cujus hodie festa celebrantur: qui mundum contempsit, et divitias vanas respuit: qui jussa Principum non timuit, eorum supplicia pro nihilo computavit: qui pro amore Dei certavit usque ad mortem, et multos ad fidem traxit, atque ad cœlestia regna perduxit: qui minas judicum non timuit, et terrenam gloriam non quæsivit: pro Christi amore animam suam posuit, et gladio evaginato ictu percussus est, et migravit ad Dominum, cujus potestas permanet in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Seu potius in tempore ejusdem persecutionis, mortuo jam Claudio, et Aureliano regnante; vel denique tempore Maximiani, si vera sunt Acta Sanctorum Valentini et Hilarii.*

b *Manifestum est hanc parenthesim, præter auctoris mentem hic esse intrusam: ideoque eam secrevimus per []*

c *Ferrarius in Lexico Geographico ait Ferentinæ urbis etiam hodie nomen Ferento superesse, et solis 5 p. m. distare Viterbio, hinc vero Sorianum non nisi 6 vel 7 p. m. abest.*

d *Hic fortassis olim fiebantur qualiæcumque Acta.*

C TRANSLATIO S. EUTITII

Anno MCCCXCV facta et descripta.

Corpus inter
ruderæ ec-
clesiæ re-
stauranda

In nomine Domini. Amen. Cum Populus et Universitas terræ Suriani civitatis Ortanæ nostræ diœcesis, tam et relatione majorum suorum, quam etiam ex vetusta ex antiquata consuetudine, ac etiam ex compluribus miraculis in compluribus personis factis et concessis a devotissimo S. Eutitio, quem Ecclesia canonizavit, eum pro peculiari Sancto et singulari Protectore apud divinam Clementiam calere ac devota mente et animi affectu maxime venerari consueverint; venerabilem ecclesiam, in eorum territorio extra muros Suriani situatam, sub nomine dicti Sancti, collapsam tamen vetustate, cupientes debitis honoribus resarcire, et juxta eorum facultates ædificiis exornare, liberantes et exsolventes se ab omni munda et gravamine conscientiæ; ad nos Henricum Brunum Episcopum civitatis Ortanæ et Castellanae accesserunt, petentes dari sibi facultatem, præfatam ecclesiam debitis exornare ædificiis, ut ceremonias, devotiones, et eorum vota decentius persolvere possent. Cumque obtenta dicta licentia et facultate, complures ex præfato populo et universitate peculiari devotione

ad præfatam venerabilem ecclesiam accesserint; et illam evacuantes, quia ruinis repleta erat, effodiendo et evacuando partem præfatæ ecclesiæ, in qua et antiquiores et moderni homines dictæ terræ Suriani et etiam circumstantes oppidani eorum vota et ceremonias persolvebant præfato Sancto, arcam marmoream invenerint seu reppererint, in qua Reliquiæ et ossa corrosa reperta sint. [Cumque etiam] Sacerdotes et litteratæ personæ dictæ terræ redditi certiores de inventione dictæ arcæ seu sepulcri, ex tabulis marmoreis confecti ad præfatam ven. ecclesiam cum historia dicti sancti accesserint, quæ singulis annis in festo d. Sancti Sacerdotibus in Matutinis et aliis Horis Canonicis legebatur; ac cognoscentes ex historia et ex arcæ seu sepulcri compositione et signis, illa fore ossa et venerabiles Reliquias d. Sancti, maxima cum devotione ac quibus poterant ceremoniis præfatas Reliquias venerati sint. Sed quia potuissent d. Populus et Universitas subjei reprehensioni et emendationi nostræ, qui Pastorem curam de eorum animabus gerimus, per Reverendiss. D. Cardinalem de Ursinis Sanctiss. D. N. Alexandrum VI Romanum Pontificem consuli fecerunt, ut servatis solennitatibus et diligenti indagine et perquisitione habita, super præfatis venerabilibus Reliquiis talis observetur modus, ut eo omnis mentis macula et defectus in venerandis Reliquiis abstergeretur.

in arca mar-
morea cum In-
renissent Su-
rianenses

Alexander
VI ab iis
rogatus
E

12 Hinc est quod nos Henricus Episcopus prædictus, et S. D. N. Papæ et sacri Collegii Secretarius, et in hac parte per litteras ejusdem Sanctissimi Domini nostri in formâ Brevis nobis directas, et per providas viros Petrum Pennacem, Cichum Ferracuti, Mag. Joannem Lombardum, et Sebastianum Jannotti, Officiales d. Communitatis præsentatas, Commissarius, cujus quidem Brevis tenor sequitur, et est talis. ALEXANDER PP. VI. Venerabilis Frater. Salutein et Apostolicam benedictionem. Exponi nobis fecerunt Communitas et Homines terræ nostræ Suriani, tuæ diœcesis, quod ipsi olim reppererunt in quodam pilo marmoreo, apud altare ecclesiæ S. Eutitii sito, plures et diversas Reliquias, quas licet ipsius Sancti fore arbitrentur, tamen illas publice ostendere, ac pro ipsius sancti Reliquiis affirmare non audent. Nos igitur eorum in hac parte supplicationibus inclinati, ac de præmissis certam notitiam non habentes, Fraternitati Tuæ, de qua in his et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, per presentes committimus et mandamus, ut ad d. ecclesiam te personaliter conferas, et de præmissis, an illæ sint veræ Reliquiæ ipsius Sancti, diligenter inquiras; et si ita reppereris, dictas Reliquias, infra vel post Missarum solennia, cum debita veneratione et reverentia, universo populo publices et ostendas, ac veras ipsius Sancti Reliquias esse declares, ac per universos Christi fideles venerari decernas. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xiv Aprilis MCCCCLXVI, Pontificatus nostri anno iv.

committit
ejus inspe-
ctionem Epi-
scopo Hortala-
no:

13 Viso imprimis tenore dicti Brevis, ac potestate et commissione nobis ipsius vigore per Apostolicam Sedem attributa et commissa, volentes ad executionem procedere; ad d. ecclesiam S. Eutitii nos personaliter contulimus, et diligenter ipsam et specum seu cryptam nostris oculis subjicientes, ac Historiam et Legendam d. Sancti legi facientes; visa et diligenter perscrutata d. ecclesia et crypta, visa et audita d. Historia sive Legenda ipsius S. Eutitii, visa arca sive sarcophago ex tabulis marmoreis facta, et Reliquiis in eo existentibus, et in eadem parte ecclesiæ invento, prout ipsa narrat Historia, visis dictis et attestationibus plurimorum testium fide dignorum, super hujusmodi negotio examinerunt, auditis plurimis

hic locum
adit omni-
busque exa-
minatis,

declarat esse verum corpus S. Eutitii

A plurimis miraculis ibidem per summum Creatorem et Redemptorem nostrum intercessione d. Sancti factis et ostensis, visis demum omnibus ac singulis super ejuscemodi negotio opportunis; Christi, gloriosissimæ ac beatæ Mariæ Virginis matris, et S. Eutitii nominibus invocatis, sedentes pro tribunali in ipsa ecclesia præfati Sancti, dicimus, pronuntiamus et declaramus, d. Reliquias in ipsa ecclesia et d. sarcophago sive arca, fuisse et esse d. Sancti Eutitii, Presbyteri et Martyris, et eas devote venerari debere, prout decet Sanctorum Reliquias; ac præmissa omnia publice et palam prædicari et populis annuntiari. De quibus omnibus et singulis rogamus fieri publicum instrumentum per Dominos Ogerium de Gazinis de Canellis Aquensis Diœcesis, et Lucam Marzarium de Curtismilio Albensis diœcesis, Notarios publicos, et sigilli nostri impressione muniri in roboris firmitatem.

per publicum instrumentum.

14 Lata, data et judicialiter facta fuit supra scripta pronuntiatio et declaratio, per præfatum Rev. D. Episcopum et Commissarium, sedentem ubi supra, ac descripta de mandato ipsius Reverendiss. Domini Commissarii in d. ecclesia per me Lucam Marzarium

B Notarium publicum, præsentibus Vener. Dominis Presbyteris, Joanne Francisco Ser-Petri, Nicolao Antonii Franchini, Petro Paschalis Lipici, omnibus de loco Suriani ac maxima parte populi Suriani, et aliis quam pluribus viris et mulieribus ex oppidis circumstantibus. Anno Dominicæ nativitatis mcccxcvi, Indictione xiv die xv mense Maji, Pontificatus S. D. N. Domini Alexandri divina providentia Papæ VI anno iv. † Ego Lucas Marzarius de Curtismilio Albensis diœcesis publicus sacri Imperii auctoritate Notarius, præmissis omnibus et singulis una cum prænominatis testibus rogatus interfui, et rogatus pariter cum præfato Ven. D. Ogerio Gazino Notario publico manu propria subscripsi, hieque me subscripsi cum appositione soliti mei signi Tabellionatus in fidem præmissorum † *Sequebatur similis subsignatio et signum alterius jam nominati Notarii. Transumptum vero exemplum anno mdcLxxix, xxx Aprilis, cum originali, existente in quadam capsula sive archivio scripturarum ecclesiæ gloriosissimi Martyris S. Eutitii, concordare, attestatur Andreas Guidi de Suriano Hortanæ Diœcesis, Dei gratia et Apostolica auctoritate Notarius, in Archivio Romano descriptus; cui fidem legalitatis suæ faciunt xxii Maji Priores Populi Terræque Suriani, in suo Palatio Priorali, subscribeate et Surianensis Communitatis sigillum affigente, Andrea Cellio Secretario.*

ANALECTA

De ecclesia S. Eutitii et manna ibidem scaturiente, et quarundam Reliquiarum inventionione.

Corpus post altare

Tullius Cima, post fidelem translationem Passionis S. Eutitii, de Latina in Italicam linguam, nulla facta mentione Actus Notarialis jam producti, quem crediderim in ejus manus nunquam venisse, uti nec Ughello contigit eum videre; ipsum opusculum suum, sicuti in titulo proposuerat, concludit per ea quæ suo tempore eo in loco notabantur mirabiliter. Ac primum a situ et positione sacrarum ossium incipiens, ait: In sinistro ecclesiæ latere est altare Sancti, et post ipsum locus concavus, duas portulas habens; quarum una ingressui, altera egressui servit. Locus iste ferrata crate versus altare ducta circumdatur, ubi asservantur reliquie S. Eutitii intra rotundam arcam, decenter fabricatam; cui similiter versus altare contigua est marmorea tabula, supradictæ crati etiam inclusa, et sequentibus insculpta litteris. *Reliquias S. Eutitii*

cum titulo:

Martyris, inter rudera lapideo scypho repertas, jubente D. Alexandro VI Pontifice Mar. Henricus Episcopus Hortinus, hic locandas curavit Idibus Maji mcccxcvi.

16 In eadem ecclesiæ parte, in qua consistit altare, intervallo circiter octo passuum, conclave est reliquæ ecclesiæ pavimento aliquanto depressius, quo solent soli Sacerdotes ingredi: ubi quadrata basis cernitur, quatuor circiter palmos alta, et supra eam Tiburtini lapidis tabula, ex qua, licet naturaliter arida, manna scaturit eo tempore quo in prædicto altari celebratur Missa: quantoque major est sacrificantium numerus tanto etiam copiosior liquor, adeo ut eo aliquando impleantur integra vascula; specialius die xv Maji, ipsius Sancti anniversario; quando præter ingentem accolarum et exterorum undique affluentium turbam, multi etiam Sacerdotes conveniunt, ut in ipso altari sacra peragant. Est autem manna istud ordinariæ aquæ simile quoad colorem; et per canaliculos quosdam circum petram factos derivatur in vas rotundum subtus positum, humaniterque distribuitur ipsam petentibus, ut eo contra varias infirmitates utantur: siquidem ad hoc magna valere efficacia compertum est. Sed et ex eo marmore, cui insculptam dixi epigraphen præmemoratam, dicuntur aliquando exsudasse guttæ grandiores et crebræ, colore albo notabiles; quod et ego possum, ut testis de visu, affirmare.

17 Conclavi jam descripto contiguum est cœmeterium, ubi intra maceriam circumductam conspiciuntur plurima ossa in cumulum collecta: quæ utrum censi possint Martyrum esse vel aliorum, lectori discernendum relinquitur. Cœmeterio porro adsita est cryptula, in cujus fundo extremus paries multis veluti sanguineis maculis rubere cernitur, ubi ex sola parte superiori continuo scaturiunt rubri coloris guttæ: quarum quæ causa sit ignoratur, eoque et major est spectantium admiratio. Sequitur deinde pumicosus tractus, versus minorem ecclesiæ portam, et in fine alia crypta, in cujus parte superiori notantur concavitates duæ, duos circiter palmos inter se dissitæ, et humanorum vestigiorum formam aliquam referentes. Sed quomodo eæ tali loco impressæ sint, difficulter concipitur: oporteret enim si, quem admodum sibi persuadet vulgus, ab ipsius Sancti pedibus sicuti altiore multo fuisse terram in ipsa crypta, ut sic prono corpore inter orandum prostratus Eutitius, potuerit, elatis retro in altum pedibus, concamerationem attingere. Ut ut est, ex illis solis seu vestigiis seu cavitatibus, et non ex alia ulla cryptulæ parte continuo stillant guttæ aqueæ, quæ aqua a supposito lapideo vase excepta, a sanis et infirmis devote sumitur, nec minus sapide, utpote levis et grata. Est autem comperit experientia: quod cum aliqui ea sive ad coquendum sive alium finem profanum uti vellent, prodigiosis signis castigata temeritas sit, nec non suppressione miraculose fluxus ad menses continuos aliquot. Eo autem certius prædicta aqua creditur a natura non esse, quod ipsa crypta tota intra solidum topium, natura sua aridissimum, excavata, perquam modicam in superficie terram sustineat.

18 Itaque ad augendum Sancti tot prodigiis clarescentis cultum, instituta est ab annis non ita multis Soriani Confraternitas sub ejus nomine: cui præcipui quique regionis istius sua dederunt nomina, et eandem optimis legibus moderantur. Eoque non contenti, magnificam animi generositatem testantur, moliendo novam a fundamentis capaciorumque ecclesiam; insigni, ut creditur, specie ornataque nulli earum, quæ in hisce partibus spectantur, cessuram. *Hactenus Tullius ante annos ab hinc viginti duos, intra quos credibile est absolutam esse, quæ tunc primum inchoabatur, fabricam. Interim vixit Andreas Guidus,*

D
EX MS.

in vicino
saccario lapsæ

manna su-
dans sub
Missa.

§

item in
crypta ex
vestigis
quibusdam

F
stillant guttæ
miraculosæ

Confraterni-
tas instituta.

A *Guidus, Notarius subscriptus ecgrapho Instrumenti præmissi de Translatione sacrarum ossium, cui haud diu post mortuo insigne testimonium probitatis eximiar, hoc anno MDCLXXX sexto Idus Februarii, jurati scripserunt ecclesiae Parochialis S. Nicolai Suriani Rectores Curati, Gregorius Callistus, Salvator Scotolonus, Bernardinus Miccus et Eutitius Paces.*

EX MS.
cultus præsens,

19 *Hic Andreas Guidus, filius qu. Avenerii, in epistola ad R. P. Bernardinum Coccovaginum Societatis nostrae Sacerdotem, directa Viterbium, prosequens informationem captam a Tullio, asseruit, quod in d. ecclesia S. Eutitii ante ejus venerandas Reliquias semper ardeat lampas, sub cura pii cujusdam Eremitæ istic commorantis, eo quod cellæ et habitationes Conventus Suriano distent sesquimillari circiter: quodque in eadem ecclesia ministrent semper Sacellani quatuor, obligati ad celebrandam ibi Missam ter in hebdomada: præterquam quod alii multi Sacerdotes, maxime festivis diebus, eodem sacrificaturi accurrant, ad fovendam Surianensium, magna frequentia adesse solitorum, devotionem. Insuper Feria II Paschæ et simili feria Pentecostes, nec non die I et XV Maji solet dicta ecclesia ab immemorabili tempore processionaliter visitari a Clero atque a Confraternitatibus quinque, ibidem Canonice erectis, intervenientibus cum Magistratu loci præcipuæ ejusque notæ personis.*

fluxu
Mannæ qui
cessarat

20 *Est autem imprimis notabile saxum Tiburtinum album, pilæ cuidam saxæ impositum, elevaturaque quatuor palmis a solo pavimenti. Hoc enim, licet alias aridissimum semper inveniatur, tamen sub Missæ sacrificio, dum fiebat consecratio Corporis et Sanguinis Domini, solebat sudare palam atque conspicue, ita ut concurrentes guttæ derivatæque in præparatos ad id canaliculos fluere non desinerent usque post Communionem Sacerdotis: qua peracta cessabat stillare miraculosus humor, et ad primam siccitatem suam redibat lapis. Stitit quidem hic tam copiosus fluxus ab annis circiter viginti aut viginti quinque: sed ante triennium cœpit iterum modicum quid sudare prædicta petra, confidimusque redituram ad pristinam abundantiam. Interim solatur nos, quod illius vice copiosissime pergat sudare Marmor, erectum super altare et corpus sanctum, illud scilicet cui insculpta legitur memoria translationis factæ anno MCCCXCVI; cumque ante hos quinque dies, scilicet XV Maji anni MDCLXXXIX, ibidem sacrificaret Illustriss. D. Altaemps, collectus in phialam humor eandem implevit. Nec dissimilis, minusque ad sanitatem conferendam efficax est alius, stillans ex fornice cryptulæ, quæ creditur S. Eutitio servivisse ad orationis ac pœnitentiæ exercitia obeunda.*

ad morbos
curandos,

21 *Hoc est ergo Manna (sic enim ejusmodi miraculosi fluores passim vocantur ab Italis) cujus miracula Brautius Episcopus in suo Martyrologio Poetico celebrat hujusmodi disticho:*

Fundit aquas tumulus certis et manna diebus

Martyris, ægrotis unde levamen adest.

De eodem missum ad nos instrumentum authenticum subscribitur manibus propriis decem testium, ex senioribus communitatis: qui omnes, tamquam rem oculis suis sæpe compertam, affirmant, eo quo dictum est modo e saxo scaturivisse manna tempore Canonis annis anterioribus; et ex Marmore, quod est in altari, adhuc scaturire, nec non aquam ex fornice cryptæ: cujus efficaciam probant multitudine votivorum anathematum ad aram offitorum; unus etiam expertum se dicit, cum febre quartana, et natis inde lienis obstructionibus gravaretur. Quin et hoc ipso anno MDCLXXX, quo imprimimus quoque in lucem speramus emittere primos tomos Moji, Fr. Augustinus a Melia, strictioris Ordinis observantiæ S. Francisci et ad præsens Guardianus

S. Maria de Podio S. Mariæ Suriani die III Februarii affirmavit, et coram Notario Florigio Christophoro de Suriano testificatus est in verbo veritatis et tacto pectore more Sacerdotali hæc sequentia. Attestor me, anno MDCLXXXIX mense Julio, collatum ad S. Eutitii Martyris hujus loci, cum meo socio, et una cum P. Mag. Hilarione a Suriano Ordinis Prædicatorum, Lectore Congregationis Oratorii in urbe, et cum duobus Patribus ejusdem Congregationis Oratorii: et post absolutionem Missarum ingressum, una cum Eremita solo illius loci in cellulam, in qua media sublime lapis erigitur; ex eodem, quem prius et postea aridum inspexi, in conspectu tres guttas (ut nominant) manna salientes effluere aspexisse, una earum altius erumpente: quas admirandi gloriam sanctissimæ Trinitatis veneratus sum.... Insuper duo alii Fratres ejusdem nostri Ordinis dixerunt mihi alias postea inspexisse manna ex eodem lapide emanare.

22 *Postero autem die videlicet IV Februarii, coram eodem Notario sistens se Ludimagister Surianensis R. D. Hieronymus Cherubinus, unus ex quatuor Capellanis Societatis S. Eutitii, cujus diligentia in his omnibus præsto fuit, tacto similiter pectore more Sacerdotali: Attestor, inquit, a me et D. Andrea Guido b. m. quondam colloquentibus de manna S. Eutitii, P. Augustinum a Melia.... valde solertem in investigatione veri, et nimis incredulum perspectum fuisse super hoc miraculo, ex parte vulgi (ut aiebat) nimis creduli; postea vero asserentem se idem manna et vidisse et tetigisse; et a me ita loquentem auditum; Quatenus instar Thomæ confirmatus fui, pro veritate hujus miraculi mortem subirem. Idem autem eodem die ulio instrumento, sed fide simili, Attestor, inquit, post Idus Majas anno MDCLXXXIX huc usque post Missæ absolutionem, in templo S. Eutitii in agro Surianensi, compluries me intulisse in cellulam, sub tecto ejusdem templi existentem seorsim ab altari et sepulchro Martyris aliquot passus: et sæpius nullas, modo unam, modo duas, modo tres, modo quatuor stillas manna, quibus lapis Tiburtinus, qui medius in eadem eminet, emanaverat, aspexisse: ac præcipue unam conficiente Sacra R. D. Octaviano Schiratto: et semel tantum lapidis sancto liquore perfusum, quantum palmæ dimidium operiret.*

23 *Similiter et Vincentius, Cherubinus, æque Sacerdos in eodem Instrumento, Attestor, inquit, fere eodem modo quo meus germanus superscriptus: et insuper semel tantum descripti lapidis sancto manna perfusum vidisse, quantum tegere queat tota palma, quo xylinum delibutum cum devotione reservo. Et die S. Stephani elapsi anni, absoluta Missa, præsentem præ ceteris quadam muliere a S. Martino, et D. Catharina uxore D. Laurentii de Patritiis, reperisse in canali, in quem influit sepulchri Epitaphium, aliquantum manna; quod missum in ampullam tradidi perferendum ad R. D. Dominicum de Patritiis, Ludimagistrum in S. Martino, ægrotantem Suriani: qui cum jam convalesceret, forsitan virtute manna remeavit ad sua munia incolumis.*

24 *Denique die VIII Februarii Theseus Pennatus Notarius præmemoratus, cum testibus Flaminio Mancino et Vincentio Cherubino Præbyteris Surianensibus, requisitus a Dominis Officialibus Confraternitatis S. Eutitii, personaliter accessit ad ejusdem D. Eutitii templum campestre territorii Suriani: Et egomet, inquit, vidi oculis meis intus illud quamdam petram lapidis Tiburtini vetustissimam, longitudinis quatuor palmorum circiter, et unius cum dimidio latitudinis circiter, existentem super quodam altari privato, in qua petra leguntur infrascriptæ litteræ, sculptæ cum signo Crucis a capite hoc modo et forma met sequente:*

D
cui attestatur
Guardianus
Recollectorum

antea incredulus:

E
et Presbyter
Ludimagister
loci

ejusque frater.
F

Tabula
manna sudantis
mensura

A + STEPHANUS VATES TIBI MARTYR
EUTICIIIS PELLÆ MARMORIS DEDI

et inscriptio.
Non habeo quod ulterius explicationis causa addam : solum noto, per hanc inscriptionem satis clare subverti vulgarem opinionem, qui dicitur iste lapis usum sacrificialis aræ præbuisse Sancto, cui diu post mortem

D
oblatus sit : et huic iudicio favere ipsius saxi mensuram, in latitudine sesquipalmarem duntaxat, adeoque nequaquam sufficientem sustinendo sacrum Calicem atque Putenium, nisi forte saxum istud transversim imponebatur sacræ Mensæ.

VIDE APP
TOM. VII MAJI
NOT. 98**

DE SS. QUIRILLA ET SOPHIA

VIRGINIBUS ET MARTYRIBUS ROMÆ ADSERVATIS.

G. H.

XV MAJI
Memoria S. S. Quirillæ.
Philippus Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, qui non sunt in Martyrologio Romano, hunc diem xv Maji ita aspiciatur : Idibus Maji, Romæ S. Quirillæ Virginis et Martyris. Et in Notis allegat illa se habere, Ex tabulis Ecclesie S. Martini in Montibus, ubi ejus Reliquiæ asservantur. Ferrarium secutus Arturus du Monstier, in Gynecæo sacro Virginum, eodem habet. Antonius Philippinus Ordinis Carmelitani Prior Coaventus SS. Silvestri et Martini in Montibus Romæ, de Antiquitate dictæ Ecclesie cap. 16 edidit aliquam Inscriptionem marmoris insculptam, quam a ducentis circiter annis factam arbitratur Romæ similium antiquitatum accurati observatores, in qua pag. 77 ista leguntur : Temporibus Domni Sergii junioris Papæ recondita sunt in hoc sacro altari Corpora BB. Silvestri et Martini Pontificum... cum quibus adhuc reposita fuerunt corpora BB. Sotheris, Paulinæ, Memiæ, Julianæ, Quirillæ, Theopistis ac Sophiæ Virginum et Martyrum. Mentio etiam hujus omnium est apud Octavianum Pancirolium, in Thesaurò abscondito Urbis Romæ regione 2 ecclesia 41 pag. 226 ; ut loco Sophiæ scribitur Sosiæ. Interim in Auctario Greveai ad Usuardum et in Ka-

alendario Breviarii MS. quod ad partes Rheni in usu fuit ad hunc xv Maji, celebratur memoria S. Sophiæ, additurque Virginis in Martyrologio Anglice a Richardo Wilsfordo scripto et Londini anno MDCXXVI excuso. In MS. Calendario Carmelitarum Conventus Mechliniensis, et in scriptis additionibus Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum, ad titulum Virginis apponitur et Martyris. Quare ut simul memoria utriusque servetur, eas simul hic proponimus, ad ulteriorem Romanorum inquisitionem, qua hæc possint probari aut improbari.

et S. Sophiæ

2 Memoria sacra S. Quirilli Martyris, sed cum duobus Sociis et Aziopoli in Bulgaria, celebratur ix Maji ; ut et S. Sophiæ xxx Septembris, sed viduæ et nutris SS. Fidei, Spei et Caritatis Virginum : a quibus has Virgines et Martyres diversas arbitramur. Carolus Bartholomæus Piazza in Sanctuario Romano refert S. Quirillam Virginem et Martyrem coli in ecclesia S. Martini in Montibus, ubi ejus servatur corpus. At S. Sophiæ Virginis memoria inserto est Calendario Breviarii Moguntini anno 1495 et 1507 excusi, atque Cammensis in Pomerania anno 1521 editi, ut videatur ad hunc Idus Majas pertinere.

E

DE SANCTO LIBERATORE

EPISCOPO MARTYRE, BENEVENTI DEPOSITO.

G. H.

XV MAJI
Beneventi cultus.
Marius de Vipera, Archidiaconus Beneventanus, edidit Neapoli anno MDCXXXV Catalogum Sanctorum, quos Ecclesia Beneventana duplici ac semiduplici celebrat ritu : inter quos est S. Liberator, qui ritu duplici colitur hoc xv Maji, et ex archivio monasterii S. Sophiæ in MS. codice antiquo, ubi registrata extant nomina Sanctorum, quorum Corpora et Reliquiæ ibi asservantur, et ex inscriptione in marmore in eadem Ecclesia in pariete existente prope capellam Thesauri, hoc de S. Liberator per compendium edidit.

2 Liberator Episcopus Arianensis et Martyr, miraculorum multitudine admirandus multis locis, et præsertim Beneventi : ubi ejus Corpus condigno honore conditum in augusto templo S. Sophiæ. Ejus Acta temporum injuria exciderunt. Habet Beneventi basilicam ei dicatam extra civitatem magnæ devotionis, a qua tota illa regio dicta extat : ubi ejus festivitas magno accolarum concursu celebratur. Agitur dies festus ex devotione, civibus ab operibus servilibus cessantibus. Hæc dictus Marius de Vipera.

3 Quia Acta ejus dicuntur injuria temporum excidisse, nonnulla dubia circa Episcopatum occurrunt. Extat Romæ in bibliotheca Vaticana pervetustum Martyrologium antiquo caractere Longobardico, numero 5949 signatum, quod olim pertinuit ad Ecclesiam Beneventanam S. Sophiæ : in quo celebratur ad hunc xv

Maji memoria S. Liberatoris Martyris, nulla facta Episcopatus mentione. Eodem anno MDCXXXV, quo edidit citatum Catalogum Sanctorum Marius de Vipera, vulgavit etiam Fabius Barberius Arianensis Catalogum Episcoporum Arianorum, cum singulorum rebus gestis, quorum primum nominat Meinardum, qui sedit circa annum MXXX : præponit tamen ista verba : S. Liberator Martyr, fuit Episcopus Ariani ex relatione a Beneventanis. Ferdinandus autem Ughellus tomo 8 Italiæ sacræ excuso anno MDCCLXII, edidit ex Fabio Barberio aliisque scripturis Arianos Episcopos ; nulloque facta S. Liberatoris mentione, primum statuit dictum Meinardum.

4 David quoque Romæus imprimendum curavit anno MDLXXVII tractatum, de Quinque Divis Custodibus ac Præsilibus urbis Surrenti, cui subjungit Indices Divorum, qui nati et humati sunt in Neapolitano regno, in quo pagella 409 ista panca habet : In Pelignis Liberator Pont. nulla martyrii facta mentione. Sunt Peligni populi in Aprutio, inter Saguam et Aternum fluvios, quorum urbs præcipua est Sulmo, patria Ovidii ; ab hoc autem procul distat in Hirpinis Ariannum, antiquis Tuticum, Equus Tuticus, et Equus Magnus dictum. Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, edito anno MDCXXIII, primo loco ad hunc xv Maji agit de S. Liberatore Episcopo et Martyre in Pelignis, asseritque se Acta ex variis locis, in quibus is colitur, curavisse pervestiganda, at nihil certi ad manus ha-

martyrium.
F

Dictus Pont. in Pelignis :

ctenus

A etenus pervenisse. *Interim hoc elogium formavit: S. Liberatoris, Episcopi et Martyris in Pelignis, frequens et celebris est memoria multis in locis, præsertim Sulmone, Beneventi, ubi ejus Reliquiæ habentur, et Manlianæ in Sabinis, ubi Tutelaris est et templum habet, ut accepimus. Idem Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum anno MDCXXV excuso ubi Idus Maji, In Pelignis, inquit, S. Liberatoris Episcopi et Martyris. Annotatque ita se scribere ex Tabulis Ecclesiæ Beneventanæ, ubi ejus habentur Reliquiæ, et Ecclesiæ Manlianæ in Sabinis, ubi is uti Patronus loci coli fertur... Extat castrum cum cœnobio S. Libe-*

ratoris in diœcesi Teatina apud Buechianicum oppidum. *Hæc ibi: nec plura de S. Liberatore obtinere hæcenus potuimus. Scripsit ad nos Viterbio anno MDCLXVIII Eminentissimus Cardinalis Franciscus Maria Brancatius, se satagere ut notitias aliquas de S. Liberatore colligeret, quas ubi in ordinem redegisset, ad nos voluit mittere. Verum eas non contigit assequi. Ex omnibus jam relatis certissimo videtur dici posse, S. Liberatorem fuisse Martyrem, ejusque sacras Reliquias esse Beneventi, et valde probabile est fuisse Episcopum. Reliqua subjicimus iudicio lectoris.*

D
Castrum S.
Liberatoris.

DE SANCTO ACHILLIO

EPISCOPO LARISSENSI IN THESSALIA.

G. II.

CIRCA CCCXXX

Elogium ex
Menolog.
Basilii Imp.

Larissa metropolis Thessaliæ, quæ ab ea Provincia Larissena etiam dicta fuit, inter antiquos Episcopos habuit S. Achillum, variis Græcorum factis inscriptum ul diem xv Maji. *Menologium Basilii Porphyrogeniti Imperatoris hoc cum exornat elogio. Achillius Thaumaturgus, floruit sub Imperio Constantini Magni. Fuit filius parentum Christianorum, ab his pietatem edoctus, et exterorum sapientium disciplina institutus, deinde etiam in divinæ Scripturæ meditatione diligenter excultus, nec non concinno sermone ac virtute debita exornatus, urbis Larissenæ fuit Archiepiscopus initiatus. Postea ob multa feliciter gesta, editaque miracula, illustre nomen adeptus, non cum divinis Patribus Concilio Nicæno adfuit contra Arium hæreticum. Cum vero propter orthodoxam doctrinam strenne dimicasset, atque hæreticos devicisset, omnium admirationem excitavit. Reversus postea Nicæa ad suam Sedem, cum multa patrasset miracula, magnaque et plurima ad Dei Sanctorumque gloriam templa excitasset, gaudio plenus migravit ad Dominum. Hæc in Menologio Basilii Imperatoris. Aliud subjungo ex MS. Synaxario Græco Ecclesiæ Constantinopolitanæ, adservato Parisiis in Collegio Claromontano Societatis Jesu.*

2 Eadem die memoria S. P. N. Achillii Thaumaturgi. Metropolitanæ Larissenæ urbis. Vixit hic ævo

Constantini Magni, piis genitoribus natus et educatus: per quos pietatem eximiam cum disciplinis externis et cœlestem philosophiam edoctus, omnibus simul virtutibus animum excoluit. Tunc Archiepiscopus secundæ Thessaliæ apud Larissæos a totius Græciæ populis renuntiatus est. Evocatus etiam ad magnam Synodum Nicænam, contra Arium ejusque asseclas decertavit, eosdemque anathemate damnavit. Reversus vero Larissam, plurima idolorum fana evertit, et dæmones ab hominum corporibus exegit: cumque plurimas sacras ædes a fundamentis exædificasset et omni cultu exornasset, ipse aliis plurimis miraculis editis in pace vitam suam exegit. *Hæc ibi, quæ fere eadem leguntur in Menæis excusis, et apud Maximum Cytherorum Episcopum, additurque eum in dicto Nicæno Concilio cum aliis Patribus ad finem usque allaborasse. Fuit illud habitum anno CCCXXV, ut videatur saltem ad annum usque CCCXXX vixisse. Eiusdem meminit Ferrarius in Catalogo generali. Elogio in Menæis excusis præmittitur distichon, affirmans sumam miraculorum, et alludeas ad nomen urbis Ἀχρίσσα et Ἀχρίων loqui.*

Ἀχρίη Ἀχρίσσα σὰς ἀριστείας ξένας.
Μυρία ἐχουσα καὶ θαύματος σου, Πάτερ.
Loquitur Larissa mira virtutis tuæ,
Etiam sepultum te commemorans, Pater.

aliud ex MS.
Synaxario

et Menæis.

C

DE SS. SIMEONE, ISAACIO, BACHTISOE

MARTYRIBUS IN PERSIDE SUB SAPORE REGE.

G. II.

SEC. IV

Elogium ex
Menologio
Basilii

Nota est crudelis perscunctio Saporis Regis Persarum, adversus Christianos seculo Christi quarto excitata, et sapiens a nobis memorata: in qua hi Christi athleta sanguinem suum effundendo, mortyrio fuere coronati. *Hi in Menologio Basilii Porphyrogeniti Imperatoris hoc exornantur elogio. Simeon, Isaacius et Bachtisoes, Christi Martyres, fuerunt ex Persidis regione oriundi sub impio Sapore. Cum vero Christiani essent, comprehensi fuerunt a Persis, qui ignem adorabant; et Saponi traditi, jussi sunt Christum abnegare, et soli ignique sacrificare. Ast illi responderunt dicentes; Christum non abnegamus, utpote verum Deum ac rerum omnium conditorem: solem vero atque ignem, scilicet opera manuum ejus, plane despiciamus. Hoc responso iram Tyranni excitarunt: quapropter manibus pedibusque quatuor partibus devincti distractique, crudeliter fuerunt cæsi. Deinde in carcerem detrusi, nullum*

diebus septem acceperunt cibum. Post hæc e carcere educti, cum multiplices cruciatus constanter tolerassent, demum alacri animo sacris ac venerandis capitibus obruncati, martyrium consummarunt. *Hæcenus Menologiura Basilii Imperatoris. Aliud elogium in MS. Synaxario Constantinopolitano, Parisiis in Collegio Societatis Jesu adservato, sic recitatur. Certamen sanctorum Martyrum Bachtisoes, Isaacii et Simeonis. Hi in Perside sub Sapore Rege fidem Christi profitentes, fuerunt comprehensi atque ad Præsidentem deducti; coram quo cum Christianos semet annuntiasent, multa et varia sustinuerunt tormenta. Cumque Præsidi nollent consentire, cum aliis discipulis suis in ignem conjecti, coronam martyrii obtinuerunt. Hæc ibi, quæ fere eodem habentur in MSS Menæis Mediolanensibus bibliothecæ Ambrosianæ, et Taurinensibus Ducis Sabaudix, et sequenti die in Menæis excusis, et MSS. Dwionensibus Petri Francisci Chifletii, et*

ubi dicuntur
capite plexi.

Aliud ex MS.
Synaxario.

ubi dicuntur
in ignem
conjecti.

ubi in aliis
MSS.

in

A *in his omnibus dicuntur in ignem coniecti. In postremis autem, Chiffletianis scilicet, idem supplicii genus, addito etiam disticho, sic inculcatur:*

Πρὸς πῦρ ἐν συμπύκνῳσι, τρεῖς ὑπόφρονες,
Ἰσαάκιος, Συμεὼν τε καὶ Βαχθισόης.

Tres ignem ad unum mente conspirant pari
Isaaciis, Symeonque cum Bachthisois.

Interim in omnium antiquissimo Basilii Imperatoris
Menologio iidem Martyres dicuntur capitibus plecti.

D *Cum autem ista verba quod cum discipulis suis sint in ignem coniecti, etiam habeantur in martyrio SS. He- ractii, Paulini et Benedini, suspicari quis posset ob his ad illos ea esse per socordiam librariorum temere translata. Si Acta horum aut istorum Martyrum integra extarent, prout videntur extitisse, huic scrupulo posset fieri satis. Jam suspendimus nostrum iudicium, illudque liberum etiam lectori relinquimus.*

AUCTORE G. H.

FESTUM SS. RELIQUIARUM

AVENIONE IN ÆDIBUS DOMINI DE FARGUES.

G.P.

xv MAJI.

Pontis Avenionensis fundator S. Benedictus, primam nobis occasionem dedit cognoscendi pietatem atque doctrinam nobilissimi viri D. Richardi Josephi de Cambis Domini de Fargues, cum is laborem suscepisset manu propria transcribendi omnia, quæ Sanctum istum spectant monumenta, in nostro Aprili ad xiv diem edita. Idem deinde collectum a se commenturium de Sanctis, quorum cultus in Avenionensi urbe præcipue viget, benignissime communicavit: in quo ad diem xv sic scribit. Domesticum ædium mearum sacellum, cum Apostolicæ Sedis assensu erectum et a magno Vicario Archiepiscopatus Avenionensis consecratum, locupletatur multis Reliquiis, insignibus plerisque, variorum Sanctorum atque Sauctarum, pro majori parte Martyrum, mihi Romæ donatis: quarum ut festum ageretur die xv Maji prædictus magnus Vicarius sanxit, per Instrumentum publicum, cuius hic est tenor.

Vicarius Avenionensis

2 Ludovicus maria de Suarez, Presbyter, I. V. Doctor, Protonotarius Apostolicus, Præpositus sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ Avenionensis, Illustrissimi et Reverendissimi Domini, Fr. Domini de Marimis, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopi Avenionensis, et S. D. N. Papæ Assistantis, Vicarius et Officialis generalis. Universis et singulis, ad quos præsentis nostræ litteræ pervenerint, fidem facimus et testamur, quod anno et die infrascriptis nobis exhibitæ et præsentatæ fuerunt a Perillustri et Nobili Domino de Fargues, cive Avenionensi, capsulæ quædam ligneæ, in quibus continentur Sanctorum Reliquiæ, quædam auctoritate Eminentiss. et Reverendiss. Cardinalis Vicarii S. D. N. Papæ, aliæ Illustrissimorum et Reverendiss. Vicesgerentis, Sacrarum Apostolici Præfecti, et aliorum ad quos spectat approbatione confirmatæ; dictæque capsulæ erant decenter conclusæ, una cum sigillis prædictorum Cardinalis et Præsulum, ac illorum litteris debite signatis ac sigillatis.

corpus S. Eleodori Martyris

3 Quas quidem capsulas nos cum debitis, quantum in nobis fuit, honore et reverentia suscipientes, post exhibitum cultum, aperuimus: ac in una ipsarum invenimus corpus S. ELEODORI MARTYRIS, una cum iustrumento authentico et publico, per Notarium signato, et sigillo Eminentiss. Cardinalis Ginetti Vicarii Papæ, sub Datum Romæ xv Novembris MDCLX, in quo fertur, quod anno MDCLVIII die xxv Septembris, D. Alexander Argelus, Vicesgerens Eminentiss. Cardinalis Vicarii, dedit prædictum corpus D. Laurentio Jannoto Romano; deinde d. Jannotus dedit illud D. Guillelmo Leslæo Presbytero Scotæ iv Aprilis MDCLX, et d. Leslæus Domino de Fargues, una cum eisdem facultatibus sibi concessis, die xv Novembris MDCLX.

et aliorum Martyrum Reliquias,

4 In alia capsula crus S. MAXIMÆ M. cum ampulla vitrea cum sanguine ejusdem Sanctæ, cum litteris D. Ambrosii Landucci, Episcopi Porphyrien-

Maji T. III

sis, Sacrarum Apostolici præfecti. In alia brachium S. LIELUMI M. de ossibus Sanctorum PONTIANI, SECUNDINI, GAUDENTII, ANTONII, LAVINIE, et SILVIE MM. ex Cœmeterio Cyriacæ: et ab Eminentiss. Cardinali Martio Ginetto, Eminentiss. Cardinali Barberino dictæ Reliquiæ datæ sunt, ut patet ex litteris Februarii MDCLIV. et deinde ab eodem Eminentiss. Barberino, D. Richardo Josepho de Cambis donatæ, ut nobis apparuit ex Instrumento publico donationis, debite a publico Notario subscripto et Eminentiss. Cardinalis Vicarii sigillo munito. In alia brachium S. PRIMITIVI M. et partem coxendicis S. HADRIANI M. ex cœmeterio Priscillæ, cum litteris D. Marci Oddi, Episcopi Hierapolitani Vicesgerentis, sub die xvi Junii MDCLVIII. In alia vero coxendicem et de ossibus S. SEVERI M. et de capite S. CONSTANTIE M. ex cœmeterio Priscillæ, cum litteris D. Marci Oddi prædicti sub die vii Januarii MDCLIX. In duabus aliis invenimus brachium S. ANSELMI M. brachium S. VICTORIE M. cum ampulla vitrea cum sanguine ejusdem; crus S. FAUSTINE VIRG. ET MART. Maxilla cum dentibus S. JANUARI M. de ossibus S. SILVEAN M. clavicula pectoris S. EMERENTIANÆ M. de costis S. AURELLE M. duo digiti S. LICINII M. ampulla vitrea cum sanguine S. ROMANI M. de ossibus et præcordiis SS. EMILIANI ET SOCH EIUS MM. ossa, cineres et dentes PLURIMORUM MARTYRUM ex cœmeteriis Cyriacæ et Priscillæ cum litteris D. Octaviani Carraffæ, Archiepiscopi Patracensis Vicesgerentis, et D. Ambrosii Landucci Episcopi Porphyriensis Sacrarum Apostoli Præfecti XIX et XXX Junii MDCLXI.

a variis Prælati Romæ acceptas,

5 In alia capsula de ossibus SS. SEVERINI ET JUSTINI MM. cum litteris Eminentiss. Card. Ginetti Vicarii Papæ iii Novembris MDCLVIII. In alia de ossibus SS. VENANTI, ZOSIMI, VALERII, IVANALIS MM. et S. INNOCENTIE VIRG. ET MART. ex cœmeterio Priscillæ a D. Ascanio Rivaldo Vicesgerente extracta, ut in Instrumento publico xxxi Maji MDCLVIII. Item in alia ossa S. JOACHINI, TEUTONII ET ELIZEI MM. et partem capitis S. HILARIE V. M. ex cœmeterio Saturnini, una cum litteris D. Ambrosii Landucci præfati vii Junii MDCLIX. In aliis duabus capsulis pars cruris et de ossibus S. FORTUNATI M. pars cruris S. HONORATI M. pars brachii S. PROSPERI M. pars brachii et de ossibus S. CONSTANTII M. crus S. CLEMENTIS M. pars crurum S. FAUSTI M. pars humeri S. VICTORI M. pars humeri S. FELICIS M. cum litteris D. Marci Gallii Episcopi Ariminensis, Vicesgerentis Eminentiss. Cardinalis Ginetti. Item in alia de ossibus combustis S. VICTORIE, et de cineribus corporum SS. AGNETIS ET EMERENTIANÆ VV. MM. ex sacrario ecclesiæ S. Agnetis via Nomentana extra urbem Romam, ut constat ex litteris Cardinalis Antonii Barberini, Abbatis commendatarii ejusdem monasterii S. Agnetis xxx Maji MDCLVIII.

59 6

A 6 Quibus sacris Reliquiis per nos diligenter visis et consideratis, nec non litteris authenticis concessionum earumdem recognitis legitime signatis et sigillatis, juxta facultatem nobis concessam in superscriptis authenticis litteris, ad satisfaciendum devotioni ejusdem Domini de Fargues, easdem in suo domestico oratorio seu sacello, in quo auctoritate Apostolica Missæ celebratio concessa reperitur, a nobis visitato et benedicto, publicæ venerationi exponere annuimus: et quod in eo quilibet Sacerdos Secularis vel Regularis possit Missam celebrare in honorem dictorum sanctorum Martyrum, quorum Reliquiæ in d. oratorio seu sacello coluntur, de communi plurimorum Martyrum, et juxta Rubricas Missalis Romani qualibet die xv mensis Maji, quam diem in honorem illorum Sanctorum festum assignamus et concedimus: nec non quod qualibet die xii mensis Octobris celebretur Missa festiva de communi unius Martyris de S. ELEODORO M. in eodem oratorio seu sacello, juxta prædictas Rubricas Missalis Romani.

statuit simul festive honorandas 15 Maji

B et S. Eliodori seorsim 12 Oct.

7 In quorum fidem præsentis litteras sigillo Illustriss. et Reverendiss. D. Archiepiscopi Avenionensis et subscriptione nostra munitas, per Archiepiscopatus Avenionensis Secretarium fieri mandavimus. Datum Avenione in Palatio Archiepiscopali, die xx mensis Januarii anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo nono. Hoc Instrumento sic descripto Latine, addit iterum Gallice uti ceperat ipse Don. inus de Fargues: Brachium unum S. ELEODORI M. dedi Virginibus Carmelitanis Avenione, et os unum coxendicis ab eodem sancto corpore sumptum ecclesiæ Patrum Societatis Jesu, et utrobique dicta die xii Octobris Officium et Missa de ipso celebratur. Conservantur etiam in eodem sacello aliæ reliquiæ variæ, S. FRANCISCI DE SALES, S. BENEZETTI, S. PETRI LUZEMBURGHII, et S. VEREDEMI EP. AVENION. nec non Sanctorum plurimum aliorum: quæ omnes una cum prædictis clauduntur sub altari

Oratorii prædicti, ante quod altare noctu et interdium D foveatur lampas, perpetuo ardens ad Dei et Sanctorum prænominatorum honorem.

8 Egimus die xvii Aprilis de S. Aniceto Pontifice Romano et Martyre, narravimusque quomodo Joannes Angelus Dux ab Altaemps a Clemente VIII Pontifice Maximo acceperit ejus corpus, quod die xxii Octobris anni mdciv collocavit in sacello marmoreo, ad hoc per ipsum erecto intra Palatium suum. Meminimus etiam quod cum anno mdcxli Romæ essemus, ipso die Paschæ, tunc in xvii Aprilis cadentis, celebratum in eodem Palatio fuerit a populo Romano festum ejusdem S. Aniceti, frequenti totius civitatis concursu; nec enim nisi die illa promiscuæ plebi patet Sacellum istud. In his porro nihil magnopere mirabamur, cum tanti et Principis excellentia, et Pontificis notissima sanctitas, prærogativam istam merebantur, ut in privato hujusmodi sacello unus haberet tam sanctum pignus, alter publicum cultum semel saltem in anno obtineret. Nescimus quod alibi Romæ extet talis Privilegi exemplar: quod autem etiam privatis civibus, quibus pro suæ nobilitatis merito conceditur usus Sacelli domestici, aliquando indulgeretur ut ad Sanctorum, quas ibi conditas habent, Reliquias honorandas, anno festo per Ordinarium instituto, suos concives invitarent, nullo hactenus comperimus exemplo. Tale igitur nunc invenientes, quod imitari possint ii omnes, qui in domesticis suis oratoriis magnam Sanctorum Reliquiarum copiam, singulari pietate ac diligentia collectam, et pulcherrimo ordine elegantibus in thecis dispositam habent (uti hic Antuerpiæ scimus habere aliquos) omnino duximus necessarium ipsum hic proponere, ad augendum Sanctorum venerationem hoc tempore, quo tam multi quotidie insurgunt novatores, qui Janseniano, ne dicam Calviniano spiritu pleni, acceptum a majoribus piæ devotionis fervorem conantur extinguere, quidquid eo spectat, frigido simulati zeli prætextu, suspectum faciendo, quasi per abusum popularem irrepserit in Ecclesiam, cum præjudicio suppremi Numinis.

exemplo pluribus imitabili in casu simili.

E

DE SANCTIS BENEVENTANIS

JOANNE EPISCOPO, STEPHANO LEVITA. ITEM MARTIANO, DORO, POTITO, PROSPERO, FELICE, CERVOLO STEPHANO ET ALIO.

G. II.

XV MAJI.

Eorum hodie obscura memoria:

Ferdinandus Ughellus tomo 8 Italiae sacrae describit Episcopos et Archiepiscopos Beneventanos, interque illos fuisse vicissimum primum asserit Joannem, quem titulo Sancti compellat colum. 16, uti et in Indice Chronico et in Indice Alphabetico. Eidem etiam titulum Sancti tribuit Marius de Vipera in Catalogo Sanctorum Ecclesiæ Beneventanæ, et in Chronologia Episcoporum et Archiepiscoporum Metropolitanæ Ecclesiæ Beneventanæ. Verum in Elencho Episcoporum præposito et in Indice Alphabetico Rerum memorabilium sub finem adjuncto, solum compellat Beatum. Egerat is in prima sui Catalogi parte de iis solum Sanctis, quos Ecclesia Beneventana duplici ac semiduplici celebrat ritu: in secunda autem inquit Sequitur historia de aliis sanctis viris, qui nativam Beneventano e sanguine trahentes originem, patriam suam multis modis, ac præsertim vitæ sanctimonia illustrarunt: at quia eorum Acta propter multas frequentesque urbis nostræ ruinas periire, ideo nostra Beneventana Cathedralis ecclesia, nullum festum diem in eorum memoriam agit, utpote quæ adhuc usque certis historicarum fundamentis caruerit, sola nominum fama percrebescente. Nunc autem nostra assidui laboris

industria nonnulla in diversis librorum monumentis, etiam MSS. antiquitate corrosis reperta, in præsentem librum transcribenda curavimus. Agit deinde, sub nota diei xv Maji, ad hoc ex occasione mox declaranda electi, de S. Joanne: et extabat, inquit, etiam antiquitus legenda gestorum ejus, quæ ad hæc usque tempore visa et novissime inter hominum manus deperdita est. Ejus Reliquiæ vel certe bellorum injuria deletæ sunt, vel inter illas dicendum reperiri, quæ in nova Cathedrali sub incertis nominibus conservantur. Hæc Marius et ex ipso Ughellus, Antonius Caracciolus inter antiquos Chronologos quatuor, a se Neapoli anno mdcxxvi editos, dedit in lucem Falconem Beneventanum, Notarium et sacri Palatii scribam, ab Innocentio Papa II Judicem suæ patriæ renuntiatum. Illic edidit Chronicon sui temporis, quod ab anno mci ad annum mcxl continet res potissimum Beneventi gestas: ac de Inventione S. Joanuis et aliorum ista commemorat.

sec. 12 scribit Falco.

2 Anno mcxix, et anno primo Pontificatus Domini Callisti secundi summi Pontificis et universalis Papæ, ... xv die intrante mensis Maji, Beneventanus Archiepiscopus Landolphus, consilio salutis invento,

An. 1119, 15 Maji inventa Corpora:

to,

A to, Corpora SS. Martiani, Dori, Petiti et Prosperi, Felicis, Cervoli atque Stephani, quæ prisco ex tempore non [...] honestæ tumbæ, qua jacuerant, coram omnibus propalavit. Corporibus namque illis taliter foras eductis, ex ossibus eorum duo in conspectu omnium civium Antistes præfatus poni magna cum reverentia, ut crederent, præcepit. Fama igitur per civitatem ventilata, concursus magnus factus est virorum ac mulierum, et cursu præcipiti, oblationibus essa illa lacrymando osculabantur: quæ vero ossa Sanctorum indignus ego osculatus sum. Biduo autem postquam corpora illa Sanctorum foras educta sunt, prædictus Antistes Presbyteros omnes Civitatis ad Episcopium vocari præcepit, quatenus de tantorum Sanctorum laudibus agendis colloquerentur. Continuo consilio assumpto, dedit in mandatis, ut primum Presbyteri Portæ summæ ad Episcopium jubilando, cereis et lampadibus descenderent, et coram Sanctorum ossibus laudes Deo et eis decantarent. Secundo quidem Presbyteri Portæ aureæ, tertio autem Portæ-ruffinæ, quarto Forenses, quinto Civitatis-novæ, postremo vero Civitatis totius Presbyteri et viri, quatenus una in honore Dei et Sanctorum illorum aggregati, omnipotentis Dei misericordiam implorarent, ut eorum intercessionibus delictorum veniam consequerentur. Presbyteri autem Pastoris jussa audientes, sicuti imperaverat, executi sunt: et laudibus innumeris ordinatim ad Sanctorum corpora descendebant. Virorum autem et mulierum et pauperum canentium turbam, quæ præcedebat et sequebatur, cereis in altum positis et accensis, Lector, si cerneret, de tanto gaudio ultra humanum modum exultares; et ex cordis profundo lacrymas rivo irriguo produceres. Processionem enim insolitam cerneret, et quod a multis annorum spatiis inauditum est, Beneventana civitas ob Sanctorum honorem amoremque modo operata est. Regem quidem testor cælorum, quod si lingua triplicatos ederet sonos, et vox incessabili plectro premeretur, tanti gaudii pondus et tantarum laudum densitatem nullo modo exarare valerem. Quis unquam civium tempore isto viventium, sic prorsus civitatem lætari, poterit recordari? Credo vero sub beati Apostoli Bartholomæi Patroni civitatis adventum ita prorsus gaudio magno civitatem impletam fuisse.

3 Nam, ut Beneventanorum memoria per duas generationes allevaretur, Abbates omnes Ecclesiarum, studio magno, lignorum machinationes, mirabili constructas artificio, composuerunt. Civitatis autem novæ Presbyteri, ut studiosiores præ omnibus viderentur, lignorum machinam quamdam, circumquaque cereis lampadibusque immensis obductam, ad Sanctorum corpora perduxere. Infra eam vero juvenes cum tympanis et cum citharis tinnientibus vidimus insultantes. Campanas namque et tintinnabula multa intra struem illam videbamus. Sacerdotes denique in albis vestiti, cum vexillis et multo cereorum comitatu, coram Sanctorum ossibus decantabant. Novissime autem Archisius Archidiaconus talem tantamque per singulas civitatis partes partiumque angulos lætitiæ insolitam fieri aspiciens, consilio accepto, mirabilem quamdam lignorum structuram pro Ecclesiæ S. Laurentii honore, quam regebat, et totius civitatis præcepit componi. Illic artifices multos, Lector, si adesses, conspiceres, ibi studii manus operantes videres: sub quorum vero industria ad naviculæ instar facta est. Qua demum peracta, super illam magni ponderis campanam et multa alia metallorum genera vociferantia et cereos multos accensos imponi præcepit. Heminem etiam lyrizantem et tubas stridentes ad astra ibi associavit: et circa illam cornua crepi-

tantia, tympana mirabiliter percussa, citharæ varique generis modulationes tripudiabant. O qualem, Lector, aspiceres exultationem, quale gaudium per totius civitatis partes cerneret, si interesset: quod revera putares crederesque potius aliam vitam aliamque speciem cordis, oculi, et corporis imitari. Talibus igitur et tantis modulationibus patris, ut Archidiaconi gloria attolleretur, boves ad illam structuram injunxit, et junctis bobus usque ad S. Andream ecclesiam perduxere. Deinde pro densitate ædificiorum, quæ super plateas inerat, usque ad Episcopium boves illam trahere nequiverunt. Continuo ad manus virorum multorum machina ipsa sic ponderata ad Sanctorum Corpora perducta est: et ea perducta Archidiaconus ipse cum Clericorum comitatu in albis vestito coram ossibus Sanctorum vigiliis cantaverunt: quibus finitis unusquisque ad propria reversi sumus.

4 In crastinum autem prædictus Antistes, die videlicet decimo [octavo] stante mentis Maji cum Episcopo Frequentina et de Monte-Marano et Ariannensi Corpora Sanctorum collocavit, inter quos corpus associavit Beati Joannis XXI Beneventani Archiepiscopi (qui triginta et tres annos, sicut titulus testabatur, in Episcopatu advixit) item corpus Stephani Levitæ et alterius Sancti, cujus nomen ignerabatur. Corpus quidem ipsius Joannis Episcopi, et Stephani Levitæ, et alterius Sancti, ante prædictorum inventionem Sanctorum Martiani et ejus sciorum, inventum est juxta altare, in quo ipsi requiescebant. Ad quorum vero venerabilem Dedicationem Archipræsul ipse quartam partem peccatorum omnibus, qui ad Sanctorum visitationem convenerant, condonavit. Donavit id quoque omnibus aliis, qui usque ad Octavam diem Apostolorum Petri et Pauli venturum ad Dedicationem hanc convenerint. Item sub excommunicationis vinculis posuit contra omnes male facientes illis qui ad tantorum Sanctorum convenissent Dedicationem. Hoc anno Landolphus Beneventanus Archiepiscopus obiit quarta die intrante iuensis Augusti, et Roffridus electus est, qui erat tunc Archipresbyter. *Matteus Falco: cujus egraphum istic ubi [...] notavimus una alterave linea omissa mutilum fuisse videtur: quod nisi foret, accuratius sciretur locus unde educta Sancta corpora fuerunt.*

6 Sedes Episcopales, in fine memoratæ, scilicet Frequentina, Montis-Marani et Ariana, omnes quidem sub metropoli Beneventana sunt, de illarumque Episcopis agit Ughellus tomo 8 Italiæ: at quia Catalogi non satis exacte Episcopos referunt; quo hi tres, qui adfuerunt, compellati nomine sint, non possumus certo pronuntiare. De SS. Martino, Doro, Potito, Prospero, Felicia, Cervolo et Stephano inquirere cupientibus quando vixerint, quomodo et quo die mortem obierint, desunt hactenus monumenta. *Marius de Viperia in Catalogi parte secunda (ubi de Sanctis agit, quorum Beneventana Ecclesia festum non celebrat) refert S. Stephanum Martyrem Beneventanum ad diem XIX Septembris, nixus auctoritate Topographiæ Martyrum sub nomine Primi Cabilunensis Episcopi Martyrologio Maurolyci subjunctæ, in qua ista leguntur: Beneventum Italiæ civitas. Hic Jannarius Episcopus, Festus, Stephanus et Desiderius sub Diocletiano Martyres. Verum qui hic Stephanus dicitur, apud Adonem, Notkerum aliosque et in Martyrologio Romano Sosius appellatur. Sed esto etiam aliquis Stephanus, cujus in nullis Actis fit mentio, cum Jannario Episcopo passus fuisset; unde probaret Marius unum eundemque censendum esse, qui hic cum Martino aliisque recensetur?*

4 Apparet nobis satis probabile, hos septem martyrio saltem fuisse coronatos, quod tamen judicio aliorum relinquimus.

D
EX CHR.
FALCON.

collocantur-
que 18 Maji
cum aliis 3
corporibus:
E

eaque visitan-
tibus Indul-
gentiæ datur.

F

Incertum an
Stephanus cum
S. Januario,

aut potius
cum S. Mar-
tiano sit
coronatus.

ad quæ hono-
randa 17 Maji
Clerus succes-
sive descendit

maximo cum
tripudio
civitatis,

C
et festivarum
machinarum
apparatu:

EX CHR.
FALCON.

A *linquimus. At qui Stephanus Levita dicitur, et cujus Corpus cum corpore S. Joannis Episcopi fuit inventum, videtur hujus etiam Ecclesie Beneventanae fuisse Diaconus. Referimus omnes ad hunc xv Maji, quo corpora S. Martiani et Saciorum fuerunt inventa. Arbitratur autem Marius, Joannem Episcopum floruisse circa annum ccccxxx, cui tunc subrogatum ait Dorum II;*

et Dorum primum fuisse xv Episcopum circa ann. D cxxx, ejusque natalem celebrari xx Novembris, uti S. Martiani Episcopi xiv Julii. Quid si alii etiam fuerint Episcopi ex undecim illis, qui ante S. Januarii sederunt, et quorum nomina hactenus latent? Id Beneventanis inquirendum proponimus.

an forte
Episcopi Be-
neventani.

DE S. PRIMAELE SACERDOTE

O. II.

EREMITA IN BRITANNIA ARMORICA.

XV MAJI

Corisopitum urbs est Galliae Episcopalis in parte occidentali Britanniae Armoricae, quae Cornubia dicitur, unde et urbs ipsa Cornuwallia saepe vocatur, aut etiam Quimpercorentinum, a S. Corentino illius Episcopo quem Cothedralis Ecclesia una cum Deipara Virgine agnoscit Patronum. Dies hujus natalis est xii Decembris: in cujus Vita, ex antiquo Breviario nobis transmissa, nonnulla spectant ad S. Primaelem, de quo hic agimus, et sunt ejusmodi.

Acta ex Vita
S. Corentini.

Utriusque
pium collo-
quium.

B 2 Cum S. Corentinus causa visitandi perrexisset ad Presbyterum, eremitam justum et religiosum, nomine Primael, multo colloquio et collatione facta cum eo de moribus sanctis et religione Catholicae fidei, mansit ibi cum sancto Sacerdote, et accipientes simul cibum caritatis, cum gratiarum actione laudabant et benedicebant Dominum, qui eos illo die conjunxerat, et noctem sequentem in divinis laudibus, psalmis, hymnis et canticis spiritualibus diligenter impendebant. Mane autem facto, illucente aurora, homo Dei Corentinus Missam Dei, sicut consueverat, voluit celebrare. Hospes autem eremita, sibi necessaria ad altare parare satagens, curabat ad aquam. Et cum ille claudum esset, et aqua multum remota, de necessitate multam moram faciebat. Unde vir Dei multum admirans, et in ejus occursum exiens, vidit claudum cum multo labore et fatigatione aquam deferentem, et sibi pie, sicut par erat, compassus est. Levatis igitur oculis corporis et cordis ad Deum, desiderio magno et suppliciter et devote precabatur, ut Christianissimo clau-

Ob aquam cum
labore procul
quarendam,

do, propter nimiam aquae distantiam nimis fatigato, pius Deus et misericors fontem proximiorum misericorditer indulgeret. Nec mora: tam pius Deus pro Sancti desiderio pie satisfacit. Nam sub baculo cui innitebatur vidit fontem clarissimum erumpere et emanare; illius emanante gratia, quae praepraverat aquam de petra in deserto. Quod ut vidit claudus et cognovit, quantum attonitus fuerit, quanta mentis laetitia et hilaritate gratias egerit Deo, vel calamo imprimere vel lingua exprimere non possem.

precibus fons
elicitur.

3 Haec ibi: quae eadem Albertus le Grand in suo tractatu de Sanctis Britanniae Armoricae in Vita S. Corentini retulit: et in Indice alphabetico sub finem libri asserit, hunc diem xv Maji venerationi S. Primaelis assignatum. In Proprio Sanctorum insignis Ecclesiae Corisopitensis anno mdcxlii excuso, eadem in compendium contracta in Lectionibus de S. Corentino recitari solitis continentur, et praescribitur festum S. Primaelis Confessoris, sub ritu semiduplici in Ecclesia Cerisopitensi celebrandum ad hunc diem xv Maji: at reliqua fiunt de Communi Confessoris non Pontificis. Oratio Adesto. In secundo Nocturna Lectiones Deridetur justae simplicitas. In tertio Nocturno Homilia in Evangelium Sint Iumbi.

E

Cultus sacer.

4 Congressus horum Sanctorum contigit, cum S. Corentinus tantum esset Sacerdos, postea a S. Martino Episcopo Turonensi Episcopus consecratus, ut vel hinc de tempore, quo S. Primael floruit notitia aliqua haberi possit, scilicet ad seculum Christi quartum ejus aetatem spectare.

DE SANCTO DOMNINO

C

F

O. II.

DIACONO PLACENTIAE IN ITALIA.

AN. CDXLIII.

Placentia, nobilis Galliae Cisalpinae apud Padum fluvium, urbs Episcopalis et plurimos veneratur Sanctos indigenas, e quibus retulimus Sabinum Episcopum xvii Januarii, Gelasium iv Februarii, Victorem vi Martii, ad eorumque Acta exposuimus varia, quae seitu opportuna hoc loco paucis attingimus, ad enotandas res gestas S. Domnini, qui sub ritu semiduplici praesenti xv Maji per totam diocesim colitur, sed ita ut omnia legantur de Communi Confessorum non Pontificum, Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiae, ex monumentis Ecclesiae S. Sabini seu Saviini, aliquid tale vitae encomium edidit.

Cultus sacer,

Elogium vitæ,

2 Dominus Placentiae, sub S. Mauro Episcopo ejusdem civitatis, floruit: a quo ordinatus Diaconus, una cum SS. Victore et Gelasio, verbi praedicatione aliisque piis operibus, maxime vero circa divinum cultum laborans, operam dedit. Divinis officiis et animarum saluti praecipue intentus erat. Sed et seipsum jejuniis, vigiliis et orationibus assiduis exercens, dignam Deo et acceptabilem hostiam

offerebat. Cum vero in divinis exercitationibus plurimum proficeret, famaue sanctitatis ejus in dies magis percrebesceret; dilectus Deo hinc in aeternam vitam translatus est Idibus Maji, in Moxiis a S. Mauro sepultus: statimque post mortem omnibus cepit esse venerationi. Corpus ejus postea ab Everardo Episcopo in S. Savini basilicam, cum aliorum Sanctorum corporibus, translatum est, et anno Domini mccccclxxxi a Fabricio loco decentiori repositum. Haec Ferrarius, qui eundem etiam celebrat in Catalogo generali.

3 De loco Moxiarum, vulgo le Mosie, egimus ad Vitam S. Victoris vi Martii; diximusque, a lacunis humili palustri loco frequentibus ita appellatum, ac tribus ab urbe passuum millibus dissitum, qua parte ager Placentinus Orientem Nurumque fluvium respicit. Hoc in loco ecclesiam Moxiarum ad honorem duodecim Apostolorum aedificatam, et a beatissimo Sabino consecratam fuisse, inquit opud Ughellum, tomo 2 Italiae sacrae in Episcopis Placentinis, Ruffinus monachus

sepultura
in Moxiis.

A *monachus canobii S. Savini, in libello de adificatione et restauratione monasterii sui, circa annum MCLIII conscripto. At S. Savino ibidem sepulto, caput ecclesia S. Savini dicit. In illa ergo ecclesia S. Dominum aliosque sepelivit S. Maurus Episcopus, S. Savini successor: de qua sepultura apud dictum Ruffinum leguntur hæc verba, ex antiquo vel sacra vel pergameno excepta: Ego Maurus ultimus Episcopus, de Lothario regno et propter Angelicam visionem veni ad propriam civitatem, et sepelivi corpus S. Sabini Episcopi XVI Kalendas Februarii: istud altare ego consecravi in suum honorem et S. Antonini Martyris. Pridie Nonas Februarii S. Gelasium sepelivi. Pridie Nonas Martii sepelivi corpus S. Victoris Diaconi. Idibus Maji recondivi corpus S. Domini. X Kalendas Januarii migravit de hoc seculo S. Victoria. Post obitum eorum vixit Maurus Episcopus annos sex, Idibus Septembris migravit. Ego Abbas Effremi sepelivi corpus ejus juxta corpus S. Sa-*

bini in sinistram partem, et scripsi manu mea et condivi hic. Et paulo superius... Fuit in alia cuba juxta Orientem sepulcrum SS. Victoris, Domini Diaconi et Gelasii infantis. Hæc Ruffinus. At Gelasius alibi puer dicitur, qui videtur aliis prædicantibus aut sacra peragentibus ministrasse.

4 S. Maurus memoratus traditur a Petro Maria Campi lib. 5 historię Placentinę, eumque secuto Ughello, excessisse vivis anno CCCCLXIX, et minimum sex annis post obitum S. Domini, qui apud eundem Campi refertur ad ann. CCCCLXIII. Quia vero, teste eodem Ruffino apud Ughellum, dicta Ecclesia Moxiarum sive S. Savini anno nonagesimo secundo ab Hungaris combusta fuit, nova ecclesia S. Savini addito monasterio prope civitatem ab Everardo Episcopo constructa est, in eoque ossa S. Domini aliorumque Sanctorum an. DCCCCXXXIII translata; ac demum a Fabricio Marliano Episcopo Placentino, anno MCCCCLXXXI, ut supra dictum, loco decentiori reposita.

D
ACTORE 6. II.

obitus anno
443,

Translatio
1 an. 933,

2 an 1481

DE S. FLORENTIO EPISCOPO

CAMPILIÆ IN HETRURIA.

F.
D. P.

CIRCA AN. DL.

Notitiam hujus Sancti petentibus

De SS. Florentio et Vindemiale, Episcopis Afris et Confessoribus, quarum corpora ex Corsica Tarvisium transtulit Titianus Episcopus, agentibus nobis ad diem II Maji, oblata fortuito notitia est hujus Sancti Episcopi, qui Campiliæ colitur, loco ad diocesim Massæ Populoniæ pertinente, sub Pisana reipublicæ olim, nunc Mogui Ducis Hetruriæ Dominatu. Distinctiorem porro notitiam petentibus nobis a R. P. Sebastiano de Comitibus, eo qui antehac Fastos Senenses vulgavit, ipsaque in id intento; opportune accidit Senis adesse ipsum Massæ Episcopum, Illustriss. ac Reverendiss. D. Nicolaum de Aciriaria, Senensem Patritium: qui grataiter acceptans oblatam de Sanctis bene merendi occasionem, scribi jussit ad Campiliensis ecclesiæ Parochum, adn. R. D. Laurentium Donati, ut si quæ monumenta forsitan ibidem asservantur de ipso Sancto loci Patrono, transcribenda curaret.

2 Respondit ille, vel majorum incuria, vel injuria temporum factum esse, ut nihil nunc scriptum reperitur: videri tamen majorem aliquam et distinctiorem Sancti notitiam penes Campilienses olim fuisse, quandoquidem in eorum statutis notitiam invenitur, feriatum habendum in populo diem XVIII Decembris, ut qui sit natalis S. Florentii Episcopi. Tali autem observantia nunc abolita celebriorem quotannis cultum recurrere XV Maji, tamquam festo Translationis: quando soerum corpus cum pompa processionali deferretur ad ecclesiam S. Joannis extra oppidum Campiliense, ab ecclesia in oppido Parochiali; ubi cum magno honore asservari consuevit, habetque altare propriam, cum vetusta imagine sua, in habitu Episcopali. Solent autem ad processionem illam Campilienses procedere armati, propter contentionem quæ ipsis olim de prædicto corpore enim vicinis Plumbinensibus fuit; cui terminandæ credunt adhibitum fuisse medium, in simili casu sæpe alias usurpatum, ut scilicet indomiti invenci plastro juncti impositum plastro pignus sacrum auferre sinerentur, et quo illi rexissent istis deponeretur; pervexisse autem ad prædictum S. Joannis ecclesiam, unde ipsum deinde ad se Campilienses receperint.

3 Narrabat Episcopus, decessorem suum Illustriss. ac Reverendiss. Bandinum Accarisium, aique Senensem Patritium, cum esset ad limina Apostolorum progressus, duxisse officii sui admonero Alexandrum VII Pontificem tunc Maximum, quod Sanctus iste in sua diocesi

coleretur absque authentica ulla certa que notitia; rogareque quid sibi agendum censeret: et respondisse Pontificem sapientissimum hæc præcise verba: Relinque mundum ut invenisti. Noverat nempe Urbanum VIII, Pontificem item Maximum, in Decreto anni MUCXXV, quo modum statuere abusus, qui irreperere ceperant in colendis quibusdam, cum sanctitatis aut martyrii fama vel opinione defunctis, qui neque Canonizationis neque Beatificationis honore insigniti essent ab Apostolica Sede; noverat, inquam Urbanum expresse declarasse, quod per id præjudicare nollet neque intenderet in aliquo iis, qui aut per communem ecclesiæ consensum, vel inmemorabilem temporis cursum, aut per Patrum virorumque sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia ac tolerantia præfate Sedis vel Ordinarii, celebrantur. Quæ cum esset Campigliæ S. Florentius, superfluum erat dubitare, quid de eo esset faciendum imposterum, propter solum scripturarum notitiarum defectum.

4 Licet interim dubitare et quærere, quis ille S. Florentius fuerit. Aiunt Campilienses, uti eorum Parochus prælaudatus scribit, ex insula Corsica miraculose advectum corpus, in marmorea arca, in qua nunc requiescit, appalisse ad litus Hetruscum inter Plumbinum et Campilum, indeque natam contentionem, eo quem supra exposuimus modo terminatam. Verum ejusmodi opinio, atque hinc nata traditio, tunc fortassis primum orta est, cum vulgatus est Petri Equilini Sanctorum Catalogus, ex quoque innotuit Sanctus ille Florentius, cujus cum S. Vindemiale Tarrivium deveci supra fecimus mentionem. Certo usitatus nihil est quam ob nominis identitatem confundi personas: nec apparet quomodo de sic allato corpore sciri potuerit locus unde fuerit odvectum. Cum præter nudum ejusque nomen, titulumque Episcopi, addito ut summum die obitus, nihil solitum fuerit inscribi laterculis plumbeis, marmoreis aut figlinis, quos Sanctorum Episcoporum corporibus contumulari mos erat, quemadmodum apparebit in S. Lucifero Episcopo Calaritano XX Maji: in ipsa autem arca nihil sculptum conspicitur, unde appareat ex Corsica adnatasse.

5 Quare placet valde prædicti Parochi conjectura, non obstante suorum Campiliensium traditione, censentis, fieri posse, ut hic sit Sanctus iste Florentius, de quo in Vita S. Cerbonii Populoniensis Episcopi, ad X Octobris danda, sic legitur. Pervenit B. Cerbonius in Populoniensem

F
Crevit nunc incolat
allatum ex
Corsica,

quod parum
verosimile
est:

potius dixerim fuisse
Episcopum
Populoniæ
in Vita S.
Cerbonii
laudatum,

responsum
olim Natalem
18 Decembris,

nunc Translationem 15
Maji coli,

In quo nihil
mutandum
censuit
Alexander
P. P. VII

A niensem civitatem, in qua erat ecclesia Beatæ Dei genitricis Mariæ, ubi erat venerabilis Florentius Episcopus ejusdem civitatis, orans Dominum die ac nocte cum omni devotione. Venerabilis autem Florentius Episcopus, ut vidit B. Cerbonium gavisus est gaudio magno, et suscepit eum cum omni amore et honore, commemorantes insimul usque dum viveret Episcopus, servientes Domino eum omni alacritate et simplicitate cordis... Contigit autem illis diebus ut B. Florentius dormitionem acciperet in Domino, cujus animam B. Cerbonius ab Angelis ad cælum vidit auferri. *Hactenus Vita illa ex Codice Vaticano 6453 descripta: et eadem fere leguntur in membrano Passianuli Cardinalis Barberini.*

qui obiit circa an. 550

7 Floruit S. Cerbonius tempore Regis Totilæ et Vigilii Papæ post medium seculi VI, ita ut mors decessoris Florentii referri possit ad annum circiter DLVI: et corpus quidem ejus, in Elba insula, quo propter Longobardos fugerat, mortui, clam de mandato ejus perlatum est Populonium, ad sepulcrum quod sibi pararat, in eaque tumulatum (uti refert S. Gregorius lib. 3 Dialog, capite 11) non tamen ibi diu mansit: sed intra pauca secula, deserta et destructa funditus Populonia, translatum fuit Massam, ad a dem insignem sub ejus nomine ibidem dedicatam; corpore S. Florentii sub ruinis Populoniae remanente. Hoc vera si fuit postea divino aliquo iudicio revelatum, inventumque eo loco ubi olim urbs steterat, medio inter Campiliam et Plumbinum; nihil pronius fuit quam ut de ejus possessione certarent inter se loci intrinseque incolæ; et siquidem altuente mari detectus tumulus primum fuit (uti potuit contigisse) potuit etiam persuaderi hominibus, apud quos nulla

B et inter Populoniae ruinas sepultus delituit,

veterum Populoniae Episcoporum aut Cerbonium memoria supererat, trans mare advectam miraculose arcam; et quærentibus unde, occurrere Corsica, ubi celebre erat S. Florentii alicujus nomen, deperdita pridem notitia corporis, ob Saracenorum incursiones latentis vel ablatis: marime postquam in Petro de Natalibus apparuit etiam S. Florentius (licet ab utroque jam dicta verosimiliter distinctus) ex Africa ejectus, qui in Corsica cum S. Vindemiale virit.

D ignoratus a posteris

8 Neque mirum videri debet, quod dixerim, primum Populoniae Episcoporum memoriam cum ipsa Populonia periisse, adeo ut nec de Florentio quidem, in Vita S. Cerbonii memorato, Campilienses cogitent. Etenim ipsa illa Vita Massanis, corpus S. Cerbonii habentibus diu nota non fuit, ut ostendit Ferdinandus Ughellus, dum tam. 3 Italiae sacræ de Massæ-Populoniae Episcopis ita loquitur: Adhuc, ut multum investigaverim, haud sum assecutus, quis ejus diocesis primus Episcopus fuerit, quisve illic primum Evangelium prædicarit. Constat enim ante S. Cerbonium, qui vixit anno DLXXIII, nullum omnino occurrere, qui in Populoniae Massæque Sede floruerit. Hoc sane non accidisset, si prædicta S. Cerbonii Vita tunc fuisset in manibus. Latebat illa scilicet in aliarum ecclesiarum transcripta Legendaris: quomodo latuit Vita S. Appiani, Papæ ad Cælum aureum monachi, data a nobis IV Martii ex MS. Cardin. Barberini: dum interim, qui corpus ibidem possident et colunt nunc Augustiniani, tum Canonici quam Erenitæ, existimarent, alienjus ex Africa Episcopi id esse, quod cum S. Augustini corpore ex Sardinia fuerit allatum a Luitprando Rege.

E æque ac ipsa illa Vita.

D. P.

DE SANCTO HILARO

ABBATE GALEATENSI IN ITALIA.

ANNO DLVIII

G aleata pagus ad radices montis Apennini, in Æmilix nunc Romanulæ finibus, haud procul ab hodierno Dominio Florentino, ad fluvium Bidentem, seu Bethensem, aut Uticensem, Livio Utentem dictum, qui inde defluit ad oppidulum Civitellam, ac Meldulam oppidum, ac postea supra Æmiliam viam ac Forum-Livii, quod non attingit, Ronco appellatus, Ravennam alluit, ac dein in mare Adriaticum delabitur. Debet autem Galeata suam originem S. Hilario, sive ut passim scribitur Hillaro, vel etiam Hyllaro et Illaro, de quo hic a Jimus, et a quo ibidem aliquod cœnobium erectum est, postmodum in Abbatiam opulentissimam conversum: ita ut Ecclesix parochiales sex et triginta ei subjectæ fuerint; et Abbas plurimum pagorum, ac totius fere vallis Dominus.

C Galeata cœnobium a S. Hilario constructum,

2 Ibi Anscausus Episcopus Foropopiliensis, in cujus territorio ipsam monasterium situm est, cum maxima honoris humilitate gravissime dicitur suscepisse Stephanum Papam II, cum anno DCCLII Franciæ properaret regionem, ad redimendam Italiæ Provinciam simul et Ravennatum Exarchatum de manibus gentium Longobardarum, eique affluenter itineris subsidia tribuisse: qui quod concupierat consecutus per Francos, vicissitudinem propensi beneficii eidem Anscauso Episcopo irrogans, prædictum monasterium diebus vitæ suæ fruendum illi concesserit: quod frater ejus atque successor Paulus confirmavit. Eo deinde mortua agnoscens prædictum venerabile monasterium juris sanctæ Ravennatis Ecclesie a diuturnis existere temporibus, ideoque perpendens contra omnem rationem esse, ut ipse venerabilis locus a sancta Ravennate Ecclesia abstrahatur; ea quæ pridem pro ejus subtractione promulgata fuerant,

a Stephano concessum Episcopo Populoniensi,

ejusque Archiepiscopo du subiectum fuit,

incongrue atque irrationabiliter, omnia irrita et invalida esse statuerit. Quam certo hæc dicantur nescio: quamvis enim Rubens librum quintum Historiarum Ravennatum exordiat a frugmento Bullæ, desuper a Paulo I editæ, in favorem ecclesie et Archiepiscopi Ravennatis; minime tamen securos nos facit de rei veritate, dum ipsemet ait Privilegium hoc signari, tamquam datum Nonis Febr. Imp. Domno Piiss. Augusto Constantino, a Leo Coronato magno Imp. an. XL et pacis (imo P. C. id est post Consulatum) ejus anno XX; sed et Leone, majore Imperatoris ejus filio, anno VII, Indict. XII. Ut enim taceam quomodo incongruum sit Capronymi, hæretici excommunicati, Imperio signari Pontificis Romani Bullas; prædicti omnes numeri annorum cadunt in annum Christianæ æræ DCCLIX; cum Paulum constet anno DCCLVII vita sanctum esse. Ipsa tamen fictia, si fictio est, annorum saltem DCCC antiquitate subnixta, facile probat veterem loci celebritatem, et nonnullam super eo inter Foropopulienses præximo, et longius remotos Ravennates controversiam, appellationemque Sancti tributam Hilario ab immemorabili tempore. Pro adstruendo autem potiori Ravennatum jure facit, quod monasterium ipsum primam suam datam primisque possessiones acceperit ab Olybrio, viro inter Ravennates perquam potente, ibidem cum filiis monachatum professo, ea verosimiliter conditione, ut Ravennati Archiepiscopo locus ipse immediate subiceretur: quod et Rex Theodoricus eidem loco singulariter potuit constituisse. Ravennatum ergo potiori juri inharens Hermenfredus Abbas Galeatensis, an. DCCCXXVII designatus, obsequium Ravennæ fidemque sacramento solemniter juravit; et anno MCLII, in porticu cœnobii D. Hilari Galeatensis, Prior, Præfectus, et Monachi

a Paulo I Ravennati Ecclesie restitutum.

F

Procuratorem

A Procuratorem fecerunt Palmarium Monachum, qui electum a Conventu eorum Abbatem Rainerium, Ugonis Carpingi Comitis filium, confirmari a Philippo Archiepiscopo Ravennate peteret. Iterum anno mcccxxiv Arduinus, D. Hilari Galeatensis Abbas, more majorum, genibus iniectis, contracto Evangeliorum libro, Aimerico Archiepiscopo solemne obsequium præstitit. Eodem modo an. mcccxxxiv designatus cœnobii D. Hilari Galeatensis Abbas Alexander, confirmari petiit: uti ea aliæque apud Rubeum traduntur.

3 Acta S. Hilari ex tribus illustribus codicibus MSS. damus: horum prima ipsi Romæ curavimus e.c. MS. Vaticano num. 3044 signato describi: alia ibidem nobis donavit Ferdinandus Ughellus, cui videntur ex ipso monasterio Galeatensi submissa: ultima descripsit nobis Joannes Gamansius, ex MS. Bodecensis cœnobii. Posteriora duo stylo nonnihil politiori decurrunt: primum nativam simplicitatem servat. Hoc igitur potissimum sequimur; aliis utimur ad supplendos ejus defectus vel illustranda obscura quædam loca. Auctor sub finem se

Auctore Paulo ejus discipulo.

B ibidem monachum asserit, et quæ vidit et auribus percepit Deo teste se fideliter conscripsisse. Rubeus Paulum S. Hilarii discipulum nominat, et illustre compendium sævæ historię inseruit, postmodum cum Surii Vitis Sanctorum recensum. Petrus de Natalibus aliquam ex dictis Actis epitome contraxit, uti etiam Silvanus Razzius tomo I de sanctis Hetruscis, et Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ad hunc xv Maji, quo obiit: ad quem diem in antiquo MS. Martyrologio Reginæ Succinæ, sub nomine Usuardi, celebratur memoria S. Hilarii monachi et eremitæ. Et iterum Ferrarius de eodem agit in Catalogo generali, citatis monumentis Ecclesiæ Galeatensis et Breviario Vallumbrosano: quibus consonat quoad diem Rubeus. Alii S. Hilari referunt die xiii Maji, secuti Petrum de Natalibus, apud quem legitur obiisse in Idus Maji, et hi sunt Grevenus, Maurolycus, Galesinius, Canisius, Surius, aliique. Secutus est autem Petrus Vitæ Historiam, evidenter a transcribentibus corruptam, eo loco ubi Paulus scripserat post mortem ab Angelo prænuntiata die tertio, ipsis Idibus Maji Sanctum hinc emigrasse.

Memoria in Fastis 15

et 13 Maji;

tempus vitæ et mortis,

4 Natus est, S. Hilarus anno cccclxxxvi, ut qui Consulibus Dinamio et Sifidio, an. cccclxxxviii, egerit annum ætatis duodecimum. Cum autem attigerit annum ætatis octogesimum secundum, consequens est quod in Domino obdormiverit anno dlviii; et ad conditam pridem a se ecclesiam ceperit discipulos aggregare circa annum Christi ccccxcvii, utpote tunc agens ætatis suæ annum xxi. Quam porro sibi tunc præscripserit regulam, non constat. Non, Dorganius, Menardus, Bucelinus illum fastis Benedictinis adscripserunt; sed omiserunt Lucas d'Achery et Joannes Mabillon in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti: et merito. Fuit enim S. Hilarus aliquot annis senior S. Benedicto, et ante monasticam vitam amplexus, quam ille Ordinem suum auspicaretur. Certe si pauca illa Regulæ ab eodem observatæ ac truditæ capita, quorum meminuit Vita, consideres; nihil dubitabis, quin hæc eidem et discipulis ejus fuerit singularis ac propria, neque scripto sed usu constituta: cui proinde Regula Benedictina facillime successerit, cum ea caput per Italiam vulgari, quod vix ante Casinensis monasterii restaurationem sub S. Petronace factum fuisse videtur.

et ordo monasticus.

5 Collapsa postmodum, ut sunt humanæ res omnes, disciplina fuit, adeo ut in quadam Faventinæ civitatis Chronica, circa initium sæculi præsentis in lucem eruta, linguaque vulgari tradita a Gregorio Zacculo, notatum inveniatur, teste Razzio, quod ab anno mclxiii usque ad mcccii Abbas S. Hilari, tamquam secularis aliquis Princeps, sapius induxerit in Romandiolam equitum ac peditum turmas eques ipse, incursiones faciundo modo

in agros Faventinorum, modo pro his in adversariorum terras. In Commendam denique, ut appellant, Abbatia decidit, sub eoque servitute per annos sexaginta genuit, usque ad annum mcccclxxxviii, quando Camaldulensibus tradita est. Mutationem hanc secuta est innovatio loci: quæ ut collatis undique subsidiis pecuniariis procederet felicius, ipse S. Hilarus effecit, productus in lucem et soleuni translatione delatus ad aram principem, per Petrum Delfinum, Ordinis Camaldulensis Generalem. Hac de re inter ejus epistolas impressas Venetiis anno mdxxiv arte et studio Bernardini Benali, extat in ordine nonagesima sexta, ad Franciscum Piccolthoneum Card. Senensem, ab avunculo Pio II creatum S. R. E. Archidiaconum, deinde Pontificem maximum anno mdm Pium III: quam manu sua nobis transcripsit Illustrissimus idemque Eruditissimus Antonius Magliabechius beneficio tanto pluris æstimando, quod rarissima inveniuntur exemplaria, adeo ut agere post diuturnam inquisitionem unum petenti Alexandro VII sit inventum. Fuit autem Petrus ab anno ætatis suæ xxxiii, Christi mcccclxxxvii, Generalis, usque ad ætatis suæ annum lxxxii, Christi mdxxv: quando sanctissime obiit Venetiis, in monasterio S. Michaelis de Murano xvii Januarii: Vitam vero ejus, ex epistolis collectam, legere est apud Silvanum Rozzium, in alio de Beatis Camaldulensibus opere pag. 149 et seq.

D AUCTORE D. P.:

Translatio ad Camaldulense monasterium,

a Petro Delfino Ord. Gen. descripta. E

VITA

Auctore Paulo Discipulo Sancti.

Ex tribus veteribus MSS.

CAPUT I.

S. Hilari anachoresis, monasterium conditum in eoque receptus cum suis Olybrius Ravennas.

Temporibus quibus civitas Romana a Consulibus gubernabatur a Dynamio et Sifidio, fuit quidam puerulus, nomine Hilarus apud provinciam Tusciam b, et ab infantia sua timens Deum et recedens ab omni malo: qui dum apud suos parentes secreta Christiana regula uteretur, pervenerunt ad manus ejus beatissimi Pauli Apostoli c epistolæ, quibus die noctuque utebatur. Deinde dum hæc in corde ejus volverentur, qualiter a suis parentibus recederet, et ad Dei pervenire d posset culturam; divino instigante Spiritu, dum in ecclesia ad orationem ambulasset, audivit lectionem sancti Evangelii ubi dicit Dominus discipulis; Si quis vult pro me venire, et non odit patrem suum et matrem, et reliqua simul quæ possidet, et animam suam, non potest meus esse discipulus; et interrogavit quemdam senem quid hoc esset. Respondens senex dixit illi, Tu cum sis annorum e duodecim, jugiter quid hoc scrutari desideras? Ad hæc puer respondit, Pater, loquitur Dominus in sanctis Evangeliiis, Sinite parvulos, et nolite eos prohibere venire ad me. Audiens hoc senex, f quod non esset dubius Angelum Dei adfuisse, dixit ei; Fili, secundum voluntatem tuam fiat tibi sicut vis, et exposuit ei omnia quæ g oportebat de regno Dei.

a b Lectione Scripturæ sacræ, c

d

Luc. 14, 26,

e et verbis Evangelii excitatus, Mat. 10, 13 f

g petit dirigi iter suum: h

i

cti

A. ANULO
DISCIP.
ab Angelo
confortatus,

A cti, ut possim præceptum verbi tui adimplere, qui vivis et regnas, nunc et semper, et per omnia secula seculorum. Amen. Et dum completa esset oratio, apparuit ei Angelus Domini, et confortans animum ejus, dixit: Confortare, viriliter age: omnia enim complet Deus voluntatis tuæ desideria: et ecce ego datus sum tibi custos, ut quæcumque facere volueris, prospera sint in manu tua. Eodem quoque tempore exiens a partibus Tusciæ, Æmiliæ se partibus collocavit: ubi ab Angelo demonstratum locum habitationis ejus in montibus et in desertis, qualiter ejus fuerat dilectio, prompte adeptus est.

discedit in
Æmiliam
i
et sibi eremito-
rium struit:

3 Loens autem ille qui ab Angelo fuerat demonstratus ita erat dispositus. Mons erat superius, et sub eodem fluvius Bethesse i decurrens plus minus miliario uno, ubi ei Dominus tantam gratiam donare dignatus est, ut infra tres annos in eodem monte ecclesia fabricaretur; et sub eadem ecclesia sibi speluncam construens, ibi die noctuque laudes referebat. Cumque in eodem loco in k eremis collocatus fuisset, gratia Dei confisus, præcepit ibidem Dominus ei labore manuum suarum victum præbere quotidianum.

k

4 At ubi in vigesimum annum ætatis suæ pervenit, cepit regulam monasterii sollicite observare. l Erat quidam vir nomine Olybrius, potentissimus, et nobili ex genere, qui habitans in urbe Ravenna dæmonio arreptus est: et cepit ex ore ejus clamare dæmonio et dicere, nisi videro puerum Hilarum non exeam de homine isto. Tunc flens familia vel conjux ejus interrogaverunt eum dicentes: Cujus formæ est vir, aut ubi eum invenire possumus? Quibus dæmon dixit: In montibus et in deserto loco manet: ipseque mons super Betentem fluvium est constitutus, in quo monte sibi ecclesiam collocavit, in quo vero loco die noctuque in Dei laudibus perseverat: annorum est circiter viginti et duorum, brevis vero staturæ, modicaque sibi barba nascitur, et comitantur cum illo Angeli Dei. Quo audito omnis pariter familia, una cum suo Domino et Domina, in eundem locum, ubi sanctus vir orationibus utebatur, pervenire festinabant, secunda die, hora nona. Dum autem ad unius jactum lapidis ad eundem propinquassent locum, cepit dæmon, timens et tremens gemensque rapidissimo cursu ad Dei hominem properare. Cumque ante m regias pervenisset ecclesiæ, non eum permisit Angelus Domini ingredi, usque dum Dei famulus orationis suæ regulam adimpleret: completo autem vespertino carmine, sic eum absolvit ut ingrederetur.

l
ubi proditus
a dæmone
Olybrium
obsidente,

ipsum ad se
accedentem,

m

5 Ingressus autem, tota illa nocte in vigiliis et oratione perduravit: clamabat vero dæmon dicens, absolve me, beatissime Hilare, et noli flagellis ardentibus cruciari. Ad hæc B. Hilarus ita respondit: Obmutesce, maledicte et immundissime spiritus; exi ab eo. Et vera accepta sanitate, cepit B. Hilarus gratias agere Deo, dicens: Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, qui me jubes servum tuum effugare immundissimum spiritum: sed tu, bone et benedicte pater, si tua jussione hunc effugasti immundum spiritum, jube aperire oculos cordis ejus, ut cognoscat te solum esse creatorem suum, et relinquat idola vana et surda, et nullum alium adoret præter te, Domine. Et dum finita esset oratio, advolvit se ad pedes ejus Olybrius, una cum conjugæ suæ et filiis duobus, rogantes eum ut firmam in eis regulam Christianitatis institueret. Quod videns B. Hilarus, gaudio magno repletus, cogitare cepit qualiter eos ad baptismati gratiam aggregare posset. Unde factum est ut Domino prosperante exinde transiret quidam Presbyter, nomine Julianus, qui ab Aritio n in urbe Ravenna ambulabat. Qui dum ibidem devenisset, fecit eum o baptismo renovari: et collecta omni fa-

liberat,

et cum uxore
filiis ac fami-
lia baptizari
facit,

n

o

milia una cum suo Domino, plus minus animæ quam D nonaginta, omnes baptizati sunt. Tertia vero die conjux Olybrii, Eustasia nomine, migravit ad Dominum.

6 Sed quid multa? Opus eorum et fidem narrare non est necesse: nam Olybrius, una cum filiis suis p Jobio et Eunomio, in regula monasterii perduraverunt usque ad transitum suum; familiam vero et omnem pecuniam, quam habere potuerant, ab urbe Ravenna secum detulerunt, et in manibus ejus tradiderunt. Et quia non longe ab ipso monasterio, plus minus quasi duarum sagittarum jactus, quamvis in desertis, ejusdem Olybrii erat possessio; ibi ipsos famulos suos iniecit ad laborandum. Unde factum est, Domini gratia opitulante, ut ipsa loca, quæ in eremis fuerant deserta, infra decem annorum spatia, omnia culturarentur: et tantam opem ibi Dominus quotidianis diebus impendere dignatus est, ut pauperibus r et viduis erogaret. Cumque per eum Dominus multas virtutes faceret (nam et cæcis visum reddebat, et omnem morbum in Christi nomine curabat) conveniunt illuc phurimi, tam pro animæ quam pro corporis sanitate impetranda: et qui cum fidei integritate, de quacumque necessitate postulasset, gaudens et alacer impetrata optione revertebatur. Hanc quoque Regulam B. Hilarus Fratribus instituit, ut a mane usque ad horam nonam terre operibus, in privatis diebus, se jejunantes occuparent: refectio autem facta ab hora nona vespertinis laudibus Deo studiosissime usque ad noctem deservirent, a media vero nocte usque ad mane in Dei laudibus perstarent; usque dum ei Angelus appareret t dum veram regulam in ipso loco constituisset.

p
qui cum filiis
monachus
factus,

fundos suos
ei largitur,

r

s

t

et servat Regu-
lam ab eo
constitutam.

l

ANNOTATA.

a Est is annus Æræ vulgaris 488, cum Italiæ a Barbaris occupata apud Græcos imperaret Zeno.

b Addit MS. Vaticanum Urbe Romana, fortassis Reatina.

c Ibidem B. P. A. prædicationis epistolæ.

d MS. Bodecense, Et ad Dei cultum se studiosius atque perfectius adaptaret: et sic passim phrasis utriusque MS. differt: uti et MS. Ughelluni.

e Idem MS. Bodec. Cum sic adhuc puer vix tredecim annorum, quid hoc scrutari desideras, quod vix perfecti pauci adimplere poterunt?

f Idem, Audiens hoc senex, gavisus de ejus fidei ardore, dixit:

g Idem, Quæ habebat interrogare de regno Dei.

h Idem, Pro nomine tuo desiderantem ab hominibus sequestrari.

i Deest nomen in MS. Bodec. MS. Ughelli Bidens dicitur; Besese autem in tabulis, qui Forolivium transiens Ravennam fertur, ejusque lotus Australe alluit. Rubens locum describit: Passibus mille juxta vicum Galigatam, Ravennatis diocesis, in præcelso atque edito monte, sub quo Vitis annis defluit, ab incolis (ut nos, quo tempore ibidem fuimus, accepimus) Bidens appellatus.

k Ecygraphum nostrum Vatic. heremnis, forsân ærumnis, Brevius hæc MS. Bodec.

l Idem MS. Vigesimo igitur ætatis suæ anno, cum jam omnem regulam eremiticæ conversationis sollicite observaret, vir quidam etc.

m MS. Ughelli ad valvas. Ast Regiæ, phrasi Italica dicuntur fores, vulgo Reggi.

n Ita etiam MS. Ughelli. In MS. Bodec. nulla fit mentio Arelii: est autem, urbs Tusciæ Episcopalis inter quam et Ravennam medius jacet Ficus Galeata 30 p. in utrimque distans, seu itinere horarum 10, quod justum

VIDE A2P.
TOM VII MAJI
NOT. 99"

A *justum bidui iter est homini, uxorem filiosque ducenti ei familiam capitum 90.*

o *MS. Bodec.* At ille continuo consecrato fonte baptizavit eos cum omni clientela numero LXXX.

p *Ibidem Junius pro Jolio. Rubeus etiam Junium vocat.*

q *MS. Vaticanum Passio, utique scriptorio mendo: MS. Ughelli prædium.*

r *MS. Bodec.* Tantamque copiam Dominus illi loco contulit, ut pauperibus et peregrinis et omnibus inhabitantibus victus et vestitus abundanter ibi subministraretur.

s *Hæc sumpta ex MSS. Ughelli et Bodecensi: nam Vaticanum hic misere truncatum est, et regulam primam sic proponit.* Ut animæ ab hora nona ad vespertinas laudes usque prudentissime studio lectionis augebantur, et media autem nocte similiter a Dei laudibus non cessabat.

t *Addit. Bodec.* Qui quotidie eum confortabat, et quid agendum Fratribus esset annuntiabat.

CAPUT II.

B *Theodorici Regis furor contra Sanctum repressus: hujus in regimine virtutes et obitus.*

In tempore illo a veniens Rex Theodoricus, ut sibi sub ipso monte super Betentem fluvium palatium b constitueret; et dum multas angarias c populis propinquantibus imposuisset constituendo palatium, quidam ex populis, pestiferi homines, nuntiaverunt ei dicentes; d quidam vir, nomine Hilarus, sibi aggregata multitudine de familiaribus suis, nullum præceptum suæ Excellentiae obedire conatur; sed neque in operibus publicis, neque in quibuslibet suis jussionibus obaudit: e et, si jubes, turbam ex militibus destinemus, quæ eum una cum familiaribus deprehensum ad tuam perducatur Clementiam: Quo audito Rex Theodoricus iratus est valde, et missa apparitione [eum] f quaterdecennioribus militum, suis aspectibus eum jussit adsisti. Et ambulantes milites dum in ejus possessionem introire voluissent, ad ejus familiam deprædandam, dum descenderent ad ipsam vallem, videns eos B. Hilarus illuc descendere, ingressus ad orationem, ita Domino se prosternens dixit: Domine Jesu Christe, qui dignatus es mihi Angelum tuum sanctum prospere destinare in hunc locum, qui et mihi hoc habitaculum demonstravit, tibi committo causam tuam, qui judex es omnium: esto in hac hora præsens, ut non gratuletur inimicus, qui vult servos tuos contristare. Et oratione facta continuo in aliam exerrantes viam, per biduum in montibus vagabantur.

8 Audito hoc Rex Theodoricus, ira magna repletus, rapidissimo cursu in equum ascendit: et in ipso furore dum voluisset ad hominem Dei properare, antequam ad g Cortinam ipsius monasterii ingrederetur, plus minus quasi unius jactus lapidis, ingemuit equus in semetipsum et volebat ire. Rex autem percutiebat eum; unde non dubium est, quod Angelicum vultum contremisceret equus. h Cumque equum sæpius percuteret summa, rapidissimo furore equus eum in eundem locum dejecit; unde nec Rex nec equus se movere potuit. Videns ergo Rex Theodoricus hoc signum, intellexit, quia non bonum opus facere destinaverat: misitque ad eos duos milites, rogans eum ut veniret, et absolveret eum. Quo audito famulus Dei, gaudio magno repletus, ad ejus mandatum lætus perrexit. Et ut vidit Rex eum venientem ad se, cucurrit et advolvit se ad pedes ejus, dicens: Peccavi, cogitans adversum te malum consilium, per exhortationem malorum hominum; sed

peto te ut ores pro me ad Dominum omnipotentem, ut indulgeat mihi peccatum hoc quod cogitavi. Tunc beatus Hilarus apprehendit manum ejus, et erexit eum et duxit ad speluncam suam, et oratione facta fecerunt caritatem. Ab eodem namque die multum veneravit locum illum Rex, sed et multas pecunias sen possessiones ibi donavit, multo quam habuerat.

Sed quid multa nobis est de ejus venerabili vita narrare? quamque in regula monasterii die noctuque impiger exercebatur [quam studiosus in hospitalitate, quam cautus et sollicitus in Dei servitute, quam discretus in laborum operatione, quam providus extiterit in correctione]. Omnis ordinatio ecclesie, in ipso aggregata monasterio, sub ejus regimine disponebatur; et ita præcepit unicuique, ut invicem sibi pedes lavarent, sive quamlibet causam obsequii invicem facerent. Ipse autem, non quasi patris-familie potestatem exercens, sed revera quasi unus ex congregatione Fratrum, similem angariam exercebat. Nullus autem ex congregatione sine ejus jussione aliquid operabatur: omnem humilitatem in alterutrum exercentes, nulla inter eos erat dissensio. Tempore autem, quo quis ad poma colligenda missus fuerat ex Fratribus, talem habebat expositam Regulam, ut usque dum ei præsentaret benedicenda, i non exinde contingeret gustando: collecta autem is, qui missus fuerat, dum ad medium adducebat, velato canistro incomesta erant: benedictione facta omnes pariter comedebant, sub velamine injicientes manum, nullus autem prospiciebat quis quantumlibet ad comedendum apprehenderet.

9 Unus autem ex Fratribus, Glycerius k nomine, dum transiret per vineam tempore quo debet nova ad maturitatem venire, et adhuc non contigerat; nam vidit uvam speciosam inter reliquas et maturitate compertam: factumque est subito in eum desiderium exinde gustandi: sed dum Cursum l suum secundum consuetudinem faceret, recordatus abiit ad B. Hilarum, dicens: Veni in animo meo gustare uvam, eo quod speciosa et nova primitiarum tempore esset. Suspiciens ergo B. Hilarus dixit: Vade, et impleas desiderium carnis tuæ; Deus enim prosperabitur, et non te derelinquet. Abiit ergo Glycerius tollere uvam, et ex ipsa uva factus est serpens immanis. Cucurrit vero citius et nuntiavit ei hoc factum. Quo audito famulus Dei citius properavit ad serpentem, nemini loquens. Et dum venisset et vidisset serpentem [stantem] in cauda sua, nemine m dubitante cognovit quod immundus esset spiritus: et jactavit se et apprehendit eum, et cepit eum trahere [post se]. Ut autem eum misit in ecclesiam dum Cursum diei adimpleret, cepit ex ore serpentis clamare dæmon et dicere: O ardentissime iguis, quid me per Hilarum incendis! O furor insanabilis mihi! Vel unius horæ spatium requiem inveniam. Quare regni mei potestas per te vim patitur? Quod cogito adversus te non invenio: [vadam ergo] et huc ulterius non revertar. Ad hæc B. Hilarus dixit dæmoni: Impero tibi, maledicte, per virtutem Domini nostri Jesu Christi, ut dicas mihi si tu injecisti desiderium eidem gustandi uvam. Cui dæmon respondit, Si potuisses facere ut exinde gustaret, amovere eum habui a tuo servitio. Tunc B. Hilarus oratione facta [jussit serpenti ut creparet, et] crepuit serpens, et in pulvere redactus est, ita ut exierit ab eo fumus pice nigrior: videntibus autem omnibus demersit se in deserta loca, n [ut amplius neminem de Fratribus in tali concupiscentia tentaret.

10 Innumerabilia et forsitan incredibilia pussent dici de hoc sanctissimo Patre: sed quia dubiis mentibus non facile suggeritur credere quod sibi impossibile videtur: hæc quæ vidimus, et de ore ejus

D
A PAULO
DISCI.
EX MS.

Inter suos
exactam
servat di-
sciplinam,

et sobriam vi-
ctus rationem:

E

k
sub botri
specie detec-
tum dæmonem

l

in ecclesiam
pertrahit,

m

p

suasque frau-
des fateri
cogit.

n

A audivimus annuntiamus vobis, ut concordia Fratrum ab eo instituta, et constantia fidei quam longe proficiat *o*. Hanc quoque ab initio vitæ suæ consuetudinem Regulæ dereliquit, ut si quis se ad eum coadunaret ad servitium Domini exercendum, omnia quæ habere poterat ad manus ejus adferere, et erant illis omnia communia; ita ut neque datum neque acceptum cujuslibet rei sine ejus jussione ausus esset tractare.

Jubet omnia in commune conferri:

p q

et an. æt. 82 ab Angelo doctus diem obitus sui,

II Expletis autem diebus vitæ suæ, id est annis octoginta duobus *p*, apparuit ei Angelus Domini *q* quarto idus Majas, dicens: Confortare [et viriliter age, confortans] congregationem tuam et tibi aggregatam multitudinem, quia post triduum ad te veniam, assumens te de hoc seculo. Audiens hoc B. Hilarus, gaudio magno repletus, aggregans multitudinem Fratrum dixit: Filii carissimi, constantes estote: servate quæ præcepta sunt vobis: ne quis in laqueum diaboli incidat. Quid plura? per totam diem non cessavit loqui, admonens unumquemque eorum. Alia vero die abiit non longe ab ecclesia fere stadia *r* centum, et præparari sibi locellum jussit, non mirifice factum: fecit autem qualiter ejus placuit voluntati. Post hæc autem nihil aliud gessit, nisi in eodem loco die ac nocte laudes Domino canebat. Mane autem *s* die tertia, [quæ erat dies] Iduum Majarum, quasi soporatus a somno, migravit a seculo. Cujus quidem corpus cum magna veneratione conditum aromatibus sepelivimus. Ego quidem *t* minimus omnium Fratrum hæc, quæ vidi et audivi, Deo teste, scripsi, ad laudem Domini nostri Jesu Christi, eum quo vivit et regnat Deus per infinita secula seculorum. Amen.

moritur 15 Maji.

t

sumpsimus, Omnes enim novi fructus benedictione D sanctificabantur, antequam comederentur.

k MS. Ughelli et Vat. Clicerius, Bodec. Cliterius.

l Cursus id est, Horæ Canonice pensum. MS. Ughelli Convocatis postea juxta consuetudinem Fratrum, ille recordatus est Regulæ.

m Idem MS. Nihil sibi a quoquam metuentem.

n Quæ hic inclusimus [], sicuti et superius verba quædam ex MS. Bodecensi sunt. Vaticanum dumtaxat habebat, Longum est quidem ejus venerabilem vitam enarrare: hæc vero quæ etc.

o Vicissim desunt in MS. Bodec. reliqua hujus §. quæ quoad substantiam leguntur etiam in MS. Ughelli.

p Addit Rubeus, cum Olybrium Ravennatem in cælum præmississet, vita sancte acta multisque miraculis editis clarissimus. Hinc Sarius titulum fecit, Vita SS. Hilari et Olybrii Confessorum Ravennatum.

q MS. Bodec. Tertio Iduum Majarum.

r MS. Bodec. prætermittit spatium definire. MS. Ughelli, Centum circiter passus.

s MS. Ughelli simpliciter die tertia, omissis ceteris. MSS. Bodec. et Vatic. tertia Iduum Majarum, quæ cum sint disjungenda, juxta id quod præcessit, addidi parenthesis; et sic etiam verba disjungenda intelligens Rubeus in secunda operis auctoris editione Sixto V dicata an. 1589, et Venetiis absoluta anno 1603, posuit Idibus Maji: cum in priori, anni 1571, quam secutus est Sarius, scripsisset, tertio Idus Maji.

t Pauli scriptoris nomen in titulo MS. suidebit invenisse Rubius.

ANNOTATA.

a Videtur indicori annus circiter 508, Theodorici in Italia regnantis annus 16.

b Addit Rubeus: quod ex hinc magis cœpit frequentari Hilari cœnobium: ex quo Hilarus id fructus collegit, quod familiares Regis, viros nobiles, Christi ab se legem ac præcepta edoctos, monachos fecit, indesque faciebat.

c Addit idem putare aliquos, quod ab Apennini rodicibus illuc aquam deduxerit Theodoricus. Unde Joannes Antonius Magini in tabula Romondiolæ, ad Biduentem fluvium, sic scribit, Bedese, o Ronco, già fiume del acquedotto.

d MS. Bodec. Ecce hic in primo (forte proximo) habitat... qui... omnem eremum usurpative possidet.

e Addit Rubeus, multos ex familiaribus alienare ad seque adducere, et aliquorum suspicionem esse, per eum modum collecta egregiorum et præclare audacium satis magna manu (ut solent hujusmodi initia ab imprudentibus plerumque contemni) nonnullos ex ipsis, repentino facto impetu, Regni illius tranquillitatem ac pacem perturbaturos.

f MS. Ughelli: misso apparitore de senioribus: Ego nihil mutare præsumo: Apparitio enim recte dicitur pro apparitoribus, sicut legatio pro legatis: nullem tamen pro quater-decennionibus legere quatuor decennionibus, ut decennio dicatur sicut ternio, significeturque missos esse milites quadraginta.

g Ita etiam MS. Ughelli Cortinam, quam vocant. MS. Bodec. Ad cardinem. Italis etiam hodie Cortina dicitur rectum muri spatium, inter turres seu propugnacula decurrens, et urbium mania faciens. Quidni hoc loco sic appelletur maceria monasterio circumducta?

h Addit idem MS. Sicut quondam asina, dum contra voluntatem Dei Balaam pergere vellet.

i MS. Ughelli, quibus imprimeret salutarem Crucis figuram. Addit Bodec. unde etiam verba [] inclusa

DE TRANSLATIONE S. HILARI

Epistola Petri Delfini Generalis Camaldulensis ad Franciscum Piccolhomineum Card. Senensem, Ordinis Protectorem.

Quoniam Religionis successibus gaudes, Domine Colendissime, referam tuæ Amplitudini, quæ per hos dies in Cœnobio quodam nostri Ordinis contigerunt. Abbatia Sancti Hilari, in valle Galeatæ sita, et a Civitella Ecclesiæ oppidulo mille fere distans passibus, per annos sexaginta Commendatariis subdita fuit. In ea servitute laboranti, ac desolatæ sicut in vastitate hostili, adeo ut haud ignobilis templi tectum corruerit, et domus tota veluti incendio conflagrata ruinas congesserit; illuxit tandem Oriens ex alto, recordatusque est Dominus misericordiæ suæ. Liberata enim primum ante annos circiter septem de manu filiorum alienorum, et restituta Ordini, hoc demum novissime ditata est munere.

Monasterio a Commendatariis ad Camaldulenses translato,

13 Tertia decima mensis præteriti die, cum per multum temporis perseverasset apud incolas regionis illius opinio, et fama crevisset, jacere in ejusdem Abbatiae templo corpus Beatissimi Hilari, Abbatis et Confessoris, apposuit manus loci ipsius Abbas cum aliis tribus, ad perquirendas Sancti hujus reliquias. Et quod pro miraculo habitum est, duarum aut trium horarum spatio perfecerunt opus, quod alias vix decem potuissent facere uno die. Effossa denique atque egesta multa humo, invenerunt lapidem grandem super alium lapidem, utrumque marmoreum, utrumque gravissimum. Sublatis deinceps atque amotis lapidibus, apparuit continuo capsula plumbea, in qua hæc incisæ erant literæ. Hic est CORPUS BEATISSIMI HILARI CONFESSORIS. Aperta capsula invenerunt caput et ossa, partim integra, partim confracta. Juxta vero capsulam erat vas testaceum, pulvere plenum. Vulgari continuo cœpit factum per finitima rura, oppida, urbes, et undique virorum ac mulierum incredibilis multitudo confluere. Accersitus

an 1495 13 Aprilis refoeditur corpus:

A tus ego compluribus et nuntiis et litteris oppidi Galeatani Magistratus, quos Antianos vocant : et rogatus ab eis, ut eo me cum festinatione proriperem, tum ad honorandas sacratissimas Reliquias, tum ad consulendum, quid facto opus esset super illarum custodia, feci satis patentibus. Fuit tamen præcursor noster Joannes Eremita, quem eo ad primum statim nuntium cum socio destinavi.

14 Haud multo post cum aliis super alias epistolis requirerem, superatis Alpibus *a* eo me cum pluribus contuli. Apparuit ex occurso oppidanorum et Magistratus Prætorisque fuisse omnibus optatissimum atque expectatissimum adventum nostrum. Mansimus ibidem per dies quatuor. Occurrente *b* Dominico die, rogatus ab eis, ut Missarum solemnitas in eodem templo celebrarem, et beatissimi Confessoris corpus venientibus ostenderem, quemadmodum ipso die futurum divulgari pluribus ante diebus per universam regionem illam mandaverant, implevi illorum vota. Mirabilis sane Deus in Sanctis suis. Vidimus vicinos colles a sinistro vallis latere (siquidem in eminentiori et conspicuo loco Abbatia sita est) innumerabili hominum concursu opertos, ita ut ultra quindecim millia ea die convenisse creditum sit. Oblationes quoque haud tenues, tum pecuniarum tum cereorum et funalium ab adventantibus factæ sunt, peracta prius per jugum montis frequenti ac celebri supplicatione. Tandem sub altari tribunalis primarii Reliquias, ubi repertæ fuerant, cum capsula reposuimus; præpositis quatuor civibus rei ædificatoriæ, ad contegendum templum, et exornandum præcipue locum, quo decentius beata ossa conservarentur. Jam materia cœpta est conveli, et locatum Architecto opus. Speratur hac occasione, futuram facile destituti atque inhabitati loci reformationem.

15 Sub Altare Dei clamasse beatum Confessorem credo, ut ex illius ruinis tandem erueretur, et ex longa oblivione atque solitudine, memoriæ ac celebritati restitueretur. Pupugit certe cor tam præclari monasterii desolatio, quod totius illius vallis caput est, et jurisdictionem habet magnam nimis. Ad fletum excitavit, venustissimi templi, ac solerti ingenio multaque impensa fabricati collapsum tectum. *c* Cogitavi mecum sæpius, quid pariant commendata Curialibus, incuria laborantibus, beneficia, dicens intra me : Profecto si liceret Summis Pontificibus, propriis hæc luminibus intueri, numquam passuros illos arbitror, ut committerentur dilaniandæ lupis *C* oves. Fiunt tamen ista quotidie in maximum cultus divini dedecus, et sacrorum Ordinum, sub regulari vita degentium, ruinam atque interitum.

16 Verum ut eo redeam, unde digressus sum, quarto post die, quo illuc ieramus, inde profecti,

quinto demum ad Fontem-bonum incolumes redimus, perpetuo licet comitante nos imbre, ac desuper effuso vehementissime ac ruente. Neque tamen propterea pœnituit nos itineris, in honorem Dei et Confessoris ejus potissimum assumpti; relicto præsertim nostri et sociorum apud populum illum desiderio, qui cupiunt quam maxime, ut locus ille nostris ac nostrorum regulariter viventium manibus gubernetur. Sed de hoc si oportuerit, alias latius. Satis modo sit, quod ad significandam inventionem sacri corporis, divinitus revelatam hoc navissimo tempore, pluribus forte usus sum, quam scribenti ad occupatissimum Dominum par fuerit. Hoc agit major quam pro meritis de tua erga me humanitate fiducia, cujus inter ceteros, quos ego expertus sum Prælatos et magnos viros, facile obtines principatum. Vale Domine mi colendissime. Ex Fonte-bono, die xx Maji MCCCCLXXXVI. *d*

ANNOTATA.

a Alpes vocantur ab Italis quicumque montes : itaque Apenninum hic intellige, spatium 15 milliarium interjectum inter Galeatam et Camaldulense Boni fontis, ubi Generalis tunc erat, monasterium, atque eremum eidem adjunctam. *E*

b Anno 1496 Bissextili litteris Dominicalibus *C B* dies 13 Maji in feriam incidit, unde sequeretur, ne od unum quidem diem cunctatum fuisse Generalem, antequam se loco moveret; cum autem contrarium supponat illa nuntiorum missorum frequentia, cogimur credere, annum accipi more Hetrusco, a 24 Martii præcedentis nostri anni initium, sic ut nobis is adhuc fuerit annus 1495, quando littera Dominicali *A*, 13 Aprilis fuit Feria VI et sic potuit Generalis cunctatus fuisse diebus quatuor : Dominica autem translationis celebrata fuerit 23 Aprilis.

c Parum est in remotis ab hominum frequentia monasteriis hæc facta et fieri, vidimus ipsi an. 1660 23 Octobris, nec sine gemitu vidimus, in celeberrima Ferronensi civitate, elegantissimam S. Zenonis Basilicam amplo adjunctam monasterio, vitium trahere perstillante tecto, et ubi 50 Religiosi ante annos non adeo multos erat numerare, vix novem residuos; quibus ægre victus sufficeret, nedum ad sarta tecta curanda et novum sacris altaribus ornatum comparandum sumptus necessarius; cum interim nobilis aliquis Venetus, commendatam sibi habens Abbatiam istam, diceretur ex monasterii proventus annue percipere supra duodecim millia ducatorum. *F*

d In dubio utrum Hetrusco more an communi æstimetur annus, succurrit dies inventi corporis 13 Aprilis, et mora usque ad translationem interposita, facitque credere annum nobis tunc adhuc fuisse 1495, ut jam dictum.

DE SS. DYMPNA VIRGINE ET GEREBERNO SACERDOTE

MARTYRIBUS GELÆ IN BRABANTIA.

*G*ela, populosum Brabantiae est municipium, duabus ab Herentalio oppido leucis dissitum, de quo agens Joannes Baptista Grammayus in Antiquitatibus Antuerpiæ, huic obnoxiium locum Henricum Ducem Brabantiae (cujus nomine Ducestres vixerunt seculo Christi XII) dignatum fuisse, et libertates vitio temporum oblitteratas aut oblitatas renovasse Cæsarem Carolum V. Accrevit hic locus cultu et miraculis S. Dymphnae Virginis ac

Martyris, de qua jam agimus, in Baronatum beneficio Ducum Brabantiae elevatus, attributo territorio aliquot pagorum. Dominorum ejus, inquit Grammayus, stirpes tres se reperisse, Bertholdicam ex Mechliniensibus Dominis natam, Hornanam et Merodæam, quæ hodieque rerum potitur. Ita nimirum Catharina Bertholdia, Henrici et Beatricis Wesemaliæ filia, nupta Hornano Parwysii Domino, Dominium secum traxit : cujus abnepote Henrico sine liberis defuncto, heres Elisabetha soror, Joanni Rotzelario, Domino in Vorselaer

D
A PAULO
DISCIP. EX MS.
et Generalis
reversus Ca-
maldulum,
scribit Car-
dinali.

d

E

F

G. H.

in Barona-
tum erecta,

SEC. VII.

Gela cultu
S. Dymphnae
celebris,

Auctore G. H. A selaer, Rethi et Lichtert (qui pagi exinde Baronibus accesserunt) Gelam attulit. Horum denique nepotibus vita functis sine prole, devoluta est hereditas ad Merodius, ex Aleide Hornana Henrici supradicti sorore procreatos. *Hæc Grammayus. Horum familiarium schemata genealogicæ fere eadem deducit Miræus lib. 1 Donationum Belgicarum cop. 128. Est autem ibidem, teste Grammaya, celebre xenodochium B. Elisabethæ, per Henricum Bertholdum fundatum, extantibus litteris Guilielmi Episcopi Cameracensis, anno mclxxxvi mense Aprili factum approbantis. Erant primitus Fratres in communi vita, dein ad normam tertiæ regulæ Franciscanæ, denique substitutæ Augustiniani instituti Virgines Mechlinia evocatæ. Juxta Ecclesiam visitur locus, ubi impius pater et naturam impudicitia sepultam calcans, feralem gladium in filiâ S. Dympnæ cervicem vibravit. Ex adverso hujus, titulo, sepultura, Reliquiis S. Dympnæ clara ecclesia, magnifica et ampla. in qua Joannes Merodius Baro collegium Vicariale ad peragendum rem divinam fundavit, probante litteris anni mxxxvii Paulo III Pontifice : quod auctoritatem faciente anno mlixi Maximiliano a Bergis Cameracensi Episcopo, Henricus successor in Baronatu mutavit in Capitulum Canonicale. Et cum phrenetici, obsessi etiam, et aliis affecti aut afflicti languoribus, ad opem D. Dympnæ recurrentes, apem sæpissime experiantur: eorum hospitio et curæ deseruit contiguum templo xenodochium, largiter a Joanne prædicto et prædecessoribus dotatum. Ne etiam domestici cum paupertate luctantes suffragiis destituantur, Joannes Baro ad annum mcccxcvii vita functus, et hic ante Deiparæ aram sepultus, septingentorum annuatim et ultra florenorum eleemosynam reliquit, erogandam tam Gelæquam Westerlœ. *Hæc aliaque Grammayus.**

2 Vitam S. Dympnæ scripsit Petrus Canonicus Regularis S. Autherti Cameracensis, jussione, ut inquit in Prologo ad *Miracula* coactus Guidonis Episcopi Cameracensis. *Est hic aut Guido de Collemedio, Guilielmi Episcopi, de quo egrissus, successor ab anno mcccxi, vita functus anno mcccii, cujus Dialogus MS. de Sacramentis extare dicitur, aut Guiardus, alias Guido, de Landuno, qui præfuit ab anno mcccxxviii ad an. mccclyii. Usus hic auctor est Vita, olim vulgari idiomate scripta; quam in eloquium Latinum vertit, et ut apparet ex *Historia Miraculorum*, totis accuratè scriptis a se repertis adhæsit; dum ibidem fatetur se neque in manifestis neque abditis monumentis reperire potuisse, quo anno aut a quo Episcopo Cameracensi corpus in novam thecam translatum fuerit. Vitam hanc, nunquam hactenus integre editam, damus ex MS. codice Ecclesiæ Gelensis, cujus duo prima capita habuimus etiam ex MS. Ruberæ-Vallis prope Bruxellas. Eandem nacti sumus, sed contractam, ex MS. Ultrajectino Ecclesiæ S. Salvatoris, Extat etiam Legenda S. Dympnæ Virginis et Martyris, ante ducentos circiter annos impressa, ac dein anno mcccxcvi recusa, quam Laurentius Surius, stylo nonnulli aliquot locis eliminato, suis tomis de *Vitis Sanctorum* inseruit; sed fuerunt hæc omnia ex prioribus Actis in compendium redacta: ex quibus interim Lippelaus, Haræus et alii suas epitomas confecerunt.*

C datur ex MS. 3 Harum aliquam, aut ex his Italice translata narrationem, nactus Joannes Meagh Corkagiensis Hibernus Neapoli, quo se voluntarius a patria exul, post Galliam Hispaniam atque Italiam peragratas contulerat, circa annum mncxxx, melioris vitæ initium et sanguinis pro Christo aliquando fundendi spem ex eadem hausit. Rem ut gesta est narrat P. Matthios Tannerus, in libro Pragæ ad annum 1675 excuso, cui titulus Societas Jesu usque ad sanguinis et vitæ profusionem militans in Europa, Asia, Africa et America, contra

Hujus mentione motus Joannes Meagh

D Gentiles, Mahometanos, Judæos, Hæreticos, Impios, pro Deo, Fide, Ecclesia, Pietate. *In hoc, inquam libro, quo continentur Vita et mors eorum, qui ex Societate Jesu, in causa fidei propugnata, violenta morte toto orbe sublatis sunt, post narratam desolationem collegii nostri Gutttenbergensis anno MDCXXXIX, propter impendens eidem a Suecis vicinam Pragæ obsidentibus excidium, ita de Joanne narratur. Neapoli aliquandiu velut securo in portu dum vivit, eodem quo Societatis Jesu primus parens eventum, in librum incidit gesta Sanctorum explicantem: quem priusquam evolveret, elevata in Deum mente ardentè petiit, ut ejusmodi Sancti Vita, fortuito volumen aperturo, obveniret, cujus exempla vivendo a se potissimum exprimi ordinasset. Sed cum explicanti librum Vita S. Dympnæ Martyris obvenisset; ratus Virginis puellæ vitam minime suæ imitationi appositam, aliam identidem nova indagine sortiri parabat: sed arcano semper impulsu retractus, nihilominus eandem, quamvis renitens, legere pergebat. In cujus decursu deprehendens, qualiter virgo regia incestuosam parentis erga se libidinem, spontanea ab regno exul effugisset, et martyrium pro fide ac virginitate subiisset; cogitare cœpit, Quid si me, ab eodem regno hæresim fugientem, velit Deus insuper peccatorum occasiones, ulteriore in quampiam religionem fuga, devitare? quid si deinde, eodem quandoque redire jubens martyrio dignetur coronare?*

4 Hactenus Tannerus: qui porro recensens inopinatas casus alios, quibus ad ineundam Societatem impulsus est; et quomodo in eam admissus ac Sacerdotio initiatus, missus in Bohemiam sit, dum maturesceret missionis Hibernicæ sibi a Generali destinata occasio: exponit denique, quomodo accepto in Hiberniam redeundi mandato, professionem etiam fuga maturare ex prænominato collegio Mars Succicus compulerit: in qua fuga vix unum milliare promoverat cum sociis, cum repente ab insidentibus silvam hæreticis rusticis invasus, ceteris elabentibus, ipse Litanias Lauretanæ cum socio recitans, primo statim vulnere, plumbea sclopi glande pectus trajectus, occubuit; et mortem quam in Hibernia quæsitumibat, in Bohemia reperit cum Martino Ignatio, et quodam Wenceslao Trnaska, nostræ itidem Societatis religiosi laici, die xxxi Maji: suntque Martyrii titulo eo securius donandi, quod ex secularibus, qui plurimi fugæ comites erant aut duces, violatus nemo, nemo molestia ulla affectus sit, sed suis cum rebus salvis dimissi pacifice omnes, deserviente in solos Societatis homines hæreticorum rabie, et in Reliquias sacras, quarum magnum thesaurum ferebant, tutiori loca deponendum.

F 5 Qua tempore martyrium S. Dympna subierit non indicant Acta antiqua. In MS. Ultrajectino traditur caput ejus amputatum in Kalendas Junii, id est xxx die Maji, quod etiam in Legenda excusa et apud Surium legitur; quo die in MS. Florario Sanctorum ejus translatio celebratur. Verum in dicta Legenda dicitur Corporis venerandæ Virginis translatio facta decima quinta die Maji, in qua festum ejus celebratur. Ad quam diem ista leguntur in antiquo Martyrologio Ecclesiæ S. Gudilæ Bruxellensi: Apud Ghele villam Brabanticæ natale beatorum Martyrum Gerebèrni Presbyteri, et Dympnæ filia Regis Hiberniæ. Qui a Rege patre Virginis persecuti, simul pro Christo carnis capitibus occubuerunt. Quorum Gerebèrnus ad Troiam Renensem, quæ Xanthus dicitur, translatus est. Corpus vero S. Dympnæ Virginis apud præfatam villam Ghele, multis miraculis coruscando, quiescit. *Hæc ibi, quibus similia sed fere pauciora leguntur in MS. Florario, in Martyrologio Colonia et Lübeck anno mcccxc excuso, in additionibus Greveni ad Usuardum, et de sola Dympna in additionibus*

Societatem Jesu expetit

E

et in Bohemia Martyr obit.

F

Memoria in fastis sacris,

nibus

A *nibus Molani, apud Canisium etiam et Galesinium cum hodierno Martyrologio Romano. Mojora elogii habent Molanus in Natalibus Belgii, Miræus in Fastis, Saussayus in Martyrologio Gallicano, et passim alii. Celebratur ejusdem festum cum officio Ecclesiastico in antiquo Breviario Antuerpiensi cum hac Oratione. Amator pudicitiae Deus, supplicationibus nostris tribue, ut beatæ Dympnæ Virginis et Martyris tuæ, cujus annuæ solennitatis memoriam recensemus, ejus apud et meritis et intercessionibus adjuvemur. Eadem in citata Legenda legitur, cum otia de S. Gereberno, quæ est secunda in Breviario de uno Martyre non Pontifice.*

et Breviariis

Translatio
utriusque,Corpus S.
Gereberni
Sonsbecæ
servatur.

B *6 In additionibus ad Grevenum factis a Carthusia Bruzelliensi assignatur ad diem xxvii Octobris, Translatio S. Dympnæ Virginis in Ghele; et ad diem xx Julii, Translatio S. Gerenbrani Sacerdotis, socii S. Dympnæ, in Sanctis supra Rhenum. At supra laudatus Gramayus ista habet: Gelæ in ecclesia S. Dympnæ asservatur caput S. Herberni Sacerdotis, corpore Sonsbecam translato. Asservatur etiam triplici conclusum feretro corpus B. Dympnæ, a Metsio Antistite visitatum, reperto supra pectus Virginis lapide cum inscripto nomine. Hæc ibi. Theodorus Rhay in Animabus illustribus Julæ, Cliviæ et vicinarum provinciarum, ad hunc xv Maji ista scribit: Sonsbeca pervetusta Cliviæ urbs, non principe sed suburbano ejus in templo, patrocinium habet S. Gerberni Martyris, quem incolæ et accolæ more majorum constanti præcipuoque bonorant. Hæc ille, Interim infra in Vita num. 6 dicitur Gerebernus apud Zantem oppidum juxta Rhenum in magna veneratione haberi, et in Historia miraculorum dicuntur incolæ dicti loci Zanten, cum Beati pignoribus Gereberni aufugisse; cumque prope Castrum Zantes accederent, moniti oppidani cum luminaribus... ad ecclesiam deportarunt. Sunt autem Santena et Sonsbeca plane vicina loca: ex quibus Santena antiqua solet compelliari, et est ex capitalibus Cliviæ urbibus, quæ ad Comitatus vocantur, inque iis suffragium habent. At Sonsbeca, ut scribit Molanus ex monumentis Santensibus, non civitas sed pagus esse solebat de eorum parochia, quæ a Theodorico Comite Clivensi propriam obtinuit ecclesiam. Porro Theodoricum anno mcccxx concessisse Sonsbecanis privilegia de immunitate a teloniis ac libertate electionis Magistratus sui, tradit Teschenmacher in Annalibus Cliviæ pug. 173. Potuerunt ergo Santenses una cum Sonsbecanis sacrum corpus abstulisse, quod postmodum hisce donarunt; ubi hoc tempore illud asservari cum Gramayo et Theodoro Rhay asserunt Molanus, Miræus, et Merrianus in Topographia Westphaliæ, observantque per errorem vulgi non Gerebernum sed Bernardum nunc vocari: et annulis saceratis (qui contra chiramgram et febres a fidelibus gestari solent) non Gereberni, sed Bernardi nomen impressum legi; scilicet cum Sint Gebern et contractus Sint-Bern diceretur, imperite nomen Bernardi assumptum fuisse. Solent autem sacræ Reliquiæ, cum frequentissimo populi concursu, Dominica post festum S. Margaritæ, circumferri.*

Videntur
seculo 7
coronati,

C *7 Quo autem seculo aut seculi anno martyrium hisce illatum sit, auctor Vita silentio altissimo premit. In antiqua Legenda excusa dicuntur decollati circa annum Domini sexingentesimum, sed divinandum, num septingentesimus an vero sexcentus annus sit intelligendus. Saussayus in Martyrologio Gallicano conjicit interemptos, Carolo Martello res Gallicas administrante: quod foret aliquamdiu post annum septingentesimum. In Vita rythmo vernaculo excusa assignatur tempus Pippini Ducis, et annus sexcentissimus, post quem ille patissimum præfuit Major Dominus Clotharii II, Dogoberi et S. Sigeberti Regum, ab*

anno circiter dcxx, usque ad annum dcxxi., quo mortuus est XXI Februarii, ad quem diem Acta ejus dedimus: et hæc tempora seculi septimi nobis maxime placent; cum loca Gelæ vicina, imo et Antuerpia, copta tunc fuerunt fidei lumine illustrari.

8 *Sed difficultas exoritur major in patre, Pagano Rege, et quidem Hiberniæ ut Acta habent, aut saltem Britanniæ, uti appellatur in MS. Ultrajectino. Hibernia enim tota tunc Christiana erat, et fidei lumine collustrata, eodem Gullias, Germanias, Belgicamque illuminabat. Ipsa Acta Sanctorum Hiberniæ, quæ hæcenus edidimus, amplissimum hujus rei testimonium perhibent. At Britannia, jam ante maxima ex parte ab Anglis et Saxonibus occupat, ingemit sub Regibus Paganis septem aut pluribus: ex quibus S. Ethelbertus Rex Cantii fidem Christianam suscepit sub finem seculi sexti, mortuus anno dcxxvi: eoque tempore reliqui Reges adhuc Pagani erant. Nam Orientales Saxones, qui sub Seberto Rege accesserant ad religionem Christianam, post ejus mortem ad idola pristina fuerant reversi. Erant ergo tunc Pagani, Reges Australium Saxonum, Occidentalium Saxonum, Orientalium Saxonum, Orientalium Anglorum, Merciorum, Nordan-humborum. Quare (si discussis omnibus detur locus aliquis conjecturæ) arbitramur patrem S. Dympnæ fuisse aliquem ex dictorum Saxonum Regibus: qui cum postea, eo quod tota Heptarchia ad unicum Anglorum regnum esset devoluta, essent Belgis ignoti, nullos agnoscentibus Saxones nisi Germaniæ populos; videntur iidem oculos conjecisse in Hibernos tunc magis notos, quos nesciebant anterioribus seculis fidem Christianam fuisse amplexos. Conjecturæ nostræ favet nomen S. Gereberni, quod filios colligentem antiqua lingua Saxonico significat, et ita dicuntur Gerwinus, Gerlarus, Gertrudis, nota inter Belgii Sanctos nomina; Osbernus scriptor, et alii similes. Accedit et illud conjecturæ nostræ favens argumentum, quod eadem fere lingua esset apud istos Anglo-Saxones, quæ vigeat Antuerpiæ, Gelæ et vicinis regionibus, ut vel ideo ad has partes peregrinati Sancti fuerint: ubi forte S. Gerebernus, aut in Gallia, fide Christiana imbutus, et Sacerdotio initiatus, voluerit hosce Anglo-Saxones, opud quos potuit nutus fuisse, fidem Catholicam docere.*

9 *His ita deductis reperio apud Florentium Wigorniensem (qui circa annum mcxx floruit) ad annum mcccxxxvii ista legi, Hiberniensium multarum insularum Regem Paganum Anlafum, a socero suo, Rege Scotorum Constantino, incitatum, ostium Humbri fluminis valida cum classe ingressum fuisse. Quæ eadem habent Dunelmensis et Westmonasteriensis, qui Hiberniensium multarumque insularum Regem Paganum Anlafum appellant: at Joanni Brantou dicitur Anlaf Paganus Rex Hiberniæ multarumque insularum. Hic Anlavus cum in dicto bello septem Duces suos amisisset, mæstus Dublinam petiit suamque terram appetiit, uti ista referuntur apud Chronologum Anglo-Saxonem, qui asserit Anlavum Regem ab Edmundo Rege in baptismo susceptum anno mcccxxlii, aut sequenti, uti supra indicati auctores tradunt. Erat Anlavus hic ex Norwegis Regibus oriundus, filius Sitrici Regis primi Dublinensiura. Hinc jam dubitatio aliqua exoritur, num circa annum sexcentissimum et seculo septimo simili modo aliqui ex Danis Norwegisve Paganis Reges Hiberniam occuparint. Joannes Colganus in Notis ad sextam Vitam S. Patricii num. 68 affirmat, nullum auctorem bonæ fidei vel notæ, domesticum vel externum meminisse Danos, Norwegos, Nortmannos pedem fixisse in Hibernia ante annum mcccxxxviii. Fuerat autem anno mcccxxii classis Danorum Hiberniam aggressa, sed prælio superata fugit. Quæ si vera sunt, manet inconcussum, quod supra diximus, totam scilicet Hiberniam fuisse*

D

num sub pa-
tre pagano
Rege Hiberniæaut potius
Anglo-Sa-
xonum?

E

an vero ex
Danis Hi-
berniam in-
vadentibus?

F

fide

A *fide Christiana illustratam, cum viverent SS. Dympna et Gerebernus; nec potest pater Sanctæ Rex Hibernæ fuisse, nisi illa multo junior fortasse fuerit, quam passim creditur.*

10 *Reverendus Dominus Joannes Ludolphus van Craywinkel, in municipio Gela educatus, et studiis humanioribus excultus, dein Canonicus Ordinis Præmonstratensis in celebri Abbatia Tungertoensi, ac modo Pastor in pago (Elegemo, edidit idiomaticè Brabantico Vitam S. Dympnæ anno MDCXVIII, in eaque cap. XIII scribit, corpus S. Dympnæ anno MDCXXXIII die XXVII Septembris a Nicolao Zoësis Episcopo Silvæduccensi visitatum fuisse, et iterum ab hujus successore Michæle Ophovio XXIX Septembris anno MDCXXVII, præsentibus Henrico vanden Leemputte Licentiato sacræ Theologiæ et Ludovico Smeyers Licentiato utriusque Juris, Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Silvæduccensis, et hominis Canonicis Ecclesiæ S. Dympnæ et Scabinis municipii Gelensis: quando sacra ossa, desumpta ex capsâ lignea, et singula inspecta, in novam ac pretiosam capsam fuerunt translata, et tribus clavibus obsignata, quæ apud Capitulum Canonicorum, Ediles seu Magistros fabricæ Ecclesiæ, et apud Scabinos adservantur. Et præter hanc S. Dympnæ ecclesiam Cathedralē,*

Corpus S. Dympnæ visitatum anno 1623 et translatum in novam capsam anno 1627.

B *Templa 3 illi dicata,*

Varia festa,

C *miracula adduntur ex originalibus scriptis.*

altera illi dicata est in valetudinario seu nosocomio, eo ipso loco ubi S. Dympna capite plexa martyrio creditur coronata. Tertia vero ad ejus honorem constructa est in medio campo versus Mollum vicinum, quo in loco corpus S. Dympnæ, ne a Santensibus auferretur, immobile constituisse ex pia traditione habetur. Idem Canonicus Craywinkel procuravit nobis monumento Ecclesiæ S. Dympnæ in duobus codicibus conscripta; ex quibus didicimus die XXX Maji cum Officio solenni coli festum decollationis S. Dympnæ. At præcipuo solemnitas est hoc XV Maji, ob sacri corporis elevationem et translationem, quo die ob Indulgentias a Summis Pontificibus dari solitas numerantur ad sexcentos, septingentos, octingentos aut etiam plures, qui tum Sacramentis Pœnitentiæ et sacræ Eucharistiæ expiantur et reficiuntur. Tertia ibidem festivitas celebratur feria tertia Pentecostes cum publica processione, in qua sacræ hujus Martyris ac Virginis Reliquiæ, ut sæpius per annum, circumferuntur. Plures etiam Romani Pontifices, ibidem a malignis spiritibus et demonibus vexatos intercessione S. Dympnæ liberari, testati in suis Bullis sunt; atque inter illos Joannes XXII, Joannes XXIII, et Eugenius IV, annis respective MCCCXXX, MCCCXXII et MCCCXXXI. Quæ aliaque miracula, quod passim nota essent, olim quidem non fuerunt descripta; ast hoc sæculo quo ab hæreticis ea solent negari, accuratius fuerunt unnotato ea quæ infra damus ex dictis codicibus Gela acceptis, ita ut ad ea singuli testes proprio manu nomina sua passim notarint. Ne autem eadem formulæ fastidium generarent, a numero XV omissis nominibus sola miracula indicantur: quibus aliquo ex libro Craywinkel adduntur. Denique approbante Urbano VIII Pontifice Maximo instituta est Confraternitas B. Dympnæ, cui inscripti circiter ad quatuor millia.

VITA

Auctore Petro Canonico S. Auberti

Ex codicibus MSS.

PROLOGUS.

Suave redolentis memoriæ viro venerabili, in Christoque carissimo, Domino Stephano de Brava, Personæ de Gela, Petrus Canonicus sancti Auberti Cameracensis, salutem in Sion et gloriam in Jerusalem. Semel aut secundo vel tertio flagitatus a vobis, ac si non esset Propheta in Israel, ut ad ædificationem Virginum et generationis venturæ devo-

Vita ex vulgari lingua in Latinum versa

tionem augendam, Matris vestræ, videlicet S. Dympnæ Virginis et Martyris, passionis historiam, quæ per eorum desidiâ, qui tunc erant, nondum sacræ litterarum memoriæ commendata, sub medio silentii latuerat nimis diu; de vulgari eloquio in Latinum redigerem idioma; crebro mecum deliberans acquiescere formidavi. Arbitrabar quippe satis esse præsumptuosum et indecens, si de sacræ Scripturæ mysteriis eniteretur disserere brutus homo: et ad ea, quæ dum legit vix intelligit, de facili corrumpere exaranda, nisi ejus insipientiam supportaret benignitas auditorum, et illius inflammaret ingenium ignis ille, qui disciplinæ fictum effugiens, Apostolorum pectora invisibiliter penetravit. Unde quia caritas suffert omnia, nec inflatur; et, Prophetæ testimonio Samuelis, esse legi obedientiam quam victimam meliorem; ne quod vobis liberit in hac parte videar recusare, præsens opus aggredior, assimilatus simiæ, quæ fortuito gestus humanos effigiare videtur, et bestia semper manet; dum sic ego dissuctus in talibus, quasi noscar quid humanum sapere vel discretum attingere, non desisto ingenio bestiali, quod alii forte possent competentiore titulo, decorare. Mihi tamen spem adauget et diffidentiam præcul pellit, quod in lege veteri ad Dei tabernaculum decorandum, inter potentum ac divitum plurima donaria, pauperes etiam pilos caprarum obtulisse leguntur, pro conficiendis velaminibus cilicinis, quorum instar ut adversus æreas potestates mentes audientium muniam et informem, pauper offero quod habeo, non ut mihi, quod non mereor adscribam præconium; sed ei qui, ut nati nomen ediceret, os aperuit Zachariæ: quia quanto per Deum ab homine gesta meliora et mirabilia narrantur, tanto amplius non homo, sed Dominus, qui virtutem suam in populis notam facit, mirabilior prædicatur. Cum ergo vilescere faciat sicut scitis materiam nobilem sermo vilis; dilectionem vestram deprecor obnixius, quatenus opus istud venerabilis Patris nostri Guidonis Cameracensium Pontificis aspectui præsentis: ut in eo quodcumque perspexerit incompositum sive rude, quod forsitan auditori possit facere ridiculum, aut legenti, diligenter eliminet; sicque sarmentis sterilibus amputatis, uberius fructum ferat: ne dum per publicos aspectus transierit, temerarius appaream et insulsus.

D

1 Reg. 15 22

E

Exodi 31,

censturâ Guidonis Camerac. Episc. offertur.

F

CAPUT I.

A patre ad incestas nuptias postulata Virgo cum Gereberno fugit in Brabantiam et Gelam moratur.

Post resurrectionis et ascensionis Domini completa mysteria, sicut ante prædixerat per Prophetas, cum in toto terrarum orbe jam per Apostolos diffusa proficeret religio Christiana, quidam fuit in a Hibernia Rex Gentilis: qui licet timore Dei contempto superstitionis ac vanis idolorum cultibus deserviret, tamen opum gloria et militiæ secularis vigore potenti ceteros antecellens, omnibus gloriosior apparebat. Erat autem ei uxor, ex illustri orta progenie, quam Rex ipse vehementi diligebat affectu, quoniam juxta carnis humanæ putredinem tantæ erat pulchritudinis, ut illius faciei et corporis speciositas æmulanda ad se mentes et oculos alliceret inspectorum. Hi vero mundo carne filiam genuerant venusti decoris, matri valde consimilem, meritis et nomine Dympnam, ut ex sui nominis præsigio postmodum digna Deo succederet profutura. Nam cum in domo patris educata nobiliter annos pueritiæ transegisset, non, ut talis ætas assolet et exposcit regalis magnificentiæ celsitudo, chorearum assultus seu jocularias cantilenas aut secum adstantium strepitus puellarum

Parentibus gentilibus nata,

c am baptizatur:

A larum affectans, mundi hujus assecuta est lasciviam; immo sacri percipiens occulte virtutem baptismatis, se suavi totam subdidit jugo Christi mente simul et habita, cupiens ipsi soli pietatis diffusa visceribus in perpetuum applicari.

at matre
mortua,

3 Matre ejus interea, Regina videlicet, corporis in aegritudinem decedente, postque debitum mortis, quod cavere nemo valet mortalium, persolvente; Rex pro ea supervacuis doloribus intabescens, quantum ejus amoris aestuaret incendio, velut Abraham Sara mortua, seu Job olim repentina morte filiorum audita, miserabiliter vi dolorum expressit. Lapsu tandem ex temporis, tanta Regis anxietudine delinita, ne Regine penitus in se mortem deleret oblitio, per singulas regni sui provincias et eidem contiguas nationes mitti jussit legatos, qui virginem adolescentulam, genere spectabilem et decore jam defunctæ conjugii similem, tanto Regi matrimonialiter conjungendam, diligentius inquirerent, et inventam secum cum gaudio eam adducere festinarent. Accersiti ergo Milites, moribus et eloquentia compti jussum iter arripiunt; patriasque peragrantes et urbes solerti indagine, ut edocti de Regis proposito

B quam plurimum contemplantur nobilium facies puellarum: velut erga regiam majestatem, si conceptæ legationis imperium adimplerent, ampliorem de cetero gratiam et honorem communiter obtentari. Cumque diu moras innectendo regiones plurimas circumissent, et affecti tædio quod optabant minime comperissent, omni spe solatii regis voluntatis explendæ sublata, retroflectentes habenas redierunt ad Regem: ingressisque palatium, salutato eo hujusmodi locutionibus consimilem affatum promulgaverunt: O Rex excellentissime, quod tua dudum jussit imperialis majestas, longius exulati reperire nequivimus: sed si placet, ecce nostro celeriter obsecunda consultui, et filiam tuam Dymphnam, amabilem et decoram valde, adeoque matri consimilem suæ, ut in ejus imagine reviviscere mortua videatur, jube tibi quam citius nuptiarum felici commercio copulari. Quid plura? Detestabile vix hoc verbum finierant turpitudinis incentores, cum mox hostis invidus ac totius pudicitie persecutor, qui in Loth ut filias cognosceret, et in Ammon prævaluit ut sororem suam Thamar vi opprimeret, Regis mentem execrabilis impudicitie facibus inflammavit; quatenus sic per Regem, quod per se non poterat, ad culturam idololatriæ Virginem revocaret; et templum Dei violando per patrem, in filiam, quam exosam habebat, incestuosæ libidinis immunditiam exerceret. Ex tunc siquidem Rex puellæ vehementius inardescens amoribus, cœpit ei leniter blandiendo votum suum detegere, vestes, gazas in dotis ascriptionem, et opes innumeras, seu quodcumque visu delectabile posset ejus oculis arridere, se datum promittens, si se ei connubii vicibus alternatis nuptiali fœdere copularet. Quod dum Virgo venerabilis, quæ se totam Agni Dei transtulerat in amplexus, patris stuprum execrabile comperisset, mente simul et spiritu consternata, numquam eum in sponsum admittere se respondit: quoniam hoc non erat justitiæ neque legis, immo potius abominationis et horroris, si incestus infami commercio patris thorum macularet filia. At vero Rex nefandissimus e contrario, sicut mos est conditionis humanæ, quæ semper de facili nititur in vetitum, eandem solito vigilantius attingere conabatur; asserens nisu toto, quod si vellet aut non, sibi eam maturius oporteret acquiescere supplicanti.

et consilio
aulicorum
nefario

in uxorem
a proprio
patre expe-
ditur,

et ad consen-
sum urgetur:

C 4 Dum igitur ambo simul sic verborum altercatione contenderent, neque ulla contradicendi ratio prævaleret, sed in pejus Virgo patris lenocinium erga ipsam cerneret desævire; novam stropham

comperiens (veluti quondam Judith, quæ rogata ab Holoferne ne vereretur eidem consentire, per triduum impetravit nocte foras eundi licentiam, quidquid in oculis ejus bonum esset facturam: se dolosa pactione promittens) quadraginta dierum petiit inducias ad cautelam, interim ornamenta seu etiam cetera quæ spectabant ad decentiam puellarum sibi dari deprecans, ac si tandem apparatu regio nitidius accurata, patri vellet gratiosior apparere. Rex autem hæc audiens, juxta quod credula res amor est, exultat ulterius; omnique ferocitatis et insanie spiritu in mansuetudinem mox converso, petitioni Virginis obsecundat; dieque induciarum indicta, tam puellis quam filie omnium rerum affluentiam præstendendo, præcipue quidquid cultus muliebris decet usum, ex regis liberalitatis auctoritate impertiri jubet, licet ipsa regni sui dimidium petivisset: liquido cunctis per hoc insinuans, quod totius ambiguitatis deteresa caligine, mentem sanctam suis sponte luxuriosis affectibus crederet inclinandam. Virgo autem venerabilis, quæ teneros ætatis suæ annos maturitate morum excedens, professione pudoris singulari complacuerat Sponso suo, ob rem nullam aliam hoc egerat, præter quod aliquantulum ira Regis et indignatione sopita, vitio libidinis æstuantem a concepta iniquitate ejus posset animum refrænare. Nam singula temporum per momenta cor ad cælum suspendens, patriam derelinquere cogitabat; metuens ne Rex ipse, inverecundius quam decebat stimulis agitatus luxuriæ; quæ pueritiam subvertit, juventutem denigrat, inquietat et obruit emortuam senectutem: contra eam ut fortis armatus insurgeret, ac vi florem destrueret castitatis. Cum Job ergo prudens quisque cum oculis fœdus ponat, ut nec cogitet de virgine, circumspectusque videat quantum scelus periculumque turpis amor, atque quanta de libidine malignitas, et de voluptate crudelitas oriatur.

D
A. LETRO
EX MSS.
impetrat
moram 40
dierum:

E

et fugam
precoptat:

5 Interea senex quidam et Sacerdos venerabilis, in Christoque conversationis eximia, Gerebernus nomine, illo igne succensus, quem mittere venit Christus in terram, tunc temporis in Hibernia sub absconsa chlamyde servum Christi gerebat absconditum, adeo ut nonnulli Gentilium ad eum confluerent, latenterque ab eo baptizati, eum sua consulere de salute, donec evacuato quod ex parte gerebant viderent ad oculum, quod nunc per speculum in ænigmatibus loquebatur. Erat enim amantissimus servus ille Domini, cibo parens, castimonia præditus, sincerus eloquio, doctrina sanus, consilio perspicax, vigiliis et orationibus ardentissime deditus, ac si novus semper quondam ut Samuel accederet ad Domini servitutum: afflictorum et pauperum immemor nunquam erat, et quicumque de criminum conscientia turbati veniebant ad eum, prout singulis opus erat consilium adhibens, tamquam per magni consilii Angelum confortati redibant. Tantis ergo gratiarum insignibus adornatum Dei virum, Virgo sancta sibi proximum fore desiderans, cum ad se accersiri jussit; et juxta quod utilius geruntur negotia, quæ prudentum plus aguntur consilio quam proprie arbitrio voluntatis; a prudente requirens consilium, cordis sui reseravit arcanum; inferens cum mœrore, qualiter pater suus Rex, ardore succensus libidinis, eam super oleum demollitis sermonibus hortaretur, ut a statu recederet castitatis, eique consentiendo corruptionis horrendæ decideret in abyssum. Quod cum servus Domini, qui se purum et mundum a puero servaverat in hoc mando, utpote castitatis amator, penitus agnovisset; miserando puellæ condolens eventui, consolabatur eam: inquietans ut cor suum jactaret in Domino, nec a bono cessaret agendi proposito; quin potius eligeret pro servanda

S. Gerebernum
Sacerdotem
consultit:

F

A PETRO
EX M.S.

A servanda virginitate diræ mortis subjacere periculo, quam decocta pruina luxuriæ, blandimentis aut terroribus Regis diu cupitis amplexibus animum inclinaret. Sciebat enim vir sanctus, ex quo fidei disciplinis instructa fuerat, et occulte baptismi gratiam ab eo perceperat, statum ejus; ut quod ætate tenerrimi mundi hujus delicias et ornatus per ipsius consilium fastidiret, actu simul et habitu ei semper se ornari desiderans, cujus forma præ filiis hominum speciosa ante ejus oculos versabatur. Unde tactus anxietudine cordis, ei non immerito condolebat, metuens ac formidans, ut scriptum est, Qui stat, videat ne cadat, ne puella venerabilis, inter notos et amicos posita, qui in aula regia voluptatum deliciis affluabant, fragilitate sexus mundanaque lascivia jugiter blandiente, aliquo miserabili casu seu terrore decepta facilius flecteretur: quia sæpe decipitur qui nimium credit sibi. Præcipitium itaque tam immane, quod corpori et animæ Virginibus imminere, qualiter præcaveret, tacita secum mente deliberans propensius cogitabat; sciens quod si forte omnino vitari non possent, minus tamen jacula lædunt, quæ de longe venientia prævideatur. Ideoque ne faceret mora damnum, hoc ipsius consilium unum erat et persuasio uniformis, ut citius sibi fuga consuleret, et ad partes secederet alienas: sicque pauper spiritu pauperem Christum, sequens, insanix locum daret, quod et Jacob fecerat in Esau fratre suo, et in Saul inimicorum pertinacissimo S. David, et monitus in somnis ab Angelo Joseph justus cum fugeret ab Herode.

6 Noctes multas igitur transigens absque somno Virgo beatissima, vices cepit temporum opportunas diligentius explorare: quibus locum patriam dimittendi reperiens, viri Dei salubre consilium effectui manciparet. Inde ubi successit ad libitum ejus hora perficiendi commodius quod optabat, clandestinæ peregrinationis et exulationis accitis comitibus, familiarissimo suo, Sancto videlicet Gereberno (qui apud *b* Zanten oppidum juxta Rhenum, Canonicis secularibus nunc ibidem famulantibus in magna veneratione habetur) et joculatore patris sui cum uxore illius, quatenus sub joculorum effigie proficisci secretius una possent, propositum iter cepit. Sicque sperans se cum suis alterius Pharaonis duritiam inflexibilem penitus evasisse, usque ad mare properans, mox cum illo amicabili comitatu, turbulentum transfretatura per æquor, ultro classem conscendit ad littora præparatam. Miras ardor animi virginei circa Christum et incredibilis audacia puellaris, quæ dimota femineæ fragilitatis et ætatis formidine, non timebat longos terræ vel æquoris interjectus, nec procellis fluctuum verebatur in deterius agitari; spem in Deum jaciens et cor totum, qui ventis et mari imperans eductos de Ægypto filios Israel sicco fecit transire vestigio mare rubrum. Vere ejus fortis ut mors dilectio, quæ non solum obliviscendo populum suum et domum patris sui, regnum mundi et ornatum seculi contemnebat, sed parata etiam ad omnia toleranda pro Domino, solo nativitatibus suæ cum amicis et notis nationes barbaras præfererat. Remigantibus autem illis inter maris scopulos atque fluctus, et quibusdam ex eis ob amorem patriæ et amicorum affectum ad portum cernentibus, hæc aversos oculos tenebat a littore, ne videndo quæ aliquis meditari nunquam potest animi sine motu, manum mittens ad aratrum, inutilem sulcum faceret, uxoris Loth non immemor, quæ dum exiret a Sodoma retro respiciens, mox in salis statuam est conversa.

7 Sulcatur interim æquor navi festinis impulsibus, et eidem omnis pigra velocitas habebatur, ac ventorum incussio tarda erat, donec auris prosperrantibus apud locum qui Antuerpia dicitur applicue-

runt. Exeuntesque de navi, et intrantes hospitium, ibi moram aliquamdiu peregerunt, loci hujus ab incolis diligentius sciscitantes, quisnam eis locus esset utilior ad manendum: quo remoto gentium a tumultu Christo possent devotius famulari. Ferre quidem vulgus sane non poterat nec strepitus seculares mens in Christo devota, quæ nil aliud præter Christum desiderans gloriam fugiendo, sic volebat se servare innocuam ab hoc mundo, quod nonnumquam civium inter turmas posita, vitam suam levi saltem fame macularet. Coeptum iter iterum repetentes, et viarum ac nemorum dilatatum per solitudinem gradientes, transendo de gente in gentem, et de regno ad populum alterum, sub celeritate ad villam, cui Ghele est nomen olim impositum ab antiquis, venerunt: receptique hospitio, artus longo ex itinere fatiscientes quieti dederunt. Inter hæc enim Deus Omnipotens, qui Abrahæ domus servum Eliezer seniore in domini fratris domum itinere recto duxit, ambulantium in innocentia cordis sui misertus, illorum per devia semitarum et saltuum inaquosa prosperum iter fecit. Nam diei alterius mane facto surgentes, vagabuada indagazione situm loci circuire cœperunt. Compertoque oratorio, in *c* B. Martini Pontificis veneranda memoria dedicato, non longe ab eo sepositum sibi locum utilem et quietum ad ducendam vitam solitariam acceptarunt, ut quandoque per contemplationis dulcedinem sursum rapti, ad eorum cor pœnitens in solitudine Dominus loqueretur. Excolebatur autem tunc temporis locus ille raro inhabitatore tantummodo quindecim hospitibus, vepriumque densitate refertus fere per sex millia dilatando arborum nemorosa magnitudine præstans erat. Providente siquidem Inspectoris superni clementia, locum simul a spiarum aculeis et novicis arboribus emundantes, prope dictam basilicam (in qua fidelis inter Deum et populum mediator existens vir sanctus, hostias placabiles et acceptas sæpius immolavit) parvum quidem, sed congruum satis suæ religionis *d* habitaculum construxerunt.

8 Ad perfectum itaque pro modulo mansionem peracta, jejuniis et orationibus ac nocturnis vigiliarum excubiis insudantes, de contemptu seculi et animarum salute, de pœnis gehennalibus et gaudio retributionis æternæ unanimiter conferebant: et ad ea facilius obtinenda, cunctis in se mitigatis affectibus carnalium voluptatum, bonis semper operibus vigilantius incumbebant: non quæ sapit ad oculos aut carnale quid redolet, amicitiam sectabantur, sed in Christi vera dilectione fundamento virginitatis locato, internos fructus dignos pœnitentiæ agebant. Quidquid pertinens ad perfectioris statum vite sacræ esset Virgini persuasum a venerabili Sacerdote, sollicitius adimplebat; acsi aure corporea solers illud ex ore Dominico recepisset. Mysteriorum dignitate igitur et excellentiæ separata, eam partem optinam eligentem videres, tamquam Evangelicam tunc sororem Mariam sacris Christi pedibus inhærere: senem vero beatissimum, summa cordis et corporis castitate vernantem, ut pudicum ac dilectum præ ceteris a Domino Evangelistam Joannem, cui Christus moriturus in cruce Matrem Virginiæ commendavit, castis sacræ Virginis obsequiis humiliter ministrare.

ANNOTATA.

a MS. *Ultrajectinum*, Britannia. *Molanus* locum regni silet. *Cetera supra discussimus.*

b *Imo apud Sonsbecam, haud procul Sanctis in Clivia colitur, ut etiam supra dictum.*

c *Colitur S. Martinus 11 Novembris, cujus veneratio per Belgicas regiones fuit proximis ab obitu seculis val-*

et inde
Ghelam:

prope oratorium S. Martini habitaculum fuit,

ibi omni virtutum perfectioni incumbit.

F

1 Cor. 10, 12
cui fugam
suscipiens
assentitur:

h
cum eo alius
que comitibus

C
ultra mari
navigat:

Antuerpiam
appellat:

A de promotâ, quod potuit per istas partes fieri per Episcopos Tungrenses et Trojectenses satis vicinos, quidni etiam tempore B. Pippini Ducis a S. Amando tunc Episcopo Apostolico, qui ante Turonibus apud S. Martinum aliquandiu substiterat? Hoc autem S. Martini oratorium fuisse Capremonti, vulgo Kiuremont, loco vicino scribit Gramoyus, ibique ostendi sacram aedem S. Martino restitutam, ubi lanificum textrinae esse solebant magno numero, et solennis pannorum mercatura.

d Idem Gramoyus asserit locum, ubi beatum illud par cellulam struxit, et trimestre totum vigiliis et orationibus vacans, vitam egit Angelicam, ostendi in pago Zaminalia, ab arenis nuncupata, quasi Zandt-mail. Eadem habent Molonus, Haraxus, Miraxus.

CAPUT II.

Quæsitâ a patre tandemque inventa frustra iterum sollicitatur.

B **P**ascebatur interim Rex concupiscentia cordis sui, fœdusque detestabile intra suæ mentis arcum cum immani voluptate componens, libidinosos affectus conabatur explere; cum subito verbum durum et asperum de recessu Virginis memorandæ diffusum per curiam, Regis usque pervolavit ad aures. Quod audiens indicibili punctus cordis amaritudine Rex turbatur: ac de tantis rumoribus securior inde factus (ut Rex David cooperto capite lamentans pro Absolon, atque dicens: Absolon fili mi, fili mi, quis mihi det ut ego moriar pro te?) sacram Christi Virginem, quid de ea acciderit ignorans, gemebundis clamoribus lamentatur. Utriusque conditionis et sexus milites et matronæ, cum puellis præcipue quæ ab infantia gesserant curam ejus, et omnibus quos amoris pariter et naturæ tangebant affectio, suspirantes per palatium obstupescunt: ac tam diri vulneris novitate et hoc ipso compassionis seu mutæ dilectionis mucrone vehementer transfixæ, lacrymosis hanc vocibus prosequuntur. Pietas etenim affluens visceribus apparebat omnibus gratiosa, et idcirco innata benignitas, qua tam morum quam generis nobilitate pollebat, singulorum ad se alliciens corda, ad dolorem et gemitum miserabilis excitabat. Congregatis autem magnificentia militaris magistratibus et triūnis, ut dolorem Regis delinirent, noluit eos audire; immo scissis vestibus graviolem irrupit in gemitum, acsi filiam suam Dymnam fera pessima devorasset. Amor enim illicitus, qui montium fundamenta comburit, et eorum vehementius urit mentes quos omnino procumbere sentit sibi, de impossibilitate non admittit solatium, neque ex difficultate unquam remedium capit. Recordabatur quippe, et sæpius ante mentis oculos reducebat, quemadmodum vultus ejus elegantia, et aspectus simplicitas, morumque compositio moderata vulnerabat cor ejus: et idcirco stimulis impudicæ dilectionis preventus, irremediabilis urgebatur.

10 Continuis itaque lamentorum gemitibus dolori satisfaciens vis amoris, ad investigandum de filia sua per diversas gentium nationes mitti jubet legatos, qui de vita vel morte illius ipsi Regi aliquid reportarent. Quid longius immoror? Preparantur nuntii et expensæ: suscipitur labor itineris, ne regis videantur jussionibus contraire. Ad quod opus similiter exequendum et Rex ipse, militari ambitione vallatus, dictum iter arripuit, equitando per civitatum regiones et oppidaseu montium solitudines saltuosas, et quoniam via terræ non extendebatur ulterius, de cetero subeundam disposuit viam maris. Littus tandem accelerans Rex, cum suo multiplici

Muji T. III.

comitatu classem rebus necessariis oneratam conscendit. Totis nautæ viribus cum remorum gubernaculis incedentes portum linquunt, pandunt vela, altum volant per pelagus; sicque mira sub celeritate cæruleas tremuli remigando per æquoris undas, usque ad castrum, Antuerpiam nominant, freta legunt. Depositis tandem suis ad terram trieribus, præmonitus Rex a nautis egreditur: subsequitur celsitudo militaris dignitatis, equitaturas ascendunt, fit concursus populi tumultuans, ut moris est, cerne-re cupientis Regem ipsum ad hospitium festinantem. Sed amanti quia semel quesisse non sufficit, quod delectat, protelatione crescentem intentionem quærendi multiplicat in deterius æstuans vis amoris.

11 Inter spem igitur et timorem positus attingendi ad ea quæ sæpius meditabatur animo sitiens, per loci illius circumjacentes provincias rursus plures prioribus nuntios ire monet, summum sibi solatium indicans et levamen, si prosperos de Virginis reductione rumores audiret. Consuetum siquidem est amori, ut se semper existimet quod diligit invenire: quia sicut relatu poetico didicimus, spes est quæ nutrit amantem, et ratione caret, ignorat judicium, modum nescit, timet quod amat, nec amat quod metuit, duplicitatem fugit, nam diu non sustinet, odit detractionem, expellit mœstitiâ, concordiam fœderat, nec aliud cogitare præter illud quod desiderat unquam potest. Proficiscentibus ergo nuntiis ex Regis imperio per loca inhabitabilia et deserta, quidam forte illorum ad villam ruremsem, cui a Westerlo olim nomen imposuit antiquorum editio, pervenerunt, ibique recepti hospitio totam noctem gaudiosam duxerunt, veluti jam eorum animus in hac parte præsciis futurorum, quodam motu exteriori de complendo susceptæ legationis suæ negotio palam cunctis aliquid eructaret. Ut autem diei subsequentis aurora resplenduit, profecturi milites surrexerunt; vocatosque clientulos qui paratas sepellectili computarent expensas, ut cum regia liberalitate pro impensis beneficiis de pecunia quam secum attulerant hospiti satisfacerent, monuerunt. Quam receptam cum clarius intuitus fuisset hospes ille, statim eis retulit quod habebat nummos illis valde consimiles, quorum formam ac pretium et descriptionem imaginis penitus ignorabat. Ad hæc quippe legati, jam præsaگو spiritu quodammodo suum iter expediri aliquantulum suspicantes, a quo talem pecuniam recepisset, diligenter cum eo pertractare cœperunt. Hospes vero, nescius qua de causa hoc quærent, modum eis exposuit qualiter Virgo quædam alienigena, de Hiberniæ partibus adveniens, moraretur in loco deserto, interjectu unius miliarii ab eis seposito, quæ mittebat crebro sibi pro emendis victualibus tales nummos. Quibus rursus indagantibus qualis esset facie et statura, insuper quos et quales haberet coadjutores in suo comitatu: mox intulit, quod aspectu et corpore valde pulchra, tantummodo Sacerdotis cujusdam venerabilis senectute, ita morum ut dierum numero computata, et jocularis unius uxorem habentis consortio frueretur; adjiciens ad extremum, quod si locum exposcerent, eam possent ad oculum experiri. Vix hæc verba fuierat, cum ductore itineris accersito, qui per locum horroris et vastæ solitudinis equitantes præcederet, ad habitaculum memorandæ Virginis properarunt. Quod cum summa calliditate sollicitius explorassent, et Virginem a remotis inter ceteros agnovissent, comprobantes aspectu quod auditu didicerant, Antuerpiam redierunt, tunc ipsorum reditum præstolanti Regi visa pariter et audita cum gaudio relaturi.

12 Quid gestaret interius Rex in corde, certo satis judicio vultus supplex, frequens meditatio,

D
A. PETRO
EX MSS.

per nuntios

E

a
Westertox
hospitio ex-
ceptas,

ex pecunia
simili ab ipsa
et hisce obla-
ta,

F

in notitiam
habitaculi
ejus venit:

A. PETRO
EX MSS.

A facies macilenta, et vigiliarum assiduitas exterius indicabant : æstus enim suos amor occultare non novit, et omnino si didicit, tamen vinci subito longus tepor assolet præ calore. Sic affecto igitur, ut res ipsa signis evidentibus denotabat, intercurrentium nuntiorum assertione veraci nuntiatur, illos esse pro foribus, quos antea juramento constrictos pro filia inquirenda per loca regionis illius præceperat destinandos. Necdum enim reddiderat Rex responsum, cum nuntii coram Rege protinus introducti, eo satis ut decuit honorifice salutato, sibi dari silentium postularunt : cursu quippe celeri fama volans jam in parte rem gestam auditui insinuaverat aulicorum : unde cuncti præ gaudio perstreptentes, alter alterum excitabant ad lætitiã et tumultum. Manu tamen indicto silentio loquendi facultas a Rege conceditur ; sicque labor itineris onerosus Virginisq; repertio memorandæ coram omnibus a legatis per ordinem explicatur. Æstimare quis posset quanto Regis tunc animus æstualet tripudio, cum filiam, quam obisse crediderat, vivam esse cognosceret et illusam. His auditis Rex et omnes qui aderant admirari cœperunt, reviviscente Regis spiritu, ut audivit quod viveret Virgo sancta.

B Mox cum suis iter dictum arripuit, quod ad locum ducebat, quo cum suo venerabili comitatu Virgo beatissima morabatur. Perseveravit solers ut quæreret, et ideo contigit, ut quod diu toto corde concupierat, inveniret : desideria enim nequaquam protelatione decrescunt, immo, teste Gregorio, potius augmentantur ; quæ si forte dilatione deficiunt, desideria non fuerunt. Ad habitaculum itaque Virginis perveniens furiosus vir Belial, vidensque Christi ancillam, salutavit eam : aspectuque famelico decoris virginei claritatem intuitus, veluti mox amoris jaculus sauciatus, corde totus infremuit, interioremque mentis habitum extra vultus rubore perfusus satis certa significatione monstravit. Decor namque Virginis temulandus ejus mentem et oculos, in ejus pulchritudinem faciei defixos, tam amoris quam profanæ dilectionis sitibunda refectione pascebat. Meditabatur tamen et in armariolo sui cordis saepe revolvebat, quod si mentem et animum Virginis ad consensum connubii munere vel promisso inclinare non posset, recusanti terrores et mortem ad ultimum nefandissimum intonaret. Libidinosa quippe mens honestam persequitur : propterea quomodo puniat honestam et casta violenta meditatione scrutatur, quam Rex David, oculorum concupiscentia depravatus, exercuit in Uria, dum pro ejus conjugè Betsabæ per principem militiæ suæ Joab homicidium perpetravit.

C Rex etenim contemplata facie puellari, quæ decoris similitudinem expresserat sponsæ suæ, cum oculos ab ea paululum avertisset, impudici pectoris igne tactus, hanc allari cœpit valde dulciter hunc in modum . O filia mea Dymna, amore meo, desiderium et dulcedo, quæ te movit necessitas aut voluntas, ut regie dignitatis honore contempto, extraneis et ignotis gentibus terram nativitatis tuæ mendicando postferres ? Quæ tam docta vel tam lenis persuasio te seduxit, ut filialis dilectionis oblita, patrem Regem dimitteres, istique seni decrepito Sacerdoti tamquam filia adhereres, et ipsius in omnibus obtemperares mandatis ? Ut quid regni gubernaculum habitura post patrem, aulam regiam abiecasti, ut domum inhabitares consitam ramusculis et etiam fœdi luti vilitate difformem ? Nostro ergo celeriter acquiesce consilio, et nobiscum ad patriam, quam pueriliter dimisisti, sapienter revertere. Quoniam si paternis affectibus denegatum assensum præbueris, diademate regio laureata, super omnes principes matronas et virgines regni mei principa-

lætus filiam
adit :

connubium
ejus optat :

blandimentis
pelticere
nititur :

tom tenebis : inter deas insuper tibi templum de D insigni marmore fabricari præcipiam, et in eo ex auro et lapidibus pretiosis ad tuam effigiem erigi sceptiferæ imaginis statuam, ab omnibus adorandam. Hanc si servus aut liber vel persona cujuscunque conditionis aut sexus adorare neglexerit, nec eidem debitæ venerationis servitutem impenderit, prout nostra sanctio concinnabit et statuet, sufficienter indictam pro illata injuria recipiet ultionem.

14 Ad hæc statim cum vellet objicere Virgo sancta, lei servus altissimi beatissimus Gerebernus, responsionem Virginis anticipans in spiritu et virtute Heliæ, qui Achab et Jesabel de coitu nefandissimo reprebendit, in ignominiosum Regem, sicut verum pudicitæ, decuit amatorem, protinus insurrexit : vultuque simul et voce asperæ increpationis sermones contorquens, in hæc verba prorupit : O Rex sceleratissime, totius immanitatis auctor, atque cunctis virtutibus inimice, libidinis commentator ; cur incassum laboras evertere puritatis a via tam beatæ Virginis mentem sanctam ? Cur infelix et vecors, Deo caram et Angelis virginitatem infestas, quæ honorem et gloriam atatibus accommodat universis ? In infantibus enim florens et pueris, innocentiam sanctam nutrit ; in adolescentibus et juvenibus cavens lapsum, extinguere nititur motus carnis ; in provectoris et senibus honestatem conservans sanctitatem acquirit. Ob hoc quippe Virginem precor, hortor, et moneo, ut hanc servet, diligat, et sequatur, et in ea semper, donec supervenerit mortis hora, constantissima perseveret. Thesaurus est siquidem in honestis utilis virginitas, quem qui semel amiserit recuperare de cetero non valebit. Ne sis ergo opprobrium et dedecus inter Reges, et ne crimen inferas majestati : non præsumas ulterius talem loqui sermonem, quem nefas est et abominatio cogitare, non pudicis et mundis tantummodo, sed etiam luxoriosis et fornicatoribus. Securus sum enim et certus, quod filiæ tuæ Dymnæ mens fidelis et pura, cui pro Deo penitus jam viluit quidquid mundus suggerit voluptatis, nec asperitate minarum terrebitur, nec promissis aut muneribus acquiescet. Et hoc ei succensus ardore libidinis forsitan suadere desisteres, si Phinees zelo ductus justitiæ gladium formidasses, quo arrepto Legis sanctæ prævaricatores iniquos, turpitudinis facibus sævientes, post eos in lupanar ingressus, simul ambos perfodit b.

S. Gerebernus
causam Vir-
ginis propu-
gnat.

E

F

ANNOTATA.

a Westerloo insignis pagus, supra indicatæ Zammaliæ vicinus, ab aliquot seculis spectans ad familiam Merodiam, a qua Philippus anno 1626 a Philippo IV Rege Catholico primus Westerloo renuntiatus est Marchio. Consule quæ diximus 3 Maji, ad Vitam S. Auctridi Episcopi Ultrajectini, qui Ecclesiis Ultrajectinis Westerloam et vicina aliqua loca tradiderat, quæ ibidem sita dicuntur infra Comitatum Rien, tunc latius distentum, et olim Episcopo Cameracensi cum urbe Antuerpiensi subjectum.

b Additur in Legenda excusa : Monuit insuper S. Gerebernus Virginem sanctam, ut numquam Regi consentiret, ne atermi Regis sponsi sui, cujus dulcedinem prægustaverat, indignationem incurreret.

CAPUT III.

Sanctorum Gereberni et Dymnæ Martyrium et sepultura.

Hac itaque salubri monitione completa, mox tyrannus execrabilis, vehementi furore commotus, in Domini Sacerdotem exarsit : accitusque infrunitæ severitatis

Gerebernus
reus mortis
proclanatur

A severitatis ministros consuluit, ut monerent quid agendum super hoc existimarent: quod per senis illius consilium Dympha ejus filia impudicis suis monitis obedire renueret, adeo quod nec metu nec rei alicujus blandimento poterat emolliri. At illi consiliatores iniqui, participes et consortes illorum, qui in Domini passione consilium inierunt ut eum occiderent, virum sanctum morte dignum clamantes, tamquam reum et maleficum ac beatæ Virginis subversorem, apud Regem pariter accusabant. Nitebatur etenim non sub modio positam, sed ardentem super candelabrum extinguere virginitatis lucernam; per hunc forte molum Christi ancillæ propositum, interempto comite, facilius arbitrantes ad consensum conjugii revocandum. Quod cōsilium quamvis esset detestabile, Rex profanus acceptans, mox præcepit Dei servum altissimi B. Gerebernum, illicita prohibentem conjugia, a ministris detestabilibus decollari.

et decollari
jubetur:

16 Quem confestim tumidis fulgurando sermonibus adeuntes accusatores iniqui, una tamquam leonum catuli rugientes ut rapiant, super eum dentibus infrendentes, antea quæstionem atrocem propositam in hunc modum expectanti gladium deprompserunt:

B Inveterate dierum, ejus conditionis aut generis, et unde est in te tanta præsumptuosæ temeritatis audacia, quod Dominum nostrum Regem non vereris inanum verborum ambagibus attentare? Non sufficit, impudice, tibi solum, quod filiam suam Dymphnam a consensu conjugii revocans, tecum ad hanc provinciam adduxisti, nisi convitiis injuriis eum rursus ad iracundiam provocas et furorem? Decetne tuam, infelix, canitiem, ut priusquam propria dereliqueris, aliena contagia reprehendas? Numquid Rex immerito intabescit doloribus, cui amorem conceptum in animo suggestionem fallaci non permittis effectui mancipari? Lites ergo simul tuis cum verborum ambagibus amodo sopiantur, cum melius tibi prosit ut decretis regalibus obtemperes, quam rebellis et contumax, ac sapiens indiscrete, tam protractæ ætatis sustineas detrimentum. Quod audiens cultor Dei, qui nec mori timuit, nec vivere recusabat; animatus divinæ virtutis constantia, objicientibus hæc respondit: Gens absque consilio et sine prudentia, si hos lingua frustra implicat aliena, quos propria conscientia non accusat; cur me stupri scelera prohibentem, tamquam reum et maleficum criminosis objectionibus attentatis? Numquid per vos membra plane cognoscitur, quam mala in capite vestro Rege potentia dominetur? Si quis enim viderit alterum vitiosum, nonne idem summopere monendus est ut vitia derelinquat? Et si sæpe commonitus vitia non relinquit, nonne debet tamquam publicanus et ethnicus in tempore devitari? Ferro quidem asperæ monitionis abscondenda sunt membra, quæ fomenta medicinæ non capiunt, antequam pars cetera corrumpatur: delictumque ferri convenit asperius, cui celer satisfactio non succedit.

objecta sibi
concilia

modeste diluit:

17 Ad hæc verba dementiores effecti ministri nequitia, Dei viro talia proferenti protinus subjunxerunt: Usquequo in te tanta latebit impostura mali? quid adhuc, insensate, non desinit lingua tua stultitiam personare? Ignoras tu, miserrime, quod Potentum interest subditorum suorum refrænare superbiam, et illius audaciam ejus adhuc crudelitas redundat in Regem ultione debita castigare. Stude ergo quam citius filia Regis mentem, quam hucusque ab amore paterno subtraxisti, ad consensum conjugii revocare: aut te noscas in præsentia reum, si ei hoc suadere neglexeris, capitali sententia puniendum: quia cum unius excessus diligenter corrigitur, delinquendi ceteris via mala facilius obseratur. Quibus senex reverendissimus, non mucrone accin-

jussus S.
Dymphnae
conjugium
suadere,

et us, sed ardore fidei glorioso, respondit: Absita me, filii tenebrarum, ut puellam, quam pro posse debeo instruere ad virtutes, informem ad vitia; et cui suggerere teneor perseverantiam castitatis, incentivum suadeam libidinis et incestus. Honestatis siquidem propositum nequaquam est persuasionem pestifera dirimendum, sed paterno subsidiopotius sustentandum, ne in fide dum quis fidit alterius, ab eo sit in aliquo supplantandus: et quo fructum religionis majorem recipere se aestimat, ibi debet cum fiducia ampliori quilibet seminare. Licet mihi promiseritis omnium exquisita genera tormentorum, Christi tamen vera dilectio, quæ filiali numquam ejus dividitur a timore, legem talem indixit amantibus, ut amici in Deo ad invicem pro fidei confessione injuriarum incommoda patiantur. Nam a Christi corpore se dissolvit et separat, qui permittit ab impiis opprimi Christianos, ac pro posse suo hostes fidei Christianæ viriliter non expugnat.

19 Viri autem sanguinum et dolosi, his auditis, tamquam Regiæ benevolentie captatores, mox in Christi Sacerdotem electum unanimiter irruerunt; manusque violentas jacentes in eum, laceratum injuriis peremerunt. Sicque martyr Domini gloriosus, de tyranno triumphum accipiens, vitæ cursum capitis memoranda plexione complevit. Quod et factum legimus de Joanne Baptista, dum Herodes sanguinem ejus pium in poculum crudelitatis absorbens, propter Herodiadem, quam tulerat fratri suo Philippo uxorem, caput ejus sanctissimum amputari præcepit. Licet ergo Christi præco Joannes major homine, par Angelis, pudicitia titulus, beatissimum Gerebernum antecedit sanctitate et meritis; æqua tamen comparatio de duorum certamine recitatur. Hic quem manus Domini matris in visceribus consecravit, Joannes prædicans et baptizans, Christi viam in eremo præparabat: iste Christi Sacerdos probatissimus, ante mundi constitutionem prædestinatus ad vitam, in solitudine confluentes ad se populos, verbi vitæ semina partiendo, ad pœnitentiam incitabat. Verus ille Nazareus Christi, tantum pilis camelorum indutus, vinum et siceram numquam bibit, nec immundum suæ matris ab utero manducavit; magister sanctitatis Sacerdos hic non tantum ab immundis et illicitis se abstinens, carnem suam siti, fame, cilicio maceravit. Judicis ille præco Joannes, legis vespera, gratiæ matutinum, Herodem facibus libidinis æstantem monitis non accusatione pulsavit, volens eum corrigere non perire: iste cultor Domini Gerebernus, forma justitiæ, castitatis exemplum, stupri nefas detestans, istum Regem incredulum de incestus commercio reprehendit, non odio sed amore. Ambo quippe continentes et justi ac deserti cultores, defensores utpote castitatis, Regum iram et odium incurrerunt, atque tandem pro pudoris justitia detestabilium ministrorum gladiis occumbentes, in hoc pares. capitum pœna pari, Deo sanctas animas reddiderunt. Illi sunt viri in misericordie, quorum justitiæ oblivionem non acceperunt: quosque vita sanctissima venerabilem duxit ad mortem, et gloriosus occasus fecit esse perennes.

20 Furore Rex quem vindicta minuerat paululum temperato, sponsam Christi venerabilem, S. Dymphnam suis jussit obtutibus celeriter presentari. Tristem enim animum intus celans super patris inflexibili pravitate, plena ejus facies gratiarum rosei decoris aenitate perfusa, cunctis tota desiderabilis apparebat. Cujus dulci serenitate percussus infelix tyrannus, inflammante cor ejus illicitæ dilectionis igniculo, præterdendo blanditias sic affari Virginem est exorsus: O filia mea Dympha, cur pateris patrem tuum diu tantis angere doloribus? misereri cur renuis, et abhorres illum, quem allicit amor tuus et

D
A. PETRO
ET MSS.

constanter
abnuat:

capite plexus,

E

J. Baptistæ
comparatur.

F

S. Dympha
patris potenti
convulsam,

cruciat

A. PETRO
EX MSS.

A cruciat indefesse? Tantummodo consentire, carissima, mihi velis, et quod opum et gloriæ mundus habet, vere tibi polliceor me daturum. Insuper et celebre nomen tuum inter deas sacratissimas, per totius regni mei confinium, cujus mecum dominaberis, præcipiam numerari. Cui Virgo devotissima, quæ potius eligebat affligi pro Domino, quam temporalis peccati habere jucunditatem, suadenti talia cum indignatione respondit: Cur, infelix tyranne, promissis fallacibus a pudoris proposito subvertere me conaris? Putas, miser, quod a stabilitate propositi resiliam appetitu gloriæ secularis, corpusque meum polluendo, Christum meum amatorem offendam? In me ergo ne credas esse animi feminei levitatem: tuæ signum gloriæ mentis pede conculco, et Domini mei Jesu Christi promissiones illas, quæ affectus superant universos, jam ex totis visceribus concupisco. Dea cerni respuo, et honorem imaginis vilipendo. Talem mihi nec præsumas ulterius soadere sermonem, cum satis sit facilius cuilibet retinere quod habet, quam cum idem amiserit revocare.

constantem
resistit:

21 Tunc Rex ferus, animo libidini deditus atque cultor præcipuus idolorum, quanto magis fidem Christianitatis in ea fervere cognovit, tanto magis homine inimico superseminante zizania, contra eam totis viribus insurrexit, et inquit: Ne frivolis de cetero, malitiosa, nos fatiges: statim exple quod opto, vel paternæ dedignationis incurres offensam; sicut ille detestabilis Doctor tuus, qui rebellis et contumax erga nostram jussionis decreta male vitam hanc capitis detruncatione finivit. Flori igitur tuæ consule juventutis, in exemplum hunc habens, et deorum nostrorum altaribus sacrificans, thus impone; aut securam consistas quod confusione perpetuæ donaberis, sicque tuæ perditionis exemplo Regum omnes filiae paternis imperiis adversari amodo formidabunt. Cui minas intonanti taliter et ruinam, recolendæ memoriæ Virgo sancta respondit: Qua de causa, tyranne detestabilis, jugulasti Domini Sacerdotem electum, in quo nullum facinus reperisti? Numquid cuncta cernentis arbitraris effugere judicalem sententiam? Deos deasque tuas ut figmentum detestor, et Domino Jesu Christo, cujus amore langueo, tuta me devotione committo. Ille sponsus meus, et gloria mea, salus, desiderium et dulcedo, nihil aliud desidero præter ipsum: mihi sulus ille sufficit, in quem sacer ille Angelorum exercitus prospicere concupiscit. Cum igitur juris urdo videatur expetere, quod aliquis non exemplis sed legibus debeat judicari, in me quamvis exerce tyrannidem: poenas omnes, quas inferre poteris, læta mente parata sum pro Domino sustinere; illos quippe non debet separare dissimilitudo mortis nec locorum distantia, quos viventes univit per omnia vera fides et in Christo locata fideliter identitas animorum.

pro fide Christi
parata mori:

22 Amens quidem in responso Virginis Rex effectus: nec deceptionis suæ dedecus ultra ferens, sic locutam, ut dictum est, ad deorum suorum vindicandas injurias, eam jussit celeriter decollari. Sed cum nullus eorum qui aderant in Regis collegio tam immane præceptum adimplere præsumeret, Rex antiquæ nobilitatis, quæ superbos debellare et parcere humilibus consuevit, oblitus, pietatem regiam atrocissima crudelitate commaculans, super eam irruit pro licere. Verebantur enim omnes, quadam cordis pietate commoti, tam enorme sceleris molimentum sui Regis in filiam exercere: ne, dum tantam jussionem explessent, qua frendebat indignatione pacata, iram ejus incurrerent poenitentis post factum. Quod perpendens infidelis tyrannus, quo acinctus fuerat pugione funesto, sacrum caput Virginis gloriosæ, divini respectus implorantis misericordiam, amputavit: sicque simul Rex cum suo detes-

a proprio patre
occiditur:

tabili comitatu remeans ad propria, carnes servorum Christi, S. Dympnæ videlicet et beatissimi Gereberni, escas terræ bestiis atque cœli volatilibus dereliquit. O patrem sceleratissimum et crudelem, sine ullo paternæ pietatis affectu! qui nefando libidinis exagitatus ardore, sub prætextu judicialis sententiæ, per vindictam temperatis doloribus laudem quærit; atque ipso sceleris molimine semetipsum æstimans pius esse, inhumandis eorundem corporibus humanitatis officium denegavit. Grata Deo et Angelis hæc veresocietas beatorum Martyrum, qui sicut in Christo se dilexerunt in omni vita sua, ita quoque et in morte non sunt separati; immo Christi calicem passionis bibentes, pro munere meritorum in cœlestibus jam cum eo perpetua jucunditate lætantur. Cumque dies per aliquot disponente Divina clementia beatorum Martyrum corpuscula, a feris intacta et avibus, super nudam humam diu inhumata jacerent, a quibusdam habitantibus juxta locum super sanctos Martyres, quorum mortem in conspectu Domini gloriosam sciebant, pietatis diffusis visceribus terraneo sunt sub specu minus digne sepulta, quod tunc erat consuetudinis mortuorum corpora sepelire.

Corpora
utriusque
inhumata,

sepeliuntur
sub specu:

23 Multa vero post annorum curricula, pro stupenda ostentatione signorum, quæ a Christo propter eos operabantur ibidem quibuscumque languorum generibus occupatis; ne posita lateret diutius lucerna sub modio, utriusque generis et ætatis tam Cleri quam populi multitudine congregata, quidam Deum timentes, et qui locum didicerant sepulturæ, cæsa ferro Sanctorum corpuscula quæsierunt. Res mira et totius admirationis stupore vehementi dignissima, nec ab ullo mortalium auditione vel respectu alias comprehensa! Cum arreptis fossoriis fodientes, rastris humum exterius eiecissent; Angelicis manibus præparati nive candidiores et excisi de petra duo apparuerunt sarcophagi, digne satis candori virgineo congruentes, cum non essent in patria tota illa nisi petræ tantummodo fuligine nigriores. Mirum in modum extractos sine difficultate aliqua mox de terra sarcophagos, cum stupore et extasi circumquaque lucidius intuentes, nullum in eis vieturæ vel fracturæ vestigium reppererunt: immo sanos et integros ac Sanctorum pignora continentes, sicut solent in ingenti lapide calenli contineri. Ad hæc quippe tunc præsentibus qui aderant in gaudium et mœrorem conversi, se vidisse inauditum a seculo mirabantur: sed ut magis stuperent attoniti de hoc facto, lacrymantes pariter et lætantes in Domino, conferebant inter se ad invicem, qualiter sine ulla dissipatione seu lapidum læsione poni potuissent interius Reliquiæ pretiosæ. Quod cernentes ad oculum, discutendo diutius, rationis humanæ nullatenas ingenio factum esse, potestati divinæ quæ ubi vult indeficiens operatur, tam evidens attribuerunt miraculum; actiones gratiarum communiter cum gaudio referentes Domino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

eadem ele-
vaturi, repe-
riunt candidis
sarcophagis
inclusa.

PROLOGUS AD MIRACULA.

Multo cum sit utilius, dictatoris cujuslibet ad honorem, nullum opus injunctum suscipere, quam a cæpto postea cum dedecoris verecundia turpiter resiliire; prosequi dignum satis existimo quod incepi; ne si opus hoc viderint imperfectum invidus et susurro, mihi statim incipiant illudere conclamantes, Ecce hic est qui posito fundamento ædificare incepit nec potuit consummare. Unde etsi hominis imitandæ conversationis et vitæ patris nostri, Guidonis videlicet Cameracensium Pontificis jussione coactus, S. Dympnæ Virginis et Martyris gloriosæ passionis historiam litterarum memoriæ commendavi; multo magis

A magis devotionis affectu præventus, ejusdem miracula usque ad finem complendo, ne processu temporis elabatur, ex debito rationis compellor in posteros propagare. Legis quidem veteris in præcepto cauda olim hostiæ in sacrificio jubebatur offerri, et talarem tunicam Joseph sanctum legimus habuisse, quarum nobis mysterio designatur, sicut Sanctus exponit Gregorius, opus bonum usque ad consummationem actionis debite perducendum. Pauca ergo de pluribus cum scribere decernamus, primo tamen sciendum est, quod et vitæ laudabilis atque bonæ conversationis opinio non in demonstratione signorum, sed in sanctis ac bonis operibus est querenda: quia multi sunt in mundo, qui non operantur virtutes, nec ab eis crebro illas operantibus merito sunt discordes. Cæruleas enim Petros turbulenti æquoris super undas siccis quondam pedibus ambulavit; et in mari, per eidem martyrio et doctrina præcipuus, naufragium Paulus tulit. Sed quoniam generatio prava signum quarrit, recitare debemus, non ut decet aut exigit multitudo signorum, quam novimus antiquorum relationis ex serie tanquam esse, ut vix possent capacitate voluminis comprehendere; imo quantum donaverit summus ille gratiarum omnium Distributor, qui disertas infantum linguas facit, et Balaam asinæ os ad loquendum mirabiliter dilatavit. Egregium namque constat et utile, sicut scitis Sanctorum certamina codicibus inserere: quibus Dei laus diffusa sic omnibus innotescat et latius diffundatur, ut in sua mirabiles majestate glorificent Jesum Christum, et ad cultum vivendi in melius Christiani fideles communiter excitentur. Hac de causa præsens opus aggredior, veritus ne detractores mordacis invidiæ, cujus olim Siculi non invenerunt tyranni majus tormentum, lippientes oculos vertant in me, si edoctus ab homine refero quod non vidi, cum Marcus et Lucas, cujus laus est in Evangelio, non aspectu didicerint, sed auditu Evangelium quod scripserunt. In his ergo sollicite describendis rei magis veritatem, quam narrationem simplicitate sermonis ordinare intendens, studiosos deprecor auditores, ut si rusticitate loquendi, vel Donati vel Prisciani transgressione regularum, qui non cognovi litteraturam, deliqui in aliquo, insipientiæ inæque parcant: quoniam eorum in regulis non instructus ad plenum, nec coloris rhetorici facetias nec ornatum eloquentiæ didici Tullianæ.

C HISTORIA MIRACULORUM.

Traditis sepulturæ divinitus, ut dictum est, Sanctorum corporibus, S. Dymphnæ Virginis videlicet et beatissimi Gereberni; miracula, que per eos Dominus operari mirifice dignabatur, longe lateque diffusa, tunc temporis plurimorum auditui personabant. Quisquis enim ad locum in quo sancti Martyres quiescebant, cum fidei puritate precator accederet, salutarem obtinens petitionis suæ effectum, mox ab omni læsione corporis sanabatur. Igitur cum apud Zanten, oppidum super Rheni fluvium collocatum, tot virtutum crebrius fama volans undique perveniret; dicti loci incolæ quidam, motu pietatis, communi consilio decreverunt sanctos Dei Martyres expetere; statuente invicem, quod si possent, vi vel furto sacras secum eorum Reliquias deportarent. Nimis quippe se credebant felices, si tam sacris mererentur ditari pignoribus, que terrarum populi ex diversis regionibus venerantes habebant reverentiæ et amoris. Conglobatis itaque quam plurimis, qui potentes viribus, acriores animis habebantur, exultantes ad castrum rurense, cui Ghele nomen est, cum summa festinatione venerant: factaque oratione sub peregrinationis

prætextu, situm loci sagaciter explorantes, per dies aliquot coram sacris pignoribus excubant. Nacti tandem tempore competenti, in quo possent securius votum suum effectui mancipare; illis forte qui tunc sacras Reliquias observabant intentis ahorsum, pretiosa corpora cum locellis lapideis imponentes quadrigæ, cito gradu cum ingenti lætitia recesserunt. Quo comperto, incolæ dicti loci, ut dementes effecti, mox ad arma concurrunt; accensisque animis fugientes e tergo viriliter insequuntur. Sed ut sonitum immensæ multitudinis qui fugerant audierunt, exterriti Martyrum gestatores, rem videntes illis esse pro anima, duos illos sarcophagos quos sumpserant, de quadriga quam citius sustulerunt: eosque deponentes in terram, unum solium redegerunt in frustra, sanumque et integrum avertunt celinquentes, in quo erant pignora S. Dymphnæ, cum Beati pignoribus Gereberni celeriter aufugerunt. Cumque Zantes prope castrum accederent, tunc ex via quam ex metu prosequentium fatigati steterunt, oppidanis dicti loci prosperitatem sui adventus per nuntium intimantes. Qui confestim eis simul obviam exierunt, acceptisque luminaribus cereorum, thuribus ac Cruce, cum ingenti multitudine populi corpus sanctum, exultantes in Domino, cum hymnis et Canticis spiritualibus ad ecclesiam deportarunt, ibidemque honorifice collocantes ad propria redierunt.

3 Tunc Currenses de Ghele, qui secuti eos fuerant, accedentes ad locum quo jacebant Reliquiæ pretiosæ, fracto vase beatissimi Gereberni, S. Dymphnæ locellum lapideum absque nullo læsionis vestigio repererunt. Quem cum vellent gaudentes ad propriam ecclesiam reportare, corpus stetit immobile quasi lapis, nec permisit ulterius sese moveri, acsi fixum radicibus teneretur in terra. Stupent omnes, universi mirantur, adjicientesque equos omnes nihil proficere valuerunt, super hac re quid facerent ignorantes. Erat autem annus quædam in villa eadem, que cum esset nocte quadam levi somno depressa, vox amœna insonit ei dicens: Die crastina surges mane, adjungesque quadrigæ vitulum hunc quem habes in stabulo, imperabisque filio tuo ut reducat Virginis Dymphnæ corpus, quod illi laborantes in vanum remove non possunt. Cumque expergefata esset mulier, et super his quæ audierat miraretur; mane facto surrexit: vocatoque filio præfate visionis eventum, quam in somnis didicerat, per ordinem enarravit, jubens ei ut citius a Domino intellecta expleret. Quid cum puer audisset, matrem suam delirare credens, ut siletet amodo de re ista instantissime precabatur: asserens quod si vellet hoc facere, ambo simul in populo derisui haberentur. Cui nolens obtemperare mater ejus, statim fecit quadrigæ vitulum novellum, nuper cornua producentem et ungulas, applicari; sicque viam aggrediens, quæ ducebat ad locum quo rurense attoniti circa corpus adstabant, pervenit. Sequebantur eam majores et parvuli, eam tanquam idiotam et stultam communiter reputantes, deridendoque eam mirantes tantæ rei exitum expectabant. Quid plura? Perveniens tandem ad locum, quo tam suis de viribus quam equorum diffusi vigore, solam Dei clementiam invocabant; salutatis cum gaudio, quam in visu noctis audierat, visionem exposuit; supplicando, quatenus bigæ suæ impositum corpus venerabile debite venerationis ad locum celeriter reportarent. Ridebant nonnulli, atque eam super hac re habentes derisui delirare credebant, donec victi precibus reluctantis, sine nullo gravamine corpus beatissimum sustulerunt: demissumque quadrigæ, cum ingenti lætitia et debito venerationis obsequio, ad propriam ecclesiam

3
A PETRO
EX MSS.
sarcophagos auferunt,

et dimissa
S. Dymphnæ,

cum corpore
S. Gereberni
fugunt.

E

Corpus S.
Dymphnæ
immobile
prius,

F

quadrigæ a
vitulo tracta
impositum.

Ex plurimis
pauca seli-
guntur.

Ob miracula
ad furtum
exculati Zan-
tenses,

reducerunt

A. PLUTO
EX MSS.
ad ecclesiam
reperitur:

A reduxerunt. Videntes animal nulli aptum oneri seu labori, cum maxima levitate pondus ingens portare sequentesque mirari, et hoc suis pro culparum sceleribus accidisse latentes, laudes Deo pariter referebant, qui contemptibilia elegit ut fortia confundantur.

et post novam
ecclesiam rre-
tam,

4 Ampliata tandem ejus basilica, quæ ad instar exigui parva erat tugurii, structuræque majoris ac decentioris pulchritudine decorata, dictæ villæ majores natu, nobiliores et ditiores, congregati in unum, corpus sanctum in vas auri novum transferre concorditer decreverunt. Indecens quippe erat ut Martyris sanctæ corpus, quod tantis refulgens virtutibus latere non poterat, in vase lapideo diu clausum jaceret; et quod adhuc ad multorum salutem vivebat, in locello lapideo diutius clauderetur. Dispositis tandem suis sumptibus in argento et auro et lapidibus pretiosis, secundum propitiatorium vas ex auro mundissimo fabricari fecerunt, quo beatæ Virginis Reliquias decentius recondere pretiosas. Quo peracto decenter ad Cameracensem qui tunc erat Præsulem accedentes, de Virginis recolenda translatione tractarunt: ab eodem Præsule certa die indicta, qua hoc possent usque ad finem explere.

in capsam
auream ab
Episcopo
Cameracensi
transfertur:

B Incidente tandem die et hora, qua hoc fieri oportebat, Præsul ipse venerabilis, Pontificalibus insignitus, coram cunctis Abbatibus et Clericis ac personis nobilibus utriusque generis et ætatis, cum immenso vulgi ignobilis comitatu, S. Dympnæ corpus honorifice de locello sublato lapideo, in novum vas aureum translocavit. Sic Moyses legislator serpentem ancum erexit in palo, ut qui erant ab ignitis percussi serpentibus in eum respicerent et a suis languoribus sanarentur. Quando autem hoc gestum sit, seu nomina personarum quæ elevationi Virginis gloriose interfuerunt, commendare non debui memorie litterarum; quia ea non potui manifestis aut abditis in voluminibus reperire: tamen scio, sicut in præsentia apparet, quod cum vi frangeretur vas saxeam, nimio candore refulgens et integrom absque ulla junctura; inventa est in eo jacens Virgo venerabilis Martyr Christi. Quam cum vellet extrahere cum ingenti timore et reverentia Præsul loci præfatus, supra pectus Virginis est repertus later rubens a, in quo erat hoc scriptum: Hic jacet sancta Virgo et Martyr Dympna. Sane quidem in marmore candido congruebat honori virgineo testimonium castitatis, et in latere rubicundo indicium passionis, quia et per candorem Virginitas, et per ruborem Martyrium designatur.

a

C

in processio-
ne,

5 Iterum quædam occurrit necessitas, ut Martyris sanctæ corpus, in locello aureo decentissime collocatum, iucolæ dieti loci, cum ingenti lætitia et populi concione, extra suam basilicam deportarent. Quod cum esset longius efferendum, quidam homo fide fluctuans et indoctus, in hæc verba diffidentiae linguam, membrum modicum et magna exaltans, in hæc verba coram cunctis laxavit: O quam stulti omnes estis, qui feretrum hoc geritis, et utrum sit in eo an non S. Dympnæ corpus honorificum ignoratis. Ad hanc vocem dubitationis, bajuli similiter diffidentes, corpusque reverendissimum ab humeris deponentes, steterunt. Sed cum tandem illud vellent ad humeros relevare, corpus sacrum gloriosæ Martyris statim stetit immobile quasi lapis, acsi terræ infixum radici teneretur: quod cum totis viribus conarentur erigere, manu licet addita fortiori, fatigari poterant non moveri. Cumque diu laborarent in vanum, unus ex eis mox subjunxit inquam, quod pro sue dubitationis culpa tanti sui itineris dispendia tolerabant. Quid plura? Ad hæc verba pie incensationis singuli continuo ad arma orationis concurrunt, et ad terram cum humilitate prostrati,

ob diffiden-
tiam unius
immobile,

oratione facta
mouitur:

ut se removere permittat, humiliter gloriosam Virginem deprecantur. Suis tandem completis orationibus eriguntur, manus ponunt ad feretrum: et quod prius removere non poterant cum labore, quemcumque voluerunt in locum sine ullo ponderis gravamine portaverunt. Rei cuius gratia cunctis patet, quantum sit frequentanda oratio fidei, quæ salvat infirmum, per quam et Elizeus a Rege Syriæ destinatos currus et equos cum robore exercitus, ut ad Regem adducerent virum Dei, cæcitate percussit.

6 Consuevit vir quidam, tector lignorum basilicæ S. Dympnæ Virginis, in sabbatorum diebus de suarum manuum laboribus impendere fanulatum: vetustate conscriptam aut pluvia tecturam basilicæ sæpius reparabat: in ceteris omnibus, quæ necessaria videbantur et meliorationis egebant, valde semper sollicitus erat. Gratis enim et ex ingenua devotione, non conductus præmii quantitate sive spe remunerationis alicujus temporalis, Virgini gloriosæ tam devotum impendebat obsequium erga Deum, tantummodo suæ salvationis per Martyris sanctæ preces retributionem expectans. Die vero una sabbati, cum ipse ascendisset in altum, ad opus sæpe dictæ basilicæ obsequium præstaturus, inopinato casu contigit, ut ferro instrumento, quod secum habebat, pollicem amputaret. Sed cum pars abscissa ab alto in terram corruerit, invocato nomine S. Dympnæ Virginis, particulam casam sumens mutilato pollici coaptavit, sicque statim pristinam sanitatem recepit: nam ita sanus et integer apparuit, ut in eo nullum læsionis vestigium remaneret.

pollex casu
abscissus
restituatur:

7 Quidam erat b carpentator, Henricus nomine, cognomento Suagher, qui Martyri gloriosæ sedulum in opere suo servitium exhibebat. Hic a quodam domino suo capitur, trahitur, et injuste carcerali custodiae mancipatur, catenaque crudeli in muro defixa collum ejus ab eo crudeliter catenator. Omni ergo humano præsidio destitutus, ut liberaretur per eam, sæpe cœpit S. Dympnam cum lacrymis et devotis intercessionibus invocare. Et ecce, perseverante illo in oratione nimiumque mœrente, gloriosa Virgo Dympna mirifice consolans eum apparuit, et contracta catena ostioque reserato liberum exire præcepit, ac sic illum de manibus sui domini potenter eripuit. Hoc potitus beneficio Henricus, Deo suæque gloriosæ Martyri et liberatrici suæ B. Dympnæ laudum præconia alacri mente persolvit.

b
solvitur
captivus,

8 Mulier autem quædam justo Conditoris nostri judicio tradita est maligno humani generis hosti, ad vexandum potius in tempore, ne supplicii destinaretur æternis. Gavisus itaque inimicus, sese improbis motibus et horridis miserabilis femine possessorem ostentans, terrificare accedentes, voces emittere cum stridore minaci crebrius satagebat. Tum sui, animo consternati, in communi decernunt, mulierem, pessimo dæmone plenam, spe credula beatissimæ Dympnæ ad mausoleum ocius devehendani. Quid multis immoror? Cum enim illam coram beato Martyris corpore, cum multis fletibus patrociniū implorantes, deposuissent; subito divina virtute, suffragantibus meritis sacræ Virginis ac Martyris, mundatam ac sanatam ad propria cum gaudio reduxerunt.

l'
energumena
liberatur,

9 Operæ pretium est silentio non suppressere magnalia Dei, quæ palam in populo intercedente B. Dympna patrata sunt in quadam sanctimoniali, quam bina vice sacer ignis horribili plaga pervaserat. Est morbus hic tabificus, sub extenta livente cute carnem ab ossibus separans et consumens; et mora temporis augmenta doloris capiens et ardoris, per singula momenta cogit miseros mori; sed desiderantibus mortem non advenit, donec depastis artibus

sanatur ignis
sacer,

A artubus ignis ille celer et pestifer invadat membra vitalia. Hæc igitur sanctimonialis femina, de qua loquor, istiusmodi molestia coangustata, igne hoc dicto sacro, quod est execrabili, in quadam sui corporis parte fuerat quasi decocta. Spem tamen maximam in sancto Martyre Dymna constituens, sepulcrum ejus adiit, et mox sanitatis gaudia reportavit, restincto quidem igne divina gratia. Postquam ad domum rediit, post tempus aliquod tantus calor in prius ægra parte pervasit, ut se iterum præfata succensam igne devorante timeret. Rursus itaque ad curatricis suæ auxilium supplici mente recurrit: quæ cum obnixis precibus iterato diutius insisteret ploratui, plenæ sanitatis antidoto est curata. Non multo autem tempore post miraculum tam jucundum, puer quidam igne infernali accensus esse dicebatur: habet enim ignis ille apud archiatros plura nomina: dicitur quippe ignis sacer, ignis Persicus, et ignis infernalis; et est qui *e* ester dicitur Græco eloquio; verius tamen dixerit, qui hæc præscripta, genera illius ignis appellaverit: ester vero, si pervasi corpus circumcinxerit, statim occidit. Puer autem de quo facere mentionem cœpimus, tali succensus igne, perlatu est ad corpus B. Dympnæ, ubi Presbyter sub hoc diei articulo verbum salutis populo prædicavit. Videntes autem boni homines miseriam infantis, fuis ab eis precibus, interpellante B. Dymna, ignis pestifer extinctus est, et parvulus pleniter est sanatus.

10 Pauci quidem videntur attendere, quod divina præcipit pagina parentibus, suis parvulis curam impendere sollicitam, ne in principio prave inconvenienterque educati, postmodum multorum criminum fascibus opprimantur. Non sic autem Sara venerabilis, Abrahamæ conjunx patriarchæ, negligens fuisse probatur, dum videret Ismaelem filium Agar ludentem cum suo filio dilecto et unico Isaac, sed justa et a Deo laudata severitate expulit hunc a domo. Eapropter curent summopere parentes principis obsistere malis liberorum, ne postquam fuerint multis criminibus irretiti gravissima incommoda patiantur. Duo etenim pueri, quorum unus fuerat dæmoniacus, ludebant pariter, ludo non solatio vel recreabili, quia unus alteri deridendo potum dedit, et eandem infirmitatem recepit, hoc est similiter ut consors ejus a maligno spiritu est possessus. Post hunc itaque execrabilem ludum subsecutum est parentum miserabile lamentum: unde ex intimis suorum præcordiorum affectibus currunt ad beatissimæ Dympnæ Virginis oratorium, ab ipsa benignissima patrocinium implorantes. Sed quando negaret opem miseris, quæ veraci cum beato poterit Job profari eloquio: Ab infantia mecum crevit miseria? Mox ergo ab sponso suo omnipotente Christo impetravit, quatenus malignus ille et nequam spiritus daret gloriam Deo viro et vero, confestim a puero fugiendo. Nec mirum si Christus eam exaudit, quæ ipsum dum hic viveret vehementissime amavit: pro cujus amore non solum sanguinem fudit, sed et omnia tormentorum genera erat sustinere paratissima. Ecce jam plura signa narrata sunt: sed adhuc restat unum, ceteris majus, quod subjungo.

11 Quidam interea parvulus, incaute cursitans, ex improvise in aquam corruit, et submersus est. Quo comperto parentes pueri, cum gravi luctu suum filium ab aquis extrahentes, inconsolabili dolore affecti fuissent, nisi maximam in beata Martyre Dymna fiduciam habuissent. Orant ergo clementissimam Virginem, ut solita pietate defuncto puero vitæ beneficium impetraret. Hoc autem illi, hoc ipsum multitudo astans fletibus et singultibus suspiriis flagitabat. Quid plura? Non sunt utique

fraudati a desiderio suo, sed preces sacre Virginis infantem a funere rediviuum parentibus incolumem reddiderunt. Hæc autem paucula de multitudine signorum, quæ Dominus Deus noster per sanctissimam Dymnam operari dignatus est, prout potuimus, decerpimus, ad honorem ipsius, qui Sanctos suos non solum glorificat in cœlestibus, sed etiam in præsentem nequam seculo honorificare non cessat: cui cum Deo Patre et Spiritu sancto sit laus, honor et potestas. Per infinita seculorum secula Amen.

ANNOTATA.

a Pagani non hic pro gentilibus, sed pro rusticis pagi habitatoribus sumuntur.

b Carpentator: in titulo Carpentarius: dvidebatur autem hæc historia in capita II, quorum titulos superfluum fuerit atterere.

c *Αίστηρ* Græce, torris, titio.

MIRACULA RECENTIORA

Ex Codicibus Ecclesie Gelensis Latine translata.

CAPUT I.

Sanati ab anno MDCIV ad MDCXLI.

Omnibus et singulis præsentibus visuris salutem. Nos Prætor et Judices (vulgo Drossardus et Scabini) municipii Gelensis certissima veritate declaramus, quod hodie coram nobis comparuerit Tilmannus Bernarts, alias Craens, civis Masecanus, qui coram nobis solenni juramento, elevatis digitis, sine ulla simulatione, inductione, vel persuasione, sed ex vero et ad futuram rei memoriam declaravit et affirmavit, sicut declarat et affirmat his præsentibus, quod ipse declarans cum filio suo Jacobo Bernarts, annorum circiter quatuordecim existente, ex devotione tertio Junii anno millesimo sexcentesimo quarto jam labente, venerit ad hoc municipium Gelense, et in valetudinarium S. Dympnæ, eo quod filius prædictus esset plane mutus, claudus, surdus, et caligantibus oculis. Ipse autem hac spe nitebatur, fore ut Deus omnipotens intercessionem S. Dympnæ, immaculatæ Virginis et Martyris, filium suum liberaret. Quos morbos seu naturæ vitia prædictus declarans, affirmabat filio obvenisse paulo ante festum S. Martini, anno millesimo sexcentesimo tertio præterito, nesciens qua occasione. Suspicio autem erat maleficæ femine manu filium fuisse affectum: quod tamen pro certo affirmare non audebat. Quare se contulit ad prædictum valetudinarium S. Dympnæ tertio Junii, curans observari dietam et victus rationem secundum formulam prædictæ immaculatæ Virginis et Martyris et Patronæ S. Dympnæ. Et octavo die observationis dictæ dietæ, scilicet decima Junii sequente, prædictus filius circa prandium, gratia et beneficio Dei, liberatus est ab omnibus suis morbis, ut non amplius esset mutus, surdus, claudus, aut caligantibus oculis; et ab eo tempore ita perfecte recuperavit loquelam, gressum, auditum, visum, acsi nunquam aliquo vitio aut morbo laborasset. Quæ omnia prædictus declarans ita esse affirmavit et deposuit sine fraude ac dolo.

2 His ita relatis nos Drossardus et Scabini municipii Gelensis superscripti declaramus, quod die octava Junii anno millesimo sexcentesimo quarto prædictum adolescentem miserrime affectum viderimus, inter complures miseros peregrinos deportari in sede in templum S. Dympnæ, ante feretrum et reverendum

D
EX MSS.
INSTR.

E

Mutus, surdus,
caligantibus
oculis 7
mensibus,

F

sanatur 10
Junii anno
1601,

duo pueri
a dæmone
obsessi liberantur:

Job 31, 18

alius submersus resuscitatur.

EX M.S.
INST.

A reverendum corpus prædictæ Virginis et Martyris et Patronæ S. Dympnæ. Insuper declaramus nos vidisse decima Junii insequente magnum illud miraculum, prædicto adolescenti præstitum: et eadem die eum allocuti sumus, et vidimus eum liberatum, eo modo quo supra per supra-scriptum Tilmannum declarantem in his declaratum et affirmatum fuit. In quem finem Dominus Vice-Decanus, et alii Domini de Capitulo curarunt pulsari campanas, et generalem postea processionem instituerunt. In veritatis testimonium eorum, que prædicta sunt, nos Drossardus et Scabini municipii Gelensis commune sigillum nostri municipii hic impressimus, et hæc curavimus subsignari manu nostri jurati Secretarii, die XII Junii anno MDCIV.

Erat signatum Cauwers

*Locus † sigilli in
vidiri ceru.*

In nomine Domini nostri Jesu Christi Amen. Omnibus et singulis has visuris aut auditoris salutem. Notum sit quod coram nobis Decano et Dominis de Capitulo S. Dympnæ, et in præsentia Domini Corneli van Couwegom Drossardi municipii et territorii Gelensis, et coram me Notario et testibus infra nominatis comparuerit Jacobus Wouters, natus in oppido Gochio, et domicilio usus circa Rheno-Berkam. Qui sub solenni juramento, in hunc finem in manus prædicti Drossardi facto, declaravit veracissimum esse, quod circiter annos septem continuos fuerit a malignis spiritibus obsessus: et interea ut ab iis liberaretur varia loca obierit, ac nominatim fuerit Rheno-Berkæ exorcismis diversorum Sacerdotum adjuratus; dein Zantis a quodam Societatis Jesu Presbytero, Patre Bonmart appellato, inter exorcismos fuerit a duobus malignis spiritibus liberatus, qui in suo discessu ex deponentis ore dentem, et ex fenestra quadram vitream abstulerunt. Postea in monasterio Mariæbomio, exercizante quodam Domino Michaeli, discessit alius malignus Spiritus; uti et alius, cum energumenus suas preces funderet in Ecclesia Aspricollensi. Postmodum se ab aliis adhuc malignis spiritibus obsideri experiens, in urbem Gelriam ductus est; ubi Sacerdotibus nonnullis exorcizantibus creptus est ab infestatione sex malignorum spirituum, qui abeuntes secum deportarunt sex globulos rosarii, non tamen confracto aut dissoluto funiculo. Alii vero residui spiritus clare indicabant se loco non moturos, nisi Gelam ad S. Dympnam abducerentur. Quare ipse energumenus carruca devecus ad valetudinarium S. Dympnæ, ibidem aliquot diebus mansit. Cumque solitæ diætæ servarentur, et adhiberentur solennes exorcismi; tandem nono die migravit malignus spiritus, extrahens et secum deferens dentem aliquem angularem. Substitit vir ille circiter diebus quatuordecim in dicto valetudinario, absque ulla motione alicujus maligni spiritus, aut sensu alicujus vexationis, sed cum gratia Dei et intercessione Virginis et Martyris S. Dympnæ plene ab omni molestia ereptus. In hujus rei testimonium comparuerunt Henricus Kerckhofs et Amandus Meus, ædiles ecclesiæ S. Dympnæ, item Judocus Mertens, Anna vande Wyer et Maria Breugelmanns, administrantes dicti valetudinarij in rebus medicinalibus; et simul declararunt, et sub solenni juramento affirmarunt, verum esse, quod ipsi viderunt dictum Jacobum Wouters in carruca advehi vincum, tali in constitutione, ut visu horribilis appareret, et a quatuor aut quinque viris vix potuerit detineri: et vi illata infra reliquias Virginis et Martyris S. Dympnæ raptari et detineri debuerit. At postquam adhibita fuerunt in hunc finem usitate solennitates, fuisse dictum Jacobum

Wouters a maligno spiritu liberatum; et omni molestiæ metu relevatum, libero usu sensuum et ingenii, quantum exterius apparet, frui et gaudere. Quoniam vero in re hac jam recenter facta divinum est testimonium veritatis præbere, dicti comparentes consenserunt mihi Notario, de hac testificatione actum publicum conficere. Actum in Ecclesia S. Dympnæ hæc XIX Decembris anni MDCXIX, præsentibus prædictis Dominis et testibus, ac me Notario juridice stipulante.

Quod attestor Ooms.

Item prædictus Jacobus Wouters, hodie VIII Junii anni MDCXX rursus comparuit in ecclesia S. Dympnæ, et in gratiarum actionem prædictæ liberationis ab omni malignorum spirituum vexatione, visitavit Reliquias prædictas, et liberale donarium obtulit in præsentia D. Arnoldi Bloem Coadjutoris, ædilium ecclesiæ et multorum aliorum, et me ut Notario ad id requisito.

Quod attestor Ooms.

3 In nomine Domini nostri Jesu Christi Amen. Tenore hujus præsentis publici instrumenti notum sit omnibus et singulis, quod hodie VIII Junii anni MDCXX coram me Notario, in Conciliis admissio, ac simul Notario Capellæ S. Dympnæ, in municipio Gela habitante, et coram testibus infra nominandis, comparuerit honesta puella Petronella vander Hagen, aliis prædictis satis cognita, ætate circiter annorum XXI, nata et hactenus morata Antverpiæ; et declaravit et sub solenni juramento in manus meas Notarii præstito affirmavit, verissimum esse, quod tribus annis continenter fuerit a maligno spiritu obsessa, ac miserrime torta et vexata, ideoque contulerit se in municipium Gelam, ad visitandas Virginis et Martyris S. Dympnæ Reliquias. Quo in loco cum aliquandiu resideret, et quotidie dictas Reliquias visitaret, asserit se insigni cum miraculo ab omni dicti maligni spiritus infestatione liberatam paulo post festum Pentecostes præterito anno MDCXIX, neque ab illo tempore ullum signum obsessionis sensisse, plene et integre ex his miseriis ereptam: in cujus rei testimonium et actionem gratiarum se iterum venisse ad dictas Reliquias visitandas et honorandas. Quo etiam tempore comparuerunt Amandus Meus ædilis S. Dympnæ, Arnoldus Goos, Joannes Jansen et Joannes Gilis prope dictam ecclesiam habitantes, et loco juramenti, quod præstare semper parati erant, affirmarunt sub sua virilis veritatis attestazione, sibi dictam Petronellam multis et variis vicibus visam, miserrime obsessam et a maligno spiritu vexatam, eandemque paulo post festum Pentecostes dicto anno MDCXIX liberatam. Quia vero divinum et dignum est veritatem attestari, dicti comparentes consenserunt mihi Notario, ut juridicum instrumentum conficeretur. Actum die et anno supra indicato, præsentibus Reverendo Domino Arnoldo Bloem Coadjutore Decani, et Bartholomæo vanden Nieuwenhuisen et multis aliis in choro S. Dympnæ prædictæ Ecclesiæ.

Quod attestor W. Ooms Notarius.

4 Jussa Joannis van Hove Drossardi, et Joannis Smolderen Scabini, comparuit Paulus Vercuilen, filius Huberti, ætate circiter annorum triginta, residens in parochia Houtenisse, in territorio et jurisdictione urbis Hustalmo in Flandria, ad instantiam et requisitum Joannis Aerts et Matthæi Lanen Ædiliam Ecclesiæ S. Dympnæ, in hoc municipio Gela: declaravitque et sub solenni juramento affirmavit, uti hisce declarat et affirmat, verissimum esse, quod anno MDCXXIV circa festum S. Marci correptus fuerit

taata

A pluribus
dæmonibus
obsessus, ab
iis successive
locis variis:

C
Gela ab ultimo
liberatur
anno 1619.

E
puella Antverpiensis obsessa 3 annis,

liberatur
an. 1619.

F

alms post
2 annos
an. 1626.

A tanta epilepsia, furore et vexatione maligni spiritus, ut continenter debuerit firmis et fortibus vinculis in manibus et pedibus ligari; et quod his non obstantibus tantum fortitudinis et violentiæ adhibuerit, ut subinde ipsa vincula et compedes confregerit, contactus nimio furore, insania et persecutione maligni spiritus, ostendendo etiamnum vestigia in manibus et brachiis, quæ sibi nimia violentia intulerat. Tandem elapsis tribus mensibus, ad instantiam Pastoris suæ parœciæ et amicorum suorum, adductus est in municipium Gelam, ut ibi gratia et auxilio Dei et intercessionem Virginis et Martyris S. Dympnæ posset ab hisce miseriis eripi. Cumque plus minus tribus hebdomadibus ibidem permansisset, atque intra illud tempus tantas vexationes et persecutiones, tantas dementationes et furores maligni spiritus passus fuisset, ut assereret, in verbis non posse exprimi; tandem tanto malo relaxatus est et liberatus, et in integrum sibi restitutus, ita ut nullas maiorum reliquias aut vel minimam vexationem amplius senserit: sed declarat se plenum quinque sensuum et memoriæ usum obtinere, uti hæc nostris quoque Scabinis videbantur apparere. Paratus ipse præterea est, ubi et quoties requisitus fuerit, ac necessitas foret, hanc suam declarationem sub juramento declarare, coram quibuscumque Dominis et in quocumque tribunali, consentiens etiam ut de his conficiatur instrumentum publicum. Actum xxii Maji anno MDCXXVI.

*sensibus
destitutus
anno 1637,*

5 Ego Joannes Boem, habitans in pago Waterlooos, confiteor me anno MDCXXXVII ecclesiam S. Dympnæ in municipio Gela, cum essem sensibus ac mente debilitatus, visitasse, opera amicorum meorum inductum: et cum ibidem devotas meas preces oblatassem, ac sacra Communione in eadem ecclesia essem reffectus, me intercessionem sanctæ Virginis et Martyris adjutum fuisse, et in signum veritatis illud meo nomine et signatura confirmavi, in præsentia Walteri van Wyer Locum-tenentis hujus municipii, et Wilhelmi van Namen, ut testium ad illud vocatorum et imploratorum, hoc xxv Maji MDCXXXVIII. Joannes Boem. Et ego Michael Boem, frater Joannis Boem prædicti, in virtute meæ virilis veritatis loco juramenti, assevero idem verissimum esse, addita signatura manus meæ etc.

*26 Maji
an. 1638*

C 6 Coram Amando van Tungerloo et Nicolao Meer, ædilibus ecclesiæ S. Dympnæ, comparuit xxvi Maji anno MDCXXXVIII Dympna van Opstal vidua, habitans in Dominio Ulimmereno, et ad honorem Dei et sanctæ Virginis et Martyris declaravit, se ultra triennium circa festum Pentecostes debilitatam fuisse in mente et cerebro, et opera mariti sui adductam fuisse ad ecclesiam S. Dympnæ: et post ordinarias ejusdem ecclesiæ ceremonias adhibitas, in valetudinario ibidem depositam, fuisse per intercessionem dictæ Virginis sanatam, et mentis ac sensuum suorum debitum usum recuperasse et hactenus semper conservasse. Quia vero divinum et æquum est dare veritati testimonium, maxime cum illud exigitur, dicta Dympna declarat hoc ita veraciter contigisse, parata semper, si illud rogetur, juramento confirmare, et in signum veritatis propria sua manu subscripsit, in præsentia Wilhelmi Kerckhofs et Martini van Noort, ut testibus ad id deputatis et rogatis. Actum ut supra: et subscriptum erat Dympna van Opstal, et Wilhelmus Kerckhofs ut testis, et Martinus van Noort ut testis, et me præsentente, G. Verbraecken.

*mulieres
duæ,*

7 Coram me Notario publico et testibus infra indicatis comparuit Maria Peeters, ætatis circiter triginta sex annorum, habitans in pago Sem territorii Silvæducensis cum marito suo Joanne van Passel et patre suo Francisco Peters: quæ ad instantiam Ar-

noldi van Tungerloo et Nicolai Meer, Ædilium ecclesiæ S. Dympnæ, declaravit certissimum esse, quod ipsamet affecta fuerit epilepsia, furore et privatione sensuum, ita ut manus ejus fuerint funibus constrictæ: quodque his non obstantibus, per intercessionem Virginis et Martyris S. Dympnæ, ab hac epilepsia fuerint sanata, postquam in hoc municipio Gela, in ædibus Joannis van Passel incolæ prædicti municipii, duodecim diebus fuisset, usa interea omnibus ceremoniis in hunc finem solitis adhiberi. Affirmat denique una cum suo marito prædicto Joanne van Passel, id ita vere contigisse, paratam se esse semper coram quibuscumque Dominis et tribunalibus attestari, si illud rogata esset. Actum xxvi Maji anno MDCXXXVIII, præsentibus Waltero vande Wyer Locum tenente, et Amando Lans ut testibus, ad id rogatis et me Notario infra indicato.

D
EX MSS.
1587R.

Maria Peeters
Signum † Francisci Peeters
Joannes van Passel
Walterus vande Wyer
Amandus Lans
G. Verbraecken
Ita fateor Cauwegom.

E

8 Ego Gerardus Petrus Reynders van Nunnen, hodie xxvi Maji anno MDCXL profiteor, me ex valetudinario S. Dympnæ exivisse plene sanum et perfecte mente et sensibus utentem, qui ad illud valetudinarium pridie festi S. Dympnæ advectus fui, tanto tunc furore, epilepsia et privatione sensuum correptus, ut debuerim arcte in manibus et pedibus ligari: sed benignitate Dei et meritis Virginis et Martyris Dympnæ ab his miseriis ereptus. Quia vero divinum est testimonium præbere veritati, affirmo id ita contigisse, paratus semper cum juramento assecurare: et in confirmationem veritatis subsignavi die et anno jam indicatis, præsentibus ut testibus Reynero Peeters et Lamberto van Dungen: et tertio declaro hanc epilepsiam fuisse ejusmodi.

*item vir
anno 1640
26 Maji*

Signum † Gerardi Rynders
Signum † Reineri Peeters fratris
Lambertus vanden Dungen.

Eadem dictus Gerardus Reynders confirmavit anno MDCXLVI, tunc reversus ob beneficium acceptum gratias acturus, præsentibus D. Cauwegom Decano, Patre Henrico Remmens et aliis.

9 Anno MDCXL die xxvi, Maji Maria Geerts comparando declaravit in verbo veritatis, se ab ultimo omnium Sanctorum festo vexatam fuisse morbo, subinde mentem cerebrumque ledente, subinde cordis dolorem afferente, alias brachia aut etiam totum corpus cruciatibus afficiente, ac tandem circa medium Quadragesimæ in talem dementiam incidisse, ut manus pedesque debuerint arctis vinculis constringi, ac pluribus diebus subjecta fuerit chirurgi curationi: et sic in amentia persistens, Bergizomio vineta ipsa Dominica Lætare in valetudinarium S. Dympnæ anno MDCXL advecta venit: ibique intra paucos dies, omni amentia depulsa, plenam mentis suæ intellectusque sanitatem adeptam, sic intercessionem Virginis et Martyris S. Dympnæ compos sui ac bene sana est reversa Bergizomium: asserens a gubernatore Roel, van Ost dicto, se destinatam Gelam; parata semper hæc omnia juramento confirmare, ac modo subscriptione aliqua id verissimum esse significare, coram testibus Lamberto van Dungen et Wilhelmo van Namen.

*et mulier.
F*

Signum † Mariæ Geerts
Lambertus van Dungen
Signum † Wilhemi van Namen.

Eadem Maria Geerts gratias actura, in ecclesiam S. Dympnæ et ad hujus Reliquias honorandas re-

EX MSB.
INSTR.

A versa est anno MDCXLII in diebus Pentecostalibus, et anno sequenti die XXIV Maji ipso Pentecostes festo ac declaravit se plena sanitate fruitam.

Quod attestor Cauwegom.

Item de-
mentes die
Pentecostes,

10 Andreas van Erum, ex pago Solderem, fuit in hoc valetudinario diebus viginti magna amentia captus, et dein XXIII Maji anno MDCXL plenam sanitatem assecutus. In veritatis hujus testimonium subnotarunt ipso die Pentecostes dicto anno MDCXL hoc signo † Reinerus van Millo, Andreas van Norim.

P. Vercuylen attestor.

et 18 Sep-
tembris :

Elizabetha Hubrechts, Beringana, debilis et mentis delirio capta, bis catenis vineta jacuit in valetudinario novem diebus, talem ex se exhalans foetorem, ut vix ullus ibidem potuerit consistere. Hæc anno MDCXL, die XVIII Septembris egressa est, satis commodam assecuta sanitatem. Cujus rei veritatem testati sunt hoc signo † Elizabetha Hubrechts, Joannes Gordansen, Anna vande Wyer hoc signo †,

B Wilhelmus van Namen.

alta 31 Maji
an. 1641.

11 Cornelia Jansen, uxor Antonii Adriansen, ex pago Osterhouto ab urbe Bredana duabus leucis dis- sito, circa festum Ascensionis Christi an. MDCXLI mane circa horam octavam correpta est tam vehementi dementia et furore, ut debuerit vinealis constringi in manibus et pedibus : et ita afflicta, est a marito suo, et Cornelio fratre mariti, Joanna Jansens sorore, et Nicolao Ludimagistro Osterhoutano in curru aducta in municipium Gelam, et XX Maji in valetudinarium S. Dympnæ inducta ; ubi post consuetas ceremonias adhibitas ita convaluit, ut die XXXI Maji e valetudinario decesserit plane sana, et ab omni dementia libera. Cujus rei veritatem testati sunt V Junii hoc signo † Cornelia Jansen, et Lambertus van Durgenen. Eadem Cornelia anno MDCXLIII die XV Maji gratias actura, est Gelam reversa, optata valetudine fruens, teste Couwegom.

CAPUT. II

Curati ab anno MDCXLI, ad MDCXLVI.

Coram Ca-
nonicis et
Scabins,

Omnibus et singulis has visuris aut auditoris salutem. Nos Domini Arnoldus Bloem, Nicolaus Segers, Ludovicus van Couwegom, Gerardus Gossens, C Petrus Vercuylen, Willebrordus Vertessen, Petrus van Dungen, et Jacobus Verschuiren, respective Decanus et Canonici collegiatae Ecclesiae S. Dympnæ in hoc municipio Gela, item Drossardus Couwegom, Joannes van Hove, Joannes Vennekens, Gerardus Goos, Petrus van Broeckhoven, Joannes Lauwen, et Wilhelmus Bertels Scabini dicti municipii Gelæ, hisce significamus et pro sincera veritate certum esse asserimus, quomodo XII Maji Dominica ante festum Pentecostes huc advectus fuerit ex pago Zeelando, in districtu Ravenstenio sito, quidam, Joannes Christiaens nomine, ætatis circiter LVII annorum, in manibus et pedibus imo et omnibus membris tanta miseria oppletus, ut nec incedere, nec stare, neque semet ullo modo movere potuerit, sed toto corpore incurvatus et immobilis debuerit jacere; ac præterea prorsus mutus ne quidem ullum verbum effari potuerit, imo instar pueruli apparuerit omni plane judicio ac modo agendi destitutus. Secundum antiquam ergo consuetudinem, uti cum aliis ejusmodi solitum est fieri, in valetudinario collocatur, spe pristinam obtinendi sanitatem, gratia et indulgentia Dei atque intercessione S. Dympnæ Virginis et Martyris ac Patronæ hujus ecclesiae.

comparuit
12 Maji
paralyticus,
mutus et
amens,

Cum ibidem decumberet durante duplici ut vocant, D novena, seu dierum octodecim continuatis precibus, subinde ab aliis. cum incedere nequiret, ad Reliquias S. Dympnæ delatus est, nempe in festo S. Dympnæ et in solennitate Pentecostali : atque intra illud tempus malum claudicationis valde diminutum est, et decessit ad aedes Gerardi Steffers, haud procul a dicta ecclesia dissitas. Quæ ejus claudicatio paulatim ita cæpit desinere, ut quotidie pedes accesserit ad dictam S. Dympnæ ecclesiam, ut ibidem pia cum devotione suas Deo preces offerret. Tandem hoc die secunda Julii, in festo Visitationis beatissimæ Virginis Mariæ, prædictus Joannes Christiaens circa horam undecimam cum in eadem ecclesia sacrificio Missæ interfuisset, subito, qui hactenus mutus fuerat, loquelam prorsus perfectam recuperavit. Quo miraculo cognito omnes mox campanæ pulsatae sonuerunt, et cantica gratiarum Deo in dicta ecclesia recitata fuerunt, ob gratiam et misericordiam huic misero homini concessam. Deinde in accursu quorumcumque hominum in dicta ecclesia publice auditus et visus est loqui, et ad quascumque propositiones accurate respondere. Tunc clara voce est confessus, quod a quatuor circiter annis, ob duas suas filias peste extinctas, mœrore quodam correptus, incidit in difficilem morbum; ex eoque claudicationem attraxerit non solum in pedibus, sed etiam in reliquis membris quamdam paralysim; adeo ut ab illo tempore neque incedere, neque pedibus consistere potuerit : cui malo a tribus annis cum dimidio accessit impedimentum linguae; quo accrescente prorsus reditus est mutus, et circa initium Octobris seu festum S. Bavonis explebitur quadriennium, quod nullum potuerit eloqui verbum. Accessit per intervalla temporum quædam amentia et perturbatio cerebri. Adhibita interea fuerunt omnia remedia, tam humana per medicos et chirurgos, quam spiritualia per varios exorcismos a viris religiosis factos, ut prædictis morbis levamen apponeretur. Varias in eundem finem susceperat peregrinationes, et visitarat loca miraculis Deiparæ Virginis celebria, qualia sunt Duffelæ, Gemerti, Stiphouti et alibi; sed asserebat se nusquam aliquid medelæ expertum, nisi solum in municipio Gela et ecclesia S. Dympnæ : quo consilio et judicio Guardiani Velpensis erat advectus : ubi, ut supra relatam est, hoc die beneficio omnipotentis Dei sanatus est post auditam Missam solennem, et aliam subsecutam, a prædicto Domino Ludovico van Couwegom celebratam : cui ab altari descendenti occurrens hinc similia verba dixit : Bona dies, Domine Ludovice, concede mihi facultatem osculandi sacram crucem summi altaris. Quod dictus D. Ludovicus magna cum admiratione intelligens, adduxit illum ad illud altare, et præbuit illi sacram Crucem osculandam : ac dein perrexit prompte omnia eloqui.

qui claudi-
catione paulatim liber,2 Julii lo-
quelam re-
cepit,

E

ante fere a
4 annis
mutus :

F

id confirma-
runt tres
testes,

13 Comparuerunt adhuc eodem die Anna vanden Wyer (cui omnis cura peregrinorum et ægrotorum ad nosocomium delatorum commissa erat) Gerardus Steffers et Maria Meus ejus uxor : qui quasi uno ore confirmarunt, et cum solenni juramento affirmarunt, verissimum esse, quod prædictus Joannes Christians fuerit per dies octodecim in nosocomio, eique adhibiti exorcismi solennesque ceremoniæ solitæ; imo quod eo venerit mutus, claudus et corpore incurvatus, et caput tenens tam sedendo quam jacendo inclinatum ad crura; adeoque coacti fuerint eum portare in ecclesiam, et ante et infra capsam Reliquiarum S. Dympnæ Virginis et Martyris et Patronæ nostræ. Adjunxerunt, eundem ad octo dies decubuisse, clausis et ne vel semel apertis oculis, neque ullo signo ostendisse aliquid a se desiderari; denique quod instar innocentis pueri visus illis fue- rit

A rit absque aliqua mentis interioris capacitate. Affirmarunt etiam, intra octodécim prædictos dies, paulatim vitium claudicandi fuisse diminutum, et prædicta Maria Meus adfuit hodie in ecclesia, et magna cum admiratione audivit prima verba a prædicto Joanne pronuntiari, alloquente memoratum Dominum Ludovicum van Couwegom : quod idem et alii tunc præsentibus testati sunt. et hæc absque fraude et dolo. Quare ad certam hujus rei notitiam nos Decanus et Canonici prædicti Capituli, et nos Drossardus et Scabini supra memorati, curavimus nostra singulorum sigilla apponi, et per juratum Secretarium subsignari hoc ii Julii anno MDCXLI : et erat subscriptum Van Gerven, et appensa duo sigilla, alterum Capituli, et alterum Communitatis Gelensis. Ego Joannes Christians, ætatis circiter quinquaginta septem annorum, hactenus residens in pago Seelant ditione Ravesteniæ, hoc die secundo Julii, anno MDCXLI, in festo Visitationis B. Mariæ, profiteor in ecclesia S. Dympnæ sub juramento, me liberatum esse ab omni mutitione et amentia, quibus vitiis correptus fui a triennio et medio aut quadriennio circiter : et affirmo omnia esse vera, sicut habetur in attestacione facta, tam apud Scabinos pagi nostri quam apud Drossardum et Scabinos municipii Gelæ, paratus idem omni tempore sub juramento declarare : et subsignavit Joannes Christians, et testes Joannes Aerts, Henricus Raeymaecker et Lambertus van Dungen : ea subscripsit Couwegom.

14 Nos simul regentes pagi Seelant in ditione Ravestenia, sub foro judiciario loci Udem, atque imprimis D. Joannes van Gemert Pastor in Seelant, Jacobus Rutten Nuntius judicialis, Arnoldus Aerts, et Joannes Joannis Aerts scabini, Henricus Lienverts et Nicolaus Direx Consules, Joannes Wilms et Petrus Direx Ædiles, Joannes Driess et Joannes Dierex Eleemosynarii, cum omni submissione indicamus omnibus hanc attestacionem lectoris aut auditoris, et sub juramento sub acceptacione nostri officii præstito declaramus, quod Joannes Christians, antequam in suas miseras inciderat, fuerit vir bonus, pius, probus et Catholicus, boni nominis et famæ, a bonis, honestis et Catholicis parentibus oriundus in hoc nostro pago, in quo etiamnum multos bonos, honestos et Catholicos amicos habet : cum quibus unanimiter declaramus; quod dictus Joannes Christians incidit in gravem morbum, eoque afflictus fuerit medio anno, atque ab eo tempore perstiterit in misero statu, imo continuo in deterius lapsus per quatuor elapsos annos, ab initio scilicet morbi huc usque. Quamobrem variis frustra adhibitis remediis, consulimus Patrem Guardianum Velleppensem prope urbem Graviam, persuadentem ut prædictum Joannem Christians adduceremus in municipium Gelam, ad probos honestosque ibidem degentes viros : quos humillime rogamus, ut dignentur opitulari huic misero homini, ut debito modo conservetur et honestam obtineat sustentationem, et addicimus plenam omnium expensarum solutionem, confisi ut ibidem recuperet sanitatem. In certum veritatis testimonium nos Scabini locorum Udem, Zeelant et Boekel, apposimus nostri officii sigillum. Actum x Maji anno MDCXLI. Idem Joannes Christians, pridie Pentecostes anno MDCXLII, gratias acturus, testante Couwegom Decano, rursus visitavit ecclesiam S. Dympnæ bona fruens valetudine, qua semper post relictum morbum est fructus : uti postmodum xiv Augusti anno MDCL iterum accessit, recognoscens beneficium sanitatis hic acceptæ.

15 Anno MDCXLII juvenis Adrianus Adriani, natus in pago Gilsen, Rosendalia huc advectus, cum tribus circiter hebdomadibus ibidem per amentiam

decubisset, sanus ex nosocomio egressus est xxviii Junii, ante Sacramentis Confessionis et Communionis munitus. Ita testatur Couwegom Decanus. Eodem anno Franciscus Fransen, filius Joannis, ex pago Blandoh prope Endoviam, ob amentiam vinctus est advectus, et vi quadam per circuitum ecclesiæ raptus : qui cum ultra dies viginti in valetudinario substitisset, sibi et suæ menti restitutus, post Confessionem factam et sacram Synaxim sumptam, a patre suo admodum læto reductus est vii Julii. Subscriptum a Couwegom Decano, Lamberto van Dungen, Jacobo Verschuiren, Anna vanden Wyer, atque ab ipsomet sanato Francisco, ejusque patre et fratre. Eodem anno Hubertus Matthæi, alias Tiewens, Ludimagister Sonhoviæ, ætatis annorum quatuor et viginti, per quasdam vexationes lapsus in phrenesin, vinculis constrictus et carrucæ impositus, a fratre suo Joanne et sororio Petro Tys et vicino Joanne Leis Gelam abductus est, et in valetudinario depositus : unde post duodedim dies recuperata valetudine et mentis suæ compos, facta peccatorum confessione et venerabili Eucharistia sumpta, xii Julii domum reversus est. Cujus rei testes fuerunt prædictus Hubertus sanatus, Joannes ejus frater, Ægidius Bommens Consul Sonhoviensis, et alii tres Gelenses supra nominati cum Couwegom.

16 Anno MDCXLIII die x Martii, Joanna Segers, uxor Joannis Vergouts, ætatis annorum xxxi, domicilium habens in pago Deuren, correpta est delirio, absque mentis suæ ullo usu, atque hac de causa ab amicis ducta est Antuerpiam, ut ibidem a suo morbo liberaretur, sed frustra. Imposita ergo curru in eoque vincta, Gelam advecta est plane demens; et posita in valetudinario, intra novem dies paulatim a sua insania est liberata, idque uti confidebat intercessione S. Dympnæ Virginis et Martyris. Fassa itaque est coram Dominis Canonicis xiv Aprilis, se ab omni malo sanatam, ac mentis suæ usum tam perfectum habere atque unquam habuit : ac post debitas gratias actas, et factam peccatorum confessionem sumptamque sacram Eucharistiam, subsignavit cum Decano Couwegom, et octo aliis. Eodem anno Petrus de Roey, ætatis circiter xxxvii annorum, degens in pago Uremde, circa festum Purificationis beatæ Virginis Mariæ correptus est magna phrenesi, vexationibusque et angustiis pectoris, adeo ut nec diebus nec noctibus quiescere potuerit. Quo malo accrescente debuit ligari, et in carruca vinctus advehi ad S. Dympnam : ubi diebus novem in valetudinario positus, post omnes ceremonias adhibitas, die xvi Aprilis sanitatem pristinam adeptus, comparuit coram Dominis Decano et Canonicis, et aliis viris honestis : et omnia fassus, subscripsit cum Adriano van Bauwel et Jacobo Jansen, qui illum Gelam advexerant. Subsignarunt etiam Couwegom Decanus et alii septem.

17 Cornelia Snellarts, uxor Livini Simons civis Antuerpiensis, emota mente insana, ac compedibus constricta, Gelam est advecta, ac primum in zedes Joannis van Passel, deinde ad nosocomium S. Dympnæ, ubi novem diebus : ac dein iterum apud Joannem van Passel substitit circiter tribus mensibus. Quo tempore mira quædam et stulta peregit, tripudiando, saltando et similibus nugis exercendis, idque æque in ecclesia et platea quam domi, absque ulla discretione aut respectu rationabili. Sed postea coacta fuit observare pias ac devotas ceremonias, in dicta ecclesia et valetudinario adhiberi solitas a similibus mente cerebroque perturbatis : et quæ fuit singularis Dei gratia, recuperavit mentis sensuumque plenam sanitatem : atque post factam peccatorum confessionem et sumptam sacram Eucharistiam, comparuit coram Drossardo van Couwegom,

D
EX MSS.
INSTR.
18 Junii,

7 Julii,

et 12 Julii,

E

anno 1643
14 Aprilis,

F

et 16 Aprilis,

anno 1645
7 Februarii,

et

et Canonici
ac Scabini
appositis
sigillis,

uti et ipse,
plane sanatus,

quod idem
ab ejus con-
terraneis
affirmatur.

Sanantur
alii an. 1642

A et coram Reverendo Domino Decano et aliis Canonicis ecclesiæ collegiatæ S. Dympnæ, et aliis : qui omnes subsignarunt cum Notario publico van Hove, die vii Februarii anno MDCXLV.

18 Anna Claes, Beghina Mechliniensis, decubuit ob apostema, sub sinistro brachio instar pugni excrescens. Initio species pestis credebatur, sed malum post tres menses devolutum ad ubera, ibi ad octo aut novem annos perstitit, diminutum tamen aliquantulum, cœpit a tribus Medicis ac variis chirurgis species canceri haberi. Accessit a duobus circiter annis cum dimidio tumor, et quædam membrorum fere omnium dissolutio, nisi quod manuum usus permaneret : et tunc in sede permanens portabatur. Interim ad sex circiter hebdomadas per se repens, usum pedum aliquem habuit. et tunc diversi medici et chirurgi judicabant aliquod maleficium aut diabolicam obsessionem sobesse : ac propterea adhibiti sunt exorcismi, quando subinde aciculas et similes reculas evomit, ac variis linguis locuta est. Tum vero eam ut certo obsessam, lecto imponi curavit Dominus Pastor, et cum carrura Gelam devehit : quo venit anno MDCXLV in Cœna Domini clauda, et tunc a tribus hebdomadis muta ; sed mentis compos, quæ lingua non poterat exprimere, scripto indicabat : atque ita præterito tempore ad novem circiter hebdomadas fuerat muta. Ducta in nosocomio, gesticulationibus et insulsis clamoribus se ostentabat, cum omnium admiratione, quasi vere esset obsessa. Tandem ita clauda et muta cœpit tertia feria Paschali loqui et incedere : et cum parvo adjumento, ob nimiam imbecillitatem, circumcirca capsam Reliquiarum, in media ecclesia expositam, processit : et sic paulatim a suis miseriis libera, tamquam prorsus recuperata sanitate, cum admiratione omnium locuta est, incessitque valens ad omnia. Quæ ita contigisse coram Dominis Decano et Canonicis declararunt ipsa Anna Claes, ejusque soror Elisabetha Claes, quæ toto morbi tempore ejus curam habuerat, et subsignarunt cum Decano Cauwegom Canonici Hildevunt et van Dungen, et alii sex testes.

19 Margareta Ulemminx Mechliniensis, ætatis annorum XIV aut XV, anno MDCXLVI in festo Pentecostes incidit in morbum, ex quo fiebat muta, cæca et clauda : atque ex judicio Medicorum, pleuritidem esse opinantium, detractus est ex venis ejus sanguis. Verum morbo ingravescente, ac dolore ex uno in aliud membrum migrante, maleficium aliquod subesse suspicio fuit : ideoque per integram mensem bis quotidie Patres Capucini precibus sacris eam decumbentem exorcizarunt. Qui iidem tandem, perdurante morbo opinati maleficium aut diabolicam obsessionem subesse, suaserunt ut ad S. Dympnam averteretur. Venit proinde Gelam xv Junii, jacens in carruca, non absque varia gesticulatione, sæpe intumescens, ac subinde verbum eloquens : et sic fere muta et clauda, in ædibus D. Decani Cauwegom circa horam decimam matutinam deposita in sedili, post recitatas a Decano paucas preces et benedictionem acceptam, sponte sua surrexit, et ad ecclesiam S. Dympnæ perrexit : ibique post peractum per mediam hieram exorcismum, omni morbo depulso sanitatem recepit, atque duodecim diebus mansit, quotidie in piis exercitiis occupata, ac sua manu subscripsit una cum Catharina Gommarts, cujus curæ erat commendata. Subsignarunt Cauwegom Decanus et tres alii.

20 Maria Fransen, in pago Son nata, ætatis circiter annorum quatuordecim, correpta phrenesi, et mentis privatione aliisque vexationibus per tres hebdomadas, ab amicis in carruca advecta est Gelam, sed ita impos mentis, ut nesciret qua ratione aut per quos eo fuerit adducta. Ibi ab amicis circum

ecclesiam S. Dympnæ ducta est : ac paulatim decrescente morbo in ipsa ecclesia devotas suas preces Deo obtulit, et sic pristinam sanitatem recepit, id testata coram Domino Decano et aliis, die xxvii Junii anno MDCXLVI, una cum Joanne Artsen Verberet ejus cognato, et Joanne Mertens, qui illam advexerant : et subsignarunt Cauwegom Decanus, duo Canonici et nonnulli alii.

CAPUT III.

Miracula patrata ab anno MDCLII ad annum MDCLXVIII.

Vivernus Adriansen, ex pago Drungen ætatis annorum XLII, correptus intolerabili phrenesi ac furore, avectus Gelam et in valetudinario constitutus, post novem dierum exorcismos recuperavit plenam mentis corporisque valetudinem : ac dein decima die, post factam peccatorum confessionem ac sumptam sacram Eucharistiam, xxv Maji anno MDCLII lætus domum est reversus, cum id propria manu signasset cum duobus testibus. Eodem anno pridie Pentecostes advectus est Gelam ex pago Lommel, Gisbertus Joannes Mays, tali phrenesi correptus, ut vinculis debuerit constringi, et vi illata os aperiri ut ablutio infunderetur. Cumque undecim diebus decubisset in nosocomio, obtinuit pristinam sanitatem ; et magna cum lætitia, Laus Deo, domum est reversus, quod ita esse testis subscripsit Decanus Vercuylen.

22 Franciscus Huiberts ex pago Gerven, xxvi circiter annos natus, ex morbo mutus, claudus et amens, in carruca delatus ad S. Dympnam, et in sede a tribus viris tertio circum ecclesiam portatus, ac dein in valetudinario positus, et novem diebus solitis exorcizatus est ceremoniis, a die quinta Augusti anno MDCLII : cumque necdum convalesceret, delatus ad ædes Gasparis Verdoneck in Decanatu, et inde sæpius ad ecclesiam ductus, ut solitæ ceremoniæ adhiberentur. Tandem cum ibidem tribus circiter mensibus perstitisset, die x Decembris subito mentis et membrorum nactus est sanitatem, cum admiratione omnium præsentium, et sequentibus diebus in eadem sanitate corroboratus. In rei veritatem subsignarunt xx Decembris ipse Franciscus Huiberts, Petrus Vercuylen Decanus, memoratus Gaspar Verdoneck et alii duo.

23 Clara vander Aelst, sanctimonialis Broxellis in monasterio S. Elisabethæ in monte Sion, ætatis circiter viginti quatuor annorum, correpta est incognito morbo, ex aliquo maleficio exorto, eoque ita perturbata ut de nocte non potnerit somnum capere, ac de die comedere aut bibere aut consistere in ecclesia, solita sæpe pati aliquam pectoris præfoctionem, qua resopina dejiciebatur in terram. Qua passione per triennium perdurante, et variis Medicorum consultationibus factis, etiam exorcismis diversorum Sacerdotum adhibitis, sed frustra ; cum judicaretur aliquo maleficio morbum advenisse, venit Gelam ad S. Dympnam, ut ejus intercessione ac variis in eum finem oblatis Missæ sacrificiis et exorcismis factis, pristinam recuperaret sanitatem. Sed postea tam indecenter cœpit gesticulari, ut crederetur a malignis spiritibus obsessa : et sic per quinque consistens hebdomadas, ab omnibus plane molestiis ac vexationibus diabolicis immunis, ac pristinam assecuta sanitatem ; Bruxellas reversa est xii Januarii anno MDCLIII, prius testata rem ordine gestam : cui subscripsit Vercuylen Decanus.

24 Elisabetha Betens, in municipio Rosendalio nata, ætatis annorum xxiv, per quatuor circiter menses ægrota amiserat usum intellectus et memoriæ,

Anno 1652
25 Maji

et aliquanto
post phrenesi
tici duo san-
natur,
E

et amens 12
Decembris.

F
Anno 1653
ex maleficio
agra,

amentes alii
mensibus
Septembris,

EX MSS.
INSTR.

credita ob-
sessa,

sanatur an-
no 1645,

anno 1646
15 Junii,

Item demen-
tes 27 Junii.

riae, ideoque Gelam abducta decubuerat novem diebus in nosocomio S. Dymphnae: ubi post abhitas a Domino Decano Gaspare Claes solitas ceremonias, per intercessionem S. Dymphnae ab omnibus malis erepta, receperat usum intellectus et memoriae: et rejectis compedibus libera, anno MDCLIII die XXII Septembris, post confessionem et sacram Eucharistiam sumptam, reversa est in patriam. Cujus morbi et sanitatis receptae testes fuerunt Franciscus Raymakers et Elisabetha Verhoeven, in quorum aedibus fuerat hospitata, uti etiam ipsamet Elisabetha Betens et alii quinque.

Aprilis.

25 Adrianus Luiten, in pago Nederwyck natus, venit Gelam XIV Aprilis anno MDCLIII, correptus magno furore et insania, ut vix in lecto contineri potuerit, cupiens continuo aufugere, idemque nec dormire neque edere aut bibere valebat. Cumque inter tot lamentationes et lacrymas ibidem fuisset diebus decem, intercessione S. Dymphnae quietem assecutus est et integram sanitatem. Cui rei subscripserunt hujus juvenis pater Petrus Luiten et Decanus Petrus Vercuylen. Simili morbo correpta venit Gelam XIV Septembris dicti anni MDCLIII. Helena Smits, nata in Selim ultra Diesthemium: quae cum X aut XII diebus fuisset in nosocomio S. Dymphnae, intercessione S. Dymphnae sanata et Sacramento penitentiae expiata ac sacra communione refecta, laeta Deo gratias agens domum reversa est: id attestante dicto Vercuylen Decano. Eodem anno die VIII Octobris, ex pago Meerbeeck prope Mechliniam, in curru catenis ferreis viuctus Gelam advectus est, intolerabili insania ac furore correptus, Ludovicus Verryl, annos XLVI natus, qui ejulationem summam ac lamentationem ad commiserationem omnium edebat. Hic e curru delatus in aedes Amandi Broekhoven et igni appositus, post unam horam quietis omni insania depulsa recepit pristinam sanitatem, quod bonitati divinae et intercessioni S. Dymphnae attributum est. Interim persitit novem diebus, eique omnes ceremoniae adhibitae, post quas aliasque piis exercitationibus Sacramento penitentiae expiatus, ac sacra Eucharistia percepta, adscriptus est Confraternitati S. Dymphnae, et subsignavit XVII Octobris cum Domino Vercuylen Decano et aliis. Maria Wils, circiter XXX annos nata, in urbe Diesthemio, instar pueruli ad quamdam innocentiam et amentiam redacta, nequibat orare aut dormire: quae ad S. Dymphnam adducta, post solitas integro mense adhibitae ceremonias, recuperavit perfectum mentis ac memoriae usum, atque cum pleno judicio confessa peccata et sacra Communione refecta, post debitam gratiarum actionem reversa est Diesthemium, attestata beneficium cum suo marito Matthaeo van Rappel, et Decano Vercuylen X Novembris anno MDCLIII. Helena Briers, XXVIII circiter annos nata, Wesemaliae correpta horribili phrenesi ac prorsus extra omnem rationis usum posita, manibus et pedibus viucta, Gelam in Decembris anno MDCLIII advecta, perstitit in nosocomio S. Dymphnae: quae post solitas ceremonias XVII diebus adhibitas, ab omni phrenesi liberata, integram obtinuit sanitatem: Sacramentorumque penitentiae et sacrae Eucharistiae particeps facta, subscripsit, et testes adhibiti Decanus Vercuylen et alii.

Octobris,

Novembris,

et Decembris.

Alii anno 1657.

26 Pereina Peters, phrenesi correpta, neque ullum rationis usum prodens, ligata manibus et pedibus, ex pago Sundert prope Bredam in carruca Gelam ad S. Dymphnam advecta est XVII Junii anno MDCLVIII, et deposita in aedibus Joannis Brugelmans. Quae post adhibitos per XIV dies exorcismos et Ecclesiastica remedia, ab omni phrenesi liberata, cum aliis viris Catholicis Ecclesias visitavit: id attestantibus Vercuylen Decano, Adriana de Wöcker ejus marito, Joanne Peters qui eam advexerat, et aliis

duobus. Simili modo Cornelius Andries, phreneticus et furibundus, neque ullum rectae rationis verbum eloquens, ex pago Willaer XX Maji anno MDCLIX ligatis manibus et pedibus advectus est Gelam, et ad nosocomium S. Dymphnae: cujus intercessione, post solitos exorcismos et remedia dierum novem, ab omnibus mentis malis liber, pristinam recuperavit sanitatem, confessusque communicavit, et Sacerdoti Missam celebranti inservivit: in conspectu plurimorum hominum, et Deo gratias referentium. Quod subscripsit ipsemet Cornelius Andries, cum D. Vercuylen Decano et duobus aliis.

27 Barbara Mangelers, uxor Joannis Balens, aetatis circiter triginta et octo annorum, Bruxellis aliquot mensibus vixit insana absque ullo mentis, intellectus, atque memoriae usu; ac dein ferreis catenis viucta, in aedibus Francisci Raymakers sub signo Angeli, in municipio Gela persitit, per quinque circiter hebdomadas, in eadem amentia, ut vix potuerit dormire, semper inquieta, et in omnibus actionibus prodens dictam amentiam. Praeterea novem diebus decubuit in nosocomio S. Dymphnae: cujus intercessione et Dei benignitate recuperavit mentis, memoriae, ac sensuum interiorum plenum usum: et post confessionem peccatorum saepe sacram Eucharistiam sumpsit, tribus hebdomadis ita sana Gelae morata. Quae omnia coram Notario, die XVII Julii anno MDCLIX, testata est et subscripsit ipsa Barbara Mangelers, ejusque mater Barbara Stevens, quae illi semper adstiterat. Idem testati sunt sub juramento Franciscus Raymakers ejusque uxor Elisabetha Verhoeven, in quorum aedibus dictae Barbarae substituerant; et Anna vander Wyer, sub cujus cura in nosocomio novem diebus aegra fuerat et convalescerat. Idem post duos alios attestatus Thomas van Bylen Notarius.

28 Ad majorem Dei et S. Dymphnae gloriam, per hoc publicum instrumentum cunctis pateat, quod anno MDCLIX die XV Septembris comparuerit, coram me infrascripto Notario et testibus infra nominatis, Reverendus admodum Dominus Martinus Doye Presbyter, oriundus ex oppido Athensi regionis Hannoniae, qui sub fide Sacerdotali declaravit, ab hinc tribus circiter mensibus se non fuisse mentis, sensus et intellectus compotem, et sic a tribus mensibus recuperandae sanitatis ergo Gelam ad Reliquias S. Dymphnae adductum: atque divina affulgente clementia, et intercessione Divae Virginis et Patronae S. Dymphnae, se pristinam recuperasse sanitatem mentis et intellectus: ita ut (laus Deo) ego infrascriptus duobus mensibus continuus quotidie chorum S. Dymphnae frequentaverim, divinum Officium ibidem decantaverim, saepissime Eucharistiam sumpserim, confessus fuerim etc. In quorum omnium fidem praedictus Dominus Martinus Doye subsignavit coram Reverendis Dominis Petro van Dungen et Judoco Coenen, et Joanne Leysen hospite pro illo tempore praedicti Domini comparentis. Post quorum subscriptionem idem attestatur Thomas van Bylen Notarius, qui hoc instrumentum dictis verbis Latine fecit.

29 Maria Lambrechts innupta puella in pago Dunken, jam saepius memorata phrenesi correpta, proprias vestes, et quaecumque attingebat, lacerabat et corrumpibat. Quae ligatis manibus et pedibus adducta in valetudinarium S. Dymphnae, post solitas ceremonias adhibitas novem diebus, pristinam recepit sanitatem; confessaque cum debita reverentia, Eucharistiam sumpsit. In rei veritatem subscripserunt VI Junii anno MDCLX ipsamet Maria Lambrechts, cum fratre suo, et Decano Vercuylen aliisque. Eodem modo a simili insania post solitos exorcismos liberatus est juvenis Wilhelmus Segers, ex pago Pucts

D
LX MS
INSTR.
Alii anno 1659
sub finem
Maji.

17 Julii

E

et mense
Septembris

F

anno 1660
6 Junii

anno 1661
20 Aprilis,

XX MS.
INSTR.
anno 1662
9 Januarii,

A Puets Gelam advectus, ac post tres quatuorve demerito menses recepit pristinum mentis usum, et sacramentis Pœnitentiæ et sacræ Eucharistiæ sumptis, subscripsit xx Aprilis anno MDC LXI, idemque testati sunt Decanus Vercuylen et duo alii. Jacobus Haeghmanns, triginta annos natus, Beveræ in Wasia ditione, correptus aliquot mensibus magna insania ac furore, vestes et indusia aliasque res laceraverat et corruperat, atque ideo ferreis catenis ligatus Gelam ad patrociniū S. Dympnæ fuerat advectus. Ubi post solitas a Domino Decano adhibitas ceremonias, pristinam recuperavit sanitatem, et plenum intellectus, memoriæ et reliquorum sensuum usum: sacramentisque Pœnitentiæ et sacræ Eucharistiæ expiatus et reffectus, subscripsit ix Januarii anno MDC LXII. Idem attestati Petrus van Gestel ejusque uxor Beatrix vanden Wouwer, in quorum ædibus Gelæ constiterat, et duo alii, cum Thoma van Bylen Notario.

anno 1664
21 Januarii

B 30 Franciscus van Binnenbeeck in oppido Lira natus, ætatis annorum quinque et viginti, mente captus, et memoria intellectuque privatus per octo menses, Gelam ad implorandam S. Dympnæ intercessionem adductus est mense Junio anno MDC LXIII ad nosocomium: et post solitas eidem per novem dies adhibitas ceremonias, translatus est circa festum Nativitatis S. Joannis Baptistæ ad ædes Wilhelmi Wuyts, ubi ferreis catenis vinctus, in sua stultitia perstitit usque ad mensem Januarium anni MDC LXIV: quo plenam recepit sanitatem, mentis compos factus, uti sub juramento coram Notario declaravit et subscripsit XXI Januarii. Idem testati sunt Wilhelmus Wuyts memoratus, Anna vande Wyer curatrix nosocomii et alii duo testes, cum Thoma van Bylen Notario. Catharina Heuvelmans Beghina Disthemiensis, ætatis annorum circiter octo et viginti, correpta sæpius indicata amentia, a duabus Beghinis Anna van Gestel et Maria Shertogem, die v Octobris anno MDC LXIV, Gelam adducta est ad ædes Lambertii van Dungen: et cum aliquando ecclesiam, ut sacrificio Missæ aut aliis divinis officiis interesset, fuisset ingressa; suis ineptiis omnia perturbabat, ut amplius extra domum egredi non permitteretur. Deposita postea in nosocomio S. Dympnæ, post solitos exorcismos recuperavit pristinam mentis quietem et sanitatem. Quod XIII Decembris testata est et subscripsit dicta Catharina Heuvelmans. Idem testati subscripserunt Gaspar Claes Decanus, qui ceremonias peregerat, Joannes Godtussen et Walterus Ooms Canonici, Lambertus van Dungen ejusque uxor Anna Verdonck, in quorum ædibus fuerat hospitatus, ac demum conclusit Thomas van Bylen Notarius.

et 22 Decembris.

C

31 Clara Maes, Virgo devota Antuerpiæ, ætatis circiter annorum quinque et quadraginta, amens et furibunda Gelam ad S. Dympnæ patrociniū adducta, et in nosocomio deposita, post adhibitas a Domino Decano solitas ceremonias per octo dies, pristinam sanitatem recepit: quod elapsis dein circiter tribus hebdomadis attestata est xxii Septembris anno MDC LXV et sua manu subscripsit, uti etiam Walterus Buyens et Walterus Ooms Canonici, et alii tres cum Marcello Notario, Petrus Praet, Moerbecci natus, annorum circiter xxxv ætatis, incidere in tantum delirium, ut debuerit vinculis et compedibus constringi. Qui hospitatus est apud Petrum van Passel, et in nosocomio S. Dympnæ: ubi post adhibitas a Domino Decano solitas ceremonias, recuperavit pristinam sanitatem, aptus cui Ecclesiæ Sacramenta administrarentur. Quæ vera esse declaravit coram Notario et testibus xxvi Julii anno MDC LXVI, et subscripsit ipsemet Petrus Praet, uti etiam Petrus van Passel ejusque uxor Adriana Franken, in

Anno 1665
22 Septembris,

anno 1666
26 Julii,

quorum ædibus fuerat moratus, alii duo testes, ac D tandem Loovens Notarius

32 Similis amentiae morbo vexatus Joannes van Scheurwegen, natus in pago Deuren prope Antuerpiam, ab amicis suis ultimo die Maji anno MDC LXVII delatus Gelam, et in nosocomio S. Dympnæ depositus, post solitos impensos exorcismos, ad diem decimum tertium a suo adventu, ab omni amentiae vitio liber recuperavit pristinam sanitatem. Quod scripto attestati sunt tam Joannes van Scheurwegen, quam Adriana Gerinx, alias Vranexs curatrix nosocomii, aliique testes, et confirmavit Notarius Loovens. Simili amentia correpta Maria Magdalena Cecili, Thenensis inupta, annorum circiter triginta quatuor, post novem dies exorcismorum, et alios decem aut quatuordecim, sana et incolumis ab omni phrenesi cum magna pietate sacramentis Pœnitentiæ et sacræ Eucharistiæ confortata, ac parata semper juramento confirmare, subsignavit in Augusti anno MDC LXVII, cum Decano Gaspare Claes et aliis duobus. Item simili amentia et cerebri abalienatione comprehensa Anna de Truch, ex pago Eggher oriunda, est deposita in nosocomio S. Dympnæ, et consuetis per novem dies ceremoniis a Domino Plebano probata. Quæ tandem post tres circiter menses omni amentia depulsa, in plenam sanitatem restituta, sæpius pleno cum judicio sacram Eucharistiam sumpsit: parataque omni tempore sub juramento hæc confirmare, subscripsit xxx Novembris anno MDC LXVII, quæ post tres testes testatus est Loovens Notarius.

anno 1667
mense Junio,

et 3 Augusti,

E
et 30 Novembris,

33 Jacobus Ramont, oriundus ex pago Lokera, ætatis circiter unius et viginti annorum, integro anno correptus magno delirio et quodam furore, compedibus aliisque catenis constrictus, Gelæ hospitatus est in ædibus Petri van Passel ultra duos menses, et in valetudinario S. Dympnæ ordinariis ceremoniis per novem dies exorcizatus a Domino Decano, obtinuit pristinam valetudinem, ac mentis suæ compos sacram Eucharistiam sumpsit. Quæ omnia coram Notario et testibus confessus, subscripsit xx Junii anno MDC LXVIII, uti etiam præstiterunt Petrus van Passel, ejusque uxor Adriana Franken, in quorum ædibus fuerat hospitatus, ac post tres testes subsignavit Loovens Notarius.

anno 1668
20 Junii.

CAPUT IV.

Miracula varia sanitatum: ex libro Craywinckel Latine reddita.

Quidam peregrinus ex tractu Mosano adductus est XXI Junii anno MDC XIV Gelam in ecclesiam S. Dympnæ, vexatione malignorum spirituum adeo perturbatus, ut vix a quatuor viris potuerit contineri aut adduci, sæpe instar canis latrans: qui in nosocomio positus, nono exorcismorum die mane circa horam nonam, cum a Decano esset accepturus potum abluitionis, sæpius clamans, Hic est ultimus meus dies, ultima mea hora, debeo exire, debeo exire, cum magno fragore et dissolutis ultro catenis, liberatus est præsentem Decano, Joanne Aerts Edili, Maria et Anna vande Wyer curatricibus nosocomii. Anna Oyen, uxor Joannis Lemmens, degens in territorio Diesthemienſi in loco Caggevinne sub pago Schaffen, fuit subito anno MDC XXIV magna amentia correpta, et credita a malignis spiritibus obsessa, continue dicens corvum nigrum a se videri, excreans in faciem cujuscumque, et similes nugas exercens. Ea in curru, adjunctis septem aut octo custodibus, aucta est Gelam, ubi ad cœmeterium S. Dympnæ cœpit insania ejus augeri et magis apparere: et cum saltando, vociferando et tumultuando exultaret, nec cohiberi

F
Liberati emergenti anno 1614

et 1624,

aliter

A aliter posset quam virgarum percussione; tunc abscissis capillis, et vi infra capsam Reliquiarum pertracta, exorcismisque purgata, restituta est pristinae sanitati, et in patriam reversa. Cujus rei testimonium dederunt Scabini loci Caggevinne xi Martii anno mdcxxviii apposito sigillo et subscribente Buyex Secretario: quod ipsum originale testimonium habet Joannes Ludolphus van Craywinckel.

35 Henricus van Brynen, ex pagi Maerhese in territorio Silvaducensi oriundos, ætatis xxxvi annorum, correptus est magna dementia mense Februario anno mdcxix, ac ferreis catenis ligatus in manibus ac pedibus, auctus fuit Gelam ad S. Dympnam: cujus intercessionem, post exorcismos ix dierum, recuperavit pristinam mentis, memoriæ ac sensuum sanitatem: quod subsignavit ix Maji anno mdcxxii, coram Arnaldo Bloem Decano Ecclesiæ S. Dympnæ, Jacobo van Hove et Waltero van de Wyer Scabinis, Joanne Wentelberhs et Amando Meus Ædilibus, qui omnes subscripserunt, uti et Mars Notarius. Quidam juvenis, annos circiter quinque et triginta natus per duos aut tres annos continuos laboravit morbo cardiaco, et quadam per omnia membra contractione: qui expositus exorcismis ejecit uncas acicularum, fragmenta vitrorum, partes sericorum et capillorum ac similia, ac tandem sanatus est mense Octobri anno mdcxxxiv. Quo etiam anno die xxiii Novembris ex nosocomio S. Dympnæ egressus est sanus Antonius Ulemminx, qui Pera eo venerat magna insania correptus: uti etiam contigit xxxi Martii anno mdcxxxv Matthæo de Kempis, custodi Ecclesiæ Rumpstanæ.

36 Andreas Wendrix ex Heysto monte, etiam ob insaniam exorcismis novem diebus subjectus, obtinuit sanitatem v Maji eodem anno mdcxxxv. At postea ix Maji venit Gelam ex pago Schoonbroeck Joannes de Volder, testatus se ab octo aut novem annis elapsis, ob amentiam et furorem catenis constrictum, decubuisse in nosocomio S. Dympnæ, ibidemque recuperasse suam sanitatem, qua hactenus fructus erat. Quædam femina religiosa per multos annos ægra, post varia adbibita remedia venit Gelam; ibique, post ejectas varias sordes ac fæces, octavo die sanata est xix Maji anno mdcxxxvi. Quædam mulier Turnhoutana, medio anno ægra, vix somnum capiens ac prorsus debilis, venit Gelam; ac post triduum varia sputa evomuit, paulo autem post nacta pristinam valetudinem, pedes domum est reversa, mense Martio anno mdcxxxvii: ac dein quotannis in festo S. Dympnæ gratias actura revertebatur. Iisdem temporibus vir quidam ex Hova S. Laurentii prope Antuerpiam, intolerabili insania vexatus, aliquamdiu alligatus ad quercum ante ecclesiam S. Dympnæ, deductus est ad nosocomium,

ubi intra novem dies exorcismorum sanitatem recepit. Quidam pharmacopola Antuerpiensis, ob insaniam nudus instar bestiæ jacuit Gelæ in stramine colligatus, quod quæcumque attingeret lacerasset: at sanatus anno mdcxxxix paulo post Pentecosten, et pristinam sanitatem adeptus, domum reversus est. Eodem tempore sanitatem recepit quædam vidua, quæ ex pago Poel Gelam venerat, ibique integro anno ante us perstiterat. Eodem modo Adriana Michiels, ex minori (ut vocant) Brabantia Gelam venerat; atque post sex hebdomadas propemodum sanata, inde Kalendis Januarii anni mdcxli discessit.

37 Quædam sanctimonialis Lovaniensis a malignis spiritibus vehementer vexata, anno mdcxxxvi venit in nosocomium S. Dympnæ die vii Octobris: quæ intra paucos dies evomuit multas aciculas ac clavos, et fasciculos crinium cum sanguine conglutinatos: et sic, etsi non integre sanata, melius cepit habere. Quidam conjugatus ex ipso municipio Gela, post longum morbum ac malefici præsumptionem, accessit ad ecclesiam S. Dympnæ: atque post secundum diem exorcismorum cepit concuti magno terrore, clamare, vociferari, tumultuari, ac repetere sæpius ista verba: Vir hic ad me spectat, non exibo. Ipsi Kalendis Julii anni mdcxxxvi multas sordes evomuit, ac tertia Julii post ejectas fœdas ac sulphureas fæces, plenam recepit sanitatem: sed post novem aut decem menses in aliquem, sed non tam difficilem, morbum est relapsus. *Hæc ex libro excuso. Sequentia ex scriptis codicibus Ecclesiæ Gelensis.*

38 Adriana Peeters van Roosendaël, quæ hic omnino insana et turbata cerebro per novem dies jacuit in cubiculo ægrotorum, inde egressa est totaliter sanata et compos mentis, et habiliter communicavit xxx Januarii anno mdcxl. Quod attestor Cauwegom Decanus [qui his verbis hæc Latine scripsit pagina 68.] Eodem anno xxxi Januarii Gisbertus Gerts van Buel, post nonum diem sanus ex nosocomio discessit. Anno mdcxli vii Junii ingressa est nosocomium Michaelina Dessel, ex Waveræ Mariæ, phrenesi intolerabili ac furore correpta; quæ post dies novem ex nosocomio abducta est ad ædes Adriani van Dael, ac post tres hebdomadas perfecte sanata. Joanna Wilboorts, eodem anno xx Julii, ex Hierenbeka Gelam ob insaniam abducta, in rheda funibus constricta, et septemdecim diebus in ædibus Wilhelmi Huybs morata, recessit plenam sanitatem adeptam. Mencia Thys, virgo devota, phrenesi correpta, Antuerpia Gelam ad nosocomium S. Dympnæ venit xiv Octobris dicto anno mdcxli, quæ intra novem dies ad pristinam sanitatem reducta, post peractam peccatorum confessionem ac sacram communionem perceptam, reversa est Antuerpiam.

DE S. HIDELBERTO SEU ARIBERTO

EPISCOPO DERTONÆ IN INSUBRIA.

D.P.

Inter cetera humanitatis officia, quibus nos anno mdcxlxii ex Italia discedentes dignatus est prosequi Illustriss. ac Reverendiss. D. Carolus Septala, Dertonensis Episcopus, fuit quod per Rev. adm. D. Joannem Baptistam Clapuis, Canonicum Theologum Cathedralis suæ, instruendos nos curaverit de omnibus ac singulis suæ diocesis Sanctis, de quibus in Dertonensi Ecclesia vel fiebat alias vel etiamnum fit Officium: præter quos sunt et alii permulti, in Episcoporum catalogo ex antiquioribus inter Sanctos adscripti, de quorum natali die non bene constat:

nam inter Episcopos Dertonenses septemdecim Sancti numerantur: quos eodem ordine, quo in Episcopalis Palatii aula depicti cernuntur, ad calcem dicti Commentarioli refert prænominatus Canonicus, describitque ad verbum, quæ de illis habet tabella Episcoporum Dertonensis ecclesiæ, apposita in Synodo anni mdcxlx. Ibi autem post elogium S. Martiani, qui creditur primus fuisse Episcopus, et sub Trajano Martyr obiisse (uti od ejus natalem vi Martii dictum est) et ante S. Ammonium, qui centum fere annis post Martianum creditur floruisse, et colitur xix Januarii, de

SEC. VIII
AUT XInter 17
Episcopos
Sanctosphreneticus
anno 1622,anno 1624
energumens,

2 dementes

alii anno
1635,

1636,

1637.

dementes
sanati anno
1639,

1651.

F

A de aliqua ipsorum medio hæc leguntur, tamquam de secundo Episcopo Dertonensi.

proponitur
S. Hidelbertus :

2 S. Hidelbertus, non nisi octo post Divi Martiani palmam annos a populo et Clero electus est, vir omnium Pastoralium virtutum laude, atque imprimis propugnandæ fidei studio celeberrimus. Induta infula nihil habuit in optatis magis, quam, disjectis impuræ superstitionis tenebris, Christianæ religionis lucem, non modo in sibi subjecta provincia, sed etiam apud finitimos populos diffundere. Tum multam in eo defixit solitudinem, ut disciplina ecclesiastica vel lapsa resurgeret vel obsoleta refloresceret : quare ipse præibat : et qua exemplorum vi, qua concionum ardore, persecutionum quam plurimarum superata tempestate, rem Christianam mirifice propagabat. Illibatam virginitatis florem perpetuo servavit : misericordia in pauperes emicuit, quos omnibus caritatis officiis complectebatur. Postquam Ecclesiam suam quinque supra viginti annos administravit, magno omnium dolore ultimam diem clausit : communibusque suffragiis Sanctas vocatus est die xv Maji, ex Calendario Dertonensis canobii S. Francisci.

cujus Reliquiæ
translatæ
anno 1554

B 3 *Hornæ epitomen septennio ante, tomo 4 Italiæ sacræ, dedit Ferdinandus Ughellus in Episcopis Dertonensibus ; in hoc solum varians, quod pro xv Maji ponat v, addens, quod Reliquiæ venerantur, in Cathedralē novam ecclesiam e veteri translatae. Factum id anno MDLIV ab Episcopo et Cardinali Uberto Gambora, postquam vetus ecclesia, quæ supra collem in centro civitatis sese attollebat, conversa in munitissimum arcem fuit : aliaque, in civitatis aliter conformatae nunc quoque posita centro, magnificentior assurrexit. Hujus autem Translationis, S. Marciano et aliis pluribus communis, dies recolitur xvii Julii, ejusque etiam Ughellus in Prologo meminit : sed tam hic quam ibi Aribertum nominat, et quidem in Prologo enumerans translata SS. Episcoporum corpora, Marciani, Innocentii et Ariberti, satis ostendit, eis, a quibus descripta illa translatio fuit, necdum venisse in mentem, ut proximum a S. Marciano collocarent, quem nominabant post S. Innocentium, de quo ut circa annum cccL mortuo egimus xvii Aprilis.*

17 Julii.

Ejus atas
incerta,

4 *Se quoque de tanta, quanta præfertur, Ariberti, seu Hidelberti atate admodum dubium habere, satis ostendit Ughellus, de Episcopo xlv sic scribens : Eribertus an forte idem sit cum Giberto, aliis relinquo. Nusquam Gibertum aut antea nominarat aut postea nominat : ut videatur omnino de eo agere, quem alii*

C

dicebant Hidelbertum ; nec magis accurate nomen istud scribere, quam scripsit Eripertum pro Ariberto. Interim indicat disputatum suo tempore de illis fuisse. Ego asserentibus ita consentire velim, ut simul sustineam nullum alterutrius nominis inter antiquos fuisse : cum id manifeste Longobardicum sit, nec nisi ineptissime possit seculo ii tribui. Censeo præterea eos qui inter SS. Marcianum et Ammonium interjecere Hidelbertum, id faciendi causam aliam non habuisse, quam quod diversimode scripto nomine, diversas personas indicari crederent ; quorum unus cum satis certum locum ac tempus teneret in serie non interrupta post S. Ammonium, visum est consequens ante hunc sedisse illum alterum.

D
et seculo 2
male attributa :

5 *De Eriperto autem, sive (uti scribendum puto) Ariberto sic loquitur Ughellus : Hunc habent tabulæ sæpe citatæ floruisse anno dcccclxxxiv, sedisseque in hac ecclesia annis viii menses v, et veluti Sanctum olim in hac Ecclesia veneratum die 10 mensis Martii : de quo nulla extat memoria alia, neque de illo agit Ferrarius in Catalogo. At neque de altero : solum in Topographia Sanctarum sub nomine Dertonæ, ab eo ponitur 16 Mar. (verosimiliter loco 15 Mai. simili errore typhothetarum, quo apud Ughellum 10 pro 16) Eribertus Ep. Hunc autem eundem a se haberi cum Hidelberto significat Canonicus prælaudatus, dum, nulla facta Eriberti mentione, scribit, quod de Hidelberto mentionem facit Ferrarius in Topographia, eumque vocat Aribertum.*

potius referenda ad
secul. 10

6 *Cum igitur unicum dumtaxat Longobardici nominis Sanctum Episcopum, et unicum sub tali nomine quomodocumque scripto venerentur corpus ; dicamus unicum illum fuisse, et floruisse seculo x ad finem vergente : nisi dicere malis, hunc omnino non esse adnumerandum Sanctis, sed alium ejusdem aut similis nominis, qui tempore Caroli Magni floruerit, ex Longobardis ortus, et post Tonderum secundus aut tertius ex eadem gente Episcopus fuerit, cum eatenus Latini nominis omnes adeoque et sanguinis censeantur ; minus recte forsitan dictus Robertus, cui annus Christi dcccxix et Sedis anni ix adscribuntur. Ex hac autem conjectura, in eo quod primum dedimus eloquia, potissimum expungendum foret Marciani nomen, et persecutionum toleratarum mentio ; et credi possent virtutes reliquæ eo meliori fundamento, nec omnino levi auctore explicatæ, quo longius removebitur a primis seculis : de quibus tam distincta cognitio, sine Vita scripta, præsumi non debet haberi potuisse.*

aut sec. 8.

F

DE S. CÆSAREA VIRGINE

PROPE CASTRUM IN CALABRIA.

D. P.

Sanctæ hujus Virginis cultus, quam certo renovatur omni anno in festo Ascensionis Domini, tam incerto vagatur die, cum ipsum festum mobile sit ; ita tamen ut fere semper cadat in Majum, raro in Junium, in Aprilem vix semel singulis seculis. Historia autem ejusdem maximam habet cum S. Dymphæ historia similitudinem, quantum quidem ad patrem attinet incesto filia amore flagrantem ; eo tamen detestabiliore, quo fedius est inter Christianos concipi patuisse crimen, quod inter Gentiles natura abhorreat. Itaque, incertus de tempore quo Cæsarea vixit, eam ipsi S. Dymphæ subjungo hoc eodem die. De cultu cultusque loco certos nos reddit Antonius Galatens, eruditus Medicus Hermolao Barbaro familiaris, et (uti nobis scripsit Beatillus noster) anno mcccexliv natus, mortuus mxxvii. Quod ideo tam expresse hic addo, ut sicubi inve-

S. Dymphæ
similis,

colitur in
festo Ascen-
sionis

niat historiam, in qua S. Cæsarea nata dicatur anno Christi mccccl, prorsus incredibile id esse intelligas ; illum, qui eodem tempore vixit, Galateum audiens de ipsa loquentem, absque ullo temporis tam propinqui indicio ; sed uti solemus loqui de Sanctis antiquis. Locus, juxta quem S. Cæsarea præcipuum nunc cultum habet, appellatur Castrum in extrema Italiæ ora, distans Hydrunte sex passuum millia. Galatei de hoc illaque, in libello de situ Iapygiæ, verba hæc sunt, secundum editionem Basileensem anni 1558 pag. 44.

prope Ca-
strum,

2 Inde Castrum est oppidum Episcopale, quod ad secundum lapidem templum habet alterum Divæ Cæsareæ : juxta est fons calidarum æquarum, quas ad complures morbos utiles esse experientia docet. Fons in antro est, quod non aliam habens aditum quam e rupibus mari imminentibus, pensilibus tabulis

A bulis et jactis pontibus aditur, nec nisi semel singulis annis Majo mense. In hoc latuisse Divam Cæsaream incolæ autumant, dum furorem patris fugerit. Nec desunt qui testantur se ibi vidisse Divam lampada ferentem. Adiri antrum non nisi placido mari potest. Orta repente tempestate perterrita mater filium ibi reliquisse perhibetur, quem Divam ipsam per annum aluisse fama est. In hanc noster Hymnus extat Sapphico et Adonico carmine, cujus hoc est principium: Diva in extrema latitans latebra etc. *Hæc ille: qui idem, pag. 38. dixerat, quod inter Tarentum et Callipolim vicus est in littore Neritono, qui a Diva Cæsarea nomen accepit, a Callipolitanis, ut aiunt, deletus.*

3 *Vetustiori huic testimonio finem addet recentius aliud, ab ipsomet Castreusi Episcopo, de his rebus interrogato, missum anno MDCLXXVI ad Lupiensis nostri Collegii tunc Rectorem Vincentium Guleota, in hæc verba: Ab urbe Castro tribus circiter P. M. si terra viam teneas, sesqui milliari si per mare, spelunca est, quam ingreditur mare, intraque eam fons grandis, aqua marina plenus, et sulphur admixtum habens. Ad eam a die Jovis sancto usque ad festum Ascensionis concurrunt populus, ex religione erga S. Cæsaream: et scabiosi atque leprosi lavantur in dicto fonte, multique sanantur. In ipsa autem Ascensionis die celebratur festum illius Sanctæ in ecclesia ipsi dicata, viginti passibus a dicta spelunca. Quæ quidem ecclesia olim grandis fuit, nunc autem diruta jacet, et in una ejus ala solum nunc superest sacellum unicum, ad quod frequentior concursus est in prædicta solennitate, idque non tantum ex vicinis locis, sed etiam ex aliis diœcesibus. Accedit autem tunc eodem et Capitulum Castrense, et nundinæ ibidem celebrantur, et Capitaneus Paranzanus eodem cum tota sua cohorte venit, sumptum necessarium præbente Communitate Cerfinianensi, qui vicus est diœcesis Castrensis. In vico etiam Luconianensi, diœcesis Uxentinensis, sacellum est S. Cæsareæ sacrum: et in territorio Scoranensi diœcesis Hydruntinæ, feudum nunc desolatum, P. M. X distans Castro cui nomen Franca-villa.*

4 *Hæc loci vicinitas verosimile mihi facit, ipsam esse potius S. Cæsareæ patriam, quam multo remotiorem Franca-villam aliam, diœcesis Uriensis: quæ tamen sua majori celebritate evicisse videtur, ut præ obscurioris jam famæ loco credatur nascentem Sanctam excepisse prima; etiam domum ostentans conversam in sacellum, quæ eidem paternæ fuerit. Et huic opinationi consonat Vitæ auctor, fugam Sanctæ describens, et loca intermedia signans. Equidem non negaverim ea, quæ talibus in locis dicuntur existare, vestigia Sanctæ: sed utrum hæc sint a fugiente relicta, an aliis occasionibus impressa, puto ambigi posse: nihil enim de tota re satis antiquum, imo nec verosimiliter satis excogitatum extat. Vitam tamen habemus aliquam, hoc vel superiori seculo concinnatam Italice a quodam dicti loci Archipresbytero, qualem ex schedis P. Antonii Beatulli e Societate nostra Latinam damus. Huic adjunxerat ille, in annotationibus suis, convenire omnino narrationem cum ea, quam se puerum audisse a majoribus dicebat quidam gravis senio et doctus e Societate nostra Pater Alethii, natali sibi in Hydruntino territorio urbe, addebatque sola traditione creditur ibi mortuam et sepultam esse Sanctam. Sed si Sanctam et patrem ejus, uti dicitur in fine, postquam ex hujus manibus elapsa est illa, nemo vidit unquam, non video, unde tam distincta personarum et actionum notitia manare in vulgus, ac tandem scripto tradi potuerit; nisi ex ore Benigni Eremitæ, qui virginem nascituram prædixit, et de periculo ejus divinitus admonitus eidem dedit fugiendi consilium. Sed nec hic scire potuit, quæ post ejus discessum clam octa sunt inter putrem et filiam, si non ea quoque divinitus didicit:*

Maji T. III

et tunc magis mirum foret de illius morte et sepultura loco ac modo non aliquid pariter edoctum fuisse. Hinc fit ut verear, ne hoc solum certa retinuerit traditio, quod ad illud untrum, pudente forsitan mari viam, ingressa Cæsarea, eluso insequentis patris furore, vitam ibi egerit Dea quam hominibus notior: ceteras vero circumstantias ex verosimili addiderit humana inventio, ipsaque fortassis nomina parentum atque eremitæ similis libertas excogitarit. *Judicium penes lectorum sit, ego sub hujusmodi cautela depositum reddo, quale mihi commissum est, nihil ei ex me detractum vel additum volens: solumque, ad justificandam dubitationem meam, subjungens brevioris narrationem de eodem Sancta, a Castreusi Episcopo missam: quæ tanto plus videtur habere similitudinis, quanto magis abstinet ab iis explicandis, quæ an humanitus sciri potuerint jure maximo ambigimus.*

VITA

Ex MS. Italico vetustiori.

Nata est S. Cæsarea Virgo honestis juxta ac opulentis parentibus, Francavillæ oppido extremæ Italiae, qua inter Ionium et Adriaticum se porrigens mare, ab Hydrunte, principe Salentinorum, urbe, Terra modo Hydruntina appellatur. Pater Aloysius b, mater vero Lucretia nuncupata, cum decennium totum in infœcundo simul thoro posuissent, ut prole bearentur, effuse in egenos liberales vota sua crebra et ardenti prece cum Deo et Cœlitibus communicabant. A quibus non obscuro auditi indicio, prolis certo potiundæ firmam primum spem præconcepere. Sanctæ quippe vitæ Eremita quispiam, Josephus c Benignus dictus, e proxima sua solitudine, ut fit, in oppidum interdum commeans, Lucretiam bono animo esse jussit; et (quod ipse, utpote sacratum Deiparæ oratorium inhabitans, totus in ea colenda esset) spem non vulgarem in patrocinio misericordissimæ Dei matris ponere. Confirmata autem hujusmodi hortatu pientissima mulier, crebrius multo ferventiusque quam erat solita, magnæ cœli Reginæ eum in finem supplex fiebat. Cumque die quodam sabbatino certiore voti spe cum precibus lacrymis commiseret; ingrediens ad eam hoc ritu supplican-tem præfatus Eremita: Tandem Lucretia, inquit, felicem te dico, quia auditæ sunt cœlo preces tuæ: filiam paries, et illo vocabis nomine, quod pro tempore et e vestigio animus suggeret. Illa vero, ad inexpectatam viri vocem et faustissima nuntia grati, lætique animi testimonium datura, sustollens in cœlum manus osculum terræ fixit: remque cum gaudio narrans marito ac vicinis contestata, palam fecit, prolem, quam sive marem sive feminam esset paritura, Deiparæ se Virgini sacraturam. Statuit ad hæc susceptam in ejus honorem jejunii sabbatini consuetudinem retinere, et manere in officio liberalitatis hactenus exercitæ in egenos.

2 Exacto igitur a conceptu soleanni puerperis tempore, cum gravissimos inter dolores parturiret Lucretia, repetens animo ea quæ prædicentem antea Benignum audierat: Feminam, subito inquit, pariam, et volo ut Cæsarea appelletur. Repenteque soluta omni dolore, talem qualem dixerat partum felicissime enixa est. Sancta itaque Cæsarea, nata sub noctis medium, d octava Decembris die, postquam rite abluta fuisset lavacro Baptismatis, nutrici cuidam Catharinæ Felici, piæ et amanti Deum feminæ, ut educaretur tradita, ætatem annis, et propensionem in virtutis cultum non obscuris ad exemplum matris indicibus auxit. Litteras deinde, cum per ætatem earum capacem licebat, parentis cura apud probum quemdam eruditumque Francavillani oppi-

ubi illius antrum et in eo fons salubris:

ad quem peregrinatio salubris,

a Castrensi urbe instatur.

Sacellum Luconiani,

et Franca-villa.

Vita ex Italo duo qualis.

EX MS. ITALICO

E a Nascitur Francavillæ in Calabria, b

c

er sterili Matre patrocinio Deiparæ impetrata,

F

et piæ educata nutrire recusat:

d

A di Sacerdotem didicit : et anno ætatis decimo quinto postulata a quibusdam ad conubium, ut ab hujusmodi vinculo immunis esset, ætatis non satis maturæ inferiores annos et postulante se ad castiora sponsam Christum prætexuit : rogataque qui postulari se sponsam a Christo sciret, id dictare sibi animum respondit.

ultimis a moriente matre de colenda Deipura acceptis monitis,

3 Aderat interim ultima matri Lucretiæ dies, et suscipiendam æternitatis iter, ad quod munita Sacramentis se paraverat : quare vocatam ad se filiam ultimis instructura monitis : Per dolores, inquit, quos pariens te pertuli, rogo, Deiparam Virginem semper ut matrem cole, et sabbatinum quot septimanis jejuniis illi sacra. Utrumque S. Cæsarea utriusque matris amore facturam se recepit. Maritum præterea Lucretia monuit, ut, si animus esset alterius se matrimonii vinculo adstringere, conjugem legeret, in qua non formam sed probitatem spectans similem haberet sui. Accito postremum Benigno unice commendavit Cæsaream, rogavitque ut fuis pro ea ad Deum continuis precibus habere in sua tutela vellet. Aloysius interim defuncta post hæc matre, cum reputaret secum, et fato aliquo unicam filiam

B sibi posse eripi, et tunc, si prulem ea non reliquisset, deesse quem ex familia opulentia sua heredem scriberet, acrius S. Cæsaream ad matrimonium ineundum stimulare cepit. Illa vero parenti sæpe sic importuno, non alios sibi amores aut sponsum quam Christum placere, dixit : et vitans hominum consortia, domesticam solitudinem adamabat. Effundebat multa de opibus in pauperes, colebat Deiparam psalmodiarum recitatione continua, ante imaginem ejus quam domi habebat Virginis sacras laudes exaggerare solita : passo pro se Christo diem veneris quot septimanis jejuniis sacrabat : et tunc repetendo pia commentatione, quos ille pro genere nostro cruciatus tulerat, reponere eisdem lacrymas ex oculis, et ex diverberato corpore profusum sanguinem.

illam et Christum stato jejuniis et corporis afflictione veneratur :

4 Aloysius autem, cum secundarum cupiditate nuptiarum arderet, et tales facile se reperturum diffideret, quales moriens Lucretia commendaverat : animum incesta incensum libidine ad amores propriae sobolis adjecit : illos ultroneo consensu si non impetraret, etiam vi expressurus. Quare mandavit, ut more aequalium puellarum ornaret sese, tumque sub vesperum se sisteret sibi, quasi quadam sua jussa, propter morem non ingrata, acceptura. Parere coeperat prompta semper ad nutum patris filia, nihil in eo tamen detestandi sceleris suspicata : sed Deus, qui probos servat in periculis, misso ad Benignum e caelis Angelo quantocius ut adiret virginem jussit, explicaretque, quantum, si maneret in paterna domo, eripiendæ a patre pudicitiae periculum adiret. Advolat itaque extemplo ad virginis ille aedes, eamque in conclavi offendens animum sacra cujuspiam libri lectione pascentem, ita affatur : Cæsarea, missus e caelo nuntius parentis tui nil in te boni molientis animum mihi patefecit : insidiatur lascivus pudicitiae tuae : nec tuta esse potes quamdiu hosce intra parietes manes : aliam celeri fuga sedem pete, et in ea salutem colloca : certo in ejus, qui hæc me dicere jubet, custodia es futura. Sancta ad hæc Cæsarea, Gratiam quidem, inquit, habeo et Deo et tibi, Benigne, quod periculum in quo ignara versor indicatis : sed sola et ignota quem ad locum contendam ? Ad eum, inquit ille, ad quem caelum te dirigit : aude molo, et ductore ac protectore Deo ibis. Hæc dicenti parens supervenit, et ille (ne quidquam eorum propter quæ venerat proderet) quasi petendæ stipis causa adfuisset, utrique bene precatus, causatusque inclinationem diei in vesperum, ad eremum se recepit.

patris lasciviam erga se animum ab Eremita divinitus edocta,

5 Aloysius deinde obseratis aedibus accersens ad se Cæsaream, et lascivos defigens in ejus ornatu formaque oculos, animo etiam defunctam in ea conjugem figurans, incestum animum in hujusmodi verba explicavit : Carissima filia, quamquam, si pateris, suaviore mihi deinceps nomine sponsa dicenda potius, paternum erga te amorem cum maritali commantavi : animus est in thorum Lucretiæ matris tuæ clam omnibus te deducere, et arcano mihi, ut paucis dicam omnia, conjugio copulare : tu inposterum me Aloysium tuum et sponsum dicito, ego vero sponsæ te et conjugis loco habebo : age, dum fieri potest, communes nobis utriusque nostrum amores faciamus. Cæsarea intrepido ad hæc responso, Itane vero, miserande, inquit, pater, ad tantum te flagitium abjicis ? non vides, vel sola designans illud cogitatione, quantum apud severum Deum supplicium tibi statuas ? Ut saturitatem invenias indamis libidinis, ea in filia quaerenda est ? Vide cujus et quam castæ auribus hæc ingeras : filia tua est, et ea quæ non committet unquam ut tam infami contaminata scelere Deum in se irriter : proinde in meliora animum flecte, et cogita qui flagitio hujusmodi ignes apud inferos ardeant. Suspirantem post hæc Cæsaream ac plorantem pater minis terruit : Nihil, inquit, istæ lacrymæ tuæ moveat : amoris ejus qui tantum te amat, amores reponere debes ; et nisi facis, vim confestim quod possum paro.

D
amorem ejus repudiat :

6 Animum vero hic colligeas Cæsarea, de fuga serio cogitare cepit : eamque ut securam faceret, simulato in parentis postulata consensu, Vade, inquit, in cubile igitur ac thorum tuum, pater ; ibique me opperire, donec moræ aliquantum in abluendis pedibus pono. Hic ut parentem falleret, duas prope columbas, colligatis non arte alis, in pelvim aqua repletam conjecit ; quas strepitu plausuque alarum ut quasi lavantem se exprimerent, patri fucum facturas credebat, interea dum omnia ad fugam compararet : sed allapsus brevi ad aures ejus supposititius sonus, cum iratum e strato excivisset, Cæsarea interim, deducto dextre ab ostio domus repagulo, per tenebras fuga se proripuit. Quam ille posteaquam frustra vestigasset in domo, ratus tandem ad propinquos quopiam profugisse, singulorum aedes circumcursavit ; et nec ibi quidem quam quærebat reperiens, regressus domum gladium arripuit ; eoque, ubi ubi deprehendisset, fugitivæ necem comminatus, in dæmonem incidit humana specie civem Francavillanum ementitum. Hic percunctanti, num puellam quampiam, quæ esset filia sua, habentem hæc iter et quicum vidisset ? Vidisse se ait, et a nobili quopiam, ut apparebat, proco deductam, ultra perrexisse ; quem et dicentem audisset ; Age Cæsarea, invito etiam patre ire quo coepimus pergamus. Pater graviore ad hæc incensus ira, cum inde non multum progressus in cursu ad assequendos fugitivos esset, ex altero obvio similiter dæmone sciscitatus quod e primo, prope ab eaquam quæreret abesse se intellexit ; diu enim non esse, quod festinans isthac antegressa fuerit : si maturaret aliquantulum, certo assecuturum esse.

E

et fuga arrepta,

7 Gradum igitur accelerans ille, non iulto post fugientem in conspectu habuit : et apud promontorium Castri, quæ arx in Hydruntino littore mari imminet, magna ac minaci clamans voce properantem ultra resistere jussit. Cæsarea autem e cum quam mox in patris irati se manibus futuram videret, nec ullo in homine collocatum periculi præsidium haberet, vota ac preces ad Deum convertit : a quo confestim in specie armati juvenis submissus Angelus adfuit. Ex cujus repentino conspectu cum timorem ipsa augetet : Bono, inquit ille, animo esto, Cæsarea : quem vides Angelus tuus tutelarum est ;

ab insequente occulenda,

F

e

monsivatum ab Angelo Custode speciem in mari subit :

armatus

A armatus veni, ut arma a te irati patris arceam : propere in eum, qui copioso intus lumine isthic collucet, rupis te hiatus abde : tutum ibi a gemino periculo et pudicitiae et vitae perfrugium habes. Sed enim actis Deo ac Deiparae Virgini gratis convolantem eo adhuc persequeretur pater : et cum districto gladio, quod opportunam jam ad ictum putaret, ferire vellet ; densa repente circumfusis nubes, filiam ex oculis amisit. Quae et eo ex tempore quo specum ab Angelo monstratam subiit, numquam deinceps, quemadmodum et pater, in hominum conspectura venit. Unde transmissa exinde ad posterum fide, persuasum habere accolae, parentem absorptum aquis, in quas fervore persequendi filiam se intulerat, animam infelicem inferis transscripsisse : sanctam vero Caesaream ibidem secreto sepultam ab eo qui illuc traduxerat Angelo. Eo autem tempore, et mense Majo, et festo Ascensionis Domini, quo memorata factiderunt, locus colendae Virginis causa a frequenti accolarum turba aditur. Et narrant aliqui, sub idem tempus ardentem in specu lampadem videri ab adeuntibus, eodem locum quo primum lumine collustrantem. Memoriae proditum etiam, quamdam mulierem, cum eo per retrogressi maris fundum petendae salutis causa filium intulisset, circumcinctam subito affluentibus rursus aquis, eo deserto ut se servaret fugam capessivisse, puerumque vertente tandem anno salvum ibidem et incolumem reperisse. Multa in territorio Hydruntino S. Caesareae oratoria dicata visuntur, varii eam in tutelarem Divam adscivere ; in quibus praeter ceteris ii qui Luconianum incolunt.

ANNOTATA.

a Nomen hoc Francavilla ei loco haud vetustum esse fatebitur, qui intelligit ante Normannorum dominatum meram linguam Graecam tota illa in regione usurpatam fuisse.

b Aloysii nomen retineo ut inveni, licet, ex Francico Lovys formatum, esse sciam aevi longe recentioris, quam sit nomen Ludovici : quod ipsum tamen ante nonum seculum vix audivit Italia. Suspicio autem aliquando mihi suboritur, quod ex lingua Graeca, Alysii nomen, quo animi impotentia marorque significatur, antiquitus usitatum sit ignoti forsitan nominis viro, Caesareae patri.

c Neque haec geminatio nominis et quidem ex Latina lingua, justam in illa regione antiquitatem sapit : eoque est suspecta magis, quod rursus infra nutricem Sanctae video Catharinam Felicem dici.

d Unde haec tam certa diei et horae determinatio?

e Dubitat Beatillus, satisne apte per tantum loci intervallum (quod bidui esse ait) dicatur fugientem filiam, quasi uno cursu, secutus pater. Quid si per oppida vicina aliquanti temporis spatio frustra quersitam tandem intellexerit Costris esse? ibique rursus ab ejus manibus oculisque elapsam fuerit ille secutus : ut intra oppidum specumque acta sint, quae vult Francavilla venienti dicuntur accidisse? si tamen non est gratis excogitatus ille duorum daemouum, fugitivam indicantium, occursum.

f Etiam de hoc dubito, magisque suspicor, tali die ut recedenti maris aqua divinitus manifestatum locum, aut alterius rei ibidem gestae recolere anniversarium.

ALIA BREVIOR VITA

Ex MS. Italico recentiori.

In campis Salentinis, quorum caput atque metro-

polis antiquissima civitas Lupiensis, Franca-villa est : in qua humiliter nata S. Caesarea, vitam egit sub educatione inhumani patris, tamquam inter spinas rosa vel liliam convallium. Impudico enim amore aestuans, nec ullis pudicissimae. Virginis bortamentis abduci valens ab incesto proposito, quod a volente non potuit, voluit extorquere ab invita. Fugit ergo paterna ex domo, per campos tantum non volare visa, donec ad maris littus veniretur, cui ex eo tempore a Gallipolitanis datum S. Caesareae nomen, a quibus tamen destructus fuit vicus, quem accolae struxerant, ipsius maris fertilitate, sinuumque et insularum amoenitate delectati. Hinc represso cursu triginta passuum millia terrestri itinere versus alterum maris littus emensa, Vitilianum pervenit, diocesis Castrensium oppidum, cui ad passus triginta mons adjacet, qui transituram viam aperuit, unius carri capacem, usque in latus alterum, spatio integri milliaris. Hanc illa ingrediens, et ad agendas Deo gratias genua ipso ingressu flectens, eorum vestigia saxo impressit, et ad latus totam corporis sui imaginem modice excavatam, idque tribus ubi successive oravit locis. Denique per apertam rursus planitiem alia duo millia decurrens, cum ultra quo tenderet non haberet praeter mare, ipsas in undas sese conjecit : a quibus terrae reddita, refugium invenit intra montem, ultro sese ei pandentem, cujus ingressum mox occupavit clausitque bituminosus fumus. Neque sic tamen satis tutam se credens Caesarea a patris pertinaciter insequentis furore ; postulavit caelum, ut in scelestum animadverteret prius, quam illuc perveniret : quod et obtinuit. Medio enim adhuc milliari distans, sese praecipitavit in mare amens, eo loco ubi hodieque turbidae sulfureaeque fumigant aquae, necandis potius quam curandis corporibus aptae. Antrum in quod se abdidit Caesarea sub eo est monte, quem Saracenum nominant, habens altitudinis ac latitudinis palmos circiter viginti. Illuc ad passus viginti se mare insinuat, deinde altius elevatur solum, protegens locum, qui ibi est exiguus, nec nisi triginta palmos in circuitu habens, scatensque sulfureis quidem, non tamen graveolentibus, sed (quod mireris) suavem odorem aspirantibus aquis, ad omne morborum genus salutaribus. Tantum autem interiorius retrocedit antrum ut finis non videatur, sed credatur usque Franca-villam pertingere. Divulgata mox fuit heroica Caesareae Virginis pro servanda castitate constantia : ideoque locus ipse, tantae rei conscius, visitari coepit tamquam sanctus ex tota Iapygia, conterraneis ejus in montem ascendentibus, et lacrymabili voce Caesaream inclamantibus ; quae videre sibi visae sunt lumen ab antro procedens, eoque conspecto interna consolatione repleri. Nec mora, erecta in vicino ecclesia est, ubi supra majus altare etiam nunc videtur expressa effigies Sanctae, ad illius imitationem, quam monti impressam videri diximus. Curam ejus ecclesiae religiosi quidam aliquamdiu habuerunt ; sed coacti tandem sunt eam dimittere, propter frequentes Turcarum incursiones. Interim a multis et saepius visa est S. Caesarea, ex antro versus ecclesiam procedere, tamquam orandi causa, duobus stipata hinc inde speciosis juvenibus, accensam facem praeferebantibus. Corporis ejus nulla habetur notitia ; mortua tamen creditur ipso quo ad caelos Redemptor ascendit die, quando solenniter recolitur ipsius memoria.

D
EX MS. ITALICO
Francavilla
ad littus Gal-
lipolitanum

Inde ad Cu-
strense fa-
giens,

E
sa.roso monti
ultraque
aperto cor-
poris sui
imprimit
lineamenta,

et antrum
ingressa,

F

exinde pro-
dure cum
luce ad vi-
cinam ec-
clesiam cer-
nuntur.

ubi mortua
et anno
accolarum
concursum
cultu.

desertum in
aqua puerum
loto anno
in rivis con-
servat.

DE SANCTO URSO,

EPISCOPO FANENSI IN ITALIA.

G. H.

SEC. VII

Cultus 15
Maji

Ecclēsia Fanensis solenni ritu colit quatuor urbis suæ Episcopos ejusque Protectores: e quibus fuit S. Eusebius, de quo egimus die xviii Aprilis, ubi plurima de ipsius urbis situ et præstitis nobis istis beneficiis retulimus, quæ ibidem legi possunt. Alter e Protectoribus est S. Ursus, cujus natalis incidit in hunc xv Maji. De eo Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italia ista scribit: Ursus Episcopus Fanensis hac die Fani celebratur, cujus corpus una cum corpore S. Eusebii, ejusdem urbis Episcopi, in eadem arca marmorea, in propria ara et sacello majoris Ecclesiæ, requiescit. Idem Ferrarius in Catalogo generali, Fano Fortunæ, inquit, S. Ursi, ejusdem urbis Episcopi et Protectoris: annotatque Acta in quodam codice MS. contineri, B potius ex communibus quam ex propriis contexta. Ughellus tomo I Italia Sacra in Fanensibus Episcopis, eum sextum dictæ urbis Episcopum numerat. Verum, inquit, haud satis constat an ante vel post S. Fortunatum floruerit, quamvis in tabulis ejusdem Ecclesiæ vixisse dicatur anno DCXXV. Interim cum Ughello post S. Fortunatum collocat S. Ursum Vincentius Nolfi, in Vitis quatuor Sanctorum Episcoporum et Protectorum Fanensium, anno MDCXLI excusis, de S. Urso pauca hæc ex sola majorum traditione proferens.

2 Natus S. Ursus Romæ, habuit parentes Patri-
cios, quorum majores creduntur Magistratum ges-
sisse, et dignitate Consulari honorati. Verum ipse
spreto mundano fastu, servitio divino animum ap-
plicuit, atque ab Honorio primo Pontifice Romano,
anno Christi sexcentesimo vigesimo quinto, tempore
Heraclii Imperatoris, fuit electus Episcopus Eccle-
siæ Fanensis: in qua dignitate laboravit strenue,
ut si quæ forent antiquæ idololatriæ vestigia elimi-
naret, et inde enatam superstitionem, qua pietas
omnis religiosa violatur, penitus extirparet. Quam-
diu autem vixerit, et Pastor verus suum gregem
in sanctitate vitæ et operibus miraculosis paverit,
C igno-
ratur: credi tamen de eo videtur, quod de
Abrahamo sacra Scriptura asserit, plenum scilicet
dierum et meritorum ex hac valle lacrymarum
ad cæleste gaudium decessisse, die decimo quinto
Maji.

Vita com-
pendium,

Gen. 25 8,

3 Postmodum anno millesimo centesimo decimo tertio, uti Acto S. Fortunati habent, cum plebs Fanensis perquireret, ubi hujus sui Pontificis ossa quiescerent; placuit tandem, ut pyramidem illam confringerent; in qua sacrum corpus cum locello suo contineri majorum ordinatione didicerant. Igitur pyramis evertitur, saxea arca detegitur, detecta aperitur venerabilis ille thesaurus, qui quærebatur, intus aspicitur: et quoniam caritas Electorum sancta semper societate congaudet, quia nec singularis caritas esse potest, alii duo cum ipso reperti sunt, quorum sacra nomina supposita scripta declarant, dum alterum Eusebium, alterum Ursum vocari denuntiant. Et merito tres illi Pontifices uno mausolæo clauduntur, qui eadem fide Trinitatis et Unitatis instructi, eadem dignitate Pontificali sublimes, ejusdem Fanensis Ecclesiæ sacri Rectores, ad eandem felicitatis gloriam perpetuam pariter pervenerunt. Sed detectis venerandis Reliquiis, cerneretis nivis candorem in ossibus, ut jam in illis resurrectionis glorificatio præsignaretur: odoris quoque fragrantia tanta manabat, ut myrrhæ et balsami et omnium unguentorum odora menta incomparabili suavitate transcenderet. Hæc Ughellus ex S. Fortunati Episcopi Vita, a Joanne Nonantulano scripta, sed ea integra danda est ad natalem ejus diem vii Junii. De cultu S. Ursi, ejusque contemptum divinitus secuta pœna, ista addit Vincentius Nolfi.

4 Rusticus quidam in territorio Fanensi, cum in die S. Ursi natali esset ab omni opere servili abstineundum, aut instinctu avaritiæ aut defectu debitæ pietatis, ausus fuit in agro haud procul ab urbe aratro laborare. Contigit autem ut sub meridiem ab aliquo viro magis pio admoneretur benignis verbis, non convenire huic festo istud tunc opus servile peragi, posse aliquod illi aut ejus familiæ imminere infortunium. Quæ aliave hujus verba risu excepit rusticus, dicendo, isti Urso se Canem oppositurum, nam isto nomine vulgo appellabatur. Vix finierat blasphemæ verba, quando boves cum aratro in profundissimam voraginem delapsi perierunt. Ipsa vorago etiamnum Fossa S. Ursi appellatur.

Corpus an.
1113 in-
ventum.

E

Blasphemus
festum violans
punitur.

F

DE S. BRITHUNO SEU BERETHUNO

G. II.

ABBATE BEVERLACENSI IN ANGLIA.

AN. DCC
XXIII.Diaconus
S. Joannis
Beverlacensis,

Beverlacense in parte Orientali Ducatus Eboracensis monasterium S. Joannes Archiepiscopus Eboracensis construxit, inde Beverlacensis dictus, uti latius ad hujus Vitam vii Maji dictum est. Primus ibidem Abbas constitutus fuit S. Brithunus, de quo adhuc vivo S. Bedæ lib. 5 Hist. Eccles. gentis Anglorum cap. 2 dedit hoc testimonium. De Joanne plura virtutum miracula, qui eum noverunt, dicere solent, et maxime reverendissimus ac veracissimus Berethun, Diaconus quondam ejus, nunc autem Abbas monasterii, quod vocatur Indera-voda, id est Silva Deirorum; in qua scilicet ipsum manasterium

Beverlacense situm est. Vitam S. Joannis dedimus, a Folcardo Ecclesiæ sanctæ Trinitatis Cantuarie monacho seculo xi scriptam, in qua dicitur S. Joannes, relicto Pontificatu Eboracensi, cum consilio S. Brithuni Abbatis sui, Beverlacum petiisse, et ibi diu in Dei servitute persistens, Nonis Maji vitam feliciter finivisse, et sic ad cœlestia regna conscendens, sepultus esse in porticu S. Joannis Evangelistæ in monasterio suo, anno ab Incarnatione Domini septingentesimo vicesimo primo. Et hoc est secundum testimonium, in quo Sancti titulo honoratur Brithunus. Tertium suggerit Joannis Tinnuthensis apud Capgraviium in Legenda

eum sepelit:

Sanctorum

A in *Martyrologio Gallicano*, qui ex *Vita* longum encomium addit. *Geleuius in Fastis Agrippinis* inter alia scribit ista : In antiquo *Bingio*. . requiescit S. Rupertus, Dux Lotharingie et Comes Palatinus, ex cuius Reliquiis Colonia an. MDCXXXII translatis, articulus ex manu, in sacello S. Margarite, beneficia recuperata sanitatis febricitantibus impendit. *Videntur tunc Reliquie* S. Hildegardis æque ac S. Ruperti ob bella Suevica Colonia translata. Nam anno MDCXXXIV solennis Coloniae processio ad lucrandum *Jubilæum* in die Pentecostes habita est, in quo præter Reliquias Ecclesiarum Coloniaensium circumlata fuerunt S. Hildegardis cor adhuc integrum et lingua, item caput S. Ruperti Ducis, adhuc carne undique fere restitutum, ut tum *Antuerpiam* scripsit *Franciscus vander Veken*. Nos anno MDCIX fuimus in ipso S. Hildegardis monasterio, et inter Reliquias ejus cor adhuc integrum sumus venerati.

4 *Laudatus supra Serrarius cap. 36* assertit, S. Ruperti Reliquias in eodem adhuc Virginum monasterio visas cum scriberet anno MDCIV, et addit; Corpus quamvis dissolutum, pelle tamen adhuc pæne obtectum est, præsertim pedes, quorum unum argenteus continet ibidem calceus; alterum ex altero qui remanet calceo abstulisse alioque misisse dicitur Cardinalis Albertus, qui fuit *Archiepiscopus Moguntinus* ab anno MDCXIV ad annum MDCXLV. Verum olim cum ad illud monasterium S. Bernardus venisset, tum, ut scribit *Trithemius in Chronico Hirsaugensi ad an. MDCXVIII*, Dedit S. Hildegardis viro Dei postulanti particulam Reliquiarum S. Ruperti Ducis *Bingionum* et Confessoris; pro quibus et ipse postea nonnulla Sanctorum capita ei remisit. Facta sunt hæc in monte S. Ruperti in præsentia *Meginhardi Comitis de Spanheim*, sub cuius ditione temporali præfatum cœnobium constructum est... Aderant ibi cum eo Comite presentes *Cuno Abbas S. Disibodi*, et *Bernhelmus primus Abbas in Spanheim*, cum multis aliis Clericis, monachis et secularibus. Ibi tunc *Bernhelmus Abbas* præfatus, per medium S. Bernardi, ad instantiam sui et Comitis *Meginhardi*, dextrum crus a genu infra usque ad pedem exclusive de corpore S. Ruperti Ducis, integrum cum cute et carnibus, a B. Hildegarde et tota ejus congregatione sanctarum Virginum obtinuit, et cum magna reverentia et honore ad suum monasterium *Spanheimense* introduxit: quod usque in hodiernum diem integrum habemus. Hæc *Trithemius*, qui valem aliquanto contractus refert in *Chronico Spanheimensi*, sed ad annum MCL.

C Hujus Sancti recitatur officium Ecclesiasticum sub ritu duplici Monachi in collegio Societatis Jesu, ob sacras ejusdem Reliquias, quæ ibidem asservantur, scilicet spina dorsi sive ejusdem magna pars unciarum undecim, item aliud os 13 unciarum. Atque ibidem lecto habet: De spina dorsi, os cum carne undecim unciarum. Ita ad nos scripsit v Junii anno MDCCLXXIV *Simon Mair*, Societatis Jesu Sacerdos et Monachus tunc Præfatus Ecclesie, at postea successor ejus *Maximus Ponzen* ad nos misit testimonium authenticum de variis hujus Sancti obtentis Reliquiis, et aliis S. Hildegardis, imo et *Berthæ matris* ejus, et S. *Satyræ Virginis* et *Martyris* in *Bavariam* translatis; ex quibus Societati *Monachiensi* data fuerunt ante indicata Reliquia. Ipsum testimonium post ipsam *Vitam* integrum damus. In his omnibus agnoscimus singulare beneficium admodum Reverendi Patris *Christophori Scorer*, qui nos Romæ tum *Assistentis Germaniæ* et *Vicarius Generalis* omni cum humanitate fovit, et studia nostra promovit tam ibi quam in *Bavaria* et *Germania superiore*, quam et *Provincialis* et *Visitor* vexit, uti et aliquoties *Collegium Monachiense*.

6 Videtur hic addenda memoriæ *Berthæ matris* S. Ruperti, quod infra in *Vita*, eodem modo sicut *Robertus* appellatur *Beatus*, ita et *Bertha* semper vocatur *Beata*, quæ est in filii sui sepulcro deposita et simul Reliquiæ ipsius et B. Ruperti requiescunt et infra in *Instrumento* æque Sanctæ titulo honoratur atque filius, et duo ossa de S. Bertha matre sunt cum aliorum Reliquiis translata: Sanctam feminam appellat *Trithemius*: et in *Vita Germanica filii*, æque oc ipse cum radiis depicta est jam ab an. MDCXXXIV. Demum *Arthurus de Monstier* in *Gynæceosacro* hoc etiam die S. Bertham cum debito encomio celebrat.

D Sanctitas B. Berthæ matris.

VITA

a S. Hildegarde Abbatisa scripta.

CAPUT I.

B. Berthæ conjugium et viduitas S. Ruperti: pia pueritia; affectus erga pauperes.

Beatum Robertum Deus in infantia totum sua gratia perfudit, et ad bonum finem perduxit; qui clarus genere et divitiis seculi, per liberalitatem benedictionis Dei, carus Deo extitit. a Nam, ut in vera visione video, beatus Patronus noster Robertus, patre suo orbatus, cum matre sua in hoc loco vivens, et operibus bonis insudans, ac Deo in castitate, humilitate et sanctitate serviens, cum caducis et temporalibus æterna præmia mercatus est. Sicut enim vivens lumen in vera visione mihi ostendit et me docuit, sic de ipso loquar. Ubicumque opinio veræ sanctitatis fuit, ibi sanctitas stare et permanere diu potuit: ubicumque autem vera sanctitas non fuit, ibi mendacium durare diu non potuit. In Beato autem Roberto vera sanctitas fuit, quemadmodum Divina majestas aperte ostendit, cum me, quasdam sorores mecum, ad locum Reliquiarum ejus per magnum miraculum magnarum visionum transtulit, ut omnibus cernentibus et scire volentibus aperte apparet.

2 Pater ergo matris B. Roberti de b Lotharingia oriundus ibidem Princeps extitit, et magnam latitudinem prædiorum ac divitiarum, in regione nativitatis suæ et in aliis circumquaque positis regionibus, et circa fluentia Rheni in Pingis habens, magnus ac nominatus inter Principes seculi habebatur. Qui vere Catholicus existens, in temporibus Imperatoris Magni Caroli claruit; puellamque, matrem videlicet beatæ Berthæ, ex longinquis regionibus in magnis divitiis ortam, sibi in matrimonium conjunxit. Ex qua dum filiam, matrem scilicet B. Roberti, habuisset; ipsam adultam pagano et tyranno cuidam, nobili tamen et Duci secundum seculi dignitatem, *Roboldo* dicto, cum adhuc pagani et Christiani propter rudimentum veræ fidei simul habitarent, gloria conjugii solenniter associavit; et prædia sua, quæ circa Rhenum in Pingis habebat, eidem filię suæ in dotem contulit; quatenus ob elegantiam generis sui, et ob amplitudinem prædiorum suorum, idem *Roboldus* ad Christianum nomen cogi posset: quod tamen nihil profuit. Qui dum cum ea per aliquod tempus laudabiliter vixisset, postea; honestos mores ipsius videns, graviter tulit; ac se alienis mulieribus jungens, non illam tamen more conjugii deseruit, sed tyrannidem incredulæ mentis gerens, baptismum non amavit. Unde beata mulier hæc valde cruciabatur in corde suo, Deo vovens, ut si ab illo liberaretur, thalamo alterius viri non associaretur: et ob hoc etiam suspiriis, lacrymis, orationibus ac eleemosynis sacrificium laudis Deo offerens dicebat: O! o! quando liberabor de occupatione seculi hujus, quæ animæ meæ et corpori meo amarus carcer est? De benevolentia autem B. Berthæ

D Sanctitas B. Berthæ matris.

E a Ex revelatione Vita scripta,

in monte S. Ruperti,

b mater Berthæ F

cum *Bingensis* domini dote,

nupta *Robaldo*, pagano et adultero,

A thæ magis, quam de sanctitate ejus loquamur, ut gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis sit. Nam ipsa tandem filium concepit et peperit, et si dicere liceret, pannis illum, ut beata Dei Genitrix Maria filium suum, involvit. Cujus pater, plurima gloria seculi, ut præfatum est, pollens, in monte illo, qui Lubun dicitur, castrum valde munitum habuit, et per totam provinciam illam, fere usque ad Moguntiam civitatem, Ducatum tenuit. Cumque beatus infans Robertus trium annorum esset, pater ejus in magnis præliis contra Christianos dimicans, occisus coram Deo et hominibus interiit, et B. Bertha uxor ipsius vidua remansit.

3 Quæ se a vinculo mariti et a solitudine seculi solutam videns, præfatum castrum deseruit, et ad alium locum, scilicet super Naham situm (in quo nunc Reliquiæ ipsius et B. Roberti requiescunt) se contulit, ibique ecclesiam ædificavit. Pretiositatem quoque et claritatem vestimentorum abiecit, nec ulterius dignitatem generis sui et divitiarum suarum attendit: sed vili vestitu et grosso velut sacco induta, ac cingulo cineta, deinceps in continentia viduitatis, ut diu optaverat, Deo devota serviebat.

B Multos quoque perfectos et alios quosdam bonos homines ad se collegit, ac in prædicto loco permansit; ibique vigiliis et jejuniis se macerans, orationibus etiam et eleemosynis Deo quotidie ministrans, filium suum bono exemplo in sanctitate munivit: quoniam timebat, quod per cognatos et amicos suos ad voluptatem seculi moveretur: et, ne hoc fieret, die noctuque illum Deo commendabat. Sed tamen plurimi Tyranni, tam Christum colentes quam idolis servientes, eam interim infestabant, et tam elegantiam generis et corporis ipsius amplectentes, quam divitiis et prædiis ejus inhiantes, eam sibi matrimonio conjungi affectabant. Ipsa vero omnes uno animo et una voluntate a se repellere, et soli Deo placere studebat, et filium suum magis ad gloriam Dei quam ad honorem seculi educare laborabat. In quo dum bonas virtutes bona spe cælestis vitæ exurgere videret, animumque illius magis ad æterna quam ad caduca innixum attenderet; de plurimis donis sancti Spiritus gaudebat, quæ in ipso videbat.

4 Quoniam idem B. Robertus, cum infans et lac sugens esset, mores malitiæ infantis, plorando seu irascendo, non habuit: et a lacte abstractus in pueritia sua, in moribus suis, velut homo qui diligentissima intentione ad Deum anhelaret, fuit: quapropter pater suus eum odio habens, ipsum stultum et fatuum fieri multotiens affirmaverat, dum vivebat.

C Sed qui Deum bona et recta fide colebant, puerum hunc in pueritia sua tam benevolum existentem cernentes, valde amabant, et beatum futurum, quamvis per ignorantiam, veraciter tamen dicebant. Spiritus sanctus enim, qui Jacob Patriarcham in utero matris suæ gratia sua perfuderat, infantem istum etiam inspiravit: quia Deus miracula sua sapius in iis etiam facit, qui præ mollitia venarum ac medullarum plenam scientiam nondum habent c. . . In plena etenim benedictione fructuosæ terræ, scilicet benevolentia, Deus Jacob antequam nasceretur diligebat, et in eadem inspiratione B. Robertum in infantia ipsius visitavit. Deus namque prævidit, quod sensibilis terra hujus pueri ad Deum anhelare desideraret; et quia hoc, lac adhuc sugens, in moribus suis [ostendere] incipiebat; omnes qui eum videbant, ipsum valde diligebant; quoniam ubicumque benevolentia in homine est, ad amorem illius desideria hominum accenduntur, velut ros super gramini ad viriditatem illius cadit. Itaque d cum puer Robertus septem annorum esset, litteras discere desiderabat; quibus eum mater sua instrui faciebat: sed tamen Clericum esse volebat, sed in loco patris sui

Ducem provincie suæ ac defensorem Ecclesiarum eum esse disponebat. Ipse autem gratia Spiritus sancti misericors super pauperes erat, quod ministerium ac sustentatio benevolentia est, quemadmodum viscera homini servientes eum continent. Nam et secundum mores puerorum, ubicumque pauperes puerulos invenit, eos matri suæ obtulit, dicens: Mater, ecce filii tui. Quod factum illa benigne suscipiens, ei respondit: Fili mi, fratres tui sunt. Qui cum competenter et honeste nutriretur, aetate et sapientia coram Deo et hominibus proficiens, ad juvenilem aetatem, in sanctis moribus ac virtutibus educatus, pervenit; unctus oleo sanctitatis, ut David, oleo lætitiæ præ consortibus suis: atque gloriam totius mundi toto nisu mentis suæ sprexit, quamvis eam corporaliter coram hominibus habere videretur. In bonis namque moribus sancte vivebat, et ecclesiam piis orationibus assidue frequentabat; et quæ in sacris voluminibus docebatur, bonæ memoriæ pio studio commendabat.

7 Cumque ad duodecimum ætatis suæ annum pervenisset, mater sua ad ipsum dixit: Fili mi, quoniam plurimas facultates et divitias habemus, e oraculum in honorem Dei, et salutem animarum nostrarum faciamus. Cui ille respondit: Non mater mea, sed prius quod Evangelium habet intendamus: f et Propheta dicit: Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuam. Et iterum: Cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris. Quod mater ipsius audiens, quam plurimum gaudebat, quia filius ejus tam sanum consilium ipsi dederat. Nam per Spiritum sanctum bona et sancta desideria in animo illius juvenis, sicut balsamum, sudabant: et quomodo hæc quæ locutus fuerat fieri possent, secum silenter tractabat, et sic obdormiebat. Unde per admonitionem Spiritus sancti quemdam senem in somnis vidit, qui pulchram faciem habens, quosdam puerulos in lymphula aqua lavit, quos postea in quoddam pomarium, omni genere florum et arborum aræmissimum, et odore cunctorum aromatum plenum, inducens, candidissima veste induit. At B. Robertus, amœnitate ejusdem loci allectus, ad senem dixit: Hic manere volo. Cui senex respondit. Hic modo non permanebis, quoniam fructuosam scalam in cœlum tibi parabis, ubi socius Angelorum eris. Quapropter, quod de pauperibus disposuisti, perficere non negligas, quatenus per victum et vestitum illorum cibo vitæ pascaris; ac veste, qua Adam per inobedientiam exutus est, induaris; seculoque peregrinus mente factus, optimam partem tibi eligas. Sed postquam beatus puer Robertus evigilavit, hæc quæ in somnis viderat, matri suæ narravit. Unde illa multum gavisa, ad Dominum genua sua flectens, orabat dicens: O Domine Deus meus, desiderium meum in filio meo implebis. Et deinde tam mater quam idem filius ejus, juxta ripam defluentium aquarum quedam habitacula domorum adificantes, inibi pauperes et nudos conservabant: quibus etiam victum et vestitum per duos fideles et sanctos viros subministrabant: quorum alter Wigbertus dictus, eis in Sacerdotio serviebat; alter vero quidam ministerium ipsorum existens, indoctus erat. Ipse quoque B. Robertus, teneræ ætatis et nobilitatis suæ propter amorem Christi oblitus, pedes pauperum multotiens lavit, cibum et potum ipsis apposuit, ac lectos sæpius eis stravit, et sic usque ad quintum decimum ætatis suæ annum Deo fideliter servivit.

ANNOTATA.

a Hinc incipit *Trithemius Vitam.*

ei parit S. Robertum

Marito exso vidua.

in ecclesia a se structa pie vivens,

nuptias secundas respuit.

B Robertus ab infantia sanctus,

c

d septennis litteras discit:

D) A. S. HUL-DEGARD.

in bonis moribus adolescit,

Psal. 14. 8.

E

f Isaiæ 58. 7.

duodennis suadet pauperes atendos:

idque, visione divina roboratus,

F

matre lactante, implet.

A. S. III-
HUGARD.

A b *Nomen Lotharingiæ postea natum, ac initio dictum Regnum-Lotharii, vulgo Lothar-rijck. Post cuius Lotharii Regis obitum, anno 870, divisio regni ejus facta est inter Carolum Calvum et Ludovicum Regem patruos ejus, et huic tunc accesserunt Binga et vicina loca.*

c *Hinc digressio longa inserta, tanquam minus necessaria, a Busæo omissa est et a Kobelio Germanice edita.*

d *Hinc incipiunt MSS. compendia Ultrajectinum et Rubæ-Vallis.*

e *Oraculum pro Oratorio sumi, sæpius annotavimus.*

f *Ita MSS. et perperum apud Busæum et Serrarium legitur: dicit enim Christus: est autem hic locus Isoia 58.*

CAPUT II.

Peregrinatio Romana. Deliberatio de statu vitæ.

Et quoniam in pompa seculi per multas divitias et familiam pollebat, quibus se ad seculum trahi videbat; apud se tandem tractare cœpit, quomodo

B
Anno 15 recedere volens,

B. Alexius patrem et matrem, domum ac divitias seculi peregrinatus reliquit; et se illum in hoc imitari omnino elegit, quatenus Deo tanto liberius servire in quiete posset. Quod mater ipsius quibusdam indicibus in eo sentiens; quamvis eam hoc celaret, ipsi cum lacrymis dicebat: Fili, doloris maternorum viscerum recordare, et gemitus matris tuæ viduæ attende, et familiam tuam in te solum confidentem aspice, et ne nobis intolerabilem miseriam inferas prævide: nam de facultatibus nostris pauperibus et egenis ac omnibus indigentibus, secundum quod tibi placuerit, erogare poteris. Et quid tibi melius et utilius est, quam Deo sic servire? Hæc matre sua multis lacrymis multisque gemitibus loquente, in corde suo beatus hic juvenis valde turbatus est. Eodem quoque tempore quidam nobiles, tam de extraneis quam de consanguineis suis, ad eum veniebant dicentes: Tu qui tantum honorem Ducatus tantasque divitias seculi habes, cur te tam contemptibilem facis? His aliisque similibus verbis eum quotidie lacerabant, tentantes, si ipsum a bono proposito et a bona via sua avertere possent. Quod ille cernens, matri suæ dicebat: Ecce per suggestionem diaboli, qui proposito et vitæ meæ invidet, irretitus seculo implicabor, et post vias patris mei, quamvis nolens, ibo: nam peregrinationem ob hoc desiderabam, ut soli Deo tanto liberius servire possem. Quo audito mater ipsius, quæ totam spem suam in Deo posuerat, præ timore angustiata et gravata, metuebat, ne filius suus per nobilitatem generis sui illectus seculo implicaretur: malensque herede carere, quam filium suum secularibus implicamentis irretitum diabolo servire, ipsi, quantum præ dolore potuit, aiebat: Fili, quoniam video te, per multa consilia turbatum, inconvenienter ad seculum trahi; fac quod vis, et peregrinationem, quam diu optasti, aggredere; et ille cui dictum est, Tu solus peregrinus es in Hierusalem, in itinere tuo sit, teque incolumem mihi ad gloriam nominis sui remittat. At ille ex voluntate matris suæ peregrinationem arripuit, atque ad limina sanctorum Apostolorum Petri et Pauli cum quibusdam hominibus suis profectus est. Quem cum homines regionis illius viderent, super eo admirati sunt, ad invicem dicentes: Vere hic homo nobilis est: facies enim ejus clara apparens in benevolentia lucebat, quoniam gratia Spiritus sancti ipsum perfuderat: unde et omnes, qui eum intuebantur, in am-

dissuadente
primum matredem per-
mittente,Luc. 24
peregrinatur
Romam:

plexione caritatis ipsum diligebant. Nam sicut stella D absque nube clarescit et clara est, sic etiam in facie hominis benevolentia conspicitur, quia idem homo in bona consuetudine Spiritus sancti est. Et cum B. Robertus se Deo meritisque Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli quotidie commendaret, per aliquod tempus ibidem moratus est.

7 Eo autem ibi moras faciente, a quibusdam religiosi viris ejusdem regionis interrogabatur, ejus conversationis aut desiderii foret: quibus ipse omnia, quæ in corde suo habebat, aperuit. At illi consilium ei dabant, ut Evangelium hoc attenderet, ubi scriptum est: Vade, et vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et veni sequere me: quoniam peregrinatio ipsi bona et utilis esset, ne divitiarum nobilitatis eum ad perditionem traherent. Qui consilio eorum se subdidit, et se ita facturum in animo deliberavit. Ad matrem suam denique reversus, in prædio suo, quod latissimum fuit, villas et ecclesias in quibus locis non erant, ædificari fecit, et hominibus suis ea distribuit; quatenus inibi manentes, et matri suæ, quamdiu viverent, ministrarent, ac cunctis supervenientibus et in necessitate laborantibus in adjutorio subvenirent. Ipse vero Ducatum, matrem, familiam, et possessiones suas, et omnia quæ habebat, relinquere, et pro Christi nomine peregrinus fieri cogitabat. a Possessio autem prædiorum ejus, quam hereditario jure tam a patre, quam a matre et a ceteris progenitoribus suis possederat, a loco illo, ubi Reliquiæ ipsius conditæ sunt; videlicet ubi Naha fluvius Rheno influit, sursum per ripam Rheni usque ad b Selsam fluvium se extendebat; et deinde ad alia duo flumina, quorum primum Wiza, secundum Apfla dicitur, transibat; et illic ultra Naham fluviolum Elram dictum, qui ibidem medius trium fluviorum ejusdem vocabuli est, ascendebat: et ab hinc ad c Simeram amnem dirigebatur, et inde per sylvam Sane, ubi amnis, qui Heienbach vocatur, Rheno se infundit, recurvabatur.

deliberat de
statu vitæ:

Matth. 19. 21

ecclesias
aedificat:

E

a

b
dimissisque
possessionibus

c

in monte.
habitat;ubi Bingium
clim celebre:

F

8 Habitatio autem, tam B. Roberti quam matris ipsius, eodem tempore, propter suavitatem defluentium aquarum, in ipso loco erat, ubi Reliquiæ eorum nunc conditæ sunt. Civitas vero ipsorum, ibidem sita et fortissimis ædificiis munita, per totam adjacentem planitiem usque ad radicem vicini montis et usque ad ripam Rheni tendebatur. Sed ex altera parte Nahæ fluvii vicus erat, in qua habitacula famulorum et piscatorum eorum, et stabula equorum ipsorum, ac horrea, ubi frumentum eorum condebatur, et torcularia, ubi vinum ipsorum exprimebatur, fuerunt. In ipsis quoque locis major celebritas et major copia divitiarum et omnium secularium dignitatum illo tempore pollebat, quam in aliis civitatibus ejusdem regionis vigeret: quoniam ibi concursus et transitus multorum hominum diversarum provinciarum assidue frequentabatur.

9 Denique cum B. Robertus juvenilem ætatem attigisset, scilicet cum jam fere viginti annorum esset, multi propinquorum et ministrorum ejus ipsum, quamvis renitentem, ad voluptatem seculi trahebant. Quos ipse, quia totus in Dei amore ardebat, a se piis et convenientibus verbis repellebat, quia Deus, qui omnia tam futura quam præterita et præsentia novit, aliud in eo præviderat. Nam cum idem Beatus, velut arbor fructuum plena, tam pinguis et elegantis naturæ esset, ut mens ipsius per generositatem et divitias seculi in contrarietatem honorum facile perverti, et in sanctitate arescere posset (quemadmodum in quibusdam hominibus sæpe accidit, qui bona opera inceperunt, in quibus postmodum aruerunt) Deus ipsum ad se tulit. d Denique mater beati juvenis hujus Roberti, cum in viduitatis conti-

an. at. 20
frustra invita-
tur ad seculi
delicias:

l

nientia

A nientia Deo bonis et sanctis operibus devote serviret, somnium divina revelatione vidit, costam scilicet de latere suo cecidisse; unde multum perterrita, crebros gemitus et crebra suspiria cordis sui pertulit, sicut et postmodum non multo tempore transacto patuit. Nam filius ejus B. Robertus, cum in intentione devotionis quam Deo voverat esset, quatenus eam completeret, magnis febribus infirmari cœpit.

B 10 In qua infirmitate senex, quem dudum in somnis viderat, ei apparuit, dicens; Ego antiquus dierum, qui Danieli in visu noctis apparui, sum, et nunc etiam me tibi manifesto, teque ad gloriam infinitæ beatitudinis voco: quoniam per pomerium, quod tibi olim in visu demonstravi, bona et sancta opera, quæ modo complesti, veraciter præmonstravi. Qui ut de somno evigilavit, tristitia et timore perterritus, quia libenter complexisset quod Deo in desideriis suis voverat, matri suæ, quæ viderat, indicavit. Sed illa protinus maximo mœrore percussa, quantos gemitus quantosque luctus his auditis ediderit, a quolibet simile passo animadverti potest. Itaque cum beatus iste per triginta dies in præfata infirmitate laborasset, vicesimo ætatis suæ anno Deus eum, in bona confessione et in Dei timore, de hac vita tulit:

ne si ad perfectam ætatem perveniret, post vias patris sui incederet; quia qui omnia novit, sic illi expedire præscivit. Deus enim illum prævenit, et ipsum in innocentia fulgentem de hac vita subtraxit. In oratorio autem, quod ipse et mater sua super Naham fluvium in supradicto prædio, suo construxerant, cum maximo concursu populorum totius regionis sepultus est: aliis quidem super eum flentibus, quoniam immaturus de presenti vita sublatus est; aliis vero super eum gaudentibus, quia per miracula, quæ Deus ibidem per eum fecit, tota regio illa, velut dies per solem, illuminata est. Per octo namque annos Deus plurima signa et miracula, per merita hujus dilecti sui, in prædicto loco in infirmis, in claudis, et in captivis fecit; ita ut quicumque in tribulationibus vexabantur, ad sepulcrum ejus venientes, per gratiam Dei liberati sint.

C 11 Beata autem Bertha, vidua Dei electa, post felicem obitum filii sui, sanctam vitam in magna contritione cordis sui deinceps duxit; et omnia quæ habuit ad sepulcrum filii sui pro servitio Dei obtulit: et cuncta necessaria congregationi Fratrum, qui ibidem Deo in divinis serviebant, ex his pleniter ministravit. Nam post finem filii sui in omni bonitate jejuniorum, eleemosynarum, et orationum fere per viginti quinque annos vivens, multos labores pro Dei amore pie et juste consummavit; et deinde corporali infirmitate correpta, spiritum, quem semper in cœlestibus desideriis infixerat, Deo reddidit; et in pace, in sepulcro filii sui, in præfato prædio suo honorifice sepulta est.

E 12 Qua defuncta prædictus locus in honore sanctitatis, et in pace quietis usque ad tyrannidem Nortmannorum perstitit. Quibusdam etenim annis post felicem transitum Beatæ hujus Berthæ transactis, gens Nortmannorum, a finibus suis egressa, plurimas civitates circa fluenta Rheni divino judicio devastavit: *e* Treverim quoque destruxit, et sic grassando ad *f* civitatem Roboldi patris scilicet B. Roberti, ubi Naha fluvius Rheno commiscetur, de quo supra dictum est, perveniens, hanc etiam ruina et incendio ad nihilum redegit. Quo facto, cum nefarii homines isti tandem repercussi, feritatem suam deposuissent, et ad terras suas redirent; incolæ præfati loci, qui superstitēs remanserant, et qui per diversa latibula dispersi fuerant, revertentes, et civitatem suam dirutam cernentes, ex altera parte Nahæ fluvii, propter munimen decurrentium fluminum et adjacentium montium, alia habitacula

sibi ædificabant: et omnia quæ in lignis et lapidibus, in ejectis fundamentis atque in aliis utensilibus, a prædicto destructo loco deferre poterant, ad alteram ripam Nahæ ad illic habitandum deportabant. Et sic prior locus, qui dudum frequentia populorum, celsitudine ædificiorum, amplitudine divitiarum pollebat, desolatus est, atque per subsequenda tempora ad majorem desolationem perductus. Unde et omnia prædia, quæ B. Robertus hereditario jure possederat, per extraneos et diversos homines in contrarietatem dissipationis distracta sunt, et nihil ex iis incon vulsum permansit, excepta ecclesia, in qua idem Dei electus, ut supra dictum est, una cum matre sua requievit, quæ et usque ad tempora nostra duravit: sic etiam, quod eam oculis nostris perspeximus, cum ad eundem locum Dei monstratione pervenissemus: et exceptis quibusdam paucis vinetis ad eandem ecclesiam pertinentibus, quæ a Domino *g* Hermanno Hildesheimensi Episcopo, et fratre ipsius nobili viro, Bernardo dicto, per nos pretio comparavimus.

ANNOTATA.

a Hunc locum totum a se descriptum edidit Freherus in *Originibus Palatinis par. 2 cap. 11*: at quod expectamus, ipsa loca et maxime fluvii ubi sint siti, non indicavit.

b Habelius in *Vita Germanica Selsam fluvium statuit ad Ingelhemium oppidum, scilicet Sursam ad Rhenum; nec procul inde fluviali Wiza et Apfla statuuntur, vulgo Sels, Wiiss, Apffel dicti.*

c Simeræ urbs Ducatus titula celebris est ad *mnem Simeram, qui in Navum defluit et hinc termini Ducatus S. Ruperti videntur assignandi.*

d Altera hic interjecta digressio fuerat.

e Trevirensis urbis excidium contigit anno 882 et sequenti.

f Binga hic appellatur civitas Roboldi, patris S. Ruperti.

g Hermannus præfuit Ecclesiæ Hildesheimensi ab an. 1160 usque ad an. 1174, qua redux e Palæstina obiit in Italia. At S. Hildegardis vixit usque ad annum 1177.

TESTIMONIUM AUTHENTICUM

De aliquibus Reliquiis translatis.

F Nos Joannes Svicardus a Cronbeg, insignis Metropolitanæ Ecclesiæ Moguntinæ Scholasticus, ac S. Albani Præpositus, Reverendissimi ac Illustrissimi in Christo Patris ac Domini, D. Wolfgangi sanctæ Sedis Moguntinæ Archiepiscopi, S. R. Imperii per Germaniam Archicancellarii, Principis Electoris, Vicarius Generalis in spiritualibus, et ad infra scripta ab eodem specialiter deputatus Commissarius, universis et singulis, ad quos hæ nostræ pervenerint, post debita nostra promptaque officia et obsequia, notum facimus et esse cupimus, qualiter Reverendissimi ac Serenissimi Domini et Principes, D. Philippus D. G. Episcopus Ratisponensis et Ferdinandus Præpositus Argentoratensis, Palatini Rheni Comites, ac utriusque Bavarie Duces, post absolutam in hac nostra Metropolitana urbe et ecclesia, juxta statuta et consuetudinem ipsius, non sine præclaro virtutum et Religionis exemplo, residentiam, cum hinc a nobis ad sacra limina Apostolorum recedere statuerunt, pro ea qua sunt erga Deum Deique sanctos, quorum memoria in benedictione est, ardenti pietate et affectione petiverint, ut priusquam ab ecclesia et diœcesi nostra discederent, sacra loca et monasteria religiosa veneratione

*matre per
risionem
præmonita,*

*ad æternam
gloriam
evocatur,*

*et sepultus,
claret mira-
culis.*

*Mater post
vltam sancte
actam,*

*et conspeli-
tur.*

*e
f
Binga a
Nortmannis
vastata*

*D
A. S. HIL-
DEGARD.*

*reædificatur
in alio loco.*

g

E

F

EX MSS.

A visitare, ac de sacris eorum Reliquiis nonnihil secum ferre et asportare gratioso consensu Celsitudinis suæ liceret. Quorum laudabili zelo et pietati Celsitudo sua gratificari cupiens, nobis speciali mandato commisit, ut piis votis eorum satisficientes, petitionem quamprimum effectui mandaremus. Quod pro debito obedientiæ nostræ obsequio exequentes, accersito ad nos Reverendo viro Vito Mileto, sacræ Theologiæ Doctore ad S. Mauritium hoc loco Præposito, cum cum litteris et mandatis Vicariatus et Commissariatus nomine, una cum Reverendo et eximio viro ac Domino Quirino Leonino, ejusdem sacræ Theologiæ Licentiato, Cathedralis Ecclesiæ Ratisponensis Canonico, Serenissimorum Principum Theologo et moderatore, ad ecclesias et circumjacentia loca sacra amandavimus, iisdemque plenariam potestatem fecimus, sacras eorum Reliquias in archiviis et reliquiariis debita eum reverentia inquirendi, aperiendi, examinandi, ac de iisdem quantum discretioni et religioni congrueret, in timore Domini ad nos referendi. Qui commissum sibi munus, sedulo exequentes, prævia diligenti inspectione et informatione, has ad nos ex Abbatia Virginum montis S. Roberti, vulgariter Rupersberg, Ordinis S. Benedicti, juxta oppidum Bingam, Reliquias attulerunt, scilicet duas costas de S. Ruperto, filio quondam Roboaldi Comitis Palatini Rheni, ex Berta Austrasiæ et Lotharingiæ Ducissa, adhuc carnosas : item alia tria ossa oblonga ejusdem : item de spina dorsi adhuc carnosum : item dentem ex ejusdem capite, de mento superiori sub oculo dextro : item ossa tria de S. Hildegarde, ibidem quondam Abbatissa, Virgine nobilissima et religiosissima, quæ spiritu prophetico plena, conscripsit opus epistoliarum pulcherrimum de suis visionibus sive revelationibus, tempore D. Bernardi et Eugenii Papæ tertii, quos libros illius Eugenius quartus approbavit et confirmavit; ejus natalis celebratur xvii Septembris. Item de eadem costulam unam ac de spina ejusdem : item ossa duo de S. Bertha matre S. Ruperti, Austrasiæ et Lotharingiæ Ducissa : item guttur cum alia particula de S. Satyria Virgine et Martyre. Quas quidem sacras Reliquias nos debita eis reverentia accipientes et exosculantes, accepto prius a Dominis Subcommissariis solenni juramento, quod eas in locis debitis, archiviis et reliquiariis, pro veris, certis et indubitatis sacris Reliquiis, ab antiquo et ultra hominum memoriam ab omnibus vere Christianis orthodoxe Catholicis semper et ubique reverenter habitas et cultas, ac de iisdem non raro ante hac ab Archiepiscopis Moguntinis summis Regibus et Principibus communicari ac transmitti solitas, bona fide deprehenderint et compererint : ita quod de earum fide

et veritate nemo vere Christianus ambigere possit D aut debeat. Ea qua decebat reverentia animique demissione, nomine et ex parte Reverendissimi et Illustrissimi Domini nostri Archiepiscopi et Principis Electoris Moguntini, Serenissimis Principibus, sub ipsa sanctæ Missæ celebratione, cum multis aliis huic instrumento non insertis Reliquiis, præsentibus ad hoc specialiter requisitis Notario et testibus infra scriptis, in Dei nomine, ad ipsius et omnium Sanctorum suorum gloriam tradidimus : Deum Patrem Domini nostri Jesu Christi, cum quo omnes sancti feliciter vivunt et regnant, humiliter et ex animo precantes, ut hoc quaecumque servitutis nostræ obsequium illis ad gloriam et honorem, Serenitatibus vero ipsorum nobisque omnibus eorum intercessione ad salutem proficiat æternam. Amen. In quorum omnium et singulorum fidem præsentibus hasce fieri, propriaque manu subscribere, ac sigillis Vicariatus nostri et ipsius Abbatissæ et Conventus memorati monasterii communiri voluimus. Acta sunt hæc in Metropolitana civitate Moguntia, in Sacello coriæ Serenissimorum Principum, sub anno natiuitatis Christi millesimo quingentesimo nonageno secundo, die vero x mensis Augusti, Pontificatus S. D. N. D. D. Clementis octavi anno primo, præsentibus ibidem Rev. Nobilib. Magnif. et eximiis viris ac Dominis, D. Adolpho Wolff dicto Metternich, Canonico Spirensi et Præposito S. Andreae Wormatiæ, dictorum Principum Aulæ præfecto; D. Ætherio Hoffmann S. Theol. Doct. Collegiarum Ecclesiarum D. Virginis ad gradus et S. Petri extra muros Moguntinenses respective Decano et Cantore, almæ Universitatis Moguntinæ pro tempore Rectore; D. Balthasaro Bafer ab Holibus, dd. Principum Cubiculario; D. Joan, Hagero Bavaeo, dd. Principum Capellano, ad præmissa specialiter requisitis et vocatis. Quæ omnia et singula, in jam dicto loco et die, circa horam septimam antemeridianam, sacro prius Missæ officio, ipsis reliquiis super altare positis, devote habito, per tunc D. Rev. Archiepiscopi Moguntini deputatos Commissarios supra memoratos, una ibidem adhuc existentes, tactis primo per ipsos Sanctis Dei Evangelii, ad tenorem datarum litterarum, vere et legitime dicta, acta, gesta, tradita fuisse, ego Georgius Molitoris, publicus Notarius, Reverendorumque Dominorum Capituli summæ ædis sacræ Moguntinæ Secretarius, juratus, una cum testibus supra scriptis, mecum ad hoc specialiter de novo rogatis, in veritatis testimonium evidentissimum, hac meæ manus subscriptione propria ac signeto Notariatus ad marginem solito apposito, coram universis et singulis attestor.

† locus sigillorum †

G. II

DE SANCTO WITESINDO,

MARTYRE CORDUBÆ IN HISPANIA.

ANNO DCCCXI

Historia
martyrii,

Sanctus Martyr Enlogius, sub Maurorum tyrannide coronatus, scripsit *Memoriale Sanctorum*, qui in eadem persecutione Christi fidem aut confessionis constantiam aut sanguinis etiam effusione confirmaverunt, ac lib. 3 cap. 13 describit martyrium SS. Amatoris, Petri et Ludovici, quos peremptos assunt ii Kalendas Majas Æra dcccxi, is est annus Christi dcccxlv, ut diximus ad eorum Acta xxx Aprilis. Dein cap. 14 ista subiungit : Ea tempestate

Witesindus quidam, vir ætate jam plenus, ex provincia Egabrensi, qui nescio ob quam persecutionem dudum fidei sanctæ lapsum incurrerat; dum ad exercitium nuper indepti cultus adhortaretur, abnegat se hujusmodi sacrilegio manere infectum : et quod vel carnis infirmitate, vir circumventionem diaboli scelus admiserat, constanti animo ejuravit ac reprobavit. Illo momento cum talia fateretur, sub celeri indignatione peremptus est Æra qua supra.

memoria in
fastis 30
Aprilis

A pra. scilicet DCCCXXIII, sive anno Christi OCCCLV. Ferrarius in Catalogo generali eum retulit cum precedentibus tribus Martyribus ad diem etiam xxx Aprilis his verbis: Cordubæ in Hispania S. Witesindi Martyris, Egabrensis: et addit ex tabulis suæ Ecclesiæ: nam in Tabulis generalibus Ecclesiæ Cordubensis hæc die agitur de S. Amatore imo et sociis. Hæc Ferrarius, ut videntur indicare tabulas Ecclesiæ Egabrensis. Addit dein a Marietta assignari natalem ad diem x ejusdem mensis Aprilis. Agit hic de eo lib. 2 de Sanctis Hispaniæ cap. 92, et expresse sub finem asserit, ab Eulogio non indicari mensem neque diem, ut passim alibi factum. Martinus de Roa libro de Sanctis Cordubensibus, eumque secutus Tamayus Salazar ad hunc xv Maji referunt S. Witesindum Martyrem,

15 Maji.

asserentes a Romanis hunc diem ejus festo relictum esse, instante Joanne del Pino, Presbytero piissimo et devotione erga Sanctos suos conspicuo. Pro isto aliisque Sanctis, quorum quia nomina deerant Romano Martyrologio cultum intermissum esse dolebat, exhibente auctoritatem antiquorum Breviariorum, quorum unum, inquit Roa scribens anno MDCXV, penes me est. centum et viginti quatuor annis antiquius. Ambrosius Morales, in Commentario ad hanc Vitam, asserit Egabrum priorem, id ipsum quod nunc Cabra est, oppidum fuisse, et Episcopum olim habuisse, et nunc Comitatus nomen et titulum præbere: distare a Corduba milliariis sex et triginta, sive (ut ait Marietta) circiter duodecim leucis. Inde ergo oriundus S. Witesindus, Cordubæ martyrii palmam est adeptus.

D
AUCTORE G. H.

DE S. NICOLAO MYSTICO

PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANO.

G. H.

ANNO
DCCCXXXV

Memoria in
MSS. fastis
Græcorum.

B
Lronis Sapientis seu Philosophi Imperatoris Constantinopolitani Mysticus fuerat S. Nicolaus, id est, non solum secretioris ejus consilii Senator, sed ipsius Senatus oculus seu Præses; et ab hoc excellenti Magistratu translatus est ad Patriarchatum Constantinopolitanum, ac tandem plenus dierum ac meritorum migravit ad Christum, hoc xv Maji: ad quem diem, sancti, sive τοῦ ἐν ἀγίοις, Patriarchæ Constantinopolitani Nicolai depositio inscripta est per vetusto Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitane, quod est Collegii Claremontani Societatis Jesu Parisiis. Ejusdem Patriarchæ Nicolai sacra memoria ad eundem diem celebratur in Menæis MSS. Mediolanensibus bibliothecæ Ambrosianæ, signatis littera O et num. 148, et in unis Menæis Ducis Sabaudie: in alteris vero refertur ad diem sequentem xvi Maji, uti etiam in Parisiensibus Cardinalis Masarini. At pridie sive ad diem xiv Maji, in MSS. Divionensibus Petri Francisci Chiffletii, dicitur S. Nicolaus Patriarcha Constantinopolitanus in pace quievissse, udjungiturque hoc distichon.

Ὁ Νικόλαος ἐκλιπὼν στίαν βίου,

Πρὸς ἄσκιον μετέηλθε φωτὸς χριστοῦ.

Umbram relinquens Nicolaus seculi,

Translatus est in nescium umbrarum locum.

Creatus Patriarcha anno 895.

C
2 Inter uxores, quas Leo Sapiens successive duxit, prima S. Theophono, quæ a Græcis refertur ad diem xvi Decembris, quarta Zoe fuit, quam in illa dignitate vixisse annum unum et menses octo, scribit Leo Grammaticus in Chronographia, hanc Zoen matertera suam appellans, adeo ut certior haberi uqueat auctor notitiæ de S. Nicolao postulata. Mortuo ergo S. Antonio Culea Patriarcha, cujus Acta illustravimus ad diem xii Februarii, in ejus locum Nicolaus Imperatoris Mysticus proventus est anno MCCXCV, quem creditum sapientia alios et prudentia antequam ait Cedrenus: quæ vero deinde contigerunt, ita narrant Leo Grammaticus pag. 481. Tauromenium Sicilia civitas Eustathii capta est, socordia aut verius prodicione Eustathii classis Drungarii, et Caramali, nec non Michaelis Characti, ibidem repertorum, quamplurimis Romanorum ea in clade cæsis. Reversi in urbem ab Imperatore et Patriarcha reprehensi, et a Michaele Characto prodicionis convicti, morte condemnati sunt: Patriarcha vero Nicolao apud Imperatorem interpellante, mors condonata: verberibusque sollemniter subjecti, bonis eorum publicatis, inter monachos detrusi sunt. Et pag. 483, E Zoe, inquit, quarta conjuge Constantinum filium Leo suscepit,

Duobus
reus vitam
impetrat:

qui festo Luminum a Nicolao Patriarcha in magna Ecclesia, suscipientibus puerum e fonte Alexandro Imperatore, Samona Patricio et Proceribus cunctis, baptizatus est.... Eandem vero Zoen declaravit Augustam Imperator, quem ea propter Ecclesiæ liminibus Patriarcha prohibuit: ut exinde pariter dextera Ecclesiæ parte, via consueta penitus relicta, ad Mitatoricum usque pertransiret. Samonas deinde Accubitor proventus est, quod ad omne facinus et pravitatem Imperatori manum præberet auxiliarem, et adversus Ecclesiam cœperunt meditari. Vocatum quippe ad se Nicolaum Patriarcham die primo Februarii, precibus instabant, ut in Ecclesiam reciperentur. Ut vero flectere non potuerunt, a convivio publico, ad quod vocatus fuerat, ejectum et per Bucolcontem ductum, lintrique impositum, in Hieriam trajecerunt: e qua pedes ad Galacrenos usque nive multa delibutus pervenit. In ejus locum Euthymius Syncellus vir gravis et temperatissimus suffectus est, quem dicunt divina revelatione id munus suscepisse. Volebat enim Imperator hæresim et legem ponere, qua viro tres quatuorve uxores ducere liceret, pluribus doctissimis viris ad id opus conferentibus. Hæc Leo agens de uxoribus successive ducendis, et consentit Cedrenus, cujus interpres perperam interposuit simul tres quatuorve uxores ut ducere liceret. De illa olim prohibitione lata consule Matthæi monachi quæstiones matrimoniales, libro 8 tomi primi Juris Græco-Romani, et quæ Cardinalis Baronius Annalibus inseruit ad annum nongentesimum primum, ubi allegat promulgatum ab Imperatore hoc Leone constitutionem, qua prohibuit tertium matrimonium, ut illud contrahentes poena per sacros Canones statuta plecterentur. Interim ille idem, qui hæc sanxit, post tertiam uxorem defunctam, adhuc quartam accepit. Cujus rei causa Nicolao Patriarcha ab Ecclesia ejectus est, omnesque illæ turbæ sunt subsecutæ in ejus ejectione et Euthymii subrogatione, cum schismate divisa illa Ecclesia, Nicolao alii, alii vero Euthymio inhaerent. At quomodo se habuerit quadrigamia ista Leonis Imperatoris in conjugum successione, ex Præambulis Constantini Porphyrogeniti ad edictum unionis ex libro 2 Novellarum Juris Orientalis describit, ibidemque videri potest tomo 1 pag. 103. Sed potius ad restituendam in Sedem S. Nicolaum propinquemus: quo nos monuducens tradit Leo Grammaticus ita scribendo.

3 Cum Leo Imperator gravi morbo jactatus, successorem suum fratrem Alexandrum designasset,

E
baptizat
Constantinum
filium Leonis
Imp.

mittitur in
exilium,

* Galacrenorum monasterium a se conditum.
Cedrenus

quod obstaret
quarto conjugio Imperatoris.

F

Auctore G. H. Leone mortuo ab Alexandro cum Constantino imperante, restituitur Sedl.

set, essetque obtestatus ut Constantium filium suum protegeret; diem extremum obiit undecimo die Maji: quem etiam diem obitus assignat Cedrenus. Mense Majum solum indicat Zanaras: at Coropallates Scilizza ait xi Junii mensis decessisse e vita. Annus is erat nongentesimus undecimus. Tum, inquit Leo Grammaticus, imperavit Alexander una cum Constantino Leonis filio annum unum dies viginti novem: missoque ad Nicolaum ad Galacrenas nuntio, Euthymium Patriarcham deposuit, et Nicolaum secundo restituit. Habuit autem Alexander ad Magnauram Silentium, et concilium celebravit, atque Euthymium ab Agatho advocavit: eundemque cum Nicolao Patriarcha sedere jussit, iudicii assessores ejus depositioni vacabant attentius, cum dedecore venerandi et per omnia mirandi viri colendam barbam vellicantes, aliaque opprobria et injurias inferentes: quas quiete et mansuete honorabilis et sacer vir tolerabat. Ex quibus ad Agathi aedes vita functus, in proprio monasterio juxta Psamathium depositus est.... Alexander Imperator mori se praevidens, Nicolao Patriarcha, et Stephano Magistro, et Joanne Magistro Elada, et Joanne Rectore, et Euthymio, et Basilitze, et Gabriele pule Procuratoribus institutis, Constantino Leonis filio reliquit Imperium.... Eo itaque Palatii potestatem adepto, Nicolaus Patriarcha rebus communibus providebat, curamque gerebat quotidianorum regni negotiorum....

B 4 Mense porro Augusto Simeon Bulgariae Princeps, adversus Romanos comparato exercitu, cum multitudine gravi Constantinopolim appulit; et vallo a Blachernis ad portam Chrysem vocatam circumducto, Urbem obsedit: alisque spei suae in-sublime elatus, subacturum omnino nullo labore promittebat. Probatis autem in adversum moenium munimentis, Urbisque, ex populi copia et machinis, securitate ac praesidio conspecto, spe deceptus, in locum Hebdemum dictum pacis oblaturus foedera reversus est. Procuratoribus pacem oblatam libenter excipientibus, Simeon Theodorum Magistrum de illa tractaturum misit. Nicolaus autem Patriarcha, Stephanus et Joannes Magister, Imperatore secum ducto, Blachernas usque profecti, filios Simeonis geminos induxerunt in Urbem, qui in Palatii una cum Imperatore convivati sunt. Nicolao vero Patriarchae ad Simeonem accedenti, ipse Simeon caput inflexit. Patriarcha igitur super eum orationem furus, Stemonatis vice proprium capitis tegumentum ejus imposuit capiti. Denique itaque immensis et quam maximis excepti Simeon et ejus filii in patriam reversi sunt, ad invicem discordes ob praefatae pacis conditiones....

C 5 Constantinus Imperator revocatam a matre et ad se translatae Imperii potestatem omnem declaravit, et Nicolaum Patriarcham, Stephanumque Magistrum in Palatio sibi adesse mandavit.... Imperator et Patriarcha Joannem Garidam ad se vocatum Scholarum Domesticum esse jusserunt, veriti ne Phocas in rebellionem deficeret.... Nicetas autem Patricius, Romani consocer, in Palatio praefectus, Nicolaum Patriarcham inde dejecit.... Sacerum autem jejuniorum quinta hebdomade, mense Aprilis, Helenae Romani filiae contractus nuptialis arrha a Constantino Imperatore traditur, et tertia Paschatis feria, Galileae dicta, benedicitur, et cum ea nuptialibus corollis redimitur a Nicolao Patriarcha: et tunc Romani Imperatoris pater declaratur, et Romani vice Christophorus ejus filius Heteriarques instituitur.... Quarto vero supra vicesimum Septembris mensis, Caesaris dignitate; Decembris autem mensis decimo septimo Christi Domini Proparentum festo, Imperii diademate a Constantino

Imperatore et Nicolao Patriarcha Romanus ornatur: D Sanctorum deinde Luminum die Theodoram uxorem coronat. Mox Maji mensis die decimo septimo Indictione * quinta Christophorus Romani filius Imperator renuntiatur, et ejusdem mensis vicesimo sanctae Pentecostes die festo a Constantino redimitur: istique duo soli ejusdem diei processu solenni per urbem progressi sunt. Porro Julio mense Indictione * viii, die Dominica, totius Ecclesiae a Romano inita est concordia, cunctis Metropolitibus et Clericis, qui a Nicolai et Euthymii partibus divisim steterant animis, in consensionem redeuntibus....

D 6 Septembri vero mense Indictione * ii, Simeon Bulgariae Princeps, copiis omnibus eductis adversus Constantinopolim, expeditionem parat. Inde Thraciam et Macedoniam depopulatur, incendia ubique spargit, evertit omnia, et ad arbores usque exscindit. Ad Blachernas praeterea devectus, Nicolaum Patriarcham et Procerum quosdam, ut de pace conferrent, ad se mitti postulavit. Datis igitur ex parte utraque obsidibus convenerunt, prius quidem Nicolaus Patriarcha, deinde Michael Patricius Stypietes, et Joannes Mysticus, qui ab Imperatore secundas tenebat. Et hi quidem cum Simeone de pace tractatum habebant: Simeon autem retro eos amandavit: ipsum vero Imperatorem videre expetiit, a multis de ejus prudentia, fortitudine et solertia certior factus.... Imperator una cum Patriarcha Nicolao ad Blachernas et sanctum loculum progressus, ad preces manus extendit: deinde pronus in terram cadens, sacrum lacrymis pavementum irrigavit; Deiparam a labe immunem obtestatus, ut inflexum et rigidum superbi Simeonis emolliret cor, et quae sunt pacis inspiraret: sacroque scriniolo, quo veneranda sanctae Deiparae vestis reposita est, aperto, illam inde sublata, ex fide qua in immaculatam Dei Genitricem pollebat, velut galeam capiti circumponens Imperator, firmissimis armis monitus, classi viae comite, clypeis, et armis adornata, ad praefixum locum cum Simeone tractaturus accessit.... Simeon equo desiliens ad Imperatorem accessit, dataque invicem salute, pacis tractatum moverunt.... Simeon Imperatoris moderationem et sermones cum verecundia miratus, pacem componi annuit. Cum igitur sibi invicem valedixissent, a se mutuo disjuncti sunt...

E 7 Decembris autem mensis die vicesimo quinto, filios suos Stephanum et Constantinum Romanus Imperii corona cinxit: sed et Theophylactum filium Clericum totendit Patriarcha, et Subdiaconum ordinavit, tandemque Syncellum promovit, cum prius ad sanctum Ingressum cum Subdiaconis adlectus processisset.... Mensis vero Maji die decimo quinto Indictione * iii mortem obiit Nicolaus Patriarcha, post secundam renuntiationem throno potitus annos tredecim: ejusque corpus in Galacrenarum monasterio ab eo condito depositum est.

F 8 Hactenus Leo Grammaticus, auctor coxvus et oculatus testis in sua Chronographia, quam Indictionibus perperam definitis inturbavit incuriosus aliquis amanuensis. Nam sicut antea pag. 497 lin. 7 legebatur Indictio decima nona cum sola nona esset colloconda, ita in jam transcriptis eadem nona Indictio perperam vocatur quinta, anno scilicet mccccxxi, quo Christophorus Romani Lecapeni filius die xx Maji festo Pentecostes est Imperator coronatus. Eo scilicet anno Cyclo Lunae 10 Solis 6 littera Dominicali G Pascha celebratum fuit ipsis Kalendis Aprilis, et festum Pentecostes dicto xx Maji. Eodem errore dein Indictio octava pro decima, secunda pro undecima, et tertia pro decima tertia notatur, atque ita apud Continuatorem ix Indictione: a legi observat in Notis Combefis. Mortuus ergo est S. Nicolaus xv Maji anni mccccxxv. Restitutus autem in Sede ab Alexandro Imperatore, anno mccccxi

Cum alius Constantini Imperatoris Procurator constituitur,

a Simeone Principe Bulgariae reverenter excipitur,

degit in Palatio,

adest nuptiis Constantini.

Romanum Lecapenum Imperatorem coronat:

imo nona

lege x

lege xi

rursus Bulgariae Principem adit,

E deinde ducto ad eundem Imperatorem

pacem conciliat.

Mortuus 15 Maji lege xiii

anno 925.

aut

Ant initio sequentis. Nam is solum anno uno et diebus viginti novem regnavit : atque ita hac secunda vice Ecclesie præfuit S. Nicolaus annis tredecim. Appellatus est idem Nicolaus Priscus, seu ejus nominis primus, respectu eorum qui postea successerunt, fueruntque Nicolaus Chrysoberges sub Basilio Romani Leucapeni

filio post annum DCCCCLXXX; et Nicolaus Grammaticus, sub Alexio Comneno seniore seculo XII : extat autem tomo I Juris Græco-Romani lib. 4 inter Sententias Synodales Constitutio sub titulo Nicolai Prisci, quod litteræ Patriarchales gratis concedantur petentibus eas, uti ibidem pag. 249 legi potest.

D
AUCTORE G. H.

DE BEATO DOROTHEO

EREMITA LUCÆ IN ITALIA.

G. H.

XV MAJI

Franciscus Maria Florentinus, nobilis Lucensis, a quo habemus Martyrologium S. Hieronymi erudite illustratum, sequentia nobis de hoc beato Eremita communicavit. Idibus Maji in Comitatu Lucensi in Vico Cardoso, longe ab urbe Lucensi xviii millia passuum, depositio B. Dorothei Eremitæ: quem in quadam valle, proxima sacello ejusdem nominis dicato, diu ab humana consuetudine sejunctum, vigiliis, orationibus atque contemplationibus intentum, immaculatam vitam duxisse ex antiqua traditione perhibent. Addunt locum, quem incolebat pius Eremita, adeo aquis caruisse, ut necesse illi foret supplices ad Deum preces fundere, ut de opportuno latice providere tuguriolum suum dignaretur. Plenus erat fide, baculum quo nitebatur in terram defixit, et somno captus, dum expurgiscitur, baculum in arborem frondibus ramisque scatentem excrevisse vidit : ad ejus radices fontem enatum admiratur

Sacello erecto honoratur

B
ad ejus viventis preces baculus fronduerat

perennis vividæque aquæ. Perstat adhuc fons, et plures, beati Eremitæ meritis, ex eo bibentes, a Deo sanitatis gratiam adipiscuntur. Fama est oppidi Burgensis incolas pluries observasse supra locum sepulturæ beati Viri nocturnos splendores, et hiuc ansam accepisse, ut sanctum corpus furtim surriperent, sed improvisa cæcitate percussos abstinuisse. Celebratur quotannis ex antiquissimo instituto festum; et brachium thecæ argenteæ impositum quotannis sacra pompa ex parochiali ecclesia ad B. Dorothei sacellum defertur, Episcopo Lucensi probante. *Hæc Florentinus : quæ plerumque etiam habet Franciottus de Sanctis Lucensibus pag. 507 et sequenti. Additque imaginem antiquam ejus in altari conspici, et in hoc aliquas ejus Reliquias ab Alexandro Guidiccione seniore Episcopo Lucensi repertas, ac Missas frequenter de eo celebrari.*

et fons in arido scaturierat.

Nocturni splendores post mortem.

Processio annua.

E

DE S. ISIDORO AGRICOLA

MADRITI IN CASTELLA.

D. P

CIRCA MCXXX.

Brevem habuit nec nisi viginti novem mensium Pontificatum Gregorius Papa XV, sed multis rebus in communem Ecclesie utilitatem et magnam Catholici nominis commendationem sub eo gestis memorabilem. In his fuit quinque clarissimum Sanctorum anno MDCXXII uno eodemque die XII Martii celebrata canonizatio, quando hanc communem omnibus Orationem primus cantavit Pontifex : Deus qui glorificantes te glorificas et in Sanctorum tuorum honoribus honoraris ; concede propitius ut qui Sanctorum Isidori, Ignatii, Francisci, Theresiæ et Philippi gloriosa merita colimus, eorum apud te patrocinia sentiamus. Ex his Ignatius de Loyola, Fundator Societatis Jesu, colitur xxxi Julii ; Theresia Virgo, Fratrum ac Sororum Ordinis Carmelitarum arctioris observantiæ reformatrix ac magistra, xv Octobris ; Franciscus Xaverius, e Societate Jesu Indiarum ac Japoniæ Apostolus, iii Decembris ; hoc autem mense Mayo die xxvi, Philippus Nereus, Congregationis Oratorii Fundator ; et præsentis die xv Isidorus Agricola Madritensis : de ejus veneratione atque cultu quidquid præfari possemus, longe distinctius copiosiusque continetur in iis, quæ dictam canonizationem prægressa narrabimus, post antiquiora Acta, quæ recenti adhuc plurimum miraculorum memoria conscribi jussit quidam Joannes Diaconus paulo post annum MCLXI, et insigni appendice auxit anno MCLXXV vel paulo post.

Canonizatio 12 Martii 1622 peracta.

Acta scripta anno 1275,

quorum authenticum exemplar anni 1595 exhibemus,

2 Eorum vetustissimum exemplar nunc servatur, cum ipso Sancti incorrupto corpore, intra eandem pretiosissimam arcam : sed exemplar authenticum, transumptum a Notariis publicis anno MDCXCV, obtinuit Excellentissimus D. Gaspar Ibanez de Segovia et Peralta

Marchio de Mondejar atque Agropoli, ad jus gradus eminentioris Magnatum Hispaniæ, quos Grandes appellant, anno MDCLXXVIII proventus ; a quo damus submissum egiographum, illustramus Annotationibus : et subjungimus primum Analecta ex Jacobo Bleda, Ordinis Prædicatorum viro erudito, et magnæ etiam in Palatio auctoritatis, Vitam et miracula S. Isidori duobus libris Hispanice complexo ; deinde recentiora miracula, quæ idem Jacobus Bleda ex Processibus authenticis collecta similiter Hispanice dedit, ex eodem Latine redditu proferimus. Scripsit opus suum Bleda et imprimendum dedit post decretum, sed necdum celebratum Canonizationem ; ad ejusque calcem secundam uberiores editionem promittit, tractaturus in ea haud dubie de festivo triumpho, Romæ atque Madriti Sancto jam canonizato exhibitis ; sed ea non videtur prodisse in lucem. Nos certe tale nihil adhuc vidimus, uti neque de miraculis canonizationem secutis quidpiam ; quæ tamen, auctori jam S. Isidori honore, multa ac magna credibile est accidisse, non tantum Madriti, sed per Hispaniam universam. Si autem petita per litteras aliquando nasciscamur, laud paulo amplior fortassis existet materia pro supplemento, quam quæ hic proprio loco proponitur.

3 Ante Bledam, qui Joannis Diaconi contextum operi suo verhotenus inseruit Hispanice redditum ; eundem anno MDLX Hispanice ediderat Joannes Hurtadus de Mendoza, Dominus de Fresno Torote ; et circa idem tempus ipsum puriori Latinitate donaverat Petrus de Quintana Curatus Latazonensis, anno MDXCV vito sanctus. His succedens Mag. Alphonsus de Villegas, Sacelli Mozarabici S. Marci in ecclesia Toletana Capellanus, idem qui collegit opus Flos-
Sanctorum

F
cum Analectis et miraculis recentioribus ex Jac. Bleda

Eundem Acta ab aliis Latine et Hispanice edita :

A *Sanctorum nuncupationem, anno MXXII imprimi fecit translationem novam Joannis Diaconi : quam mox anno MXXIX Hispanicis versiculis illigavit Lopez de Vega Carpio ; contextum vero Latinum , omissis miraculis , Martyrologio Hispanico inseruit Joannes Tamayus de Salazar. Præterea Melchior Ramirez de Leon, Proto-notarius Apostolicus, ex Processibus Romam adductis aliquam vitæ et miraculorum historiam collegit Italice circum tempus canonizationis prædictæ ; quam Germanice reddidit a Muz. Petro Albertal Presbytero, habemus excusam Dilingæ anno MDCXXIX. Hi sunt qui prænotatum argumentum speciali tractarunt opere : ceteros qui idem delibaverunt, longa serie adnotat Jacobus Bleda lib. I cap. 2. Accesserunt autem postea plures quorum nomina colligere ta diosum foret. Omittendus tamen non est Lucius Marmarus Siculus, ceteris antiquior, qui Carolo I^o Commentarios suos de rebus Hispanicis anno MXXVII edidit, et lib. 2 agens de Madritensi civitate ; Habet etiam nunc, inquit, alumnus, virum sanctissimum, nomine Isidorum, qui fuit agricola vir sanctissimus, pro ejus meritis et operibus Deus multa miracula in vita ejus et post mortem bonis hominibus ostendit : quæ nos in magno volumine legimus, eo scilicet quod ad S. Andream haberi diximus, sub nomine Joannis Diaconi.*

B *Ad diem cultus quod attinet, is ut fixus esset mense Majo Paulus V decrevit anno MDCXXIX, cum antea celebraretur annua translata primæ corporis memoria Dominica Quasi modo sive in Albis, uti constat ex ordinationibus Confraternitatum, in honorem illius congregatarum. Sic in iis quas anno MDLVII confirmavit Cardinalis Silicæns Archiepiscopus Toletanus, statuitur secundo loco, ut festum S. Isidori, quod occurrit in Dominica Quasi modo, quando corpus ejus fuit elevatum de terra, celebret Capitulum cum Confratribus, qui tunc fuerint in ecclesia S. Andream, aut alia quacumque ecclesia vel monasterio, ubi talis devotio constituta erit : in aliis autem, quas Cardinalis Quiroga approbavit anno MDLXXXVI, dicitur nunc loco, Ordinatum ut Dominica Quasi-modo singulis annis fiat sollemnissimum festum, cum Vesperis et Missa cantata, sicut moris est, in ecclesia S. Andream, eo quod tali die extractum de terra fuerit corpus S. Isidori. Id autem sic esse servatum ab initio, persuadet articulus cujusdam consultationis Capituli et Cleri Madritensis, habita anno MCCCXXXVIII, circa festivitatem immaculatæ Conceptionis, S. Sebastiani et S. Isidori, ut melius observentur festa dictorum gloriosorum Sanctorum, augeaturque fidelium devotio ; additurque ea sic esse ordinata, die xx Aprilis anno post Christi nativitatem MCCCXXXVIII, cum Madriti in ecclesia S. Andream convenissent intra capellam, in qua sepultum est corpus S. Isidori, ad ejus festum celebrandum. Dicto enim anno, Cyclo solis 19 lunæ 14 littera Dominicali E, Pascha celebrationem fuit xiii Aprilis, undeque Dominica prædicta ejusdem mensis die xx.*

C *Porro cum ex prædictis omnibus Ordinationibus nulla ullius alterius festivitatis Sancto celebranda notitia habeatur, mirum est quid sibi velint hæc, a prælaudato Marchione ex quibusdam Confratrum ordinationibus derumpta verba nobisque transmissa : E los Majordomos, que escribano este anno en que estamos del Señor de 1487 annos, que empezo por el de Señor San Isidro, que es a 30 dias del mes de Noviembre del año 1487 annos, otorgamos e conocemos. Hæc enim verba Latine reddita hunc sensum formant, Majores-domus qui scribuntur hoc anno, in quo sumus, Domini MCCCXXXVII, qui inchoatur per diem Domini S. Isidori, qui est xxx dies mensis Novembris anni MCCCXXXVII, indulgemus et cognoscimus. Ego nisi meras tenebras nihil hic video. Ut enim annus dicatur inchoari a xx Novembris (videntur enim in istis verbis anni initium et festum S. Isidori tali die componi) sup-*

poni debet inchoari annus ecclesiastico more cum Dominica 1 Adventus. Atqui hæc ut in xxx Novembris cadat, requirit litteram Dominicalem E, talis autem primam fuit anno MCCCCLXXXVIII, quando Adventus incipiens xxx Novemb. inchoasset ecclesiasticum annum MCCCCLXXXIX. Sicut igitur is qui dictas ordinationes aliquando transcripsit, erravit ponendo numeralem cyfram 7 pro 9, sic videtur omisisse quardam verba, aliorum vero ordinem et sensum turbasse : qui fortassis hic fuit : E los Majordomos, que escribano este anno en que estamos del Señor de 1489 annos, que empezo a 30 dias del mes de Noviembre, por el dia del Señor San Isidro, que es a [26 de April] del año 1489 annos, otorgamos e conocemos. Sic enim hic foret sensus : Et Majores-domus (ita autem appellabantur Confraternitatis dictæ Rectores) qui scribuntur hoc, in quo sumus, anno Domini MCCCCLXXXIX, inchoato a die xxx Novembris ; pro festo S. Isidori, quod est [xxvi Aprilis] anni MCCCCLXXXIX, concedimus et cognoscimus etc. Sicut enim in Consultatione anni MCCCCLXXXVIII notabatur festum S. Isidori incidisse xx Aprilis, sic pro anno MCCCCLXXXIX, qui hobiturus erat Pascha die xxix Aprilis, notandum erat festum xxvi ejusdem mensis. Si autem etiam in Novembri festum aliud celebratum aliquando fuisset, credibile est distinctionem ejus usus memoriam apud posteros fuisse relinquentiam.

D *Interim Hieronymus Roman de Higuera (qui ut aliquando cognosceretur primus auctor fectorque fabularum sub nominibus Deatri, Maximi, Luitprandi, Juliani et Auli Hali hoc seculo productarum, permisit Deus plura MSS. illius venire in manus eruditorum virorum, quemque sola læsæ mentis præsumptio excusare potest a manifestissima alias impostura) Hieronymus, inquit, de Higuera in suis ad Julianum annotationibus hæcenus ineditis, Hispanicè de S. Isidoro sic loquitur, Vitam ejus scripsit stylo simplici et parum limato Joannes Diaconus ecclesiæ S. Andream, circa annum MCLXV tempore Regis Alfonsi Sapientis : et quamvis non dicat quo tempore floruerit iste Sanctus, certo tamen colligitur ex Juliano Archiepiscopo S. Justæ, quod vivebat et mortuus est, quando Archiepiscopus Toletanus erat Visitans, anno MCCCCLXXXIII : et ultimo die Novembris celebratur ejus festivitas. Verba MSS. Hispanica misit nobis prælaudatus Marchio, Chimericarum Hieronymi inventionum solertissimus indagator ; de cujus fide sibi suspecta ne dubitare possint qui illo nomine ipsi adversantur, opportune tale quiddam a se lectum testatur Didacus Bleda, lib. 1 cap. 28 ; ubi nimium credulus Higuera sic ait : Julianus Archiepiscopus S. Justæ Toleti, qui eodem circiter tempore (quo scilicet Joannes Diaconus scribebat) scripsit suam Recollectionem, loquens de S. Isidoro, et quod Joannes Diaconus S. Mariæ Madritensis ejus vitam scripserit, dicit quod celebrabatur ejus festum ultima die Novembris, sicut refert P. Hieronymus de la Higuera. Eadem allegat ex Higuera Hieronymus Quintana, Historiæ Madritensis lib. 2 cap. 28 : sed res, inquit, mihi valde suspecta est, quia Julianus fuit Sancto contemporaneus : et siquidem eidem supervixit, ad diem tamen translationis quadraginta annis post obitum factam, quando primum coli Isidorus cepit, non potuit pertigisse.*

E *Vidamus autem in hoc exemplo, quam verum sit quod eruditissimus Marchio in suo discursu Historico pro Patronatu S. Fructuosi brevius, prolixius deinde prima parte Dissertationum ecclesiasticarum Dissert. 3 cap. 4, demonstrat, Higeram fictiones suas ita compilasse, ut prius quam ex post auctoris mortem publici juris fierent per prælum, plurimum in iis successive mutaverit, addiderit, detraxerit, prout schedas suas cum variis frustatim communicando, eorum sententias vel objectiones probabat aut improbat. Extrema enim et jam*

D
haud dubie
depravatus,

E

translatum
est ad Ju-
liani scilicet
recollectiones,

F

quas deinde
auctori plu-
rimum dicit,

A jam perfecta MSS. sub nomine Juliani Petri, ad Bibliothecam Comitum de Olivares perlata fuerunt, tamquam rarissimi pretii cimelium, indeque anno 1628 Parisiis excusa habemus (quam editionem vidisse Bleda non potuit) ea vero sic habent in Chronico n. 512 ad an. DCCCCLXXIII. Hoc anno moritur Mageriti, quod a quibusdam falso dicitur Mantua Carpetanorum, Isidorus Agricola, vir pius et charitate fervens, 28 Novembris, vivens mortuusque miraculis multis celeberrimus. et in tota Hispania clarus. Scilicet quod in scriptis quæ Bleda vidit Recollectionis titulum ferebat, postea visum Higuera fuit Chronicon appellare: quia variorum Carminum Collectio appellandum erat figmentum aliud, impressum ante Chronicon. Mageritum pro Majorito, credi potest Parisiensium typothetarum errori vel autographi imperfectioni tribui potius debere quam auctori, sicut etiam quod dies 28 pro 30 irreperit. Quod Joannes, qui in uno MS. dicebatur Diaconus S. Andrew, in alio appellatur Iaconus S. Mariæ Madritensis, nescio quomodo causam habuerit: nisi notam jam multis auctoris fatuitatem. Cur autem ejusdem nulla jam in impressis fiat mentio, clare video. Constitutum Higuera erat finit Chronicon sui Pseudo-Juliani cum Imperatoria (si Superis placet) coronatione Alfonsi, scilicet VIII filii Urracæ, peracta Anastasii Papæ auctoritate, ejus nominis quartus et ultimus vix sesqui anno sedit, defunctus in fine anni MCLV, quo tempore vulde senem concipi volebat Julianum suum, ut qui ab Alfonso VI, per similem fictionis licentiam Imperatore etiam coronato, Romam se missum comminiscitur, anno MCLXXVI, cum Bernardo Archiepiscopo Toletano Hispaniarum Patriarcha, et ex ore Popæ tunc audivisse, quod semper ab Apostolicis temporibus fuerat Toletanus Archiepiscopus Patriarcha.

8 His autem positis, expungi debuit Joannis Diaconi nomen et memoria, quem ex ipso miraculorum ab eo descriptorum textu constabat sub an. MCLXXV scripsisse; ut in eo quod Marchio allegat MS. Higuera censeretur pro 1275 irrepsisse 1265 per memoriale auctoris vel transcribentis sphalma. Satis etiam prave pro fatuo cavet Higuera, ne in morte S. Isidori meminisset Archiepiscopi Visitanum: quippe qui in ultimum reformato Chronico confictum a se prius Toletanorum Archiepiscoporum Chronologiam pariter reformans, Visitanum e vivis exemerat anno DCCCXIV. Confictam dixi, quia ab anno DCCXV, per annos trecentos sexaginta novem in Maurorum potestate Toletum fuit, teste Mariana; et anno primum MCLXXVI post receptam a Christianis urbem secundo, tentata est spes deligendi novi Præsulis, quod in tanta rerum perturbatione tantisque tenebris aliquot ætatibus intermissum erat; uti scribit idem Mariana lib. 9 cap. 17. Quotquot igitur ab Urbano, sub quo urbs capta fuerat, ad Bernardum, eadem recepta ordinatum, nominantur Episcopi apud Tamajum de Salazar ad diem XXV Octobris, toti antiquitati ignoti numero triginta duo, ex Higuera somniantis cerebro profuissent, interque illos supra nominatus Visitanus: æque ac tot Hispaniæ Imperatores, qui more Romanorum seu Germanorum Imperatorum, triplici donabantur corona, prima ferrea Toleti, secunda argentea Legionis in templo S. Isidori Hispaniarum Actoris; tertia aurea Compostelle in ecclesia S. Jacobi. O quam merito huic Pseudo-Juliani Chronico applicari potest, quod ab ore Tamaji veritas expressit de alio similis figmenti opere, ad 3 Aprilis: videmus in hisce Juliani Adversariis tot glossematum ineptias quod ferrum potius quam illa deglutire compellemur. Interim paucis rejectis, ceteris implet Martyrologium suum, et multos etiam hodie sequaces habet; quibus cum insano insanire permissis, dico, nulla verisimilitudine mortuum Sanctum fingi anno DCCCCLXXIII; unde nec inventus est quisquam, qui in hoc Pseudo-Julianum sequeretur, etsi diem xxx No-

vembris ab eo sumptum, non esse rejiciendum putaverint aliqui.

9 Inter cetera parva quæ Toletum capto, Maurisque eo casu percussis, sub Christianorum ditionem adjuncta fuerunt oppida, idem Mariana Madritum numerat, certiora multo ad contendendam Historiam monumenta nactus, quam quæ ab Higuera sectatoribus obtruduntur figmenta. Hinc de ætate S. Isidori, qui pacata in solidum re Christiana floruit, peti potest verosimilius argumentum. Cum enim ex Joanne Diacono constet, mortui sanctitatem primum miraculis illustrari captum quadragesimo a morte anno; idemque Joannes de miraculis istis dicat, multa quidem diversis temporibus ac diversis modis in pluribus personis esse ostensa sed quæ per culpam negligentiam non sunt scripta: satis intelligere datur, quod ab obitu Sancti viri usque ad Æram MCLXX, seu Christi annum MCCXXXII (quando gestam primum eorum miraculorum, quæ ut suis temporibus patrata scribi jussit idem Joannes) ægre potuerint fluxisse integra duo secula, nec tamen multo minus quam seculum unum requiratur. Proinde non longe videtur aberraturus a vero, qui Sanctum diceret fuisse refossum, eo quo ubi alius mortuus statuitur anno MCLXX, adeoque e vivis excessisse circa annum Christi MCLXXX. Nam Relatio Cardinalis de Monte, quæ annis quadraginta serius eam mortem collocat coram Gregorio XI, ex judicio eorum qui causam informarunt; minus verosimilem sequitur opinionem existimantium ipsam sancti Translationem ætate Joannis Diaconi ferme contigisse: quod sane ex ejus scriptis non colligitur. Quin potius ex 13 primis numeris, quibus Vita et translatio continetur, apparet, cum talia accepisse ex sola majorum traditione, non autem ex ore seniorum, qui ipsi vel Sanctum viventem cognoverint vel saltem Translationi defuncti interfuerint: alioqui non minori accurate in istis erat notaturus Æram, quam notavit in miraculis præne singulis. Quis enim credat veram temporis notitiam intra annos viginti, qui a Translatione ad primum miraculum fluxissent, adeo ab hominum memoria deleri potuisse, ut scriptor temporum notandorum minime negligens, discere nulla ratione potuerit, quo præcise anno facta fuerit Translatio: atque hinc ad defuturam proprium annum mortis ascendere? Quanto etiam longius a Joannis ætate removeris annum jam dictæ mortis, tanto minus miraberis verum ejus diem fuisse datum oblivioni, nec a Joanne cognosci aut scribi potuisse: qui nec ipsam diem Translationis gloriosæ indagando reperit; de quo ad nos aliud nihil jam superest, quam conjectura quod fuerit Dominica Quasi modo, quando quidem ea solitum fuerit annum S. Isidori festum instaurari, ut supra vidimus.

10 Joannes de Marietta, lib. 6 de Sanctis Hispaniæ ad initium Capituli 26, notat in Margine diem IV Aprilis; et in hoc sequacem mox habuit Ferrarium in Catalogo generali Sanctorum. Sed quid in eo sequi potuerit Marietta non video. Non certe annum quo scribebat, qui fuit MDXII; ab anno enim MDXI, usque ad annum MDCLV nunquam contigit Dominicum istam cadere in IV Aprilis. Multo minus divinaverim quomodo Fr. Joannes Ortis, in suo Flos-Sanctorum scribere potuerit, quod sermonem de Sancto istis positum prædicaverit 1 Aprilis anni MDLXXI: isto enim anno Pascha celebratum fuit die XXIX Martii, adeoque Dominica Quasi modo convenit in diem V, non 1 Aprilis. Postquam vero die XV Maji colit hunc Sanctum, etiam prius quam canonizaretur, indulsit Pontifex Paulus IV, et hunc diem festivum agit universa Hispania, nequeo concipere, quæ causa inducerit Romani Martyrologi recognitores sub Urbano VIII anno MDCLXXX, ut ad X Maji hæc legenda præscriberent, Madriti S. Isidori Agricole, quem Miraculis clarum Gregorius XV, una cum Sanctis Ignatio, Francisco, Teresia et Philippo in Sanctorum numerum retulit. Madriti certe

D
AUCTORE D. P.

Videtur autem obisse Sanctus

circa annum 1130, Translatus circa 1170
E

Dominica in Albis

F

Cui alii quartam

et 1 Aprilis

nil etiam 10 Maji notant, non apparet

cui nunc inserta mentio S. Isidori ut an. 973 mortui,

sed expuncto nomine Joannis Diaconi,

et Visitani Archiepisc.

B

C

A certe colitur hic Sanctus æque ac in toto Hispania die
 AUCTORE D XV, uti constat ex ordine divinum Officium recitandi,
 quotannis imprimi solito, qualem habemus Madriti im-
 pressum pro an. 1647 et Hispali pro anno 1656. Co-
 litur autem festum ejus Hispali et Madriti ut duplex
 Majus, cum Octava, et præscribitur in Martyrologio
 primo loco ponendum nomen. Interim qui Romæ se-
 mel irrepsit error, continuatus est in nova editione anni
 MDCLXXIV, jussu Clementis X carata: quod satis fuerit
 hic monuisse eos ad quos ista res pertinet.

ACTA

Auctore Joanne Diacono ex MS.

FIDES AUTHENTICA

De stylo, vetustate, et forma Codicis originalis.

De vita et miraculis B. Isidori, Mantuani Car-
 pentani, opus Joannis Diaconi, quod retro a vetustis
 temporibus reconditum asservatur in Sacrario a ce-
 lebris Parochiæ Divi Andreae ejusdem oppidi, exara-
 tum antiquissimis b characteribus. Auctor vixit
 circa annos MCCXXXII et MCLXXV, qui testatur de his
 rebus, quibus vel ipse interfuit, vel ab illis qui in-
 terfuerunt se audivisse c commemorat. Stylus sim-
 plex, candidus, purus, et qui veritatem ipsam præ-
 sefert. Rerum series antiquissimis traditionibus
 hujus oppidi Madritensis, aliorum scriptorum testi-
 moniis, inscriptionibus et vetustis imaginibus, in
 quibus hujus sanctissimi viri gesta et miracula ex-
 primuntur, mirifice respondet. Ecclesiasticos hym-
 nos et cantica, quibus sanctus vir ea tempestate
 celebrabatur, continet. Quæ omnia ipseque rerum
 progressus insignem auctoris pietatem et indubita-
 tam fidem aperte ostendunt, et quod ejus historiæ
 lux veritatis assistit. Ego Antonius Vazquez Romay,
 Protonotarius Apostolicus, et vicem gerens proprii
 Parochi Doctoris Hieronymi Lupi Lassi in Parochia
 Divi Andreae, attestor, et omnibus fidem facio, vera
 esse quæ superius continentur: in cujus rei fidem
 me subscripsi, et signo proprio munivi, manumque
 propria atque meo sigillo roboravi.

2 Ad hæc ego ipse attestor, dictum antiquissi-
 mum d Librum manuscriptum, cum proprio cantu,
 virgulis et punctis regulatis, ad cultus divini usum
 et proprietatem, in laudibus Domini et Divi Isidori
 decantandis, his propriis hymnis in hoc pergamineo
 quaternione cum ipsa vetustate asservatum, magna-
 que custodia in archivo ipsius ecclesiæ oclusum,
 sic ibi esse conscriptum viginti et octo foliis, at
 vero paginis quinquaginta et duobus, et aliis duobus
 foliis quæ supersunt una facie. Duæ aliæ paginæ
 conscribuntur alia forma, littera, et manu differen-
 tibus, tempore et occasione ejusdem visitationis
 corporis ipsius Sancti, et alterius ejusdem proces-
 sionis in hac villa. Quæ omnia tamquam veridica
 ab omnibus recipiuntur. Hujus beati viri miros actus
 et historiam appetentibus, ipsique Codici, ut verita-
 tem continenti, fides adhibetur e. Liber ipse origi-
 nalis (ut apparet in suis litteris. capitalibus et ma-
 jusculis) tam in discursu ipsius historiæ, quam pun-
 ctuatione ipsorum Ecclesiasticorum hymnorum, per
 sexaginta et septem distinctiones distenditur, prima
 facie mediocres paginæ alia manu, littera, et forma,
 ab ipso originali libro distincta, f conscribuntur.
 Quæ omnia coopertorio pergamineo antiquissimo,
 ipsamet folia sarcita, consuataque videntur, ad mo-
 dum Codicis, conclusi quadam cordula coriique fu-
 niculo, con un boton (ut vulgo dicitur) prout se-
 quitur.

ANNOTATA.

a Nunc autem ipsum servari in ipsamet capsâ, in
 qua S. Isidori corpus sub novem clavibus custoditur,
 scripsit nobis Marchio Agropolitanus.

b Doctor Alphonsus de Villegas; inquit Bleda
 cap. 1, existimavit quod historia Joannis Diaconi,
 quæ hodie ostenditur in ecclesia S. Andreae, sit
 translata: adeoque fieri posse ut prætermisæ inter
 transferendum sint quædam res valde notabiles
 quæ ibi non inveniuntur, puta miraculum fluvii
 sicco pede transitu a benedicta ejus uxore, annus
 nativitatis ac mortis, nec non contracti matrimonii,
 et filius ex eo natus. Sed profecto, si de translatione
 ex vernacula lingua in Latinam agitur, non est credi-
 bile Joannem alia lingua quam Latina scripsisse, eo
 tempore quo nullus adhuc usus erat vernaculæ linguæ
 ad ejusmodi scripturas. Si quæstio est de sola trans-
 criptione, gratis assereretur non integre fuisse transcripta
 omnia; cum mirum non sit ea quæ requirit ipse fuisse
 præterita.

c Intelligendum hoc de miraculis, intra annos jam
 dictos patris: de Vita enim et translatione Sancti
 sola traditio scribenti prætulit.

d Magnam ejus antiquitatem probat ultimum mira-
 culum, Æra MCCXXII id est anno 1275 patratum; post
 quod olio caractere mox sequitur actus Hispanice scrip-
 tus anno 1421. Quia tamen omnia miracula Capituli
 4, descripta post Hymnos, longe succinctius exponuntur,
 quom miracula prioribus Capitulis notata; dubium est,
 an ea alterius auctoris non sint, qui Joannis Diaconi
 opus una cum Hymnis describi jusserit et addiderit ap-
 pendicem istom annorum quatuor; ultimum enim mira-
 culum ante hymnos accidit anno 1271.

e Addit Notarius initium et finem libri, uti a nobis
 edetur: initium quoque et finem duorum actuum ad cul-
 cem libri additorum.

f Dubito an sensus satis sincerus sit: mirum enim
 foret si tam accuratus Notarius omiserit observare, quot
 poginæ in principio ita discrepent a reliquo contextu:
 ver sots apparet, quid hic appelletur prima facies.

CAPUT I.

Vita sancta, et miraculis probata; eleemosynæ
 viventis.

Apod a Majoritum memoria Beati Isidori, Jesu
 Christi Domini nostri gloriosissimi Confessoris, qui
 cum esset simplex agricola, Deo devotus et homini-
 bus amabilis videbatur, et non negligens imo dili-
 gens sanctarum Scripturarum imitator existens,
 non temporalia spiritualibus, sed spiritualia tem-
 poralibus præponebat. Omni namque die, ut relatu
 bonorum virorum didicimus, summo mane, agricul-
 turam postponens, sanctarum Dei ecclesiarum ora-
 turus quam plurima limina visitabat: et mirum in
 modum per magnam diei partem orationibus insi-
 stens, sua per exercitia operam dantibus convici-
 nis, ultimus sed impiger opus attractans debitum,
 adjuvante Domino aliorum opem superabat, com-
 memorans illud quod ait Apostolus; Laborate ma-
 nibus vestris, ut inde possitis egenorum inopiam
 sublevare: et alibi b, Semper operis aliquid facito,
 ut te diabolus inveniat occupatum. In tantum enim
 gratia caritatis succensus amore flagrabat divino, ut
 non solum hominibus, quamvis dives non esset,
 tamquam nihil habens et omnia possidens, sed fame
 et frigore laborantibus avibus (prout poterat) ali-
 menta exponebat. Unde accidit quadam die hiemis
 tempore, terra nivibus cooperta, cum ad molendinum
 iret triticum moliturus, quodam se concomitante c
 filiolo

F
 a
 Frequens in
 oratione ac
 templis

et strenue
 laborans,

Eph. 1, 28

b
 etiam esu-
 rantes co-
 lumbas
 pascit.

c

a

b

B

Auctor plu-
 rium rerum
 testis de visu,

c

ac fide di-
 gnissimus.

d

Codex per-
 quam anti-
 quus;

C

e

f

A filiolo, et columbarum congeriem inspiciens ramis arborum consedentem; et easdem aves intelligens diu famis periculo cruciatus, motus misericordia circa illas, pedibus et manibus terram verrens, eodem de tritico, quod suæ necessitati paraverat, eisdem avibus apposuit abundanter. Quod videns ejus quidam consocius, moleste ferens, Beatum Isidorum irridendo, quasi stultum pro amissione tritici reputavit. Venientes autem ad molendinum nulla in ejus sacco tritici diminutio est inventa; imo quod mirum est, in tantum farina concrevit, ut amborum sarcinulas, quæ prius erant quasi dimidiæ, abundantius impleverit.

tritico per miraculum aucto.

*Gen 3, 19
Apud Dominum suum accensatus sero venire ad laborem,*

4 Secundum ergo et præcipuum inter cetera, quod per virum Dei Isidorum dignata est operari divina providentia, dignum non est ullatenus omitendum. Cum enim divinæ judicio providentiæ, juxta illud quod dictum est primo parenti humani generis: In labore manuum et sudore vultus pane tuo vesceris, in semetipso juste rectificavit, non aliter vitam ducens, quoniam de labore manuum suarum victum quærere præelegit. Unde factus obediens in primo parente Dominicæ jussioni, cujusdam Majoritensi de plebe Militis factus est sub mercede annua humilis inquilinus. Igitur cum sub hoc statu, in rure villæ proximo positus, vitam cum labore duceret uxoratus; reddebat Deo quæ Dei erant, et fraterna proximis quæ debebat. Quidam vero ex ruris convivalibus suggesterunt de eo Militi cujus hereditatem sub mercede notoria laborabat, eum taliter accusantes: Venerande Domine, nos taliter vere esse vestri noti et subditi profiteamur, quo [quæ] videmus et agnoscimus in vestram derogationem cedere, ad vestri profectum nolumus reticere. Sciatis pro certo quod Dominus *d* ille Isidorus, quem in rure vestro ad vestra operanda prædia sub mercede annua elegistis, debito agriculturæ relicto opere, summo surgens diluculo, ex peregrinationis proposito vadit omnes Majoritenses Ecclesias sub orationis titulo visitandas. Unde quia diei progressu redit serotinus ad laborem, fere debitum laboris dimidium non adimplet. Unde ad hoc non bateatis nos de cetero malevolos aut exosos, ex quo palam suggestimus quod rat utile, et vestra domui profuturum.

offert de suo resarsire daunum:

5 His auditis, miles conturbatus est animo: ac altera die pergens commotus ira, quia verum esse cognovit quod ei suggestum fuerat, ad beatum virum perveniens, ipsum insolenter subsannavit. Beatus vero Isidorus, in Christi patentia jam edoctus, verba modeste respondit hujusmodi: O carissime venerande, cujus sub patrocinio sum statutus, pando vobis fideliter, quod a Regum Rege, et Sanctorum grege, et eorum servitio, nec volo nec valeo ullatenus separari: at si pro laboris mei tarditatis initio timetis in messium fructibus ubertatem debitam minerari, juxta judicium vicinorum minorationem adinventam de meo placet vobis in integrum restituere, Unde probitatem vestram deprecor, ut in eo quod mei juxta Domini famulatum satisfacio, et vestræ utilitati non derogo, nequaquam graviter perferatis. His auditis verbis, probus Miles modeste, cum ejus recommendatione gratiæ, tamen aliquantulum dubius de auditis, domum propriam repelavit. Sed quia vir Dei Isidorus domum suam super firmam petram ædificaverat, cunctis curarum seu minarum incursum inconcussus ab usu consuetudinibus, quam circa Dei ecclesias orando assidue frequentabat, instanter non destitit ulterius exercere, toto corde ac toto animo verbum Dei memoriter reminiscens: Primum quærere verbum Dei, et vobis necessaria non deerunt. At vero predictus Miles, cujus jussioni suberat, recogitans experiri factum viri Dei, quadam die surgens summo mane, ac pergens in

ab eoque deprehensus,

via infra quamdam speluncam se contextit, ut oculorum suorum propria visione factum cerneret viri Dei. Qui cum Dei famulum tardius redire a peregrinatione solita respexisset, et imputaret quasi negligenter manum apponeret ad aratrum, aspexit et indoluit. Unde commotus animo incepit abire, ut cum eo super hoc acrius disceptaret.

6 Sed quia secundum verbum propheticum, Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit? in via pergente prædicto milite irritato corde contra Dei famulum, divina potentia disponente, vidit subito in eodem agro sub agriculturæ officio duo juga boum, absque suo proprio, juxta virum Dei coarantia atque colore albertia, prompte ac firmiter laborare. Qua visione commonitus et admirans, viæ a progressu substitit, stupens valde, et admirando recogitans quid hoc esset. Verumtamen jam prænosens quod nullum habebat vir Dei humanum adjutorium non deesse. Gaudens ergo et admirans, dum approximavit ut cognosceret, et ut approximando perquireret quid hoc esset; vertens oculos ad momentum in partem aliam, et reducens in agri sui cultum, alium non respexit nisi solum Dei virum Isidorum laborantem. Super quo prodigio, corde varia recogitante, tandem ad sensus prudentiam rediens, verbo salutationis exhibitio, interrogavit Miles satis modeste virum Dei Isidorum, in hunc modum: Rogo te, carissime, per Deum, cui fideliter famularis, ut mihi promere non desistas, in agricultura tua, qui tibi extiterunt paulo ante comites adjutores? Ego enim tecum vidi quosdam alios te juvantes et insimul laborantes, sed a meo conspectu subito in ictu oculi sunt elapsi. Tunc vir Dei justus, bene sibi conscius, simpliciter sic respondit: Ante conspectum Dei, cui pro posse mea servio, vobis pando fideliter, quod in hac agricultura, nec vocavi nec vidi aliquos adjutores, nisi solum Deum; quem invoco et adimploro, et semper habeo adjutorem. Tunc Miles ille compunctus corde super his quæ viderat, ac cœlitus illustratus, cognovit, divinam gratiam circa Dei famulum inhaerere. Unde in recessu novissima dixit ei: Quidquid mihi dictum est ab adulatoribus vel susurronibus vilipendo, amodo enim quidquid in hoc rure possideo sub potestate tua constituo, ac etiam quæcumque faciendi sunt libere tuo arbitrio derelinquo; ac deinde vale facto domum suam rediens, quod sibi contigerat multis concivibus propalavit. Unde inter cetera hoc miraculum usque in hodiernum diem multorum acrius memoriæ est impressum. Item accidit quodam die festo in ætatis tempore, quod vir Dei juxta suum morem post horam nonæ adivit ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ, cum devotione fundendi preces ad Dominum: qua in oratione cum devotus persisteret, supervenerunt pueri eidem celerius nuntiantes rumorem hujusmodi: Surgite, pater Isidore, et accurratis quam citius, quia ecce lupo rapidus insectatur talem vestram bestiolam, et fatigat, antequam ei mortis inferat lesionem. Tunc vero vir Dei respondit illis: Ite in pace, filii, fiat voluntas Domini. Oratione vero finita, exiens videre, quod ei casu nuntiatio acciderat; invenit lupo feralem mortuum, et juxta eum, suum sine læsione animal liberatum: quocirca divinitus consolatus statim recurrit ad ecclesiam S. Mariæ Magdalenæ, ad Domino gratias referendas, qui sua misericordia salvat homines et jumenta.

7 Item quia, prout viri justi Tobie acceperat documentum, admonentis suum filium, et dicentis, Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si vero exiguum, libenter impertiri stude, veræ misericordiæ semper visceribus affluens, nunquam juxta posse ab elemosyna desistebat. Unde accidit quadam die Sab-

D

A. IDAN.
DIACONO
EX MS. 1123

Is. 40, 13

videtur Angelis adjutoribus uli:

E

e

F

eodem orante
uccatur lupo.

Tob. 4, 9

Elemosynam
dare volentis
jussu,

A bathi, quod cum de coquinæ suæ ferculo, juxta sui modum, aliquibus indigentibus piam eleemosynam jam fecisset; supervenit subito quædam persona miserabilis, petens ab eo quidquam eleemosynæ sibi dari. Sed quia nihil tenebat præ manibus, ductus nimia pietate, dixit uxori simpliciter: Rogo te per Deum, uxor carissima, ut si quid pulmentarii superest, huic eleemosynam impertiaris pauperi. Ipse vero, conscia nihil superfuisse residui, perrexit ut ei ostenderet, coquinæ urnam esse vacuum. Sed nutu Dei piissimo volente satisfacere pii servi desiderio, invenit eandem urnam refertam pulmentario. Quod cum ipsa vidisset, subito istud tale mirabile, facta stupida, subiecit ad momentum: sed exhilarata ex tam evidenti miraculo, beneficii divini conscia, grantanter et abunde indigenti cibaria ministravit, idque viro suo intimare timuit, sciens eum inanem gloriam respicere. Sed quia spiritu Dei ferventes in his quæ Dei sunt linguam non decet compescere, non voluit, quia non decuit, vicinis et aliis personis idoneis, prout Dominus ostentaverat, enarrare. Et hoc, prout a fidelibus nobis narratum est testibus, dignum duximus adscribendum.

B 8 Item divina providentia disponente profecto contigit, quod (prout est in diversis terrarum partibus assuetum) Confrater existeret, et in cujusdam numero Confratriæ: et cum die statuta omnes stauerent commune prandium celebrare, vir Dei vocatus Isidorus, ut erat solitus, devota oratione ad eundo ecclesias moram facit diutinam, unde finito convivio supervenit; tamen quosdam pauperes, quos invenerat ad januam domus celebrati convivii eleemosynam expectantes, secum misericordiæ introduxit. Quod videntes ex ejus Confratribus quidam verbum hujusmodi intulerunt: Vir Dei bone, mirabile est de vobis, quod pauperes istos vobiscum mittitis, cum non supersit quidquam residui, nisi solum vobis portio reservata. Quod vir Dei verbum ferens cum patientia, sic respondit: Ex parte Dei quod nobis datum fuerit inter nos pariter partiemur. Tunc servitores mensæ adeuntes urnam, ut sibi afferrent particulam reservatam, eandem refertam pulmentario carniū plenarie reppererunt. Quod cum viderent subito factum prodigium, mirabiliter stupefacti, ad momentum temporis siluerunt; et reservantes præconium tempori opportuno, cum hilaritate et gaudio, tam viro Dei quam pauperibus introductis, ad sufficientiam optata fercula ministrarunt. In tantum etiam fercula suffecerunt, quod aliis pauperibus de residuo porrexerunt; impleta prophetia quæ fideliter canit, inquirentes Dominum non deficient omni bono. Finito vero convivio, vir Dei levatis ad cælum manibus, nomen Domini benedixit, commemorationem pro benefactoribus non omitens: ac deinde discumbentibus vale fasciens, ad B. Mariæ Magdalenæ vicinam ecclesiam properavit, offerre Domino cum summa devotione copiosas gratias, cujus donum jam sibi præparaverat, in suis necessitatibus opporuno tempore misericorditer subvenisse. Omnes illi qui domi affuerant, tam Confratres quam alii servitores, patratum miraculum factum tam subito evidentissime cognoscentes, compuncti corde, et collaudantes nomen Domini, virum Dei verum Dei esse famulum crediderunt. Unde viri Dei vero firmati miraculo, non solum per rura sed etiam per villam, multis viris multisque feminis, quod acciderat fideliter enarrarunt; ut multi testes, multi Dei fierent laudatores, qui suscitavit egenum de pulvere, et de fimo elevat pauperem, ut sedeat cum principibus, et solum gloriæ teneat. Quod in isto vero Dei famulo, non solum spiritualiter, sed etiam corporaliter esse cognoscimus adimpletum; cujus corpusculum gloriosum in ecclesia S. Andreae Apostoli,

inter principes gloriosos Apostolos collocatum hodie requiescit, pulchram humanæ gloriæ sedem teuens; et in cælis sede remuneratus gloriæ, cum sanctis omnibus perpetuo gloriatur.

ANNOTATA.

a Majoritum vulga Madrid, nomen antiquioribus incognitum. Sunt qui a Mauris inditum velint et locum ventosum eo notari; alii, quia non procul inde videtur fuisse Mantua Carpetanorum, id quoque nomen hoc seculo usurpant; eadem de Oculo Mantus filio fabulantes, quæ Mantuani in Italia; cum prudentius diceretur traductos sub Romanis colonos, a veteri in Italia patria hoc novæ sedi nomen dedisse in Hispania.

b Fortasse ouctor scripserit et alius: non enim Apostoli verba hæc sunt, sed alicujus ex antiquis monachis.

c Nomen credo filii, ut mox infra uxoris, desideravit Villegas supra citatus.

d Per ironiam sive sarcasmm titulus hic ei ab invisidus dari videtur, pro quo Tamoyus posuit Colonus. Sunt tamen in transumpto Notorialis multa scriptiois vitia, quæ mihi fas esse velim subinde corrigere, ut supra nos taliter vere esse scripsi, ubi in cœgrapho nostro et Tamayi erat verum.

e Bleda cap. 19 Omnes dicunt, inquit, quod prædium istud fuerit locus qui dicitur Caramanchel inferius. Opiniatoni huic favet, quod teste eodem Bleda cap. 25, proximum ei adsitum sit eremitorium S. Mariæ Magdalenæ, de quo mox.

CAPUT II.

Mors, elevatio, miracula secuta.

Hic itaque cum bonis polleret moribus, legitime conjugem habens et filium, domus suæ bonus dispositor, ut oportet, laudabilem vitam ducens, laudabiliorem exitum largiente Domino, mervit obtinere. Cum vero tempus accidit quod Dominus Jesus Christus, justus iudex, ejus labores assiduos remunerare piissime decrevisset, decidit in lectulum; et cum sibi jam persentisceret vitæ præsentis diem novissimum imminere, sumpto Viatico, contestando bona sua temporalia, licet brevialia, admonendo familiam suam in Domino, ut decebat, percussoque pectore, complosis manibus, compressis oculis, Factori suo, Redemptori suo, cui se totum voverat, consignatus, cum talento munere duplicato, humilem in Christo spiritum exhalavit, suorum mercedem laborum in terra viventium a Christo Domino perenniter suscepturus. Cui viro pulcherrime adaptatur illud quod in libro Sapientiæ, de justi viri persona, laude egregia hujusmodi prænotatur: Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam Sanctorum; honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius. Sepultus est autem in a Cœmeterio B. Andreae Apostoli, a cujus ecclesia, tempore peregrinationis assiduæ ac suæ orationis a villa ultimo ad suum laborem progrediens, recedebat. Ubi corpus ejus per multa tempora jacuit, id est, quadraginta annos, quasi a nullo hominum visitatum: et ita latuit per tantum tempus, quod in tempore pluviarum, rivulus aquæ superfluous, irumpens terræ faciem, sepulturæ foveam introiret. Sed Dominus miserator, qui custos est electorum suorum die ac nocte, dicens in Evangelio, Capillus de vestro capite non peribit; non est passus, servi sui fidelis capillum nec membrum aliquod deperire.

10 Divina miseratione tunc contigit, quod cuidam suo compatri prædictæ ecclesiæ commoranti nocte apparuit, admonens et indicens, ut indicaret parochialibus viris illius ecclesiæ, corpus suum a prædicta

D

E

Pie mortuus,

F

Sap. 10, 9

a
post humilem
annorum 40
sepulturam,

Luc. 21, 18

et geminant de
corpore ele-
vando risio-
nem,A JOAN.
DIAGONO
EX MS.vacua olla
inventur
plena,Utumque
pauperibus
ad convi-
vium du-
ctis cibus
suppedita-
tur.

ps. 33, 11

A prædicta sepultura debere, jubente Domino, elevari; et in ecclesia B. Andreae prædicti Apostoli honorifice collocari. Ille vero suus compater, humilitatis ejus tempora reminiscens, ac bonæ fidei existens, dubius renuit admonitionem quam viderat propalare; qua de causa percussus fuit in infirmitate usque in diem translationis ejus. Disponente vero Domino secundo apparuit euidam matronæ bonæ fidei, noctu per visionem admonens, ut dictum est, debere a populo in prædictam ecclesiam se transferri. Quod cum bonæ fidei prædicta matrona populo indicaret, quia ejus vitam justam et honestam quidam agnoverant seu quidam audierant, omnes unanimiter sepulturam viri Dei diligentius effoderunt. Quem cum invenirent integrum et illæsum, ac ejus velamina sana et integra, suavem incensi odorem habentia, magnifico Domino, qui facit mirabilia magna solus, grates copiosissimas cum magno gaudio et gratiarum laudibus retulerunt, quia dignatus est sui fidelis humilitatem relevari, ac sui electi thesaurum cum suis electis Principibus sociari. Unde tam probi Milites quam omnes alii congaudentes, unanimiter beati viri corpus in ecclesia prædicti Apostoli, juxta beatorum Apostolorum altaria, in novo mauseolo debita honorificentia collocarunt: per quem cooperante Domino, multa miracula, quæ per culpam negligentiae non sunt scripta, diversis temporibus ac diversis modis, in personis pluribus sunt ostensa; ex quibus nostris temporibus, juxta modum debitum, quæ fideliter invenire potuimus, consequenter scribere jussi sumus.

11 Unde revera non est licitum præterire, quod divinæ dignationi complacuit miraculose fieri. Nam in elevatione Sancti corporis, ad S. Andreae ecclesiam deferendi, dignatus est Dominus tale prodigium declarare. Cuncta enim cymbala illius ecclesiae, absque manu hominis, et absque ullius artis adminiculo per se mota, usque ad depositionem corporis in sepulcro, pariter sonuerunt, ac si fuissent per manus hominum agitata. Propter quod illius temporis tam præsentis quam posterius, divinum prodigium agnoscentes, viro Dei sanctitatis titulum, absque Pastoralibus auctoritate fide tenens manciparunt; unde tam siquidem a viris, quam a feminis est generaliter Sanctus Isidorus vocitatus: impleta Scriptura, quæ laudabiliter in ecclesia recitatur, In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum, et elegit eum ex omni carne, et magnificavit illum in conspectu Regum Dominus Deus noster. Sed nec est etiam omittendum, quod quidam pauperes contracti ac cæci, via publica mendicantes, villam de prope consedentes, audito rumore tanti prodigii, fide tenens congaudentes, ad sepulturæ foveam conveniunt: de qua fideliter assumptes pulverem, et per membra propria confriquant, divina misericordia ad suum fidelem famulum declarandum [donum] sanitatis receperunt.

12 Item sub æra mclxx regnante Rege Domino c Ferrando, cum pro defectu pluviae messes periculosa ariditas mense Maji perurgeret, et de consilio communi, tam Cleri quam populi, virum Dei a tumulto extraxissent, et ante altare B. Andreae Apostoli in lectum honorifice collocassent, ad divinæ bonitatis clementia terris pluviam infudisset; in hora repositionis ejusdem in tumultum plures Clericorum circumderunt lectum, glebam sancti corporis contemplantes: ex quibus quidam Sacerdotalis Clericus et honestus, ecclesiae S. Mariae Portionarius, Petrus Garsiae nomine vocitatus, succidit capillos de Capite sancti viri, ut in ecclesia Beatae Virginis cum reliquiis reservarentur. Unde Beati viri corpore, expleto Divino officio, in tumultum jam reducto, quia dies erat jejunii, videlicet sextæ Fe-

riæ, horaque cœnandi lege præterierat; prædictus Clericus, capillos deferens, rediit domum suam; et eosdem posuit in fenestra, proponens in animo ut post cœnam vel die alia ad ecclesiam reportaret. Cumque ejusdem honesta matertera, in cujus domo erat ei conversatio, eum cogeret, ut ad mensam discumberet, et manus jam cœpisset abluere, invasit eum subito cordis trepidatio, mentis anxietas, cerebri perturbatio. Sed quia litteratus erat et discertus, revolvens in animo, admirans qua de causa hæc ei tam repentina occasio provenisset, cœlitus illustratus recognovit, quod pro retentis domi reliquiis, et nec in hora qua decuit jejunos, eas ad ecclesiam deportare renuit, sibi hoc periculum evenisse. Unde arguens semetipsum, jam ablutis manibus et detergis, surrexit celeriter: et assumptis capillorum reliquiis, cum reverentia et timore confestim ad ecclesiam Beatae Virginis reportavit, et easdem super altare in arcella decentissima collocavit, honorifice conservandas. Quo facto, prædictus Clericus alacer factus, et plenarie confortatus, rediens domum suam et congaudens de patrato prodigio, cum sua familia alacriter sumpsit cibum. Ego quidem Joannes qualicumque Diaconus, et plures alii, prout ex ejus ore audivimus, præsentis schedula sermone simplici est narratum.

13 Cumque in prædicto Mauseolo corpus Beatissimi Isidori per multum temporis quievisset, contigit quod ad prima die Maji usque ad B. Gregorii festivitatem, aut propter exigentiam, aut meritorii peccatorum nostrorum gravaminibus, Deus, qui est creaturarum omnium procurator universalis, congruentem pluviam terris infundere denegabat, in tantum quod plures coloni semen frumenti terris spargere non sunt ausi; sed homines illius loci, secundum quod est consuetudinis, propter fructus temporales et temporis opportunitatem Deum deprecantes, ad ecclesiam B. Andreae, in honorem beatissimi Isidori et ejusdem Apostoli, fere per spatium mensis unius, cum inquietatione nimia jugiter veniebant: ruricolæ et aliorum locorum commarcani, futuri temporis caritiam metuentes, multa loca Sanctorum incessanter visitabant; de rebus suis, quas sibi Dominus contulerat, pauperibus erogantes. Factum est itaque cum venissent ad ecclesiam B. Andreae, in qua supradictum corpus venerabiliter requiescit, eodem tempore quidam de Minorum Fratrum Ordine, cui totaliter fides est adhibenda, famulum Dei supradictum, dum in lectulo suo nocte dormiret, provisione divina vidit visibiliter alloquentem: Omnes, carissimi, Deum non prætermittatis deprecari, qui dat escam omni carni, et ipse fecit nos, et non ipsi nos, quia sua vobis ineffabili misericordia præstabit pluviam congruentem. Et hujusmodi visio, sicut bonus ille Frater viderat, fuit in propatulo divulgata, et in rei veritatis executionem fuit nihilominus emergens. Nam post quindecim dierum spatium, de thesauro suo, secundum quod B. Isidorus Fratri Mimori prædixerat, dignatus est pluere copiose. Unde per B. Isidorum istud evenisse universi præsumentes, ad sepulcrum, de quo illius corpus extraxerant, venerabiliter reportarunt, sub Æra millesima ducentesima nonagesima.

14 Divina igitur providentia disponente, accidit quodam in veris tempore, ob meritorum nequitiam humanorum, messes necessitate pluviae ac siccitatis articulo perurgeri. Unde tam clerus quam populus in hoc arbitrium convenerunt, ut a sepulcro extraherent sanctum virum Isidorum, et ante altare B. Andreae Apostoli coram Crucifixo in lecto digne reponerent, et vigilando, psallendo, exorando, luminaria ministrando, die ac noctu insisterent, ut

D
A. IOAN.
DIACONO
EX MS.

eos cogitur
portare ad
ecclesiam.

E

d
Magna sic-
citatatis re-
medium,

e
post apparitionem Sancti,

F

impetratur
an. 1252,

iterumque
alia vice
exposito
corpore.

incorruptus
refoditur,

et in eccle-
siam trans-
fertur,

1:

campanis
ultrasonan-
tibus:

b

Ecl. 45, 1

multisque
sanatis,

c

An. 1232
corpore ad
pluviam
petendam
exposito,

auferens
capillos,

A ejus meritis et precibus, Dominus dignaretur pluviam terris infundere, ac humanæ necessitatis periculo subvenire; quod divinæ miserationis gratia Beati viri meritis fœit largiter adimpletum; propter quod postea satis pluries idem fieri contigit, et non fuerunt a suo desiderio defraudati.

15 Item regnante Rege Domino Ferdinando, cujus corpus apud Hispalim requiescit, accidit, quemdam virum ex ejus Coma ad colligendam exactionem Regiam, quæ vulgariter dicitur Martiniaga, in tempore hyemis, sub mense Decembri, Majoritum certissime advenisse: et ut dicamus ad ampliorem rei certitudinem hospitatus fuit in suburbio, juxta ecclesiam B. Martini, in Petri Carrantone domibus. Cui cum nuntiatum esset forte fortuito, post noctis crepusculum et post cœnam sedenti cum hospitibus juxta ignem, de bonitate et miraculis hujus sancti; valde indigne tulit, verba contemptiva proferens in hunc modum: Ego bene crederem, quod qui esset filius Principis vel alicujus Magnatis posset fieri vere Sanctus, sed virum laboritii seu ricolam, non credo ullatenus fore Sanctum. Consequenter, prout hora noctis exigebat, omnes in suis lectulis cubuerunt. Post dimidiam vero noctem, dum omnes alii placide quievissent, ille quidem nec quiescere potuit, nec oculis dormitavit. Et cum se videret occasione præventum, corde perturbatum, et mente anxium, dolore vexatum; compunctus corde cognovit se pererrasse in verbis contumeliæ contra Sanctum. Unde contortus dolore animi non cessavit ulterius proclamare, et hospites ac servulos frequenter vocibus excitare, proclamando hujusmodi: Vos hospites carissimi, o vos mei servuli, precor vos, consurgite, et mihi afflicto celeriter subvenite; ex quo enim acubui, totam noctem insomnis pertuli, perturbor animo, et corpore non quiesco: Non enim dubito mihi hanc perturbationem alias evenisse, nisi eo quod dixerim verba insipientiæ contra sanctum famulum virum Dei. Unde vos omnes, ut amicos, deprecor, ut accensis luminaribus, hospite nostro fideli prædace, me ducatis ad tumulum viri Dei. Quod cum audissent omnes assistentes, familia corde compuncta, et ejus afflictioni compassa, accensis luminibus summo diluculo et eum associantibus, duxerunt eum Beati viri cum magna reverentia ad sepulcrum. Ille vero, prout decuit, ingemiscens et condolens de contemptu suæ insipientiæ, persensit sibi recuperasse veniam a Sancto et corporis sanitatem; unde continuo, Missarum auditis obsequiis, et suæ oblationis datis munusculis, recessit ad propria confortatus, promittens de cetero Isidorum ubique verum Dei esse famulum promulgare.

16 Prætermittendum vero non est, quod una nocte vigiliarum, divina miseratione, ad Beati viri dignam excellentiam, patratum fuit ibi miraculum. Quidam enim cæcus, nomine Benedictus, dum prout mos est, quidam orationis, quidam dormitionis forte circa corpus sanctum custodiendum persisterent; nocte media, dum orationi prope sancti viri lectum prædictus cæcus insisteret, divina gratia miserante, illuminatus subito proclamavit: O vos omnes qui adestis surgite, et videte quam operatus est virtutum Dominus per hujus Sancti sui gratiam penes me: ecce qui cæcus fueram, jam gaudens video, et hujus Sancti gratiam, in nomine Jesu Christi, cui fideliter deservivi, glorifico, benedico in æternum.

17 Idem reticendum non est quod mirabiliter accidit. In ipsa enim temporalis pestis maxima siccitate, cum tam fideles, quam infideles pluvii petendis orando persisterent, et manus Domini dare pluviam prolongarent; quidam Maurus, Garsias nomine, tunc temporis, coram Mauris quibusdam et pluribus Christianis, votum vovit coram cunctis ta-

liter: Ego promitto Deo et fidei Christianæ, quod si Dominus in hoc siccitatis articulo, pro quo S. Isidorum ad impetrandam pluviam Christiani de suo mauseolo extraxerunt, dignatus fuerit pluviam impertiri, non tardabo fieri Christianus; quod si non fecero ante dies octo, mortem pessimam non evadam. Sed cum [Deus] in ipso tempestatis articulo per Sancti sui merita dignatus fuisset pluviam infundere abundanter, et vir sanctus clausus fuisset in tumulo; prædictus miser Garsias spernens implere quod voverat, ante finem dierum octo in nocte, quemdam cursum perficiens ad fluvium, morte pessima est consumptus, gladiatorum ictibus interemptus.

18 Item bonæ memoriæ regnante Rege Domino Ferdinando, contigit euidam adolescenti de suburbio Majoriti, Dominico Petri vocato, quod cum rediret ad suburbium de submontanis partibus cum suis comitibus, privatus fuit in via subito membrorum officio ad momentum, in tantum etiam quod se movere de loco penitus non valeret. Quod cum annuntiarent consocii ejusdem domesticis, progenitores ejus impositum animali in domum propriam reduxerunt. Cum vero nullo cataplasmate, nullo unguento, nullo balneamine, nullo medicamine, per decursum longi temporis laborantes parentes ejus eidem cernerent in aliquo se prodesse, devoverunt eum ad sancti viri tumulum deportandum, ut ibi de salute, vel morte ejus divina clementia definiret. Nocte igitur insecuta, sanctus Dei famulus in somnis allocutus fuit adolescentulum in hæc verba: Fili Dominice, ego Isidorus, qualiscumque Dei servulos, te admoneo, ut in Christi nomine tali unguento te ungi facias, et pro certo crede quod recipies sanitatem. Quod cum facto mane adolescens suis revelaret progenitoribus, illi quidem divinum oraculum acceptantes, corpus ejus cum insinuatō unguento diligentissime confoverunt; mirumque in modum, post primam et unicam unctionem, prædictus adolescens in cunctis membris integram redidit sanitatem. Qui cum viderent circa suum filium divinæ clementiæ factum prodigium, cum eodem gaudentes, præparatis luminaribus ac oblationibus pro posse, ad Dei viri tumulum pervenerunt; et ibi votiva munuscula offerentes, Regi Regum copiosas gratias persolverunt, qui talem possidet famulum, qui cum sit in coelestibus de suo præmio jam securus, in terris non desinit subvenire laborantium languoribus miserorum.

ANNOTATA.

a Tam prope ecclesiam, inquit *Bleda cap. 28*, ut quantumcumque parum illa augetur, ipsum locum complexura esset: quemadmodum nunc est ad ejus ingressum: ubi cernitur ferrea crate circumductum sepulcrum, ac supra illud erecta tumba, atque ad parietem pictura, representans Sanctum radioso cinctum diademate, in actu arantis, Angelos item in recessu arantes cum juvenis, et hujusmodi titulo: Cum hic cœmeterium esset, sepultus jacuit per aunos quadraginta S. Isidorus, qui modo jacet ad dexteram altaris majoris. Tabulam autem, tumbam, et crates faciendas ornandasque curavit Didacus de Salas Barbadillus. Idem scilicet, qui cum esset admodum devotus S. Isidoro, impetravit a Gregorio Papa indulgentiam obtinendam Dooinica Quasimodo, fuitque Procurator ad exhibitionem testium in ordine ad canonizationem.

b Ita etiam *Tamayus*: quare probari non potest quod *cap. 30 Bleda* vertit, non absque auctoritate Prælati: contrarium enim et solo consensu populi coli ceptum ut Sanctum indicat particula fide tenus, id est, bona fide quam Prælatorum sese non opponentium tolerantia confirmavit.

A. JOAN
DIACONO
EX MS.

In Sanctum
blasphemus,

in somnis
territus,

perhitens
necedit se-
pulerum:

cæcus illu-
minatur:

Maurus votum
implere negli-
gens

morte pu-
nitur.

Juvenis
paralyticus,

apparente sibi
Sancto sana-
tur.

F

A confirmavit. Frustra igitur hic sibi fingit Archiepiscopum Toletanum miracula S. Isidori uditis testibus comprobasse, atque ad Pontificem Romanum misisse, quæ fuerit illius temporis canonizatio.

c Est hic S. Ferdinandus, cujus Acta dedimus xxx Maji: regnavit enim ab anno 1216 ad 1252.

d Eam S. Gregorii festivitatem intellige; non quæ in die obitus, 12 Martii, nunc celebratur; sed quæ olim notior in die ordinationis, 3 Septembris.

e Commarca quid sit, explicuimus ad vitam B. Aegidii Ord. Prædicat. die præcedenti.

CAPUT III.

Alia S. Isidori miracula.

Sub æra millesima tricentesima tertia, mense Julii, regnante Rege Alfonso a, Dominus similiter dignatus est aliud miraculum super quemdam puerum revelare per eundem benedictum Isidorum. Quidam vir erat cum uxore filiolum habens, cujus oculi ægritudine tanta erant obsessi, ut rubicundi fierent, sicut ignis; qui puer fere positus erat in quadriennio, et propter illam ægritudinem videre non poterat: ita quod eum videntes, cæcum penitus asserebant. Tandem parentes ejus, a bonis hominibus suggesti, votum fecerunt, ut eum ad sepulcrum felicitis Isidori per noctis vigiliis novem sine intermissione deportarent, attendentes quod Deus illius pueri miseretur, sicut aliis pluribus per istum benedictum Isidorum misertus jam fuerat, qui diversis oppressi fuerant languoribus. Contigit itaque quod mater eum detulit quadam die juxta votum ad sepulcrum, in quo venerabile corpus sepultum est: ibique dum preces effunderent, quidam Clericus vultum ipsius pueri contingere cœpit cum sudario, in quo beatissimum corpus insepultum fuerat involutum. Et puerulus ille misericordia divina clamare cœpit, asserens se videre: et mater ejus præ nimio gaudio, respondere cœpit perquirendo, dicens: Quis te curavit, fili mi? Puer respondens dixit: Beatus Isidorus. Et puer sanatus est ex illa hora, ita quod pedes rediit sine ductore aliquo domum suam, quamvis ad ecclesiam prius venire non poterat nisi ab aliquo duceretur. Hoc autem miraculum dignatus est Dominus per servum suum facere, et cunctis ibi adstantibus visibiliter demonstrare.

20 Item in suburbio Majoriti contigit quod quædam honesta mulier, appellata b Azenia, ægritudinem oculorum patiens, per ducatum suæ ancillæ pervenit ad sancti viri tumulum; cum magna devotione a vero Dei famulo petens sanitatis auxilium, contra ægritudinem oculorum, sibi misericorditer exhiberi. Quod cum tanta devotione ac fide petiit, quod oratione finita lumen suis oculis plene sensit restitui; unde quæ cum ducatu venit, sospes et incolumis sine ducatu alicujus in domum suam cum gaudio remeavit. Verum post decursum temporis, virum ejus Joannem contigit membrorum privatum officio gravissime infirmari. Et quia nullo humano medicamine ipsum poterat sublevare, compuncta corde ad cor suum rediens, salutem oculorum, quam per sanctum Dei tam subito receperat reminiscens, confisa toto corde in Domino et Sancti sui grata clementia, papyro c mensa est membra ejus, quam cera investiens, prout decuit, adornavit. Eadem itaque die serotina post festum S. Barnabæ Apostoli, die tertia d, ipsum locatum super animal cum adjutorio sex hominum, hincque et inde in circuitu sustentantes, fecit ad Beati viri tumulum deportari. Ubi tam prædicta femina quam amici ejus, per noctem illam vigiliis, accensis candelis, solícite excubabant. Ipsa vero femina, quæ majore fide ac ardore fidei cunctis aliis

præpollebat, deprecata fuit Dominum, ut noctem illam insomnem duceret, ut de Dei et sancti viri clementia viso miraculo conganderet: quod quidem [quia] cum devota fide petiit, quod cupivit obtinere promeruit. Nam noctis hora media, vidit virum suum manus et brachia complicare. utpote sanitate recepta. et salubriter commovere, continuoque flexis genibus ad sepulcrum assurgere, et amplectendo tumulum cum summa devotione Sancti vestigia osculari. Quod cum aspiceret uxor ejus, admirans [id] tam subito Dei miraculo evenisse, præ nimio cordis gaudio excitare voluit dormientes: quod vir ejus rogatu prohibuit, ne ante matutinalem horam alicui nullatenus nuntiaretur. Matutinali vero tempore, cunctis videntibus ipsum erectum, ac super pedes suos firmiter gradientem, veri testes facti sunt de miraculo jam patrato. Unde tam Matutinarum quam Missarum Divino Officio celebrato, tam ipse, quam uxor et amici ejus, stupentes et congaudentes, et nomen Domini in ejus famulo collaudantes, ad sua hospitia repedarunt. Veruntamen qui eum viderant præcedenti die super animal deportari, et sequenti die recuperata sanitate regredi, admirantes Dei magna per sancti viri gratiam humanis miseris exhiberi, famam sanctitatis in Christo Domino extulerunt.

21 Item regnante Rege summæ laudis Domino Alfonso, sub Æra millesima tricentesima quarta, tale quid memorandum accidit, quod quia divinæ laudi congruit, dignum non fuit illud silentio præterire. Quidam enim probus Presbyter Majoritensis Capituli, Dominicus Dominici nancupatus, ex assumpto esu anguillæ noxio, incurrit languorem gravissimum oculorum. Sed quia tunc temporis tenebatur cujusdam Confratriæ tam secularibus Clericis quam Fratrum Minorum consortio, sub certo diei termino, commune convivium præparare; præ languore oculorum idem explere nequies, rogatu ejusdem ad illud præparandum aliis substitutis, approximato die convivii sollicitas fuit ad Clericos Confratres accedere, ne eum redarguerent de contemptu. Qui quia sub adventu alterius præcedentis ad eos perveniens, invenit eos ante fores ecclesiæ S. Andree residentes: qui ostensa omnibus suæ necessitatis occasione prævalida, ipsis ibidem residentibus, ipse intravit ecclesiam oraturus. Qui cum accessisset ad tumulum viri Dei, suæ infirmitati auxilium petiturus, cœpit divolvere vultum suum per sepulcrum lapideum, in quo corpus sanctum integrum requiescit; et ut Presbyter prædictus nobis postea enarravit, subito tam suave persensit refrigerium, a summo capitis usque ad pedum vestigium, quod cognovit sibi Dei clementiam subvenisse. Qui relevatus animo, ac suis pedibus elevatus, aperta capsula lignea, et accepto panniculo, qui de veste funerea viri Dei rescissus fuerat, suis eundem oculis imponere procuravit. Qui divina gratia ad plenum subito illustratus, confortatus animo et letus de viso miraculo, festinavit post Confratres currere qui jam recesserant, Deique beneficium nuntiare: qui eos invenit in domo Fratrum Minorum, antequam ad mensas discumberent, congregatos. Qui cum viderent eum ad locum alacriter accedentem, gavisus sunt gaudio magno valde, quia cognoverunt eum sanum intuitum reportare; qui sumentes pariter cibum cum gaudio, nuntiavit eis de divino beneficio. Qui omnes præcordiabatur, superno Regi gloriæ copiosas laudum gratias persolventes, qui per dignum sui famulum suis indignis famulis non dedignatur digna miracula sanitatum misericorditer dispensare.

22 Item in sequenti anno, post Æram superius prænotatam, in S. Andree ecclesia, ubi sancti viri corpus Isidori venerabiliter conservatur, tale quidem ostentum

D
A JOAN.
DIACONO
EX MS.

E

An. 1256
Presbyter
oculis
infirmus,

I
Facto Sancti
sepulcro,

An 1267
sacrista S.
Andree

a
An 1265
puer cæcus
tians

ad contactum
sudarii illu-
minatur.

b
C
Curatur item
mulier cæca,

c

d

A JOAN.
DIACONO
EX MS

A ostentum contigit, revera curiosius intuendum. Quidam enim Sacrista supradictæ ecclesiæ, Blasius nuncupatus, cum in hiemali tempore noctu sopori deditus obdormisset, quidam puer nigerrimus aspectu horribili in somnis apparuit coram eo, qui apprehendit dextræ manus ejus indicem, et in tantum cepit eum adstringere, quod ipse vehementius torquebatur. Tunc vero divina misericordia vidit e regione tumuli viri Dei virum sub monastico e habitu venientem, et coram altare Andreæ inclinato capite transeuntem, et accedens stetit intuens, defixò intuitu in aspectum prædicti phantasmatis. Quod cum ipse malignus puer sic se intueri deprehenderet, indice dimisso, timore perterritus, quasi puer timidus sese recolligens, cepit fugiendo retrocedere festinanter usque in fundum ecclesiæ; exinde nusquam comparuit evanescens. Tunc vero prædictus Sacrista expergefactus in lectulo, stetit trepidus et admirans, in eo quod sibi contigerat stupefactus. Tandem circa se Dei beneficium recognoscens, præcordiales Deo dedit gratias, quia per sanctum suum famulum, ipsum a tentatore pessimo et ab hostili periculo dignatus est paterna clementia liberare.

liberatur a
diabolico
phantasmate :

an 1269
sanatur
angina :

B 23 Item sub Æra mcccvii, quidam Miles Domini Frederici, Guadalifararæ indigena, Petrus Dominicus nominatus, incurrit inflammationem gutturis, et nullo poterat medicinæ remedio sublevari. Sed cum jussione Domini Frederici iter coactus ageret, per Majoritum transiens, audivit famam de sudario viri Dei, quod per contactum ipsius multi liberarentur ab infirmitatibus suis. Quod cum gaudio recipiens, tota mentis devotione promptus adit, et accessit ad S. Isidori sepulcrum, petens sudarium viri Dei. Quod cum inflato gutturi superappositum tenuisset, sub ictu oculi persensit se ab inflammatione gutturis liberatum. Quocirca divinæ clementiæ agens gratias, promisit, ubicumque adesset, famam sanctitatis viri Dei publice dilatari; quod, prout ipse nobis retulit, in præsentis schedula nos curavimus annotari.

an. 1270 bis
captivus apud
Saracenos,

24 Item sub Æra mcccviii. Quidam vir probus, Joannes Dominici nuncupatus, urbis Cordubensis incolæ et vicinus, cum in progressu militari contra Saracenos cum aliis Christianis pugnaturus in frontariam processisset; peccatis exigentibus, ab infidelibus circumventi, et virtute hostium superati, in captivitate comprehensi acriter inciderunt. Prædictus vero Joannes Dominici, pro pœnis in quibus acriter laborabat, assidue toto corde Dominum precabatur, ut eum de manu hostium per aliquem Sanctum suum misericorditer liberaret. Quem, cum Dominus magna misericordia respexisset, nocturno tempore misit ad eum sanctum virum Isidorum, reconditum Majoriti, verba hujusmodi proferentem: Age Deo gratias, qui te misericorditer exaudivit. Missus sum ad te, ut de manu hostium liberem te. Et statim solutum a vinculis eduxit eum usque in locum, quo securus abire potuit: et sic per Dei famulum liberatus, gaudens ad domum propriam repedavit. Super quod prodigium promissionem faciens, quod cum oblatione ad viri Dei tumulum perveniret, suis familiaribus detractantibus, et etiam quod contigerat non credentibus, promissionem quam fecerat Sancto minime adimplevit. Non vero post multum decursum temporis in captivitate iterum est deductus. Qui culpam suam graviter recognoscens, flendo et ejulando instanter a Deo petiit, ut sua misericordia eum a potestate hostium, ut primitus dignanter fecerat, secundo per suum sanctum famulum liberaret: quod mirum in modum eodem modo divina clementia est impletum. Qui sub tanto prodigio liberatus domum suam rediens, consanguineis et amicis et multis aliis, quod miraculose contigerat, enarra-

bis miracu-
lose liberatur.

vit; superadjiciens etiam, quod est mirabile dictu, D dispositionem vultus viri Dei; ac ejusdem stature mensuram, quem numquam viderat nec de eo quidnam audierat, enarravit; ac deinde tota promptitudine, suis necessariis preparatis, cum cereis et oblationibus iter aggrediens, pervenit alacer Majoritum, cum desiderio maximo sancti viri Dei tumulum visitaturus. Ubi votum suum cum cereis et oblationibus præcordialiter adimplendo, divinis Officiis celebratis, ac divinæ clementiæ et ejus famulo gratis copiosis gratanter exhibitis, gaudens et incolumis ad propria remeavit; et prout vir prædictus nobis quod sibi contigerat enarravit, et ad multorum notitiam, sic dignum duximus inscribendum.

25 Item sub Æra mcccix, quædam muliercula, Maria nomine nuncupata, et rure quod dicitur Le-ganes, situm in termino Majoriti, quæ per decennium cum viro suo extiterat legitime conjugata, nullam prolem se doluit suscepisse; propter tamen famam viri Dei, quem audierat multis multipliciter subvenire, concitata, plena devotione animi pervenit ad tumulum viri Dei; ubi observans vigilias, confidenter petiit a divina clementia per ejus fidelem famulum prolem misericorditer sibi dari: Quod divina clementia sub eodem anno quod confidenter petierat impetravit. Quæ cum suscepta prole post brevitate temporis ad præsentiam sancti viri Dei rediit, copiosas grates cum oblatione lampadis, Deo, et ejus famulo totis visceribus redditura; quod totum sic ipsa publice promulgavit, sicut in præsentis schedula est notatum.

An. 1271
sterilis fecundatur :

26 Item sub Æra mcccix, regnante illustrissimo Rege Domino Alfonso, ad innovandam sancti viri memoriam, divina gratia operante, tale fuit miraculum ante festum Sanctorum omnium die tertia satis publice declaratum. Quemdam enim puerum, cui nomen Dominicus, ætate pueritiæ jam provectum, hora meridiana, die veneris, repentino eventu contigit excæcari. Qui cum tutori suo atque domesticis se panderet voce timida nihil videre; improperebant eum, quod cum haberet præclaros oculos, se fingeret non videre. Quidam vero ejus consocius, cæcitati ejusdem testimonium dabat, dicens, quia cum extra villam ambo pergerent ad negotium ex mandato sui tutoris in vallum murorum, præcipitium incurrisset, nisi ejusdem ipse consocius eum manibus retraxisset, et quia ducatu ejus domum redierat nihil videns. Attamen quia oculos habebat claros, et incolumis videbatur, quod non videret ei nullatenus fides dabatur. Eodem vero puero de suæ necessitatis periculo conquerente, multarum rerum argumentis adhibitis, causa experientiæ an videret, deprehenderunt veraciter eum penitus nihil videre. Tunc noti et domestici, præcipue genitrix ac germana, ex occasione tam subita doloris jaculo sauciati, lacrymabiliter condolentes, stabant stupefacti, quid agerent nescientes. Sed quia ut scriptum est, ubi vult Spiritus Dei spirat, prædictus puer Dominicus, sub instanti periculo talem sermonem dicitur protulisse: Pro Domino ducatis me ad S. Isidorum, ut me sanet. Quod verbum qui aderant audientes, et quasi emissum cœlitus acceptantes, per ducatum manum ipsius continuo ad sancti viri Dei tumulum deduxerunt; ibique flexis genibus dolore fideli sancti viri subsidium implorantes, petierunt de sudario viri Dei, quod in capsula reservatur, ejusdem pueri excæcatos oculos contrectari, cujus contactu solitum habebatur, multis oculorum languoribus subveniri. Quo facto igitur, sub momenti paululò, prædictus puer suis manibus proprios oculos quasi tergens, voce libera proclamavit: Gratias Deo et S. Isidoro, pro certo jam video, et circumstantes aspicio, et agnosco. Ad cuius sermonem omnes qui aderant

E

et puer cæcus

F

Joan. 3, 8

admoto
Sancti sudario illuminatur.

A rant admirantes, interrogaverunt de opertorio, quod de sancti viri tumultu dependebat, quid esset, aut cujusmodi coloris visui appareret. Ad quod puer protinus sic respondit : Cendatum *g* est subrubeum, colore vario virgultatum. Qui etiam super hoc hæsitantes plenarie an videret, diversarum rerum experientias proponentes, cognoverunt penitus naturalem visum ipsum plenarie recepisse. Tunc omnes Deo et Sancto ejus gratias referentes, ipsumque puerum Dei famulo commendantes, cum gaudio bonæ spei consolati ad propria redierunt. Cujus rei fama multorum auribus divulgata, tam Clerus quam populus, patratum prodigium circa puerum agnoscentes, gratiosa Dei munera devotis laudibus extollebant, qui admirabili providentia per annos et tempora incessanter mirificat Sanctos suos. *h*

duxerunt ad B. Isidori *b* catacumbam, et ipsius meritis lumen sibi est virtute mirabile pristinum restitutum.

29 Mulier quædam, nomine Sancia, de dextro brachio per menses quatuor paralytica fuit facta. Et pergens ad B. Isidori tumulum, mox ut illum manu dextra tetigit, sana et incolumis est effecta. Altera mulier de suburbio Majoriti, Martina nomine, per tres hebdomadas lumen amiserat oculorum; et iens ad sepulcrum B. Isidori, oculos aperuit, et restituta est mirabiliter sanitati.

30 Vir quidam, Petrus Garsia nomine, de c moneta fuit crudeliter accusatus, et a Rege Castellano per spatium decem mensium fuit captus, et quod non a morte evaderet fuit sententia judicata. Clamabat autem Petrus Garsia prædictus : B. Isidore, succurre mihi : Pater Isidore, adjuva me, et ab hoc mortis periculo digneris me liberare. Et in nocte apparuit ei B. Isidorus dicens sibi : Petre Garsia, noli timere, quia non prævalebunt adversum te inimici, nam die crastina eris a vinculis absolutus. Et sic beati Patris merita a mortis eum faucibus liberarunt, luctumque in gaudium commutarunt.

31 Vir alius Major domus in B. Isidori Confratria, cum ipsum ex jussione Confratum sedecim pauperes reficere oporteret, secundum ritum patriæ [eosque] præhabitis victualibus saturaret; accidit quod in lebeate quodam residuum carniū superasset. Intromiserunt [autem] servitores duos pauperes, quos cum frusto carniū cibaverunt; ac postmodum lebetem impletum carniū repererunt, quibus totidem pauperes saturarunt. Qui cum viderent subito factum prodigium, fuerunt omnes qui aderant mirabiliter stupefacti. Cumque ad momentum temporis silassent, reservantes præconium tempori opportuno, cum hilaritate et gaudio, tam viri quam pauperes Dominum laudaverunt : nam in tantum fercula suffecerunt, quod etiam pauperibus absentibus de residuo porrexerunt.

32 Cum quædam mulier per paralyticorum ægritudinem vexaretur, ipsam ad tumbam B. Isidori deduxerunt, et ibidem assecuta est quod voluit, et obtinuit quod cupivit. Vir quidam, Laurentius nomine, paralyticus tempore magno fuit; qui ad sepulcrum B. Isidori est deductus. Nocte igitur insecuta apparuit ei Beatus Isidorus, indutus albis vestibus ipsumque allocutus est in hæc verba : Fili Laurenti, ego Isidorus, qualiscumque Dei servulus, te admono, ut in Christi nomine, tali unguento te ungi facias, et pro certo crede quod recipies sanitatem. Cumque facto ipse prædictus vir suis circumstantibus ea que sibi acciderant revelaret corpus ejus cum insinuato unguento diligentissime confoverunt : et suæ oblationis datis munusculis, recessit ad propria confortatus *d*. Vir quidam Bartholomæus nomine, per septem hebdomadas fuit cæcus, et beati Patris suffragio postulado, est ei pristina sanitas restituta. Vir alius, nomine Nunius, propter nimiam ægritudinem oculorum longo tempore cæcus fuit, et ad beati Patris Isidori catacumbam salubriter terminavit.

33 Vir quidam, nomine Petrus, dum jaceret in lectulo suo, et se sopori dedisset, apparuit ei diabolus in figura horribili et inepta : et apprehensa manu ipsius, prædictum virum posuit super collum, et ipsum volebat mergere putei in profundum. Et apparens sibi B. Isidorus, extendit brachium suum, talia verba movens : Non habebis in isto homine potestatem, quia ego ipsius sum fidejussor. Respondit sibi diabolus : Quomodo tu eris ejus fidejussor, cum sit in peccato mortali? B. Isidorus adjecit : Quia mihi diu servivit, cum Christi adjutorio ipsum de tuis eripere

D
A. JOAN
DIACONO
EX MS.

b
paralytica,
cæca.

c
Liberatur
morti ad-
judicatus,

E
carnes pau-
peribus di-
stribuenda
multipli-
cantur.

Curantur
paralytica,
et paralyti-
cus,

F
d
ac cæci duo.

Peccati
mortalis
reus a de-
monio libe-
ratur ut con-
flteatur.

ANNOTATA.

a Alfonso X successit in Regnum anno 1252, et tenuit illud usque ad 1284.

b Bledæ dicitur Ovenia.

B c Ellychnium scilicet, ad conficiendas candelas : quod non intelligens Bleda vertit, accepit chartam eique ceram involvit : est autem proprie papyrus arundinum medulla, quam et in funem ad cercorum confectioem torqueri posse constat, cum sicca fuerit, uti eadem explicata antiquis præbebat usum chartæ. Sic die sequenti post vitam S. Germerii, offertur quidam curandus Sancto, facta ad sui mensuram papyro.

d Id est die 14 Junii : colitur enim S. Barnabas die ii.

e Bleda pag. 322 : In majori arca, in qua jacuit corpus priusquam transferretur in arcam argenteam, picta erat antiquo opere imago Dominæ nostræ, puerum Jesum inter brachia tenentis ; ad cujus pedes genuflexus S. Isidorus cum scapulari, et prope eum mulier, cochlear manu tenens, juxtaque posita olla : quo videtur exprimi, quod Sanctus fuerit alienjus religiosi Ordinis Tertiarius : et sic idem infra num. 61 dicitur apparuisse ægro a se curando, specie viri in habitu monastico.

f Frontaria, Francis Frontiere, dicuntur confinia provinciarum. Hinc confrontari, adsitum esse, sumptu ab hominibus metaphora ; qui dum in mutuum conspectum adducuntur, dicuntur confrontari.

g Cendatum, Italis Zendado, quod auctores Vocabularii della Crusca interpretantur subtilem pannum.

h Sequebantur Hymni, de quibus in fide authentica : sed hos satis est apud Bledam et Tamayum impressos haberi.

TRIPLEX APPENDIX. a

Miracula seculo xiv descripta.

Quidam Clericus, Ferrandus Martini nomine, de fide B. Isidori hæsitabat, et distidendo dicebat : Præcipitemus B. Isidori corpus, et ipsum celeriter comburamus : et si integer remanserit, et aliqua combustionis læsio in ipso non comparuerit, pro rato tenebimus, quod per ipsum Deus mirabilia operatur. Cum autem semel B. Isidori gloriam garriendo impugnaret, addidit super peccata sua blasphemiam detestandam ; atque non distulit ira Dei condignum inferre supplicium. Nam cum jam facta fuisset ejus oratio in peccatum, protinus ægrotavit, ac paralyticus est effectus, usque ad obitum finis sui.

28 Vir quidam nomine Stephanus, præ nimia angustia doloris oculorum cæcus effectus fuerat, et ipsius consanguinei ad manus ipsum trahentes,

Blasphemus
paralysi
punitur.

Sanantur
cæcus,

A eripere manibus potens ero. Et confestim ab eorum est oculis sequestratus. Dixitque B. Isidorus illi viro : Meis nunc cito monitis acquiesce, confitere peccata tua, veræ pœnitentiæ dolore contritus, nec in te remaneat quidquam quod veridica confessione non pandas. Mane autem factus confessus est vir : et sic fuit a dæmone liberatus.

34 Mira res. Vir quidam, Ferrandus Dominici nomine oculorum nomen ex toto amiserat, cæcus quidem effectus, suis promerentibus culpæ, quas pœnitentiæ non studuit confessione purgare. Cum per ducatum suorum consanguineorum duceretur ad B. Isidori catacumbam, ibidem petens sanitatis auxilium contra ægritudinem oculorum, tanta devotione, ac fide petiit, quod oratione finita, suis oculis sensit lumen restitui ; et sic incolumis sine ducatu adicujus in domum suam cum gaudio remeavit, et ut beati Patris honorem debitum exhiberet, fecit prandium pauperibus erogare, et quidquid vini et farinæ pro necessitate acceperant totum integraliter repererunt. Filius ejusdem Militis a nativitate cæcus, meritis B. Isidori lumen accepit optatum.

35 Vir quidam de suburbio Majoriti, dum [laboraret] in vinea sua, currendo illam ecclesiam plusquam millesies circumivit. Mane autem factus inventus a Milite qui promissum rustici requirere proponebat a B. Isidoro [reprehensus] de malo proposito, ab eodem veniam postulavit, promittens sibi quod ei in perpetuum deserviret. Vir quidam, dum in extremis laboraret, vidit se multis dæmoniorum agminibus circumseptum, eo quod erat mortali vinculo irretitus. Cum B. Isidorus sicut sæpe fecerat in adjutorium invocasset, apparuit sibi B. Isidorus, qui dæmones effugavit, et ei confitendi spatium a Domino impetravit.

36 Vir quidam, Petrus Fortunii nomine, maximam infirmitatem in oculo patiebatur : qui cum a medentibus foret penitus desperatus, ad auxilium B. Isidori tota se mente convertit ; et non defuit ille indefessus miserorum adjutor precibus supplicantis : nam oculum quasi amissum, mirabili virtute in locum suum pristinumque vigorem restituit, et lucis optatæ radiis illustravit. Vir alius, Garsias Petri nomine, ivit ad ecclesiam B. Isidori ad tenendum vigiliam ; quo sopito, lampades sunt extinctæ : qui statim evigilans ivit ad quærendum lumen extra ecclesiam : et reversus contigit ut nudo divino lampadem, quæ erat coram sepulcro B. Isidori, incensam cœlitus reperiret.

37 Vir quidam f, Eximius Petri nomine, quasi cæcus fuerat effectus, et ipsum ad ecclesiam B. Isidori deduxerunt, et meritis ipsius B. Isidori lumen accepit optatum. Vir quidam, Joannes Petri nomine, maximus pavor ipsum arripuit, ita quod non poterat acquiescere in nocte nec in die : et promisit tenere vigiliam tres noctes coram sepulcro B. Isidori, et postulans beati viri virtutem, quam officiantem audierat ad effugiendas aereas potestates, humiliter exoravit : et ad sepulcrum pii Patris accedens prædictus, somnus eum arripuit ; quo excitato, mirifice liberatus fuit.

38 Mulier quædam, nomine Sol, cum cæca magno tempore extitisset, crevit in oculis ejus caro superflua, motum et usum impediens palpebrarum : et promisit tenere vigiliam per novem noctes ante sepulcrum B. Isidori. Quæ cum promissum adimpleret, oculos aperuit, clare vidit, devotissime adoravit, in ipsa vero adoratione voce magna proclamans : Gratias, inquit, ago Deo et B. Isidoro, quia lumen oculorum meorum mihi est cœlitus restitutum : et reversa est in domum suam cum gaudio spiritus, et lumine oculorum. Altera mulier præ nimio dolore capitis visum amiserat oculorum, ita quod

nocte et die erat nimium inquieta : et appropinquans tumbæ B. Isidori, ipsam est suppliciter amplexata : et subito miro modo sanam se sentit, ac devotissime adoravit.

39 Filius ejusdem bonæ mulieris, Joannes nomine, duobus annis de quartana fuerat infirmatus ; cuiusque naturæ succumbente virtute omnis deficeret artis industria, invocato B. Isidori nomine, confestim sanus effectus est, et salubriter terminavit. Quidam juvenis, Garsias nomine, febricitavit per annum, et ad sepulcrum B. Isidori accedens, meritis ipsius protinus est curatus. Quædam mulier de Escalona, Jordana nomine, subita angustia oculos fere ex toto amiserat : nam passionis acerbitas sic de loco suo propulit oculos, quod a medentibus fuerat penitus desperata : et petens B. Isidori auxilium, mirabili virtute confestim est liberata, et lucis optatæ radiis illustrata.

40 Vir quidam, nomine Gundisalvus, maximum dolorem in capite passus fuit, quia præ dolore capitis lumen amiserat oculorum. Vadam, inquit, ad sepulcrum B. Isidori ibidem tenere vigiliam : qua peracta, statim sanus et incolumis est effectus. Vir alius, Dominicus Petri nomine, quartanam per annos plurimos fuit passus, et promisit ire ad S. Isidorum : et completo promisso, statim est peroptime liberatus. Vir quidam, Dominicus nomine, fuit per decem et octo menses nimium infirmatus : et ad sepulcrum B. Isidori veniens, postratus ibidem, morbi plenam consecutus est sanitatem. Vir quidam, Michael Petri nomine, patiebatur maximum dolorem in oculis, ita quod cæcus penitus videbatur et quod iret ad sepulcrum Beati Isidori a consanguineis est hortatus. Qui respondens inquit : Veniat ad me B. Isidorus : et confestim ægritudo sibi crevit. Statim pœnituit se verba talia protulisse : et accedens ad sepulcrum B. Isidori sensit se ipsius meritis liberatum.

41 Filius ejusdem boni hominis, cum diu paralyticus remansisset, ad B. Isidori mausœolum a parentibus est deductus, et ibidem plenam consecutus est sanitatem. Filia ejusdem bonæ mulieris, Flos nomine, fuit taliter ægrotata, quod muta ab hominibus videbatur : et invocato beati viri nomine restituta est ad sanitatem. Quidam Frater de Ordine Fratrum Minorum, in dentibus et molaribus dolorem maximum passus fuit, ita quod non poterat quiescere nec dormire. Et veniens ad tumulum B. Isidori salubriter terminavit.

42 Inter cetera, quæ de sancto viro Isidoro nota miracula scripta sunt, prætereundum nullatenus dignum est istud divinæ dignationis miraculum, quod universo populo Majoriti, tam Clericis quam Laicis, gentique non modicæ, ex diversis partibus ad postulandam pluviam aggregatæ, sub æra millesima ac tricentesima tertiæque decimæ, in mense Martio, regnante Rege Domino Alfonso, fuit divina misericordia mirabiliter declaratum. Cum igitur sub descripto tempore per totam regionem longe lateque universum populum victualis alimentis ac panis inopia coaretaret, et mendicos ac pauperes famis oppressio profligaret, terræque jactatis seminibus de cœlo pluvia abnegaretur ; diversi populi circumquaque, vexillo Crucis in antea deportato, per diversa sanctuaria cantatim incedentes, cum lacrymis ac suspirio de cœlo pluviam postulabant. Sub hoc igitur instanti calamitatis articulo Majoriti populus universus, tam Capitulum Clericorum, quam Concilium Laicorum, ac etiam Religiosorum collegium, in hoc singulare consilium unanimiter convenerunt, ut sancti viri glebam Isidori a suo sepulcro extraherent, et per eum pluviam de cœlo postularent. Quo facto viri Religiosi Fratres de Minorum Ordine glebam

A JOAN
DIAONO
EX MB.

Cæco illu-
minato,

pauperum
annona
succrescit.

Sancto de-
votus peri-
culo eripitur,

alter a dæ-
monibus li-
beratur,

cautiens
curatur.

Lampas di-
cinctus ac-
cenditur :

illuminatur
cæcus ;

juvatur no-
cturnus ter-
rores pa-
tiens ;

sanantur
cæcæ duæ,

febrim patien-
tes,

oculis dolentes,

E

paralyticus,

muta,

dentibus
dolens.

F

An. 1275
in magna
siccitate,

delato corpore
ad ecclesiam
B. Martii,

A glebam sancti viri lecto imposito in suis humeris deportantes usque in Basilicam Beatæ Virginis, quæ a villa quasi duobus milliariis est remota, cum Clero et universo populo processionaliter magna cum honorificentia deduxerunt, ibique plebem maximam ex Illescarum *g* partibus advenisse, Beatæ Virginis *h* unagine deferentes honorifice, repererunt de cælo pluviam expectantem. Celebratis igitur divinis Officiis prout deet, et prædicationis divino obsequio adimpleto, pendente adhuc de cælo pluvia, nec ad terras dignata descendere; populorum maxima multitudo quæ aderat, simul in lacrymis ac in clamorem et gemitum profuebant, obstupescens nimium, quod per eum qui dum viveret Basilicam Beatæ Virginis labore assiduo visitarat, necdum Dominus dare pluviam dignaretur. Dicente vero prædicatore; Extrahatur piscis a suo quietis loculo, et prosternatur ante mare Virgineum, et sic fiat quod Deus decreverit approbari. Tunc confestim ad cælum Religiosorum manibus ante conspectum Virginis elevato sancti viri corpuseculo, universis præcordialiter in lacrymas et gemitum, et clamorem erumpentibus complacuit divinæ clementiæ repente ex cælo pluviam inundantem infundere, et totam regionem abundantius irrigare. Quo divino beneficio omnes qui aderant confortati, Deo et Beatæ Virgini simulque S. Isidoro copiosas gratias cum magno gaudio referebant. Corpusque sancti viri ad tumulum suum reportantes, omnes cum magna lætitia ad propria sunt reversi: qui in anno, divina gratia miserante, per cuncta regionis loca incole non fuerunt a messione messium defraudati.

43 Dominica, intrante die quarta Maji anno mccccxxi, ipsa die in ecclesiam S. Andreae conveniunt primo D. Archidiaconus Madritensis Martinus Sanchez dictæ ecclesiæ beneficiatus, et Didacus Guiterres Curatus S. Jacobi, et Alfonsus Martinez Clericus Caniliensis, et Alfonsus Ruiz, et Antonius Ruiz frater ejus Clerici, et Franciscus Fernandez Major-domus D. Archiepiscopi, et Matthæus Sanchez Curatus S. Petri, et Fr. Joannes Guerra Prior S. Dominici. Laici præterea qui ibidem adfuerunt sunt hi sequentes: primo Sancius Garciae de Bosmediano, et Antonius Sanchez scribe, et Lupus Sanchez Regii hospitii curator, *i* et Petrus de Bargas, et Ruizius Vasquez Regii hospitii curator, et Guiterius Fernandez de Gudiel, et Petrus Gonzalez filius quondam Didaci Sanchez Cano, et Joannes Logrono, cum Gonzalvo Diaz de Useda, dictæ urbis civibus. Extractumque fuit corpus S. Isidori: et viderunt ipsum omnes prænominati. Repositum est autem sanctum corpus in locum priorem, præsentibus imprimis Archidiacono Madritensi, qui cum prænominatis Clericis fecit Officium: et ego Joannes Alvarez, tamquam Curator d. Ecclesiæ ibidem præsens, ad perpetuam rei memoriam descripsi nomina eorum qui dictæ actioni interfuerunt, mibique miserunt liberales eleemosynas pro fabrica ipsius ecclesiæ. In quorum fidem ipsi huic quaterno, scripto anno et die ut supra, nomen meum apposuit *k*.

Joannes Alvarez, istius ecclesiæ Curatus.

44 Sabbato, vigesimo septimo die Mensis Aprilis, anno Domini millesimo quatuorcentesimo vigesimo sexto, universus populus Majoriti, tam Religiosi quam Clerici, et etiam seculares tam marium quam feminarum, corpus sanctissimi Confessoris Isidori, in sua clausum theca, propter terræ ariditatem de suo mauseolo extraxerunt. Et tunc solenni processione ad B. Mariæ ecclesiam del Almudena, et etiam ad S. Dominici Dominarum Cœnobium, scilicet extra muros jam dictæ villæ, deportaverunt. Et sic populus antedictus ad S. Andreae ecclesiam reversus, corpus

supradicti Isidori ut primitus, sic clausum remansit. Et Deo, meritis sui sanctissimi Confessoris [placato], cælum dedit pluviam, et terra suum uberrimum fructum: et post celebrationem [Missæ] et solennem sermonem, omnes ad sua cum gaudio remearunt; claves ipsius Arcæ commendantes, primam Capitulo Clericorum, secundam Didaco de Bargas, tertiam Fernando de Bargas, quartam Roderico Martini Cordubensi, quintam Martino Sancii Clerico. *l*

Martinus Præbyter indignus.

FIDES AUTHENTICA.

Hinc est, quod Ego præfatus Antonius Vazquez Romay, Vicereceptor et Protonotarius Apostolicus, qui supradicta omnia, et quæ in hujusmodi fidei instrumento continentur, vidi, legi, tenui, palpavi, et diligenter inspexi, recognovi, examinavi, et intellexi, ac etiam numeravi, et cuncta ipsius folia et paginas rubricavi, fidem indubiam facio, et omnibus his visuris pariter et audituris, testor (factis ad hac prius per me diligentissimis examinationibus, inquisitionibus, et diligentibus necessariis, prout qualitas negotii requirebat) ea omnia vera esse, et viribus subsistere. Unde ad instantiam et requisitionem religiosi viri Patris Fratris Dominici de Mendoza, Theologi Prædicatoris, Ordinis Fratrum Prædicatorum, Filii insignis Conventus Beatæ Mariæ de Atocha extra muros hujus oppidi, in monasterio S. Thomæ ejusdem oppidi ad præsens Conventualis, et in ipsius sancti viri Canonizationis negotio Commissarii deputati, dictum præinsertum librum, et omnia et singula in eo contenta, sicut præmittitur visa et notata, correctæ et collationatæ, tamquam veritatem et fidem indubiam continentia, meis propriis manu et signo subscripsi, et sigillavi, et roboravi in his triginta foliis, in toto et in parte scriptis, cum infra-scriptorum Notariorum testium assistentiâ, præsentia, et interventione, eorumque signis et subscriptionibus; nec non Dominorum, Doctoris Hieronymi Lupi Lassi, Rectoris dictæ Parochialis ac hujus oppidi olim Visitatoris; et Michaelis Suarez, ejusdem ecclesiæ beneficiati, et judicis Capituli Clericorum, in eadem ecclesia præfati libri Custodum et Archivistarum; et Licentiato Petro Tello de Rueda Diacono, pro testibus: qui etiam ea supradicta omnia sic fieri viderunt. Nec non etiam DD. Antonio de Lima Parochialis S. Genesii hujus Oppidi Rectore, Rolando Winchelio Regis Capellani, et Alfonso de la Serna Notario, qui se etiam subscripserunt pro testibus. Actum Madriti intus dictam ecclesiam S. Andreae, die vigesima sexta Septembris. mxcv.

Doctor Antonius de Lima.

Doctor Rolandus Winchellius,

Alfonsus de la Serna Notarius.

In testimonium veritatis, Antonius Vazquez Romay, Protonotarius Apostolicus.

46 Nos infrascripti, Notarii publici Apostolici, fidem indubiam facimus et testamur, quatenus [is qui] supradictum instrumentum suis propriis manu, signo, subscriptione, et sigillo signavit, subscripsit, et sigillavit, est talis Vicereceptor Parochialis ecclesiæ S. Andreae hujus Oppidi Madriti, ubi corpus B. Isidori est constitutum; et publicus, fidelis, et authenticus [Proto-Notarius Apostolicus] qualem se asserit, ejusque instrumentis publicis per eum ut supra signatis, subscriptis et sigillatis, adhibita fuit et est et adhibetur plena et indubitata fides, in judicio et extra; et sigillum et signum in dicto instrumento impressa, sunt ejusdem Protonotariatus Apostolici Officii consueta, et signari et sigillari solita, quia sic vidimus multipliciter, et supradictum instru-

66 mentum

D
A. JOAN. ...
DIACONO, ...
EX MS. ...

De veritate
transcripti
exempli,

E

F

et legalitate
attestantis,

patamque
ostenso,

pluvia
impetratur.

An. 1421
corpus extra-
hitur a loco
suo.

ita unquam
pro pluvia
an. 1426.

A. JOAN.
DIACONO
EX MS.

A mentum per eum signari et sigillari in dicta ecclesia Parochiali, coram nobis et testibus infrascriptis. In cujus rei testimonium, de instantia et requisitione R. P. F. Dominici de Mendoza, Ordinis Prædicatorum Presbyteri professi et Theologi Prædicatoris, et in hujusmodi negotio Canonizationis ejusdem Sancti Commissarii deputati, etc. Actum Madriti, Toletanæ Diocesis in dicta ecclesia Parochiali Divi Andreæ, ubi asservatur corpus ipsius B. Isidori Agricolæ, Christi Domini Confessoris. Actum Madriti intus dictam ecclesiam sancti Andreæ, die vigesima sexta Septembris, MDCXCV.

In testimonium veritatis, Alphonsus de la Serna.

In testimonium veritatis, Joannes a Segura Manrique Notarius.

In testimonium veritatis, Petrus Blanco Zapata Notarius.

Concordat cum originali quod restitutum est archivio ecclesiæ S. Andreæ,

Franciscus Hortiz Notarius. *m*

ANNOTATA.

B *a* Hujus Appendicis pars prior et præcipua valde antiqua est, ab eo (ut diximus) addita, qui post an. 1275, quo ultimum miraculum hic narratum contigit, librum ipsum scribendum curavit, priusquam *Æra* numerandæ usus apud Hispanos dimitteretur. Aliæ dux partes ætatem suam ipsæ præferunt, diversa manu ipsi libro adscriptæ an. 1421 et an. 1426.

b Ad Catacumbas appellobatur locus, in quo corpora SS. Petri et Pauli primum composita jacuerunt, ac deinde S. Sebastianus sepultus fuit. Baronius ad 20 Januarii in notis existimat ex Græco et Latino contractam vocem, quasi *xxxz* tumbas. Sunt autem Catacumbæ in cæmeterio Callisti via Appia, de quibus videndus Aringhus Romæ subterraneæ lib. 3 cap. 12.

c Bleda vertit de monedero, id est, tamquam monetarius; intelligens (ut mihi videtur) adulteratæ monetæ crimen.

d Simile et iisdem pœne verbis num. 18 legitur supra, de juvene Dominico Petri.

e Hoc miraculum omisit Bleda, quod deficientibus aliquot vocibus, quas supplere curavimus, sensum non agnosceret.

f Bleda Maximinus.

g Ylesca, inter Madritum et Toletum, huic quam C illi vicinins.

h Eam scilicet, ut explicat Bleda, quam B. Virgineam de Atoxa vulgo nominant, creduntque ab Antiochia missam a S. Petro in Hispaniam: nominis rationem verosimiliorem alius investigandam relinquo. Videatur Guibelmi Gumpfenbergii Atlas Marianus Imagine 243.

i Hispanice Aposentador, Francis Fourier.

k Huctenus Actus hic, totus Hispanice originaliter scriptus.

l Harum clavium unam, inquit Bleda pag. 247, semper habuit et habet Rectoratus Madritensis: nunc autem in more positum est, ut eam teneat senior Rector. ita ille an. 1622.

m Hæc ultima attestatio scripta originaliter est idiomate Hispano.

ANALECTA

Ex Hispanico Fr. Jacobi Bleda.

sitienti he-
ro fontem
elicit e petru

Dicitur quod cum die quadam S. Isidorum visitaret Dominus suus, Joannes de Vargas, magnoque pressus æstu vehementer sitiret; quæsierit ex eo num vicinam istic haberet aquam: ille vero exteuto

digito locum designans, Istic, inquit, est fons. Accurrens autem eo Joannes, cum petram undique siccam conspiceret, seque delusum quereretur; accepto Isidorus stimulo, quo inter arandum utebatur, quique cum ejus corpore nunc servatur, eo petram percussit, dicens: Hic habebimus aquam, quando vellet Deus. Quæ mox dulcis omnino sapidaque prosiliit; quantumque profuit ad extinguendæ sitis usum, tantum valuit ad confirmandam, quam Dominus de suo Isidoro ex alias visis hauserat opinionem. Est autem locus, ubi miraculum hoc contigit, extra urbem Madritensem, trans fluvium inter duos pontes, qui Toletum et Segoviam ducunt; ubi ad perpetuam rei memoriam Imperatrix Isabella, Caroli V uxor et Philippi II mater, eremitorium construxit supra ipsum fontem, qui hodieque S. Isidori dicitur, neque ullius quantævis siccitatis tempore unquam exaruit, præterquam anno MDLXXV, cum haustam inde aquam venalem proponere cœpere quidem e face Maurica, eadem etiam ad sacrilegos suos et superstitiosos baptismos abutentes. Quod cum vetitum iis a Magistratibus est, rediit ad locum priorem aqua, et hodie dum durat pluribus salutaris.

nunc agris
salutarem,

48 Dicitur etiam alios variis in locis fontes excitate aut puteos fecisse Sanctus. Puta in Longares, ad vallem Salutis; Valpermini, ad Rupem-corvi Uzetensis territorii; et subtus locum Caraquis dictum, ubi, aqua similiter in potum sumpta, plurimæ curantur infirmitates. Fateor autem quoad hunc ultimum fontem, eodem fere modo quo prior excitatus dicitur, de terra productum, quod gemina tam sibi similia miracula legens, de alterutrius veritate et auctore dubitaverim. Sed considerans multitudinem testium, quibus in legitimis processibus pro canonizatione formatis incolarum utriusque loci traditio nititur, juxta quam uterque fons S. Isidoro tribuitur; nolui ultra ambigere, ne quod Moysi accidit, fieret mihi aqua contradictionis alterutra. Madriti etiam in platea majori, ubi olim campus fuit, et anno MDCXCVI domum habebat Jacobus Venasque, viva in petra fontem fecit S. Isidorus seu puteum: qui etiam ipse, inde cum devotione ac fide bibentibus, salutaris est. Item in platea Toletana, quæ etiam campus olim fuit, ubi similis virtutis puteum creditur Sanctus fecisse, qui deinde fuit ædibus familiæ Veræ inclusus: ubi etiam est cavea, quam fabricasse idem Sanctus creditur: quin et in eadem platea puteus est alius in domo Mariæ et Isabellæ Falconiarum, cujus aqua hirudinum morsus sanat. Multi autem cum vellent domi suæ puteum fodere, nec aquam cavando invenirent, mox ut S. Isidorum invocaverunt, dulcem et salubrem contraque morbos utilem reppererunt. Hæc pluribus Bleda cap. 34, qui suis his ultimis verbis modeste videtur insinuare, quod existimet illos tam varios fontes ac puteos, qui S. Isidoro per vulgi traditionem attribuantur, non tam viventis labore effossos aut oratione elicitos, quam ad mortui invocationem repperitos plerosque fuisse. De miraculis autem in vita per Sanctum patratis idem Bleda hæc interserit textui Joannis Diaconi, ante miraculum *Æra* MCLXX patratum.

E
simile quid
creditur in
Caraqvis
fecisse,

et putei
alibi ab eodem
effossi.

49 Cum Domino S. Isidori mortuus esset equus suus, quo uti consueverat agros suos inspecturus, idque retulisset Sancto: hic accedens ad locum, in quo cadaver jacebat; ipsum brevi oratione restituit vitæ. Et hoc miraculum cernebatur pictum in ejus eremitorio, priusquam destrueretur. Præsumitur autem pictum quoque fuisse, una cum miraculis aliis pluribus, in ea parte arcæ, cujus latus propter loci humiditatem ante nonnullos annos totum defiguratum apparuit. Interim ipsum fidem suam habet a testibus, de antiqua traditione deponentibus in processu; sicut et aliud, quo dicitur Sanctus ejusdem Domini

Ejusdem
heri equum
mortuum

et filium
resuscitat.

A Domini sui filiam unicam Mariam, ex gravi infirmitate defunctam, reduxisse ad vitam precibus suis, ac reddidisse parentibus, multum de ea jactura dolentibus.

50 Rodericus Ximenes Archiepiscopus Toletanus, qui ab anno MCCVIII usque ad MCCXLV Primatum Hispaniæ tenuit, et anno MCCXII præsens interfuit illustri isti ac prodigiosæ victoriæ, quam ad augustias, quæ vulgo las navas de Losa appellantur, die XVI Julii retulit exercitus Christianorum de Mauris; lib. 8 de rebus Hispaniæ cap. 7 describit occupatum pridie certaminis montem et castrum Ferral, sub quo sunt quædam voragine, et in rupe anfractus et scopulorum præcipitia juxta Losam: et tanta est ibi, inquit, angustia transitus, ut etiam expeditos impediatur difficultas. Narrat deinde quomodo disceptantibus de modo ad hostium castra pertingendi Alphonso Castellæ, Petro Arragoniæ, et Sancio Navarræ Regibus; cum consilium nobilis Aldephonsi prævaluisset de ipsorummet angustiarum transitu tentando, ne circumveniendo montem præberent ignaris speciem fugientium; Deus omnipotens, qui negotium speciali cura dirigebat, misit quemdam hominem plebeium, satis despicabilem et habitu et

pastorem
qui viam
monstravit
ad victoriam:

P persona, qui olim in montanis illis pecora paverat, et cuniculorum et leporum ibidem captioni institerat. Is ostendit viam satis facilem, omnino possibilem, per declivum lateris montis ejusdem: nec oportet ab aspectu hostium custodiri: et ipsis videntibus nec impedire valentibus venire ad locum pugnæ congruum poteramus, inquit Rodericus: et cap. 8 idem argumentum sic prosequitur, Sed quia in tanto discrimine tali personæ vix credi poterat, duo Principes præcesserunt; ut si invenirent esse vera quæ pastor dixerat, montem quemdam, in summitate sui planitiem habentem, occuparent. Et dante Domino sic evenit, ut ille tamquam Dei nuntius, qui infirma mundi eligit, verax inveniretur.

Rex Alfonso
dicitur
agnovisse
S. Isidorum.

51 Hæc eo, qui interfuit quique anno dumtaxat MCCXLIII suam historiam absolvisse se scribit, sic narrante, nec ullam S. Isidori mentionem faciente, tacente deinde Joanne Diacono; difficile est creditu, ipsummet Regem Alphonsum paulo post istam Victoriam (annis enim duobus solum supervixit) inspicientem corpus S. Isidori, agnovisse vultum, atque dixisse; Vere hic ille Sanctus est, qui mihi in forma pastoris apparens, monstravit viam et duxit ad victoriam: ideoque faciendam curasse ejus imaginem, quam argento coopertam posuit super altare, intra sacellum proximum tumbæ, in qua jacebat ejus sanctum corpus, supra

idque etiam
Ferdinandus
Rex appro-
basse

C tres leones inauratos sculptos de petra. Ita tamen scripsisse in Annulis Doctorem Carrajalium de Galiendo, Caroli V Consiliarium, et Doctorem Alfonso de Villegas, asserit Bledu cap. 28: utque idipsum velut ex traditione confirmare multos testes, in processu per Dominicum de Mendoza formato, respondentes ad interrogationem LXXXVIII; quin imo Alphonsum de Villegas in confirmationem hujus rei addere, quod S. Ferdinandus Rex, Alphonsi prædicti nepos ex filia Perengaria, cum ad persuasionem prælaudati Archiepiscopi Roderici Cathedralam Toletanam restaurasset; inter alias statuas, duas jussit fieri ex albo lapide singulas, ad mensuram hominis; posuitque in choro majori ad latus Evangelii, intra columnam quæ claudit sepulcra dicti Regis Alphonsi, aliorumque Regum ibidem tumulorum: quarum statuarum una simillima est aliis S. Isidori statuis, quæ Madriti visuntur; tamquam satis certus fuerit Ferdinandus, ipsum esse qui prædicto Regi viam ostendit ad victoriam, Similia dicuntur habere Hieronymus Quintanu in Historia Madritensi, et Joannes Martinus Carilius in suis Annalibus: quorum omnium assertio utrum aliud habeat fundamentum, quam statuas S. Isidoro a Regibus Alfonso et Ferdinando erectas, et piam

Castellanorum præsumptionem de suo Sancto, haud facile definiervo.

52 Certius credere possumus Jacobo Bleda, affirmanti cap. 31, ab antiquissimis temporibus inveniri ecclesias S. Isidoro dicatas, ejusque sepulcrum a Superioribus sæpe fuisse visitatum. Nam præter eremitorium, inquit, quod Imperatrix Isabella supra fontem S. Isidori struendum curavit, juxta fluvium Manzanarem, e regione Conventus S. Francisci: aliud templum valde antiquum extat in vico de Caraquiz, eo loco ubi istic habitavisse creditur, in territorio Uzetensi, juxta fluvium Xamara. Aliud templum visitur in roboreto Gargantensi, oppidi Buytragensis sub Archiepiscopo Toletano, fontem habens baptismalem, unde intelligitur aliquando parochiale fuisse: et in omnibus S. Isidoro erectasunt altaria cum imaginibus radiatis ipsius. Celebrantur etiam ejus festa, fiuntque stationes temporibus Litaniarum publicarum. In loco dicto Bernardos, sub jurisdictione civitatis Segoviensis, eremitorium ejusdem nominis aliud est, aliud in civitate Toletana, aliud denique invenitur in Campo-Commendatoris sub Episcopatu Legionensi. In loco autem Gargantensi etiam confraternitas est S. Isidori, cui alterique Domine nostræ de Pratis eodem in loco, pro lege fuit jam inde ab annis centum, convenire ad Vesperas in profesto Nativitatis Marianæ mense Septembri, pariterque procedere ad campum S. Isidori, ibique mactare vaccam inter pauperes distribuendam. Vetustissima autem Confraternitas hujus nominis est in ecclesia S. Andrew Madritensis, quam Confraternitati sanctissimi Sacramenti, utraque appellatione conjuncta, unvit Episcopus Novariensis Nuntius Apostolicus, anno MDXXXVII.

53 Corpus quoque S. Isidori, tamquam vere Sancti, ad publicas necessitates produci solere, constat ex Instrumentis anni MCCCXXI et XXVI supra prolatis. Constat etiam ex perpetuo usu, ejusdem Sancti honori tres quotannis processiones institui, cum maxima solennitate populique concursu: primam mense Majo, quæ ducitur ab ecclesia S. Andreae ad eremitorium Sancti, quod esse supra ejus fontem miraculosum, jam bis diximus; et huic; imaginem Sancti radiatam portanti, obviam procedit Confraternitas Sancti, quæ est in Caramanchel. Secunda fit in Octava Sanctissimi Sacramenti: in qua, ab dicta ecclesia ad prænominatum eremitorium procedente, similiter defertur imago Sancti ante thecam sanctissimi Sacramenti. Tertia celebratur in festo Assumptionis Domine nostræ, cum eadem imagine ab eademque ecclesia, versus Dominam nostram de Atocha. Denique certissimum est, in omnibus quæ pro impetranda pluvia instituuntur processionibus, imaginem Sancti circumferri.

54 Anno MDIV die XXI Junii ipsius Sancti corpus visitavit Baccalaureus Joannes de Centenera, Archipresbyter Maquedæ, Canonicus Vicensis et Visitator generalis in Archidiaconatibus Madritensi et Guadalaxara, pro Illustriss. D. Fr. Francisco Ximenez Archiepiscopo Toletano: invenitque illud servari intra capellam ad cornu Evangelii, in prægrandi tumba, quam vulgo S. Isidori appellant. Erat tumba in circuitu picta, sic ut exprimerentur multa Sancti prædicti miracula: et tenebatur clausa quatuor clavibus, quas tunc tenebant Curatus loci, D. Maria uxor D. Joannis Luxau, Joannes de Vargas, et Joannes Ruiz de Tapia, Rectores verosimiliter Madritenses: intra arcam vero illam erat alia minor, sub una clavi, quam custodiebat Honoratus vir Garcias Alvarez, Beneficiatus in ipsa ecclesia: et huic arcae includebatur corpus sanctum, serico subtili albo involutum, et coopertum tela quadam colorata. Ipsum vero integrum est in carne et ossibus, præterquam

D
EX HISP.
J. BLEDA
Erecta eidem
jam olim
sacella

et confraternitates
instituta:

E

annua Madriti
processio triplex.

F

visitatio
corporis incorrupti an.
1504,

ejus sectum
brachium
auferrî non
potuit.

A terquam quod rescissum a cubito brachium dexte-
rum, eidem vinculo quodam adstringatur. Dicitur
autem sectionis hujus auctor fuisse Domina Joanna,
uxor Henrici Regis II aut IV. idque eo fine ut illud
transferret alio; sed propositum exequi nequivisse.
Est porro corporis statura procera: et cratis gran-
dis ac vetus prætenditur ostio capellæ, cujus gemi-
nam clavem Clerici servant.

55 Ex veteri etiam Inventario MS. possessionum
et bonorum ecclesiæ S. Andreae habetur, quod ima-
go lignea, quam ibi collocavit Rex Alphonsus, coo-
perta fuerit laminis argenteis inauratis. Has vero
laminas fuisse anno MXX die XXV Aprilis sublatas,
ex consilio quorundam parochianorum S. Andreae,
ut pro earum pretio fieret tabula majoris altaris,
constat ex eodem Visitationum libro: inveniturque
Actus anni MXXI, quo apparet, Franciscum Sanchez,
Curatum istius ecclesiæ, argentario cuidam fabro
Madritensi, Gregorio Malvenda, vendidisse triginta
marcas argenti, ab imagine jam dicta sumpti, æsti-
matione mille ducentorum ac decem maravedisiorum
in singulas marcas. Ac denique in alio instrumento
anni MDLIII exoneratur Franciscus Sanchez, Clericus
Curatus, a summa nongentorum octodecim marave-
disiorum, quos videbatur expendisse in restaurando
fonte S. Isidori, ipsi ecclesiæ adjuncto.

56 Anno MDLXVII die XIX Julii iterum inspectum
fuit corpus S. Isidori, a D. Gomezio Tello de Giron,
auctoritate Apostolica Gubernatoris Ecclesiæ Tole-
tanæ in spiritualibus ac temporalibus: apertaque est
tumba quatuor clavium, et arca unius. Hæc arca
cooperiebatur panno aureis sericeisque figuris varie-
gato, vestita autem erat corio colorato claviculis
inauratis fixo; aperta vero exhibuit sanctum corpus,
serico albo tamquam sindoni involutum, alterique
exteriori tegmini exlino crassiori. Quibus revolatis,
apparuit integrum quoad caput (in ejus ore adhuc
aliquot dentes numerabantur) mandibulas, collum,
pectus, brachia, manus, digitos, ungues, tibias atque
pedes; seorsim autem in phylacterio quodam sericeo
clausa erat pars digiti e dextera manu. Quibus
omnibus consideratis, emundata fuit arca, in ipsam-
que repositum sanctum corpus, et suis quinque cla-
vibus obseratum.

57 Hactenus ex Cap. 31. Capite autem 33 idem
argumentum prosequens Bleda, ita loquitur: Qui de
prædictis visitationibus fidem facit Antonius Vas-
quez Romay, Protonotarius Apostolicus et Vices
gerens Curati S. Andreae, anno MDCIV; idem anno
MDCV testatur, quod Joannes Franciscus Aldobran-
dinus, nepos Clementis Papæ VIII, Exercitus Ec-
clesiastici Generalis, et tunc in ædibus Apostolici
Nuntii juxta ecclesiam S. Andreae hospitatus, ex
parte Magistratus Madritensis, per D. Joannem
Hurtado de Mendoza Dominum Frenii de Torote,
et D. Ludovicum de Toledo et Mendoza Dominum
Vilhe-francæ, rogatus fuit ad inspiciendum corpus S.
Isidori accedere; quatenus negotium Canonizationis,
quod instrui cœperat, sua commendatione efficacius
posset apud patrum promovere. Annuit ille, non se
prius discessurum Madrito promittens, quam illo
officio defungens suæ propriæ erga Sanctum devo-
tioni fecisset satis. Itaque die XXVII Martii postridie
Paschatis, post secundam horam postmeridianam
ante Vesperas, cum nobili ac numeroso comitatu,
accessit ad sacellum Sancti; sanctoque spectaculo
fruitus est, cum magna sua suorumque ædificatione;
qui quanto plures erant numero et auctoritate ma-
jores, tanto certius testari possent, cum Romam re-
vertissent, quam integrum quamque suaveolens es-
set S. Isidori corpus.

58 Eodem anno MDCV die XXII Aprilis, idem san-
ctum corpus visitavit Franciscus de Morejon, Cano-

nicus Toletanus, pro Alberto Cardinali Sanctæ Crucis
Archiepiscopo Toletano electo; et inveniens, quod
tumba clauderetur unica dumtaxat sera, alteraque
pensili seu catenaria; voluit ut quinque deinceps
seræ essent, quarum claves variis personis commen-
davit. Philippus etiam II Hispaniarum Rex corpus
sanctum inspexerat, prius quam anno MDCXIII primas
super Canonizationis negotio litteras ad Clementem
VIII daret. Denique anno MDCXIII die VII Martii, ad
comprobendam miraculosam sancti corporis integri-
tatem et suaveolentiam, illud auctoritate Apostolica
inspexerunt Illustriss. ac Reverendiss. D. Bernar-
dus de Rojas, S. R. E. tit. S. Anastasiæ Presbyter
Cardinalis, Archiepiscopus Toletanus; Reverendiss.
D. Fr. Franciscus de Sosa, Episcopus Canariensis,
ex Concilio generalis Inquisitionis; D. Joannes de
Hoces, Protonotarius Apostolicus, Canonicus Eccle-
siæ Cartaginensis; Judices remissoriales et Commis-
sarii Roma ad hunc finem designati, coram Fran-
cisco de Salsedo Notario Apostolico, suæ Sanctitatis
Nuntio D. Antonio Cajetano, et Duce Infantadi ac
plurimis aliis: præsentibus etiam regiæ urbis Ma-
dritensis Rectoribus Didaco de Urbina, Laurentio
Lopes de Castilio, et Joanne Gonzalez de Almunia.

59 *Relatas his ultimis tribus numeris sacri corporis
inspectiones præcesserat Translatio ejusdem in novum
Sacellum, quod Episcopi nuncupant: de qua Transla-
tione acturus Bleda, expendit facultatem ad hoc a
Leone Papa X concessam Licentiato Francisco de
Vargas, Caroli Regis Consiliario ac Thesaurario,
referenti, quod considerans se Madriti natum, loco
totius Hispaniæ celeberrimo propter Regum ibidem
residentiam ordinariam; quodque eadem urbs erga
S. Isidorum sit devotissima; desiderabat ei fabricare
sacellum proprium, in eoque facere magnificentem ac
sumptuosum sepulcrum pro ejus corpore, quod cate-
nus in ecclesia S. Andreae loco minus ornato inve-
niebatur. Hoc autem sacellum conditurum se ad la-
tus ipsius parochiæ, dotaturumque libris, calicibus,
ornamentis, et omni reliquo ad divinum Officium
apparatu, pro Sacellano majori aliisque sex minori-
bus, servato sibi suisque jure Patronatus. Quod cum
prædicto Licentiato annuisset Leo Papa, per Breve
in ecclesiæ archivio inveniendum (obiit autem Leo
anno MDCXI) probassetque sacellum ab illo fabrican-
dum, intra quod tanto cum honore collocari deberet
sacrum corpus, appellari sacellum S. Isidori; exe-
cutioni mandata sunt quæ pie cogitaverat Vargas:
ab eoque et heredibus ejus constructum est sacellum,
intra quod conclusa fuit vetus capella. Sed quia pa-
rietem pertundentes istic, ubi fuerat porta, per
quam in capellam intrabatur, grandiore expande-
runt arcum; graves hinc diuturnæque lites extite-
runt, Curato et parochianis S. Andreae causantibus,
ea ratione impediendos sese in suis Officiis per Sa-
cellanos, qui in capella Sancti instituebantur. Res-
que eo processit, ut per Andream de la Cadena,
Placentinum Canonicum Judicem Episcopalem, lata
in Curatum et parochianos fuerit excommunicatio-
nis sententia: a qua appellantes ad Concilium Re-
gium, violente obtinuerunt ut provisionaliter absol-
verentur, anno MDCXLIV die VIII Junii.*

60 Rebus autem huc usque progressis, tandem
11 Novembris ejusdem anni inita ratio concordiæ est,
inter D. Joannem de Tavera Presbyterum Cardina-
lem Archiepiscopum Toletanum ex una, et D. Guite-
rium de Carvajal Episcopum Placentinum ejusque
fratrem Didacum de Vargas, ambos heredes Licen-
tiati Francisci de Vargas, ex altera parte, his con-
ditionibus; ut Episcopus Placentinus renunciaret
cuicumque juri Patronatus aut Beneficii in ecclesia
S. Andreae, seque obligaret ad claudendum arcum
in pariete factum lapideo aut lateritio opere, ita ut
sibi

EX DISP.
J. BLEDA

Argentum e
statua ad
alios usus
distractum,

Aliæ visita-
tiones anno
1567,

anno 1595
27 Martii,

1595

et 22 Aprilis,

anno 1593
et 1613.

E
Pro trans-
ferendo in
novum sacel-
lum corpore

facultatem
dat Leo X:

F
unde lites
suborta

anno 1544
componuntur:

A sibi mutuo non officiant Clerici utrimque ministrantes in suis officiis; et nihilominus ipso in pariete relinquere alius arcus, modice elevatus a solo pavimento, et arcæ sancti corporis commensus; ita ut sub eo posita illa, etiam ab iis qui in ecclesia S. Andreae forent, conspici posset et adorari. Hujus concordia instrumentum cum Episcopo Placentino signandum offerretur, non probavit adjectam de minori arcu conditionem, haud satis consentientem cum ea qua cautum oportebat, ne quid Clerici alterutri sese impedirent; maxime quia jam providerat locum alium intra sacellum, in quo longe decentius arca collocaretur, videlicet juxta altare ad latus Evangelii; atque sub hac moderatione signavit etiam ipse die xxii Novembris, et anno mox sequenti MCLV a Paulo Papa III confirmationem obtinuit eorum quæ patri concesserat Leo. Vulgus tamen in usu sibi sumpsit, ut quod S. Isidori sacellum dici pater voverat, passim sacellum Episcopi nominaretur, eo quod hic illius perficiendi orandique præcipuam sibi curam sumpsisset.

et an. 1545
approbante
Paulo 3,

transfertur
corpus in
novum monu-
mentum :

B 61 Corpus igitur, quod ab annis viginti quatuor, aut viginti sex (ut volunt alii), interim dum fabricaretur sacellum et de modo ac jure Sanctum in eo collocandi disceptatur, e priori sublato loco, alibi servatum fuerat; non sine jactura multarum circa miracula noticiarum: denique in præparatum ab Episcopo monumentum illatum fuit, intra lineas suas areas, quomodo repertum est anno MCLXI ut supra dictum est num. 56 Vehementer autem erravit Mag. Joannes Lopez del Hoyo, cum dixit Translationem hanc factam esse sub Catholicis Regibus Ferdinando et Isabella: nec minus Fr. Joannes Guitierrez, Ordinis Prædicatorum in sexta Lectione, asserens eam factam sub Rege Philippo II; cum ad Imperatoris Caroli V tempora ea certo pertineat, uti ex Actis prædictis liquet. Mansit autem res in eo statu usque ad annum MDCXX. Tum scilicet, occasione canonizationis pro qua instantissimo agebatur Romæ, argentarii Madritenses fecerunt sancto corpori pretiosissimam urnam, cui ad sedecim ducatorum millia impensa sunt pro argenti aurique materia: quod nisi illi operam gratis contulissent, non fuisset triginta ducatorum millibus persolutum pretium. In hanc igitur translatum fuit illud, communi corruptibilitati naturæ humanæ ereptum spoliū, de quo Marineus Siculus ita loquitur: Vidi ego S. Isidori corpus: estque adeo integrum, ut credi possit a duobus aut tribus dumtaxat mensibus vita privatum:

C quodque magis admiror, cum in omni cadavere primum corrumpatur extremitas narium et oculorum albugo; utraque in eo adeo est illibata, ut mihi occurrerit locus iste Scripturæ, Capillus de capite vestro non peribit. *Hactenus Bleda.*

et an. 1620
in arcam
argentam.

Luc. 21, 18

62 Floruit autem scripsitque *Marineus sub Carolo V, cui obtulit de rebus Hispaniæ libros xxii usque ad annum MDCXVII perductos: sed in his tale nihil reperio, ut oporteat cum alibi ejus rei meminisse: nisi forte editio Francofurtensis anni 1603 in tomis Hispaniæ illustratæ plurimis locis est mutilata. Et hoc suspicari me facit Bleda, initio cap. 34 in Margine citans ex editione anni 1539 lib. 2 fol. 13 pag. 1 de Provincia Lusitaniæ, quasi ibi loquatur de fonte per S. Isidorum excitato, cum in Francofurtensi editione sumpta ex prima Alcalensium anni 1530 vel secunda an. 1533, sub isto libro et titulo invenitur quidem cum laude nominatus Sanctus, sed de fonte verbum nullum. Ipse quidem, premature abruptens filium libri 22, in quo de viris Hispaniæ illustribus, non solum præteritis, sed etiam tunc viventibus, numerose scripserat; satis habet Imperatores in Hispania natos enumerasse, ceteros judicio Principum suorum suppressens, ne minor sibi ex commemoratis gratia, quam ex præteritis*

nosceretur invidia. Sed vix est credibile istic eum egisse de Sanctis, qui de his ex professo agit lib. 5, omisso tamen Isidoro, de qua jam egerat in lib. 2. Nisi forte, postquam ille Principibus suis obtulit operis istius exemplar, juxta quod facta est Alcalensis ac dein Francofurtensis editio, post modum multa adjecit supplevitque, et ex tali MS. processerit editio anni 1539, qui de re ab eruditissimis Hispanis doceri cupimus.

D
EX PROCES-
SIBUS.

MIRACULA RECENTIORA

Ex Processibus collecta a Jacobo Bleda.

CAPUT I.

Post quædam miracula, gloriam sancti testantia, complures infirmi curati enumerantur.

Hic primo lectorem pium monitum velim, quod (quia materia miraculorum tam delicata est, ut in ea nihil sibi indulgere scriptor verax possit) in iis quæ scripsi hactenus et deinceps scripturus sum, presse secutus sum et sequi decreverim originalia documenta, nullum verbum addens aut tollens. Quod si ex Latino oportuerit aliquid Hispanice dare, malui verbum verbo reddere, quam styli causa mutare quidpiam. Itaque referam hic S. Isidori miracula verbotenus, prout ea reperi in Processibus. Sic ille: *Nobis autem coactis eadem ex Hispanico rursus facere Latino, non libuit esse tam scrupulosos: cur enim originario contextu destituti vellemus phrasim non primogenia mordicus adhærere cum infinito legentium tædio, ex multiplicatione verborum duplo vel triplo plurimum quam opus sit, nihil causæ fuit. Sed ad Bledam redeamus, qui facta iterum mentione Processuum sic progreditur: Cum Catholicus Rex Philippus II ad suum Romæ oratorem Ducem de Sesa scripsisset anno MDCXIII die xxv Martii, Civitas et Magistratus Madritensis eodem anno vi Aprilis fecit potestatem agendi de ipsa causa Ferdinando Mendez de Ocampo, et P. Fr. Dominico de Mendoza, et Didaco de Salas Barbadillo: cui postremo Majores-domus et Officiales Coufraternitatis Sanctissimi Sacramenti, in ecclesiis SS. Petri et Andreae, fecerunt potestatem, per se suosque substitutos tractandi negotium illud cum Rege suisque Consiliariis et Papa Sixto V. Hic ergo, daturus initium rei agendæ, hujusmodi supplicationem obtulit Archiepiscopo Toletano, D. Gaspari de Quiroga Cardinali, Hispaniarum Primati et Inquisitori generali, cujus hæc erat summa.*

lib. 2 c. 5

E

Cap. 6
Ad agendam
canonizationis
causam electus
Procurator
anno 1593

F

2 Illustrissime Domine, civitas hæc Madritensis, priusquam se sistat conspectui S. D. N. Clementis Papæ VIII, eum in finem ut hic permittat agi de canonizatione B. Isidori, cujus corpus honoratur in ecclesia S. Andreae: Dominationi Tuæ supplicat, mandes Vicario tuo generali, apud hanc Curiam residenti, aut alicui Visitorum suorum, ut recipiant informationem de vita, fama et miraculis dicti servi Dei: ejusque sic receptæ unum alterumve exemplar ad finem prædictum nobis consignent, Madriti xiii Aprilis MDCXIII. Hanc supplicationem Archiepiscopo obtulit Vicarius ipse Madritensis, Doctor Neroni Abbas major ecclesiæ Alcalæ de Henarez; ab eoque accepit in mandatis, suscipere desideratam informationem, et examinare testes ex parte civitatis producendos. Primi autem producti ad hanc informationem fuerunt a d. Didaco de Salas Barbadillo, civitatis Syndico, die ii Augusti, Mag. Fr. Didacus de Alderete, Prior Conventus S. Thomæ Madritensis Ordinis Prædicatorum; et die xi, P. Fr. Dominicus de Mendoza ejusdem Ordinis. Postea vero præsentati sunt alii atque alii testes de vita et virtutibus Sancti,

impetrat a
Toletano
Archiep. de
informationibus
curandis
mandatum,

a quo produ-
cti testes, de
corporis inte-
gritate,

A Sancti, asserentes se adfuisse visitationi ipsius corporis; illudque invenisse integrum tamque suaviter olens, ut quorumvis aromatum fragrantia delectabilius afficeret nares odor iste miraculosus.

EX PROCES-
SIBUS

de Angelis
ad sepulcrum
visis,

3 Primus deinde auditus die xxiv Augusti, fuit Franciscus Barragan, Capellanus-Mayor in sacello S. Joanni Lateranensis per Episcopum Placentinum fundato. Illic juratus deposuit, audivisse se dici a Joannes Ximenex Clerico, nepote Francisci Sanchez quondam Curato S. Andreae, quod cubitum sedens, ad sacristiam d. ecclesiae S. Andreae, ubi lectum habebat stratum, viderit Angelos evolare ex sacello antiquo, ubi erat sanctum corpus; atque accipere lampadem ante illud ardentem, et circum ecclesiam ferre, ita ut celeri illo motu neque extingueretur lumen neque oleum effunderetur: mane autem ad eandem inspicendam veniens, salvo intus oleo ardentem reperit. Agebat Franciscus, cum examinaretur, annum ætatis octogesimum quartum; et depositioni suæ addidit, quod in Breviario Toletano antiquo, cujus exemplar obtinuerat, diceretur S. Isidorus fuisse pastor ille, qui Alphonsi Regis exercitum deduxit; et breviarium illud fuisse in usu totius Archiepiscopatus Toletani.

B 4 Gregorius deinde Barragan, civis et indigena Madritensis, annorum lxxxiii dixit, quod Hymni, qui descripti habentur in libro, olim cani solerent; et quod ipsemet, cum esset Sacrista in ecclesia S. Andreae, ipsos una cum Curato cecinerit. Item quod deficiente pluvia sæpius extrahi viderit corpus Sancti, sequente mox effectu optato: quodque ab annis circiter quinquaginta ibidem Sacristanus, quibusdam diebus per hebdomadam et præcipue Sabbatinis, inveniens extinctas lampades, ante venerabile Sacramentum et corpus Sancti ardentes; easdem paulo post ardere viderit, nemine lumen admovente. Maria Hurtado, famula quondam Archipresbyteri, retulit quod Dominum suum dicentem audiverit, solitos Sacristanos S. Andreae affirmare; quod lampas, ante corpus Sancti exposita, frequenter extincta, maneret per noctem, et mane semper inveniretur ardere. Item quod audiverit quemdam ejus ecclesiae Sacristanum, tempore Domini sui præfati, Sebastianum nomine, affirmantem perceptos a se aliquando in dicta ecclesia cælestes cantus. Omnes autem pariter affirmant, verum esse de pluvia, ad extractionem corporis sequi continuo solita, deque suavi illius fragrantia. Similiter et cetera quæ porro describentur miracula, habentur ex dietis juratorum testium per Notarios Apostolicos descriptis, quæ nolui reducere ad ordinem materiarum, ut legentes magis oblectet argumentorum varietas.

de Officio
proprio olim
usitato,

lampadibus
cælitus
accensis,

C 5 Donna Catharina de Garnica, vidua quæ Francisci de Arguello civis Madritensis, dixit, quod filiæ suæ bimula advenerit magnum apostema in gutture circa maxillam sinistram, cui frustra multi chirurgi fecerant medicinam: quodque Doctor Torres, medicus et chirurgus suæ Majestatis, jussit in diem sequentem peratum haberi foculum cum prunis ardentibus, eo quod putrefacta esset maxilla puellæ, ideoque revellenda. Itaque anxia mater properavit cum filia ad ecclesiam S. Andreae, puellam S. Isidoro commendans, ac rogans ut eam sanare vellet. Cumque postridie foculum apparasset, et in eo feramenta sua candefecisset chirurgus; depositis ad curationem a plaga pannis, inventa est illa persanata atque consolidata; adeo ut præter exiguum emplastrum nihil illi apponendum chirurgus censuerit, cum admiratione intelligens ex matre, quomodo parvula S. Isidoro oblata, curataque ab eodem esset. Matthæus Ordognez, civis Madritensis annorum lx, dixit, quod audiverit quemdam Salmanticensem patria, habitatione Madritensem, qui affirmavit taul-

Cap. 7
apostemate
incurabili
repente
sanato;

de clauda
erecta,

tis se infirmitatibus, tam febrium quam accidentium aliorum afflictum, semper invenisse præsens remedium in eremitorio S. Isidori, bibendo de ejus fonte: accidisse autem semel, ut cum ibi esset, veniret eodem quædam mulier clauda in asino, cum furcillis axillaribus: quæ in terram descendens, cum de eadem aqua bibisset, suasque tibias lavisset, sana recessit relictis in loco furcillis.

D 6 Didacus Martines de Luxan Mauricus, famulus Francisci Martinez qui est scriba Senatus Madritensis, dixit quod cum famularetur priori quondam Domino suo Licentiate Benedicto de Luxan civi Madritensi, hujus germana et quædam mulieres aliæ, sortitentes inter se Sanctorum nomina, quæsierint ex illo; num et ipse vellet in partem venire sortitionis. Quibus, irridendo eas, dixit: facerent ut vellent, nihil se talia curare. Scripserunt ergo etiam illius nomen, et miserunt ceteris; cumque sortito illi obtigisset S. Isidorus, suam ei schedam servandam dederunt. Servavit Maurus, certus, ut sibi videbatur, numquam a superstitione avita ad Christianam religionem converti, quamvis multum ad hoc sollicitaretur a domesticis, ipsoque Domino suo, promittente quod eum donaret libertate: quibus semper respondebat, Malle se Maurum vivere et servire æternum, quam Christianum frui libertate. Interim decidit in lectum infirmus ejus dominus, misitque hoc suum mancipium cum urna ad fontem S. Isidori, ad hauriendam inde aquam; ubi reperiens quemdam amicum suum, eidem multa magnalia S. Isidori narranti, suadentique ut fieret Christianus, respondit: Ista omnia pro Christianis bona fuerint, mihi nequaquam, qui nolo id esse. Nocte autem proxima, cum extincta candela cubitum concedens altum dormiret; somniavit audire se voces dicentium, Ameth, vocat te Dominus tuus; videbaturque sibi per capillos trahi exigique de lecto. In hoc terrore expergiscens, invenit cubiculum plenum lumine; accurrensque ad candelam et eam extinctam cernens, perrexit ad atrium, ut videret num eum vocarent domestici. Neminem vero audiens, rediit ad lectum. Iterum ergo dormiens, rursus eandem vocem audivit, dicentem sibi: Ameth, esto Christianus: quia S. Isidorus, ex cujus fonte aquam attulisti, hoc tibi mandat. Videbatur etiam ipsi, quod subsideret lectus, quodque vis aliqua nitebatur eum inde extrahere. Rursumque expergefactus eandem in cubiculo claritatem conspexit; ac neminem cernens, prodiit visurus num forte illuxisset: et plenam adhuc noctem esse deprehendens, magnoque timore percussus, denuo decubuit; sed frustra. Cæpit ergo intelligere Deum velle ut fieret Christianus, idque se debere meritis S. Isidori. Proinde mutata sibi esse mentem significavit Domino suo: quo curante instructus ac baptizatus, factus est Christianus, nihil inde jam commodi sperans aut volens.

Mauro per-
tinaci, cui
Sanctus sortito
obligat,

E

post geminam
admonitionem

converso ad
fidem,

F 7 Didacus Ramiréz, civis Madritensis, dixit, quod ipse annorum quinquaginta et Dionysius de Hispania Clericus et Curatus S. Joannis Madritensis, patiebantur febrim tertianam; iveruntque ad eremitorium, et biberunt de fonte quem Sanctus elicit; neque ullum deinde accessum illius senserunt. Petrus Ortiz, civis et natus Madriti, ostiarius cameræ suæ Majestatis, dixit, quod variis vicibus febres tertianas aut continuas patiens, quoties S. Isidorum visitabat, sanus ab ejus redibat sacello. Insuper quod ante annos tres, podagra enim in modum afflictus, ut iocveri de lecto non posset, aut pedibus suis ulla tenus insistere tutis sex mensibus; iisdem decursis ex animo sese devovit Sancto, surgensque ambulavit cum scipione ad eremitorium illius; indeque vehementer relevatus domum rediit, ac brevi ab omni morbo liberatum se sensit. Joannes

febris
curatis;

item de
podagra,

Martinez

paralysi,
apostemate,
dolore gutturi et capitis,

A Martinez de Figueroa, dixit, quod cum paralyti teneretur, pater ejus ipsum curavit adscribendum Fraternitati S. Isidori, dixitque; Eia, fili, confide in Deo et S. Isidoro, te brevi sanandum, jam enim Confrater illius es. Nec plura: cum vestes petiit infirmus, surrexit, et sanus ivit ad visitandum corpus sui novi Patroni. Idem dixit, quod Didaeus de Villalobos Notarius, ex interno apostemate graviter infirmus, jamque a medicis derelictus, commendavit se Sancto; atque post largum meri puris vomitum sanus extitit. Idem addidit sanari infirmos, super quos ponitur linteum, cui fuit involutum corpus Sancti, idque se conspexisse in Joanne Gomez socero suo. Matthæus autem Lopez chirurgus attestatus est, quod sanatio Didaci de Villalobos miraculosa fuerit. Et ipse Didacus denique comparuit testis. XIII addens, extremis Sacramentis munitum se ad mortem fuisse.

pleuritide,
febris,
genuum cruciatu,
claudicatione,
pestilentia,
difficili puerperio,
morbo venereo,

B Lucia Martinez ex Valdemorillo, civis Madritensis, dixit quod febres patiens, cum magno dolore capitis et gutturi, valdeque infirma, jussit sibi ex fonte Sancti adferri aquam: qua hausta melius sibi esse senserit, ac brevi prorsus convalescit absque alio ullo remedio. Addit quod gravi quadam tentatione oppressa, ab eadem fuerit liberata, mox atque ante sanctum corpus spiritualem hanc suam necessitatem Deo commendavit. Joannes Aguirre, tonsor et chirurgus, civis Madritensis, dixit, quod Didacus Ordonnez capistrarius, in foro d. civitatis, ex dolore lateris infirmabatur ad mortem, depositus a medicis: supra cujus lectum, S. Isidoro se commendantis, cum expansum fuisset linteum ejus sepulcrale, intra octavum diem sanus surrexit, ipso instanti melius habere visus. Maria Petri Garciae Vergara, uxor Garciae Machado portarii Madritensis, ex febribus ad mortem ægra, post tertium quo se Sancto commendavit diem, integre convaleuit. Petrus Caranazor civis Madritensis, eadem ex causa extrema Untione munitus, sanitatem hausit una cum aqua de d. fonte petita. Don Alfonsus de Mendoza, Dominus de Cubas et Grignon periculosa tertiana laborans, eadem aqua sumpta convaleuit. Ludovicus de Medina sartor, civis Segobiensis, uno in genu gravissimum dolorem patiens, cui nullum remedium inveniebant medici; ad d. fontem venit eques; indeque potatus postquam se Sancto commendavisset, sanus ac pedes domo revertit, quasi nihil unquam mali passus.

C quod anno MXXXV veniens cum patre ac matre ad forum, quod a Porta-solis nomen habet, vidit juxta hospitale pauperem quemdam, qui duabus furcillis innixus agere se poterat commovere. Post paucos autem dies iterum illac transiens, vidit eundem magna populi turba cinctum, exilientem dicentemque, se meritis S. Isidori sanatum, in ejus eremitorio furcellas suas dimisisse. Joannes Hurtado, pistor Madritensis, febribus valde attenuatus (quanto enim plus curæ ei adhibebant medici, tanto pejus sibi esse experiebatur) allatam sibi Sancti aquam bibit, multumque mox sudavit et sanus fuit. Franciscus de Leyva, faber ferrarius, civis Madritensis, pestifera tactus febrim, in ipso ejus aestu surrexit, et ut potuit ad eremitorium Sancti abiit, oravit, bibit, et absque febre sanus revertit. Ludovica Lopez, uxor Joannis Martinez de Figueroa, difficili laborans puerperio, nec liberari valens, mox ut appositum super eam est linteum sæpe dictum, vivum fœtum sana edidit. Blasius de Amor textor, civis Madritensis, venereo morbo sic affectus, ut (quoniam aliud remedium non supererat) præscindenda genitalia censerentur; ivit et ipse, ut melius potuit, ad d. eremitorium, commendavitque se Sancto: et male affectas partes identidem aqua illa abluens,

tandiu id fecit, donec sensit omnem ardorem dissipatum, possesque domum sanus reverti.

10 Mariana Osoria, vidua Petri Lopez, civis Madritensis, filium habebat binulum gravi febre laborantem, cui per duos menses adhibita medicorum remedia nihil profuerant. Tulit ergo eum ad ecclesiam S. Andreae ante corpus S. Isidori, eidem obtulit, meliusque habere incipientem domum retulit, ubi convaleuit intra unum diem. Francisca de la Paz vidua, uxor qu. Petri Fuentes, civis Madritensis, aliique multi ex hisce provinciis, dixerunt, quod mox atque se commendarunt S. Isidoro, a suis infirmitatibus sospites fuerint. Catharina de Peralta, uxor Joannis Recas, civis Madritensis, pestifera fere et pustulis infirmata atque deposita a medicis, bibens de fonte Sancti, servavit vitam. Eidem tantus dolor advenit in una coxendicium, ut inde claudicanti oportuerit auferre filium quem lactabat; cum autem vovisset adire eremitorium Sancti, die postero sana eodem ambulavit. D. Francisca de Calrera, civis Madritensis, toto biennio cum febribus quartanis conflictata, cum novies visitasset ejus corpus in ecclesia S. Andreae, in fine illius observantia libera ab iis fuit. Hieronymus Lezeanus studiosus, tanto pectoris dolore gravatus, ut nec diu nec noctu somnum caperet; dum ecclesiam S. Andreae transiens illuc esset ingressus, seque S. Isidoro commendasset; paulo post ab ore ejecit ossiculum, avellana nuce majus, et nihil deinde amplius doloris sensit. Mariana Calba, oppidi Pegna-fiel civis, duplici laborans tertiana, petiit adferri sibi de aqua d. fontis, et cum eadem sanitatem bibit.

CAPUT II

Febres aliquemorbi, usu aquæ ex fonte S. Isidori acceptæ sanati.

F Francisca Vasquez, uxor Alfonsi Davila pictoris, continuis laborans febribus plusquam duos annos, nihilque adjuncta ab iis qui curandam sumpserant medicis; decrevit ad fontem Sancti remedium querere. Ergo jumento imposita (nec enim per se illuc ire potuisset) ibique orans, bibit ex aqua, et bibendo absternit febrim; indeque revertit cum magna cibi appetentia, qua carebat antea. Maria Lopez de la Cruz, uxor Alfonsi Sanchez de la Cruz, vector sarcinarum Madriti, præteritis annis tertianis laborans, ipso in frigore abiit ad eremitorium S. Isidori, bibit de fonte, et sana domum rediit. Idemque vidit accidisse marito sui fratri Martino Sanchez; ipsique suo marito, quem peregre iturum et tertiana impeditum commendavit Sancto, et sanum dimisit. Item Mariana de la Rosa, vidua Licentiatum Rojas medici, tertianas per tres menses ferenti, cui se commendanti S. Isidoro, allata fuit phiala aquæ de fonte ejus: hanc vero ubi exhausit, exhaustas pariter febriem vires sensit. Maria Suarez vidua, uxor quondam Bartholomæi Cortezado, dixit, quod pater suus anno MDL absque baculo incedere nequibat, quia claudicabat percussus a mula: sed tibiam lavanti ad fontem Sancti ibique oranti, absque alio remedio sanari vulnus filia vidit: et ipsa deinde cum gravem ad pectus pateretur dolorem, ex infirmitate quam bilem recoctam appellabant, mox ut sese ex animo commendavit Sancto, levamen accepit.

12 Catharina de Lerma, Deo devota, Beatam Hispani dicunt, duplici laborans tertiana, bis per diem recrudescente, sanitatem a S. Isidoro petiit: qui ei quodam die apparuit lecto assistens, nec amplius rediit paroxysmus, et exinde plene convaleuit. Maria de Azevedo, uxor Petri de Quiros ostiarii aulici, dixit, quod Hieronyma de Escobar, adeo infirmata

D
EX PRO-
CE-SIUS
febris.

claudicatione.

E
pectoris
dolore

Usu fontis
S. Isidori
sanantur

F
febris variæ,

dolor pectoris.

tertiana,

EX PRO-
CESSIBUS

A firmata a febribus ut de vita medici actum dicerent, ubi bibit de aqua. d. fontis intra horam onam convaluit : idemque uno post anno similiter ægrotanti eidem usuvenit. Isabella de Zuniga, uxor Joannis Ordognez de Montesdoca, dixit, quod ante octodecim annos passa est duplicem tertianam admodum vehementem, atque ut potuit pedes accessit ad eremitorium Sancti, et aqua sumpta convaluit. Idemque, ut testis de visu, asserit accidisse matri suæ Franciscæ de Zuniga; affirmante hoc ipsum illius sorore virgine, Mariana de Zuniga. D. Isabella Tellez vidua, uxor qu. Licentiati Moralis, dixit, quod cum quidam suus nepos, Ludovicus Cornejo nuncupatus, gravi laboraret tertiana, pro ejus salute oratura ipsa accesserit ad ecclesiam S. Andreæ, viditque supra arcam sancti corporis ingentem splendorem : quando autem domum rediit, nepotem suum sanum reperit. Adidit autem virum quemdam ex Alcozer, ipsi notum, dum quartana laborans commendabat se Sancto cujus corpus spectandum extabat, convaluisse ut ipsemet vidit attestatus est.

obstructio
alvi et
vesicæ,

B Joannes Perez capistrarius, dixit, quod cum lateris dolore tantam patiens totius corporis restrictionem, ut per quatuor dies nec urinam reddere nec alvum exonerare potuerit, fecit se deportari ad eremitorium et fontem S. Isidori : ex quo ut bibit, statim se sensit utrumque resolvi, et sanus domum rediit. Joannes Garcia Sutor, eadem ratione dixit se liberatum a tertiana, quam nunquam passus est post sumptam aquam illam. Isabella Garcia, vidua Francisci Perez bibliopole, eadem aqua abegit quartanam, que decem mensibus, ipsam exercuerat. Isabella de Herrera, linei panni tatrix, dixit, quod quodam totius corporis frigore torpens, cum febribus et dolore capitis ac tibiærum vehementi totis sex mensibus, pota et lota ad eundem fontem absque alia medicina sanitatem recuperavit : et hoc attestando confirmavit pater ejus Arnaldus Gimbao gallinarius, D. Ludovica de Ayala, vidua Laurentii Maldonado et filia Joannis del Monte, civis Madritensis dixit, quod dextero ex latere dolorem colicum patienti sibi adeo intumuit venter, ut respirare vix posset. Commendans ergo se Sancto votum vovit ad eundem eremitorium et alia quedam faciendi, quo sese mox exolvens in comitatu D. Joannæ de Briviesca, ipsius cognatæ, lavit ipsius fontis aqua pedem unum, ita male affectum ut omnis jam sensus expers esset, deinde ex eadem devotè bibit : et quæ per octo menses infirma fuerat ac pæne muta, sequenti die clara et distincta voce asseruit, pedem se habere sanum.

dolor capitis
et tibiærum,ventris et
pedis,

C Andreas de Urbina, famulus Admirantii Castellæ, dixit, quod cum ipse et uxor sua tertianis febribus laborantes lecto detinerentur, commendarunt se S. Isidoro, petieruntque aquam de fonte, ac biberunt : quo facto recessit ab eis febris et tertio post die surrexerunt sani : quod etiam asseruit uxor, Franciscæ Ruyz. Joannes Sanchez de Torquemada, Clericus, Promotor fiscalis in Curia Audientiæ Episcopalis Madriti, testatus est advenisse sibi dolorem in coxendice sinistra per modum ischiadis, ita ut baculo uti deberet ad gradiendum. In hoc autem statu perrexit ad eremitorium Sancti, dictaque ibidem Missa, sine baculo recessit, tam sanus totus ac si nihil omnino passus fuisset. Maria de Aguirre virgo deposuit, quod sibi febribus valde periculosas laboranti allata fuerit aqua sæpedicta : qua post preces ad eundem factas sumpta, vehementi sudore cœpit distillare, simulque a febre liberari. Idem autem asseruit alias deinde evenisse sibi, quando similiter ægrotabat. D. Ludovica Mendez, vidua Andreæ de Esquivel, suæ Majestatis famuli, simili potu et sudore orationem secuto, liberatam se dixit tertiana febre. Francisco del Castillo, uxor Petri de la Tor-

ischiatia,

dysuria,

re, Janitoris aulici, affirmavit quod triduo toto impedita urinam reddere, eandem aquam sumens emisit grandem calculum, moxque sanam se senserit. Affirmavit etiam quod eadem infirmitate iterum laborans iverit ad ecclesiam S. Andreæ, seque S. Isidoro commendavit, ac domum sana redierit, duos denique filios suos eodem delatos, a febribus esse liberatos.

D

15 D. Maria Vaca de Ocampo, uxor Andreæ de Parres, dixit, quod filiolam, sedecim menses natam et gravissima febre æstuantem, obtulerit Sancto, jussurique ad ejus sepulcrum deferri per novendies, itaque convaluerit; seipsam quoque graviter tribulatam, molestia omni liberatam esse, post preces Sancto oblatas. Maria Gonzalez, vidua Garcia Rodriguez, febre et pustulis pestilentibus ac periculosas laborans, ex urbana Sancti aqua sumpsisse et valuisse, professa est. Iterum vero cum ei una tibiærum doleret, ivisse ad eremitorium ejusdem, lavisse, et sanam se revertisse domum. Anna Maria de Mendez ex eodem fonte aquam petiit, depulitque febrem tertianam, post emissum sudorem. D. Maria Pereyra, uxor Floriani de Lugo, Imperialis Majestatis famuli, sanguinis fluxum patiens per annos tres non sine periculo, visitavit corpus S. Isidori quod expositum prostabat; atque eidem se commendans, ejecit concretam sanguinis molem, sanaque recessit. Franciscæ Gonzalez, vidua Joannis Palerino, febribus infirmata, potavit de fonte S. Isidori; magnaque cum devotione se eidem commendans, sanitatem recepit : quod idem accidere vidit Joanni Garcia, pileario, domi suæ noctes solito ducere.

pestilens
febris,E
fluxus sanguinis,

16 D. Maria de Montalvo, vidua Gasparis Perez de Horosco, dixit, quod febribus continuis, tertianis et quartanis sex mensibus laborans, simili haustu sanata sit. Franciscus quoque Martinez de Bel, Bibliopola, cui uxor sua Maria de Leon attestabatur, affirmavit quadriennio se passum vehementem febrem, a qua sit liberatus hausta ex fonte aqua, post vacuatum vomitu stomachum. Eleonora Hernandez Francos, ante annos quadraginta ferens duplicem tertianam, eademque incrementa sumente, derelicta a medicis, et tibi potusque expers aliquamdiu; petivit ferri sibi aquam de fonte; quæ sumpta morbum sustulit. Isabella de Quintana, uxor Didaci Moreni agricolæ, marito suo, febre ac vomitu laboranti per mensem usque ad desperationem medicorum, eandem aquam attulit : qui se commendans Sancto ac bibens, prævio sudore liberatum se utroque malo sensit. Eorundem vero filius parvulus, delatus a matre ad oratorium Sancti ac fonte lotus, post similem sudorem dictus est febrim evasisse.

diversæ
febres,

F

17 Franciscus Orisalva, ante annos viginti obvenisse sibi dicit apostema circa hepar, cum febribus et grandi dolore lateris; quare eidem jam desperato a medicis paratum erat linteamen funereum. Hoc autem in statu commendavit sese, ut ait, S. Isidoro, ac mox habere cœpit melius : altera vero die jussit deportari se ad illius eremitorium, ibique oravit; et hausta de fonte aqua, iterum melius se habere sensit; denique dum reportaretur, ipsa in via multam bilem evomuit, et subito convaluit. Eandem fere se passum professus est Michael Perez mercator, et ejusdem aquæ potu ereptum periculo, ante annos sedecim Periculosam quoque infirmitatem et gravem admodum patiebatur Alphonsus Nugnez de Valdivia, Regius minister, valdeque sublevatum se sentiens simili haustu; sumere eandem aquam perrexit, donec integre convaluit. Scriba etiam Regis, Joannes Alphonsus de Segura, eadem ratione febres depulit periculosas a filia sua Bernardina, et famula Anna, quæ etiam ipsa dominis suis testis accessit. Idemque beneficium per dictam aquam accepit Antonio

apostema
hepate,

nius

A nius de Laudabar sutor, prævio tamen frigore et sudore.

*stillatio
occludiana
sanguinis
per nares,*

18 Franciscus de Santander, scriba Regius et in Audientia Apostolici Nuntii Notarius, dixit, quod cum filiolus suus quadrimus febrim gravem patiens, sanguinem quoque per nares emitteret, die quodam inventus sit frigidus instar mortui. Videns ergo uxorem suam linteamina ad corpus involvendum parare; ipse nolens morientem puerum videre, abiit ad S. Andreae, ibique ex animo rogavit S. Isidorum ut filio salutem impetraret a Deo. Hoc autem agenti adveniat alius filius, nuntians fraterculum suum melius habere ac loqui et cibum postulare: continuataque exinde convalescentia est usque ad plenam sanitatem. Idem miraculum postea tempore Alberti Archiducis Austriae et Episcopi Toletani narravit multo distinctius Francisci uxor D. Menica Coello, factum id asserens anno MDCXIV mense Augusto, postquam puer, cui Alphonso nomen, fluxum illum sanguineum octo diebus passus erat, frustra curam suam esse, professo Doctore medico Petro Lopez: puerum autem, orante patre et Sacrum pro eo dicendum curaute, sibi redditum quæsisvisse ubinam esset pater suus, et tortulam in spiræ modum coctam postulavisse. Agnito deinde beneficio, quovis sabbatho oblatum a se fuisse lecythum olei, ad fovendam lampadem ante sepulcrum S. Isidori. Rem autem ab omnibus habitam esse pro evidenti miraculo, et puerum usque nunc sanum vivere ac valere, nulla unquam infirmitate tentatum. Accessere testes Maria de Mena, famula D. Menicæ; et D. Maria de Sant-Ander, uxor Antonii Gonzalez Notarii Apostolici et soror Francisci de Sant-Ander.

*duplices
tertianæ,*

19 Joannes Lopez mercator dixit, quod cum duplici tertiana quinque mensibus conflictatus, advenit una eum matre sua eremitorium S. Isidori quod est in urbe: illudque genibus flexis subiens, illi se commendavit; atque aquam de fonte hauriens, liberatus omnino sit. Postea vero cum Toleti existens ad mortis articulum esset deductus, fuerit, allata sibi aqua eadem, sanatus. Joannes Martinez Isla argentarius, civis Madritensis, febribus continuis laborans, eodem in eremitorio idem beneficium accepit, secuto post aquæ haustum vomitu. Eadem aqua ad se allata in ipso tertianæ febris paroxysmo, sanatus fuit Gregorius de Usategui, Rector hujus civitatis. Eodem modo a duplici tertiana sanatum se, cum gravida esset, testata est D. Prudentia Sestique, uxor Joannis Sanchez de Mator, satellitis Cameræ Regiæ. De marito autem suo Augustino de Santillana, suæ Majestatis scriba, juravit uxor Maria de Espinosa, quod gravi laborans febrim, et Sancto se commendans, atque bibens aquam, sudare cœperit ac convaluerit: quodque post similem commendationem et sudorem, curatus quoque sit filius eorum, synonymum patri. Dictis autem testis accessit Isabella de Santillana, uxor Antonii Equete, cantoris capelle Regiæ, advens eodem modo a tertiana liberatum maritum suum.

tumor faciei,

erysipelas,

20 Isabella Ruyz, uxor Petri Fernandez, ad vitæ terminum adducta per febrim, eodem potu sanata est a periculosa febre et vultus inflatione. Idem in se filiisque varie agris expertam se dixit Catalina Lopez de Moya, vulgo Commater Granatensis nuncupata. Item Ludovicus Morales mercator, quarto die postquam febricitans aquam sumpserat et Sancto se commendarat: nec non Maria Martinez, uxor Michaelis de Montalto sartoris, quæ non solum febribus sed etiam erysipelate pustulisque pestilentibus laborabat, ipso quo biberat die libera a febre; et exinde absque alia medicina paulatim convalescens. Et ita subito etiam se convaluisse a febre, quam tribus mensibus passa erat, asseruit D. Anna Guerra, civis Madri-

tensis, vidua Joannis Ariæ Oforii. Itemque Gregoria de Santander, vidua Petri Lopez, scribæ reditum hujus urbis, cum quadam vice obstructionibus, alia febribus laboraret. Immo sexies septiesve eadem aqua febrim se diluisse ante annos viginti, affirmavit Bartholomæus de Lorenzana, tractandorum armorum magister.

D
EX PRO-
CESSIBUS.

21 Maria de Madrito, uxor Joannis Baptistæ, consuetudinis thoracibus se sustentantis, in ipso febrili aestu accessit ad eremitorium Sancti semel iterumque; et utraque vice morbum depulit sumpta de fonte aqua. Eadem aqua binis quoque vicibus salutaris fuit Joannæ Garcia, uxori Antonii de Calsada, struendis ex argilla parietibus victum quærentis, et utriusque filio bimulo. Magdalena quoque Hernandez, viduæ Bartholomæi Garciae de Cuenza quinies aut sexies. Antonio autem Leyton Lusitano, præter febres etiam erysipelate laboranti, saluti fuit, quod eques accesserit ad eremitorium in ripa fluminis positum; ibique audita Missa biberit ex fonte: ex tunc enim sapere ei eibus cœpit, atque convaluit: uti et Dominus ejus Ferdinandus Martinez, eum esset in Escuriaco tertiana correptus, et aquam sibi ex eodem fonte allatam bibisset. Idemque asseveravit conservus illius Gaspar de Olivera, etiam Lusitanus: et se quoque simili haustu sanatum a febre, quæ ei mensibus duobus durarat. Tertius denique ex eodem famulatio Emanuel Martinez, febre caruit, statim ac aqua sumpta sudavit. Cum vero Beatrici Palacios, uxori Joannis Mangado, Majoris-domus officium gerentis apud uxorem Justitiarum majoris Aragoniæ, ad febrilia frigora accessisset dolor capitis, ipsaque se commendasset S. Isidoro, atque allatam sibi lodicem, in qua corpus ejus fuerat aliquando involutum, explicari supra lectum suum jussisset; sana continuo facta est: idemque accidit ejus filiæ, quatuor aut quinque annos natæ.

febres plures

E

22 Maria Martinez, uxor Francisci de Carrion, eum non haberet qui filiæ suæ Justæ, in febris remedium postulanti aquam de fonte S. Isidori, cui devotissima erat, ipsam adferret; communem aquam, de vase acceptam, puellæ obtulit, fingens esse qualem petebat. Et hæc quoque profuit ægrotanti; mox enim ac sumpta cum fide fuit, febris cessavit. Agnes Lopez, uxor Alfonsi de Soria, scribæ Regii, ante annos sedecim, post trium mensium continuam febrim deposita a medicis, ægre mediam vitæ horam promittentibus, post haustam cum devotione aquam, frigusque febrile atque sudorem secutum, prorsus sana extitit: asseruitque, eandem contra febres valuisse priori marito suo, Alphonso de Salamanca; et filiæ suæ Petronillæ, cum febre arthriticam patienti mense integro. Mariscallus Ludovicus Nunnez Prado-Mexia, Rector civitatis Salmanticensis, cum febribus laborans et somni expers irascere tur cuidam famulæ suæ, quæ effuderat poculum aquæ, inde allate unde bibebat Majestas sua; puella aliam in poculo attulit, priori multo meliorem esse asserens, quia sumpta erat ex fonte S. Isidori, contra febres salubri. Bibit ergo Ludovicus, Sancto se commendans; ac mox phlegmate copioso ejecto, sanus fuit. Attestantur autem huic miraculo, oculata fide nixæ, ancilla illius duæ; Maria de Holos, ipsa quæ infirmo ministrabat et aquam attulit; atque Catharina Garcia vidua, quæ præsens fuit.

mortifera,

F

23 Joannes de Hispania, sartor biduo consequenter ad eremitorium Sancti adiens et aquam ibi scaturientem bibens, secundo die rediit sine febre quam eo attulerat. De eadem aqua sumens Catharina Gonzalez, uxor Petri de Sant-juste, ipso quo bibebat momento liberam se sensit a febribus, quibus plusquam anno laboraverat, multis remediis nequidquam tentatis ad sanitatem recuperandam. Idem a se cum

et diuturnæ.

EX PRO-
CESSIBUS.

A optato successu factum in pluribus qui sibi obvene-
runt morbis, testata est D. Constantia Delgadillo,
uxor Joannis Delgadillo, civis Madritensis. In loco qui
Olias dicitur, febribus et erysipelate sextum jam
mensem laborabat D. Didacus de Luna Ponce de Leon,
quando sub mediam noctem allata ei et oblata est de
aqua sepe dicta: qua sumpta mox levius habuit, dor-
mivitque, et experrectus sanum se reperit. Absens
similiter ab urbe et in loco Xetafe dicto decumbat
æger D. Antonius Alvarez de Toledo y Luna; quando
Sanctus e se commendavit, et aquam similiter allatam
bibit, addito voto de visitando illius eremitorio; et mox
alleviatum se gavisus est. Idem beneficium eadem ce-
leritate, post ejusdem aquæ potum, bis sese adeptum
juravit etiam Gonzalvus Pereyra Berettus Eques
Lusitanus: et Joanna Gutierrez, uxor Francisci de
Tordelaguna, duplici tertiana se laborasse, atque in
ipso paroxysmo adisse eremitorium, bibisse, et Sa-
natam esse asseruit.

CAPUT III.

*Ejusdem argumenti, ex primo Processu sum-
pti, prosecutio.*

B Catharina de Moralez, uxor Ferdinandi Gomez, af-
firmavit excepisse se hospitem Cesaraugustanum
quemdam, valde infirmum ex febre; qui cum se ex
ea moriturum intelligeret, petit sibi monstrari ere-
mitorium et fontem S. Isidori. Cum autem inde re-
verteretur, quævisse se, qualis rediret; eumque
respondisse, quod sanus, post fusas preces et hau-
stam aquam. Eodem potu et simili prece a febre con-
tinua, quæ nullis remediis eatenus dispelli potuerat,
liberatam se dixit Catharina Alfonsa Lusitana, uxor
Francisci Perez. Anni sunt quadraginta quod Isa-
bella Rodriguez, vidua Joannis Mendez mercatoris,
febri et ventris tumore enormi laboravit totis quin-
que annis; et tandem vovit se tribus Dominicis die-
bus aditurum eremitorium Sancti: dixit autem pri-
ma Dominica redeuntem se melius habuisse, secunda
autem omni plane febre et alio quocumque malo car-
uisse. Matthæus Garcias, tibialium factor, civis
Madritensis, tertio quoque die vomebat sanguinem,
febri laborans plus quam per tres menses. Videns
ergo se periclitari de vita et multa de miraculis
S. Isidori audiens, huic se devote commendavit, et
melius habuit, ita ut potuerit adire ecclesiam S. An-
drea: neque deinceps aut sanguinem vomuit aut fe-
brim passus est. Michael Garcias, Clericus ex Val-
lecas, fassus est, quod plus quam sesqui anno in
crure enormiter tumido tres grandes plagas circum-
ferens, frustra que chirurgorum manus expertus,
etiam Regii; ad eremitorium accesserit, biberit, la-
verit, moxque habere melius cœperit, et intra dies
quindecim absque alia curatione sanus extiterit.

25 Ex eadem aqua sibi allata, ante annos viginti
septem, bibisse se gravi febre laborantem, dixit Al-
phonsus de Puebla, caupo et mox sanum fuisse:
cui attestabatur etiam uxor sua Agueda Sanchez.
Idem eodem in casu usu venit Francisco Martinez,
sacristæ ecclesiæ S. Martini, qui secundo post sum-
ptam aquam die sanus e lecto surrexit. Matthæus
autem de Lucronio tonsor, purgativæ pro febribus
pellendis potioni superaddens aquam de fonte San-
cti, eidem se commendavit. Postquam autem vi-
potionis coaretatus copiose sudavisset, febrem redu-
cem nunquam sensit: uti nec Julianus Lazano, pan-
normi lineorum textor, febrem ultra tres menses
pessus, et ad eremitorium fontemque Sancti, qua
melius potuit ratione progressus: neque Capitaneus
Alfonsus Lara de Corduba, civis Madritensis, qui
tertianam patiens, aquam inde sibi ferri jusserat.

Tertiana quoque laborabant Joannes de Pegnafiell
scriba Regius, uxor ejus Maria Solis, et filia Ma-
rianna de S. Dominico, nec medico sibi opus esse
crediderunt, sed aqua de fonte: atque intra triduum
convalescerunt. Ita testatæ sunt mater et filia. Simi-
liter sibi evenisse, ante annos non plures quam octo,
professus est Hieronymus Hernandez agricola: pa-
ter autem ejusdem nominis bis febre laborasse, bis
curatum se dixit, adeundo eremitorium et de fonte
bibendo.

26 Bartholomæus de Uregna, ostiarius ejus loci,
quem a numeranda pecunia Regia Contadoriam ma-
jorem nominant, uxorem suam Catharinam de Vega
continuis febribus et sanguinis fluxu laborasse di-
xit; judicantibus autem medicis ex ea infirmitate
morituram, recurrisset illam per preces ad notum
S. Isidori patrocinium: moxque soporatum, mane
facto caruisse febre; et sanguinis fluxu intra quadri-
duum cessante, de lecto sanam surrexisse. At faber
quidam lignarius, Alphonsus Moreno dictus, ut li-
beraretur a tertiana, quam tulerat mensibus om-
nino tribus, libum ad eremitorium Sancti detulit,
fonti intinxit atque comedit, et sanus rediit. Dolo-
rem lateris intolerabilem ante annos viginti passam
se asseruit Maria de Vaste, vidua Licentiati Espi-
nosæ civis Madritensis: de quo curando cum des-
perassent medici, petisse se de fonte aquam, hibi-
se, et sanitatem consecutam esse. Addidit etiam de
suo consanguineo Petro de Vaste, quod fœde ruptus,
ita ut intestina descendencia extra ventrem prorump-
perent, ad eremitorium Sancti iverit, aqua laverit
locum herniæ; et restitutis mox succinctisque inte-
stinis sanus redierit.

27 Narravit Franciscus Mugnoz, quod ad puteum
existentem in domo avi sui in platea Toletana,
quem ipse S. Isidorus fodisse dicebatur, accesserint
viri de trans Guadalaxaram, atque aquam hauserint;
quam cum eorum alter bibisset, cui hirudo
per os ingressa adhærebat faucibus; inclinavit se
supra hydriam, quam eadem aqua impleverant; ac
paulo post egressa est hirudo, quartam ulnæ par-
tem longa ac tumida. Dicebant autem venisse se
motos fama, qua dicebantur hircines ea aqua cu-
rari. Addebat alter, tribus mensibus febrem quartana
passum se, nec prius liberatum, quam in San-
cti eremitorio audita Missa Christi corpus, ac deinde
aquam ex fonte sumpsisset. Sic etiam Alfonsus Ra-
mos, apparitor Confraternitatis sanctissimi Sacra-
menti in ecclesia S. Justæ Madriti, febrem semel
se diluisse dixit in eodem eremitorio; alias vero
simplici aquæ inde allatæ haustu, attestante sibi
uxore Gabriela de S. Maria. Neque alio remedio
aliove labore opus contra febres fuit Joanni Gutier-
rez, famulo Roderici de Parras, fabri lignarii ac
cœmentarii, id attestantis; ac septenni hujus filio
atque Licentiato Ribero, in cujus domo ipse testis
vivebat ante annos quindecim.

28 Christophorus de Arce, tonsor Celsitudinis
suæ Cardinalis et Archiducis Alberti, affirmavit an-
nos transisse viginti, quod pestilentibus maculis
toto corpore erumpentibus, cum morti jam proximus
crederetur, allata aqua de fonte S. Isidori potatus
a matre, eidemque Sancto commendatus, sudare
cœpit et mox convalescit. Post hunc Marianna de
Rojas, uxor Alphonsi Sanchez, tonsoris atque chi-
rurgi, deposuit, quod maritus suus, pleuritide labo-
rans ad desperationem medicorum, mox ut male
affecto lateri applicita est S. Isidori imago, cui de-
votissimus erat, dormire cœperit, experrectus autem
dixerit sanum se esse: quod etiam confirmavit
Hieronyma de Rojas, deponentis germana. Febrem
deinde quartanam duplicem, qua septem mensibus
laboraverat, ante annos viginti quatuor, evanuisse
sib

fluxus san-
guinis,E
dolor lateris,

gravis hernia,

hirudo fauci-
bus inhærens,

diversæ febres.

E

etiam pe-
stilens,atque cum
pleuritide:Aqua ex fonte
Sancti sumpta
similiter curantur febres
varia,vomitus
sanguineus,exulceratio
cruris,

iterum febres,

A sibi dixit Ludovica Lopez, uxor Rochi de S. Maria fabri lignarii, cum in eremitorio Sancti de aqua bibisset : uti et Antonius de Salazar sartor, solo ejusdem aquæ haustu, quia vi februm ad extremum vitæ jam deductus periculum, progredi illuc non poterat : idque verum esse etiam affirmavit ejus uxor Joanna Lopez de Salazar. Simili modo a vehementi febre sanata se dixit Marianna de Noriega, uxor Antonii de Caceres cultellarii.

et proximo
mortis peri-
culo :

29 Anna Maria Ruyz, uxor Gonzalvi Fernandez, de Vialo, scribæ Regii, cum abortum passa, duplici laboraret tertiana et morti appropinquaret, servata in vivis est et sanata, postquam ei devote imposuerunt linteam, cui S. Isidori corpus fuerat involutum. Isabella Hernandez, uxor Petri de Reynaltes argentarii, affirmavit quod cum gener suus Alphonsus Gallo, maculosa peste et letargo laborans, extrema esset unctione munitus, voverit quod ipsum deferri curaret ad eremitorium Sancti ; et sensui mox restitutum monuerit ut ei se commendaret : quod ille libenter faciens, aquam de ejusdem fonte poposcerit ; sed cum adesset nemo quem eo mitteret, ipsa testis paulo post communem aquam ei porrexit, simulans illam esse : hanc vero cum æger devote bibisset, melius habuit, atque intra quatri-duum ex integro sanus surrexit ; quemadmodum etiam matri suæ contestis adducta Joanna de Reynaltes, ægri conjux, cum juramento affirmavit. Ipsa autem mater iterum in processu anni mxcvii reproducta, rem eandem affirmavit, expressius dicens contigisse septimo morbi die, et ægrum septimo item post gustatam aquam salutiferam die surrexisse de lecto : causam denique simulandi sibi fuisse, quod hyems esset, et propter frigus solito majus lutumque copiosum, nollet tam procul ipsa excurrere. Talis porro aquæ haustu, et lintei prædicti applicatione, sanata se ipsoque die surrexisse de lecto, in quo quartanæ febres eam novem mensibus tenerant, desperantibus de curatione medicis, asseruit Apollonia de Saravia, uxor Petri de Maragnon : et hoc quidem cum adhuc frigeret. In ipso vero febrili æstu eandem aquam gustando, Maria de Resa, uxor Petri Sanchez de Valverde, sanata se dixit. Solius autem applicatione lintei sanitatem a febre recepisse se testatus est Blasius Mugnoz tonsor, sed prægresso sanitatem sudore.

item aliæ
diuturnæ,

C 30 Anna de Medina, vidua Joannis de Moxica, ex famulatio Marchionis de Augnon, deposuit, quod suis pater Petrus de Medina, post quartanam febrim decem mensibus toleratam, contulerit se ad sæpe dictum eremitorium, biberitque, et sanus exinde redierit. Antonia de Berbie Biscayna, uxor quondam Bartholomæi Blanchi cerarii, affirmavit, quod ab annis viginti octo laborans febre et tibus tumidas habens, allatam de fonte aquam bibit, sudare cœpit et convaluit. Eadem aqua potans filium, febre laborantem toto uno anno, Catharina de Vega, uxor Bartholomæi de Pina pædotribæ, sanum eum retulit ex eremitorio ubi id fecerat : simileque beneficium simili haustu ante annos quatuordecim acceptum refert Agnes de Moxica, uxor Martini Ochoa de Urbina, famuli Regii. At D. Mariæ de Castro, ut a febre et maculosa peste liberaretur, satis fuit S. Isidorum invocasse, uti testata est ejus consobrina D. Maria de Montoya, uxor Doctoris Belisæ. Joannæ vero Dominguez, filiæ Joannis Dominguez argentarii, præter febrim graves ex renibus dolores patienti, visum fuit aquam petere ; et voti ac sanitatis mox compos facta est. Idem fecit Ferdinandus Carnero de S. Joanne, apparitor hospitalis quod hac in urbe nomen habet a Passione, cum de lecto surgens ad eremitorium traxisset febre calentia membra ; et convaluit.

aut pleuritidi
conjunctæ,

31 Augustinus de Santillana dixit, se tertiana D laborantem, et stomacho tam debilem, ut ægre tertio aut quarto quoque die cibum caperet ; aquam S. Isidori pie sumendo convaluisse, æque ac uxorem suam, ad extrema deductam. Idem de se febrim patienti dixit Christophorus de Yopez serarius, attestante uxore ejus Isabella de Cardenas. Gravius autem periclitum se asseruit Ferdinandus de Mena sutor, accedente ad febres pleuritide et morti proximam, cum idem remedium sibi poposcit secato effectu : quod verum esse jurata quoque affirmavit uxor ejus Catharina de la Haya. D. Isabella de Vargas, uxor Alphonsi Lopez de Guevara, hæmorrhoidum fluxu tam molesto laborabat, ut diceret se nec sedere nec ambulare potuisse ; ivisse nihilominus ad ecclesiam S. Andreæ, indeque sanitatem orando retulisse. Addidit autem quod filius suus, ex febre moriens, sanatus sit applicito linteo supradicto. Aquam vero ex fonte allatam sibi ac patri suo Petro Dias depulisse febrim, juravit Joannes Diaz sutor. Idem evenisse sibi, cum Toleti ægrotaret febre, testatus est Domicellus Alfonsus Quintana de Villasante, civis Valentinus ; atque etiam antea cum ad febrim accessisset letargus, judicio medicorum E mortalis, sed quarto post aquam sumptam die. Addidit autem et de filio suo Christophoro, quod die quinto, post fusas in eremitorio Sancti preces, sanatus fuerit a duplici tumore, inguina occupante. Eodem in loco, sumpta de fonte aqua, sanatus a colicis doloribus et cibi inappetentia fuit Licentia- colica, tus Benedictus Flores de S. Vincentio, Clericus et civis Salmanticensis. Et similem haustum subsequente sudore, febris recessit a Joanne Suarez de Canales.

fluxus san-
guinis,

letargus,

colica,

vomitus
frequens,

32 Fr. Joannes Garcias de Jesus, Administrator Collegii et domus Dominae nostræ Lauretanæ, vidisse asseruit multos infirmos, a medicis depositos, qui sanati sint allata sumptaque aqua ex fonte S. Isidori, ac nominatim Franciscum Martinez Sacristam in S. Sebastiani. Antonius Grixote agricola, cum febre accessit ad eremitorium Sancti ; atque, ut ait, hausta aqua dormivit, et sanus surrexit. Eodem deportari se petiit Clara Gonzalez, uxor Joannis Camacho, febribus, letargo et frequenti vomitu menses jam duos debilitata : ibique post aquæ salutaris potum, solito copiosorem vomitum passa est : sed sana domum reversa. Simplex vero illius aquæ haustus suffecit Gregorio Hernandez, uti testata est F filia ejus Joanna, uxor Francisci de Valladolid ensium fabricandorum magistri : addiditque seipsam maculosa peste ac pleuritide morituram, servatam in vivis imposito sibi linteo, quod olim S. Isidori corpus involverat : alias vero se convaluisse a tertiana, curato in ejus honorem sacrificio Missæ. Atque hæc est ultima testium, in supra laudato processu præsentatorum per Didacum Salas Barbadillo, audiente eos Joanne Guitiarre Notario et Francisco Vargas.

33 Joanna de Zayas, uxor Dominici Martin sutoris, dixit, quod letargo sibi accedente ad febrim, item letargus, sacro Oleo inuncta fuerit, quando maritus suus aquam de fonte Sancti petitam propinavit, qua sumpta convaluit. Similiter ad febrim pestis maculosa accesserat Alphonso Sanchez de Escobar, cantori capellæ Episcopi Placentini Madriti, et tendebat ad mortem æger ; quando allatum sibi linteam supradictum pie deosculatus est priusquam sibi injiceretur, ac paulatim sanatus sine alio medicamine. Ludovico quoque Fernandez argentario febrim auxerat gravis pleuritis : sed aquæ Isidorianæ haustum secuto vomitu sanus permansit : id autem ante annos viginti factum esse dixit. Cum vero Andreas Maldonatus chirothecarius non potuisset a febre molesta

pleuritis :

- A** molesta et gravi cohiberi, quo minus de lecto surgeret, atque ad eremitorium Sancti accederet et melius poterat; expertum etiam ipsum se dixit, quam salutaris aqua ibidem scaturiat. Idem testata est ejus uxor Eleonara Gomez, addens, eadem aqua simili successu se usam contra ischiadem qua laborabat, et eadem lavando coxam quæ sibi emortua erat brevi multo melius se habuisse, et intra dies quinque sanam surrexisse. Oculorum aciem impeditam habens Alfonsus de Carabias, invocato Sancto ipsam recepisse se dixit, atque in gratiarum actionem par oculorum argenteorum obtulisse. Neque pluribus opus fuit Mariæ Martel uxori Francisci Rosales argentarii, ut a colico dolore liberaretur.
- B** 34 Petrus Hernandez Tabernarius ad eremitorium abiisse se ait, et consueto ibidem hanstu effugasse a se gravem tertianam. Idem fecit Petrus de Vargas civis Madritensis, nec solum a febris, sed etiam ab arthritide, qua laborabat, liberum intra quinque dies se sensit. Eodem maritum suum Franciscum Faxardo, famulum Marcionis de Algava, quartana laborantem, deportari curavit uxor ejus Agnes Rodriguez; et oblata ei aqua sanum recepit.
- B** Tertiana autem febris fuit toto trimestri tolerata, quam ibidem simili remedio dimisisse se dixit Lucia de Paz, uxor quondam Alexii de Cabildes. Idemque de sua tertiana, sed duplici, affirmavit Peti-Joannes Vergel argentarius, civis Madritensis; ejusque uxor Maria de Santander, cui pestis maculosa mortem minabatur: nec non Franciscus de Quiros sutor, febrim passus. D. Andreas de Alabes, Inquisitor civitatis et Archiepiscopatus Toletani, dixit, quod cum somno ac quiete privatam se doleret, propter capitis ingentem cruciatum per sex septemve menses productum; attulerit sibi linteum, involvendo corpori sacro quondam adhibitum: moxque cessaverit cruciatus, et dormire cœperit. Eidem corpori quondam admotus pileolus nocturnus, cum esset applicitus febrienti D. Joannæ de la Paz, sanitatem dedit; uti testabatur ejus filia D. Maria de Figueredo; de seipsa addens, quod aliquando infirmata, petierit sibi ferri aquam ex fonte S. Isidori, et sic receperit sanitatem.
- C** 35 Idem experta est Anna de Aguilar, post tres menses quibus febrim patiebatur, cum aliis remediis frustra tentatis ipsam Sancto commendasset, ac de fonte ejus bibere fecisset mater ejus Isabella Ruiz, uxor Alfonsi de Aguilar, ostiarum Aulæ: et uxori suæ hoc deponenti attestans maritus, de se fassus est, quod a pleuritide adductus in mortis discrimen, medicis desperantibus, sanatus sit, eandem aquam bibens. Quod etiam faciens ante annos sedecim D. Maria de Padilla, uxor Capitanei Francisci Duarte, cui ad maculosam pestem letargus æque periculosus accesserat, etsi similiter de vita ejus actum medici dicerent, sanata tamen est. D. Maria de Espinosa uxor Bartholomæi Rincon narravit, quod soror sua D. Maria de Ocampo ischiadem patiens, mense post morbi initium sexto commendavit se Sancto; eumque in somnis videre sibi visa, integerrime convaleuit. Nec plures quam tres annos transisse dixit Maria de Avila, in Getafensi oppido nata, uxor Joannis de Moles sculptoris, quod in ipso febris gravissimæ ardore adiens eremitorium Sancti, sanitatem bibit. Imo Mariscallus Joannes Nugnez de Prado, civis et Rector Salmanticensis, quindecim dumtaxat dies esse dixit, quod in eadem petitam aquam jejunus bibit, et soporatus est: surgeus autem gavisus, quod a gravissima febris se liberum inveniret. Idem ante annos quinque acciderat Joannæ de Trivigno, uxori Martini de Lozoya, quamvis tres qui eam curabant medici affirmassent, non victuram ultra quatuor horas: sumpta enim aqua erupit toto cor-
- pore sodor, et febris cum infirmitate evanuit. Sic etiam ante biennium Maria Lopez, uxor Didaci Lopez de Nuesto, Getafæ nata, quam febris letargus junctus usque ad portas mortis deduxerat.
- 36 Isabella Hernandez, vidua Michaelis Sanchez, affirmavit, se quidem ante quatuor, filium vero suum Petrum Sanchez ante duos annos, a tertiana convalesse, ipso quo aquam Sancti biberunt die. Gravior infirmitas fuit D. Mariæ de Nava, relicta quæ. Doctoris Ferriol. Cum enim ischiade septimum mensem laborans, nullam quietis partem caperet; medicorum cura adeo nihil profecerat, ut etiam sanguinem per os emitteret diebus quadraginta. Attulerant ergo ad eam vetus corporis Sancti involucrem lineum, ac supra eam posuerunt: quæ se quoque Sancto commendavit, et erumpente mox sudore cœpit melius habere, et tertio die surrexit incolumis. Huic miraculo attestati sunt pater ac mater infirmæ; atque hæc ipsa illud rite deposuit XII Decembris anni MDCXVI, coram Doctore Dominico de Mandieta, Vicario Madritensi pro Illustrissimo D. Cardinali de Quiroga Archiepiscopo Toletano, hujusque ad informationes de Sancto recipiendas Commissario, attestante rursus matre Maria de Godoy, quæ prima in eodem Processu ad testificandum reproducta est, una cum filia Maria de Nava prænominata.
- 37 Petrus Sanchez pilearius dixit, quod ante biennium febrim per menses tres patiens, nec levamen morbi a cura medicorum accipiens, aquam de fonte Sancti petierit, et postridie sanus surrexit. Idem fecit Francisca Diaz, vidua Francisci de Tapaia scutiferi pedestris suæ Majestatis, postquam vidisset corpus S. Isidori: idemque beneficium experta est, quamvis quotidie duplicem paroxysmum pateretur. Quod etiam sibi accidisse eodemque remedio se curatam asseruit Pastora de Troxilla, uxor Joannis Garcie capistrarii. De simili liberatione a febris, quam tribus mensibus passa erat, simili modo obtenta, gratulabatur etiam sibi Anna Sanchez, relicta quæ. Laurentii Lopez: et Maria Alvarez, uxor Gregorii Rodriguez lebetarii, cum ad Sancti eremitorium pari de causa accessisset. Sed et Sebastianus de Arenas capistrarius, ante duos annos, epota illa aqua dispulit febrim, trimestri toto toleratam: et Joannes Lopez vitriarius periculosiorem febrim, licet octo solum diebus durasset, bis eadem ratione abegit, semel triennio, et iterum sesquianno prius quam testis produceretur. Huic attestans frater, ut qui rem viderat, Stephanus Sanchez, de seipso dixit, quod post decimum quintam similis morbi diem accedens ad eremitorium Sancti, in ipso febrili æstu biberit, et sanus redierit.
- 38 Salvator Faxardo, tractandorum armorum magister, confessus est, quod ante annos octodecim a periculosa tertiana, quæ novem omnino mensibus duraverat, fuerit liberatus usu Isidorianæ aquæ: et quod alias invocato eodem Sancto crepuerit apostema, cui aperiendo ferram parabat chirurgus, eo quod fauces illi præcluderet. Similiter dictæ sæpius aquæ gustu febrim sibi ablatam arte annum, dixit Catharina Diaz, filia Petri Diaz sutoris. Eodem autem quo eandem bibit die, liberatam sese ante tres annos a febris per bimestre tolerata, affirmavit Isabella de Labios, vidua Petri Blas agricolæ. Ea autem, qua post mensem unum infirmitatis simili modo liberatam a triennio se juravit, tertiana fuit. Quartana vero quam a quatuor annis binis mensibus passus Petrus Fernandez Desmalo, in pecorario foro mercator: qui in ipso paroxysmo progressus ad eremitorium Sancti, bibit de fonte ejus, atque sanatus est. Anna Ruiz, uxor Didaci de Aviles scribæ Regii, ante triennium sollicita pro duodenni filioli

tertiana,

ischias cum sanguinis vomitu,

E

febris variæ,

F

apostema in faucibus,

epilepsia,

A filiola sibi cognomine, quæ stuporem (non insuetum puerili ætati malum) et epilepsiam bis quotidie patiebatur; rogavit ut portaretur ad S. Isidorum Madriti. Portata est autem ad ejus eremitorium, fœtisque devotione novendiali, indidem relata est prorsus sana.

inflatio corporis,

39 Alphonsus Sanchez sartor asseruit, quod ante menses quatuordecim febrim ac vomitu septem diebus correptus, convaluerit mox ut gustata Sancti aqua coopertus est panno ejusdem funerali: quodque uxor sua, Maria Lopez, utrique depositioni contestis assistens, paucos post dies correpta morbo totum corpus inflante, cum is durasset quinque mensibus, delata fuerit a multis hominibus ad ecclesiam S. Andreae supra gradus altaris; undemox sanadescendens, domum hilariter regressa est. Prædictam aquam in eremitorio Sancti non solum bibit febricitans Michael Nieto, pecorarii fori mercator; sed eadem etiam tibias tumentes lavit: et utroque malo liber rediit. Eodem iverunt et simili potu sanatae sunt a febribus ante annos quatuor Francisca de Montenegro, uxor Joannis Fernandez agricolæ, ejusque cognata Anna de Guita. Indidem etiam petitam a se aquam, ante annos quadraginta quinque, bibisse se dixit Maria Aguada, uxor Alvari Pizarro, ex custodia corporis Regii, cum sibi ex febribus et sanguinis fluxu morienti paratus jam esset funebris sindon, et convaluisse. Maria vero de la Paz, uxor Matthæi de Buenvezino stratoris platearum, dixit, non ipsam, quam febricitans ante annos quatuordecim petierat S. Isidori aquam, sed communem aliam per simulationem domesticorum esse oblatam, eundem tamen effectum secutum.

profluvium sanguinis,

B 40 Joana Perez, vidua Benedicti Martinez agricolæ, triginta annos elapsos ait, quod molestam plurium dierum febrim depulerit aqua sæpe dicta: et idem beneficium obtigisse marito quondam suo; sed et ingentem capitis cruciatum se quasi abstersisse ad capsam sacri corporis custodem in S. Andreae, mox atque eidem frontem affricavit. Prædictam porro aquam in ipso Sancti eremitorio degustans Franciscus Gomez, rhedarum fabricator, graves febres depulit ante annos quatuordecim. Eodemque filium sibi cognominem adduxit Toletum, ante dies viginti, Didacus del Prado, luteorum parietum structor, successuque optimo febricitanti dedit potandam aquam, cujus in seipso fuerat ante annos viginti sex virtutem expertus, contra quartanam tribus mensibus toleratam: uti et Nicolans Garcia sutor, cum ideo quod ipse fecisset; et Isabella de Leon, uxor Joannis Matthæi cœmentarii pluries in pluribus suis infirmitatibus; et contra tertianam ante annos sex Catharina de Palacios, vidua Didaci de Palacios; Francisca de la Cruz, filia Matthæi Hernandez sartoris, decimum quintum diem febrim tentata, ante annos tres; Anna Gonzaley, uxor Francisci Lopez coqui Ducis Gandiæ, ante annum duplices tertianas passa menses duos; ejusque maritus ante annos duos in febrim lapsus.

dolor capitis,

febres diversæ,

C 41 Ante annum præterea dictam aquam bibenti Mariæ de Hita, uxori Marci Carrero ferratoris, stetit importunus alvi fluxus, et febris cessavit: uti et dolor ac tumor gutturis Ludovicæ Gonzales, uxori qu. Petri Lozano tapetiorum textoris, caput et guttur ante menses tres applicanti ad arcam in S. Andreae. Aquam vero de fonte bibens Anna, vidua Joannis Rodriguez canponis, depulit continuam per multos dies febrim. Eadem de causa ad eremitorium Sancti se conferebat Didacus Lopez pannorum lineorum textor: sed lassatus in via substitit, seque e vestigio commendans Sancto melius habuit, plenam adeptus sanitatem prius quam domus suæ limen attingeret. Quo exemplo mota uxor ejus Maria Her-

diarrhæa,

angina,

andez, quantum jam annum cum tertiana febrim conflictans, eodem properavit, et aqua gustata convaluit. Sicuti etiam ante annos quatuordecim Didacus de la Fuente, chirothecarius et odoramentarius Regius, postquam plusquam sexaginta diebus continua febrim et sanguinis per nares stillatione laborasset: et ante annum Francisca Ruiz, vidua Ludovici Guitierrez quintum decimum diem febrim patiens. Antonius de Lerma argenti faber dixit, quod mense Julio anni mdcxvi maculosa peste ad desperationem medicorum contactus, commendavit se S. Isidoro gustataque de fonte ejus aqua, tectus sepulchrali ejusdem linteo, convaluerit; factum confirmante virgine filia Anna Xvarez, fide oculata.

D
EX PRO-
CLASSIUS

stillatio sanguinis,

42 Penultimi testes fuerunt coriarii tres, quorum primus Joannes Guitierrez affirmavit tibiam sibi vehementer intumuisse, erumpente per tres plagas pure: quod cum mensem totum tolerasset, ivit ad eremitorium Sancti amicis quibusdam comitantibus; et post fusas preces ibi tibiam lavit, quæ detumescere cœpit: idem autem facienti die abinde octava tumor ac plagæ omnes evanuerunt. Secundo, cui Joannes del Agua nomen, cuique febris continua per tres menses durarat ante quinquennium, alia medicina non profuit, quam aqua in Sancti eremitorio gustata: uti neque tertio, Joanni Nieto ante sexennium, tertianam sex mensibus patienti; cui attestans mater sua Anna Garcia, idem in eodem loco expertam se professa est: et ultima testis Maria de Paredes, Domini Lopez etiam coriarii uxor ante annos tres. Atque hæc omnia in depositionibus ducentorum ac quatuor juratorum testium fuscè diducta habentur: sed brevitatis causa in compendium contracta sunt juxta fidem originalium in ecclesia S. Andreae asservatorum, una cum hac ipsa epitome. Nunc ad alias informationes transire vellem, receptas a P. Fr. Dominico de Mendoza anno mdcxvi, ex mandato Apostolici Nuntii Camilli Cajetani, Patriarchæ Alexandrini, juxta commissionem XXI Februarii anni ejusdem expeditam: sed labore tardium parituro supersedeo, recitaturus alias, quæ receptæ sunt jussu Serenissimi Archiducis Alberti Cardinalis, annis mdcxvii et xviii.

tibia tumida et ulceratio

E

Omittuntur depositiones an. 1596 exceptæ.

CAPUT IV.

Miracula in secundo Processu excepta, ante annum 1598.

DIE III Decembris mdcxvii D. Leonora de Godoy, uxor Didaci de Mayuelo civis Madritensis, juridice interrogata, et premisso juramento coram Doctore Dominico de Mandieta, Canonico Uxamensi, urbis Madritensis ejusque territorii pro Serenissimo Archiduce Alberto Cardinali et Archiepiscopo Toletano, Vicario generali, ac ejusdem suæ Celsitudinis itaque Garziæ de Loaysa Administratoris illius Archiepiscopatus Commissario ad excipiendas attestaciones et informationes, quas Madritenses cives de vita, gloria, sanctitate et miraculis B. Isidori, Patroni sui, deponere voluerint, ut ejusdem Sancti Canonizatio a sua Sanctitate in Romana Curia obtineri possit; nec non coram Licentiate Velasquez, Notario Apostolico, testata est, quod, cum ipsa et liberi ejus Ludovica de Godoy, Didacus Mayuelo, et Clara, Bilbai versarentur, mense Junio anni proxime elapsi mdcxvi; pustularum genere (quod a peste haud parum asserebant differre, quodque in ea regione admodum grassabatur) plus quam per duos menses vexati, ad illud vitæ suæ periculum deveniant, ut qui illos curabant medici, spem sanitatis adferendæ omnem deponerent. Domina quoque Leonora ejusque filia D. Ludovica sacro jam fuerant

F

Ereunte an. 1597 auditi testes,

quorum prior deponit de pestiferis pustulis,

olea

EX PRO-
CESSIBUS.

A Leo perunctæ; qua de re litteræ Bilbao erant datæ Madritum ad D. Ludovicam de Godoy, D. Leonoræ matrem, ut curam suorum susciperet. Hæc igitur frustum panni, e S. Isidori lecto abscessi, litteris inclusum ad ægras destinat, mandans ut pectori illud suo imponant, utque Sancto sese Isidoro plurimum commendent, hoc modo absque dubitatione sanandas. Bilbaum deinde ipsa D. Ludovica est profecta, ubi filiam suam D. Leonoram hujusque liberos, ac suam præsertim neptem D. Ludovicam supra modum ægrotantes reperit. Ludovicam namque in mortis agone constituta, non verbum profari, nonsensus ullius indicium dare poterat. Quo in statu ut sua eam avia conspexit, S. Isidori reliquiam sibi dari postulans, eandem D. Ludovicæ neptis suæ pectori imposuit, ac S. Isidorum pro nepte sua impense obsecravit, ut vitam ac sanitatem ei a Deo obtinere vellet. Ecce autem derepente sibi reddita est infirma, et a circumstantibus potionem sibi amygdalinam præberi petiit. Cumque omnes subitam mutationem vehementer admirarentur, avia, equis eam sanasset, sciscitata est, Cui infirma: Sanctus, inquit, Isidorus. Mater perro ejus D. Leonora affirmavit, ægram minime fuisse consciam quando sacra

ad nota
particula ex
lecto Sancti,

B ei Reliquia fuit admota, et nullam ante de S. Isidoro habuisse cognitionem: jussit autem ut aliis quoque ægrotis eadem Reliquia admoveretur; sed ne dimittere illam ipsa cogere, in quatuor eam partes dividere placuit, ac suam cuique admovere. Quo facto, absque ulla medicinæ humanæ ope, omnes sibi restituti, duorum non amplius dierum spatio perfectam sanitatem sunt adepti, ac plane incolumes in publicum prodire. Res ea magnum apud omnes stuporem, et miraculi, ut vere fuit, rationem habuit. Ipsa etiam D. Leonora miraculum agnovit, et ex quo tempore Reliquia illa fuit adhibita, nullum amplius in domo ac familia sua ægrotum habuit, cum tamen is per eam regionem morbus grassaretur, quo cuncti facile corripiebantur et exinguebantur non pauci. Certum quoque habet eadem D. Leonora, humanis illis medicaminibus morbum eum durari non potuisse, atque adeo iis non amplius utendum sibi statuerat; nihil autem esse verius quam S. Isidori ope se suosque convaluisse, quod pariter testata est D. Ludovica de Godoy ejus mater.

toti uni fa-
milix curatis.

C 44 Andreas de Cuellar, civis Madritensis, affirmavit de cognomine sibi filio, quod annum ætatis quartum vel quintum agenti advenerit scabies tam copiosa, ut leprosus videretur. Adhibebantur ei medicinæ et unctiones variæ, toto tamen verno tempore duravit malum. Cum ergo de miraculis S. Isidori multum audivisset, tulit filium ad eremitorium ac fontem Sancti: et nudatum supposuit tubo ejusdem fontis, atque aqua, frigida licet, studiose ac morose lavit. Neque pluribus opus fuit: quia intra biduum puer convaluit, tale nihil deinceps passus. Postea cum alius quadriennis filiolus nomine Franciscus, post apertam sibi propter graves febres venam erysipelate sic esset inflammatus, ut malum per brachium se diffundens usque ad guttur sinistrum omne latus infectum iret, nec dubitaretur moriturus puer, mox atque illud ad cor pervenisset; pater ejus, sumpta ex prioris filii curatione experientia fuetus, vovit quod hunc infirmum si servaretur in vivis adscribendum curaret Confratribus S. Isidori, atque per dies novem ferendum ad ejusdem ecclesiam, ubi quotidie Missam juberet celebrare. Tum lecto ægrotantis instravit funebre Sancti linteum: et continuo stetit erysipelatis progressus, atque intra septimum diem convaluit puer, nulla interim adhibita medicina, linteo prædicto dumtaxat supra se retento.

Alii, quod
aquam Sancti
curata sit
scabies,

et linteo se-
pulcruli
erysipelas,

D 45 D. Isabella Duran, uxor Joannis Baptistæ del Monte y Heredia, civis Madritensis, asservit, quod filia suæ D. Ludovicæ de Ayala, nocte quadam circa decimam obvenerit ingens dolor colicus cum tumore ventris, ita ut mori se crederet adempta respirandi facultate: verum cum sese commendasset patrocinio S. Isidori, intra horæ quadrantem cessavit tumor omnis, cum eoque periculum quod timebatur. Eadem addidit, quod præterito vere anni mxxvi D. Joanna de Virbiesca, uxor filii sui Ludovici del Monte y Heredia, maculosa peste et erysipelate sit correpta, ita ut de vita servanda desperarent medici, et in Anlam pro luctu apparando nuntius sit directus: jacebat enim expers loquelæ, ore distorta totoque latere dextro præmorta. Talem cum Madritum reportarent; lateri prædicto vita rediit, non tamen pedi quare devexerunt eam ad fontem Sancti, unde cum ad eremitorii ædiculam regrederetur, interrogata qualiter pes suus haberet, quem prius ut insensibilem trahebat post se, sanum esse dixit ad Dei laudem: nec fuit qui dubitaret, quin evidentibus miraculis hoc quoque esset adscribendum.

sola autem
invocatione
dolor colicus.

Aqua eadem
curatur hemi-
plexia,

E 46 D. Major de Espinosa deposuit quod anno mxxiv, famulæ cuidam suæ Catharinæ Hernandez post puerperium intumuerit tibiæ una, plagamque aperuerit palmo integro commensuratam: quam post irritum duorum chirurgorum conatum, incurabilem esse pronuntiavit Doctor Quixar, chirurgus etiam ipse, affirmans omnino resecandam usque ad genu tibiæ, si arceri mortem intra breve tempus adfuturam vellent. Cum ergo die quadam solito vehementiorum cruciatum sentiret Catharina, ad ecclesiam S. Andreae se contulit, ubi S. Isidori corpus omnibus inspicendum prostabat. Sed cum densior turba propiorem accessum non permetteret infirmæ ac valde claudicanti; rogavit quemdam Clericum, ut quod ei porrigebat corallinum sertum sacro corpori admoveret, et admotum redderet sibi. Quo facto Catharina sertum illud circumduxit plagæ, et mox cessavit dolor, quem grandem antea fuisse clamore questuque testabatur. Rediit autem domum nulla parte claudicans; obductaque intra dies quatuor plaga est, retento supra eam solo sertu, cui tot remedia nihil antea profuerant ad curationem. Ideoque non dubitavit prænominatus Doctor Quixar casum miraculo attribuere. Ipsa porro D. Major de Espinosa de se dixit, quod anno mxx lecto affixa menses septem totos ischiadico morbo, ita ut ægre se pateretur moveri propter doloris vehementiam, medicinis nihil proficientibus, commendaverit se Sancto; eodemque momento cessavit dolor, atque intra decimum quintum diem de lecto surrexit robusta ac sana. Item quod anno mxxii, anginam patiens cum apostemate gutturali, deposita fuerit a Doctore medico Hernandez: qui marito suo Bartholomæo Rincon dicebat, nullo opus esse medicamine, vix enim fieri absque miraculo posse ut usque ad meridiem viveret infirma: Cum ergo jam velut mortuam deploraret familia, ipsa se suo Sancto commendavit, et rupto ejectoque per os apostemate, evanuit angina; adeo ut sardas muria conditas quas petierat, sapide comederit et postero die sana surrexit.

E
serto corpori
admoto crul-
ceratio tibiæ,

commendatio-
ne simplici
ischias,
F

et apostema
in gutture:

F 47 D. Maria Vaca de Ocampo dixit, quod anno mxxiii infantulæ cuidam, ignotis parentibus natæ, Michaelæ nomine, quam domi suæ alebat, post oculi unius dolores et stomachi cruditatem gravis advenerit febris, ita ut medici de ea curanda spem nullam facerent. Ipsa ergo, quæ vitam puellæ vehementer cupiebat salvam, cum lacrymis eam commendavit S. Isidoro, vovens quod novem diebus continuis deferendam curaret ad Sanctum ejus corpus: et subito in se rediit ægra, multoque melius habere cœpit, ac prius quam nonus dies adesset ex toto convaluit.

voto ad eundem
corporis ser-
vatur mori-
bunda,

A Julius de Pertegal, suæ Majestatis frænarius, dixit, quod anno MDLXXXVIII habuit filium, uno solum mense natum : quem eo adduxerat febris, ut sextum septimumve jam diem lac nullum sumens, a medico haberetur desperatus. Quo autem die hanc ille sententiam de infante tulit, reipsa mortuus est inter brachia ipsius testis ; qui mortuum in sinum matris projecit, et unicum eum habens plorare cœpit ac S. Isidoro supplicare pro vita eidem reddenda. Puer autem aperiens oculos plorare cœpit, seque cominovit, et intra tres horas sanus fuit ; omnibus certum id miraculum fuisse testificantibus, in quibus etiam Catharina de Villanueva, uxor ipsius testis et infantis mater.

et mortuus
relinquit :

epidemico
malo correptus
sanatur,

48 Licentiatus Joannes Martinez de Aldama, Pastor in parochia sanctæ Crucis Madriti, dixit, quod anno MDCXCVI gravi correptus infirmitate, maculosa scilicet peste atque letargo per dies sexaginta, remediis omnibus nihil proficientibus, derelictus sit a duobus Regiis medicis, Doctore Ognate et Doctore Mercado, dicentibus ægre victurum ad quatuor horas. Aderant ea ipsa hora piæ aliquot matronæ, quæ se fatebantur insignia per S. Isidorum obtinuisse beneficia, hortabanturque infirmum, ut etiam ipse ad eundem recurreret. Ergo ultra solitas suas erga illum devotiones promisit novemdiale sacrificium in ejus eremitorium offerendum si convalesceret. Tum istæ obtulerunt ei pocillum aquæ indidem petitæ : unde cum modicum delibasset, prius quam bis Credo recitaretur, satis recepit virium, ut de lecto surgens omnem malorum humorum congeriem per secessum egereret. Factus deinde robustior votum solvit, notatque eo mense, qui Martius erat, vulgarem Madriti morbum eum fuisse ; ideoque medicos, de ejus qualitate nihil dubitantes, præcepisse ne quis ad ægrum ingrederetur præter infirmarium, atque ut cubiculi pavementum frequenti conspargeretur aceto, et aliæ consuetæ pestis tempore caute adhiberentur.

promissa
novena et
aqua sumpta,

49 Antonius Diaz de Navarrete, Logotheta sive (ut Hispani appellant) Contador in Regio Financiarum concilio, et Rector perpetuus Madritensis, dixit, quod die v Novembris anni MDCXCV eodem pestilenti morbo fuerit contactus, atque post longæ infirmitatis tempus ad extrema deductus, receptis extremis Sacramentis, et medicis vitam ejus desperantibus. Condito ergo testamento legavit ad sumptus pro S. Isidori canonizatione faciendos, ducatos duos : et uxor sua Anna de Reynosa multis cum lacrymis ab eodem petebat viri salutem. Hoc facto recessit febris, et ipse intra quatuor aut quinque dies surrexit de lecto. Non multis autem diebus post supervenit ei tertiana, ad mortem quoque eundem urgens : quod animadvertens ipse testis, nec immemor percepti antea beneficii, jussit duos prædictos ducatos continuo persolvi, seque iterum Sancto commendavit, nec alia medicina opus ultra fuit. D. Ludovica de Vargas Morisote, uxor Alphonsi Lopez de Guevara, dixit, quod utriusque filius Joseph, anno MDCXIV, tam gravi febre fuerit correptus, ut septimo morbi die moriturus crederetur, sensibus destitutus clausis jam oculis. Hunc ergo cum veluti mortuum lamentaretur, supervenit pater ejus Franciscus de Vargas, et S. Isidori linteum funebre attulit, explicuitque supra puerum ; qui mox oculos aperiens manifesta dedit receptæ sanitatis indicia. Ipsa hæmorrhoides patiens tam molestas, ut movere se præ cruciatu vix posset, dixit se visitasse corpus Sanctum, ab eoque incolumem revertisse.

item legato
testamentario
condito,

et admoto
linteo moribundus unus,

alterque.

50 Blasius Mugnoz barbitonsor, anno MDCXCI jacebat correptus gravissima febre, qua omnes eum moriturum credebant, eo quod diu antea bene sanus et corpore multum obeso fuisset. Ipse ergo, ex internis doloribus et inquietudine, quam morbus pariebat,

monitus salutis suæ consulere, Sacramenta petiit et accepit : deinde letales jam paroxismos patienti injecerunt domestici sui linteum sæpeditum, voveruntque quod sanitati redditum inducerent ad visitandum Sancti eremitorium. Quo facto intra quadrantem horæ cessavit febris, et ipse molestia omnino liber surrexit e lecto, ac votum pro se factum implevit. Ludovicus Gonzalez, Hispanicæ Regiæ corporis custodiæ adscriptus, dixit, quod an. MDCXCV continuas duorum mensium febres patientem, atque per dies viginti nec unam quidem buccellam trajicere valentem, cum in angustiis maximis versaretur, visitaverit amicus quidam suus, suaseritque ut petitam ex fonte S. Isidori aquam devote biberet. Hoc autem facto, prius quam manu deponeret poculum, sensisse se liberum, ac mox de lecto surrexisse, comedissee, et valuisse.

D
EX TRO-
CHESUS

Kursum aqua
gustata sana-
tur febris
continua,

51 Isabella Ruiz, uxor Alphonsi de Aguillar portarii Madritensis, dixit quod anno MDCXCVI filia sua Anna totis tribus mensibus gravi febre conflictata, nequiquam curam omnem adhibenti medico, ac tandem ad extremum deducta discrimen Sacramentis fuerit munita ad mortem. Quæ cum in horas expectaretur biduo jam toto, agonem tam difficilem patientis miserta mater, vovit quod eam, si salvaretur, esset ductura ad eremitorium S. Isidori, ibidem pervigilaturam. Quia autem de ejusdem Sancti miraculis multa audierat, atque de fonte quem istie eduxerat de rupe : ut vidit quod infirma oculis prius obscuratos et loquelam amissam recepisset, ipso quo eam Sancto devoverat momento ; porrexit ei aquam inde allatam. Placuit autem Deo ut ea gustata famem sentiens, sapide comederet ; ac die proximo de lecto surgeret : quod naturæ viribus adscribi non potuisse affirmavit medicus, ad hoc solum reversus ut intelligeret an jam mortua esset. Addidit eadem testis, quod eodem fere tempore maritus suus gravi lateris dolore correptus, accedente letali febre fuerit derelictus a medicis et velut certa morte inunctus sacro Oleo. Ipsa vero memor gratiæ a S. Isidoro recens impetratæ, eidem scyphum aquæ prædictæ porrexit : qui mox atque gustavit, Benedictus, inquit, sit Deus, quoniam dolore omni solutum me sentio : et sanus de lecto surrexit.

et puella
annam
agens,

E

ejusque pater

52 Maria de Paz, uxor Francisci Perez, qui opificio est malleator auri ; cum die quodam lignea in arca quidpiam scrutaretur, excidit illius sustentaculum ; brachiumque ejus dexterum intra arcae latus atque operimentum ea violentia comprehensum fuit, ut ab humeri junctura dimoveretur, cum intolerabili cruciatu. In hoc quiritantem ejulantemque visitans soror : Accipe, inquit, germana, hoc ligni frustulum, quod est de arca, in qua jacuit corpus S. Isidori ; eique te commenda. Fecit illa quod monebat soror ; et mox atque assulam sacram membro dolenti applicuit, tantum in eo ardorem sensit, ut comburi videretur. Sed intra quadrantem horæ cessavit dolor, et brachium moveri ut ante cepit. Addidit etiam quod anno MDLXXIV D. Isabella Tellez, vidua Licentiati Martel, soror sua, postquam septem annis fuisset tam surda, ut nec campanarum quidem sonum perciperet ; cum venerabile corpus S. Isidori per octiduum prostaret spectabile, ipsa quotidie mane illuc accessit, ferens oleum pro lampadibus ejus, proque auditu recuperando supplicans. Septimo autem die expleto, vidit ipsa testis quæ comitata sororem erat, quod hæc inter orandum magno cum strepitu moveret caput, seque componeret ad Missam audiendam : qua ad Evangelium perducta cum surrexissent ambe, dixit D. Isabella videri sibi quod audiret nolan tunc forte sonantem. Finito autem Sacro redierunt domum ; et quæ surda tanto tempore non potuerat ullis remediis juvari, omnia quæ sibi dicebantur audiebat.

Frustillo
arca S. Isido-
ri brachium,
contusum,
F

F

et surda ad
corpus orans
curantur :

A audiebat, magna cum admiratione ipsius testis alteriusque sororis Gabrielæ Ortiz.

EX PRO-
CESSIBUS

53 Anna Maria Ruiz, uxor Gonzalvi Fernandez de Viala scribæ Regii, dixit, quod in Pentecoste anni mxcv, post abortum duplici laborans tertiana, quatuor mensibus ægrutaverit; tandemque eo redacta fuerit, ut qui eam curabat Doctor San-Pedro, intra horam diceret morituram. Habebat autem maxillarum etiam unam dislocatam, sic ut nihil posset oræ recipere, quod ad sustendam qualencumque vitam offerebatur. Quæsitum est ergo sacrum Viaticum, in ejus comitatu adveniens ignotus quispiam, eum plorantes domesticos et funebria parantes cerneret. Quin, inquit, S. Isidori linteum sepulcræ requiritis? Quod eum attulisset maritus, infirmæque ac pœne mortuæ, interim dum extrema Unctio expectabatur, instravisset, melius mox habens illa, Domini, inquit, videre ut hoc sit testimonium, quod S. Isidorus mihi contulerit sanitatem: quam reapse intra paucos dies integram adeptâ, surrexit de lecto.

moribunda
admo linteo
S. Isidori,

B 54 Petronilla de Vendo, uxor Valeriani Confalco-
ner, gemmarii suæ Majestatis, dixit quod anno
mxcvii, mensibus Majo et Junio, duplici laboravit
tertiana; sic ut quotidianis incrementis corroborante
se morbo, paroxysmi nutuo se comprehenderent. Cumque
in eo statu fuisset sesquimensis, neque cibum jam
amplius ullum admitteret, præter sorbitiunculas
calidas; qui frustra eam curaverat Doctor San-Pedro,
dixit filiæ ejus Annæ, nullum sibi amplius superesse
remedium, sed expectandum opus Dei ultimum circa
illam. Afflixit ea denuntiatio universam familiam,
ipsique ægræ spem vitæ ademit. Advenit interim
vicina quædam ejus Francisca Lopez, juhens de fonte
S. Isidori aquam peti, per quam ipsa quoque ab
infirmate convaluerat. Nec mora, bibitur allata
aqua, invocatur Sanctus, etiam a filia infirmæ
Missam in eremitorio ejus curandam vovente; et
febris quæ summo in gradu erat resedit, una hora
citius quam solebat, nec amplius rediit; ipsa vero
infirmâ cibum petiit comeditque, et intra biduum
triduumve incolumis surrexit. Insuper dixit, quod
cum prædictæ illius filiæ ipso eodem anno, in die
quo Expectatio partus virginei solemniter colitur,
gravis dolor lateris anhelitum quietemque
impediret, secuta eum febris et diebus continuis
octo incrementum sumente, sic ut nec comedere
quidquam posset ægra; recurrit utraque ad jam
expertum suffragium S. Isidori, alteramque Missam
in ejus honorem in S. Andrææ curandam voverunt;
et ipso instanti cessavit dolor et febris omnis.

alia haustu
aquæ ex
fonte ejus,

et pleuritica
Missas
2 vovens.

C 55 Francisca Lopez, uxor Christophori de Leon,
civis Madritensis, dixit, quod anno mclxxx continua
laborans febris per menses duos, cum purgativam
potionem sumpsisset, eandem rejecit nihil operari
valentem. Qua re offensus levir suus Michael Giron,
magna cum arrogantia imperavit ut de lecto sur-
geret: ac mox inflatus ipsi testi est vultus instar
ampullæ vinaricæ, tanto cum cruciatu quantum vix
poterat explicare. Cum ipso die sederet ad solem
magna cum febris, adveniens quidam nunquam ei
visus, atque tam male habentem intuitus, monuit ut
se commendans S. Isidoro iret trans flumen ad ejus
fontem, indeque devote biberet. Cui illa præ sani-
tatis desiderio sine mora obediens, arrepto pallio
festina abiit, et prius quam veniret ad fontem vi-
dens rivulam ab ea manantem, implevit situlam,
atque bibit; deinde ad fontem procedens ibique
orans, magno frigore corripitur: quo ad mediam
horam durante, iterum iterumque bibit quantum
potuit. Cumque cessasset bibere, cessavit etiam fri-
gus, et subiit desiderium cibi, cujus per octo jam
dies ne buccellam quidem unicam sumere potuerat,

Eadem
aqua utens
mulier ægra,

sanatur,

quoniam subeunte fastidio linqueretur anima et velut
mortua reperiretur. Videns ergo redire appetitum,
cessare frigora, detumescere faciem, continnis tri-
bus diebus perseveravit illuc ire, orare, et bibere,
post quos malo omni libera mansit. Dixit etiam
sæpe sibi accidere, ut vix ante undecimam horam
medico foco admovens ollam cum obsonio; et præ
timore mariti, vehementer succensuri si hora pran-
dii ipsum non inveniret paratum, convertens se ad
S. Isidorum ac dicens, Domine mi, S. Isidore, fac
ut mihi hæc olla percoquatur cito; suo semper po-
tiantur voto, inveniatque cibos tam bene coctos ac
si quatuor horis super foco fuissent: et hoc ipsum
testatæ etiam sunt duæ mulieres ante atque post
illam.

sollita Sanctum
pro coquendis
cito cibus
orare.

CAPUT V.

Alia anno 1598 notata, in eodem secundo
Processu.

Petrus Martinez, civis Madritensis, anno mxcviii
Kalendis Januarii comparens, dixit, quod ante
triennium filius suus Franciscus febrim continuam
passus, atque recuperata sanitate relapsus in aliam
valde lentam, toto celiduo tam male ex eadem ha-
buerit, ut jamjam moriturum existimans pater (ut-
pote cui oculi jam fracti erant et obscureti) neque
ei spectaculo interesse sustinens, dixerit uxori suæ
Isabellæ de Santander, quæ plorans quærebat linteum
puero sepeliendo, ire se ad quemdam consanguineum
suum, ubi de morte ejus nuntium expectaret. Man-
sit ergo ibi toto vespere; sub noctem vero domum
reversus invenit filium omnino sanum: qui interro-
ganti quomodo se haberet, lætus respondit, Belle,
quoniam S. Isidorus me sanavit. Interrogata deinde
mulier quid accidisset, respondit, quod puer, mox ac
pater domo egressus erat, instare cœperit ut quam
citissime sibi daretur de fonte S. Isidori, hunc enim
mandare, ut inde biberet: quod ipsa continuo fe-
cerit; et viderit eum, epota aqua sibi oblata, con-
valuisse. Hæc autem omnia tanto magis admiratus
est pater, quod puer, non major quadrienni, necdum
videbatur seire potuisse, quis esset S. Isidori;
eoque sanitatem tam subitam certiori miraculo
adscripsit.

Admonitus
a Sancto puer
moribundus,
B

sanatur hau-
stu aquæ ejus,

57 Joannes Hieronymus, civis Madritensis, di-
xit, quod anno mclxxxix uxor sua Beatrix Palma,
continua febris noctu diuque vexata, cum eadem sit
conflictata a mense Junio usque in Augustum; eo-
que redacta, ut per totos quindecim dies nihil cibi
admitteret, et extra spem vitæ prorogandæ eam po-
neret medicus Doctor Torres. Ergo post extrema
Sacramenta præbita, cum letales paroxysmos ei
accedere, atque oculos frangi videret Joannes, duos
de Societate Jesu accersivit, qui assisterent mori-
bundæ, prius quam isti advenissent loquela destitu-
te ac gelidæ. Cumque D. Joanna de Guevara, quæ
infirmam curabat, vehementer tristaretur ejus
morte, cœpit invocare pro ea S. Isidorum, atque
ex aqua de fonte ejus petita duos fere scyphos per
os infudit: quo facto mansit illa ut mortua, atque
ut talem coopernerent totam, accensis velut ad ca-
daver eandelis duabus, ac deplorare cœperunt do-
mestici sui. Post unam deinde horam elevavit bra-
chia, sustulit linteum, discooperuit vultum, quem
habebat vivide coloratum ut sana; cognovit circum-
stantes, quorum neminem antea visa erat cognosce-
re, et omnes in admirationem traxit. Qui cum de
tam evidenti miraculo gratias Deo sanctoque refer-
rent, præsertim Patres Societatis, loqui incipiens,
de eadem aqua poposcit atque comedit; et intra tres
aut quatuor dies sana surrexit. Dixit insuper idem
testis Joannes Hieronymus, quod anno mxciv filius
suus

F
item moribun-
da mater

et filius,

A suus Martinus de Morales, mense Majo toto ac medio sequenti febrim continuam patiens, cum denique a prædicto Doctore Torres relictus esset pro desperato, mater ejus Beatrix recordata beneficii quod ipsa receperat, de eadem aqua adferri poculum jussit et filio propinavit. Qui ea sumpta continuo in lectum recidit atque obrigit, matre eum ut mortuum plorante ac supra corpus ponente imaginem S. Isidori, quem pro ejus salute continuo invocabat: quo facto melius habuit adolescens.

58 Isabella Rodriguez, uxor Didaci de Abeo Villadrando argentifabri, dixit, quod anno mxcvi filia sua Maria correpta fuerit maculosa peste, a qua intra dies quindecim ad extrema deductam cum videret mater, vovit Missam si salvaretur in ecclesia S. Andreae curandam; quodque ipsam deductura esset ad eremitorium Sancti, ibi oraturam et pervigilaturam: quæ continuo melius habuit surrexitque de lecto. Verum febribus necdum ex toto cessantibus, cum die quadam gravior incumberet paroxysmus; duxit eam mater sua, in comitatu plurimum suarum amicarum et consanguinearum ad ecclesiam S. Andreae, curatoque ibidem sacrificio Missæ, pariter transierunt flumen versus eremitorium Sancti; ubi aqua istie effluente potata puella, a febribus libera rediit domum, cum magna gratulatione omnium, quæ conitatie infirmam, suas ad S. Isidorum preces pro ea conjunxerant. Alfonsus Hernandez, modica quam habebat substantiola consumpta in curanda quartana, ultra tredecim hebdomades durante, vovit novendiales in eremitorio prædicto preces fundendas; atque ex eo momento usque ad diem decimum quintum febris caruit. Qua deinde violentius recurrente, memor factus est voti sine causa dilati; atque ob id se puniri coniectans, ad eremitorium prorepit ut potuit; fasque ibidem oratione largiter bibit ex fonte, et simul febrile frigus cum quo venerat diluit; neque æstum subsequi solitum aut tunc aut deinceps amplius sensit, persanatus totus.

59 Catharina de Santander, vidua Joannis Tellez civis Madritensis, dixit, quod Gregoria de Santander neptis sua, quam habebat domi novennem circiter aut decennem, in gravem concidit infirmitatem, ex qua remanserunt ei obstructions tam pertinaces, ut totis quatuor annis curari nequiverint. Itaque ipsa ejus amita recurrentes ad devotionem erga S. Isidorum, tamquam ad ultimum remedium, porrexit nepti suæ haustum aquæ illius: neque mora tanta intercessit, qua bis Apostolicum symbolum recitaretur, quin malis humoribus per secessum ejectis, relevaretur ægra et sana inveniretur. Idem se fecisse dixit anno mxcvii mense Aprili vel Majo, eundemque effectum expertam esse in persona Joannæ Vasquez, quæ erat uxor Michaelis Perno famuli suæ Majestatis, et intra quatuor menses, quibus passa erat duplicem tertianam, redacta est ad mortis articulum, susceptis omnibus Sacramentis. Verum cum quadraginta dies distulisset implere votum quo S. Isidoro se obligarat, ad eamque reviseret prænominata testis, reperit eam relapsam, nec dubitantem quin hæc esset suæ cunctationis pena. Cæpit ergo novendialem quam voverat devotionem, et primo quo cæpit die convaleuit, atque omnia prædicta suo testimonio confirmavit, nonnihil tamen varians circa materiam voti. Dicit enim se ad exhortationem Catharinæ legasse testamento duodecim Regales nomine elemosynæ, neque meminit novenæ aut cunctationis ullius; sed redeuntibus iterum febribus se vovisse asserit Missam dicendam in eremitorio, atque unus noctis ibidem pervigilium: quod et compleverit, mox atque sumpta iterum aqua febres cessasse animadvertit.

60 Anna de Reynaltes virgo, filia Petri de Reynaltes, affirmavit, quod anno mxcvi, erysipelate caput occupante, tumefacta sit adeo vultu, ore ac gutture, ut curantibus se medicis admirationi esset, et quarto morbi die etiam desperationi, propter æstum febris longe maximum: jamque sine motu jacenti funebria pararentur. Sic constitutæ visum est quod sibi afferretur aqua de fonte S. Isidori; atque ut melius inter angustias letales potuit, levavit se tamquam bibitura; sed frustra: merum enim phantasma id erat. Hoc ipso tamen admonita ægra quid suæ conducere sanitati, magna fiducia cæpit postero die urgere ut sibi jam dicta aqua adferretur. Qua summos inter æstus epota, convaleuit subito cibumque poposcit, narrans omnibus, quod ad Missam et pervigilium in ejus eremitorio se obligans, et aquam sumens, esset sanata.

61 Anna Maria Martel, uxor Roderici de Lazarte argentarii, dixit, quod anno mxcvii mense Julio domi suæ hospitatus Joannes Lopez Lusitanus, graviter fuerit infirmatus, et de consilio medicorum, vitam ejus desperatam habentium, munitus extremis. Qui deinde condito testamento decem ducatos legavit pro Canonizatione S. Isidori. Curaque noctem habuisset gravi paroxysmo inquietissimam, jam non aliud quam mors expectabatur: sed mane a revisentibus inventus bilaris totus, dixit sibi opus non esse medicis, quia erat a meliori curatus. Percunctanti autem Annæ-Mariæ, a quo? respondit, ipsa nocte adfuisse sibi turbam puerorum, cumque iis virum quemdam in habitu monastico: se vero existimantem, quod adesset petitori stipendium pro Missis quas dicendas curaverat, jussisse ipsum numerari: sed respondisse S. Isidorum: Non propter istam elemosynam venimus, sed ut visitemus te: quia ego sum S. Isidorus. Atque ex eo tempore sanus fuit, ita ut vehementer miraretur medicus, juberetque gratias agere Sancto, qui eum de maximo periculo eripuisset. Hæc deposuit superius nominata Anna-Maria Martel vii Januarii mxcviii, coram Doctore Dominico de Mandieta Vicario generali, et duobus Notariis, assistentibus Licentiate Velasquez et Petro de Herla. Eademque omnia coram iisdem testificata est Francisca Martel, uxor Joannis de la Cerda argentifabri civis Madritensis, habitans in vico argenteorum in propriis ædibus, ipso die et anno.

62 D. Francisca de Quadros, uxor Martini Alvarez de Acosta, civis Madritensis, dixit, quod anno mxciv, cum ipsa recenter ad Aulam venisset, marito suo obvenerit febris per quinque menses continua, nullum fere intervallum relinquentibus paroxysmis. Quare depositum a medicis et extremis munitum jam tum velut mortuum plorabat, incipiebatque res suas componere reditura Malacam, unde erat oriunda. Hoc in statu inveniens eam vicinarum una, nomine Eugenia, intellecta doloris causa, bono animo esse jussit, et petitam ex fonte S. Isidori aquam morienti offerre. Dictum, factum; et infirmus, adjuvante uxore utcumque caput a lecto sublevans, bonum sumpsit haustum, simul vigiliam in Sancto eremitorio et Missam curandam vovens; et mox cessante febre surgere de lecto potuisset, nisi debilitas nimia obstitisset, quæ tamen intra tres dies sublata etiam ipsa est.

63 Maria Lopez, uxor Alphonsi Sanchez civis Madritensis, dixit quod mense Junio anni mxciv lapsa sit in morbum, corpus tumefacientem ac singulariter tibias, idque tam enormiter ut neque consistere pedibus posset, necdum gressus formare. Cum autem post sex menses non modo imminutum nihil sed auctum potius esset malum: contigit ut corpus S. Isidori monstrandum esset nepoti Pontificis Cle-

EX PRO-
CESSIBUS
atque ex ery-
sipelate mo-
riens puella:

Lusitanus
agens
animam,
E

apparente
ei Sancto,
secretur.

F
Suntantur post
febrim 5
mensium mor-
ti proximus
hausta aqua,

et tibus
tumefacta
visitato cor-
pore,

EX PRO-
CESSIBUS.

A mentis VIII.: qua occasione D. Petrus Ponce de Leon invitavit infirmam ad spectandum venerabile illud corpus. Illo ergo curante et duabus personis sustentantibus, deducta est ante aram in qua stabat aperta arca : moxque ut a spectaculo pio recesserat nepos Pontificis, iisdem adjuvantibus subiit gradus ducentes ad altare prædictum; neque contenta ei se commendasse petendo sanitatem, etiam unum ejus pedem et stimulum, quo inter arandum utebatur Sanctus, reverenter contrectavit manu; moxque per eosdem gradus descendens multum sese sensit sublevatam; et residente paulatim tumore brevi convaluit, petiitque adscribi Confraternitati ipsius Sancti, in elemosynam numerans triginta regales. Eadem dixit, quod anno mxcv, mense Mayo, febris continua occupatus maritus suus, nihilque cibi sumere valens per dies quindecim, quod non statim revomeret; fuerit administratus extremis, quia timebat medius ne subito moreretur. Tristis ergo, tum pro mariti periculo, tum quod se in externa regione et liberis gravatam videret, notum S. Isidori suffragium petiit, Missas ei duas dicendas vovit, linteumque sæpe dictum super ægrum extendit, et aquam de fonte bibendam porrexit. Mox autem cessare febres ac vomitus; cibum petiit æger, eodemque die sanus surrexit. Rem hanc cum ipsa testis narrasset Josepho cuidam famulo D. Camilli Cajetani Apostolici Nuntii, atque is negasset Isidorum, qui needum solenni canonismo erat approbatus ut Sanctus, posse auctorem credi sanitatis marito collatæ; idem sequenti die confessus est, quod sibi visus esset in lecto suffocari a Sancto apparente; ideoque mox vovisse duas Missas curandas, petitaque verborum priorum venia, confessum sacramentaliter ad sacram accessisse Communionem, atque deinceps Sancto fore devotissimum.

aqua autem
sumpta fe-
bribus emaci-
ata mulier,

C aqua fuisse, tantum non fuerit disruptenda : et ex hoc sana omnino mansit. Dixit insuper quod anno mxciv mense Julio tantos in tibiis passa sit dolores, ut neque consistere pedibus neque quiescere in lecto posset. Ita afflictam miserata mater sua, ad S. Andream abiit, supplicatura pro filia; quæ interim subito liberata ab omni cruciatio, redeunti paulo post matri gratulabunda occurrit, et quid sibi accidisset congaudenti narravit.

postea in
tibiis curata,et vir a medi-
cis depositus,

63 Vincentius de Vezerra, civis Madritensis, dixit, quod anno mxcviii circa festum Deiparæ Assumptæ, contraxerit pestem maculosam cum lateris dolore conjunctam : unde eum morituum dixerunt duo medici, post quindecim dies curationi frustra insumptos : imo monuerunt ne sibi crastinum polliceretur, sed animæ suæ quam primum consuleret. Interim allata est potio medica, quæ magis gravavit ægrum : quare se jamjam mori existimans, dum uxor sua cubiculo egreditur, sorbitiunculam calidam paratura, surrexit de lecto arripuitque poculum plenum aqua de fonte S. Isidori, et bibit quantum potuit, revertitque ad lectum liber ab angustiis mortalibus ipsaque febris et lateris dolore. Quæ omnia intelligens medicus, ad infirmum visendum postero die regressus, manifesto miraculo facta ju-

dicavit. Dixit idem, quod anno mxcvii mense Augusto, filia tua Anna, intra decimum et undecimum ætatis annum constituta, lentam et continuam febrem incurrit, qua incrementum quotidianum sumente vocatus decima die medicus Doctor Hernandez ; Nunc, inquit, vobis advocandus eram, dum scilicet mortua puella est. Videns ergo mater abiisse medicum, nulla re præscripta, velot in re desperatissima; properavit ad ecclesiam S. Andree, cum lecytho olei, ante S. Isidorum assuri; unde post fusas cum lacrymis preces intra dimidiam horam regressa domum, filiam reperit sanam et bilarem.

D
ejusque filia.

66 Joannes de Almagro civis Madritensis affirmavit, quod anno mxcxi pestilenti correptus febris, et letalibus maculis totus conspersus, cum duodecimo morbi die susceptis Sacramentis se comparasset ad mortem, ex judicio medicorum jam proximam; ardentem se commendavit S. Isidoro, miraculorum ejus recordatus; et sumpto aqua illius cantharo, simul hanc simul et perfectam bibit sanitatem, quam etiam demonstrabat appetitus cibi, desueto pridem stomacho redditus. Gratia Pizarro civis Madritensis dixit, quod anno mxciii circa Natalem Domini, maritus suus Christophorus Rios tertianas incurrit, tres quatuorve paroxysmos uno eodemque die adferentes. Quare Doctor Leon, celebris in Aula medicus, toto quatridduo quo cum visit, reperiens ægrum, nullius medicinæ sumendæ capacem, in pejus vergere, alterum sibi nihilo inferiorem Doctorem Sepulveda secum adduxit : et ambo pariter monuerunt, ut continuo provideret saluti animæ, quando jam corpori spes nulla supererat. Hac denuntiatione percussus ille, petiit adferri sibi linteum sepulchræ S. Isidori, atque post sacrum Viaticum sumptum supra se explicari : quo facto convaluit totus; et rediens sub vesperam Doctor Leon, remque omnem intelligens, non videbatur exsatiari posse deosculando sacro linteo, et omnibus suis membris devote applicando.

item alius;

nec non ter-
tius admoto
linteo.

67 Ludovicus Garcia, Madrito oriundus, deposuit, quod circa Pentecosten anni mxciii egressus sit cum patre suo Luca, ad inspiciendum prædium quoddam Monacharum Franciscanarum a Conceptione nuncupatarum, in districto Aravacensi; quodque pater suus delapsus ex mulo cui insidebat tam infeliciter fuerit, ut crederet ei intra corpus ruptum fellis folliculum, aut gravem aliam læsionem obvenisse. Corpus igitur transversim impositum jumento, revexit Madritum. Quod videns Maria de Viana uxor Locæ, atque ex medico accersito intelligens plane letalem esse casum, ipsam testem, filium scilicet suum, misit haustum aquam ex fonte S. Isidori : quam maritus, jamjam ut videbatur expiraturus, bibens, liberum sese mox a febris et suffocante pectus dolore sensit, ac sanus fuit absque alio remedio. Addidit porro, eodem successu eandem aquam sumptam esse a matre sua, graviter ægra et jam conclamata : ideoque omnes de familia sua singulis in morbis remedium ex fonte prædicto petere, nec voto frustrari.

Curantur
eodem potu
lapsus letal-
is,F
et morbus
desperatus :

68 Joannes de Cabezon, civis Madritensis, dixit, quod circa festum S. Petri anno mxciv continua fuerit correptus febris, cui post octo dies accesserit vomitus tam frequens, ut nihil omnino cibi retineret stomachus : unde post secundum ægritudinis mensem derelictus a medicis, et extremis monitus, petiit linteum S. Isidori adferri; eoque sibi injecto convaluit, ipso die (nisi debilitas aliud suasisset) de lecto surrecturus. Filia porro ejusdem testis Balthasara nomine, anno mxcvi quartanis febribus sic emaciata, ut sceletum similis videretur, quæ vegeta et obesa fuerat; vovit S. Isidoro trinoctium in ejus eremitorio

alius item
admoto
linteo,et ad fontem
pertinax
quartana,

A eremitorio pervigilandum et Missam ibidem curandam : atque ita jumento imposita (nec enim aliter potuisset) cum pluribus eam ne caderet fulcientibus, venit ad fontem, et copiose bibit, ac sane rediit. Isabella Garcia, vidua Francisci Perez bibliopolaë Madritensis, ex ejus morte tantum concepit mœrorem anno MDXCII, ut quartanam incurreret, quæ hecticam eam fecit, ventremque tam vehementer inflavit ut crepatura videretur. Hoc in statu cum biennium perseveraret, nihil proficientibus remediis applicitis, seque octo liberorum turba oneratum viderat ac pauperem, curavit ut ipsa quoque (quamvis neque pedibus consistere neque comedere quidpiam posset amplius) jumento imposita deveheretur ad fontem prædictum : unde cum devote bibisset seque composuisset ad noctem ibi pervigilem agendam ; gavisâ est febrem, cujus is dies erat, non advenisse ; post tertiam autem vigiliarum votivarum noctem detumuit venter, et dolor omnis sublatus ei est. Hæc postquam testata esset Isabella de se, addidit, quod aliquando suam istam curationem narrans cuidam Equiti Valentino, ex eodem audierit, ipsum quoque a S. Isidoro liberatum fuisse a gravi infirmitate, qua Valentiaë multis annis laboraverat.

item paralysis invocato Sancto,

69 Isabella Soriano, uxor Matthæi Duran civis Madritensis, confessa est, quod anno MDXCVII mense Majo dextero crure debilitata, sic ut illud totis octo diebus neque extendere neque reducere posset, suâ matris suæ Mariæ Benedictæ, S. Isidoro se commendavit ; et mox mitigato malo, priusquam clauderetur dies ex toto sana fuit. Dixit ergo mater quod hæc gratia deberet accepta referri S. Isidoro : sed negavit filia, quod is nondum esset canonizatus. Nec impune. Nam intra primum a recepta sanitate mensem rediit prior paralysis, non jam in crus unum sed in dimidium corpus totum a cingulo deorsum, ita ut totis tribus septimanis absque alieno auxilio nec stare, nec sedere, nec corpus aliquo posset movere. Non dubitans autem quin hæc esset suæ incredulitatis pœna, veniam poposcit, vovitque duas Missas in Sancti honorem curandas et corpus ejusdem a se visitandum : moxque salutem integram consecuta est. Quemadmodum sua etiam mater, quando cruciatum grandem patiebatur in brachio dextero, qui ad humerum et pectus sese extendens, quietem ei omnem et movendi brachii potestatem abstulerat toto uno mense.

et arthritis

C 70 Petrus Ortíz, suæ Majestatis famulus, retulit, quod anno MDLXXXIX lecto decubuerit cum gravissimis arthritidis doloribus, quæ sextum jam mensem privatam tenebant usu membrorum atque quiete, noctu dinque sæviente cruciatu, quo cogebatur etiam clamores edere. Denique remediis aliis frustra tentatis, cum ferre diutius tormentum istud nequiret, cœpit exclamare, S. Isidore, salva me : et mox aliquantulum relevatus, arripuit baculum, seque ut potuit traxit ad eremitorium Sancti, ubi hausta aqua omnem reliquum cruciatum abstulit. Alias anno MDXCVIII mense Januario, sanguinis fluxu tam copioso laborans, ut globos ejus concretos emitteret pugni instar grandes, et veluti per canalem diffluere omnis videretur ; cum ejus curam dimisissent Doctor Valle et alius nibilo minus expertus Medicus ; seque moriturum brevi crederet, quia intra unam diem noctemque vigesies fuerat compulsus ad sedem, sanguine mirabiliter exundante ; ipse præsentem Notario Vicarii Mandietæ, qui prioris miraculi depositionem excepturus assidebat lecto, commendavit se iterum S. Isidoro, magna cum devotione dicens, Benedicte Sancte, quandoquidem hic in tuo obsequio occupor, mihi que in necessitatibus meis semper præsto fuisti ; rogo ut me liberes hoc sanguineo fluxu. Ipsoque

de sanguinis fluxus.

momento stetit sanguis, et sanum sese ex toto factum gavisus est Petrus.

71 Petrus de Vargas, civis Madritensis, dixit, quod anno MDLXXXIX et XC molestissima arthritide per menses quatuor agrotaverit, non sine febribus : quibus malis cum multa frustra essent adhibita remedia, recordatus miraculorum S. Isidori, adferri de fonte ejus aquam jussit ; atque insciis medicis (hi enim abstinere omnino a potu jusserant) ex eo bibit, seque mox liberum fuisse testatus est. Ejusdem aquæ efficaciam expertura D. Joanna de Briviesca, uxor D. Ludovici del Monte y Ayala, civis Madritensis, ad curationem cruris pedisque, in quibus pridem præmortuis nullum sensum reducere potuerant diu frustra applicata remedia ; accessit ad eremitorium, socru sua et quadam engnata comitantibus. Ibi infirmæ crus ac pedem cum devote lavisset prædicta cognata, mox eis sensus ac vita rediit, ita ut absque consilio cujusquam domum expedita redierit Joanna. Alfonsus Martinez de Cos, civis Madritensis, dixit, audivisse se ex suo patre, quod ejus mater, avia sua, post viginti duo annos in sterili matrimonii peractos, recurrens ad S. Isidorum, post aliquot Missas in ejus honorem curatas oblationemque olei seu candelarum, foetum conceperit atque pepererit perquam feliciter, sicut optaverat. Addidit etiam quod filius suus Joannes de Cos, equum, quem die S. Joannis conscenderat spatiaturus ad ripam fluminis, calcarium uno imprudenter impacto selæserit, ut sanguis sisti nulla ratione posset ; remedium autem repererit in eremitorio S. Isidori, celeriter eo accurrens, et plagam aqua ibidem, fluente lavans. Denique affirmavit familiare jam esse domi suæ, ut quoties aliquis in morbum incidit, aqua eadem petatur ac devote bibatur ; secuto ut plurimum effectu optato.

72 Marcus de Burdaria, civis Madritensis, dixit, quod uxor sua Casilda de Prado, anno MDLXXV abortum passa, manibus ac tibiis contracta fuerit, sic ut neque has dimovere ab invicem posset ad gradiendum consistendumve, neque illas aperire totis novem mensibus. Post quos cum Doctor Aluzan incurabilem videri dixisset, eamque deseruisset ; quarto ab inde die necdum elapso sanam illam reperit testis ipse, tum necdum cum ea matrimonio junctus. Cui ad tam citam convalescentiam obstupescenti relatum est, jussisse Casildam adferri de fonte S. Isidori, eoque gustato horam integram copiose sudasse, atque exinde liberatam esse infirmitate quacumque antea tenebatur. Franciscus de Quiros, civis Madritensis, multis diebus profluvio sanguinis febribusque afflictus totusque emaciatus, cum se mori videret, vocari ad se medicum jussit ; quod citius facere paupertas vetabat ; hic autem eo viso respondit, nullum amplius esse medelæ aut spei locum. Ergo vovit S. Isidoro, quod, si eo intercedente salutem consequeretur, noctem unam vigilaret in ejus eremitorio. Vix votum pronuntiaverat, quin sese melius habere sentiens surgere voluerit ; et, uxore sua Margarita de Flores debilem mariti gressum fulciendo juvante, processit ad prædictum eremitorium : ubi mox atque de fonte bibit, libum ei intinctum, quod uxor sua clam eo attulerat, comedere potuit ; qui per multos dies nec unam quidem bucellam admiserat : rediens autem sub noctem tantum habuit virium, ut solus absque scipione aut alio adjutorio ambularet.

73 Gregorius Guerrerus, Clericus Camerae D. Camilli Cajetani Apostolici Nuntii, dixit, quod anno MDXCVIII tertia die Martii incurrit febres, quæ lecto affixum usu etiam rationis privarunt, sic ut nihil dicere sapienter posset, sed insulse atque insane multa. Apparuerunt deinde in ejus corpore pestilentes

D

EX PRO-
CESSIBUS
Junantur
arthriticus
alius,

crure manca,

conjug sterilitis,
E

equus lusus,

tibiis manibusque contracta,

F
fluxu sanguinis ad extremum deductus

vi febrium delirans.

EX HISP.
J. BLEDE

et graviter
herniosus.

A lentes maculæ, quorum indicio cognovit medicus valde periculosum esse morbum. Octavo autem die quod eo in statu fuerat, nihil comedere valens, jussit de aqua S. Isidori ferri a quodam suo germano fratre : qua plenum scyphum manu tenens. bis Pater et Ave recitavit, vovitque duas Missas curandas, et duos regales ad canonizationem ejus conferendos : quo facto bibit, et liber continuo fuit ab omni infirmitate. Didacus Bravo civis Madritensis dixit, quod, cum esset Sacrista in ecclesia S. Andreae, ad eandem se receperat azylum quærens quidam Antonius Benedictus, oriundus Valentia : qui uno in inguine graviter ruptus, cum diros pateretur cruciatus, sæpe audiebatur a Doctore Joanne de Molina, Imperatricis Capellano, erumpere in ejulatus et clamores. Tandem vero, cum herniæ ipsius locum unxisset oleo de lampade S. Isidori accepto, cœpit clamare : Venite, Domini, ad conspiciendum miraculum, quia hernia incurabili laborantem sanavit iste Sanctus. Atque ex eo tempore, quamvis adhuc multis diebus ibidem in azylo manserit, numquam amplius ejulantem quiritantemve audivit Doctor prænominatus, in eadem ecclesia pro suo Sacristæ majoris munere dormiens.

SUPREMUS HONOR

S. Isidoro ab Ecclesia impensus.

CAPUT I.

Solemnis Beatificatio S. Isidori: Philippus III delato ad se corpore sanatus: festum 15 Maji sollemnissime peractum.

Ubi tanta miraculorum copia, gemino Processu legitime testata, Romam perlata fuit, inquit Bleda lib. 2, Tract. 2, cap. 10 ; denuo ex parte Philippi III Hispaniarum Regis institum pro canonizatione est, per Oratores Regios; causaque ad Rotæ Auditores Dominos Peniam, Littam, et Justum delata. Quia autem non consuevit Apostolica Sedes procedere ex Actis, per solam Ordinariorum potestatem confectis; ideo, quamvis per dictorum Auditorum Relationem Paulo V Pontifici satis constaret de generali fama sanctitatis, virtutum, cultusque beato viro constanter ad ejus sepulcrum exhibiti; idem Pontifex, mortuis interea Litta et Justo, substituit Dominos Lancellottum, et Alphonsum Manzanedum de Quignones, Rotæ Auditores, qui una cum prænominato Pegna curarent Processus, Auctoritate Apostolica formandos. Hi autem delegaverunt pro se tres Judices in partibus, Illustriss. scilicet Cardinalem Bernardum de Rojas y Sandoval Archiepiscopum Toletanum, D. Fr. Franciscum de Sosa Episcopum Canariensem, et D. Joannem Hozes Theaurarium atque Canonicum Carthaginensem, ut simul omnes vel duo eorum formarent Processus in specie, cum facultate compulsandi alios processus scripturasque authenticas eodem spectantes.

2 Fecerunt illi, quod sibi mandatum fuerat, et Romam miserunt duos prægrandes Processus: quorum unus Remissorialis complectitur depositiones ducentorum sexaginta quinque testium, alter Compulsorialis, Processus omnes quos Informativos appellent, cum aliis multis scripturis bullisque et brevibus Pontificum Romanorum: ad quos conficiendos operam et præsentiam suam etiam contulerant Didacus de Urbina, qui tempore ipsius Canonizationis fuit Rectorum Madritensium Senior; et Joannes Gonzales de Almunia, qui annis circiter quadraginta in hac causa laboravit. Curatum autem mox Romæ est, ut dicti Processus ex Castellana lingua trans-

ferrentur in Latinam. Interim vero mortuus est Pegna, et Lancellottus ad Cardinalatum evectus; iisque substituti Auditores D. Sacratius et D. Coccius. Rex nutem et civitas Madritensis, post maturam deliberationem, totius causæ specialem curam demandaverunt D. Didaco de Barrionnevo, Equiti habitus S. Jacobi, Rectori perpetuo et Vexillifero Madritensi, multam in ejus diligentia collocantes fiduciam, quod ipse per B. Isidori merita sanatum se agnosceret a podagra, quæ ad tempus debilem et claudum tenuerat. Hic Romam appulsus, substituit sibi Doctorem Melchiorum Ramirez de Leon. Protonotarium Apostolicum et Canonicum Cathedralis Segoviensis: atque hujus auxilio rem eo adduxit, ut Processus omnes, tam Ordinaria quam Apostolica auctoritate formati, validi esse et in forma probanti judicarentur ab Auditoribus Rotæ; quorum consensui cum Sacra Rituum Congregatio subscripsisset, idque referente Cardinali Lancellotto, expeditum fuit Breve Beatificationis ad canonizationem præambulæ.

3 Nusquam ipsum Latine reperio, non tamen difficile fuerit ex Hispanica versione, quæ Capite præcedenti apud Bledam est, ad priorem linguam reducere sensum. Est ergo ejus hic fere tenor: Paulus Papa V ad perpetuam rei memoriam. Constituti a Domino in cathedra Principis Apostolorum, quamvis indigni, libenter condescendimus et opportunis favoribus prosequimur supplicationes pias fidelium, quibus Dominus virtutum honorificatur in servis suis. Cum igitur ex parte carissimi nostri in Christo filii Philippi Hispaniarum Regis Catholici, et dilectorum filiorum Cleri ac Populi civitatis Madritensis, diocesis Toletanæ, nuper propositum nobis sit, quod servus Dei Isidorus Agricola et Patronus dictæ civitatis, fuerit illustratus a Domino multis et magnis donis virtutum, gratiarum et miraculorum: quapropter Rex Philippus Clerusque et Populus supradicti humiliter nobis supplicari fecerint, ut donec ab hac Apostolica Sede obtineant speratæ canonizationis honorem pro dicto Isidoro Agricola, propter excellentiam meritorum ejus, possit dictus Isidorus nuncupari Beatus, de eoque Officium ac Missa recitari. Ideo, re prius per venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales pro sacris Ritibus deputatos cognita quibus commissa fuerat examinanda, de consilio dictorum Cardinalium prædictis supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica et tenore præsentium in perpetuum concedimus et indulgemus, ut dictus Isidorus Agricola possit vocari Beatus, de eoque tamquam Beatificato ad diem decimam quintam Maji (quo die celebrabitur festum suæ Translationis) possit recitari Officium et Missa celebrari respective in Regnis Hispaniæ, Portugalliæ et Algarbiæ, nec non in Indiis tam Orientalibus quam Occidentalibus: in civitate autem Madritensi prædicta sola sub ritu duplici et tamquam de Patrono, secundum Rubricas Breviarii et Missalis Romani de communi Confessorum non Pontificum: et ut possit libere ac licite poni in Martyrologio, quando recedatur denuo auctoritate Sedis Apostolicæ, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis aut quibuscumque contrariis. Datum Romæ ad S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, xiv mensis Junii, mdcxix, Pontificatus nostri xv.

Cardinalis S. Susannæ. †

4 Hujusmodi Breve Madritum perlato, incensa totius civitatis sunt studia, ut primum quod proximo anno celebrandum esset ex Apostolica auctoritate festum, quam solemnissime ageretur. Dum autem in diei statutæ expectatione voluntur menses, Olisipona rediens Rex Philippus, cum xii die Novembris pervenisset in Casarubios del monte (uti narrat Bleda

D
isque in Nota
receptis
ac probatis,

E
expeditur
Breve-Bea-
tificationis,

et conceditur
Missa atque
officium pro
15 Maji.

F

Auctoritate
Apostolica

novis factis
Processibus,

Anno 1619
Rege in
Casarubiis
infirmato,

A *cap.* 8) ibidem infirmari cœpit; et ex iudicio medicorum, periculum esse morbum consentium, coactus subsistere. Perculit ea tanta civitatem Madritensem, quæ pro salute Regis supplicabunda, solenni processione instituta, ad Regium Discalceatorum monasterium traduxit sanctam imaginem Domine nostræ de Atocha Peria vi die xv Novembris. Sabato autem die xvi ex Casarubiis venit Franciscus de Villacis, Corrector Madritensis, tristissimi nuntii hajulus, atque significans aggravari infirmitatem, et medicos de Regis salute ambigere. Exceptus hujusmodi nuntius fuit cum ea amoris dolorisque expressione, cujus capaces erant fidelissimorum subditorum animi; ubique singultus, ubique lamenta audiebantur per plateas: civitas autem, ad instantiam Correctoris prædicti in consilio præsentis, et totam hanc rem studiosissime dirigentis ac promoventis, in hac necessitate extrema censuit recurrendum esse ad Sanctorum suorum Patronorum auxilium: et re collata cum Illustriss. D. Ferdinando de Azebedo Consilii Castellæ Præsidi, constitutum fuit, ut continuo efferretur sacrum B. Isidori corpus, et eum processione generali deduceretur ad Regale monasterium ab Incarnatione dictum; Dominis Præsibus et Consiliis singulis Ordinibusque Religiosis eandem comitantibus et cereos ardeantes gestantibus, magna cum devotione et lacrymis.

B 5 Igitur Mag. Alfonsus Franco, Curatus ecclesiæ S. Andreae, ubi collocatum erat sanctum corpus, sacerdotaliter indutus, Missam fecit de glorioso Sancto, primam quæ post ejus Beatificationem celebrata fuit: interim vero supervenit veredarius, solitudinem mæstitiamque communem aggravans, nuntiansque novo paroxysmo fuisse Regem extra sensum usum dimotum ad tempus. Quare visum fuit omnibus ipsum sanctum corpus deferendum esse Casarubios, et lecticæ celeriter ad id parate imposita capsâ, vestita serico rubeo, operta fuit pallio texturæ aureæ: comitantibusque equestri pompa ac tedas præferentibus Religiosis S. Augustini cum choro musicorum suorum, toto autem Capitulo Clericali urbisque Magistratu in rhedis, processit ex urbe sub tertiam vespertinam; atque sub deimam horam nocturnam perlatum est usque ad eremitorium S. Sebastiani, unius sagittæ jactu distans ab oppido; ut sequenti mox die eum processione solenni portaretur ad Palatium, ita rem disponente Majestate sua, quæ cum adventu Sancti magnum se ostendit percepisse solatium: quippe quæ melius habere cœperat ab undecima matutina, ipso scilicet articulo temporis quo Madriti fuerat inchoata processio.

C 6 Dominica sequenti xvii Novembris, circa tertiam postmeridianam, ordinata fuit solennis processio, toto Clero vicinorum oppidorum atque pagorum veniente cum crucibus et luminibus: fuitque ad ejus diei actum pluviali indutus Doctor Andreas Arest, Canonicus doctoralis ecclesiæ Toletanæ et Vicarius generalis Madriti. Claves arcæ deferebant Don Franciscus de Villacis Corrector Madritensis, et Mag. Franco Curatus ecclesiæ S. Andreae. Ipsam arcam portabant sex Capitulares e Clero Madritensi, Licentiatus Joannes Fernandez, Licentiatus Arze, Licentiatus Serrano, Doctor Joannes de la Pegna, Don Martinus de Morales, et Licentiatus Zaballos. Ad ingressum corporis Sancti in oppidum, inclinatus ad quamdam fenestram Serenissimus Princeps D. Philippus (qui nunc feliciter regnat) ipsum præstolabatur, adstantibus sibi Illustriss. Cardinali Zapata et aliquot Magnatibus Castellæ, inter quos erant Excellentissimi Duces de Uzeda, Dux de Eufantado, Dux de Sesa, Don Petrus de Toledo Marchio de Villafranca, Dux Pastranzæ, Admirantius Castellæ, Dux

Seæ, Comes Benaventis, Marchio Veladæ, alique complures Magnates Equitesque; qui omnes sacrum corpus comitati sunt usque ad Palatium.

7 Ingredientibus in suæ Majestatis cubicinium, paratus et serico rubro contactus ante ejus lectum stabat thorus, in eoque collocata est arca, assistentibus ad regii lecti caput Serenissimis Principibus, Principissa Hispaniæ, et Serenissima Infanta D. Maria. Doctor autem Aresti provolutus in genua, arcam, tribus velamentis insignia civitatis Madritensis auro intexta præferentibus, opertam reseravit: versus quam sua Majestas oravit, petiitque exhiberi sibi stimulum Sancti: quem veneratus atque deo-oculatus est una cum Serenissimis Principibus filiis suis. Tum Doctor Aresti solvit tæniam, ex qua ad Sancti collum pendebat bursula coloris succinei auro ornata, in qua erant digitus atque tres dentes Sancti; quam sibi porrectam osculata Majestas sua, supra pectus magna cum veneratione posuit; jussitque ut ipsa arca in conclave exterius transferretur, ubi venerari etiam illam posset gynæceum regiam et nobilitas cetera. Gratias autem sermone benigno ac gravi agebat Rex Clero et Magistratu Madritensi, pro cura et amore, quo tam sanctam Reliquiam ad se deferendam curarant, admissis ad manus osculum Mag. Franco Abbate Cleri, et D. Francisco de Villarecis Correctore Madritensi. His ita peractis continuata processio est ad ecclesiam parochialem S. Mariæ Palatio vicinam, cantatumque solenniter ibidem est Salve, ante imaginem Domine nostræ a Gratia nuncupatæ, quæ est Patrum Augustinianorum imago, ab his pariter allata: additaque fuit Collecta de Sancto: et Illustriss. Cardinalis Zapata, suam omnibus benedictionem impertiens, sub horam octavam vespertinam cunctos dimisit, eo quod notabiliter melius habere se Regem, notum esset.

8 Sequenti die lunæ mandavit civitas Madritensis ut ad corpus sanctum institueretur solennis aovena, cantandis quotidie Missis per Mag. Francium Cleri, Abbatem et Curatum ecclesiæ S. Andreae. Quæ devotione expleta, cum sua Majestas libera jam esset a febre, petita licentia est referendi corpus sanctum ad suam ecclesiam. Annuit Rex: cumque secunda noctis hora omnes essent in equis et arca in lectica, venit Eugenius Marban, Adjutor cameræ suæ Majestatis, dicens; rediisse febrem Regi, eumque mandare ne discederent, eo quod ipsemet vellet sacri corporis reditum comitari. Relatum est ergo corpus S. Isidori ad ecclesiam parochialem, continueque ad illud preces per totum illud triduum quo febres dirarunt. Tum vero ingrediens Princeps ad suam Majestatem dixit: Satis est, Domine: dicunt enim quod donec reddideris suam Reliquiam Sancto, convalescere non poteris. Cui Rex: Aliud non habeo vobis dicere, quam quod ex eo momento quo ipsam mihi imposui dimisit me febris; neque regressa est, usque dum existimus ea me impediri, posui eam ad latus cervicalis; et continuo insiluit in me febris, duravitque donec, sepositæ Reliquiæ memor, eandem resumpsi: ex quo liber a febre, proposui Reliquiam non dimittere. His peractis et Rege magis magisque convalescente, visum medicis est quod itineri faciendo pur esse posset. Media igitur priusquam in viam se daret hora præcessit Casarubiis, eadem qua venerat pompa, sacrum corpus, circa undecimam matutinam, die Mercurii, iv Decembris: et noctem transegit in Alcoreon, Roge in Mostoles quiescente; egressique in occursum inquilini pagorum per viam eum processionibus, choreis, et luminaribus sacram arcam deluxerunt.

9 Die Jovis sequenti v Decembris, egressa a civitate Madritensi est processionis pompa plus quam bis mille hominum in equis, eum facibus ardentibus

D
EX HISP.
J BLEND.

excepit cum
magna reverentia,

ex eaque
sumptam
Reliquiam
pectori admo-
vit.

E

Peracta ibidem
ad corpus novena,

F
et post alios
tres dies
sanato Rege,

Madritum
velata arca,

decernit ci-
vitas corpus
S. Isidori
exponendum,

imo defer-
endum ad
agrum;

qui melius
mox habere
incipiens,

arcam ad se
solenni pompa
delatam,

EX HIS
J. BLEDE
nobili Pro-
cessione
excipitur,

A bus . processitque per unam leucam per campos, effusa ad spectaculum multitudine oblectos : quo factum ut ultima hæc leuca, a duodecima meridiana ad septimam nocturnam duraverit ferentibus sacrum corpus; diutius etiam duratura, nisi subsequens in sua lectica Rex, meta nocturni aeris, accelerari ingressum in urbem suasisset. Prospiciebam ego venientem eminus pompam ex una fenestrarum Palatii; vidique ingredientem in monasterium Incarnationis, ubi nocte illa et sequenti die mansit sacrum corpus supra altare, ad latus Evangelii: Sabbatho autem, id est vi Decembris, instituit civitas generalem Processionem, in qua Concilia omnia et Religiosi Conventus cum ardentibus cereis comparuerunt, referentes ad ecclesiam suam venerabile depositum, multasque Deo gratias agentes, qui per sancti sui Confessoris intercessionem certo credebatur salutem optimo Regi præstitisse: qui sane perquam reverenter erga illum se gesserat. Cum enim, antequam ad suam Majestatem transportaretur arca, quasivisset a Rege Dux del Infantado, velletne sibi adduci S. Isidorum; respondit humiliter; Numquid non satis foret, si stimulum ejus ad me deferrent? Cum autem eum in conspectu suo habuit, non fuit ausus petere ut ipsum evolverent ac sibi monstrarent: sed prædicto stimulo viso osculatoque, acquievit; memor eorum quæ legerat in libro D. Sancii Davila Episcopi Jacensis de veneratione Reliquiarum, sibi dedicato sub annum MDCX.

Anno sequenti
et 15 Maji.

10 Post hæc, dum expectatur integra Regis convalescentia (sicut prosequitur Bleda cap. 9) quam nunquam est consecutus, dilata celebrandæ Beatificationis solennitas fuit, usque in diem xv Maji, recolendæ annuatim Translationi ejus a Paulo V definitum. In quem præparavit civitas magno cum sumptu varios arcus et currus triumphales, choreasque et ignes artificiosos. Omnibus autem plene jam instructis, et Rege ex Aranjaz cum filiis Principibus Madritum devecto, vigilia festi seu feria v choreis data fuit. Ipsa autem die xv Maji videre erat toto ante meridiem tempore occupatos Ordines Religiosos, ut suum quisque altare quam splendidissime adornaret. Ex his primi Franciscani peregrinorum in modum formavere suum, ad Crucem, positam in Foro avenario, ea specie ut aliud non esse totum videretur quam floridum reliquiarium. Mox inde juxta Conventum Franciscanarum, a Conceptione dictarum, in altero Fori ejusdem capite, ad plateam Toletanam collocaverant arcum grandem, supra quem inter cornucopiæ locati Angeli extollabant in cœlum S. Isidorum. Inde Hospitale Passionis, et S. Æmilianus, atque Latina habebant altare perquam opulentum intra pyramidem octogonam atque excelsam. Patres Societatis Jesu, in eadem platea Toletana, erexerant obeliscum totum inargentatum, cum admirabilis venustatis et pretii altari. Paulo ulterius, versus Forum majus eadem in platea, aram suam statuerunt Patres de Mercede, intra turrim sublimem ac speciosam: atque haud procul inde alium arcum excitaverat civitas, supra columnas historiatis, in eoque spectabantur Sancti Pontifices Damasus et Melchisedech, quos Madritenses apud se natos fuisse credunt, complectentes S. Isidorum. Tum in ipso majori Foro Ordinis Prædicatorum Religiosi statuerunt altare inæstimabilis pretii, monilibus aureisque et argenteis vasis instructum. Via perro Argentaria ad portam Guadalaxaræ construxerant Patres Trinitarii altare, gemmis, smaragdibus et adamantibus refulgens. Patres quoque Augustiniani altare posuerunt juxta fontem, indeque varios fecerant fontes exilire odorati ex vino et aqua liquoris. Et hic tertium arcum erexerat civitas, opere

per urbem,
multo arcuum
et altarium
apparatu
instructam,

C

Romano cum statuis S. Isidori et famulæ Dei uxoris D ejus. Descendentibus ad angiportum earum ædium in quibus habitabat Cardinalis de Rojas y Sandoval, ad angulum ipsarum, effinxerant Carmelitani Patres Carmelum suum, in eoque multos sanctos Patriarchas. Denique altare suum adornarunt Minimi SS. Isidoro et Francisco de Paula, juxta parochiam S. Petri.

11 Rex ad ecclesiam S. Andreæ se contulerat: auditaque ibi Missa et concione epulum præbebat in ædibus Admirantii Castiliæ, qui tunc erat Comes de la Puebla y Benavides, vicinis ecclesiæ; unde post quartam vespertinam egressa processio est omnium statuum ordinumque, pulcherrime digesta; quam sequebatur in sua argentea arca sacrum corpus, elatum humeris Sacerdotum, et pone in habitu Officiantis Episcopus Dragonensis nomine Estebri natione Majoricensis. Pompæ autem progredienti, et ad singula altaria per viam subsistenti, applaudebant chori musicorum, choreæ tripudiantium, tibiæ, tubarum, ac tympanorum symphoniæ, cum admiratione totius Curiæ, in varias figuras concentusque partitæ. Postquam ad ædes Admirantii progressa est, descendit Majestas sua, cum Principibus atque Infantibus Patronum subsequens, usque ad ecclesiam S. Andreæ; itaque finita processione cœperunt accendi luminaria, ardere ignes triumphales artificio vario et admirabili, tonare fistulæ, mortariola et tormenta majora: ac tandem in Foro majori fartum nitro pulvere castrum, fabricæ sumptuosæ ac stupendæ, paulatim in ignes et aerem abiit. Tantaque fuit largitas sumptuum in hanc rem factorum, ut octo illis quibus festivitas continuabatur diebus, pulveris absumpti pretium ad quatuor millia ducatorum fuerit aestimatum: nec minor per dies singulos octavæ fuit officiorum ecclesiasticorum magnificentia, quotidie solennis Missa cum musica mane, post meridiem Vesperæ ac Completorium, atque inter hæc oratio elegans, a famosissimis concionatoribus habita, e quibus tres dedit Prædicatorum Ordo.

12 Ceterum Regis valetudo nunquam plene confirmata, et ad hoc solum prorogata vita, ut S. Isidoro testimonium daret gratiæ apud Deum efficacis, decimo post hæc mense eo pervenit, ut de ea iterum diffidentes medici, juberent de obeunda Christiana morte cogitare piensimum et pridem paratissimum Regem. Qui tamen, ne deficientibus humanis, neglexisse superbiana videretur remedia; voluit adferri sibi Reliquias Sancti. Quibus die xxx Martii ante meridiem allatis, magnaque cum devotione acceptis, primum gratias egit Sancto pro sanitate sibi apud Casarubios decumbenti collata: deinde ignosci sibi postulavit, quod eam non ita impendisset quem admodum nunc optabat; deque sua in regendis commissis sibi populis nimia indulgentia, nata ex caritate qua metuebat cuiquam esse molestus: denique vovit eidem erecturum se magnificentissimum sacellum et regia majestate omnino dignum, si ejus intercessione iterum consequeretur valetudinem, rebus utcumque agendis idoneam. Verum quia Deus hic ei laborum sustinendorum terminum et initium percipiendorum præmiorum statuerat; noluit Sanctus sese denuo interponere, sed festinavit etiam ipse ad suam societatem recipere eum, a quo fuerat tam gloriose honoratus in terris. Obiit igitur Rex Catholicus Philippus III die Mercurii xxxi Martii anno mdcxxi sub nonam matutinam: et filio suo Philippo IV morte sua vacuum thronum reliquit.

circumlatum
corpus,

E
Rex cum filio
sequitur,

et per octiduum pro-
trahitur
festum.

Postea Rex
pius pie
moritur

F

An 1621
31 Martii.

A

CAPUT II.

Prima relatio pro Canonizatione, coram Gregorio XV habita.

Interim Didacus de Barroviento, novis Philippi III adhortationibus stimulatus, post valetudinem Casarubiis utcumque recuperatum; tantum institit apud Pontificem, ut progressurus ad Canonizationem, de novo omnia examinari jusserit. Quem in finem sacra Congregatio nominavit Dominum de Torres Protototarium; et in Promotorem fidei ac Fiscalem hujus causæ, qui omnibus propositionibus præsens adesset, Joannem Baptistam Spada Advocatum Consistorialem, cui pro singulis deputationibus dabatur in scripto Dubium proponendum, signatum manu Cardinalis Muti, substituti in locum defuncti Cardinalis Lancellotti. Ad cujus relationum cum habita fuisset Congregatio una, decessit e vivis Paulus V, eique successus est Gregorius XV anno MDCXXI, VIII Februarii. Ille novis novi Regis Philippi IV supplicationibus inclinatus, progredi Congregationem Rituum in negotio jussit, quæ Relationem Auditorum Rotæ novo subiecit examini, et judicavit secure procedi a sua Sanctitate posse ad canonizationem S. Isidori. Itaque Consistorium secretum celebratum est coram Pontifice die lunæ XIX Januarii an. MDCXXII, ad quod Franciscus Maria Episcopus Portuensis S. R. E. Cardinalis a Monte in hunc modum peroravit.

14 Relaturus, Beatissime Pater, coram hoc Sacro Senatu, jussu Sanctitatis Vestre, quo statu sit causa Canonizationis Beati Isidori Agricolæ de Matrito, quam ab hac sancta Sede Piissimus juxta ac Potentissimus Hispaniarum Rex obnixè postulat; eam omnem in tres partes distribuam. Primo loco dicam, cur suscepta sit, et quæ ad hanc usque diem in ea Apostolica auctoritate gesti sint: secundo, quæ fuerit vitæ sanctitas et excellentia virtutum, quibus B. Isidorus inclaruit: tertio illustriora quædam miracula, quæ Deus per illum operatus est: ut his consideratis, Sanctitas Vestra quid in re tanti ponderis deinceps agendum sit, prudenter et legitime constituere possit.

15 Floruit Isidorus Matriti, quod nunc Regum Hispanorum sedes est, circa annum Domini centesimum et quinquagesimum supra millesimum. Inde ad hæc usque tempora nomen ejus, tamquam hominis vitæ sanctitate et miraculorum gloria illustris, uro omnium Hispanorum ore celebratum est. Post annum vero millesimum ducentesimum decimum, occasione, quam dicam, Isidoro ejusmodi honores habiti sunt, ejusmodi in Ecclesia Catholica solis Beatis et Sanctis tribuuntur. Ille Sancti nomine passim vocatus est, in ejus honorem oblata munera, dicata festa, processiones et supplicationes decretæ, celebratæ Missæ, dicti hymni, recitata Officia, habitæ conciones, erectæ capellæ, institutæ confraternitates, concessæ Indulgentiæ, imagines cum diademate pictæ, et cum aliis imaginibus Sanctorum circumportatæ, sepulcrum donariis pretiosis et luminariis ornatum, et demum in publicis necessitatibus ejus imploratum subsidium, tamquam hominis vere beati et sancti. Fama vitæ innocenter actæ, et miraculorum frequentia, cum eximia ista veneratione conjunctæ, Philippo Tertio Hispaniarum Regi, cui pietate et religione nihil unquam fuit antiquius, de legitima beati viri Canonizatione spem injecerunt. Quare misso Romam processu, auctoritate ordinaria formato, de vita et miraculis Isidori Paulum V fel. record. enixe rogavit, ut eum canonico ritu inter Sanctos referret.

16 Paulus precibus benigne auditis, injunxit tribus antiquioribus Auditoribus Rotæ, ut conjunctim procedendo, acta omnia et probationes reciperent, et tandem referrent quid ipsi sentirent. Fuerunt hi ab initio Franciscus Penia tunc Rotæ Decanus, Horatius Lancellotus et Alphonsus Manzanedo. Verum post Penia defuncto, et Lancellotto ad Cardinalatum assumpto, in eorum locum Franciscus tunc Archiepiscopus Damascenus, nunc Cardinalis Sacratas, et Joannes Baptista Coccinus Decanus, subrogati sunt. Auditores, re pro dignitate considerata, censuerunt, ultra processum auctoritate ordinaria formatum, alterum Apostolica auctoritate formari debere. Et Pontifice jubente dederunt litteras compulsorias et remissorias, cum articulis et interrogatoriis pro parte Fiscalis, ad bonæ mem. Reverendiss. Bernardum de Rojas et Sandoval S. R. E. Cardinalem Archiepiscopum Toletanum, ad D. Franciscum de Sosa Episcopum Canariensem, et ad D. Joannem de Hores Thesaurarium et Canonicum Cathedralis Ecclesiæ Carthaginensis. Hi juribus compulsatis et examinatis testibus, absoluto juridico processu, eum de mense Julii anni MDCXXIII Romam miserunt ad Auditores: quibus Paulus in mandatis dedit, ut ad ulteriora in causa procederent, quid ipsis videretur ad Sanctitatem suam mox relaturi. Illi causa serio, et frequentur discussa, tam processus quam probationes legitimas censuerunt. Retuleruntque sanctitatem et miracula beati viri copiose justificata fuisse, eumque tuto posse inter Sanctos referri. Sed Paulus Mense Martio MDCXXVIII eorum relationem misit ad sacram Rituum Congregationem, nosque de tota hac causa iterum cognoscere jussit. Nos autem, Beatissime Pater, frequenter congregati, quo par erat studio ac diligentia, Auditorum assertiones et assertionum pondera examinavimus, tandemque in eorum sententiam omnes unanimes ivimus. Fide vero probationum et legalitate processum constituta, dico jam, quid ex eis constiterit nobis, de origine, vitæ ratione, et sanctitate morum hujus beati viri.

17 Natus est Isidorus in oppido Matriti Toletanæ Diœcesis, ex parentibus humilibus quidem, sed catholicis et piis. Ab eis in timore Dei egregie enutritus, usque ab ineunte ætate pietatem, caritatem, patientiam, humilitatem, abstinentiam, virtutesque ceteras virili quadam gravitate colere cœpit. Adultior factus, sibi et familiæ labore, et industria victum quæsiturus, ceteris artibus neglectis, agriculturæ se dedit, quod humilior, laboriosior, et tutior aliis omnibus videretur. Hanc toto vitæ suæ tempore ita exerevit, ut nulla unquam die ejus causa ullum minimum pietatis et religionis officium prætermitteret, ex iis quæ semel susceperat. Numquam ad aratrum accessit, nisi visitatis ecclesiis, Missa audita, precibusque ad Deum et Beatam Virginem ex imo pectore fuis. Quas gratissimas fuisse sibi frequenter quidem declaravit Deus, sed maxime occasione quam dico. Civem quemdam Isidorus delegat sibi, cui laboraret: apud quem a vicinis accusatus est, quod exercitiis spiritualibus occupatus, quotidie justo serius opera capesseret. Homo vehementer iratus, ad agrum iter arripit, Isidorum de fraudata opera severe castigaturus. Sed eo ubi venit, agrum suum triplici jugo boum arari vidit, quorum duo regebant juvenes duo albis vestiti, tertium servus Dei medius inter illos: qui hero appropinquante evanuerunt. Atque ita demum intellexit, quod ei sæpe dixerat Isidorus, non perire sibi tempus, quo Domino suo vir devotus serviret. Rursus, cum in ecclesia B. Magdalensæ orationi vacaret, nuntiatum ei est a nonnullis, ejus asinam esse jam in faucibus lupi, neque evaderere posse nisi subveniret: quibus vir bonus imperturbatus respondit; Ite

in

D

EX HISP.
J. BLEFÆ
post legitime
formatos pro-
batosque Pro-
cessus.

E

exponit pie-
tatem et
constantiam
in Dei cultu.

F

Mortuo
Paulo V,

coram Gre-
gorio XV,

Relator
Cardinalis
de Monte

trifariam
divisa re-
latione, de
B. Isidoro,

semper apud
Hispanos
culto,

A in pace, filii, fiat voluntas Domini. Ceterum oratione finita egressus ab ecclesia, asinam incolumem reperit, et lupum apud eam in terra mortuum, Deo pro gratissimis precibus vicariam operam illi rependente.

EX HISP.
J. BLAD.E.

caritatem er-
ga proximo,

18 Proximos, egenos præsertim, dilexit semper sicut semetipsum: et pauper ipse ac inops aliquid detrahebat quotidie usibus suis, ut quotidie haberet unde pauperibus et egentioribus subveniret. Deus vero ejus caritate adeo oblectabatur, ut aliquando vocare maluerit ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, quam ut servo suo deesset quod largiretur. Semel enim, postquam parata omnia pauperibus distribuera, alius quidam mendicus supervenit eleemosynam petens. Isidorus tristis, quod pauper jejunos abiturus esset, uxorem videre jussit, num aliquid superfuisset in olla. Ea negante, iterum rogavit ut scrutaretur: que dum marito obtemperat, vas, quod vacuum reliquerat, mirabiliter pulmento plenum reperit: quo pauper abunde obsonatus est. Neque intra fines humanæ naturæ continebat se caritas Isidori, sed porrigebatur etiam ad ratione carentia. Summa hieme, dum nivibus et glacie omnia rigere, ferebat triticum ad molendinum: quando visis columbis, quæ arboribus insidebant, misericordia motus, quod nive escam prohibente non haberent quo vescerentur; nive terram detersit, ibique tantum tritici sparsit, quantum columbis satis esse putavit. Factum displicuit socio Isidori, et ideo illum acriter corripuit: sed non displicuit Deo, qui virtute sua triticum, quod superfuerat, adeo auxit, ut postquam ad molendinum venire, nihil sacco extractum videretur. Injuriis major, inoffensum, quamvis offensus, erga proximum semper animum gessit. Quare nihil commotus in eos, qui de fraudata pietatis causa hero debita opera illum insimulaverant; judicio et arbitrio ipsorum paratum se ad satisfaciendum hero, pacate et amice respondit.

fiduciam in
Deum,

19 Vix explicari potest, quanta fuerit fiducia ejus in Deum, quæ in altissima fide fundata, efficiebat ut de Divina benignitate nihil nunquam, difficile licet et arduum, non speraret. Suppeditat quidem vita beati viri innumera hujus virtutis exempla: sed ex eis unum tantum vel alterum seligemus. Festo quodam raptus dulcedine orationis, cui in ecclesia se dederat, ad socios, qui pium de more convivium agebant, non descendit nisi eo finito; neque solus, sed pauperum grege stipatus, qui eum tanquam patrem sequebantur. Prudentibus nihil penitus superfuerat, præter usum ejus portionem, quam ministri societatis seorsim servaverant. Quare ubi socii eum viderunt, turbati et tristes quod eam multitudinem famelicorum secum adduxisset, dixerunt ei quidnam superesset, et quid esset hoc inter tantos. Sed servus Dei, qui jactabat cogitatum suum non in urnam, sed in Deum, eos bono animo esse jussit; asserens, quicquid in nomine Domini eis datum fuisset, id inter omnes distributum iri. Quo audito, ministri accesserunt ad vas, in quo portionem solam Isidori reliquerant; illudque pulmento redundare viderunt tanta cum affluentia, ut non modo præsentium fames large et copiose depelli potuerit, sed absentium etiam esuriei pars aliqua reservari. Castitatem conjugalem perpetuo coluit. Jejunia Ecclesiastica, quamvis laboribus tractus, nunquam violavit. Morti proximus, præeunte pœnitentia et humili confessione peccatorum, sacramentum Eucharistiæ summa cum devotione suscepit: et postquam domesticos ad pietatem et caritatem quanta potuit efficacia cohortatus est, vitæ sanctitate et miraculis clarus, obdormivit in Domino, anno ab ejus Nativitate millesimo

et piam ejus
mortem,

centesimo septuagesimo. Hæc fuit vita, Beatissime Pater, hi mores Isidori. Venio nunc ad miracula.

20 Media æstate, quando areseunt omnia, herus Isidori venit ad agrum, quem servus Dei arabat; et sitibundus quæsit, quoniam loco invenire posset aquam, qua sitim levaret. Isidorus manu locum signavit: sed herus eo profectus, aquam non invenit: quare ad eum reversus, graviter conqueri cœpit, quasi delusus fuisset. Isidorus, Eamus, inquit, Et cum illo perrexit ad vicinum montem, in quo nullum aquæ vestigium apparebat, sed undequaque sicca et arida omnia; et stimulo, quem gestabat, percussa terra, repente et loco percusso fons vivus manavit. Durat vero mirabilis ille fons ad hanc usque diem, fluxitque perpetuo, nullis unquam cœli ardoribus exsiccatus: immo ad ejus aquæ potum ægri undique conflant, innumeris allecti miraculis, quæ ad intercessionem B. Isidori assidue per aquas illas operatur Deus. Non desunt alia miracula, quæ vivens fecit. Sed ego ea prætereo; tum quod satis multa sunt, quæ dixi, dum referrem vitæ sanctitatem; tum quod æquum non puto prolixiori narratione rei minus necessariæ Sanctitatem Vestram fatigare. Ad illa itaque transeo, quæ mortem beati viri secuta sunt, et sunt certiora testimonia sanctitatis. Post obitum Servi Dei, corpus ejus in cœmeterio ecclesiæ S. Andreæ humi sepultum fuit, ubi totis quadraginta annis jacuit expositum omnibus injuriis cœli, et pluviarum præsertim, quæ per serobem quasi in cloacam in sepulturam ejus confluebant. Quadragesimo autem anno elapso, amico quodam primam, sed frustra; dein matrona quadam pia in viso monita, ut corpus suum a populo, e cœmeterio in ecclesiam translatum, honeste tumularetur; solennis ejus translatio facta est. Effossum repererunt integrum et incorruptum, involutum velaminibus integris itidem et incorruptis, odore quodam suavissimo fragrans, omnibus aromatum odoribus longe dissimili. Honorifice translatum nova et decenti sepultura condiderunt; ex qua de anno moxiii, qui fuit quadringentesimus quinquagesimus primus ab ejus excessu, mandato Delegatorum extractum, eadem integritate et fragrantia repertum fuit.

Narrat mira-
culum excitati
dum viveret
fontis,

incorruptio-
nem defuncti
per annos 40,

ac deinceps
usque ad 1613.

21 Translationem sacri corporis Deus innumeris miraculis cumulavit. Multi enim cæci, surdi, claudi, alique aliis ægrotudinibus laborantes, adhibito pulvere sepulture, statim convaluerunt: et campanæ ac cymbala omnium ecclesiarum Matri, quamdiu processio translationis duravit, tamdiu, nemine pulsante, sonarunt. Catharina de Villancta, contianis febribus et ventris profluvio laborans, adeo graviter periclitabatur, ut medici de ejus salute penitus desperarent: sed invocato Isidoro, et aqua fontis ejus epota, statim reddita est sanitati. Catharina Fernandez, letali ulcere in crure contracto, extremis cruciatur doloribus; aliisque medicamentis frustra tentatis, sola sectione cruris vitam tueri posse videbatur. Admotis tamen ulceri coralliis quibusdam, quibus tactum fuerat corpus beati viri, et ejus intercessione implorata, statim abscedit dolor; et spatio tridui, nullo alio adhibito medicamento, penitus convalescit. Quadam die in ecclesia S. Andreæ ostendebatur corpus beati viri, a cujus intercessione pluvia sperabatur; aderatque inter ceteros cæcus quidam, nomine Benedictus: qui repente media multitudine prosiluit, videre se clamans, et benedicens Deum, qui meritis B. Isidori visum ei reddidisset. Alphonsus Gallo, febrî pestilentiali et stupore mentis correptus, desperata a medicis salute, sola invocatione Isidori et aquæ potu, quam pie a matre deceptus fontis ejus esse credebat, momentis sanatur. Thesaurarius Confraternitatis

Miracula
ex posteriori-
bus panca,
12

A ternitatis, quæ Matri in honorem B. Isidori erecta est, solenni quodam die, cum eduliis et vino, quæ viginti pauperibus vix sufficere poterant, Isidoro invocato, tercentos ferme pauperes explet, et multa colligit quæ saturis supersunt. Ililarius Cimbron, post vomitum et dysenteriam, trium mensium febris mali moris correptus, de corporis salute penitus desperat: sed dum recepto sacramento extremæ Uctionis, viam universæ carnis ingressurus putatur, solo poculo aquæ fontis Isidori ad integram sanitatem revocatur.

22 Balthassara Ortiz prægnans, tres ejus filii, et una ancilla, oppressi ingenti muri ruina, omnes graviter et enormiter læsi sunt; sed B. Isidoro commendati, omnes etiam ad onum liberati fuere. Et ad miraculi cumulum Balthassara post sex menses peperit filium vivum, qui habebat tres rimas, vulnere instar, in capite, et singularum hiatus digiti magnitudine. Puer, Didacus nomine, herniosus a nativitate, pest vota Deo in honorem Isidori a matre nuncupata et reddita, absque alio medicamento sanatus est. Visitaverant animæ duodeviginti eremitorium B. Isidori, vectæ corru quem duæ mulæ trahebant. Dum vero discederent, curru tanto impetu ferri cæpit deorsum, ut nulla ratione retineri potuerit, donec impegit in rupem, quæ aminet flumini, et inde spectantibus horrendam speciem præcipitii præbet. Ibi una ex mulabus in terram collapsa, altera in aere supra flumen pendula, curru soli præcipitio hærens, pueri et femine ejulantes, viri de suo et totius familiæ extremo periculo solliciti, miserabilem aspectum omnibus exhibebant. Sed Isidorus imploratus adfoit, fecitque ut curru saxis illis præruptis hæeret, donec omnes incolumes desilirent; et funibus præcis mola in præcipitium dejecta, cetera servarentur. Morbus in Hispania dictus Garotillo, cum tribus carbunculis Hadriani adolescentuli guttur invaserat; et interclusa, neque cibo et potui, sed etiam spiritui via, ad extremum vitæ discrimen eum reilegerat; quando ipse Isidori memor, conversus ad ejus imaginem, vitam et salutem exoravit. Nec frustra: nam somno repente sopitus, certior redditus est ab Isidoro, quod ex ea ægritudine convalesceret; statimque melius habere se cæpit, et paulo post integram sanitatem recuperavit. Puer quatuor annorum, Alphonsus nomine, febris continua et dysenteria laborans, calore destitutus et moribundus, Isidoro a patre commendatur; et eodem momento, utroque murbo depulso, sanatur. Augustinus della Fuente, Advocatus Matri, acuto morbo in extremo vitæ periculo constitutus, omni humana ope desperata, ad Isidori aquam et suffragia conversus, precibus absolutis et poculo exhausto, fit sanus. Miracula ista, Beatissime Pater, omnia sufficienter et legitime in Actis probata sunt: et sunt apertissima testimonia Dei omnipotentis, qui ad fidem faciendam de Isidori servi sui sanctitate, quasi testis specialiter invocatus et rogatus, accessit.

23 Habet jam Sanctitas Vestra de processibus, de vita, et miraculis Isidori ea omnia, quæ per tres assiduos annos in sacra Rituum Congregatione discussa sunt; et quibus inducti sumus ad censendum, posse Sanctitatem Vestram, si ei placuerit, canonico et legitimo ritu hunc servum Dei inter Sanctos referre. Hoc ut fieret, pro ingenita sibi pietate et in beatum virum devotione, dno vehementerque expetivit, optavit, precatus est Philippus Tertius, Hispaniarum Rex vere Catholicus. Postquam vero ille a terrestri Regno ad celeste translatus est, Philippus Quartus ejus filius, pietatis non minus quam majestatis paternæ heres, hoc ipsum non desiderat tantum, sed postulat et flagitat: neque

solus ipse, sed cum eo Rectores et Universitas Matri, immo Hispania tota, ad sacros pedes Sanctitatis Vestræ humiliter provoluta.

D
EX HISP.
J. BLEDE

CAPUT III.

Postremi Actus in Curia, eosque secuta Canonizatio. Collegium S. Isidori Romæ.

Secundum Consistorium super hac causa habitum, idque publicum, celebratum fuit vigesima septima Februarii ejusdem anni mdcxxii; in quo D. Faustus Caffarelli, Advocatus Consistorialis in Curia Romana et utriusque Signaturæ Referendarius, habuit gravem et elegantem orationem Latinam, super vita et miraculis S. Isidori; quam conclusit de genibus, Regis et civitatis Madritensis nomine supplicans. Huic suæ Sanctitatis nomine respondit D. Joannes Campioli, Secretarius Brevium ad Principes, gratam esse supplicationem: sed quoniam maximi momenti res agebatur, mature considerandam: ideo hortari Pontificem præsentem omnes Cardinales atque Prælatos, ut jejuniis, eleemosynis et orationibus divinum adjutorium implorarent. Denique ultimum Consistorium semipublicum, cui triginta duo Cardinales, triginta et unus Patriarchæ, Archiepiscopi et Episcopi, cum aliquot Protonotariis participantibus, collegium Auditorum Rotæ, Magister sacri Palatii, Secretarii et Procurator fiscalis interfuerunt, celebratum est decimaquarta Februarii: ubi Sanctitas sua gravem ac piam habuit de proposito negotio orationem. Post hanc itum ad suffragia est quæ omnia consentanea fuerunt: quapropter Pontifex decretum condidit, cujus exemplar unum aut plura scribi sibi petiit D. Ventorelli Procurator Fiscalis: ac denique celebrandæ Canonizationi decretæ designavit diem XII Martii, S. Gregorio Papæ sacrum, proxime instantem.

Absolvitur
causa per
Consist. publi-
cum

E
et semipu-
blicum.

25 *Hactenus Bleda, in designanda die publici Consistorii manifeste lapsus memoria, nisi potius in mense erratum sit et Februarii scriptus pro Januario: hujus enim mensis die xxvii celebrari potuit actus penultimus præcedens ultimum xiv Februarii celebratum. Idem Bleda, sub finem libri addens syllogen Tractatum et Capitulum sui operis, videtur secundum ejus editionem promittere; quam si aliquando fecisset existimo non solum accessurum fuisse ibidem promissum copiosorem indicem rerum memorabilium, sed etiam insigne auctarum solennitatum, quibus Hispano Natio, tum Romæ quom Madriti, Sanctum jam canonizatum honoravit. Nunc vero prætereunda mihi omnia sub silentio sunt, quia de istis vel nihil impressum est Romæ atque Madriti, vel nihil ad manus venit eorum, quos rogari ut talia diligenter quærent. Facili tamen conjectura quilibet apud sese constituet, quod quæ in Beatificatione gesta supra cap. I descripsimus, sumptu, splendore, ac majestate longe inferiora fuerint iis quæ infra et post Canonizationem sunt Actu: et utcumque poterunt æstimari ex iis, quæ de aliis quatuor Sanctis, tunc pariter canonizatis, Ignatio de Loyola, Francisco Xaverio, Philippo Nerio, Theresa de Jesu, suo tempore referuntur. Absolvit autem libri sui impressionem Bleda, ipso quo Canonizatio celebrata est anno: et mensis Junii die x, Senati urbis Madritensis; die vero xii, Regi Philippa IV obtulit; estque hoc ultimum operum ejus, recensiturum in Bibliotheca Hispana, Romæ nuper edita ob illustrissimo nobisque amicissimo viro D. Nicolao Antonio, Hispalensi I. C. Ordinis S. Jacobi Equite, patriæ Ecclesiæ Canonico, Regionum negotiorum in Urbe et Romana Curia Procuratore generali.*

Qua solenni-
tate excepta
canonizatio
sit

F

atunde de-
bet æstimari;

26 *Quamdiu postea vixerit Bleda incertum mihi est; crediderim non diu superfuisse, eaque de causa non potuisse pergere in capto opere. Quid autem Canoniza-*

defectus Bullæ
de eadem.

Item alia
quædam,

quæ cum
sunt omnia
rite probata,

addit suppli-
cationem
Philippi 4.

EX HISP.
J. BLEDE

A *tionis ipsius auctor Gregorius XI? Ipso quo eam celebraverat die, de S. Theresa Bullam expedivit: an etiam de S. Isidoro vel tunc vel postea, incompartum mihi est: certe in Bullario non comparet ejusmodi Constitutio: ras vero quas de SS. Ignatio, Francisco et Philippa præparaverunt, expedire non potuit, morte præventus VIII Julii anno MDCXXIII, eisque complementum ultimum addidit successor ejus Urbanus VIII, subscribens ipsum quo creatus est diem VI Augusti. Atque hinc patet Ordinibus omnibus, ad quas Sancti isti spectabant, maximæ curæ fuisse, ne qua formalitas deesset Canonizationi, tanto molimine præcuratæ. Cessasse vero Mndritensem civitatem, quin saltem utiorum sequeretur exemplum, non tantum mirum, sed pæne incredibile nobis videtur. Ut ut sit, quia communis omnibus prima solennitas fuit, idem fere circa finem est tenor earum Constitutionum, quæ de quatuor Sanctorum jam dictorum canonizatione extant: quare ex Theresa Bulla, ejus quæ de S. Isidoro vel edita est vel edi debuerat, hanc clausulam accipe, mutato nomine ipsi applicatam.*

27 Peractis omnibus, quæ ex sacris constitutionibus ac Romanæ Ecclesiæ consuetudine peragenda erant, IV Idus Martii in sacrosancta Principis Apostolorum basilica, cum venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis et Episcopis, Romanæque Curie prælatibus, Officialibus et familiaribus nostris, Clero seculari ac Regulari, ac maxima populi frequentia, convenimus; ubi repetitis pro Canonizationis Decreto petitionibus nomine carissimi in Christo filii nostri Philippi Regis Catholici... decantatis sacris precibus et litanis, ac Spiritus sancti gratia humiliter implorata; ad honorem sanctæ et individuæ Trinitatis, et fidei Catholicæ exaltationem, auctoritate omnipotentis Dei, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, beatorum Apostolorum ac nostrorum, de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Romana Curia præsentium consilio ac unanimi consensu, bonæ memoriæ Isidorum Agricola, de cujus vitæ sanctitate, fidei sinceritate, et miraculorum excellentia plene constabat et constat, Sanctum esse definivimus, ac Sanctorum Confessorum catalogo adscribendum decrevimus, prout præsentium tenore definimus, discernimus et adscribimus; illumque universos Christi fideles, tamquam vere Sanctum, honorare et venerari mandavimus et mandamus; statuentes ut ab universali Ecclesia in ejus honorem ecclesiæ et altaria, in quibus sacrificia Deo offerantur, ædificari et consecrari; et singulis annis die decima quinta Maji, ejus officium ut de Sancto Confessore, ad præscriptum Romani Breviarii celebrari possit: eademque auctoritate omnibus Christi fidelibus, vere pœnitentibus et confessis, qui annis singulis eodem festo die ad sepulcrum, in quo corpus ejus requiescit, visitandum accesserint, unum annum et unam Quadragenam; iis vero qui in ejusdem festi Octava, quadraginta dies, de injunctis eis seu quomodolibet debitis pœnitentiis, misericorditer in Domino relaxamus. Postremo gratis Deo actis, quod Ecclesiam suam insigni hoc novoque luminari illustrare dignatus esset, decantata in S. Isidori honorem solenni Sanctorum Confessorum Oratione, ad altare Principis Apostolorum Missam celebravimus, cum ejusdem Sancti Confessoris Commemoratione: omnibusquo Christi fidelibus tunc præsentibus plenam omnium peccatorum suorum indulgentiam concessimus.

28 *Quænam juxta hanc constitutionem S. Isidoro ædificatæ sint ecclesiæ per Hispaniam (neque enim extra eam multum se illius cultus extendit) quæ altaria consecrata, indicare nemo nobis curavit. De urbe Roma*

apud Octavium Pancivolum in Regione 3 ecclesia 18 D
quæ S. Isidori dicitur, lego quod post canonizationem ejus venerunt ex Hispania, quidam Fratres Franciscani Reformati, qui istam ecclesiam cum monasterio dedicaverunt. Idque confirmatur ex Constitutione Urbani VIII, edita tomo 4 Bullarii pag. 235, super bono regimine Fratrum reformatorum strictioris observantiæ Ordinis S. Francisci et pro feliciore ejusdem regiminis progressu, quæ incipit Romanus Pontifex data VIII Martii MDCXXIV; ubi §. 4 jubetur Hospitium S. Isidori de Urbe, pro Provinciis reformatorum Discalceatorum Hispaniæ, Ministris generali subijci, qui pro sua prudentia Religiosis ex illa provincia ad Romanam Curiam venturibus prospicere valeat, reservatis omnibus juribus ecclesiæ, fundatori seu constructori quomodolibet competentibus, quatenus adsint et competant. Generalis tunc erat Fr. Benignus a Gemma, cui primum Annalium suorum tomum Lucas Waddinghus dedicavit anno MDCXXV, ad S. Petrum in monte aureo opus captum promovens. Quod quanti faceret demonstrare volens Benigni successor, Fr. Bernardinus a Senis, eidem Waddingo atque Hibernicæ nationi concessit prædictum locum; non jam hospitii, sed habitacionis perpetuæ titulo habendum; quemadmodum Lucas ipse jam eo translatus proficetur in Dedicatoria Tomi secundi, anno MDCXXVIII exinde data; ubi hoc, tamquam ceterorum, ab eo in se profectorum beneficiorum coronidem, omnium maximum ac postremum laudans; Non mihi solum, inquit, verum et meis in universum conterraneis in me benefactum vis, dum Collegium hoc nostrum S. Isidori, in illorum usum (summo ipsorum bono, et magno, uti spero, Religionis splendori) mihi contulisti.

29 Quod autem deinde promittit futurum, ut videat Generalis, se non indignis beneficiis; neque inutilibus servis aut pigris, sed solertibus operariis, qui fructum suum dabunt in tempore suo, agrum hunc locasse; id reipsa præstiterunt ac præstare pergunt Fratres ex Hibernica natione, prout Urbs tota testari poterit. Sed nihil æque locum inquilinosque illustrat, et orbi universo celebres reddit, quam quod præstantissimum Annalium opus inde prodierit; ac porro perget prodire in lucem, curante Fr. Francisco Haroldo Limericensi, qui Waddinghi, anno MDCLVII, cum non minori sanctitatis opinione quam eruditionis laude, mortui, vices subiens; interim dum tomus Annalium nonus atque expectant præli commoditatem priorum octo tomorum Epitome præstantissimam utilissimamque vulgavit; eique cum auctoris effigie Vitam præfixit, ubi totam Collegii Isidoriani historiam inveniet lector fuscæ deductam, a cap. 48 ad 58.

30 Summa universæ narrationis his titulis constringitur: Quid ante factum invenerit Lucas; qua id occasione, quo pacto ad ipsum devenerit; quid idem in area comparanda et claudenda præstiterit, quid in ædificio templi, in construendis ornandisque sacellis, in accomodando priori hospicio, in ædificio secundi claustris, in ornamento et suppellectili sacrarii, in instruenda et conservanda bibliotheca, in archivio scripturarum: quibus denique sumptibus et præcipuis benefactoribus, hæc omnia egerit. Explicatur postea per alia duodecim capita, quam fuerit felix Lucæ gubernium, quam prudens et suave, quam indifferens in vocandis junioribus, quam æquum et prudens in distribuendis Collegii muniis, quam providum in procurandis rebus necessariis; quale in exercitiis litterarum, in studio pietatis, in observantia silentii, et circa morum disciplinam; quis illi correctionis modus, quomodo suos verbo pascibat, informabat exemplo; quos denique fructus Collegium istud hactenus tulerit.

D
Hospitium
sub nomine
Sancti Romæ
fundatum,Pro Provincia
Recollectorum
Hispaniæ,

E

a Ministro
Generi con-
ceditur
Waddingo,Annalium
Franciscano-
rum scriptori,

F

qui locum
insiquiter
recoluit
et auxit.VIDE APP.
TOM. VII MJI
NOT. 100^o

DE BEATA MARIA

UXORE S. ISIDORI AGRICOLÆ

TORDELAGUNÆ IN CASTELLA.

D. P.

CIRCA ANNUM
MCL.

Cum S. Isidorus bonis polleret moribus, legitime conjugem habens et filium, domus suæ bonus dispositor ut oportet, inquit supra num. 10 Joannes Diacoanus, laudabilem vitam ducens, laudabiliorum exitum, largiente Domino, meruit obtinere. Hinc colligunt auctores conjugem et filium sancto viro supervivisse. De filio postea nihil uspiam legitur. De uxore constabit ex infra dicendis, fuisse quidem viro suo moribus ac virtute similem, dissimili tamen progressu auctam inter homines utriusque venerationem. Num incorrupti corporis stupendum miraculum, jam inde a quadragesimo post obitum viri sancti octavo hominum oculis subiectum, in urbe Regia adeoque regni totius celeberrimo loco, illustriorem Isidorum fecit; uxorem ejus diu occultavit ignobilitas loci campestris, circa quem egit ultimos vite annos, et in quo tumultata delituit usque ad annum MDCXVI. Tunc scilicet requisitum et inventum est corpus; quod tamen jam olim fuisse translatum, tamquam Sanctæ aut Beatæ, demonstrabat caput, jam pridem a reliquis separatim ossibus, et ad publicam venerationem super altari expositum, in eodem ubi beata mulier primum sepulta fuerat eremitorio S. Mariæ, cis fluvium Xaramam. Olim illud ad jus Templuriorum pertinuisse creditur; anno autem MDXI traditum fuit Fratribus Franciscanis, a Fr. Francisco Ximenez de Cisneros S. R. E. Cardinali et Archiepiscopo Toletano. Capitis illius cum magna esset per circumjectos pugos veneratio, factum aut Bleda, ut quod simpliciter dicebatur Eremitorium S. Mariæ, caperit appellari S. Mariæ de la Cabeza, id est, a Capite. Hinc porro nata opinio existimo, per quam nunc creditur uxori S. Isidori non solum fuisse nomen Mariæ (quod mihi sane dubium esse videtur, magis autem dubitabile facit Anna de Rojas num. 16 testis de miraculis oculis, et usque ad id tempus rata Sanctam Toribiam appellari, fortassis ex antiqua, sed jam ferre vanida majorum traditione) sed etiam cognomen de la Cabeza, quod nequaquam consonat illius ævi simplicitati, plebeis hominibus nequidem cognomina dare solita, quibus tunc soli nobiles, idque usu post annum Christum millesimum inducto, distinguebantur. Festum quidem ipsius celebrabatur annue et etiam nunc celebratur in dicto eremitorio die viii Septembris, quando mortuam fuisse voluit, qui sane dies convenit insigni ejus in excolendo Detparæ sacello diligentia: sed Ecclesia, si ad ejus solennem Canonizationem, pro qua habentur instituti Processus; aliquando progrediatur, alium hunc dubie diem ejus cultui assignabit. Sunt autem tam conjuncta ipsius et viri sui virtutum, miraculorum, et cultus antiqui monumenta, ut quos Deus feliciter conjunxit in terris, difficile sit historiæ ordine separare in libris. Hac igitur venia postulata, et sub cautela, quod nomen Mariæ fortassis inventitium sit, de ea ex Jacobi Bledæ, Processus modo dictos secuti, Hispanico contextu, impresso post tractatum de S. Isidoro de illa hic annectimus tria sequentia capita. Quoniam autem sacrum beatæ mulieris caput atque ossa sunt translata ad ecclesiam Fratrum Minorum ejus loci, ad quem eremitarium ipsum pertinet, vulgo dicti Tordelaguna; huic potissime odscribimus ejus cultum, etsi lute per vicina oppida sparsum; et nomen retinemus quale Castellani usurpant, etsi id Latine potuisset verti Turris-lacunæ.

Corpus occultum usque ad an 1596.

Caput ab antiquo in veneratione fuit:

festum 8 Sept. agitur.

CAPUT I.

Processus in genere circa Sanctitatem et cultum veterem B. Mariæ.

Agi pro canonizatione solenni cœpit opud Romonem Curiam eodem fere tempore, quo pro causa S. Isidori, perurgenda exarserunt Hispanorum ac præsertim Madridensium studia. Itaque anno MDCXV Franciscus Sacratius, Archiepiscopus Damascenus, unus ex sacræ Rotæ Auditoribus et Locum-tenens, Joannes Baptista Coccinus Decanus, et Alphonsus Mançanedo de Quignones Rotæ Auditores, et a S. D. N. Paulo Papa V super canonizatione bonæ memoriæ Mariæ della Cabeza, dum in humanis ageret uxoris servi Dei Isidori Agricolæ, oppidi Madriti, Judices Commissarii specialiter deputati; Illustriss. et Reverendiss. D. Bernardo de Rojas et Sandoval S. R. E. Presbytero Cardinali, Archiepiscopo Toletano, Generali Inquisitori Hispaniarum, et Illustriss. et Reverendiss. D. Camillo Cajetano S. R. E. ejusque sanctæ Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Nuntio cum facultatibus Legati a latere, ac Joanni de Avillaneda Episcopo Sidoniensi, Archiepiscopus Toletani Suffraganeo, Judicibus executoribus ad id infra deputatis, relato tenore libelli supplicis, Papæ obliti pro impetranda commissione ad infrascripta, et a Papa subsignati per verbum, Placet, in litteris suis Remissorialibus; exponunt, quomodo eam eis comparuerunt D. Petrus Colida, Serenissimæ et Catholicæ Majestatis in Curia Agens, et adm. R. D. Joannes de Matute, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Granatensis, Venerabilis Confraternitatis B. Mariæ Virginis, fundatæ in ecclesia eremitorii nuncupati de la Cabeza, in oppido de Tordelaguna, ejusdem Toletanæ diœcesis, ac incolarum ejusdem oppidi Procuratoris; et eo nomine exposuerunt.

I. quod fuit, erat, et superstes extitit in hoc mundo, in oppido Madriti Diœcesis Toletanæ Maria de la Cabeza, dum in humanis esset legitima uxor servi Dei Isidori Agricolæ, dicti oppidi et diœcesis, nata ex honestis, Christianis et Catholicis parentibus; et a dictis suis progenitoribus secundum ritum sanctæ Matris Ecclesiæ in sacro fonte baptismatis præsentata, baptizata extitit; et de his fuit et est publica vox et fama. II. quod fuit et est publica vox et fama, generalis ac universalis et communis opinio, quod d. Maria de la Cabeza vixit ac fuit et visa fuit vitam ducere cum morum puritate, vitæ sanctitate, et eminenti perfectione fidei Catholicæ, et talium virtutum, quod universaliter et communiter fuit, erat, et est tenta et reputata pro Sancta. III. quod post ejus obitum universaliter crevit et sparsa fuit generalis fama, publica vox ac communis et universalis opinio sanctitatis d. Mariæ, taliter quod inter populos et Clerum d. oppidi et civitatis et extra, illa fuit, erat et est habita, et habetur in magna veneratione et devotione; ac communiter et universaliter habita, tenta et reputata fuit, et habetur, tenetur ac reputatur pro Sancta; venerando illius imagines et reliquias, ac visitando ejus sepulchrum

Commissarii Pontificii

E

Judicibus a sancta Sede deputatis

F

exponunt capta de quibus sumenaa informatio,

EX PRO-
CESSIBUSeorumque
rogatuan. 1615
excepti testes,
post responsa
præliminaria,ad singula
capita of-
fensive res-
pondent,juxta MS.
Processum
in genere,unde hic
proponuntur
collecta no-
mina testium
auditorum
30 Sept.

A sepulcrum, tamquam sepulcrum Sanctæ, et de his faciendo publicas demonstrationes, cum orationibus, votorum affixionibus, et aliis piis et debitis actionibus. IV, quod fuit, erat et est publica vox et fama, universalis et communis opinio, non solum d. sanctitatis, sed etiam multorum et diversorum miraculorum, quæ omnipotens Deus Dominus noster sibi complacuit per intercessionem d. servæ suæ in diversis occasionibus seu occurrentiis operari. Unde ne tantæ Dei servæ memoria pereat, Procuratores præfati super præmissis inquisitionem in genere ordinari atque committi, et ad hoc Judices deputari et subdelegari, litterasque desuper opportunas et necessarias decerni et concedi, instanter postularent.

4 Quod cum prænominati Auditores fecissent: deputassentque tres supra nominatos per litteras Remissoriales, sub anno a nativitate D. N. Jesu Christi MDCXV Indict. XIII die Veneris III mensis Julii, Pontificatus S. D. N. Pauli Papæ V annu ejus XI; cunq̄ deputati Judices commissionem recepissent, Procuratoresque a dictis oppido et Sodalitate legitime constitutos recepissent, ac testes citassent; Madriti die Mercurii XXX Septembris anno MDCXV, in horis audientiæ assignatis, in ædibus et Palatio Archiepiscopali, coram d. Cardinali Archiepiscopo ejusque Suffraganeo, comparuit personaliter D. Don Alphonsus de Corduba, Marcio de Celada, ac Miles habitus de Calatrava, et Commendator de Castellannes, et Æconomus seu Major-domus Regis Domini nostri, ætatis XL annorum, testis citatus et productus per Don Martinum de Lazcano et Mondragon, Procuratorem hujus causæ, nomine oppidi et sodalitates de Tordelaguna, nec non Capituli Confraternitatis B. Virginis Mariæ et S. Mariæ de la Cabeza dicti oppidi. Qui ante omnia monitus de gravitate perjurii, signanter in causis Canonizationis Sanctorum; interrogatus de nomine, cognomine, patria, ætate, genitoribus et qualitate; interrogatus etiam a quanto tempore confessus est et communicavit, et ubinam et quando ultima vice: item an sit vel fuerit unquam excommunicatus, quo tempore, per quorum mandata et qua de causa; denique an fuerit instructus et inductus ut deponat, et an aliquomodo habeat interesse in præsentis causa; postquam respondisset ad singula; deventum est ad articulos insertos in Remissoria; et ille pene iisdem quibus interrogatio concepta est verbis, respondit ad omnia, ex auditu et fama; quoniam

C a duobus annis et citra habuit et habet notitiam prædictæ famulæ Dei, et hujusmodi tempore pendente audivit, ut supra.

5 Simili modo quoad præliminaria et articulos singulos, nihil in specie explicando, in genere deposuerunt sequentes testes, nec operæ pretium fuit ex longissimo hoc Processu cujusquam verba transcribere: satis est ipsum haberi apud eos quorum interest. Exemplar porro authenticum, a nobis inventum Romæ anno MDCLX apud P. Procuratorem Generalem Societatis nostræ, in quadam collectione Informationum, Processuum et Relationum circa Canonizationes, quarum causæ in Romana Rota vertebantur sub Paulo V Gregorio XV et Urbano VIII, nomina et conditiones testium ita refert. XXX Septembris.

II Testis don Hieronymus Funes y Mugnoz, Miles habitus S. Jacobi, et Nobilis a mensa suæ Majestatis, Dominus Baronie de Ayndar in regno Valentæ, et de Consilio suæ Majestatis, et ejus supremo Consilio Italiæ; Conservator generalis ipsius patrimonii Regii in regnis et statibus Italiæ, et Nobilis a cubiculo Sereniss. Principum Sabaudia, ætatis annorum XI, ex notitia habita a viginti annis et supra, quibus residet in curia suæ Majestatis.

III Don Emanuel Manrique de Lara, annorum XI,

Miles habitus S. Jacobi et Commendator de Bienvenida, Nobilis ab ore suæ Majestatis, ex notitia a decem annis et citra.

IV Hieronymus Felix Arias, annorum XL, vivens ex facultatibus suis: prout audivit, a quo gaudet usu rationis.

V Franciscus Testa, ann. XLI, Scriba de numero et congregatione oppidi Madriti, deponens a quo habet usum rationis.

II Octobris. VI Licenciatus Petrus de Arce, Presbyter, annorum L, Rector et Curatus ecclesiæ Parochialis S. Joannis Madriti; a viginti annis, a quibus residet Madriti.

2 Octobris.

VII Licenciatus Garsias de Prado, Presbyter ætatis ann. LXV, Beneficiatus ecclesiæ S. Salvatoris Madriti, a viginti annis et citra, quibus habuit magis particularem notitiam d. Servæ Dei.

VIII Gabriel de Rojas, ann. LV, Scriba Madritensis, ab annis XX et citra.

IX Don Petrus de Espinosa, ann. XLIV, Miles habitus de Calatrava et Nobilis domus suæ Majestatis, a viginti annis et citra.

X Joannes Garsia, Sacristanus ecclesiæ Parochialis S. Andreæ Madriti, ann. LVI, a XXX annis et citra quibus residet Madriti.

E

XI Franciscus Suarez, ann. LXVIII, Scriba Madritensis, a XL annis.

XII Bartholomæus Martinez de la Quadra, ann. XLIX, Lælimagister, a XXVIII annis et supra, quibus residet Madriti.

XIII Licenciatus Don Joannes de Salzedo, ann. XXXIII, Advocatus in consilio Curia, et Alcalde Confraternitatis status nobilium oppidi de Tordelaguna, a quo fruitur usu rationis.

XIV Doctor Paulus de Moncada, Clericus Presbyter, ann. XLIV, Rector et Curatus proprius ecclesiæ Parochialis S. Petri Madriti, ab annis X a quibus residet.

V Octobris. XV Doctor Antonius de Lima, Clericus et Presbyter, ann. LVI, Capellanus suæ Majestatis, Rector et Curatus proprius ecclesiæ parochialis S. Genesii Madriti, a quo usu rationis fruitur.

5 Octobris.

XVI Don Franciscus de Vargas, ann. XLII, Miles habitus S. Jacobi, a quo fruitur usu rationis.

VII Octobris. XVII Maria Alvarez, naturalis regni Portugallia, nata ultra centum et octo annos, vidua qu. Angeli de Barbaroto, a XL annis quibus residet Madriti.

7 Octobris.

XVIII Reverendiss. Pater Mag. Fr. Franciscus de Ribera, ann. XLVI, Generalis totius Ordinis B. Mariæ de Mercede, ab annis circiter XX.

F

XIX P. Mag. Fr. Alphonsus Ramon, Religiosus Sacerdos Professus et Predicator generalis Ord. B. Mariæ de Mercede, Historicus generalis d. Ordinis, ann. L, ab annis XXIV.

XX. Joannes Preciado, ann. LXX, agricola, a XL annis.

XXI Don Joannes de Lujan, ann. XXXVIII, Capitaneus de numero eorum, qui assistunt in Curia circa personam suæ Majestatis, vivens de suis redditibus et stipendiis, a XXX annis.

XXII Georgius de Lima, ann. LXV, Miles habitus Christi, ab annis L et amplius.

XXIII Petrus Blanco, ann. XLVI, agricola, a quo fruitur usu rationis.

XXIV Licenciatus Martinus de Villaruel, Presbyter, ann. LXXII, Rector et Curatus proprius ecclesiæ parochialis S. Jacobi Madriti, a plusquam XL annis.

IX Octobris. XXV P. F. Joannes Florido, ann. XLIV, Religiosus Sacerdos professus Ordinis S. Francisci, ab annis plusquam XVI.

9 Octobris.

XXVI Licenciatus Alphonsus de Ojo, Presbyter ann. LX, Capellanus in ecclesia parochiali de Tordelaguna

laguna

A laguna, a quo erat ætatis viii vel x annorum. xxvii Licentiatum Bernardus Guittierrez, Capellanus in ecclesia S. Sebastiani de Salamanca, ann. xl, a plus quam xxviii annis.

xxviii P. Fr. Joannes de Si, ann. XLVIII, Religiosus Sacerdos professus Ordinis S. Dominici, qui fuit Supprior d. Ordinis in Conventibus Conchensi et de Gallisteo, a plus quam xxx annis.

XII Octobris. xxix P. Fr. Andreas de Ocagna, ann. li, Religiosus Sacerdos professus Discalceatus Ord. S. Francisci, Guardianus conventus S. Ægidii de Ocagna, qui fuit Provincialis provinciæ S. Josephi, a multis annis, de quorum numero præcise non recordatur.

xxx P. Fr. Franciscus de Mosa, XLIV ann. Religiosus Sacerdos professus Ord. S. Francisci, Commissarius Curiae et Procurator Generalis d. Ordinis, qui fuit Lector Artium et in Theologia, et Guardianus conventuum de Piritto et Cifuentes, ab annis xxx.

xxxI Licentiatum Vincentius de Ayala y Salazar, ann. LIV, Clericus Presbyter et Curatus proprius ecclesiae Parochialis B. Mariæ oppidi de Yta diocesis Toletanæ, Visitator in isto Archiepiscopatu, et in Episcopatibus Segobiensi, Conchensi et Abulensi, a plus quam xvi annis et ultra.

xxxII Mag. Vincentius Espinel, ann. LXVII, Capellanus suæ Majestatis in Hospitali regio S. Barbaræ civitatis de Ronda, et Capellanus D. Episcopi Placentini, a plus quam xl annis.

xxxIII P. Fr. Joannes de Solana, ann. XLVII, Sacerdos Religiosus professus Ord. S. Francisci, ab annis plus quam xx.

xxxIV Joannes Franciscus de Cabrera, ann. LXV, Clericus Presbyter et Curatus proprius ecclesiae parochialis S. Sebastiani Madriti, a quo usu rationis fruitur.

xxxV Alphonsus de Gongora ann. xcvii, de tertio habitu S. Francisci, a plus quam lx annis.

xxxVI Licentiatum Garsigallo, Clericus Presbyter ann. LXX, ab annis xl.

xxxVII Gabriel Bernardus de Quiros, ann. xxxvi, Clericus Minorum Ordinum et Capellanus suæ Majestatis, a quo fruitur usu rationis.

XIV Octobris. xxxVIII P. Mag. Fr. Raphael Diaz, ann. XLIX, Religiosus Professus Sacerdos Ord. Sanctis. Trinitatis, et Consultor sancti Officii Inquisitionis, Magister in sacra Theologia, qui fuit Provincialis provinciæ Castellanae, et Reformator ac Visitator generalis provinciæ Andalusiae, a quo fruitur usu rationis.

xxxIX Andreas de Urosa, plus quam lx ann. Ædilis Madriti, a quo ipsius memoria permittit.

xl P. Fr. Petrus de Cuebas, ann. LX, religiosus Sacerdos professus Ord. S. Francisci, Vicarius de choro Conventus de Terdelaguna, qui fuit Vicarius Conventuum de la Oliva et de Pinto: et resedit in Tordelaguna per spatium plus quam xx annorum.

6 Post quos omnes auditos, nec plus quam in articulis proponitur exponentes; die xvi Octobris, Procurator petiit a Dominis Judicibus copiam authenticam, quæ transmitteretur ad Curiam: quam illi transumptari mandarunt, transumptamque collationari uti transumptam et collationatam attestantur Franciscus Ortiz de Salcedo et Hilarius Zimbron Notarii, die xxix Octobris, subscribentibus Dominis Judicibus, et Processum clausum sigillatumque mandantibus consignari in manus portitoris ad Curiam Romanam. Quæ omnia in Romano cægrapho implent folia septuaginta. His autem copertatis, et (uti ex consequentibus apparet) approbatis: earum auctoritate conditus est Processus in specie anno MDCCVI, cujus indicia multa extabant in præcitata Collectione, nusquam tamen exemplar ipsum: quod ne

magnopere desideremus, fecit Jacobi Blelo singularis diligentia, quo suo operi de S. Isidoro subjunxit tractatum e Processibus excerptum, de Vira et miraculis famulæ Dei Mariæ de la Cabeza. his eum denique verbis concludens: Ultimus testis in hisce informationibus fuit P. Fr. Didacus Garcia de Belvis, comparens ix Decembris feria vi anni MDCCVI, coram D. Octavio, Cajetano, Archiepiscopo Capuano, Legato Apostolico et Collectore generali per regna Hispaniarum; præsentem Doctore D. Joanne de Avellaneda Manrique, Episcopo Sidoniensi, Judicibus remissorialibus. Idem deinde iterum prodit anno MDCCVII, xxix Maji, coram Apostolico Nuntio D. Martino de Lascano et Mondragon, et prædicto Episcopo Sidoniensi, quem constat post omnes testes auditos obiisse; et secundum illius, tanquam in hac causa Procuratoris, supplicationem, Processus ipse transcriptus, comprobatus et collationatus fuit, ex mandato prædicti D. Nuntii, atque per Apostolicos Notarios signatus.

CAPUT II.

De vita, virtutibus, corporis elevatione et cultu.

De loco natali hujus famulæ Dei multum variant opiniones, aliis dicentibus quod fuerit ex oppido Carraquiz, aliis Madritensem facientibus. Quidam etiam patriam ei fuisse dicunt oppidum Tordelagunæ, nonnulli Uzedam, Talamancam, Buytraguin aut Canillejas: multi etiam Conveniensis oppido hanc laudem vindicant, propterea quod in ea reperitur Cabezarum familia. Has autem omnes opiniones refert Fr. Dominicus de Mendoza, qui ex commissione Camilli Cajetani Apostolici Nuntii et Garciae de Loaysa Gubernatoris Toletani pro Archiepiscopo Alberto, Regibus Catholicis Philippo II et III eorumque Consilio approbantibus, ea omnia loca tanquam Judex obivit, ad colligendas informationes circa vitam et miracula horum sanctissimorum conjugum: quos Madriti matrimonio junctos, ubi unus Joanni de Vargas locabat operam, alia honesta in familia ancillabatur, communior opinio habet. Hic autem eis natus esse putatur filius, de quo narrant, quod in puteum lapsus fuerit puer ac suffocatus: cumque rediens ab agro pater ex mœsta uxore rem intellexisset, simul cum ea genua flectens, divinumque auxilium postulans impetravit, ut succrescens usque ad os putei superficies aquæ, infantem vivum ac sanum restituerit parentibus. Visitur autem hoc miraculum pictum Madriti in ecclesia S. Mariæ, et puteus ipse monstratur in ædibus D. Joannis de Luxan Equitis Madritensis, ex stirpe Joannis de Vargas prognati, juxta ecclesiam S. Andreae, in platea dicta Moreria antiqua, id est vicus Maurorum.

8 In informationibus remissorialibus in ordine ad canonizationem hujus famulæ Dei, multi testes, non sine fundamento, affirmarunt, ipsam fuisse viro suo sociam in devotione erga Dominam nostram de Atocha, itemque in stationibus quas ante laborem obibat summo mane, visitando cœleste hoc sanctuarium aliaque ex ordine per circuitum eremitoria, desinendo denique apud Dominam nostram de Almudena, quæ est imago antiquæ devotionis in majori ecclesia Madritensi, aliasque ecclesias urbis et parochias obeundo. Sicut autem constat S. Isidorum tenuisse eundem vitæ tenorem, cum in Tordelaguna et Carraquiz morabatur, obeundo ecclesias et eremitoria circumjecta: ita idem fecisse Dei famulam, maxime cum in Carraquiz solitaria degebat, tanto certius præsumi potest, quanto expressior memoria est in iisdem locis, quarta leucæ parte aut dimidia aut etiam integra leuca semotis. Eandemque consuetudinem

D
EX I CO-
LLESI B' S

et conclusus
11 15.

E

incertum ubi
nata.

Madriti au-
tem S. Isido-
ro nupta

F
resuscitare
sibi videt
su' mersum
fiholum;

ecclesias cum
marito visi-
tat,

ac deinde
sola habitans
locis variis,

12 Octob

B

et 14 Oct.

C

Omnium
depositiones
signantur
mittendæ
Romam.

Anno 1616
formatus
Processus
in specie,

EX PRO-
CESSIBUS

A suetudinem dicitur tenuisse, cum viveret apud Dominam nostram de Belvis, quod est eremitorium in ripa Xaramæ districtus Covenmensis, una lenca distans ab oppido isto, et una similiter ab oppido Paracacnellos, cui adjacet eremitorium Dominæ nostræ de Castello : item cum degeret apud Dominam nostram de Pegnahora oppidi Humanes. Nam etiam in his omnibus locis illius memoria viget.

videt etiam
arantes cum
viro Angelos,

9 Eandem participem et consciam fuisse plurium quæ circa Sanctum Deus operabatur mirabilium, verosimile ex eo fit, quod eo loco ubi inter alia Sancti miracula, circum veterem ejus tumbam depicta, exprimitur ipse terram arans inter pariter secum arantes Angelos, juxta Dominum ejus, iis visis admirandum, picta cernitur ejus uxor, cerberem manu una, altera lagenam vini portans; quasi ad significandum, quod ipsa marito jentaculum ferens, eadem fuerit visione Angelorum dignata. Quod autem Madrito migrarint Sancti conjuges, ad prædium Caraquis nuncupatum districtus Uzetensis, sub Vicariatu Alcalæ de Henarez, et ibi aliquanto tempore fuerint commorati, imo et fundulum aliquem et domunculam possederint; constat ex perpetua ipsius loci traditione. Monstrantur enim adhuc agelli, quos uxorio forsitan jure possedit Sanctus, et quos hæc post ejus ac filii mortem dilecto sibi B. Mariæ eremitorio donavit; ædesque conversæ in ecclesiam sub invocatione S. Isidori, ubi Missa sæpe pro agricolis dicitur. Hic narrant, alteri Domino servientem Isidorum, cum ille superveniens, et hinc triticum inde paleas in acervum secretas cernens, de frugum paucitate quereretur, dixisse; Nihil istud te angat, plus daturus est Dominus; sumptaque vanno iterum ventilasse paleas, et collecto ex iis rursum laud modico grano, rogavisse Dominum, ut quod supererat sibi largiretur. Hoc vero annuente, quia nihil credebat relictum super, tertio excrevisse triticum copiosius quam prius. Addunt et de fonte quem sitibundo Domino eliquerit Sanctus, deque equo quem eidem resuscitaverit : sed horum miraculorum ut vera substantia sit, confusam tamen potius dixero circūstantiam loci, quam ea geminavero. Ut enim Madriti certa superest notitia Domini quem ibi habuit, nulla alicujus possessionis; sic in Caraquiz hæc distincte monstratur, Domini nomen ignoratur; unde judices alterum solum habuisse Madriti, sicut illam dumtaxat habuit in Caraquiz.

et fruges
multiplicatas
miraculo.

10 Illic autem commorantibus illis, cum Maria morem sibi fecisset frequentius etiam sine viro ad eundem eremitorium Deiparæ Virginis, quod ex adverso loci est ad alteram Xaramæ ripam; eoque deferendi quotidie oleum ac ignem in titione, pro lampade quam ibidem fovebat : hanc suam occasionem rati malevoli, accusarunt eam apud maritum, quasi prætextu devotionis velaret incestam consuetudinem, quam habebat cum pastoribus in rupe de Ariaz, ad ripam fluvii vacas observantibus : imo etiam ipse dæmon, assumpta unius illorum persona, eandem accusationem conatus fuit confirmare. Dicunt autem in Informationibus Remissorialibus testium aliqui, ex antiquissima traditione haberi, quod S. Isidorus eandem volens observare, abdiderit sese aliquo in loco circa flumen, unde videre illam sed vicissim videri non posset : vidisse vero quod illa inveniens flumen ex prægressis pluviis adeo turgidum ut vado jam transiri non posset, injecto super eam mantello, cruce sese et aquas signans, sicco pede illud trajecerit, tamquam si per solum æqualiter stratum graoeretur : quo miraculo motus Isidorus ei ad genua acciderit, de ejus innocentia plene certificatus.

sicco pede
fluvium
transiit :quod sæpe
aliis

11 Neque tantum hac vice id factum aiunt, sed quoties contingebat casu aliquo invadabiles aut tur-

bidiores solito esse aquas, quæ propter incurrentem D istie loci Lozoiam aliquando sic insolescunt, ut etiam navigioliis, quæ tamen ibi nulla, possent periculosæ videri; dicunt, inquam, toties eadem ratione transiisse Dei famulam, lecythum olei manu una ferentem et altera titionem ignitum, qui non extinguebatur : idque a multis notatum sæpius, fidem fecit de longe aliis pluribus vicibus, quibus et Deo tantummodo consciis id factum sit. Quod autem accidisse dixerunt aliqui, cum viro col habitaret in Caraquiz, occasione calumniæ ei apud illum intentatæ; id accidisse dicunt alii, cum non solum thoro (quod fortassis jam inde a primo et unico partu factum) sed etiam habitatione sejuncti essent, viro ex ejus consensu Madritum digresso; inducuntque Dominum Isidori Joannem Vargam, quærentem ex Sancto, eccur fleret? Hoc autem sua peccata prætexente, intulisse, aliud se opinari, scilicet sinistrum aliquid de uxore nuntiatum; iret igitur eamque inviseret. Quocirca illum ivisse : cumque ad citeriorem Xaramæ ripam appropinquaret, venisse ex alia parte Mar am : invocatoque Deo, ad probandam viro innocentiam suam, sicco pede transivisse flumen, quamvis turgidum : cum eoque ad Deiparæ sacellum ivisse, ad gratias pariter Deo agendas. *Hactenus Bleda, qui propter istam circumstantiarum diversitatem, quoad tempus et ripam, bis accusatam, bis probatam mulierem fuisse asserit : melius forsitan idem hic dicturus, quod supra de miraculis a S. Isidoro in favorem Domini sui patris (in quorum circumstantiis simili modo variabant testes) non obstante illa varietate, dixerat; videri quoad substantiam miraculum simplex. Sed sicut prænotata accusatio facilius cadere poterat in sejunctam a viro, ita comradus posteriori ejus statui attribuitur miraculum, ejus probatio ex antiquitate non alia habetur, quam simplex, sed receptissima apud omnes traditio; confirmata per imagines, quibus casus iste exprimebatur. pietas primo in veteri arca sancti corporis et nunc in nova; item in altari eremitorii S. Isidori in Caraquiz, et apud Dominam nostram de Atocha atque Madriti, nec non apud Reges Philipum II ac III, atque alios plures.*

et ex simili
causa iterum
factum aiunt,

E

sed non sati
probant :

12 Ceterum morituro Sancto adstitisse piam uxorem, eique extremum ministrasse, credibile facit Joannes Diaconus, cum ait, sumpto Viatico admonuisse familiam ut decebat : Quenam enim hic familia potius, quam uxor et filius intelligeretur? Eadem ergo etiam defuncti sepulturam curaverit, indeque in Caraquiz redierit urbani fugitans strepitus, et dilectum sibi eremitorium curatura. Quanto autem supervixerit tempore, non liquet. Defuncta vero sepulta fuit in sacristia sæpe dicti eremitorii, eo loco, unde multi identidem terram petunt, ad mira curationum opera ejus meritis efficacem : idque ipsum persuadet quadratum saxum, supra duas marmoreas columnas positum, quo sepulcrum olim fuisse contactum, credibile est. Sed cum locus ille solitarius esset, metuentibus Caraquiziis ne forte thesaurus hic suus furtim auferretur, refossi corporis ossa transtulerunt, et absconderunt sub ipsis sacre ædiculæ fundamentis; excepto Capite, quod sub pluribus clavibus super altari collocaverunt, tamquam Patronæ ipsius loci, et contra capitis dolores Advocatæ. Atque hoc in statu delituerunt illa, usque ad annum mxcvi : quando Conventus Matris Dei in Tordelaguna Ordinis Franciscani, ex consensu et mandato Principum Cleri ac Populi, considerata Reliquia capitis, imaginibusque radiatis et aliis antiqui cultus argumentis, ejus ossa, tamquam veteri ritu canonizatæ, perquirenda commisit conductis in eam rem fessoribus.

mortuo viro
in Caraquiz
habitat :

F

corpus ejus
ibidem ab-
sconditur :

13 Cæperunt hi laborare circa antiquum sepulcrum

A erum, coram Fr. Dominico de Mendoza, iudice ad hanc rem deputato et præcipuo ejus consilii auctore, die x Martii : sed quia durior terra erat, quam ut profunde satis perrumpi posset, iis quæ fuerant allata instrumentis; oportuit in alium diem differre opus. Igitur sequentem noctem inquietam et anxiam ducenti Francisco de las Cuevas Vergara Notario, super lectum suum in Tordelaguna, dolentique Judicem frustratum fuisse desiderio suo; apparuit Dei famula, eo in habitu atque figura qua illam representat tabula majoris altaris sæpe dicti eremitorii: docuitque corpus suum reperiendum in Sacristia ejusdem eremitorii, istic ubi ante annos plures quam quadringentos sepultum et oblivioni datum erat. Tertio igitur post die, xiii Martii et Feria iv post tertiam Dominicam Quadragesimæ, processit opus, assistentibus Fr. Bernardo de Frezneda Guardiano Franciscanorum Tordelagunensium aliisque Religiosis, cum Prætoribus ac Præfectis vicinorum locorum et magna utriusque sexus multitudine: qui omnes, statim ac reseratum sepulcrum fuit, tam ex ipso quam ex inventis inibi ossibus perceperunt cælestem prorsus odorem, qui etiam nunc in illis perseverat.

B 14 Repertis, ut dictum est, ossibus, cumque iis mandibula quoque inventa, quæ capiti deerat, advocati continuo sunt chirurgi ac medici, ex mandato Apostolici Judicis, singula consideraturi, an vere unius ejusdemque corporis essent omnia. Hi vero admirati sunt candorem eburneum, succulentiamque indicem medullarum intus reservatarum: eaque inter se aptantes, atque imprimis maxillam applicantes capiti, quod pridem ut dictum est servabatur in altari, pronuntiarunt in iis dubitandum esse nihil. Accidit autem ad certio rem veritatis hujus comprobationem, ut octavo post die, in Conventum prædictum veniret religiosus quidam, Fr. Ludovicus de Oviedo nuncupatus: cui cum P. Fr. Franciscus Tollemosa, postea dictus Fr. Franciscus de Ribas, retulisset, qua diligentia fuissent quæsitæ, inventa, et approbata ossa famulæ Dei; ostendendo unum ex iis, et quam succulentum adhuc esset; eumque monendo, ut reverentiam illi haberet; negavit ipse credere posse, quod hæc esset vera famulæ Dei reliquia, sed alterius recentius mortui videri. Non diu autem relictus fuit in hoc errore: nocte enim sequenti apparuit ipsi vigilantanti persona quædam, ipsa ut præsumere licet B. Maria, quæ ad ejus lectum accedens, fronti ejus ictum satis validum impexit, dicens: Istæ sunt Reliquiæ famulæ Dei Mariæ. Credidit ergo ipsas esse, et ut tales ab omnibus habitæ sunt. Præcipuus tamen honor defertur sancto capiti, quod ab immemorabili tempore exhibetur per Sacerdotes fidelibus illud deosculari volentibus, non sine multiplici relatarum gratiarum fructu, et cum scientia ac tolerantia Prælatorum.

C 15 Hunc in finem, quovis anno in die S. Marci, ex Valdepliegas venit pompa processionalis; eodemque die vicus de Caraniz eleemosynam præbet panis, vini, et casei omnibus accipere volentibus, tam divitibus quam pauperibus: ita enim legito testamentario constitutum a majoribus fuit, in honorem famulæ Dei Mariæ. Urgente desiderio pluviam, ex variis sæpe locis ducuntur processiones ad sæpe dictum eremitorium, cum optato effectu. Unde etiam aliquando usque in Tordelaguna detulerunt in processione generali sacrum Caput omnes vicinorum in circuitu pagorum incolæ, postquam multis mensibus non pluisset; neque tantum copiosus tunc imber humectavit terram, sed etiam quotquot in Tordelaguna jacebant infirmi, sanati fuerunt. Quare, et præsertim quia dictum eremitorium solitarium ac sine custodibus est, impetratum fuit ab Apostolico Nun-

to et Illustriss. D. Cardinali Trejo, Protectore pro sua Majestate, ut tam caput quam ossa transferre liceret ad conventum Matris Dei in Tordelaguna: idque executioni mandatum fuit anno mxcv a Mag. Alfonso Franco Curato S. Andreae, coram Notario Lazaro Sanchez Mense Octobri. Perdurat nihilominus Eremitorio honor antiquus, ubi ad sepulcrum famulæ Dei nihilo minus quam Tordelagunæ ad ejus Reliquias visuntur anathemata copiosa tabulæque votivæ ab iis appensæ, qui vel ad simplicem invocationem famulæ Dei gratias optatas sunt consecuti, vel sumpto de loco sepulturæ pulvere votorum compotes extiterunt.

16 Antiquitatem cultus, ab eodem fere tempore quo coli S. Isidorus cœpit, iudicio unius e testibus probat sepulcrum honorificum, Mariæ olim erectum, cum columnis marmoreis, quas lilia incisa ornant. Capsa autem Caput sacrum continens, eo solebat stare loco super altare, ubi alias poneretur custodia venerabilis Sacramenti. Illam faciendam locaverat Cardinalis Franciscus Ximenez Toletanus Episcopus, et ex parte interiori valvularum eam claudendum pingi sanctos ipsos conjuges cum epigraphæ, S. ISIDORUS DE MADRITO, S. MARIA DE LA CABEZA. Simili modo invenire est eorundem imagines, radiantibus ornatas diademate, in capella Dominiæ nostræ de Atocha, in parochia S. Andreae in eremitorio S. Isidori, in aula Consilii publici, et in ædibus quas olim Apostolici Nuntii nunc autem habitant hæredes Joannis de Vargas, ubi ex devotione D. Catharinæ de Luxan, ante eas perpetuo alitur ardens lampas. Tales etiam ipsi Reges Philippus II et III miserunt Pontificibus Clementi VIII et Paulo V, cum illorum canonizationem petierunt: et pluribus aliis in ecclesiis atque eremitoriis similes conspiciuntur. Quin etiam, tempore Sixti Papæ IV, Cardinales Alanus Sabinensis, Philippus Portuensis, et Angelus Prænestium Episcopi, Franciscus item tituli S. Eustachii, et Baptista tituli S. Mariæ in Porticu, magnas Indulgentias concesserunt eremitorio S. Mariæ de la Cabeza, solo intuitu hujus famulæ Dei: quemadmodum etiam fecit Rodericus de Borja Valentinus, Legatus a Latere in Regnis Hispaniæ, postea Alexander Papa VI: quæ bullæ adhuc Tordelagunæ in conventu Franciscanorum servantur.

F 17 In eodem eremitorio ab immemorabili tempore erecta Confraternitas fuit hominum utriusque sexus, cujus constitutiones et regulæ, accurate hactenus ab inscriptis observatæ, servantur in archivio: et singulis annis in die vii Septembris, qua in terris nata Deipara et eisdem denata creditur famula Dei Maria, solebant hujus festum ibidem celebrare Confratres, jam inde ab initio institutionis suæ: totaque vicinia eodem devotissime tunc accurrunt. Reges etiam Catholici in suis privilegiis honorificam ejusdem fecerunt mentionem, nominatim Ferdinandus et Isabella, multa istic dona offerentes, et imagines pingi jubentes. Notum est autem quod Serenissima Imperatrix Maria, intuitu ejusdem famulæ Dei, miserit pretiosum vestitum pro Deiparæ Virginis ac Filii ejus imaginibus: et in conventu Statuum Leonis atque Castellæ decreta fuerunt duo millia ducatorum, in ejus canonizationem expendenda. Duces quoque del Infantado D. Joannes Hurtado de Mendoza et D. Anna de Mendoza, instruxerunt grandio rem arcem, intraquam continetur eburnea arcula cum corpore ipsius Beatæ: addideruntque ei ex serico rubeo pallium speciosum cum frangiis aureis. Similiter D. Agnes de Bobadilla, Comitissa de Chinchon, pallium aliud sericeum floridi operis et coloris varii; et D. Ferdinandus de Mendoza, Ducis prænominati frater arculam eburneam

quod anno
1596 re-
quisitum

ex ipsius re-
velatione
inventur,

et probatum
convenire
cum capite

nova visione
certius
redditur,

et annuis
peregrina-
tionibus
cultum

Tordelagu-
nam trans-
fertur an.
1615.

D
EX PROCES-
SIBUS

ut et copul
semper in-
ara elevatum,

E

cum bullis
indulgen-
tiarum olim
daturum.

F
et Confrater-
nitate.

EX PRO
CESSIBUS

A neam donavit haud parvi pretii cum sera, clave, atque cardinibus inauratis : oppidum vero Tordelagunæ sub initium beneficiorum per Dei famulan receptorum curavit eremitorium ejus restaurari, sicut hodie visitur. Denique prædicta arcula conservatur intra arcum prægrandem ex nuce, cujus armatura omnis inaurata est; claves autem septem, quarum una servatur penes Cardinalem de Trejo, altera apud Ducem del Infantado, tertia et quarta sunt in potestate Provincialis et Guardiani Franciscanorum, quinta et sexta sub arbitrio Justitiæ et Magistratus in Tordelaguna, Abbatisque et Capituli Clericalis ejusdem oppidi; septima denique habetur in manu Garcia de Salzedo, Equitis habitus S. Jacobi et Praefecti Confraternitatis Domnæ nostræ et benedictæ Mariæ de la Cabeza.

CAPUT III.

*Gratiæ miraculosæ, attributæ intercessioni uxoris S. Isidori.*Ex 80 mi-
raculis ex-
cerpta con-
tinent.

Placuit porro Deo, per intercessionem hujus famulæ suæ, plus quam octoginta miracula facere, plurimos infirmos sanando; alios, quia ejus sepulcrum visitaverant; alios, quia pulverem de eo devote sumpserant; alios denique, quia eidem se simpliciter commendarant; ex quibus nonnulla referam magis authentica, et in Apostolicis informationibus approbata.

quomodo
curati, do-
lens capite,

19 Anno MDXCVII D. Joanna de Castro Comitissa de Pugno en rostro, per dies complures Madriti laborans dolore oculorum et capitis, accessit aliquando ad conventum S. Thomæ, et caput suum innisit capsæ, in qua aliquando repositum fuerat caput Beatæ; confidens eo facto sanitatem se consecuturam; neque spe sua frustrata est, et suavem insuper odorem intra eandem capsam percepit. Catharina del Olmo, uxor Andreae Pascual, commorantis in oppido territorii Segoviensis dicto Navala-fuente, anno MDXCVI laborabat in partu fœtus præmortui, cujus solum brachium unum prodibat. Sic periclitanti a media nocte ad diem usque sequentem, tempore Sacri solennis ad eam venit Maria Fernandez, adferens Reliquiam aliquam de sepultura Mariæ : quam ubi ventri parturientis imposuit, cessarunt dolores; et citra difficultatem prodit cadaver, quod mortem matri credebatur allaturum, Franciscus Salzedo, natus in loco diœcesis Toletanæ, Pesadilla dicto, apostema sub axilla adeo molestum patiebatur, ut socii sui necesse habuerint jumento imponere, motus omnis impotem, cupientem tamen ad eremitorium B. Mariæ accedere. Delatus autem eo, non sine fatione magna, apostema illud unxit oleo lampadis ibidem ardentis, sociis inspectantibus et exhorrescentibus ad tumorem tam lividum. Hoc facto cœpit dormire tam profunde, ut illi mortuum eum crederent; ac denique magno trahentium et vellicantium nisu exporrectus; inveniunt crepisse vomitum, atque evanuisse, nullo relicto mali prioris vestigio : cœpitque exultabundus discurrere, omnibusque narrare, quam cito fuerit persanatus.

puerpera
periclitans,apostema
laborans.Item dolor
cruris,

20 Maria de Calderon, uxor Lucae de Barrio, in ejusdem diœcesis loco, Porquerisæ appellato, commorantis; gravem per duos annos dolorem in uno crurum patiebatur; quo singulis mensibus recurrente, per dies quatuor aut quinque continuos sic cruciabatur, ut non nisi ægerrime et cum tormento intolerabili posset sese movere loco. Ischiadem inveteratam esse judicabant medici, nullum quod efficax foret remedium inveniētes. Quodam ergo die dirius solito afflicta, ad eremitorium S. Mariæ deferri se jussit, moxque ut crur. infirmum

supra lapidem sepulcralem posuit, persanatum sese sensit. Catharina Garcia, vidua Joannis Martinez ex Tordelaguna, guttur adeo male affectum et interne exulceratum plaga non una habebat diebus aliquot, ut neque comedere, nec nisi ægre spiritum ducere valens penitusque deficiens, dereliqueretur a medicis ut cito moritura. Quod illa animadvertens, nec in humanis spem ultra inveniēns, ad divina se convertit remedia, et Reliquiam quamdam Sanctæ gutturi applicuit : et exinde solidari cœperunt plagæ, atque intra paucos dies integerrime convaluit citra aliam medicinam. Maria de Prudenas ex Tordelaguna, anno MDXCVI per mensem Augustum duplici quartana laborans atque ad articulum mortis deducta; per diem novem continuos aliquantum terræ sepulcralis aqua maceratæ sumpsit, et febribus dispulsis convaluit.

D
exulceratio
gutturis.duplex
quartana,et febris
continua,
Ejuvatur sub-
mergens.

F

Curantur do-
lor capitis,

et febres,

contractio
membrorum,

21 Gaspar Vasquez Pernia ex Manzaneres, convalescens a tertiana qua totis binis mensibus laborarat, Buytragum ivit, ibique in febriem vehementissimam relapsus est, non sine mortis præsentis periculo, eo quod inefficacia essent omnia consilia medicorum. Hoc in discrimine constitutum videns mater sua Francisca Pernia, modicum sepulcralis terræ, serico panniculo insuit atque ex filii collo suspendit : qui postero die inventus est carere febre, neque hac imposterum ægrotavit. Salvatoris Guierrez de Haro, Notario et Scribæ reddituum ex decimis loci Buytragensis provenientium, filia erat Francisca, cui continuæ febres cum angina præfocante mortem proximam minabantur. Huic aliud remedium non inveniēns mater, ipsius testis oxor, filiam S. Mariæ commendatam ad ejus eremitorium detulit, et curavit ut capiti ejus admoveretur Reliquia ex capite Sanctæ : moxque cessavit dolor, et febris nunquam reditura evanuit. Rochus de Heredia, ex loco dicto Talamanca, Confraternitati ipsius beatæ Dei famulæ inscriptus, ad idem eremitorium aliquando abiit, ut interesset festivitati quam Confratres ibidem quotannis celebrabant die octavo Septembris, Nativitate Virginis Deiparæ cunctis Christianis noto : sed fluvium Xarama, qui vado transiri solet, plus solito tumidum rapidumque inveniēns, dubitavit an transitum tentare expediret. Vincente tamen cupiditate festi, consueto transitu loco ingressus aquam, sensit mulam qua vehebatur torrentis illius impetu abripi, neque effugere se posse quo minus mergeretur. Ergo clausis oculis intra se reductus, invocavit eam, quæ sicco pede toties istac transierat; eosdemque oculos mox aperiens, in altera ripa sese invenit consistere, nulla corporis parte madefacta.

22 Ludovicus Sanz, ipsius eremitorii incola, quotidie dolore capitis cui obnoxius erat cruciabatur; quare morem sibi fecerat intrandi in sacristiam, seque recreandi odore, qui e sepulcro suavissimus spirabat, hoc certum mali remedium esse expertus pridem. Franciscam Martin, ex Canencia, per duos menses quartana laborantem miseratus frater suus Alfonsus Martin, paucillum terræ de sepulcro sumptæ dedit sorori; quæ eandem aqua maceratam bibens, in perpetuum liberata a febre est. Didacus del Castillo ex Tordelaguna, febre et capitis dolore continuo noctes diesque cruciabatur, jam inde ab ætatis anno decimo usque ad decimum sextum. Solliciti ergo propter morbi diurnitatem parentes, suadent filio ut sese ex animo commendet Sanctæ, eumque ad illius sepulturam ducunt; ubi mox atque capite suo attigit caput S. Mariæ, liberatus a febre et dolore est. Catalina de Jesu, Deo devota (Beatam Hispani nominant) everso subter se curru quo vehebatur, ex pondere arcarum sibi incumbentium male affecta mansit toto corpore, cruribus præsertim pedibusque

A pedibusque contractis : quæ S. Isidoro ejusque uxori Mariæ se commendans, recuperavit usum membrorum expeditum.

23 Anno mpxii ad finem tendente, Catharina Perez, uxor Nicolai Martinez, linearum pannorum lotoris, latere male affecto decumbebat lecto : neque famosi duo medici, quorum unus erat Doctor Alvarado, totidem mensibus eam curare conati quidquam profecerant, etsi venam ei octies noviesque jusserint aperiri et plurima remedia applicarint. Ergo dimiserunt eam, diætam quamdam in victu servandam præcipientes, aliud nihil, quia videbatur in horas moritura. Sic destitutam chirurgus quidam curandam suscepit, deprehenditque non esse pleuritim, sed tumorem apostematicum; quem lanceola aperuit, multamque eduxit saniem, interim dum infirma Dei famula se commendabat : quare miraculo curationem adscripsit chirurgus, cui non ausim suffragari; rem tamen ut accepi, sic retuli. Licentiatum Alfonsus de Hoyo, Vicarius Parochi in Tordelaguna, in sua juventute patiens molestum conflictum cogitationum, non tam mundarum quam suus ordo statusque exigebant, magna cum devotione ad eremitorium venit, dictaque ibidem Missa sumpsit de sepultura Sanctæ, supplicans ut animæ suæ quies, cogitationibus munditiis optata redderetur : quod continuo impetrans per ejus intercessionem, grandi miraculo tam subitam in se mutationem attribuit.

24 Pater Fr. Joannes de Arias in monasterio Matris Dei, Ordinis S. Francisci, Tordelagunæ, febris continua et gravi morbo in vitæ discrimen adductus, ac sacro Viatico mature munitus, cum ex illius loci medico Doctore Escobar intellexisset certe se moriturum; spem omnem in B. Maria reposuit; suamque erga illam officia, quibus ossa ejus de terra levarat et sepulcrum fornice desuper ducto ornat, affectuose commemorans; addidit, quod si revaleretur, præhabita Prælatorum sui Ordinis licentia, in ejus eremitorio vitam deinceps duceret solitariam more Tertiariorum sui Ordinis. Hoc voto nuncupato, perfusus insolita mentis lætitia, etiam corpori sensit multo esse melius : atque intra triduum surrexit de lecto, mensibus tribus post inventionem sacri corporis. Fama autem hujus inventionis cum in oppidum Baytraguam deferretur, pervenit ad aures Didaci de Cortavilla y Sanabria, pharmocopæi Madritensis, istic cum patre suo Philippo ad artis suæ exercitium commemorantis, ætatis anno vigesimo tertio, et febris gravissima laborantis. Hæc vero cum timeretur convertenda in pestem maculosam, commendavit se precibus illius Sanctæ, cujus Reliquias se visitaturum, et oblatione aliqua honoraturum vovit. Vesper erat cum hoc ageretur : et mox levius se habere, haud parvo cum animi solatio, sensit; postridie vero incolumis et sanus, cum parentum medicorumque admiratione, surrexit de lecto.

25 D. Gregoria de Isuendi, uxor Francisci Rodriguez de Salsedo, Procuratoris Consiliorum Regiorum et civis Madritensis, paulo ante quam Madrito Valisoletum transiret Curia, id est sub annum mpxix, tribus continuis diebus tantis molarium cruciatus patiebatur, ut a statu mentis dimovendam se crederet. Tandem remedii et consilii inops (nam plura in vanum tentarat) acceptam aliunde Sanctæ Reliquiam genue suæ admovit, salutationem Angelicam recitans : et momento temporis liberata a malo, nullam quietis partem relinquente, immunis deinde ab eodem mansit per annos octodecim; ideoque non dubitavit, quin tam subita et certa curatio, superioris ordinis quam naturalis esset. Catharina de Baroana maritus Joannes de Escalona chirurgus, ex nato sibi dextero in genu carbunculo, biennium totum decubuerat æger anno mpxviii, aliis chirurgis

medicisque nequidquam tentantibus eum curare, D cum magna rei familiaris jactura, plus quam bis mille ducatorum impendio exhaustæ. Tandem Doctor Roman genu ipsum aperuit, usque ad juncturam tibie : sed nec hoc profuit. Considerans ergo uxor pia laborum ac sumptuum magnitudinem, prostravit se in genua ante eas, quas domi habebat Sanctorum imagines, Sanctam Dei famulam nominatim implorans, ut una cum S. Isidoro opitulari dignetur marito sic afflicto. Cumque id sæpius non sine devotis lacrymis faceret, anno post sectionem prædictam transacto, eidem supplicationi de more insistens; audivit vocem dicentem sibi, Assurge mulier, quia cito sanabitur maritus tuus. Sciebat illa, neque ex sua neque ex vicina domo quapiam ad aures suas allabi potuisse vocem hujuscemodi; proinde certo persuasa ipsam esse de cælo, hilaris ascendit ad mariti cubiculum; et animo bono esse, ac fiduciam, ex Sanctorum Isidori atque Mariæ meritis, concipere jussit; nihil revelans de voce quam audierat: ille vero melius habere incipiens, priusquam annus ab ea die ductus efflueret, sanus omnino factus est.

26 Anna de Rojas, multum devota Dei famula præfata, maritum habebat Franciscum Sanchez tonsorem Madritensem, perquam pie affectum S. Isidoro. Hic cum anno mpxvii continua febris laborans, extremisque munitus sacramentis jaceret a medicis derelictus; accidit ut in ipso quo mors expectabatur articulo, domum ejus transiret aliquis ex iis, qui circumferentes imaginem S. Isidori solent elemosynas colligere, illius honori impendendas; cuique eam infirmus quotidie dare solebat ex voto, ex eo scilicet tempore, quo haustu salutaris aquæ ipsius tertianam pertinacem molestamque diluerat. Hominem ergo advocat Anna, imaginem petit defertque marito, monens ut beneficii prioris memor nunc quoque concepta erga Sanctum fiducia imaginem ejus lateri dolenti imponeret; moxque egressa cubiculo est, lacrymas ultra continere non valens. Tum vero recordata mæroris et afflictionis quam habuit Sancta, unicum filium suum submersum inveniens; cœpit per eum ipsum dolorem supplicare, ut quæ hujus consors jara esset in periculo mariti, fieret etiam in ejus recuperata salute particeps gaudii, quod ex prædicti filii resurrectione hauserat; identidem invocans S. Toribiam, hoc enim ipsi nomen esse tunc arbitrabatur, itaque appellare eam solebat. Hinc ad maritum visendum reversa, placide reperit dormientem, sub imagine imposita illi lateri, unde procedens dolor omnem quiescendi facultatem abstulerat infirmo, remedio unctionum et cataplasmatum nullo valente eam reducere. Experrectus autem ille sanum atque incolumem sese reperit. Miraculo id factum comprobavit Vicarius Madritensis, et utriusque Sancto conjugii videtur posse attribui sanitas, tam insperata tanque solida; ut qui antea solebat quotannis agrotare mortaliter usque ad desperationem medicorum, exinde semper recte valuerit.

27 Modicum de sepulchro Sancte devote acceperat D. Francisca de Medina, per eamque geminum beneficium retulit. Nam eadem pectori admota sedavit dolorem cardiacum gravem, qui neque quiescere neque respirare citra difficultatem sinebat; deinde cum colica passione tanta torqueretur, ut extra mortis periculum se non esse crederet; ipsam terram parti dolenti applicans, intra quadrantem horæ liberatum se gavisa est. Nicolaus de Medrano, sue Majestatis minister, Madritum reversus ab itinere Valentino, ex nuptiis Regiis celebratis an. mpxix, gravim paralysis morbum incurrit, qui os distorsit et auditum sustulit, febris continua comitatus. Ad hunc P. Fr. Dominicus de Mendoza capsam attulit,

apostema
in latere,cogitationes
immundæ,febris mor-
talis,cruciatus
dentium,carbuncu-
lus in in-
guine,D
EX PRO-
CESSIBUSE
febris tertiana,continua
ad mortis
discrimen,

dolor pectoris,

colica passio,

paralysis,

EX PRO-
CESSIBUS.

A in qua caput servæ Dei fuerat custoditum; et infirmus eidem caput brachiumque devote inseruit, osque et auditum sibi restitutum ipso momento testatus est, commode loquens ut antea: brachium etiam cœpit attollere, ac denique morbo omni liberari. Didacus de Ledesma vexillifer, ex Cervera de Aguilar diœcesis Calagurritanæ, stipendia merens sub Comite de Lemos, anno mxcvi initiu Octobris maculosa peste contactus simul et erysipelate, cum ad priora mala etiam accessisset angina, septimo morbi die munitus extremis est, ita iubente Doctore Cespedes. Septiduo vero post, ex consilio P. Fr. Domini prædcti, sancto beatorum conjugum pari se commendavit; et eodem die non mediocriter relevatus, totus intra quinque dies convaleuit.

juratur
mergenda,

28 Præter jam dictos testis alius narravit, quomodo mulier quædam ex Lozoya, quam pannos lavantem abstulerat suffocandam solito impetuosior

fluvius (quem Xaramam fuisse credo) invocata Dei D
famula fuerit a mortis periculo liberata. Deinde Fr. Thomas de Peralta, Ordinis Prædicatorum, dixit; cum se quodam meridiano tempore aggravatum plus solito sentiret catarrho, qui sibi Confessario monacharum S. Catharinæ Senensis ex laboriosis Hebdomadæ sanctæ functionibus remanserat; et accedente ad prius malum febre, privatum cibi potusque appetitu ac debilem valde, vim sibi intulit ut comederet aliquid. Sed brevi post colicos dolores tantos habuit, ut nullam in lecto vel extra requiem inveniens, propter pressuram Confessionem peteret, velut jam jam moriturus. Hac occasione in cellam ejus ingressus alius Frater quidam, monuit ut S. Mariæ se commendaret: quo facto mox surrexit sanus, gratias magnas Sanctæ referens: nam eosdem dolores antea sæpe passus, pluribus diebus sustinuerat, qui nunc vix ad horam duraverant.

atque
variis mor-
bis laborans.

DIE DECIMA SEXTA MAJI.

SANCTI QUI XVI KALENDAS MAJI COLUNTUR.

- S**anctus Peregrinus Episcopus Martyr Autissiodori in Gallia.
- | | | |
|---|---------------------------------|---|
| S. Peregrinus,
S. Herculanus, | } Martyres Anconæ
in Piceno. | S. Eupuria, Virgo Cajetæ in Latio. |
| S. Flavianus,
S. Valentinus,
S. Damianus,
S. Aquilinus,
S. Victorinus,
S. Heraelius,
S. Paulinus,
S. Menserimus,
seu Maneremus,
S. Diocletianus,
seu Dijudicianus,
S. Mengenes,
S. Gaianus,
S. Iduinus,
S. Vincentius.
S. Niderunus,
S. Herelus,
S. Menerus,
S. Paulus,
S. Paulus alter,
S. Aquilus,
seu Aquilinus,
S. Moxorgus,
S. Gaius,
S. Felix,
S. Gennadius,
S. Papylinus, Martyr apud Græcos.
S. Fortis, Episcopus et Martyr, Burdegalæ in Aquitania.
S. Victorinus, Martyr in territorio Bituricensi.
S. Abdiesus Episcopus,
Sancti Presbyteri XVI,
Sancti Diaconi IX,
Sancti monachi VI,
Sanctæ Virgines VII,
S. Abdas Episcopus,
Sancti Presbyteri,
Sancti Diaconi,
Sanctæ Virgines, | | } Martyres in Aprutio.
} Martyres in Isauria.
} Martyres.
} Martyres Ephesi in Asia.
} Martyres Cortonæ in Hetruria.
} Martyres Uzali in Africa. |
| S. Abdas Episcopus,
Sancti Presbyteri,
Sancti Diaconi,
Sanctæ Virgines, | } Martyres in Perside. | |

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Candida, Virgo Martyr in Hispania, ab *Higuera* ad hunc diem refertur, de qua nihil aliud occurrit præter illa, quæ inter Prætermittos diximus xv Martii.

S. Alexander, Episcopus Hierosolymorum, refertur in MSS. *Menæis Ambrosianis et aliis, uti et Menæis excusis. Acta dedimus* xviii Martii.

S. Winebandi Abbatis aliqua memoria Translationis refertur a *Nicolao des Guerrois de sanctis Trecentibus, et in aliquo MS. Chamberiensi. Putam ejus dedimus* vi Aprilis.

S. Georgius, Episcopus Mitylenæ, refertur in MS. *Græco Synaxario et aliis MSS. Nos Acta ejus dedimus* vii Aprilis.

Tricius, Episcopus Antissiodorensis et Confessor, memoratur in *Martyrologio Coloniae et Lubecæ an. 1490 excuso, item apud Grevenum et Canisium, et in MS. Carmelitano quod Coloniae adservatur. Fuit* S. Tetricus Episcopus Antissiodorensis, sed Martyr, cujus Acta dedimus xii Aprilis.

At Tricius, Episcopus et Confessor in Scotia, refertur in MS. *Florario Sanctorum. Henricus Fitz-Simon*

- Simon inter Sanctos Hibernos collocat ad hunc diem Tricium, et citat Martyrologium Anglicanum: verum in nulla ejus editione reperitur nomen Tricii. Decet etiam in Martyrologio Hibernico Tam-lactensi.*
- S. Turibius, Episcopus Legionis in Hispania, refertur a Ferrario, citatis Tabulis Ecclesie Legionensis. Verum quia nullus inter Episcopos Legionenses traditur extitisse Turibius, videtur ibidem coli S. Turibius Episcopus Asturicensis, relatus xvi Aprilis.
- SS. Columbanus, Eustasii et Waldeberti translatio sive elevatio celebratur Luxovii, ex quibus colitur Columbanus xxi Novembris, Nos vitam S. Eustasii illustravimus ad diem xxix Martii et S. Waldeberti III Abbatibus ad diem ii Maji.
- SS. Concordius Diaconus, Jovinianus Subdiaconus, et Alexander, aliis Januarius Lector, referuntur a Galesinio, Causio, Ferrario. De his agimus infra in Actis S. Peregrini Martyris et Episcopi Antissiodorensis, cui Socii fuerunt adjuncti. At pro Concordio legitur Corcodemus, et seorsim colitur xv Maji.
- Uti S. Jovinianus, a Joviano non satis distinctus v Maji.
- Alexander, loco Joviani in Actis S. Peregrini relatus, memoratur in Actis S. Germani Antissiodorensis xxxi Julii.
- SS. Florentius et Diocletianus, Martyres Auximi in Piceno, memorantur in variis MSS. et apud Galesinum et Bedam supposititium, uti indicamus ante illorum Acta xi Maji.
- Poemenia, mater S. Alexandri Martyris ut Sancta indicatur in Gynæceo sacro Arturi. Ejus Acta continentur in Vita S. Alexandri filii xiii Maji.
- B. Magdalena, Virgo Ordinis S. Augustini, Novocomi in monasterio S. Andreae Brunati, tamquam hodie mortua vel deposita, refertur in Novocomensi Martyrologio: sed eam moniales suæ, post translatum ad ecclesiam S. Juliani corpus, colunt, quando de ea egimus, xiii Maji.
- B. Ægidius Lusitanus, Ordinis Prædicatorum, refertur in Martyrol. Hisp. Tomasi Salazar. Vitam dedimus xiv Maji.
- SS. Petrus, Andreas, Paulus et Dionysius Martyres memorantur in MS. Casinensi, Item Andreas et Paulus in Catalogo generali Ferrarii et Menologio Græcorum. Pro Dionysio aliis est Dionysia, et simul eorum Acta dedimus xv Maji.
- S. Timotheus et septem Virgines, in Sirmio passi, proferuntur in Martyrologio sub nomine Bedæ excuso, et apud Galesinium. Nos de his egimus die præcedenti xv Maji.
- SS. Cassius et Victorinus Martyres apud Arvernos celebrantur in MS. Martyrol. Carmelitano Coloniae adservato, et apud Maurolycum, apud alios pridie xv Maji.
- SS. Simeon, Isaacius, et Eatchesoes, Martyres in Perside sub Sapore Rege. referuntur in Menais Græcis. Acta dedimus xv Maji.
- S. Simplicius Presbyter, Martyr in Sardinia, indicatur in Martyrologio sub nomine Bedæ excuso et a Galesinio. De eo egimus xv Maji.
- S. Rosula Martyr inscripta est Martyrologio Galesinii et alteri sub nomine Bedæ. De eo etiam egimus xv Maji.
- S. Peregrinus, Episcopus Martyr Interamnæ, apud Ferrarium, Ughellum et Jacobillum: sed alia nulla ejus extante vetustiori notitia, ac ne corporis quidem parte ulla; omnino putamus. Italicae Interamnæ perperam attribui, id quod de Interamno Gallico legabatur in actis S. Peregrini Episcopi et Martyris Antissiodorensis, a quo diem hunc auspicamur.
- S. Theobaldus, Episcopus Eugubinus, indicatur in MS. Florario et apud Grevenum. Est is S. Ubalduus, de quo hoc die agimus.
- S. Adalbertus sive Anobertus Episcopus Suessionensis, refertur in Fastis monasterii S. Medardi Suessionensis. Dubium nobis est num sit S. Anobertus Episcopus Sagiensis, uti infra ad hujus vitam dicimus.
- Ecclesie S. Mariæ Majoris dedicatio in Hierosolymis, indicatur in Martyrologio parvo, sed valde antiquo Trevirensi monasterii S. Maximini, quod propter antiquitatem indicare volumus.
- Moyses et Clemens Confessores, Episcopi Trevirenses, indicantur in adjunctis notis Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum. Apud Browerum lib. 2 Annalium Trevirensium traditur Clemens creatus circa an. 173, eique successisse circa an. 190 Moyses. Ceterum de eorum Veneratione Ecclesiastica nihil suggeritur.
- Fidmanius et Fidgus seu Fidgusius, fratres germani, referuntur a Colgano in Appendice ad vitam S. Colmani 3 Februarii cap. 2. et dicuntur ambo coli hoc 16 Maji, prior Ratheniæ, alter in Glosarn. Prior in MS. Tam-lactensi appellatur Fidmannius o Suanaici; abnepas Suanaici habitus dicto cap. 2, ubi eorum majores per 8 generationes deducuntur ad Fiachrum filium Regis Hiberniæ.
- Maclarius, Abbas Benchorensis in Ultonia, indicatur in MS. Tam-lactensi et apud Colganum, notatione 24 ad vitam S. Mochnæ 30 die Martii, citatis 4 Magistris assentibus anno 643 obiisse. Carnechus de Tulen profertur in dicto MS Tam-lactensi, ejusque creditur mentio fieri 27 Martii in Vita S. Corbmaci cap. 17 apud Colganum, qui addit tempore S. Patricii floruisse, et coli in ecclesia Tulensi in Media.
- Ernanus filius Aidi in dicto MS. Tam-lactensi adjungitur. Colganus 6 Januarii ad vitam S. Dumani Episcopi asserit hunc floruisse in Ultonia circa annum 660 et obiisse 16 Maji: et referri in fastis Hibernicis.
- Fintanus de Cluain-Cruaich refertur in MS. Tam-lactensi, et a Colgano 17 Januarii in Appendice ad vitam S. Finiani Abbatibus de Cluain-Ednach cap. 1: ubi 24 Sanctos Fintanos enumerat.
- Dathractus de Lietb-druium, } indicatur in dicto MS.
Findchadus Episcopus, } Tam-lactensi, de quibus
Mochamalius, } nihil certi alibi
reperimus.
- Benthus Confessor indicatur in dicto Menologio Camerarii, de quo alibi nihil legimus.
- SS. Fridolus et Peregrinus referuntur in Catalogo Sanctorum Hiberniæ a Fit-Simone edito: sed videntur perperam ex Sanctis Gallicanis assumpti: inter quos hoc die colantur S. Fidolus, hic Fridolus, Presbyter et Abbas Trecentis; et S. Peregrinus, Episcopus Antissiodorensis Martyr.
- Dubliterius, Abbas Finglassire in regione Muscraige in Mononia, refertur in MS. Tam-lactensi et aliis, apud Colganum 16 Martii in Notis ad vitam S. Abbatum num. 24.
- Avrianus, } inscripti sunt Martyrologio Tam-lactensi
Victoria, } in Hibernia, quod indicamus
Basilla } ad ulteriorem notitiam.
et alii xii
- Isidorus, Episcopus Trechas, indicatur cum titulo Sancti a Maurolyco: sed apud Trecentenses non fuit Episcopus, uti etiam observant Ferrarius.
- Eusebius, Pamiani, et Vincentis in vico Bagico memoria adscripta ad Grevenum a Carthusia Bruxellensi. Quæ addimus, necdum legimus.
- Wilhelmus, Episcopus Malmesburiensis in Anglia, cum titulo Beati adscriptus Greveno adservato in Carthusia Bruxellensi. Malmesburinum, non civitas, sed

VIDE UT SUPRA
NOT. 103**

VIDE UT SUPRA
NOT. 104*

- sed monasterium est : an in eo aliquis Episcopus Sanctus obierit, inquirant Angli. Nobis non liquet.*
- Domni Nicolai Papæ tertiæ sanctæ memoriæ, translatio corporis in monumento novo, *inscripta est MS. Martyrologio S. Petri in Vaticano.*
- Eustachius Abbas de Hemmerode, Visitator cœnobii Heisterbachensis, Ordinis Cisterciensis, memoratur a *Cæsario lib. 7 cap. 20. et 21, et prouide cum titulo Beati indicatur ab Henriquez, Chalemoto, Bucerino.*
- Everardus ex Archidiacono Lingonensi ad Ordinem S. Dominici assumptus, in eo mortuus anno 1221, refertur in *Anno sancto Ordinis Prædicatorum et Beatus Pater appellatur. Res ejus gestas ad dictum cap. 9 deducit Malrenda. Adfuit morienti B Jordanus 2 Generalis in ejus Vita 13 Februarii num. 91 verbis hujus læta ejus mors describitur.*
- Gonsalvus a Turcis occisus, }
 Joannes Focaldus in Gallia an. 1472, } *Ordinis*
 Pacificus in Piceno an. 1559, } *Mino-*
 Angela a Verveto Cæsaraugustæ sec. 16, } *rum re-*
lati cum
titulo Beati in Martyrologio Franciscano Arturi, et
Angela etiam in ejus Gynæceo. De Pacifico agens
Gonzaga part. 2 in conventu S. Martini Rocæ con-
trata qui est 20 Provinciæ Marchiæ, refert concur-
sum populorum toto quo inhumatus stetit biduo ad ejus
venerationem, quibus inquit ejus beatitudo certis-
sima est : nunc autem qualiscumque certitudo ita e
pupulorum eorundem animis erant, ut qui jam est
ibidem Guardianus in hæc verba responderit, inter-
rogatus anno 1678. Hoc quidem in Conventu est
sepultus, verum quo loco omnino ignoratur : hu-
jus indagandi causa diligentiam adhibui non vul-
garem, sed rescire nihil potui : nulla ejus nar-
rantur miracula, nulla superest in vulgo veneratio,
a quo nec nominatur quidem. Intellige ergo, lector,
quam merito non fidamus Arturo, nihil distinguere
solito, et sæpe rix ab uno auctore cum aliquo virtutis
elogio nominatos Beatitatis titulo liberaliter solito in-
signire, de a se definito.
- S. Possidonius colitur ut Patronus Mirandulæ et per Rhegiensem diocesim, et memoratur a Ferrario in utroque Catalogo. Verum, quia idem fertur fuisse discipulus S. Augustini et Episcopus Calamensis, eundem, ut colunt Canonici Regulares Lateranenses et Eremitæ Augustiniani, referimus xvii Maji.
- SS. Justus Episcopus et Clemens Fratres Volaterræ vitam sanctam perfecto termino concluderunt. Ita MS. Florentinum Senatoris Strozzi. Alii eos celebrant. x Junii.
- S. Bernardus, eremita in monte-Jovis memoratur a Greveno et Molano in Auctario Usuardi, item a Cunisio, Wione, Dorganio, Menardo, Bucelino, Henriquez, Ferrario, Saussayo in supplemento. At mortuus est, quando ejus varia Acta erunt danda xv Junii.
- Margarita Virgo, inserta additionibus Carthasie Bruxellensis MSS. ad Usuardam : eadem forte quæ dicitur S. Bernardo desponsata, sed Gratianopoli sanctimonialis facta, cum titulo, Beata inscripta est Gynæceo sacro Arturi du Monstier. Acta ejus inserta sunt Vitæ dicti Bernardi xv Junii.
- S. Gundulphus Martyr colitur Cracoviæ in Polonia, additur esse, qui Episcopus in pago Bituricensi in Martyrol. Romano, sed xvii Junii.
- S. Albani Martyris in Britannia translatio indicatur in Martyrol. Anglicano : dies natalis est xxii Junii.
- S. Exuperius, Episcopus Bajocensis, indicatur in Martyrologio Leodii anno mcccxxiv Gallice excuso. Dies natalis est i Augusti.
- S. Peregrinus, Regis filius, inauditorum miraculorum opifex, in Apennino inter Lucam et Mutinam a lxiv Flaminia aut Emilia Episcopis elevatus, inscriptus est Menologio Scotico Dempsteri. Verum teste Ferrario in propria Ecclesia colitur i Augusti.
- B. Albertus, monachus Vallumbrosanus in Italia, cum titulo Beati indicatur a Wione, et hunc secutis Dorganio, Menardo, Ferrario, Bucelino. Eudocius Locatellus lib. 2. Historiæ Vallumbrosanæ eum laudat, asseritque inter Beatos haberi, quorum scilicet dies natalis ignotus in Ordine, quemadmodum scripto particulari sumus edocti. Nos vero in Vallumbrosano monasterio existentes anno 1662, vidimus attare, in quod plures hujusmodi Beatorum Reliquiæ, ex loco ubi prius jacerant elevatæ, anno 1604 translatae sunt, de quibus ibidem accepimus processum authenticum, et in hoc etiam B. Albertus nominatur. Itaque de his amabimus decrevimus agendum nobis esse, ipso quo dicto Translatio facta est die i Augusti.
- S. Peregrini corpus in ecclesia Vaticana, quia nuper credi coepit esse Antissiodorensis Episcopi et Martyris, a Carolo Magno allatum Romam ad S. Leonem Papam III, ideo ibidem hodie colitur cum officio de Martyre Pontifice : sed quia Oratorium S. Peregrini ante Leonis hujus tempora Romæ fuit, omnino credo ex Romanis Martyribus unum esse, ac verosimiliter eum, ejus ibidem gloriosa passio inscribitur Martyrologiis ad diem, quando ejus et sociorum Acta dabimus xv Augusti.
- S. Rusticula seu Martiæ Abbatissæ Translatio indicatur in MS. Adone Regiæ Sueciæ. Natalis ejus celebratur xvi Augusti.
- SS. Theognius, Agapius et Pistus Martyres indicantur in MS. Synaxario Græco : et iterum ibidem atque in aliis Menæis cum Martyrologio Romano xxi Augusti.
- Duodecim Fratrum Martyrum Translatio memoratur in MS. Antuerpiensi S. Michaelis. Videntur intelligi xii Fratres Beneventi passi, quorum dies natalis est i Septembris.
- S. Aygulphi Abbatis Lerinensis et Sociorum monachorum Martyrum translatio, ab Amarantuma insula ad Lerinum, celebratur in antiquis MSS. Breviariis Lerincisibus apud Vincentium Baralini, Menardum et Saussayum. Dies natalis est in Sept.
- S. Zacharias Propheta, undecimus inter Minores, refertur in MS. Synaxario Græco. Colitur a Lotinis vi Septembris.
- S. Euphemie celebritas ad Navale portus Constantinopoli ob sanctam virtutem, seu miracula, indicatur in MS. Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitane et Menæis. Meminit trium Ecclesiarum Constantinopoli ad honorem S. Euphemie erectarum Georgius Codinus de Originibus Constantinopolitanis, de quibus agi poterit ad diem ejus natalem xvi Septembris.
- S. Gerardus Morisenus, Episcopus ac monachus, martyrizatus in Ungaria, refertur in MS. Calendario Benedictino. Colitur xxiv Septembris.
- Terentii, Episcopi civitatis Metensis. Translatio corporis, inscripta est MSS. Breviario nostro, Martyrologio Montis-Sancti, et Florario, item Auctario Greveni. Dies natalis est xxviii Septembris.
- Odranus Sacerdos indicatur in MS. Tamblachtensi. Videtur esse cognomento Sapiens, filius Maccrathæ, Abbas de Leitter Odhrain in Muscragia, apud Colganum 8 Martii in Appendice ad Vitam S. Senani cap. 3, ubi asserit potissimum coli ii Octobris
- Poncica Virgo, et post matrem suam Petronillam Abbatissa sanctimonialium de Alba-petra, in Arvernina, cum titulo Beatae indicatur a Chrysostomo Vander Sterre in Natalibus Sanctorum Ordinis Præmonstratensis, et Arturo du Monstier in Gynæceo sacro. At Joannes le Paige conjungit Vitam genitoris Gilberti, fundatoris cœnobii Novem-fontium, nunc

- nunc ob eo S. Gilberti, dicti, et Petronillæ uxoris et Panciæ filix. et illius exemplo Saussayus in Martyrol. Gallie. ad diem 111 Octobris.
- SS. Placidi et sociorum ejus Martyrum Ordinis S. Benedicti translatio, ex veteri ecclesia in novum Sacellum Messanæ. anno 1388 facta, indicatur ab Octavio Cajetano. Ferrario, Menardo, Bucelino, uti et S. Flavia ejus soror in Menologio Virginum Lahierii. Dies eorum natalis celebratur v Octobris.
- S. Marsus Presbyter Confessor, socius S. Peregrini Episcopi et Martyris in fide Autissiodori prædicanda, ibique mortuus vii Junii, per ignorantiam dici hoc, quo S. Peregrinus colitur, memoratur a Galesinio, Ferrario et Canisio. Saussayus maluit eorum catalogo inserere, quorum dies nescitur. Colitur ipse Essendiæ in Westphalia, quo corpus translatum, vi Octobris.
- S. Clara. Virgo et Martyr ex Ursulanis, colitur in cœnobio B. Mariæ de Gaudio juxta Compendium, ubi sacra ossa conscant miraculis: item in Parco Dominarum colitur in feriis Pentecostes, quo caput ejus priori cœnobio translatum est. Ita Chalemotus in Serie Sanctorum Cisterciensis Ordinis. De Ursulanis omnibus statumus agendum esse xxi Octobris.
- Aquilinus Episcopus Colonix Agrippinæ, qui B. Ursulam sepelivit, cum titulo beatæ memoriæ indicatur a Greveno et Canisio. Gelenius Beatum appellat, ejusque commemorationem hodie fieri ait
- propter S. Aquilinum Martyrem in Isauria. De eo agendum erit ad Vitam S. Ursulæ xxi Octobris.
- S. Moderamus, Episcopus Redonensis, inscriptus est Kalendario Breviarum Dolensis. excusi anno 1519. Hinc Ferrarius in Catalogo Generali, Menardus et Bucelinus in Menologiis Benedictinis, Saussayus in Supplemento Martyrologii Gallicani. eundem hodie retulerunt. Colitur autem ipse in sua ecclesia Redonensi xxii Octobris.
- S. Judas Apostolus, frater S. Jacobi Apostoli, inscriptus est MS. Synaxario Græco: de quo agendum erit xxviii Octobris.
- S. Remigius, Episcopus Lugdunensis, indicatur in Catalogo generali Ferrarii. Verum mortuus est die, quo colitur, xxviii Octobris.
- Boetius, cujus nomen erat Bregbesachus filius Bronnii, indicatur in MS. Tamluchtensi. Vultur esse qui lib. 1 Vitæ S. Colombæ Abbatis, auctore Magno o Douello, vocatur Beotius filius Bronnig, et dicitur a Colgano colit vii Decembris.
- Raynaldus, Abbas quartus Archimonomasterii Cistercii, refertur ab Henriquez, Chalemoto et Bucelino. At Maurique ad an 1151 num. 3 asserit obisse et inscriptum esse Martyrologio Cisterciensi ad diem xvi Decembris.
- S. Theodorus monachus, discipulus S. Pachomii in Ægypto, memoratur a Græcis in Menard's excusis et manu exaratis De eo occasione Magistri egimus xiv Mart. Ast in Martyrologio Romano commemoratur die xxviii Decembris.

DE S. PEREGRINO MARTYRE, EPISCOPO AUTISSIGDORENSI IN GALLIA.

G. H.

SEC. III

Autissiodorum urbs Gallix Episcopalis ad Icaunam flumen, in hodierno Burgundix Ducatu, vulgo Auxerre, olim Autricus dicta est, unde et mons Autricus urbi adiaceas variis ejus Episcopis sepulturam præbuit. Primus eorum fuisse creditur et habetur S. Peregrinus, a S. Sixto Papa eo missus, qui annuntiatum a se Christi Evangelium sanguine fuso Martyr confirmavit. Ejus sacram memoriam celebrant ad hunc xvi Maji, omnia passim Martyrologia Latina, etiam antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa his fere verbis: In Autissiodorensi, vico Baiaco, passio S. Peregrini, Episcopi primi civitatis ipsius. Quæ fere eadem leguntur apud Rabanum, Adonem, Notherum, et in MSS. Atrebatensi, Tornacensi et Lætiensi, et sunt forsitan Flori in additamentis Bedæ. Usuardus ista habet: Apud Autissiodorum B. Peregrini Martyris et Episcopi primi civitatis ipsius, qui capitali sententia mulctatus, coronam meruit sempiternam. Eadem leguntur in hodierno Martyrologio Romano, interpositis hæc, quod a B. Sixto Papa in Gallias cum aliis Clericis missus prædicationis munus explevit. Omittimus alia ex Actis desumpta elogia, ex quibus longiora sunt in quodam antiquo MS. Reginx Suecix, quod videtur apud Fuldenses aut alicubi ad Rhenum esse conscriptum: item in MS. Adone Ecclesix Mariorum et Leodiensi monasterii S. Laurentii: nec non apud Saussayum in Martyrologio Gallicano. In Ecclesia autem Cornotensi colitur hoc die S. Emanuel Martyr cum Commemoratione S. Peregrini Episcopi et Martyris. Waudelbertus vero, per aliquem forsitan errorem, ad xvii Maji sive xvi Kalendas Junii, eundem inscripsit Metrico suo Martyrologio.

2 Acta Vitæ et Passionis S. Peregrini habuimus in quomplurimis vetustis et optimæ notæ codicibus MSS. scilicet Audomaropolitano. Aroasiensi et Trevirensi S. Maximini: ex Bellovacensi etiam a Petro Floveto sub-

missa: et in duplici Reginx Suecix e codicibus signatis numero 13 et 569, item in illustri quodam Legendario nostro. Eadem denique ex Compendiensi codice submisit anno MDCLXVI Ludovicus Nicqueus Cælestinus Suesionensis: omnia autem contulimus cum iis quæ edidit Philippus Labbe tomo 1 Novæ bibliothecæ pag. 526 et sequentibus. Eadem sed contracta sunt in pervetustis Breviariis Ecclesix Autissiodorensis, nobis donata a Petro le Venier Penitentiario Ecclesix ejusdem, cujus benevolentiam ipsi Autissiodori anno MDCLXII experti fuimus, ejusque illustrem bibliothecam admirati. Aliud nos Vitæ compendium, a Petro Calo confectum, descriptissimum Romæ: quod plene idem extat apud Vincentium Bellovacensem lib. 10 Speculi historialis cap. 75, et paucis mutatis in MS. Ultrajectino Ecclesix S. Salvatoris. At ipsum magis contractum habet Petrus de Natalibus lib. 5, cap. 5, ex quibus aliqua de Translatione corporis ejus damus. Extat Historia Episcoporum Autissiodorensium a memorata Philippo Labbe eruta, et in eadem Nova bibliotheca excusa: quæ de S. Peregrino ita incipit: S. Peregrinum B. Sixti, Apostolicæ Sedis Primatis, intercessionibus simul et meritis consecratum Episcopum, textus Passionis ipsius scire cupientibus fideliter educet. Subjunguntur deinde varia de persecutionibus Christianorum in Gallis, ac potissimum quas passus sunt Autissiodori sub Aureliano Imperatore SS. Priscus ejusque socii, quorum Acta martyrii damus infra xxvi hujus mensis Maji. Ac tandem compendium Vitæ et passionis S. Peregrini subnectitur.

3 Tempus hujus missionis ac martyrii diversum assignatur. Ac primo supra relatus Vincentius Bellovacensis, indicato cap. 75 libri 10, simul collocat in titulo Passionem S. Sixti Papæ 1 et Peregrini Autissiodorensis, et in textu addit Hadrianum Cæsarem, cujus in reliquis apographis non fit mentio. Dedimus ad diem

ex Breviario Autissiodorensi,

F Vitæ compendia.

Missus juxta nonnullos a Sixto 1.

Cultus sacer:

C

Actu dantur ea MSS.

A VI Aprilis Acta S. Sixti I Papæ, diximusque eum obiisse Martyrem sub Hadriano Imperatore, anno Imperii IX, Christi CXXXVI. Bellovacensem more suo secutus est Antonianus in Chronico par. I tit. 7 cap. 5, et utrumque Baronius ad annum 142 num. 12. Franciscus Bosquetus lib. 2 Historiarum Ecclesie Gallicane cap. I asserit dici, a Sixto primo in Gallias missos Peregrinum, qui sedit Autissiodori; Genulphum, qui Cadureis: at huic tribui Sixto II, fortassis etiam et illum oportere. *Certe antiquissima Acta ex MS. S. Maximini S. Peregrinum missum trahunt temporibus Valeriani et Gallieni, sub quibus præfuit Ecclesie S. Sixtus Papa II ab anno CCLV, usque ad VI Augusti anni CCLVIII, uti diximus in nostro Commentario de primis Pontificibus Romanis ante tomum I Actorum mensis Aprilis. Eodem modo Historia Episcoporum Autissiodorensium sub finem elogii adjungit, ista esse gesta Imperatoribus Gallieno et Valeriano, Æmilianiano et Basso Consulibus, id est anno CCLIX, quo Valerianus captus et abductus a pluribus dicitur. Arbitramur autem S. Peregrinum dicto anno non occubuisse Martyrem, sed Autissiodori capisse Christum annuntiare, et superfluisse ad tempora Claudii vel Aureliani,*

at potius a Sixto II Papa:

venit Autissiodorum circa an. 259,

B qui sub isto cum plena potestate in Gallias exercitum duxit, ac postea Imperator eodem fuit profectus, sub quo et Probus aliique plurimi sunt Autissiodori martyrio coronati. Alius prædictæ missionis S. Sixti II tribuendæ auctor est Robertus, aut, quocumque nomine appelletur, monachus cœnobii S. Mariani apud Autissiodorum, in sua Chronologia Parisiensi anno MDCIX excusa, qui pag. 43 ista tradit: Romæ Stephano martyrium passio, Sixtus, scilicet secundus, in Pontificatum succedit. Hic B. Peregrinum civem Romanum ordinavit Episcopum. Omitto cetera, quæ, inquit, Historia passionis ejus evidenter declarat. En duo testes domestici, qui illud ex antiquis Ecclesie Autissiodorensis monumentis censendi sunt hausisse eam ipsis Actis, quæ ob illis describuntur Joannes Monchiaeus Demochares, eumque secutus Joannes Chenu in Catalogis Episcoporum Autissiodorensium, dum aliam videntur tenere sententiam, hanc ultimam stabiliant. S. Peregrinus, inquit, civis Romanus, a Sixto Papa ad Gallias missus, sub Alexandro Imperatore Martyr. Quis enim alius iste Alexander quam Mammææ filius, qui unicus isto nomine inter antiquos Imperatores fuit, assumptus anno CCXXIII, id est post obitum Sixti I annis nonaginta septem, et antequam Sixtus II crearetur Papa, annis triginta duobus? Quid ergo? Viam ostendunt supra citata Acta S. Prisci Martyris, in quibus dicitur Aurelianus Imperator, ferocitatis suæ comites per omnem Galliam transmisisse, et pagus Autissiodorensis in sortem impiissimi Alexandri, sacri lateris Protectoris obvenisse. Hunc ergo Alexandrum, non Imperatorem, sed Protectorem Imperatoris, pro Aureliano Imperatore, cujus jussa exequabatur, nominatum ulicubi Demochares invenerit, pariterque confirmataque assignamus tempora martyrii.

forsan sub Alexandro non Imperatore,

sed Protectoris lateris Aureliani Imperat.

Corpus translatum ad monasterium S. Dionysii

4 Citati ante Demochares et Chenu testantur, corpus S. Peregrini Episcopi Autissiodorensis asservari in monasterio S. Dionysii prope Parisios. Addit Chenu festum translationis celebrari XI Kalendas Septembris. Ad quem diem ista leguntur in MS. Martyrologio Bruxellensi Ecclesie S. Gudicæ: Translatio corporum SS. Hilarii Episcopi et Confessoris, Innocentii Martyris, et S. Peregrini Episcopi et Martyris in Basilica S. Dionysii. Jacobus Brulius in Theatro Antiquitatum Parisiensium pag. 1107 meminit horum sacrorum corporum, asseritque S. Peregrinum esse Episcopum Autissiodorensis. Saussayus in Martyrologio Gallicano ad hunc XVI Maji post explicatum martyrium S. Peregrini, ista addit: Cujus corpus feris expositum, cum diu mansisset intactum, Angelico monitu a quodam rustico Christiano pro modulo

curatum est, deinde Autissiodorum, postquam procellata in aaram Deus convertit, summo honore delatum. Tandem regali præcepto, ut sacrarium Gallie præcipuum sua oppigneratione ditaret, ad inclitum S. Dionysii monasterium transvectum fuit: ubi cum ipso Galliarum Apostolo et sociis quiescens, concedenti decore asservatur, perennique fruitur suis debita meritis veneratione: *Hæc ibi. Verum paulo aliter refertur hæc translatio a Petro Calo, Vincentio Bellovacensi et in MS. Ultrajectino: ex quibus ista subjungimus, licet in iis appareat aliqua temporum confusio.*

L
AUCTORE G. II

5 Cum ergo ita feris expositus remansisset, ipsa nocte apparuit Angelus Domini quidam rustico Christiano ejusdem villæ, dicens: Surge et junctis curriculo duobus quos habes bobus, accipe corpus servi mei Peregrini, quod illic jacet; et apud Autissiodorum, unde Episcopus fuit, defer. Cumque ille viam se nescire dixisset: Vade, inquit, et ego conducam te. Sic fecit, et sic nutu Dei a media nocte usque ad auroram ambulavit. Summo autem mane iter agentibus obvians, quærebat, si bene Autissiodorum tenderet: et illi mirantes responderunt quod Autissiodorum relinqueret, jam ad S. Dionysium prope Parisios propinquasset. Ad hoc ille vehementer admirans processit, divinam expectans voluntatem. Eadem hora vox in dormitorio monachorum S. Dionysii insonuit, dicens: Surgite et occurrite servo meo Peregrino, Autissiodorensi Episcopo, qui venit: et statim sponte concrepantibus signis ecclesie monachi excitati occurrentes S. Peregrino, eum solenniter exceperunt, et audito rei eventu, ipsum in capsâ argentea posuerunt. *San-Dionysianum monasterium primus fundavit Rex Dagobertus post annum DCXXVIII; nec credibile est tamdiu inhumatum jacuisse sanctum Martyrem: potuit tandem clam sepultus ad usque septimum seculum delituisse, vel etiam multo diutius, donec ejus ossa auferre jussus est rusticus prædictus: potuit in ipso sepulturæ loco, corpori de terra pacatis rebus elevato erectum fuisse sacellum, in eoque suum habuisse cultum; quo evanescente, dignatus sit Deus ex loco desolato transferendum curare sacrum pignus. Quod cum adhuc apud S. Dionysium servetur, nulla verisimilitudine captum est Romæ ante annos pauciores quam centum credi, corpus S. Peregrini Martyris, quod in ecclesia Vaticana habetur, Autissiodorensis Episcopi esse, a Carolo Magno donum ex Francia allatum Leoni III, cujus Pontificatu oportet ut ibidem multo antiquius fuerit oratorium S. Peregrini, quod sacris muneribus ab eo ductum Anastasius testatur. Perosimitius pars insignis Reliquiarum S. Peregrini, ex Gallis a Carolo IV Imperatore allata Pragæ anno MCCCXXXIII, dicitur in Diario Pragæ ecclesie.*

non sine miraculo

E

Idem cum Romano Martyre confusus.

F

6 Ceterum quia S. Peregrinus, zelo fidei succensus, vicinam Autissiodoro locum adiit, cultu et templis idolorum celebrem, qui Interamnus dicebatur, hodie fortassis dictus les Iles, id est, Insulæ; Interomnensibus in Umbria data videtur occasio, eum sibi vindicandi, eundemque cum Romano Martyre faciendi, quod testatur Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italie, post elogium Anconitanorum Martyrum S. Peregrini et sociorum, de quibus infra: sic enim scribit: Hac die Ecclesia Interamnensis S. Peregrinum Presbyterum Romanum et Martyrem retulit, quem a S. Sixto Papa in Galliam missum ad prædicandum, in itinere Interamnæ prædicasse, oratoriaque construxisse ac cœmeteria; Romamque, postquam Gallos in fide confirmasset, reversum, via Appia martyrio coronatum, et apud S. Petrum sepultum fuisse asserit. Similiter in Catalogo generali Sanctorum, qui in Romano Martyrologio non sunt, cum scripsisset: Interamnæ S. Peregrini Presbyteri et Martyris, subdit

et Interamnæ in Umbria perpetuum attribuitur.

A *sublit in Notis, cum se accipere ex tabulis Ecclesie Interamnensis, deinde inquit: Passus est Romæ sub Hadriano, ut habent monumenta Ecclesie prædictæ ad nos transmissa, licet Acta in aliquibus cum Actis S. Peregrini Episcopi Antissiodorensis confundantur. Nihil nos causæ habemus cur S. Peregrinum, Romæ cum sociis passum xxv Augusti, alium faciamus ab eo quem ibidem oratorium antiquitus habuisse, nunc perperam cum Antissiodorensi confundi, jam dirimus. Interamnensibus autem nullum alicujus Peregrini aut corpus aut vestigium habentibus, non est cur Sanctos synonymos eodem die multiplicemus: non nec in titulo Presbyteri sibi constant. Siquidem Ughellus, vetus quoddam Kalendarium Interamnense allegans, Episcopum fuit, et quidem primum illius urbis circa annum cxxxviii; quo scilicet e vita excessit Hadrianus Imperator, cui tempore Bellovacensis eumque secuti S. Antoninus et Baranus attribuerunt Peregrinum Antissiodorensis, ra quod decepti ambiguitate Pontificatus, sub quo in Gallias missus Sanctus, Sixtum primum acceperint pro secundo. Asserit quidem Ughellus, quod ejus mentio fit in Actibus S. Sixti primi Pontificis Romani: sed tales Actus nusquam reperimus; et si reperiremus, pro commentitiis rejiceremus: quandoquidem toto antiquitas de illo aliud nihil noverit, quam ex Catalogis Pontificalibus dedimus die vi Aprilis.*

B *Est in Westphalia celeberrima nobilium Virginum Albatia Essendia, quæ triumphat hodie Reliquiis S. Marsi, ab Ottone istius nominis tertio Imperatore isto loco donatis. Cui religiosissimo Imperatori solenne fuit Divorum multorum ossa e tenebris in lucem magnifica pompa transferre, prout et Marsi hujus lipsana urnæ ex auro, tum subtilitate operis varietateque, tum gemmarum splendore visendæ, pie inseruit. Ita est Tabulis Essendensibus Theodorus Rhay in Animabus illustribus Juliae, Cliviae, Montium etc. Testantur autem Joannes Velden de Sanctis Westphaliæ, et Gelenius in Fastis Agrippinensibus, hunc Marsum socium S. Peregrini haberi, quem hoc die referunt Galesinius, Canisius et Ferrarius, At Saussuyus pag. 1240 eum Catalogo inseruit Sanctarum, quorum diem ignoravit, addens eum S. Peregrino ad hunc diem collocandum. Nobis nulla ipparet causa eosdem hic conjungendi, hoc ipsum tamen indicatum volumus.*

VITA

Ex variis MSS. codicibus.

C **T**empore illo *a*, cum se pestifera barbarorum rabies longe lateque profudisset, et Principum sententiæ editæ Christianos ira compellerent, quatenus aut diis sacrificia debita impense solverent, aut omnino *b* ultio in eos decreta percurreret. Cumque tam acerba promulgata esset sententia, paucissimi viri reperiebantur, qui se Christianos esse faterentur. Sed cum hæc discriminosa *c* in Gallias irrupisset vesania, statimque latenter a fidelissimis Christianis ad aures Sixti Papæ urbis Romæ nuntiaretur, poscentes ut talem virum dirigeret, qui jam fidei extinctam lucernam suis deberet illuminare eloquiis, et barbarorum infidelitatem opitulante divino auxilio compesceret. Tunc memoratus vir Sixtus Papa, summæ sanctitatis perspicuus, magnum et præclarum Dei servum Peregrinum, civem quippe Romanum, ordinavit Episcopum, Marsum vero Presbyterum, *d* Corcodemum Archidiaconum, Levitam esse constituit, et Jovianum onere Subdiaconi mancipavit *e*. Jovianum etiam Lectorem, cum esset per omnia eloquens, atque in divinis Scripturis egregie eruditus, eis comitem collocavit. Qui postea Autrici, loco qui tunc temporis necdum murorum

manitione cingebatur, a persecutoribus *f* interemptus, martyrium consummavit. Hos etenim summi Dei cultor beatissimus Papa Sixtus urbis Romæ, cum omni fiducia usque ad portum marinam perducens, verbum Domini specialius præcipiebat usque ad mortem fiducialiter prædicare; ut quos auctor mali germinis venenosa pullulante doctrina lobi sui amaritudine perdere festinaret, antidoto divini poculi recreatos ad salutem pristinam revocarent.

2 Tunc vero ab ipsis eluens ad Deum oratio funditur, ad opus cæptum felix famulans blanda lymphæ insequitur, optatumque ad portum *g* celeriter pervenitur. Sed cum solo jam firma vestigia cæpissent incidere, Lugdunum usque perducti celare se nullatenus potuerunt: maximeque verentes ne ad prædestinatum locum eis accedendi non tribueretur facultas, et inibi eorum adventatio non potuisset celari: quia acerbissima ubique sieviebat barbarorum interminata atque continuata Christianorum damnatio: rogatique a fidelibus fratribus ut a loco discederent, ad Autricum divinis admonitione intrepidi usque pervenerunt; ubi nobilium ingens tunc, vanas deorum culturas observans, constipata resederat turba. Athletæ quippe Dei, cupientes pro Christi nomine sese cruoris sui unda perfundi, jugiter Christi nomen prædicabant. Sciscitantibus vero paganis, Christianos se esse testati sunt, et ob prædicationem verbi divini sese inibi advenisse. Tunc vero beatissimi Sacerdotes, prædicatione fulgentes, pro virtutum assiduitate, quas per ipsos divina exercebat potentia, quidquid ipsius loci fuit Primorum, ad Christianitatis gratiam convolarunt. Mox et S. Peregrinus Episcopus, novum eis impertiens dogma, parvo ambitu ecclesiam construens, Christi nomini consecravit: cujus coruscante eloquio, maxima populi multitudo ad baptismum confluebat.

3 Cumque inibi restincta fuisset omnis cultura deorum, in territorio ipsius civitatis, ad locum qui *h* Interamnus dicitur, quondam Eolercus Jovis, Apollinis, vel multorum nefariorum portenta consecraverat. Inter quos vero sanum Eolerci, quem proprie Jovis nomine dedicaverat, summis præcipue titulis pagani ambiebant, quia sanum ipsum magnopere constructum fulgebat. Sed cum ex more ad ipsius festa agmina populi convenissent, hæc summus Antistes audiens, zelo divino permotus, Autrico cunctum fratrum relinquens officium, ut ipsi cæptum opus ab illo plenius confirmarent; ipse tamen cum festinatione maxima Interamnium perrexit, et paganorum ardentem medium se immergens agminibus, cæpit Dominum Jesum Christum alta voce fortiter prædicare. Sed hæc ipso talia prædicante, vulgus iracundiæ stimulis concitatum, dixit pro tribunali: Cum universus sexus indiscrete secundum Principum sanctionem deorum ceremonias reverenter exsolvat, superveniens nunc quidam tonso capite, et jam jam senio provector, maximum generavit errorem in populo, novum volens instituere dogma. Nam si vestræ Serenitatis præceptioni videtur, ipsum vobis facio præsentari, ne interjecto spatio, populi parte adjuncta, dissensio fiat in plebe. Cumque fuisset S. Peregrinus Judici præsentatus, venenosa ac rabida suspiratione concepta, dixit ad eum: Quia in te, ut audio, tantæ contumaciæ fomes exarsit, ut magnorum deorum culturis ausu tuæ sermocinationis fastus ingerantur blasphemias, quærimus ex te, cujus loci civis sis, cujusque generis stirpe descendas, vulgo præsentate edicito. S. Peregrinus dixit: Nulla mihi patria nisi Christus, nec nomen aliud quam Christianus. Verum etiam, etsi indignum, Episcopum ac servum Christi me esse profiteor, ob cujus nomen Gentibus nuntiandum huc usque adveni.

EX MSS.

An socius S. Marsus p

In magna persecutione

a Sixto II Papa creatus Episcopus:

cum sociis missus in Gallias,

D

Lugdunum

et inde Antissiodorum pervenit:

E

et plurimis conversis,

ecclesiam construat:

h

Interamnium abijt,

Christum annuntians captus:

Judice rogatus,

idem profiteatur:

A 4 Tunc Præses dixit ad eum. Ut religionis nostræ mos est, aut dignam famulationem diis solve, aut certe magnis te cruciabo tormentis. Ipso quoque reluctante et de divinis Scripturis ipsos vel deos eorum damnante, jussit eum Proconsul, *i* Bangiaco loco, ubi tunc temporis custodia obscurissima habebatur, vinctum retrudi in carcerem, et multis injuriis cruciari. Ipse vero inter tam acerba supplicia non desinebat Dominum Jesum Christum militibus prædicare. Ad cujus igitur prædicationem duplex causa multitudinem populi convertibat, quia virtutibus et eloquio refulgebat. Sed cum jam eum multis diebus squalidi carceris sibi vendicasset injuria, nec tamen summæ sanctitatis virum capitalis punisset sententia, Cæsari in ipsa tenebrosa reservatur custodia.

i
carceri in-
clusus

*multos con-
vertit:*

*Ad impe-
ratorem
ductus,*

B 5 Post aliquot vero dies ibidem adveniens Cæsar, contestatur eum publice coram universa multitudine, cur tam fuisset sollicitus, ut maerorem animi vultus mutatio testaretur. Proconsul respondit ei: Secundum vestram præceptionem universa deorum opitulatione consistunt. Sed nunc quidam, Peregrinus nomine, normam novam populis impertiri cupit, magnorum deorum execrans ceremonias: hostem se diis maxinis publicavit, Christianum se incunctanter affirmans: quem etiam retrusum, et in obscurissimo carcere deputatum, vestræ clementiæ reservavi. Cumque ad imperium Imperatoris, officio percurrente, eductus vir Dei de carcere, fuisset Cæsari presentatus; ait ad eum: Multa mihi de te nefaria nuntiatur: verum etiam et contra sanctionem nostram et contra deorum nostrorum venerandam culturam agendi te conamen appetere, utrum falsa, an vera sint, edicito. S. Peregrinus Episcopus respondit: Si ea quæ a me prædicantur vestri duritia cordis susciperet, non vana nec superflua viderentur: quia qui Christum Dei filium Deique virtutem, universæque creaturæ Dominum esse testatur, contra jus fasque nefarius judicatur.

*Christi fi-
dem profi-
tetur:*

*munera ob-
lata con-
temnit:*

C 6 Cumque hæc et his similia vir Dei prosequeretur, ait ei tyrannus: Vultus tui dignitas prohibet, ut in te non secundum tuam perversam nescio quam doctrinam elementia nostra desæviat. Sed si te ab hæc vana assumptione volueris revocare, et diis nostris sacrificare, magnis nobiscum pollebis honoribus. S. Peregrinus respondit: Honores vestri perditiones sunt, munera autem vestra gehenna perpetua. Ego tamen Jesum Christum Dei Filium Redemptorem omnium invoco, et usque ad mortem prædicare non trepido. Nam dii vestri simulacra muta, ex auri argentique metallis constructa, quæ et voce carent, nec gressibus pollent, demonia

sunt et ex patre diabolo processerunt: cum quibus etiam vos, si conversi ad Dominum Jesum non fueritis, et baptismi unda perfusi, igni æterno et perpetuis cruciatibus deputabimini. Nos vero, etsi temporalia a vobis illata patimur supplicia, securi sumus de sempiterni Regis promissis.

D
*EX MS.
æterna sup-
plicia in-
culcat:*

7 Hæc S. Peregrino Episcopo proloquente, Cæsar magno repletus furore, dixit: Non solum iste diis nostris sacrificare resistit, verum etiam et nobis verborum suorum venenata sibilatione multas incussit injurias: propterea rebellis atque decrepitus justissime trucidetur. Prolata sententia, a militibus pugnis atque calcibus cæsus, de præsentia tyranni abstractus, carnificibus deputatur. Sic Sanctus Dei Peregrinus Episcopus inter lietorum manus gravissimo torquetur exitio: sed cum fere jam omnes artus defecissent in pœna, et viderent carnifices se in eum nihil proficere; abstracto a pestifero milite gladio, capite est puotus: et exinde postea a Christianis latenter furatus, propter furentium paganorum barbarorum rabiem, dicitur fuisse sepultus. Martyrizatus est autem beatissimus Peregrinus Episcopus sub die decimo septimo Kalendarum Junii, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est gloria, imperium, et potestas in secula seculorum. Amen.

*varis tor-
mentis af-
flictus*

*capite ple-
ctitur,*

16 Maji.
E

ANNOTATA.

a *MS. S. Maximini* Temporibus Valeriani et Gallieni. *MS. Petri de Calo* Xisti temporibus.

b *Labbe*, ultione in ejus decreta, *MS. S. Maximi* ultro sententia in eis.

c *MS. Aroasiense* in Galliis irrepsisset.

d *Acta S. Corcodemi* dedimus 4 *Maji*. Hic aliquibus *Concordius* dicitur.

e *Hæc in multis MSS. contracta sunt, nec satis Jovianus et Jovinianns sunt distincti, uti etiam liquet ex hujus Actis ad 5 Maji datis: imo in MS. S. Maximiani loco secundi ponitur Alexander, qui adjungitur in Actis S. Germani Episcopi Autissiodorensis 31 Julii, ubi duo fratres Subdiaconi Alexander et Jovianus et Jovinianus Lector conjunguntur. Imo in aliis Januarius substituitur.*

f *Varia MSS.* inter impios.

g *Auctor Historiæ Episcoporum Autissiodorensium* Massiliam interpretatur.

h *An locus nunc les Isles dictus? Addit Belloracensis, quæ tunc civitas erat, sed modo castelli nomen retinuit. Eadem habet Petrus Calo.*

i *Idem*, Vico Baugiano qui vulgo Boi dicitur.

F

DE SS. PEREGRINO, HERCULANO ET FLAVIANO

MARTYRIBUS ANCONÆ IN PICENO.

SUB DIOCLE-
TIANO

Peregrino, Autissiodorensi Episcopo et Martyri, filium subjungimus Peregrinum, sed Anconæ in Piceno, sub Diocletiano cum sociis possum. Hos Ferrarius in Catalogo generali ad præsentem XVI Maji ita refert: Anconæ sanctorum Martyrum Peregrini, Herculani et Flaviani, ibique annotat eos se habere ex tabulis Ecclesiæ Anconitanæ. Passi sunt sub Diocletiano, uti Acta eorum (quorum exemplum accepimus) denuntiant. Corpora in Ecclesia S. Peregrino dicata, condita sunt. Idem in Catalogo Sanctorum Italiæ assertit, hanc Ecclesiam esse parochialem et perantiquam: sed hoc esse desit, postquam anno MDCI tradita est Carmelitæ Discalceatis. Acta et miracula, ex archivio Ecclesiæ Anconitanæ

Cultus et
Ecclesiæ.

Acta ex
MS. Anconi-
tano

Maji T. III

descripta, misit nobis anno MDCCLIX Henricus Lindanus, Societatis nostræ Presbyter, tunc Penitentiarius Laureti, uti postmodum Romæ ad S. Petrum; qui inde in Belgium suum reversus aliquamdiu laboravit in missione Hollandicæ, deia in Daniam reductioni hæreticorum Hafnæ immortalis. In hisce Actis non attingitur martyriam SS. Herculani et Flaviani, sed eorum simul et S. Peregrini inventa dicuntur corpora, ac dein ad intercessionem eorum patrata miracula. En autem inventio, uti dicitur in Appendice, spectat ad annum MCCCXIV. Actorum Compendium, quod dictus Ferrarius assertit se proferre ex monumentis Ecclesiæ Anconitanæ ad se transmissis, est hujusmodi.

2 Peregrinus Diaconus Anconitanus, in loco Roselliano

71 selliano

A seliano natus, Diocletiano et Maximiano Imperatoribus, multos prædicando ex Judæis et Gentilibus convertit ad Christum. Sed apud Anolinum Proconsulem accusatus, ad eum perductus, cum ille fidem in Christum prædicasset, et Deorum cultum improbaret, illis usns verbis: Simulacra Gentium argentum et aurum, opera manuum hominum, et quæ sequuntur; post longam de diis et Christo disputationem, in craticula ferrea igne subjecto jubetur extendi oleoque perfundi. Verum Peregrinus Deum illis verbis precatus, Igne me examinasti et non est inventa in me iniquitas: et illis, Libera me a pressura flammæ quæ circumdedit me; incendium illud nulla læsione percepta superavit. Quapropter Anolinus, ubi non semel, frustra tamen, ad deorum cultum Peregrinum hortatus esset, Imperatorum edicta veritus, si vivere permisisset, in illum capitis sententiam dixit. Cum quo Herculanus et Flavianus, qui a Peregrino conversi, in confessione fidei fortes persistebant, capitis abscissione palmam martyrii adepti sunt. Eorum corpora a Christianis tumulata, nunc in Ecclesia S. Peregrino dicata requiescunt.

Psal. 113. 4

Psal. 16. 3

Eccli. 51, 6

Anolinus persecutor.

B *3 Hæc Ferrarius satis copiose, ut ex tali specimine intelligitur eam historiam, cui tam copiose inseruntur verba Scripturæ, velut a Saacto usurpata, diu post Martyrium ejus esse conscriptam, non sine ornatu rhetorico. Fuerunt anno Christi cccxv sub Diocletiano et Maximiano Consules Romani Nummius Tuscus et Annius Cornelius Anulinus. Et sicut in Gallis et Hispanis fuerunt ab his Imperatoribus Rictiovarus et Dacianus constituti generales persecutores Christianorum, ita etiam videtur in Italia et Africa præfuisse persecutioni Christianorum Anolinus sive Anulinus. Ita Veronæ capite cæsi SS. Firmus et Rusticus sub Cornelio Annulino, Venetiæ et Istriæ Consulari. Ita Proconsul Africæ Anolinus præfuit martyrio Abitinorum Carthagine passorum: uti ea latius deduximus xxii Martii ad Vitam S. Proculi Episcopi Veronensis numero vi. Verum si unus idemque Anolinus ubique non adfuerit, potuerunt plures ex eadem familia assumpti fuisse. Nam hæc late extentam fuisse docet Baronius in suis Annotationibus ad xxviii Julii littera D.*

Patrocinium

C *4 Ferdinandus Ughellus tomo I Italiæ sacræ, in Præfatione ad Anconitanos Episcopos coluana 370, ista habet: Ancona ditata est spiritualibus bonis. Etenim in ea ad munimen salutis plura Sanctorum Martyrum corpora conquiescunt, qui sub furente gentilitate animam profuderunt et sanguinem: ut Sancti Peregrinus, Heraclius ac Flavianus, qui Diocletiano ac Maximiano, non tam imperantibus, quam in Christianum populum debacchantibus, gloriose martyrii metam decurrerunt. Quorum passio xvi die mensis Maji, habetur celebris. Julianus Saracenus parte 2 Notitiæ Anconitanæ lib. 2 ad annum cccx, agit de martyrio S. Peregrini, asseritque Vitam hujus Græce descriptam, inclusam esse arcæ, in qua detinetur sacrum ipsius corpus, ejusque apographum asservari in archivio Patrum Minorum Conventualium Anconæ in antiquo Codice pergameno: unde ipsam cum optaremus nancisci, spem consequendi voti nobis fecit R. P. Christophorus Segnerus Societatis nostræ Rector Anconæ, mox ubi idoneum scriptorem repererit. Addit Saracenus inde extractum compendium, in quo Rosolianum locus nutritivus collocatur in Græcia, ubi libenter intelligim Magnam Græciam id est Calabriam, in qua quod hodie Roglianum vocatur 12 P. M. a Consentia in meridiem intellegi commodo hoc loco potest: aut etiam Rossanum, urbs hodieque Archiepiscopalis, vicina mari per quod Anconam ascenditur, Veneticum sinum vulgo nuncupant, Ruscianum antiquis etiam dictum. Addit præterea Saracenus, Anconitanos, ob urbem intercessionem horum Martyrum a peste liberatam, anno mcccclvi instituisse solennem supplicationem, cum oblatione cerei,*

contra pestem.

canique fuisse postmodum continuatum, ut soleinius D
anna MULXXXVI.

ACTA MARTYRII

Ex MS. codice Anconitanæ Ecclesiæ.

S Sub Diocletiano Imperatore, et Anolino Proconsule, in civitate Dorica, martyrizatus est quidam nomine Peregrinus, Diaconus ac Levita Christi, de loco Rosoliano. Cumque B. Peregrinus Levita Christi evangelicum sermonem in barbara natione fideliter prædicaret, et quamplures de Judæorum perfidia ac gentilitatis errore interveniente Spiritus sancti gratia quantocius ad Christianam festinarent et converterentur fidem (ex quibus et plures jam ad triumphales palmas et coronam martyrii pervenisse ostenduntur) indicatur de eo Anoline Proconsuli: qui statim B. Peregrinum fecit a suis satellitibus comprehendi, et accludi in carcere. Deinde dum sederet pro tribunali Anolinus, ante illius præsentiam oblatum est B. Peregrinus, et cœpit dicere ei Proconsul: Audivimus de te, quod seducis populum gentis nostræ, convertendo eum ad legem Christianitatis; ex quo et ipse existi rebellis legibus Diocletiani Imperatoris, et non consentis jussionibus ejus. B. Peregrinus respondens ait: Lex Dei omnipotentis et Filii ejus omnino resistit legibus vestris. Quam Christi fidem et ego prosequens, pro nihilo existimo omnem principatum et gloriam vestram: sicut scriptum est in libro Psalmorum: Lex Dei ejus in corde ipsius, et non supplantabuntur gressus ejus, et eorum sequentia. Vidi impium exaltatum et elevatum super cedros Libani: transivi, et ecce non erat, nec inventus est locus ejus. Quod autem verum sit quod dico, tu ipse Proconsul considera. Ubi sunt Imperatores, ubi sunt Reges, et Principes terræ, qui ante te fuerunt? Certe quasi undæ transierunt, velut somnium evauuerunt: nunc quærentur et non sunt.

Conversis plurimis,

sistitur Anolino: 13

Ps. 36. 31

2 Anolinus Proconsul dixit: In præsentia nostra consistis, et hæc præsumis nefaria loqui, quanto magis absens locutus es male de nobis? B. Peregrinus respondit ei, et dixit: Audi Proconsul, quod loquitur Dominus meus Deus: Cum steteritis ante Reges ac Præsides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, non enim ves estis qui loquimini sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis: ubique enim lex Dei nostri damnat maleficia vestra, et manifestat crudeles prodiones universis cultoribus idolorum, quemadmodum Propheta dicit; Simulacra gentium, argentum et aurum: figuntur autem in parietibus ne cadant; quod si ceciderint, se ipsa adjuvare non poterunt: et tamen dicitis, isti sunt dii nostri: similes ergo fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis, quoniam in odium Dei vivi, et deceptiones animarum facta sunt atque errorem. Anolinus dixit: In qua ergo legis prædicatione habes fiduciam, ut contradicas nobis? Levita Christi B. Peregrinus respondit: In lege Evangeliorum, in prædicatione Apostolorum, et in auctoritate Jesu Christi Domini nostri, qui non sacrificantibus, indoc-tis autem sibi pure servientibus juxta Christianorum ritum, repromisit vitam æternam, quam præparavit diligentibus se ab origine mundi: et hoc est quod sanctum Evangelium justis protestatur dicens: Venite Benedicti Patris mei. Anolinus dixit, Puto te haud nescire, Peregrine, quod quicumque in hac præsumptione perseverant, jubentur carnes eorum diversis pœnis lacerari, et mala morte finire, et ex hac vita exterminari. Levita Christi S. Peregrinus sine trepidatione respondit: Ego Diocletianum Imperatorem, et te, atque omnes Principes ejus in hoc superabo

Math. 10
contemnit idololatram,F
Ps. 113. 4

et Christum profitetur:

tormenta spernit :
A superabo, si hujus temporis tormenta tolera-
vero. Inde perseverante me usque ad mortem, manifeste
cernet mundus, in omnibus te superatum esse, et
me in virtute Domini mei triumphare. Magister
namque Dominus noster Jesus Christus hoc manda-
vit nobis : Non qui inceperit, sed qui perseverave-
rit, salvus erit. Et Apostolus ejus ad hoc nos hor-
tatur, fiducialiter dicens ; Non sunt condignæ pas-
siones hujus temporis.

Rom. 8, 18

venit Anconam :

3 Anolinus inquit : Satis multa te verba facere
permisimus, jam te ulterius procedere nolumus, sed
ordinate nobis respondere. Unde huc advenisti, ut
pruderet dignitatem tuam? S. Peregrinus respondit:
In Rosolanico loco habitavi, priusquam ad Anconi-
tanam Urbem venirem. Ubi ego sentivi bene pro-
ficere dignitatem meam, inter supplicia et pœnas
tuas. Nam ut scias quod non relinquo coronam,
quam præparavit mihi Dominus, ideo non requiro
hujus seculi dignitatem : quoniam illam desidero
habere in cœlis, quam promisit mihi in illum diem
justus Judex. Verum quia sanctum Evangelium ju-
bet, ut si vere divites esse volumus, veras divitias,
id est cœlestes, amemus : propterea dereliqui, quæ
peritura sunt, ex quibus acquiritur vita æterna, et
exaltationis gaudia sine fine inveniuntur mansura.
Anolinus dixit : Hæc sunt verba, quibus jam plures
seduxisti, et in damnationem suppliciorum, sicut et
te ipsum, misisti. B. Levita respondit : Seductio no-
stra vita æterna est, et gloria triumphalis. Unde
qui cupit habere cœlestem et perpetuam dignitatem,
credat fiducialiter Jesu Christo Domino nostro, qui
de cœlo venit et clarificavit in se omnem veritatem.
Hæc namque locutus est discipulis suis : Jam non
dicam vos servos, sed amicos. Exarsit tunc Anoli-
nus : qui ideo manus et pedes ejus exungulari præ-
cepit, ardentique lampade latera ejus succendi.
Beatus autem in his pœnis gaudens, se proficere
dicebat, atque Anolino dixit, ut sibi crudeliora in-
ferret tormenta si quæ essent. Deinde conversus ad
Orientem deprecatus est Dominum Jesum Christum
ut eum ab illis pœnis liberaret, ne elatio illius filii
diaboli eum vinceret. Quæ quia Proconsulem confun-
debant, cœpit eum hortari, ut jam tandem ad ejus
voluntatem accederet, ni vellet mala morte finiri.
Cui sanctus Peregrinus respondit : Oportet me re-
sistere voluntati tuæ, et voluntati Jesu Christi fidele
officium exhibero.

Joan. 15 15.

*varie torque-
tur :**fame vexatus
iterum torque-
tur.*

4 Quibus auditis, Anolinus iterum in squalidum
ac tenebrosum carcerem detrudi jubet, ac tam diu-
tissime fame ac siti eum affligi præcepit, donec de
hoc mundo exterminaretur. Cumque B. Peregrinus
tam acriter inclusus Deum jugiter oraret, ut se con-
stantem usque ad mortem servaret; iratus Proconsul
iterum extrahi jussit et fustibus cædi, atque ferreis
pectinibus ejus carnes lacerari, eum interim hortans
his verbis : Peregrine, dic tantum quod Diocletiani
legibus et jussionibus non resistis, et dimittemus te,
alioquin perditionis et mortis interitus tibi paratur.
Beatus respondit, Christum Jesum in passione se
imitari velle, qui sibi inde vitam æternam præparari
sciebat : illis autem eo majora præparat tormenta,
quo sunt potentiores. Audiens hæc Anolinus eum eculeo
suspendi, torqueri, atque lacerari mandavit, di-
cens : Quare stulte in infidelitate perseveras? Esto
obediens Diocletiani præceptis, et faciemus te de
ipso eculeo deponi, non enim aliter manus nostras
effugere poteris. Cumque B. Peregrinus hæc omnia
constantissime sustineret, de eculeo depositum
denno detrudi jussit in carcerem, et non post multum
temporis in foro Anconitano eum statuit. Ubi
cum ejus constantiam Anolinus ferre non posset,
Beatum in craticula extendi præcepit, et substerni
carbones accensos; ac oleum superfundi, ut totum

ejus corpus assaretur. Sed orante sancto Peregrino, D
ignis voracitas extincta, atque illæsus remansit. et capite plec-
titur.
Cumque adhortationibus Anolini renueret, damnatus
est gladio; quod B. Peregrino summum attulit gau-
dium, cum diceret se jam cupere dissolvi, et esse
cum Christo : quamobrem xvii Kalendas Junii gla-
dio est percussus, atque feliciter migravit ad Do-
minum.

5 Corpora BB. Peregrini, Herculani, et Fabiani,
qui Anconæ Ecclesiam ad honorem Salvatoris nostri
construxerant, a quibusdam Sacerdotibus Ugone et
Philippo, fabrisque aurariis qui ecclesiam vetustate
consumptam reficiebant, inventa sunt. Fuit vir qui-
dam, nomine Joannes, qui dum continua febris labo-
raret, vovit Deo et SS. Peregrino, Herculano, et
Fabiano, quod cum corpus in feretro jaceret exanime
a medicis derelictum, ad prædictos Sanctos ferretur.
Dormitare [autem] cœpit, ac inde expectatus non
solum loqui poterat, sed quod ad domum per se re-
dire valeret, constanter perhibebat. Mulier quædam
prædives magnis tenebatur febribus, cujus vir ad
sanctorum Peregrini, Herculani et Fabiani corpora
eam asportavit : quibus supplices preces effunden-
tibus, mulier veluti in extasim rapta, audivit : Scias
te meritis sanctorum Peregrini, Herculani, et Fa-
biani liberatam. Ab illa itaque hora de infirmitate
convaleuit. Quædam mulier filiam febricitantem ba-
bebat, quæ cum in frenesim incidisset contra ad-
stantes omnes insana verba proferebat. Accurrit ge-
nitrix ad Sanctorum corpora, ac circa eorum tumulum
dormitavit, audiens, Revertere in domum tuam, ecce
quod concepisti dudum obtines; filia tua salva facta
est. Atque ad propria rediens, natam incolumem re-
perit. Quidam vir per quinquennium claudus extitit,
ac taliter manibus contractis, ut nec ambulare, nec
quidquam manibus agere posset. Cum autem præ-
dictorum Sanctorum famam audisset, domesticorum
manibus ad eorum tumulum fuit allatus : cujus cor-
pus, brevi supplicatione peracta, illico restitutum
est sanitati. Mulier quædam podagricum morbum
incurrerat, ad quem morbum sanandum omnia in
medicis consumpserat, ac domesticorum manibus
ambulare cogebatur : cum vero Deum deprecaretur,
ut prædictorum Sanctorum meritis eam liberaret,
totius corporis valetudinem pristinam recepit. Qui-
dam puerulus dysenteriam patiebatur, teterrimum
sanguinem per secessum emittens : qua prægravatus
infirmitate, fere diebus novem sine cibo et dormi-
tatione vitam duxit. Tandem a parentibus ad San-
ctorum corpora delatus, somnum cœpit, ac in ipso
somno clamabat : Famule Dei, Peregrine, adjuva
me cum sociis tuis. Et exinde vigilans cibum sum-
psit, atque inde in totum fuit liberatus.

*Curantur
febres,**phrænesis,
E**contractio,**podagra,**dysenteria,**F**energumeni.*

6 Cujusdam Patricii colonus, cum ex fonte
aquam biberet, dæmon in eum ingressus est, ac eum
vaxare statim incepit : sed ductus ad Sanctorum
Peregrini, Herculani, et Fabiani monumentum, dæ-
mon terribilibus cœpit clamare vocibus : Peregrine,
Herculane, et Fabiane, cur me vestris orationibus
incenditis? atque statim eo relicto, nunquam de
cetero eum vexare præsumpsit. Similiter cum alius
a pistrino recederet, diabolus lupi specie apparuit,
insidias illi præparans plurimas. Cum autem ad pu-
teum pervenisset, simul cum aqua dæmonem ip-
sum potavit. Cumque ad domum sui Domini per-
venisset, Dominus S. Peregrini ac sociorum ejus
meritis confusus, ad eorum cryptam eum adduxit.
Ubi conatus est clamare, turpiaque verba proferre.
Deus autem omnipotens, per Sanctos suos Peregri-
num, Herculanium, atque Fabianum, eum ab illo cor-
pore expulit, nec ultra dæmon hominem vexare po-
tuit.

A

APPENDIX D. P.

De inventione et translationibus Sanctorum corporum.

Annus 500
Passioni eorum male
adscriptus,

Post longum a Sanctorum Martyrio temporis spatium, amissa eorum memoria, Salvatoris templum ruinam minabatur: prudentia vero Sacerdotum Ugonis et Philippi ipsum refieri denuo curavit. Cumque ipsa Basilica funditus destrueretur renovationis causa, inventa est tumba dictorum Martyrum, et in latere hæc incisa verba: Anno Domini D. in ecclesia ista requiescunt corpora sanctorum Peregrini, Herculani atque Fabiani. Ita epitome legendæ, cum mox infra citandis documentis submissa nobis ab humanissimo Saraceno IX Aprilis anno MDCLXXVII, quem is vitæ suæ LXXVII numerabat et ultimum habuit, haud diu post Romæ, ubi morabatur, mortuus. Auctor epitome istius, quocumque vixerit tempore, haud dubie perperam extendit litteras A. D. D. (quæ solæ representantur in lapide mox exhibendo) neque enim Æra annorum Domini, primum a Dionysio Exiguo seculo VI ad medium vergente excogitata, ante seculum VIII adduci in usum publicorum monumentorum cœpit, uti plenius alibi demonstramus, et viri eruditi passim norant. Quid ergo? Inter varias annorum notandorum rationes, ante dictum Dionysium et diu post usurpatas, ex usitationibus, apud Græcos præsertim, una fuit, quam Æram Diocletiani sive Æram Martyrum appellabant, ductam a die XXIX Augusti ejus anni, quo Numerianus Imperator occisus fuit a socio suo Apro, et Diocletianus intercepto sua manu Apro dictus est ab exercitu Imperator, id est anno vulgaris Æræ CCLXXXIV.

14 Secundum hunc calculum, qui Coptis, Abyssinis et aliis per Africam populis Christianis adhuc in usu est, Annus Diocletiani quingentesimus, quem antiquitus signatum in arca putamus, imhoaretur exente Augusto anni secundum nos DCCLXXXIV, quando adhuc Æra Diocletiana usos esse Anconitanos, eo est creditus quo recentior tunc nec ubique recepta erat Christiana Æra, in scripturis publicis primam usurpationem capta a Longobardis, in quorum mores transire voluisse Anconitanos eo minus dicendum est, quod jugum eorum, sub quo annis XXI gemerant (alii XLVI numerant) excussissent ab anno DCCLXXIII, quando se Romanæ Ecclesiæ tradiderunt; quæ nec ipsa adhuc Christianæ Æræ usum acceptaverat. Itaque prædicta Sanctorum compositio in uanam illam arcam præcessit inventionem,

videtur
juxta aram
Diocletiani
numerari,

et notari
an. Chr.
781 quo
composita
sunt corpora
in uanam
oram:

a Presbyteris Ugone et Philippo factam, plus quam quatuor seculis. Nam Joannes Picchi Tancredi in epistola, super his rebus missa ad Saracenum prædictum, tunc adhuc Cononicum, dicit penes se esse historiam antiquam civitatis Anconæ, extractam ex vetustioribus scripturis quæ inter Sanctorum Reliquias asservabantur, diligentia Magnificorum Dominorum D. Francisci Scalamenti, D. Jacobi Gualtrucci, et D. Jacobi Marchetti Operariorum S. Cyriaci anno MDL, in qua dicitur, quod fabrica ecclesiæ S. Salvatoris, Kalendis Aprilis inchoata, anno MCCXIII; propter discordias inter Presbyteros Operariosque subortas, imperfecta hæserit usque ad II Maji anni MCCXXIV quando Sanctorum corpora, sub initium ædificationis inventa, primum sub altari suo condita sunt.


15 Extant adhuc utriusque asserti fundamenta, lapidibus incisa, prius quidem in arcu portæ majoris ecclesiæ S. Peregrini hisce verbis Anno MCCXIII, Indictione XII, die prima Aprilis intrante, D. Innocentio summum Pontificatum sustinente, Ottone Imperium tenente, Ugone et Philippo Presbyteris et Petro cum Dominico Operario ex... cetera legi amplius non possunt, per conjecturam tamen haud inverisimilem dicere possemus, indicatum voluisse auctores quod ex fundamentis struere cœperint novam istam ecclesiam. Sed corrigendus hic est transcribentis error, qui annum Indictionis reperiens notatum XII (more illius ævi, quo usitata non erat antiqua littera V forma) putavit esse XII. Cum autem Indictio XV non conveniat in annum MCCXIII, sed immediate præcedentem, apparet Anconitanos æque ac Tuscos eo tempore solitos fuisse annorum suorum initium ducere ab Incarnationis festo, communis anni initium, quod nunc habemus Kalendis Januarii, prævenientes novem mensibus. Erat igitur annus tam Pontificatus quam Imperii devimus quintus: nam Innocentio III Januarii, Otthoni II initium Martius dedit, uno eodemque anno MDCXCVIII.

16 Alterius asserti testis est lapis, cujus hic formam et figuram vides: mensuram tribus pedibus Romanis in latitudinem, duobus in altitudinem descripsi scripsit, interrogatus anno MDCLXXIX, R. P. Christophorus Segnerus Anconitani Collegii Rector: qui etiam de ipsa litterarum forma consultus, essetne talis qualem representabat ectypum, an autem (sicut Saracenus et alii appellant) Gothica; respondit omnino esse talem, id est Latinam, sed degenerantem; nec alio sensu dici Gothicam posse, quam quo passim Gothicum ab Italis nuncupatur, quidquid aliquatenus barbariem sapit.

sub lapide
altaris sunt
inventa,

an. 1213
restaurari
cepit,

E



Similes huic lapides in vetustis Italicis ecclesiis fortassis haud paucos reperire esset, siquis examinare vellet altaria: unum inveni apud Seraphinum Esquiritum in Sanctuario Sardiniae pag. 490: estque omnino ea formae ac mensura, quae veterum altarium: solum enim tres pedes Romanas in longum, duos in altum continet. Quare nihil dubito, quia etiam hae marmorea tabula post educta, quae subtus latuerant Sanctorum corpora, fuerit conformata ad usum altaris ipsis dedicandi, idque non parvo tempore operuerit (conuenit enim supra dicta mensura aetati illi, qua minus longae erant, quam nunc struantur arcae) postea autem cum visum esset quaedam innovare in praedicta ecclesia, ut nominatim maiorem ejus portam, cujus meminimus, muro claudere; inter alia etiam destructum sit praedictum altare, ejusque tabula adhibita ad ornandam frontem jam clausae portae, sicut hodie cernitur. Cuius autem prior atque celebrior ecclesiae innovatio fieret, et corpora sub isto lapide inventa sunt; videtur hic adhuc purus fuisse saltem a litteris, Cruce ut summum, solaque cruce et lineis insculptus: intra quas deinde una eademque manu incisus sit duplex titulus; primam, intra lineas interiores, ipse idem qui olim fuerat in latere veteris arcae expressus, quem sic ad longum lego: † Anno Diocletiani quingentesimo, in ecclesia ista requiescunt corpora sanctorum Martyrum Pelegrini, Erculani, atque Frabiani. Exteriori autem et ampliori limbo inserta est notitia inventionis, sic exprimenda. † Subtus lapide isto corpora Sanctorum inventa fuerunt, sub anno Domini MCCXXIV, temporibus Honorii Papae, et Domini Federici Imperatoris, et Domini G. Anconitani Episcopi, die secundo intrante mense Madii, Indictione duodecima.

17 In hujus explicatione scripturae, peritum chronologum necessario offendet numerus Indictionis. Si enim (uti ex titulo portae, tunc cum poneretur sculpto, recte colligitur) Anconitani praevertebant novem mensibus anni nunc communis initium; consequens est mense Maio, quo inventio contigit, anno secundam ipsos MCCXXIV, nobis solum numerandum esse annum MCCXXIII; atque adeo Indictionem fuisse non XII, sed XI dumtaxat: et nisi velinus credere, quod non est verosimile, stylum mutasse Anconitanos ipso illo decennio, quod inter facta fundamenta ecclesiae et

inventionem sanctorum corporum intercessit; dicendum erit sciolum quempiam XV aut XVI seculi (quando fortassis primum obstructa est porta, et destructo veteri altari translatus huc lapis) addidisse Indictionis numero unitatem, quae ei secundum usum sui ac nostri temporis deesse videbatur. Quod ad Episcopum Anconitanum attinet, cujus nomen per solum initialem litteram G. pro more seculi reperitur notatum; suaviter notatur in Confirmatione numerum duodenarii Canonicorum, facta Anagninae a Gregorio Papa IX Idibus Julii Pontificatus anno XII, qui fuit Christi MCCXXXIX Priore et Capitulo Anconitano postulantis, in hunc modum: Nos vestris postulationibus grato concurrentes assensu, duodenarium Canonicorum numerum, te fili Priore computato, quod bonae memoriae G. Anconitanus Episcopus in ecclesia vestra statuit, confirmamus. Atque ex hoc recte moxet, Joannes Picchi Tancredi corrigentem Ughellum, qui institutionem illam, factam anno MCCXXVI, tribuit Rufino Lupato, ex Ordine Minorum Anconitano Episcopo, cujus ultra annum MCCXXII non inveniebat memoriam, eique immediate facit succedere Joannem Bonum, anno MCCXLIII; cum ex duobus istis documentis appareat, inter utrumque mediasse hunc Episcopum G. puta Guilielmum, Gregorium, Georgium aut Gerardum. Miramque est quod Saracenus, jam citatam Joannis Picchi epistolam in manibus habens, in eundem cum Ughello errorem impegit, parte 4 Notitiarum Anconitarum pag. 533.

18 Porro a tempore elevati primum lapidis, praedicta Sanctorum corpora requieverunt intra lapideam arcam, forma ac mensura similem ei, in qua S. Dasii Martyris corpus Dorostoro allatum majores deposuerant. Formam exhibebimus ari incisam XX Novembris, quando colitur a Graecis, etiam Romano Martyrologio inscriptus, sed per errorem dictus Episcopus, cum Graeci Militem faciant, qui commilitones suos impediverit, ne ex tronibus unum Saturno sacrificarent, eaque de causa occisus sit. Duae autem arcae istae marmoreae sunt, et satis pulchrae; visabanturque olim sub loculis ad id excavatis intra duas primas pilas, tholum seu cupulam ecclesiae sustentantes: sic ut respicerent sese invicem et portam majorem, ut ait Saracenus; anno autem MDCL ul ejusdem ecclesiae cryptam seu confessionem translatae fuerunt a Patribus Carmelitis Discalceatis; iterum alio transferendae

tempore G. Episcopi, male praeteriti in Catalogis,

F

et posita intra marmoream arcam

cum arca S. Dasii varie translata.

an. 1224,

C

seu potius 1223,

A transferendæ cum dicti Patres, quibus ecclesia S. Peregrini concessa est, suum de fabricando nova consilium impleverint. In eadem ecclesia conspiciebantur olim etiam tres statuae ex argilla coctæ pictæque, Alba ac Tunicellis indutæ omnes, tamquam Diaconi: quos esse Sanctos Peregrinum, Herculanium et Flavianum passim creditur: his vero, una cum veteri tabula, S. Dasium ut juvenem militem repræsentante, abstulit D. Christophorus Fioroni, ultimus Curatus ecclesiæ S. Peregrini, cum inde transferretur parochiæ titulus ad ecclesiam vicinam S. Philippi Neri.

Arce inscriptio male formata.

19 Arce inscriptio, iisdem quibus superiores characteribus, atque adeo circa annum MCCXXIV efformata, hæc est: † Peregrini et Flaviani sanctorum Martyrum corpora, qui XII Kalendas Junii anno a Christo nato quingentesimo passi sunt, cum Sanctorum Innocentium Reliquiis hunc translata †. Auctores hujus inscriptionis dupliciter haud dubie decepti fuerunt: primo quod annum, in veteris arce litere repertum,

crediderint esse annum Martyrii, cum esset intelligendus annus translationis; secundo quod A. D. interpretati sint Annum Domini. Tertii erroris eos accusat Joannes Picchi Tancredi quod per supinum negligentiam omiserint nomen Erculani. An hæc accusatio vera sit, tunc demum scietur, cum ipsa arca aperietur, et trium corporum membra exhibebit: quod si duo solum inveniuntur, licebit conjectare, unum ex tribus reservatum fuisse ad altare aliquod instruendum, et ea de causa nomen unum omissum. Ab hac conjectura non longe abit Saracenus, pag. 60 asserens, S. Herculani corpus forsitan fuisse positum intra arcem S. Dasii: quæ conjectura an verosimilis sit pari modo deberet ejusdem arce reservatione probari, considerando utrum plus quam unius corporis ossa intus lateant. Nobis satis est, et venerationem Sanctorum antiquam, et multiplicem corporum intra ejusdem ecclesiæ spatium translationem exposuisse.

D
cur absque nomine S. Herculani?

DE SS. VALENTINO ET DAMIANO MARTYRIBUS IN APRUTIO.

XVI MAJI

Notitia inserta Ferrariv, non catalogo,

seq catalogi indici pro 16 Maji,

deinde Appendici Ughelli,

cum inditico cultus in proprii nominis oppido,

Cum Philippus Ferrarius anno MDCXXIII in lucem dedisset suum Catalogum Sanctorum Italiæ, et hic ejus labor magno ubique plausu celebraretur, facile ei fuit, alium Sanctorum in Romano Martyrologio non expressorum Catalogum molienti, de pluribus non tantum exteris, sed etiam Italicis Sanctis notitiam antea desideratam consequi; ipsiusque eorundem Legendas, ad quas in Annotationibus sæpe appellaret, quemadmodum ex illius editione facta anno MDCXXV luculenter apparet. Non ita tamen potuit annu ad opus tale necessaria vel utilia consequi, quin multa eum latere pergerent, quædam etiam afferrentur serius, quam ut eorum posset suo loco meminisse. Ergo in Indice alphabetico Sanctorum ad calcem secundi Catalogi, invenias aliquos nominatos, qui in ipso contextu non reperiuntur, cum pleniori autem notitia inserendi fuissent secundæ ejusdem Catalogi editioni, si ad eam auctor processisset. Sic in jam dicto indice notantur præter alios, Valentinus Episcopus Terracinensis et Damianus Diaconus, Martyres Petræ in Aprutio XVI Maji, nomina quidem et gradum singulorum in ecclesia, titulumque Martyrii ac loci appellationem eam, quam Legenda exprimit, nobis consignans; non tamen eum diem, quo ibidem passi leguntur seu verius finguntur: sed quo eos coli monitus fuerat, ut credere libet. Ignoravit autem veteri appellationi Petræ, successisse nomen S. Valentini: cum quo ipsum locum notatum invenies in hodierni Aprutii tabulis, ad Piscariam flumen inter Sulmonam et Theate, pari fere utrimque IX aut XI miliarium intervallo.

2 Ea notitia, extra locum suum sic proposita a Ferrario, mirum non est si Ferdinandum Ughellum fugerit, anno MDCXLIV tomum I Italiæ sacræ, in eoque Terracinenses Episcopus edere parantem; donec aliunde admonitus quid in Indice haberetur, ipseque Legendam Sanctorum jam nominatorum assecutus Romæ, tomo V ejusdem operis, quem anno MDCCLIII vulgavit, subjecit Appendicem ad tres priores tomos; monuitque ad primi tomii columnam 200 inserere Episcopis Terracinensibus Avitum et S. Valentinum, qui defuncto Avito Episcopus electus, et in monte Soracte a S. Silvestro Papa consecratus, verbo et exemplo sibi commissam ecclesiam strenue rexit ad Juliani Apostatæ usque tempora, sub quo una cum Ditamiano (Danaianum scribere voluit) Diacono suo nobilem tulit palmam Martyrii: cujus lipsana sacra in oppido S. Valen-

tini nuncupato in diœcesi Theatina venerantur, ubi et ejus MS. extat Vita characteribus Longobardis scripta, cujus exemplar, inquit, vidimus in bibliotheca Vallicellana, inter monumenta Cardinalis Baronii De eo etiam mentionem habet Ferrarius in Catalogo die XVI Maji. Vidimus et nos dictum exemplar, singulari Patrum Oratorii benevolentia facultatem adepti lustrandi omnia, et quidquid visum esset transcribendi: sed prius quam ipsum videremus habebamus aliud nobis transcriptum Neapoli, ex monumentis olim collectis ab Antonio Caracciolo Presbytero Regulari, et asservatis in Bibliotheca Theatinorum, ut vocant S. Pauli.

3 Est illa Vita in novem Lectiones distributa ad usum Officii ecclesiastici, quarum postremas duas, utpote solas ex certiori scriptas notitia, habet hic dare; de ceteris postea judicaturi commodius. Habentur ex sub novo hoc titulo, Inventio et translatio seu miracula sanctorum Martyrum Valentini et Damiani: stylus tamen ita prorsus est idem, ut dubitari nequeat quin unus priorum et horum sit auctor. Lectio igitur VIII est talis. Postquam divina ordinatione, gloriosissima corpora sanctorum Martyrum Valentini et Damiani a fidelibus collecta fuere, et ut illis temporibus necessitas incumberebat, decenter sunt tradita sepulture; inculta et absque veneratione mansere usque ad tempora Longobardorum, quando tota Italia conversa, omnes homines illius Provinciæ baptismo Christi sunt consecrati. Illis denique temporibus tanta pace tota Italia lustrabatur, ut omnes cives habitarent in propriis possessionibus. Eo tempore Civitas Zappina erat destructa, et in viculis redacta et in omnibus illis viculis non erant oratoria præter oratorium S. Salvatoris, quod situm erat super flumen Piscariæ, ubi confluebant omnes habitatores illius Provinciæ ad audiendum verbum Dei, et ibi tumulabantur omnes eorum defuncti. Accidit autem ut homines, non longe ab ecclesia illa manentes, deferrent quemdam rusticum defunctum, ut in eodem loco traderent sepulture. Cum autem ire cœpissent, ingens pluvia mixta grandine ita eos occupavit, ut non valerent ultra procedere. Cumque essent in articulo mortis positi, ut nec domum reverti, neque ad ecclesiam pergere possent; jussu et voluntate Dei, subitus quamdam illicem devenere; ubi diu multumque sedentes, pluviam magis ac magis crescebat

VIDE APP. TOM. VII MAJI NOT. 105**

ubi Legenda in 9 Lectiones distributa:

P unde scimus corpora sub Longobardis agnita,

A crescebant. Consilium inter se agentes cœperunt fodere subtus arborem illam, ut ibi mortuum sepelirent. Cumque non multum foderent, invenerunt tumulum, ubi corpora sanctorum Martyrum Valentini et Damiani quiescebant, et invenerant ibi Epitaphium supra pectora eorum. Sacerdos autem quidam, qui corpus defuncti ducabat ad ecclesiam, legit titulum, in quo erat scriptum : Hic requiescunt corpora sanctorum Martyrum Valentini et Damiani. Videntes autem hæc mirati sunt, et cœperunt Deum rogare, dicentes : Domine Jesu Christo, Deus verus de Deo vero ; si hæc quæ vidimus corpora Sanctorum sunt, resurgat hic mortuus, ut nomen tuum sanctum glorificetur in seculum. Cumque astantes respondissent, Amen ; statim surrexit defunctor, et magna serenitas cœli facta est ; illi ergo homines, cum vidissent tanta miracula, stupuerunt atque glorificaverunt Deum, et sanctos Martyres Valentinum et Damianum. Denique aliqui ex illis custodiebant corpora Sanctorum, alii vero euntes per vicos et Castella divulgaverunt omnia quæ viderant. Tunc omnes populi regionis illius simul congregati construxerunt supra sepulcrum sanctorum Martyrum parvum oratorium, et clauserunt diligenter eorum sepulcrum. Deinde cœperunt homines construere parva oratoriuncula in circuitu ejusdem oratorii, et ibi habitavere in eodem loco.

resuscitato ad ea mortuo,

et oratorium super ea constructum,

seculo 7 aut 8:

4 Gens Longobardorum, tota fere Italia dominans, conversa ad fidem Christi est seculo VII; et duobus seculis eam tenuit cum titulo Regni; quo deinde per Carolum Magnum extincto, non sunt extincti Principatus quos nunc Longobardi tenebant in Regno, quod nunc quo nomine Neapolitanum dicitur, donec eo potirentur Saraceni ex Africa advecti in Siciliam atque Calabriam anno DCCCXXVII, et intra annos XV omnia occupantes usque ad Romanæ urbis portas. Hos deinde, partim Græci, partim Normanni expulerunt; et hi quidem, pulsæ etiam Græcis, Apuliam, Aprutium, Campaniam subjicientes sibi, novo Principatui dederunt principium post annum MXL, initio quidem graves Ecclesiæ, postea tamen utilissimi, rebus non tantum in Europo, sed etiam in Asia fortiter ac feliciter gestis. Sub his, quartam quintamve generationem in Italia jam numerantibus, seculo XII aut etiam XIII facta est sacerorum translatio mox referenda; ex quo colligas auctorem vitæ qui de hac Translatione scribit, tamquam de re per solam majorum traditionem accepta, referendum esse ad seculum saltem XIV. Nec est quod pro majori dictæ Legendæ antiquitate adstruendo quemquam moveat Character Longobardus quo scriptam haberi testatur Ughellus: vixit enim hujus characteris usus in toto Neapolitano Regno usque ad ceptam impressionem, imo in omnibus Romanæ Curia scripturis etiam hodie obtinet, licet levigata haud parum forma. Nemo igitur miretur si judicemus, quod auctor tam parum instructus de veritate in iis quæ Vitam ac martyrium dictorum Sanctorum spectant, sua vel aliena commenta legenda illis tradidit, qui malebant noviter excogitatam, quam nullam omnino, Patronorum suorum historiam legere: cui quam merito non adhibetur fides, tam immerito negaretur memoria recentiori inventionis translationisque jam dictæ. Hanc igitur accipe ex Lectione IX.

et seculo 12 aut 13

C Manserunt autem corpora Sanctorum Martyrum ut supra ad tempora Normandorum: quando Trogisius egregius miles, unus ex maximis Patriicis Normandiæ, Castrum Petrae et alia plurima castella sortite et conquisite tenebat. Hic Trogisius transferre fecit corpora sanctorum Martyrum Valentini et Damiani, de loco in quo manebant, in Oratorium, quod situm erat in Castro Petrae; ubi virtutes innumeras Deus quotidie monstrare dignatur. Mortuo itaque Trogisio, et Roberto ejus filio, et alio Trogisio filio Roberti, Riccardus filius ejusdem

sub Normannis translata ad Castrum Petrae,

Roberti, præclaræ indolis adolescens, ex jure et consuetudine Normandorum, dignus heres successit majori. Qui cum esset juvenis, tanta audacia, nobilitate, prudentia, et bonitate splendebat, quod per totam Italiam ab omnibus honorabatur. Hujus temporibus erat quidam homo in villa, quæ dicitur Licenosum, nomine Atro, qui per quadraginta annos a dæmonio vexatus fuerat: ipse denique Dæmon, qui supradictum hominem possidebat, multa præstigia et innumeras divinationes per eundem hominem exercebat. Nam sæpius faciebat se vinciri, et a multis ligaminibus non tenebatur: positus in carnea, a centum hominibus non trahebatur. Cum volebat, ecclesiam introibat; et quando volebat, a multis se trahi non permittebat. Hic sæpiissime ductus fuit ad limina Apostolorum Petri et Pauli et aliorum Martyrum Christi: sed a nullo horum potuit liberari. Accidit autem, ut quadam die prædictus dæmoniacus sponte veniret ad oratorium, in quo sancti Martyres tumulati erant, stipatus turbis virorum ac mulierum. Cumque ingressi fuissent ecclesiam, ubi sancti Martyres Valentinus et Damianus quiescebant, cœpit dæmon clamare et dicere Valentinæ, tu me ejicis: Valentinæ, tu me ejicis. Ad hanc vocem Sacerdotes, qui aderant, orationibus et obtestationibus cœperunt insistere. Tunc dæmon, acerrime quam solebat, cœpit vexare eum: et elisus in terram, evomens volutabatur. Deinde tanto fætere ecclesia est repleta, ut cunctus populus putaret se interire. Cumque Clerici, Te Deum laudamus cantare cœpissent, tantus odor ex tumulo sanctorum Martyrum processit, ut omnes qui aderant putarent se in Paradiso Dei manere. Ille vero reversus in domum suam, diebus omnibus quibus vixit, Deum et sanctos Martyres ejus Valentinum et Damianum glorificavit.

D AUCTORE D. P.

ubi energumenus annis 50,

feliciter liberatus.

E

6 Hæc sunt quæ de Martyribus istis certiora putamus haberi et credi posse. Cum enim eorum corpora sine honore dicantur latuisse usque ad tempora Longobardorum, quod satis declarat eorundem inventio, non sub rudibus alicujus ecclesiæ, vel intra locum servan-tem habitationis humanæ vestigia, sed sub opaca arbore: cumque præter nuda nomina cum titulo Martyrum nihil in eorum arca legerit Sacerdos inventioni præsens; nec præsumi possit, tam fabulosam, ut mox dicam, Passionem antiquiori tempore scriptam extitisse, quando adhuc corpora sine cultu latebant; consequens est, ut, quod supra monui, existimentur cetera quoque gratis conficta, etsi alias in iis sint nonnulla quæ veresimilitudinem habere possent, si antiquiori meliorique fundamento viterentur. Tale est totius Legendæ principium, asserens quod Constantini Magni tempore Terracinae in Campania floruerit parvobis Christianorum conjugum Clarus et Flavia, ex quibus nati successore sint Valentinus, Fabricius atque Florentia; quorum hæc marito nobili tradita sit, illorum unus post mortem parentum familiaris rei curam susceperit, alter usque primogenitus sacris studiis totum se impendens, ab Avito Episcopo ordinatus, eidem successit anno CCCXXIV, quo in Soracte monte latuisse dicitur S. Silvester Papa: idem deinde jam Episcopus a Procla vidua paupere, elemosynam petente, infantem Damianum educandum susceperit, adultamque et optime instructum, fecerit atque habuerit Diaconum suum, usque ad tempus Juliani Apostatae, id est ad ann. CCCLXI. Quibus si solum adderetur, quod Juliano gentilismum restituerit, ab idololatriis, etiam in Italia ottollentibus cornua, vel ab idololorum Sacerdotibus occisi tumultuarie Sancti, vel etiam ab aliquo Imperialium Praefectorum prætextu alio quam religionis morti traditi narrarentur, eaque sic scripta antiquitus, dicerentur fuisse conservata in ecclesiis, eorum corpora memoriamque servantibus, potuissent videri certo cognita.

Cetera omnia conficta videntur

F

initio quidem cum aliqua veri specie,

in progressu vero cum evidenti impostura.

A 7 Verum is, qui fingere non verentur, tam solet de-
esse vera historia notitia, cujus imitatione saltem verosi-
milia dicant; quam adesse auidia, qua presumunt sine
contradictione suscipiendum quiblibet fuerint commenti.
Ergo facile probant ipsi sese ea miserando, quæ si
examinentur nec speciem quidem verisimilitudinis
habent. Vide sis quæ de S. Cyruci fabulosa sub Juliano
eodem passu ne Hierosolymis, diximus in Maji; eadem-
que hic applicans intellige, similem esse Valentini et
SS. Damiani passionem, atque inde discere æstimare ce-
tera. Describitur ergo hic Julianus tyrannus, plane qua-
lis Diocletianus fuit, edicta mittere per totum Imperium,
quibus morte officii jubentur quotquot idolis sacrificare
recusarint, atque ad ea crequentia Duces, Præfectos,
Tribunos, Comites quaquaversum dimittere: ex quibus
Companiam fessus obtinere Ausidianus, et Terracinam
adveniens, delutum ab Ursacio et Irenæo Valentinum,
fidemque confessum ac frustra cersum, dissolutis inter
verberandum brachiis ministrorum, una enim Damiano
factum arguente conjecerit in carcerem; unde solutus
vinculis educti ab Angelo et aliis civitatibus jussi præ-
dicare, post triduum venerint in Comitatum Vulturnum
et civitatem Corfiniam, ubi Irenæo hæmorrhoidis vi-
dnam sanavit Valentinus, et quatuor hominum millia
converterit: adeoque a Pontificibus idolorum cum Dia-
cono suo cersus, raptatus, ac semivivus extra civitatem
relictus, rursusque ab Angelo sanatus, transierit usque
ad fluvium Piscuriam in loco qui dicitur Pons-marmo-
rens, et sanato ibidem paralytico, ante solis occasum
venerit in magnam civitatem Zappinam, trans Ortam
flumen, inter Piscuriam atque Cavinum fluvias, idolo-
laticam totam: ubi cum capisset prædicare, a Demetrio
Proconsule accersitus, filium ejus mortuum suscitavit;

ACTERE D. P.
uti factum
in Passione
S. Cyriaci,

persecutionem
Juliani fin-
gendo aliam
quam fuit

eamque refe-
rendo ad
14 Februarii,

et dno-
bus
millibus eorum qui miraculum spectarant, baptizatis,
edificatis ecclesiis, ordinato Clero, tentus iterum cum
suo Diacono a templorum Pontificibus, fuerit extra ur-
bem in vicina silva, prope magnam petram decollatus,
inhumatusque relictus, XVI Kalendas Martii temporibus
Juliani Imperatoris.

8 Vidit Ferrarius a S. Valentino Presbytero Ro-
mano sumptum Passionis diem XIV Februarii, uti pas-
sim aliis Sanctis Valentini factum: ideoque nullam
ejus diem, licet in Legendis expressi, habendam sibi ra-
tionem putavit; vidit forsitan alia multa, ob quæ dictu-
rus fuisset, si Catalogo Sanctorum Italiae cum ampliori
elogio hæc Aprutinos Martyres potuisset inserere, eo-
rum vitam multa egere correctione, sicut de aliis non-
nullis dixit. Certe antiquos ac novos Geographos consu-
lens, non dubitasset quin Zappina civitas, eoque magna
et Proconsulem habens, merum ac putum figmentum sit.
Ughellus de Zappina prudenter tacuit, sciens fieri non
posse, ut talis tantaque urbs, tam vicina Romæ, si vere
in verum natura fuisset, Plinii aliorumque notitiam
effugerit; natalis, Episcopatum, ætatem Valentini, ac
decessorem Avitum retulit. Sed cum e eodem fonte pro-
cesserint hæc, et ista evidentissime sint falsa, non major
avis quam alteris haberi fides potest: ideoque de Avito
et Valentino non debuisset nisi sub correctione meminisse
in Appendice; et Terracineses judicio nostro facient
bene, si contenti Savino, quem pro anno cccxiii in Ro-
mana Synodo sub Melchiade suggerit Optatus Milevi-
tanus; et Felice, Damasi Papæ coevo atque in hujus
vita memorato: antiquiores omnes Episcopos suos sibi
ignotos esse fateantur, neque catalogos eorum augeri
patiantur Avito ac Valentino, ut coævis S. Silvestri.

et civitati
Zappinæ at-
scribendum.

E

DE SS. AQUILINO ET VICTORIANO

G. H.

MARTYRIBUS IN ISAURIA.

XVI MAJI

Memoria in
antiquis fas-
tis

C Isauria, Asiae regio, pars Galatiæ australis est,
Pisidiæ finitima, ubi et Isaura urbs Isauropolis
in Conciliis dicta: nam Ilvarius Constantinopoli-
tano primo, et Athius Chalcedonensi interfuerunt
Episcopi Isauropolitani. In hac Isauria, seu regione,
seu forte etiam urbe, floruerunt hi duo Martyres: a
quibus tria Martyrologii Hieronymiani apographa hunc
diem ita auspiciantur: XVII Kalendas Junii in Isauria
Aquilini, Victoriani; quæ eadem passim in omnibus
Martyrologiis excusis et manu exaratis habentur, cum
hodierno Martyrologio Romano. Usuardus ista scribit,
etiam primo loco: In Isauria provincia natale SS.
Aquilini et Victoriani, quorum gesta habentur. Ean-
dem leguntur apud Adonem et alios: et apud Petrum
de Natalibus sub fine libri XI, ubi Sanctos enumerat,
quorum gesta nequivit narrare; interim nam, III ista
tradit: Aquilinus et Victorianus Martyres, quorum
gesta habentur, in Syria, imò Isauria, provincia
passi sunt XVII Kalendas Junii. Simili modo atque hic
pro Isauria, scribitur Syria, ita etiam alibi Isauria,

Esauria et Cæsarea legitur. Uti etiam pro Victoriano,
Victorinus, Victurinus et Victoriana reperitur. Se-
junguntur in antiquissimo MS. Epternacensi per vul-
garem particulam alibi tres Martyres, de quibus mox
agemus: qui, omisa dicta particula alibi, in aliis apo-
graphis Martyrologii Hieronymiani his duobus adju-
gantur, et unus alterre in aliis Fastis, uti mox patebit.
In MS. Tamletensi indicantur Aquilinus et Victori-
nus; uti etiam in Gellonensi tomo 13 spicilegii ab Ache-
rio edito. In MS. Florario ad diem XVI Martii, refe-
runtur SS. Aquilinus et Victorianus Martyres, quos
tunc ad hunc diem rejecimus. Sunt etiam hi duo Mar-
tyres Aquilinus et Victorianus ad diem sequentem
XVII Maji, inscripti antiquo Martyrologio Casinensi
characterè Longobardico exarato. Item ad diem XIV
Junii in antiquo Calendario ante librum S. Isidori de
Officiis Ecclesiasticis, asservatum Romæ apud Patres
Congregationis Oratorii. Actu vero ab Usuardo et
hunc citantibus aliis citata, nusquam hæcenus compa-
raverunt.

etiam 17 Maji
et 17 Junii.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

HERACLIO, PAULINO, MENSERIMO SEU MANEREMO, ITEM
DIOCLETIANO, SEU DIJUDICIANO.

G. H.

XVI MAJI

Secundo loco memorantur hi sancti Martyres in antiquis apographis Martyrologii Hieronymiani, et in Epternacensi ita proferuntur: Et alibi Heradi, Paulini, Menserimi. In aliis apographis deficit particula et alibi, et loco Heradi scribitur, Heraclii, Heracli Heracri, uti loco Menserimi, est Maneremi, Manerimi, Minerimi. Ex his Eraclius sive Heraclius et Paulinus referuntur in MSS. Aquisgranensi ecclesie primariae, Parisiensi Labbæi, item a Greveno in Auctario Usuardi, Galesinum et Canisio, et solus Paulinus in MS. Colonicensi S. Mariæ ad Gradus. In MS. Tamactensi scribuntur hæc nomina. Heradi, Paulini, Menserimi. Dedimus die præcedenti ex Synaxariis Græcorum Athenis in Sicilia passos Heraclium, Paulinum, et Benedinum, diximusque in exemplis quæ Parisiis

P. Combefisius, Divinæ P. Chiffletius nobis exhibuit, etiam ad hunc XVI Maji eos referri: proinde vehemens mihi suspicio nascitur, ne Benedini nomen librariorum errore conversum sit in Menserimum vel Maneremum; aut contra. Magna certe affinitas est inter vetusta μ et ν , qua littera loco β sæpius utuntur Græci, quia pronuntiantes B in V convertunt sicut etiam Hispani faciunt. Ex tunc tamen suspicione nolo quidquam mutare. In MS. Gellonensi sive S. Guilielmi de deserto, ab Acherio tom. 3 Spicilegii edito, referuntur nomina Eraclii, Paulini, Diocletiani. Idem referuntur in MS. Augustano S. Udalrici, sed Diocletiani scribitur. In MS. S. Galli Diocletiani: in MS. Labbeano et alio vetusto apud Acherium, Dijudiciani et Dijudeciani, et præponuntur nomina Eraclii, Paulini.

E

DE SS. MENGENE, GAIANO, JOVINO

MARTYRIBUS EPHESI IN ASIA.

GH.

XVI MAJI

Tres urbis Ephesinæ Martyres referunt quatuor Martyrologii Hieronymiani apographa: item Notkerus cum MS. Trevirensi S. Maximini et alio Regine Suevicæ ab Holstenio laudato, cum aliqua tamen varietate. Nam pro Epheso legitur in MS. Epternacensi Elera, et pro Mengenis, in codice Regine Suevicæ est Mingenis, apud Notkerum Miogenis. Loco Gaiani est in MSS. Corbeiensi Parisiis excuso et Blumiano Gaioni, et in Lucensi Guioni: in iisdem quoque tribus est Juvini, aliis Jovini. In alio

Corbeiensi necdum excuso celebratur memoria, in civitate Epheso Mengenis et Gaioni. In MSS. Richenoviensi et Rhinoviensi Gaiani et Jovini in Epheso. In MS. Augustano S. Udalrici et Gellonensi est nomen Mengeni Martyris, pro quo in MS. Parisiensi Labbæi legitur Megethi. In MS. Tamactensi sunt nomina Gaiani, et Joveni. Iterum XIV Junii referuntur SS. Miggenes, Gallianus, Juvinus Martyres in Epheso. uti ibidem dicitur.

DE SS. VINCENTIO, NIDERUNO, HERELO, MENIRO, PAU-
LO, ITEM PAULO, AQUILINO, MONORGO, GAIO,

G. H.

F

C

MARTYRIBUS CORTONÆ IN IETRURIA.

XVI MAJI

Propterea cum antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis, in quorum antiquissimo Epternacensi ista leguntur: Civitate Cortuna, Vincenti, Nideruni, Herceli, Meneri, Pauli, item Pauli, Aquilini, Minorgi. In Codice Lucensi ordine aliquantum mutato sic habetur: In civitate Cortona, Vincenti, Nideruni, Hereli, Pauli, Meneri, Aquili, item Pauli, Monorgi. Quæ plane eadem sunt in MS. Blumiano: et ferr in MS. Corbeiensi Parisiis excuso: sed civitas, Cortosa appellatur, scribiturque Vincentii et Minerii, et sub finem additur Gaii. Qui horum Martyrum est Dux et Antesignanus memoratur

absque palæstra in MSS. Aquisgranensi et Labbæano et Gellonensi, item in Auctario Greveni ad Usuardum. Notkerus isto habet: In civitate Cortina Vincentii et aliorum. In MS. Tamactensi sunt nomina, Vincentii, Niderni, Herelii, Minerii, Pauli, Aquilini, Minorgi. Palæstra Cortona (pro qua etiam Cortuna, Cortina et Cortiosa legitur) videtur esse, quæ antiquis notissima Ietruriæ urbs, etiamnum Episcopali Sede ornata, in dominio Magni Ducis, in confiniis agri Perusini ac ditionis Pontificiæ consistit, haud procul a Thrasymeno lacu, Romana olim clade famoso.

DE SS. FELICE ET GENNADIO

G. H.

MARTYRIBUS UZALI IN AFRICA.

XVI MAJI.

Uzalis, sive Uzala, urbs Provinciae Proconsularis in Africa, Episcopalis, mediterranea, celebravit olim duos Martyres, ad hunc XVI Maji sic relatos in Tabulis hodiernis Martyrologi Romani: Uzali in Africa sanctorum Martyrum Felicis et Gennadii. Ad quos Baronius ista annotat: Meminit horum sanctorum Martyrum auctor commentarii de Miraculis S. Stephani Protomartyris, qui Evodii Uzalensis nomine inscribitur lib. I cap. 2. Eorum ibi nuda memoria sic inscribitur: Alta autem Virgo sacra ad locum antiquorum Martyrum, in suburbio civitatis constitutorum, qui Felix et Gennadius unucupantur, videbatur sibi iter facere per sonnium, non ea via, qua de civitate pergi assolet,

compendiosa aliquantulum, devia, et flexuosa... Unde etiam stella ad locum supradictorum Martyrum ab his, qui tunc in agro fuerant, occurrisset. Igitur post quadraginta ferme dies, ex quo ista revelata sunt, in loco memoratorum Martyrum nostrorum, susceptis Reliquiis S. Stephani ad civitatem regredi cœpimus. etc, Diem hodierni cultus, si in aliquo veteri scripto invenisset Baronius, non omisisset credo id annotare. Existimo igitur, quod, indecorum ratus tam certo testimonio notas Martyres per ignorantiam certæ diei latere, hunc ipsis pro sua auctoritate assignavit, factum approbante Ecclesia, cum id recepit.

B

DE SANCTO PAPYLINO

E

D. P.

MARTYRE APUD GRÆCOS.

Hunc sanctum Martyrem suggerunt nobis MSS. Græca Μενω, quæ Divione in Collegio Societatis Jesu apud Petrum Franciscum Chisletium invenimus: in quibus ista leguntur: Eadem die S. Papylinus, qui gladio percussus, martyrio vitam finivit. Et additur hi versus

Ὁ Παπυλίνος τρωῦσιν εἰρόν ἐκ ξίφους,
Πάπος πλάνης ἔτρανσε καὶ θέρος ἄμα.
Dum Papylinus vulnus ex gladio invenit,
Papos erroris et simul messem enecat.

Sunt autem Papi sive Pappi, ad quos hic alluditur, lanugines illæ, quæ deciduis carduorum foliis succedentes, et vento deinde raptæ, mala semina late spargunt, unde ἐπαπποῦσθαι, in pappos abire. Aptè igitur, sumpta ex nomine Papyli occasione, sanctus Martyr dicitur ipso in semine estinasse spem nocivæ messis, id est erroris gentilitii, vilibus et volaticis ejusmodi papis sive (ut diminutive loquar) papylis jure merito comparandi.

D. P.

DE S. FORTE EPISCOPO ET MARTYRE

BURDEGALÆ IN AQUITANIA.

XXI MAJI.

In MS. Martyrologio Ecclesiæ Burdegalensis sub nomine Usuardi, quod Divianæ apud Petrum Franciscum Chisletium reperimus, ista ad hunc diem leguntur: Burdegalæ S. Fortis, Episcopi et Martyris. Quæ plane eadem habet Ferrarius in Catalogo generali, Ex tabulis, ut inquit in Notis, Ecclesiæ Burdegalensis, nuper nobis transmissis: in quibus tamen nihil de tempore, quo vixit, aut sub quo Principe passus est, legitur. Nec mirum, quia de primis hujus Ecclesiæ Episcopis nihil certi constat; usque ad initium seculi IV, quo Orientalis Episcopus, et Flavius Diaconus ejus de civitate Burdegalensi interfuit Concilio I Areluteasi anno CCCXIV; a quo rursus hiatus annorum circiter quadraginta usque ad S. Delphium, qui colitur XXIV Decembris, et anno CCCLXXXI interfuit Concilio Cæsaraugustano, Suessnyus in supplemento Martyrologii Gallicani ad hunc XVI Maji, Burdegalæ, inquit, natalis S. Fortis Episcopi et Martyris, ibidem sacris anniversariis hac die honorati. In Festis vero propriis Ecclesiæ Burdegalensis præscribitur de eo Officium Ecclesiasticum sub ritu duplici, uti ex Calendario nobis submisso constat.

tam, atque octennio post ab eodem nobis benigne donatam qui parte 2, cap. 4, nulla facta uspiam mentione S. Fortis (propterea credo, quod certum ejus tempus nullum nosset) primum Episcopum nominat Orientalem, post quem si successisset S. Fortis, posset credi sub Constantio Ariano Martyrium pertulisse eo tempore, quo is Arelate subsistens, vim faciebat convocatis e tota Gallia Episcopis, ut contra S. Athanasium subscriberent, ab Octobri anni CCCLIII usque ad ver sequentis anni: et sic utcumque impleteretur hiatus prædictus. Potuit etiam ante Orientalem fuisse, et sub Ethnicorum Imperatorum aliquo fecisse martyrium: præsumi enim debet quod Burdegala, uti juxta Romani Imperii divisionem fuit Aquitanicæ secundæ caput, et Præsidis Provinciae sedes, sic et metropolis aliarum in eadem Provincia sedium fuit, etiam sub Gentilibus. Et ipsa quidem a S. Martiale fidem sibi annuntiatam gloriatur, an seculo I et tempore Apostolorum, ea vero sub Decio, huc non spectat desinere: quod autem in epistolis, eidem Sancto suppositis, primus ab eo constitutus Episcopus nominetur Sigebertus, id Lurbæo in Chronica occasionem videtur dedisse Gilbertum, corrupto nomine, primum statuerendi in ordine Episcoporum, et Lurbæum secutus Chenu, Roberto, San-Marthanis; quorum hi videntes, fieri vix posse, ut Gilberti, æque ac Sigeberti,

æque ac primus Burdegalæ Episcopus, vide app. TOM. VII MAJI NOT. 106 "

tempus incertum,

2 Habemus Ecclesiam Metropolitanam ac Primatelem S. Andreae Burdegalensis, ab Hieronymo Lopez ejusdem Canonico Theologici anno MDCLXVIII illustra-

A ti, Francicum nomen, tanto prius ante Francorum adventum Burdegala fuerit usurpatum, primum fortasse, inquam, fuisse dignitate sanctitatis, non ordine temporis.

qui male fingitur Sigebertus dictus,

3 Sed de hac ejus sanctitate nulla ex capite nobis constat; cum neque memoria ejus inveniatur in Fastis Burdegalensibus, neque ullum vel sepulcri vel reliquiarum vestigium, atque, ut dicitur, ex ficto Martialis Sigeberto natus, in historiam videatur irrepisse. Suppositas autem S. Martiali eas esse, quæ circumferuntur, epistolas, nemo debet, qui consideraverit allegari in iis Scripturæ textus secundum Hieronymi versionem; quodque in ipsa de qua hic agi possit ad Burdegalenses Epistola, de mysterio sanctissimæ Trinitatis distinctissime locutus, ita de Spiritu sancto disserat; Spiritus Dei, qui vos sanctificavit credentes in ipsum, qui Filium naturalem et sibi secundum æternitatem cœqualem per omnia resuscitavit tertia die a mortuis, non est genitus sicut Verbum: quia et ipse Spiritus, in divina æqualitate gloriosus, processit ineffabiliter

ab eo qui genuit et qui genitus est: itaque Spiritus Domini non genitus, non factus, non creatus, sed procedens est a Patre et Verbo. *Novum veteris Theologiæ periti, quam artem hæc sapient: quare nec mirantur eum, qui ausus est sic loquentem initio Ecclesiæ Martialem inducere, etiam de Sigeberto potuisse sic scribere: Quem vobis constitui Dei jussu, justum est a vobis conservari: ipse enim Sigebertus, qui ante consuebat dæmonia servus creaturæ; nunc in fide D. N. Jesu Christi perfectus, soli Creatori serviens, pro stercore reputat ipsa dæmonia, quibus ante serviebat. Hæc fabulator iste, ex nihilo meliori S. Martialis Vita, sub S. Aureliani nomine protrusa, in qua dicitur Sigebertus, summus gentium templorum Sacerdos et Pontifex apud Burdegalenses, per nocturnam dæmonum inter se querelam, de fide a Martiali prædicanda præmonitus, idola confregisse et evertisse templa, excepto templo Dei ignoti: qui ibidem etiam Burdegalensium Princeps appellatur, et uxor ejus Benedicta.*

a SS. Martiali, et Aureliano.

B DE SANCTO VICTORINO

MARTYRE IN TERRITORIO BITURICENSI.

E

G.H.

XVI MAJI.

Masciacum vel Massayum, Ordinis S. Benedicti diœcesis Bituricensis in Archipresbyteratu Graciaci, monasterium fuisse S. Martino dicatum a Carolo Magno, tradunt Sammarthoni tomo 4 Galliæ Christianæ pag. 626. Philippus Labbe in Hagiologio Franco-Galliæ, ex antiquo Martyrologio Abbatæ S. Laurentii Bituricensis excerpto, ista scribit: In territorio Bituricensi, monasterio Masciaco, S. Victorini Martyris. In Martyrologio Carmelitano MS. quod Colonix adservatur, item in eodem Colonia et Lubecæ excuso anno MCCCXC, nec non apud Grevenum in Auctario Usuardi anno MDXV et MDXXI impresso, et in Germanico Canisii ista leguntur: In territorio Bituricensi, monasterio Madiaco, Beati, seu Sancti Victorini Martyris. Ast,

monasterio omisso, reliqua habentur in MS. Florario Sanctorum, apud Ferrarium in Catalogo generali, et Saussayum in Supplemento Martyrologii Gallicani. Hæc porro sunt omnia quæ de S. Victorino in dictis octo Martyrologiis habentur: reliqua latent. Ferrarius in Notis putat eum esse, qui Arvernus cum Cassio et Maximo, die præcedenti, in Martyrologio Romano refertur. Verum corpus S. Victorini Martyris Claramontani asservatum fuisse ibidem in Ecclesia S. Cassii, ostendimus xv Maji ad horum Acta. Quare malumus hæc ad ulteriorem inquisitionem seorsim proponere. Erit forsitan qui tempus et genus martyrii, aut certe occasionem venerationis in dicto monasterio indicabit.

C DE S. ABDIESU EPISCOPO,

PRESBYTERIS XVI, DIACONIS IX, MONACHIS VI, VIRGINIBUS VII,

ITEM ABDA EPISCOPO,

PRESBYTERIS, DIACONIS, VIRGINIBUS XXVIII,

MARTYRIBUS IN PERSIDE.

F

G.H.

CIRCA CCCL

Encomium ex MS. Synaxario,

Accuratissimum horum Martyrum encomium habetur in perantiquo Synaxario MS. Græco Ecclesiæ Constantinopolitanæ, spectante ad Collegium Claramontanum Societatis Jesu Parisius, et Latine expressum ita sonat: Eadem die xvi Maji, certamen sanctorum Martyrum Abdæ et Abdiesu Episcoporum, et sedecim Presbyterorum, novem Diaconorum, et sex monachorum et septem Virginum, ex patria Chaschara. S. Abdiesus Episcopus constitutus in urbe Persidos Beth-Chaschar, a proprio patrueli circumventus fuit et denunciatus Regi Persarum. Comprehensus est ergo atque ad hunc deductus, cum aliis novem et triginta Christianis. Interrogatus a Rege Christum confessus est: ac cum dictis sociis triginta novem ablegatus ad Arseth

Regis fratrem, ut ab ipso tormentis subiceretur. Ubi advenit, hunc sermonibus divinis prudenter redarguens, stupore affectus. Quocirca funibus devinctus, ac inter ligna coarctatus est, atque ossa ejus confracta. Ita et alii Sancti fuerunt tam vehementi violentia compressi, ut ex eorum ossibus sonus crepitusque prodiret. Quo tormento septies de die fuerunt afflicti: dein quasi mortui in carcerem projecti, nullo omnino jussu tyranni cibo concesso: accepto tamen pane et aqua, per aliquam mulierem per fenestram porrecto, Deum glorificaverunt. Posthæc comprehensus etiam Abdas Episcopus, cum viginti et octo, Presbyteris, et Diaconis, et Virginibus sanctis feminis, in eundem carcerem detrusus est. Unde extracti, gravibus verberibus cæsi sunt, et

ora

A ora eorum lapidibus contusa; ac postea capita abscissa. Pest aliquot dies eductus Sanctus Abdiessus cum suis, et ipse capite plexus est. *Hactenus illud MS. Synaxarium.*

et aliis Menologiis et Menais.

2 Eadem, hinc inde contracta, leguntur in *Menologia Græco Basilii Porphyrogeniti Imperatoris*: in quo dicuntur viginti octo cum Abda Episcopo in carcerem intrusi, atque a S. Abdiesu Episcopo instructi. Cum *Synaxario plane eadem, sed ad xv Maji, leguntur in MSS. Menais Mediolanensibus bibliothecæ Ambrosianæ signatis littera O et numero 148, et duplicibus Turinensibus Ducis Sabardiæ, in quorum primis referebantur etiam ad xv Maji, in aliis ad hunc xvi, uti etiam in Menais MSS. Divione apud Petrum Franciscum Chiffletium repertis. In Menais excusis et apud Maximum Cytherarum Episcopum tenue compendium habetur. Egimus nos ad diem xxii Aprilis de variis Martyribus Persis, et dedimus Acta martyrii ex Historia Ecclesiastica Sozomeni lib. 2, cap. 10 et tribus sequentibus, ubi num. 5 inter varios Episcopos referuntur Abdas et Abdiessus cum infinita multitudine Presbyterorum, Diaconorum, monachorum et sanctarum Virginum: nec dubitamus quin hi, a nobis ad hunc diem relati, ibidem recenseantur, et sint simul sub Sapore Rege Persarum interfecti. Verum cum habeant hunc et præcedentem diem suæ memoriæ sacratum, judicavimus eorum Acta, prout habuimus, hic referenda.*

Eorum mentio apud Sozomenum et 22 Aprilis

B

3 Chiffletianum parro quod dicit MS. præ ceteris ad singulorum laudes attentum, more suo post jam relatam encomium hæc disticha subjicit:

Ἄμφω πρό τῶν σῶν Ἀδῶν Μάρτυς ὁμμάτων,
Τομεύς κεφαλῆς καὶ βραχίδος θείου στεφάνου.
Ambo præ oculis, Martyr Abda, sunt tuis
Dator coronæ cœlicæ et capitis sector.
Ἐκδοῦς ἑαυτῶν Ἀδιδίσκους τῷ ξίφει,
Ὅραν Ἰησοῦν ἀξιόθι τῶν μέγαν.
Gladio Abdiessus dum seipsum tradidit,
Videre Jesum redditus dignus fuit.
Τοὺς ἱερεῖς σου Σῶτερ ἔκτεινε ξίφος,
Τὴν ἱερὰν σου μὴ προσδόντας ἀξίαν.
Gladus necavit Christe Sacerdotes tuos,
Qui dignitatem non prodiderunt tuam.
Τοὺς τρισάκις τρεῖς Λεῦίτας τετραμένους,
Στέφει Θεὸς δις, ὡς ἀθλήται λέδύτας.
Ter tres Levitas capite multatos Deus
Bis coronavit, uti lebetas athletæ.

Ubi te meminisse oportet athleticorum præmiorum, in quibus passim nominantur lebetes. Sic *Æneas* apud *Virgilium* lib. 5 nautico certamine victoribus

Tertia dona facit geminos ex ære lebetes.

Ut autem ipsa munera coronata proponebantur, iisque athletæ victores coronam geminabant, insuper imponendo suam; sic indicatur *Deus*, qui pro novem *Levitis*, *Levitica* corona jam antea insignibus, certaverat, eisdem ut relatis a se certaminis gloriosi præmiis imposuisse coronam alteram. Universim autem inter ænium numerabantur lebetes, sic abituro *Telemacho Menelaus Odysseus*, 6 offert

Ἡέ τινά τριπλόων εὐχάλων ἢε λέδύτων.
et apud *Ovidium* leges,

Viginti magnos operoso ex ære lebetes.

Denique ad numeros septem Virginum et sex monachorum, hoc disticho luditur.

Εἰ Παρθένων δέδωκεν ἐπτάδα ξίφει,
Πῶς οὐ παρέξει καὶ μὴν ἑξάδα;

Si cella septem Virgines gladio dedit,

Senarium an non poterit et numerum dare?

Est autem in voce *lusus*, quæ *oxytona* μονή cellam, monasterium; *paroxytona* μόνη, unica, simplex est.

4 In *Menologio Sirlleti* ista leguntur: Sanctorum Martyrum *Audesii* (imo *Abdiessu*) Episcopi, Presbyterorum sexdecim, Diaconorum novem, Virginum septem ex patria *Charcar*, omissis sex monachis. Quo *Menologio citato* ista leguntur in hodierno *Martyrologio Romano*: In *Perside* sanctorum Martyrum *Audæ* Episcopi, septem Presbyterorum, novem Diaconorum et septem Virginum, qui sub *Isdegarde* Rege variis tormentorum generibus cruciati, gloriosum martyrium compleverunt. *Hæc ibi. Verum* S. *Abdiessu* Episcopi, non *Audæ* seu potius *Audæ* erant socii, et quidem Presbyteri sedecim, Diaconi novem, monachi sex, Virgines septem, qui simul cum S. *Abdiessu* erant triginta novem supra relati. S. *Abdas* vero Episcopus habebat socios viginti et octo, ex Presbyteris, Diaconis et Virginibus, qui omnes capite plexi sunt. Alius ab hoc est S. *Abdas* Episcopus in *Perside*, multo junior et sub *Isdegarde* Rege passus, de quo egimus inter *Prætermisissos* ad diem xxxi *Martii*, ob auctoritatem *Baconi* tunc opinantis unum eundemque esse, quod re tota melius discussa retractamus; et in *Supplemento Martii* de illo et *Beniamino* aliisque tunc martyrium passis erit agendum.

imperfecta memoria apud Sirlletum et Baronium.

E

C

G. H.

DE SANCTA EUPURIA

F

VIRGINE CAJETÆ IN LATIO.

XVI AUT XVII MAJI

Ferdinandus Ughellus tomio *Italiæ sacræ* enumeraturus Episcopos *Cajetanos*, præmittit notitiam Sanctorum, quorum sacra corpora in aede Cathedrali requiescunt, uti nos latius diximus die vii *Maji* ad Acta S. *Innocentii Episcopi Africani*, cujus sacra pignora ibidem asservantur, quando etiam de situ *Cajetanæ* urbis egimus. Inter dictos Sanctos est in titulo proposita *Eupuria*, *Ughello* *Exuperia* Virgo et Martyr dicta: qui dein addit, horum Sanctorum festum a *Cajetanis* quotannis solenni ritu frequentari: sed quis singulis sit dies natalis, non adscribit. *Ferrarius* in *Catalogo* Sanctorum *Italiæ* refert ad diem xvii *Maji*, S. *Eupuriam* Virginem et Martyrem *Cajetæ*. At postea idem in *Catalogo* generali, quasi searet ipse carrigeret, ad hunc xvi *Maji* ita scribit: *Cajetæ* in *Latio* S. *Eupuriæ* Virginis et Martyris: citatque in *Notis* Tabulas *Ecclesiæ* *Cajetanæ* quæ corpus habet. *Eandem* cum *Ferrario* ad hunc xvi

Cultus sacer 17 aut potius 16 Maji.

Maji, inseruit *Gynecæo* sacro *Arturus du Monstier*: quod et nos, cum nihil certi sciamus, sequimur.

2 Miracula ad ejus sepulcrum patrata dicuntur plurima: ex quibus aliqua scribit *Ferrarius* se vidisse in quodam MS. codice *Julii Antonii Sanctorii* Cardinalis S. *Severinæ*: quæ nos reperimus *Romæ* in *Bibliotheca Patrum Congregationis Oratorii* in codice MS. littera H signato, et inde descripta hic damus, vix dubitantes quin juxta prologum plurima tam nova quam vetera pariter collecta fuerint, quorum pars maxima adhuc desideretur, et fortassis adhuc alicubi lateat. Auctor vixit circa annum dccc, ut qui contractum, tempore *Joannis Patricii* et *Boni Episcopi* meritis S. *Eupuriæ* sanatum, testetur se reperisse adhuc in vita superstitem. At *Bonus* Episcopus *Cajetanæ Ecclesiæ*, antea jam dicto, una cum *Docibile*, *Joannis Patricii* jam defuncti filio *Patricio*, *B. Erasmi* Martyris requisivit exuvias; inventas autem terra profundius

Historia miraculorum datur ex MS.

occultit,

A occulit, et desuper adversus meridiani climatis aspectum in honorem Martyris altare construxit, cum summus Pontifex et universalis Papa Joannes sanctæ Romanæ et Apostolicæ præesset Ecclesiæ, triginta annos postquam ab Agarenorum exercitu destruetæ fuissent Formiæ, et Cajetani cives corpus S. Erasmi intra urbis suæ mœnia transtulissent, et in adyto sanctæ ac Gloriosæ Dei Genitricis ac Virginis Mariæ recondidissent *uti legitur in MSS. Actis S. Erasmi, ad diem 11 Junii elucidandis.* Formiæ autem traduntur anno DCCCLX a Saracenis eversæ concidisse. *At qui supra citatur Joannes Papa, fuit ejus nominis octavus, seditque ab anno DCCCLXXII usque ad annum DCCCLXXXII. Qui præterea indicatur Docibilis Joannis Patricii filius, infra curavit contractum per servos suos collocari ante tumulum sive altare B. Eupuriæ Virginis. Hæc de tempore quo miracula contigerant. Ipse autem auctor historiarum miraculorum ingenue fatetur ignorari, ex quo loco aut patria hæc Virgo oriunda fuit, aut quo modo Cajetam venerit, item quam vitam duxerit, et qualiter ex hac vita decesserit : et quod mirum, numquam Martyrem appellat ; cum tamen Martyrem vocent Ferrarius et Ughellus, et forte sic colant Cajetani.*

B

HISTORIA MIRACULORUM

Ex MS. Vallicellensi Romæ.

S Secretum Regis celare bonum est, opera autem Dei narrare et confiteri honorificum est : et ideo eum adjutorio summi opificis Dei, qui dixit, *Aperi es tuum, et ego adimplebo illud, et fratrum ac civium oratione adjutus, qui hæc quæ dicenda sunt summopere hortati sunt ut scriberentur : Miracula, quæ Dominus ad laudem sui nominis et B. Eupuriæ Virginis, usque nunc ostendere dignatus est, prout certius scire possumus et ipse jusserit, scribere tentamus. Non quod idoneus sim et doctus ad hoc opus agendum ; sed quia multorum miraculorum relatio, quasi mihi vim inferat, et, si tacere voluero, minime permittat. Sunt enim præclara, et jucunda miracula, quæ quotidie divulgantur a populo, ita ut mens hominis audientis reficiatur, ac si oculis ea quæ dicuntur sedule perspiciantur. Non enim in his dubitari quemquam necesse est, quæ a pluribus referantur. Horum enim miraculorum uterque sexus testimonium reddit, quia utrisque Dominus prout revelavit. Qua enim ex patria, vel ex quo loco, hæc Virgo oriunda fuit, aut quomodo huc advenerit, quam vitam duxerit, qualiter ex hac vita discesserit, nullus reperitur ex civibus, qui hæc aliquo modo scire se dixerit : sed quotidiana et antiquiora miracula procul dubio ostendant, quantæ sanctitatis eminentia prædita, quantæque bonitatis fuerit insigniis decorata. Itaque miracula, quæ per eam Dominus in hac urbe Cajetana ostendere dignatus est, prout fidelium narratione didici, multorum ædificationibus profutura, scribere curabo ; tam ea quæ quotidie ab hominibus divulgantur et recentiora sunt, quam ea quæ (ut dictum est) ab honestioribus viris audire potui et scire, eaque ut Dominus dederit verbis simplicioribus explicabo. Denique, ut ad notiora et omni populo nostris temporibus cognita recurramus, quod ad tumulum ejus, temporibus D. Joannis Patricii, miraculum actum sit, subsequenti memoria retinendum mandamus.*

2 Fuit in hac prædicta civitate vir quidam, nomine Martinus, Britanica gente progenitus : quem ego adhuc in vita superstitem reperi, et hæc quæ dicturus sum multorum hominum relatione cognovi. Hic prædictus vir, gravi molestia percussus est, ita ut genu pectori, crura vero femoribus, et calcanea

natibus ejus jungerentur. Qui cum senos, ut ferunt, jam in tantis doloribus annos explesset, et nullum remedium alienius medicamenti perciperet : Tandem, ut credimus, Divina inspirante eleoentia, cœpit quotidiana prece Dominum deprecari, ut tantis semper ejus doloribus, tantisque infirmitatibus mederi dignaretur. Huic conjux cum filia aderat, et obsequio, quo poterant, sedule ministrabant : et quidquid ex eleemosynis poterant accipere, quæ ægro videbantur utilia, sine dilatione conferebant. Decumbat vero æger in inferioribus ædibus palatii, ubi infra scripti Patricii filius habitabat. Ibi ergo ei beata Maria Virgo, Sanctusque Joannes Baptista, et Beatus Petrus Apostolus apparuerunt, ut nomina sua per ordinem retulerunt : et ne aliquo modo formidare debeat, placida admonitione monetur. Tantus igitur splendor eadem hora emicuit, tantaque fragrantia odoris emanavit, ut multis, qui in ejusdem palatii domibus morabantur, et claritas visa sit oculis, et naribus fragrantia tanti odoris respersa. Vere ibi nulla potuit esse nox, ubi tales advenire dignatur lucernæ. Qui cum miram claritatem, tamque fulgidos vultus aspiceret ; repente viribus destitutus, contremuit et expavit. Cui B. Petrus, ut est placido vultu, annuit ne timeret, eique præcepit dicens : Mitte, et accersito Patricii filium, dicitoque ei, ut mittat tecum duos servos suos Scerarium, et Firmiperum, ut te suis manibus, ad ecclesiam hujus beatissimæ Matris Dei ducant : in qua usque ad sextam feriam, quæ est ante Pascha, manebis, expectans a Domino infirmitatis tuæ copiam evadendi, et hac die scito pro certo optatam tibi a Domino sanitatem condonari. Qui lætus de eadem visione, mane expergefactus, evigilans præcepit conjugi, ut prædicti Patricii filium, nomine Docibilem, sibi sub celeritate vocaret. Quo veniente cœpit ei rei visionem per ordinem enarrare. Tunc memoratus Dux ludens, ita respondit : Existimo, Martine, quod plus solito hesternum die vino sopitus es, pro quo tibi hujusmodi apparere visa sunt somnia. Ad hæc ille : Noli, mi dulcissime Domine, tantis jam peractis in doloribus annis, ludicris, ut solitus es, verbis me deludere. Sed, ut a Sanctis Domini jussum est, instantissime perfice visionem. Erat autem omnibus audientibus hæc, incredibilis visio. In initio autem Quadragesimæ hæc quæ retulimus, acta sunt Tunc compunctus lacrymis et precibus Dux, accersitis memoratis superius servulis, jussit eum ad memoratam ecclesiam duci, et ibi diligentissime collocari. Qui in eadem ecclesia, ante tumulum seu altare B. Eupuriæ Virginis, qualiter sanitati sit redditus, subsequens sermo declarabit.

3 Cumque dies sacratissimæ Quadragesimæ transigerentur, et dies Dominicæ Passionis, in quo salus ægro promissa fuerat, immineret ; vere pius per omnia Dominus eo die salutem debili promisit et reddidit, quo omni mundo salutem veram invexit. Nocte igitur, qua promissus illucescebat dies, a læst Beata Virgo Maria, cum his cum quibus prius apparuerat, id est, beatissimo Joanne Baptista et Apostolo Petro, non per somnia, sed manifesta visione. Cumque vigilantibus lectulo astitissent, unus dextera manu apprehensa, alius sinistra, super pedes consistere præceperunt, bis terque dicentes : Surge. Quod eo se non valere dicente, subito a terra in altum sublevatum signo sanctæ Crucis, quæ memoratæ Virginis tumulo astabat, insertis utriusque manus digitis suspenderunt. Sic omnis nodositas et contractio corporis nux soluta est, et sanitas omnibus membris est restituta. Nam, ut ipse postea referre pluribus consueverat, plurimæ Sanctorum turbæ ab ipso visæ sunt et auditæ, ut cum illi brachia ejus suspenderent, alii pedes a connexionemembrorum divellerent,

visione cœlesti montus,

defertur ante altare S. Eupuriæ Virginis :

et nova apparitione facta,

sanus redatur in cruce,

et

Ps. 80, 11

Acta non reperuntur.

Miracula referuntur.

Contractus toto corpore,

EX MS.

A et deorsum attraherent. Suspensio itaque hoc modo dixerunt ei: Modo venturus est Donatus Presbyter, quia jam hora divini Officii imminet, eique dicito, ut Bono Episcopo convocato, et Sasso Presbytero, ab hac te suspensione deponant, et tanti miraculi testes existant. Quo dicto visum est eidem ecclesiae tectum aperiri, et tanta claritate elucere, ut diem vincere videretur lux illa, quae in tenebris radiarat; et cum eadem luce beata Virgo Maria, cum suis Sanctis comitibus, caelo recepta est. Nec parumper mora processerat: et ecce praedictus Donatus Archipresbyter ad refocillandas lucernas convenit, eumque Cruci, uti dictum est, insertis digitis haerentem reperit: tantique rei ordinem miratus, expavit. A quo cum didicisset, ad Episcopum concitus properavit; eique tanti miraculi stupenda facta narravit. Qui mox convocantes Sassum Presbyterum, eum, ut iussum fuerat, a crucis suspendio abstulerunt. Quem diligentius perquirentes, in his quae acciderant Deo gratias retulerunt, quod tam praecelaram solennitatis festivitatem, tam lucifluo miraculo dignatus sit decorare. Sed hujus miraculi libet nobis qualitatem vel quantitatem discutere, Fratres carissimi: neque enim fas est, ut indiscussa remaneant, quae tali sunt admiratione ostensa. Quid enim necesse fuit Domino in ligno crucis infirmum hominem suspendi, et tali modo curare, qui plurimos hujus similes dissimili medicamento curare consuevit, et quotidie curat? nisi quia infirmitatem in mentis acie ex his quos vocari jusserat praeviderat, et ut dubietatis vulnera ab eorum cordibus removeret; monstrans quomodo vere salus totius mundi, per Incarnationis Christi mysterium et per Passionis ejus gratiam donata sit, ac Crucis vexillum quam gloriose a fidelibus debeat honorari ostendit.

non accurrens ad hoc miraculum punitur manu combusta:

4 Contigit eodem die etiam memorabile miraculum accidisse, nam cum ab omni populo utriusque sexus, tam civium quam extraneorum, qui tunc aderant, magnus concursus ad hoc spectaculum fieret; quaedam mulier quae proximo ecclesiae loco manebat, nomine Jannia, in lini opere pectinando anxie laborabat: et dum opus instantissime perficere cuperet, cum ceteris, ut debuit, ad ecclesiae limina haec visura non cucurrit; mox eam ultio divina percussit. Nam ignis lino injectus manus ejus ita cremavit, ut vix post longum tempus medelam sanitatis, etiam vix multis lacrymis impetrasset. Nimiis enim convitiis a populo affligebatur, eo quod talia facere non timeret, quae nulla alia eo die facere praesumpsisset: dicebantque ei quam plurimi, Miserrima omnium feminarum, quare sic stulte egisti, et non cum ceteris ad hoc mirificum et praecelaram spectaculum, devota, ut decuit, properasti?

5 Alio quoque tempore, quid ad sepulcrum beatae Virginis Eupuriae actum sit indicabo. Qaedam mulier, nomine Bona, nimio daemone vexabatur, ita ut vix a pluribus teneretur: visumque est viro et parentibus suis, ut ad tumulum memoratae Virginis

duceretur. Haec dum diu vexaretur, a propinquis ad ecclesiam deducta, ibique ante altare B. Eupuriae catenis religata est. Quae per aliquot menses ibidem ita permansit, sic enim nimio daemone vexabatur, ut nullus ad eam ausus esset accedere. Tandem sui ad Episcopum, qui tunc aderat, accesserunt, summo opere postulantibus, ut pro ea supra altare beatae Virginis Domino sacrificium offerre dignaretur; quatenus per ejusdem sacrificii oblationem, et per B. Eupuriae merita, a tali peste misera liberaretur. Pro qua cum ab Episcopo et a Presbyteris sacrificium Domino offerretur, et oratio pro salute ejus quotidie in eadem basilica effunderetur; tandem misertus Dominus creaturae suae, ut ostenderet quanti meriti esset haec Virgo, ad ejus tumulum haec aegra deducta fuerat, sanitati eam pristinae restituit, ita ut nullum deinceps hujusmodi pateretur incommodum.

6 Sanctimoniales mihi feminae retulerunt, quod quaedam mulier in Campaniae partibus habitans, incredibili daemone quotidie vexabatur; quae audiens famam B. Eupuriae Virginis, quod multi per eam daemoniaci et infirmi variis languoribus curarentur, cum viro suo veniens, coeperunt eandem Virginem lacrymis affluentibus interpellare, ut de crudeli inimici potestate eam orando eriperet. Nam dici nefas est, quam crudeliter noctu diuque cruciabatur: et quam inepta et inutilia ac ludicra verba per os ejus diabolus fatebatur, non nobis congruum videtur edicere. Asserunt denique haec audientes, quod nunquam tam turpiter et crudeliter daemone repletum aliquando vexari conspexerint. Haec cum hic aliquandiu commorata esset, et saepius, ut dictum est, crudeliter vexaretur; per ecclesias huc illuc anxie discurrebat, ut antiqui hostis liberaretur potestate. Quae cum nullum sanitatis remedium accepisset, tandem ad sepulcrum memoratae Virginis ducta est: ubi cum aliquantisper oratum esset, a daemone liberata est: ac Deo et B. Eupuriae Virgini gratias referens, ad solum proprium repedavit.

7 Nostris modo temporibus hoc miraculum contigisse omnibus manifestum est, nam in die Natalis ejus aqua maris, in tantam dulcedinem versa est, ut videretur de purissimo fonte, aut de clarissimo fluminis amne levata. Claruit vero hujusmodi signum hoc modo. Cum plurimi ex civitate Cajeta negotiandi causa navigassent, contigit eo die, dum quidam pauper ex accolis ejusdem civitatis, ad abluendam faciem mare introisset, ita dulce et suave repertum est, ac si (ut dictum est) de fonte aut de fluminis amne eadem hora levaretur. Quod audientes quidam ex nostris subito occurrerunt, et hujus rei veritatem agnoscentes mirati sunt, et ad haerendum singuli cucurrerunt. Tunc pars maxima civitatis convenit ad hoc videndum miraculum, quod videntes admirati sunt, ac gratias Deo et B. Eupuriae dederunt. *Reliqua desiderantur.*

D liberatur daemone ad altare S. Eupuriae,

E

alia ad sepulcrum ejus.

Die natalis ejus aqua maris dulcis fit.

F

G. H.

DE SANCTO HILARIO

EPISCOPO PAPIENSI IN ITALIA.

ANNO
CCCLXXVI

Ferdinandus Ughellus tomo primae Italiae sacrae Papienses Episcopus proponit: inter quos recenset xvii S. Hilarium, et huc de eo refert: S. Hilarius ad eandem Sedem adlectus est anno cccclviii, decessitque cccclxxvi die xvi Maji, cujus Reliquiae honorifice adservantur in Ecclesia S. Michaelis Majoris. Hic contra Arianos saluberrimam

Synodum celebravit. Hujus meminit tantum Bossius in sua diptycha: nullus autem praeterea scriptor, nec Martyrologium quidem Romanum. Ita Ughellus. Postmodum Joannes Baptista de Gasparis edidit Breviarium Sanctorum Episcoporum Ticinensis Ecclesiae, quod ipse nobis anno mdcxii Papiam existentibus donavit. Hic in indice subjungit Catalogum Ticinensis Ecclesiae Episcoporum

A *Episcoporum de quibus non celebratur divinum Officium, atque ibidem ista scribit: S. Hilarinus Episcopus XVIII. xvi Maji ab anno cccclviii ad annum cccclxxvi. Cor-*

pus in S. Michaelis. Nec plura de eo hactenus potuimus D nancisci.

DE S. ROSIO SEU ROSSIO

EPISCOPO AFRO CONFESSORE,

IN DIOECESI CAMPANIÆ SUESSANA.

G. N.

szc. v

Ex Sede sua
Episcopi
abstractus,

Illustris fuit corona Confessorum duodecim, qui sub persecutione Wandulorum in Africa ob fidem Catholicam varie afflicti et vetustæ novi impositi, ad Campaniæ littora pervenerunt et Christianam religionem variis in locis dispersi, diversisque Ecclesiis præfecti, mirifice propugarunt: uti de illis in Martyrologio Romano legitur ad Kalendas Septembris, quo die S. Priscus unus ex illis colitur Capræ, atque novina aliorum recensentur; inter quos est Rossius, de quo hic agitur. Est etiam S. Castrensis ex illo duodenario numero, cujus Acta ex variis MSS. dedimus xi Februarii, quorum duo priora capita ad totam illam gloriosam turmam spectant: et cum ibidem legi possint inde solum pauca repetimus.

num. 3

cum aliis
vinctus,

num. 4

varie casus,

num. 5

in carcere ab
Angelo con-
fortatur:

num. 6

non terretur
minis objectis,

2 Factum est ut catervatim ex unaquaque provincia Sanctos Dei vinctos adduci præciperent. Sed cum ingenti multitudine etiam sancti viri, moribus et vitæ honestate præfulgentes, etiamque summi Sacerdotii honore præditi, intererant, putantes se cum martyrii triumpho vitam consequi sempiternam. Ex quibus præcipue rutilabant meritis et moribus et sensus decore, Rossius, Priscus, Tammarus, et ab indole Sanctus enitens Castrensis. Quos sævi ac nefandissimi satellites in arcta custodia retruserunt, separatimque ab alterutro altero separarunt... [Deinde] Crudelissimi satellites Sanctos in unum congregari fecerunt locum, et alios virgis, alios alapis, alios cum lapidibus cædebant. Sed Sancti Dei, alacri mente in superni Regis amore permanentes, nec suspirium quidem emittere videbantur... Nec multo post Sanctos Dei in imo carceris retrudi fecerunt. Eadem nocte apparuit illis Angelus Domini, et splendor Domini circumfulsit omnes, qui erant in cubiculo carceris dixitque illis: Ecce Dominus noster Jesus Christus misit me ad vos, ut meis alloquiis corroborentur corda et corpora vestra, et antequam vos sævissimi persecutores in vasti æquoris profundum demergere tentent; omnes sciatis, quia Rex æternus unicuique vestrum præparatum habet locum, in quo et vos ipsi in Christo quiescatis, et multitudinem in illis partibus commorantium populorum ab omni errore absolvatis. Ad hæc Sancti unanimiter dixerunt: Sit laus in altissimis Deo, suamque nobis superna pietas adimpleat voluntatem. Hoc tantum nobis conferat Divina majestas, ut quos ab uno solo pro nominis sui gloria transferre dignatur, infra unius patriæ terminos sua pietate concedat, ut nostra corpora sepeliantur. Quibus Angelus placido ore respondit: Pro certo scire vos volo, quia quidquid postulabitis, secundum vestrum votum adimplebitur. Quo dicto Angelus ab eorum oculis discessit: lux vero per totam noctem exuberavit in carcere, et Sancti per totam noctem hymnis et laudibus exultaverunt. Altera vero die infanda caterva iniquorum, cum pugionibus et virgis super Sanctos irruentes, putabant se eos suo terrore inflectere. Sed Sancti Dei, fidenter expectantes promissionem Angelicam, pro nibilominus eorum ducebant....

3 Tunc unus, in quem corporaliter habitare satanham creditum est... Hos, inquit, si ignis cremaverit, pulvis qui ex eis remansit iterum maculat; si ferrum extinxerit cruor eorum in quocumque rure ceciderit, inficiet... sint in partem marinis belluis; feratur vetustissima navis, in qua.... vix per pauciora spatia æquoris ambulantes, a pelagi absorbeantur faucibus... Cumque multarum abjecissent navium copiam, indicio visa est una vetustior, quæ per multorum annorum curricula solummodo ab avium stercorebus putrefacta marcuerat. Hanc unanimiter complexantes, cum læto animo ad cras maris perducere festinant, proclamantes: Hæc navis Christicolæ transportabit ad alias oras. Cumque eam in æquore projecissent, simulantes se nomina Sanctorum segregatim cum honore digno vocare, ita exorsi sunt: Ingrediatur prius huc reverenda canitie et sanctitate præditus Rossius, post hunc fecundæ sobolis proles Secundinus, tertius qui jura Christi in populo audacter consparsit Heraclius: juxta eum fas est, ut Benvignus et Priscus resideant, Elpidius nec non ad lateris ultimam sedeat partem. Ad intra dehinc alterius partis detineat locum Marcus, et Augustinus: Canion et Vindonius pariter cum eis recumbent. Signifer præceptor Castrensis puppis possideat arcem, ab indole qui flatibus imperavit iniquis. Tammarum fas est proram gubernare benigne.... Tunc virtus superni Regis hoc suæ præbuit virtutis indicium, ut ii, qui Sanctos Dei devinctos ad pelagum usque deduxerant; nequaquam suarum navium mutarent remigia, donec ipsi cum suis viderent luminibus, qualiter Christus Deus noster suis in roari præberet vias et in aquis semitas. Sicque gaudentes et exultantes, atque Christo Regi seculorum grates referentes, pervenerunt in Campana littora, cum mensis Majus dies decem compleret a Kalendis.

4 Hactenus Auctor ille antiquus, qui de S. Castrensis labores, miracula et obitum prosequitur. Uti-
nam de S. Rossii, ubique primo, laboribus et obitu aliqua extarent monumenta. Diem ejus natalem esse hunc xvi Maji addiscimus primo ex pervetusto Martyrologio Ecclesiæ Beneventanæ, quod translatum Romam ad bibliothecam Vaticanam ibidem numero 3949 signatum asservatur: in eo enim ad hunc xvi Maji primo loco conscripta leguntur hæc verba: Beneventi natale S. Rossii Episcopi in S. Sophia. Porro, uti Ughellus in Beneventanis Archiepiscopis col. 8 scribit, Arechis Dux et primus Princeps illud ingens Sophiæ templum Regiæ pietatis insigne monumentum, a fundamentis extruxit ac magnificentissime dotavit; in quod postea innumera propemodum Sanctorum corpora et ossa, hinc inde per diversas Italiæ mundique partes perquisita, transtulit, quod circa annum dc, tempore Gregorii Magni factum est. Quidni et tunc sacra ossa S. Rossii translata fuerint ad dictam S. Sophiæ ecclesiam, et primariam obtinuerit venerationem hoc xvi Maji: ad quem diem etiam S. Rosii cultus indicatur in

MS.

num. 8

in cariosam
navim primus
immissus,

F

num. 9

num. 10
cum aliis ad
littora Cam-
paniæ appellit.

F

Dies natalis
16 Maji
Beneventi,

an ob Reli-
quias istic
servatas?

A *MS. Kalendario, apud Antonium Caracciolum Clericum Regularum Napoli adseruato, uti testatur Michael monachus in Sanctuario Capuano in Notis ad Acta S. Prisci Episcopi pag. 68. Pagina autem præcedenti addit, S. Rosii fuisse Ecclesiam in diœcesi Suessana, apparere in Bulla confirmationis Benedicti Episcopi Suessani, data ab Athenulfo Archiepiscopo Capuano anno MXXXII, Quam bullam deinde edidit in eodem Sanctuario a pagina 581, et ex eo Ughellus tomo 6 Italia sacre in Benedicto Suessano Episcopo a columna 675. Ibi Suessanæ diœcesis Ecclesiæ singillatim designantur, et inter alios Ecclesias nominatur Ecclesia S. Rosii. Est autem Suessa Campaniæ Feliris urbs*

Ejus Ecclesia in diœcesi Suessana :

antiqua, versus Tyrrhenum mare et partes antiqui Latii. Et quia petierant ut sua corpora infra unius patriæ terminas sepelirentur, nobis valde verisimile videtur, S. Rosium, qui senex appulerat in Campaniam, in hac diœcesi Suessanæ et provincia Capuana reliquum vitæ absoluisse, et ibidem sepultum, ubi Ecclesia ejus nomini fuit dicata : at sacrum corpus aut ejus ossa fuisse deinde Beneuentum translata. In adscriptis Greveno additionibus a Corthasia Bruzellensi, etiam ad hanc XVI Maji refertur S. Rosius Episcopus et Confessor in Sannia, et videtur intelligi Beneuentum, Saunio adscribi solitum.

D
an ibidem
sepultus ?

VIDE APP
TOM. VII MAJI
NOT. 107 **
D. P.

DE S. MAXIMA VIRGINE

CALLIDIANI IN FOROJULIENSI PROVINCIÆ DIOECESI.

XVI MAJI
Nomen in
fastis sacris.

Usuardus in suo Martyrologio de hac sancta Virgine sic loquitur : In pago Foro-Julienſi S. Maximæ Virginis, quæ multis clara virtutibus, in pace quieuit. Ado locum ita exprimit et in pago Foro-Julienſi, vico qui vocatur Callidianus, S. Maximæ Virginis, quæ multis clara virtutibus, in pace quieuit. Eadem habet Notkerus, et Adone citato hæc amplificat Petrus de Natalibus lib. 5 cap. 7 his verbis : Maxima Virgo in pago Forliuſi (imo Foro-Julienſi) vico Callidiano, virginittatis liliò floſcens, multisque et insignibus clara virtutibus, in pace quieuit decimo septimo Kalendas Junii. Genuinum Martyrologium Bedæ vacat, at quod illi est suppositum, omiſſis locis, reliqua ex Adone profert. Denique Usuardum et Adonem passim sequuntur alii in Martyrologiis manu exoratis et excusis cum hodierno Martyrologio Romano. Porro antiquiorum istorum Martyrologorum fide, et ipsa Reliquiarum Callidiani asservatarum celebritate mota Foro-Julienſis Ecclesia, ab omni retro memoria festum S. Maximæ hac die agit per totam diœcesin, quod probant antiquissimæ Litanie MSS. in numero Virginum S. Maximam invocantes : et Foro-Julienſe vetus Breviarium, excusum anno MXXXIX, ubi in Kalendario, additur nomini Crux rubra, in signum quod festum debeat celebrari ritu duplici cum tribus Lectionibus, qui in maximis quoque festis ei Ecclesiæ summus est numerus : sed omnia fiunt de Communi. Quæ vero paucis ab hinc annis excusa sunt ejusdem diœcesis Officia propria, hanc de ipsa Orationem continent : Intercessio quæsumus, Domine, S. Maximæ Virginis ab omnibus nos peccatis emundet ; et quia ejus festa dignis obsequiis celebramus, ejus intercessionibus adjuvemur. Nicolaus Brautius Episcopus Sarsinæ et Comes Bobii, in Martyrologio Poetico hoc illum exornat disticho :

Eximio sponsi, purique pudoris amore,

Præ reliquis, sponso Maxima Virgo placet.

2 Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ addit eam magnam apud Foro-Julienſes et Aquileienſes totamque ejus diœcesim obtinere venerationem, sed dolet se Acta propria hujus Virginis, si quæ extant, incuria eorum, a quibus ea expectaverat, nondum vidisse. Nil mirum : dum enim Foro-Julienſibus jungit Aquilejenſes, ad quos per meram vanamque conjecturam S. Maximæ cultum extendit ; satis ostendit in æquivoco laborare se, et pro Foro-Julienſi diœcesi in Provincia Gallici, ad sinum Grimaldicum sub Archiepiscopatu Aquensi, intelligere Foro-Julienſem Italiæ Septentrionalis tractum, inter Istriam et Tervisinum territorium, ad sinum Adriaticum, vulgo Frioul ; ubi, post diligentem per se perque amicos conquisitionem,

non Italica,

neque Callidianum vicum neque S. Maximam notam esse asseruit, rescribens mihi vir patriarum antiquitatum studiosissimus, Carniolie inferioris Archidiaconus, D. Joannes Ludovicus Schouleben. Gallicanum Foro-Julium, vulgo Frejus, nomen a capiti sua obtinet, de qua sic loquitur Tecitus lib. 3 Histor. Forum-Julium, inter Olbim et Antipolim conditum, cujus regio Argentio flumine irrigatur, in planitie fecundissima Saliorum Maritimorum. Hinc quatuor vel quinque leucis in Septentrionem eundo, Trans Benconem fluuiolum, juxta Farentiam, Callidianus vicus est, vulgo Callian : ex altera vero parte trans Argentium flumen duo inveniuntur vici, S. Maximæ titulo ac patrocinio noti ; quorum qui propius distat, versus Africum situs est ad sinum Grimaldicum, in promontorio S. Vincentii, atque ex aduerso respicit vicum S. Torpetis vulgo S. Tropes dictum, ubi hodieque in ipso pene litore turritum quoddam propugnaculum est, sub eoque vestigia cellarum in quadrum ductarum, cavearumque et tumbarum velut monasterii alicujus : qui vero longius versus Occidentem, mediterraneus est habetque ecclesiam eidem Sanctæ dicatam ab annis sexcentis aut septingentis, quantum ex vetustate structuræ colligitur ; de qua ecclesia D. Henricus de Suarez, ex suis ad universalem historiam ecclesiasticam observationibus MSS. suggerit, quod sita est juxta castrum de Canneto, estque Prioratus, subjacens Abbatie S. Andreæ secus Avenionem ; ejusdemque ecclesiæ meminit Gelasius Papa II in Bulla data Petro Abbati dicti monasterii, confirmante omnia ejus beneficia et possessiones, Arausicæ. Idibus Decembris anno Pontificatus primo (fuit hic MXXIX a XXI Januarii inchoatus, uti alibi demonstrabimus) ab annis autem circiter quadringentis unita fuit Præbendæ Archidiaconi Foro-Julienſis, cum opulentis in Gassinensi districtu decimis.

3 Ex istis ergo locis aut ex ipso Vico Callidiano oportuisset Vitam S. Maximæ petere, quod intelligo jam fecisse multos, sed frustra ; adeo ut, si qua fuit unquam, omnino periſſe judicanda sit. Interim constat de cultu antiquissimo et possessione sacri corporis, cujus ossa omnia anno MDCXLIII, ipso ejus die festa, jubente Petro Camelino Diœcesano, ex veteri in novam splendidissimamque arcam translata fuere, unum cum pariter asservatis muliebris operis instrumentis, acubus, forficulis, aliisque tam puris a ferrugine nitidisque, velut si primum e fabri manibus prodissent. His accedit membrana vetus, continens Bullam Indulgentiarum, a decem Cardinalibus anno MDXIX datarum ecclesiæ S. Mariæ de Calliano, cum insigni memorie Reliquiarum S. Maximæ. Hujus bullæ egraphum in charta, Aquensis Curie sigillo notata, publici Notarii Bellissen

E

F

sed Gallia,
ubi corpus
habetur.

et Bulla 10
Cardinalium,

mann

A *manu authentice subscriptum, anno MDCLXXV die XXVII Novembris fieri petiit D. Franciscus de Vitalis, Prior Calliani; fortassis ad persuasionem D. Josephi Autelmii, Canonici et Officialis Foro-Julienensis, cujus beneficio ipsum accepimus una cum predicto veteri breviario, per manus nostri P. Caroli Faber Avenione commorantis et nostra cura satagentis apud omnes, quos novit aliquid posse conferre ad Sanctarum gloriam in hoc opere illustrandam. Est autem ipsa Bulla hujusmodi.*

4 Nicolaus Albanensis et Franciscus Prenestinus, Episcopi; Antonius titulo S. Praxedis, Petrus titulo S. Eusebii, Adrianus titulo S. Sabinae, Scaramutia titulo S. Cyriaci in Thermis, et Aloisius titulo S. Clementis Presbyteri, Ludovicus S. Mariae in Cosmedin, Marcus S. Mariae in Vialata, et Amaneus S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi, miseratione divina sacrosanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, universis et singulis Christi fidelibus, praesentes litteras inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera caritatis inducimus, tanto salubrius animarum suarum saluti consulimus. Cupientes igitur ut ecclesia parochialis, forsitan Prioratus, nuncupata B. Mariae de Calliano, Foro-Julienensis diocesis, ad quam (ut accepimus) dilectus nobis in Christo Venerabilis vir Bartholomaeus Delphin, Praeentur ecclesiae Aquensis, et dictae ecclesiae parochialis Prior seu Rector, aut illius fructuum et reddituum perpetuus administrator, singularem gerit devotionem, congruis frequentetur honoribus, et a Christi fidelibus jugiter veneretur, ac in suis structuris et aedificiis debite reparetur, conservetur et manu teneatur, nec non fibris, calicibus, luminaribus, ornamentis ecclesiasticis, et rebus aliis divino cultui inibi necessariis, decenter muniatur; utque Christi fideles inibi eo libentius devotionis causa confluant ad eandem, et ad reparationem, conservationem, mantentionem, ac munitionem hujusmodi manus promptius porrigant adiutrices, quo exinde ibidem dono caelestis gratiae uberius senserint se relectos; nos Cardinales praefati, videlicet quilibet nostrum per se, supplicationibus dicti Bartholomaei, nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis Christi fidelibus utriusque sexus, vere poenitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam in singulis, videlicet S. Maximae (de cujus Reliquiis ipsa ecclesia, ut asseritur, decorata existit) Nativitatis S. Joannis Baptistae, et Assumptionis B. Mariae Virginis, ac Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, nec non S. Honorati festivitibus et diebus, a primis Vesperis usque ad secundas Vesperas inclusive, devote visitaverint, annuatim, et ad praemissa manus perrexerint adiutrices, pro singulis festivitibus et diebus praedictis quibus id fecerint, tantum dies de injunctis eis poenitentibus nunc in Domino relaxamus, praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis: in quorum fidem litteras nostras hujusmodi fieri, nostrorumque sigillorum jussimus appensione muniri. Datum Romae in domibus nostris, anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo decimo nono, die vero septima mensis Januarii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Leonis Divina providentia Papae decimi, anno sexto.

Jo. Balteri

5 *Qui primus hic nominatur Nicolaus Albanensis, ex Phiscorum Genuensium familia ab Alexandro VI primum creatus Presbyter Cardinalis tituli S. Priscae, deinde factus Archiepiscopus Ravennas anno MDXVI; a Sammarthanis in Gallia Christiana inter Foro-Julienenses Episcopos quinquagesimus octavus cense-*

Maji T. III

tur, appellaturque perpetuus Administrator Ecclesiarum Foro-Julienensis et Tolonensis anno MDX nominatus, nec non Praepositurae Piniacensis. Ad haec ergo, tamquam ad Ordinarium suum recurrit Bartholomaeus Calliani Prior, ejusque favore obtinuit, ut ceteri suo quaque nomine angerent desideratas Indulgentias: propterea prius hic signat ante Franciscum Soderianum, eadem cum ipso creatione factum Cardinalem, ex Albanensis autem ecclesiae postremo inter Cardinalatus ecclesiae gradu, ad sublimiorem Praenestinam eVectum anno MDXVI, postea etiam Ostiensem Episcopum. Antonius de Monte S. Sabini, ex creatione Julii II Presbyter Card. tit. S. Vitalis, ad titulum S. Praxedis a Leone X translatus est, tunc Sipontinus Archiepiscopus, postea Cardinalitium Episcopatum quinq;ue titulis, id est omnibus praeter Ostiensem, successive auctus. Petrus de Accoltis, ex eadem Julii II creatione, titulum S. Eusebii nactus, quamvis dignitatum fugiens Anconitano Episcopatu resignasset; plurium tamen ecclesiarum titulos in Hispania, Gallia, Belgia, Italia, ac deique Archiepiscopatum Ravennateusem coactus est accipere, exinde in Ordine Cardinalium Episcoporum ad Albanensem, Praenestinum et Sabineusem thronum eVectus. Hadrianus Gouffier Gallus, ante annos quatuor a Leone X nuncupatus Cardinalis titulo S. Petri ac Marcellinae, recenter ad titulum S. Sabinae transierat. Scaramuccia Trivultius Mediolanensis, eadem creatione donatus Purpura, mansit semper in ea quem prius accepit S. Cyriaci titulo. Idem fecit Aloysius de Rubeis Florentinus, ex eadem Leonis X creatione. Qui et Ludovicus ab Arragonia, Ferdinandi I Regis Arragoniae filius, licet jam inde ab anno MCCCXCVII sub Alexandro VI Dianciam S. Mariae in Cosmedin adeptus, altius ascendere nunquam curavit: de collega ejus Marcus Cornelius Venetus, cum huc usque perstitisset in ordine Diaconali, titulo S. Mariae in Vialata, ad Presbyteralem postea transgressus, obtinuit titulum S. Marci, ac deique Episcopus Albanensis et Praenestinus dictus est. Praefatorum duorum collega etiam fuit hic ultimus nominatus Amaneus de Albreto, Joannis Navarraeorum Regis frater, et in primo titulo S. Nicolai in Carcere perstitit etiam ipse.

6 *Porro inter Dies, quibus Indulgentia addicitur, prima loca exprimitur S. Maximae festivitas, tamquam loci Patronae primariae, ultimo S. Honorati, Episcopi scilicet Arelatensis qui colitur XXI Januarii, tamquam Patroni secundarii, et priusquam assumeretur patrocinium S. Maximae forsitan aliquando primarii, ante scilicet quam crebrescentibus ad corpus et cultum S. Maximae miraculis, sub hujus nominis appellatione celebrari ecclesia capisset (uti frequentius contigisse notamus) vel etiam amplior esset extracta ac denuo consecrata. Incerta porro haeret conjectura, utrum in vico Callidiano vixerit atque abierit Sancta; an vero in littoreo, quem supra diximus, sui nominis loco conversit, ut defunctae corpus translatum eo sit; monasterio, quod istuc extiterat, destructo ac desolato, ad primas forsitan Sarracenorum oris illis factas incursiones secula Christi VII. Ludov. du Four Societatis nostrae insignis haec xvo in Collegio Avenioneusi Theologus (quem miraris in Bibliotheca scriptorum nostrorum, etiam post novissimam Sotuelii recognitionem, praeteritum) in Vita S. Leontii Foro-Julienensis Episcopi ac Martyris, agens de Episcopatu ejus Sede cap. 3 sub finem ita loquitur: Poene exciderat S. Maxima Virgo... nisi illam mihi Pontificis Maximi vocabulum in memoriam revocasset. Eam apud Foro-Julienenses natam educatamque fuisse dubitare mihi suaderet virginum modestia, quae natali contenta solo domus aut cubi-*

culi solitudinem quaerit, et vagas peregrinationes fugit, tamquam plenas periculis et subdolis pudicitiae insidiatrices: nisi S. Torpetis sororem faceret

73 omnium

Callianensi
ecclesiae

in festo S.
Maximae
utrisque,

tantum
Indulgentias an.
1519

Quam
illi?

Ipsa S. Ma-
xima,

F

soror S.
Torpetis
vulgo cre-
data;

E

D

AUCTORE D. P.

A omnium animis infixæ, et a prisco ævo ad nos usque transmissa traditio; quam abjicere non lubet. Colitur S. Torpes, Martyr insignis sub Nerone, die sequenti; et corpus ejus naviculæ impositum dicitur Angelico ductu ad Portum Sinus appulisse, et a Celerina Senatrice exceptum tumulatumque, insignibus claruisse miraculis. Ubi Sinum autem nominatim sumi pro Sinu Provinciæ, sicut ipsa regio Provinciæ nomine velut proprio appellatur, contendunt Galli, contra Hispanos, hanc sibi a S. Torpetis exceptione laudem arrogantes. Qua in contentione veritatem stare penes Gallos licet verosimile sit; non ideo tamen verosimilis fit ejusmodi germanitas, nulli auctoritati innixa, sed contemni meretur velut figmentum levis vulgi, semper proxi od disparatissima quæque combinanda, occasione vicini aut conjuncti cultus.

a nonnullis male confunditur cum Maxima Afræ,

B 7 Simili levitate Eremitæ quidam Augustiniani eorundem partium, facta sibi unper potestate colendi inter sui Ordinis Sanctos Maximam Virginem, Wandali ejusdem in Africa ancillam, confessionis gloria sub Geiserico Rege illustrem, de quo Victor lib. 1. ait quod a tyranno dimissa, mater multarum Virginum Dei, sibi etiam nequaquam ignota fuerit: nuper, inquam, Augustiniani Eremitæ quidam præsumpserunt in sola nominis similitudine fundare conjecturam, quod quia Hunnericus, Geiserici filius, universonasteria virorum ac puellarum sanctarum Gentilibus, id est Mauris, cum habitatoribus donari præcepit (sicut lib. 5 ejusdem Victoris dicitur) fugerit Maxima ista in Galliam cum Virginibus sibi subditis, ibique diem xvi Maji sui obitu consecravit. Sed nescio an id mereatur inter conjecturas utcumque tolerabiles numerari. Non quia alius ei dies, scilicet xvi Octobris, ab Usuardo et Adone atque aliis eos secutis assignatur (hoc enim mero casu factum est, occasione Martyrum cclxx in Africa diu ante passorum tali die, juxta Martyrologiorum omnium vetustissimas tabulas, quæ S. Hieronymo adscribuntur) sed quia nulla est apparentin, quod Victor de fuga Maximæ in Gallias quidquam inaudierit, quam longe verosimilius est pedem numquam extulisse ex Africa, mortuo autem sub exitum anni cccclxxxiv Hunnerico et persecutione cessante, sacrarum Virginum dispersionem collegisse in aliquo desolatorum ipsiusmet Africæ monasteriorum, idque innotuisse Victori, anno post Hunnerici mortem et pacem Catholicis redditam tertio, scribenti historiam suam Constantinopoli, uti vult ejus illustrator Chiffletius, et quidquid in Africa ageretur studiose requirenti ab

et pejus dicitur fuisse soror S. Augustini.

C 8 Porro si parum tolerabili conjectura dicitur, in Galliis obiisse et cultum meruisse hanc Maximam; multo minus tolerabilis erit ineptior alia, qua nonnulli eorundem Eremitarum (sicuti mihi scribitur) asserunt, eam quæ Calliani colitur, fuisse S. Augustini sororem. Quia hoc ne de illa quidem potest præsumi, quam sic laudat Victor, ut videatur dicere, quod cum Italica præda post Romam anno cccclv captam, venerit in manus ejusdam Wandali, idque ætate admodum tenera: utpote quæ adhuc erat puella et corpore decora quando cum juvene Martiniano sibi desponso ejusque duobus fratribus fugit ab eo, cujus universæ domui dominabatur velut æconona: hoc enim plurimum annorum fidelem servitutum supponit, intra quos tantam dominorum suorum inierit gratiam. Adeo ut ejus necdum tricennariæ fuga ad monasterium et hanc secuta præclara confessio, non vileatur accidisse ante unum cccclxx; cum S. Augustinus anno ccccxxx, quando obiit, ætatis suæ annum lxxxvi egerit, matri Monicæ, anno cccclxxxix mortuæ, totis quadraginta annis superstes. Atque hic finem statueram facere, cum ecce adfertur Foro Julio epistola supralaudati D. Josephi Antelmii, ibidem in ecclesia Cathedrali Canonici, multa explicans, quæ ego in pauciora contraxeram;

multa etiam addens, ad genus S. Maximæ et locum D habitationis ejus facientia, quæ necdum cognoveram, quæque jam refutatas inanissimas conjecturas magis evertunt: quare ipsam verbotenus ac fere integram proponendam hic censui: addita Actu seu Processu verbali de novissima Translatione Reliquiarum, quem idem ex Gallico Latinum fieri jussit, suaque subscriptione et sigillo tanquam Officialis generalis roboravit ut authenticum, in Nonas Januarii anni hujus MDCLXXX.

EPISTOLA D. J. ANTELMII

De cultu et patria S. Maximæ.

Meditanti mihi ad Paternitatem vestram scribere, Pater admodum Reverende, advenere mihi R. P. Fabri Litteræ, quibus mihi illud idem consilium datum erat, ex occasione carum quas ex parte vestra accepi nuper, quibus S. Maximæ Virginis gesta actaque omnia, quæ in hæc provincia reperiuntur, communicari postulabatur; quandoquidem ea in præsentiarum prælo paratis. Sero quidem recepi præfati R. Patris litteras: quippe quæ sub medium Aprilis Avevione datæ, Nonis Junii tantum mihi redditæ fuerunt; unde et moram meam excusandum confido, quod forte non tam festinanter, quam res exposcebat, responsum super hoc meum habueritis. Ne autem major fiat procrastinatio, colligo nunc, glomeratimque hic insero, quas in adversariis meis de sancta Maxima annotationes seposueram. Interim partium vestrarum erit hæc omnia ad libram exquisiti judicii quo polles componere; cui sane et quod sentio subdere, et quod definit tenere semper gloriabor. Itaque de S. Maxima Foro-Juliensti difficultas solum movetur ex simili urbium patronymico. Quod enim sit apud Carnos civitas hoc nomine decorata, et Martyrologia omnia S. Maximam apud Forum-Julii coli absque alia expressiore designatione tradant; jure ambigi videtur, an hæc civitas sit Forum-Julii in Phocensi nostra Provincia, an Forum-Julii in Italia. Et posito quod utrobique venerationem S. Maxima obtineat; spectato dumtaxat hodierno rerum statu, nil certi in aliam magis, quam alteram partem colligere forte dabitur: sed si ulterius inquisitio fiat, et altior investigetur antiquitas, pro nobis omnia militare huc usque videbuntur.

Æquivocatio ex nomine Foro-Julii,

F 10 Etenim, ut primo sistam in verbis Adonis, quibus alia Martyrologia utuntur; cum ille præter Forum-Julii, vicum proximum, qui dicitur Calidianus, designet, ubi S. Maxima quiescit et colitur; demonstrandus esset, in Italia et in vicinia Foro-Juliensti civitatis hujusce nominis vicus, Calidianus nuncupatus; quamdiu enim apud eos desiderabitur, hoc supra eam momento pollebunt nostri, quod illum ipsum in diœcesi Foro-Juliensti, nec longe ab urbe, indigent. Sane nondum in Foro-Juliensti tractu Italiæ Calidianum observavi, et nisi me fallant oculi, in exactissima tabula geographica Antonii Magini non vidi Calidianum in diœcesi Aquilensi seu Udinensi: quod tamen præcipuum est in re de qua agitur. Sed etsi fuerit ibidem Vicus Calidianus, ejus tamen antiquitatem sumamque non ostendent illi, qualem nos ab annis ferme septingentis comprobabimus. Videlicet erat Calidianum, seu Calidianus vicus ineunte xi seculo, magni nominis, Principatusque titulo decoratus: Principesque Calidiani inter Proceres Magnatesque Provinciæ eminebant. Nam Guillelmus I Provinciæ Comes eorum affinitatem ambivit, filiamque suam Emmagardam Hugoni Principi matrimonio conjunxit, terrasque multas in dotem assignavit, de quibus iidem conjuges pia donatione, aliquam portionem concesserunt monasterio

F tollitur addito Vico Calidiano,

ante annos 700 Principes suos habente,

nasterio

A nasterio Lerinensi circa annum currentis seculi xⁱ trigessimus, cujus quidem donationis fragmentum habetur in Chronologia Lerinensi p. 2 pag. 152, fusius expressum penes Historicos Provinciae. Illi successit Fulco Dolo, cujus frequens extat memoria sub nomine supremi *Domini Principisque Calliani*, sub finem ejusdem seculi. Ejusdem Principatus nomen per consequentia deinde secula florentissimum fuit, hodieque est: tractus enim ille Calidianensis audit penes nos vocaturque *le Callianez*, sub quo multa insigniaque oppida conscribuntur.

præter quem,
alium nescie-
runt Ado,

B Hinc colligi satis datur, quod, si *Calidiani Principatus* fuit tantæ celebritatis circa decimum seculum: Ado, qui floruit sub finem noni et hæc tempora attigit, quibus in ore famæ erant *Principes Calidiani*, non alium locum et vicum intelligere potuit, quam in Provincia erat, dum *Maximam* in *vico Calidiano* diem obiisse primus scripsit. Quod si ille sanctam Virginem in Italia mortalitatem explesse rescivisset, in ejusdem nominis oppido (cum eundem fugere non putasset in Phocensi Provincia, Viennensi in qua degebat Ado proxima, aliud celebre castrum hoc nomine censer) alia designatione rem expressisset, neque exurxisset imposterum æquivocatio, planiusque fuisset dicere: *Apud Forum-Julii in Italia S. Maximæ* etc. Rursum Petrus de Natalibus, Patria Venetus, Equilinus Episcopus, qui res patriæ suæ ignorare non poterat, Adonem ad verbum secutus est: unde, si tunc, hoc est circa an. mcccc^{lxx} quo floruit, duo ejusce nominis oppida cognovisset, haud dubie aliter locutus esset. Quod sane illum necessario scivisse fatendum est, si (quod mihi ex V. Cl. Henrico de Suares nobili cive Avenionensi, antiquitatis patriæ scientissimo, asseveravit R. P. Faber) Petrus ille Venetus, librum suum de Vitis Sanctorum Avenione elucubravisset. Sic enim neque illi quæ patriæ suæ, in qua Episcopatum Esculanensem, seu Equilinum, Venetæ Metropoli subditum, obtinebat; neque quæ Provinciae, in qua scribebat, singularia erant, ignota esse poterant: quod ergo indistincte *Calidianum vicum* designaverit, argumento est; non alium ab eo qui est in Provincia nostra, intellexisse.

et Petrus de
Natal.

et quem
nunc ostendit
familia de
Grasse,

C 12 His autem plusculum immoror Rev. Pater, quod etiam nostrarum traditio sit, *S. Maximam* obiisse in Castro seu vico ad mare sinus Sambracitani, ab ejus nomine huc usque nuncupato; inde autem ob piraticarum incursionum metum a Principibus Calidiani tractui illi dominantibus extractas fuisse, et in Calidianum castrum translatas. Hinc Calidiani Toparchæ ipsam *S. Maximam* ex sua prosapia genitam volunt. Nam qui hodie ex hac stirpe ortum ducere gloriantur, quique re vera præterito seculo hac Dynastia potiebantur (sunt autem quos a *Grassa* nuncupamus, Gallice *de la maison de Grasse*, illustris sane et probatæ antiquitatis ab an. scilicet m^c, ut videre est penes Historicos Provinciae) tamquam continuata majorum ad posteros traditione, *S. Maximam* ex communi stipite ortum duxisse constanter tenent. Tamque alte illud gentis ejus animis insidebat, ut, cum ex bellorum ingruentium occasione beatæ Virginis morticina in urbem translata fuissent; Ludovicus de Grassa, magnus Provinciae Senescallus et Vicegubernator, circa an. m^oxvii Forum-Julii manu militari, cum sex millibus peditum aut equitum (quæ erant copiae Provinciae quibus præerat) ingressus fuerit, vique extractum sanctum Corpus in *Vicum Calidianum* reportaverit; hac unica de causa tam incensus, quod ipsa ex sua prosapia oriunda, ejusdemque esset Tutelaris. In cujus sententiæ præsidium, vidi ego in capsula reliquiarum sanctæ Virginis, quæ jubente Illustriss. Antistite Antonio Benedicto de Clermont aperta

S. Maximam
ut suam
Gentilem co-
lit.

D fuit anno elapso, quamdam arculam, in qua reposita erat quedam suppellectilis ejus pars: quæ capsula extus insignita est sento gentis de Grassa, quod constat duobus canteris coccineis in campo aureo, et insignibus civitatis Forojulii, quæ sunt crux argentea in campo rubeo, cum assuto senti capite tribus Franciæ liliis decorato. Observabam insuper nuper divertens in castro de Cabris Dioceseos Grassensis seu Antipolitanæ, cujus dominium possidet Dominus J. de Grassa, pictam imaginem *S. Maximæ* antiquissimam, manu una palmam, altera sigillum cum insignibus familiæ de Grassa exhibentis. Atque hæc imago servatur in aula domus ejusdem Toparchæ. Quæ quidem etsi hujus Gentis fidem hand usquequaque comprobent; illud saltem evincunt, *S. Maximam*, non uti exteram, sed tamquam popularem et conterraneam a multis retru seculis cognitam fuisse; illudque pro certo haberi debet, Principes Calidiani seu eorum posteros, aut qui ex iis jus in hunc vicum obtinuerunt, *S. Maximam* quæ ibidem decessisse tradebatur, in Patronum ac Tutelarem suscepisse.

EX M3-

E 13 Ceterum quam sit in urbe et diocesi sanctæ Virginis cultus perantiquus, paucis nunc libet expendere. Et primo adverte ejus memoriam haberi in chartulariis Capituli, in quodam instrumento permutationis inter Præpositum Forojuliensem et Abbatem Lirinensem habito, quo præfatus Abbas anno mccc^{xxii}, de consensu Monachorum, cedit Capitulo Forojulensi quæcumque habet Lirinense monasterium in *tenemento Forojulii, Pojeti, Rocabrunæ et S. Maximæ, et castri de Miramarsi*, quæ singula territoria circa sinum Forojuliensem seu Sambracitanum interjaacent; ut nulla suspicio esse possit, tenementum *S. Maximæ* hic expressum, aliud esse ab hac parochia ad littus maris, quæ ab ea nuncupatur vulgo *S. Maxime*. Dum audit Rev. Vestra territorium illud *S. Maximæ* a Lirinensibus occupatum tum fuisse, forte hæc cogitatione mecum pulsabitur, illud ex iis terris fuisse, quas *Hugo Calidiani Princeps* monasterio Lerinensi dederat ante annos ferme ducentos. Sane, ut dixi, constans traditio est tractum illum ad Calidiani Principes olim attinuisse indeque oppido firmaretur, *S. Maximæ* ibidem quiescentis sacrum corpus jure ab iisdem Dominis in alium locum, ab infestationibus maritimis searum reportatum esse. Sed quidquid de ea conjectura fuerit, illud constat, sanctæ Virginis nomen et memoriam xiii seculo in diocesi nostra viginisse ex chartulariis nostris et Lirinensibus. Atque his etiam antiquiora suppetunt monumenta. Nam ad Occidentem, vigesimo ab urbe milliario, extat vetustissima Basilica, cum magnis ædificiorum rudibus, ubi monasterium fuisse constanter traditur, sub *S. Maximæ* invocatione, latifundiis maximi proventus circumpositis dotata; unde appendix Sacerdotii seu Prioratus Ecclesiæ parochialis de Caneto conflatur, e qua, utique pinguissima, certum frumenti canonem quotannis Archidiacono Forojulensi tenetur exsolvere Rector parochiæ. Porro sacellum illud, nimia vetustate pæne collapsum, ante annos septingentos constructum facile judicabit, quisquis viderit: quæ omnia his etiam temporibus antiquiorem sanctæ Virginis cultum in nostra regione satis produnt.

E
Hujus antiqua
memoria in
chartulariis,

F
pervetustis
rudibus,

14 Quod superest, in Ecclesia Forojulensi ejusdem veneratio non est recentior. Viderit jam Rev. V. in Breviario nostro, cujus exemplar R. P. Fabro eidem mittendum tradideram, *S. Maximæ* festivitatem ad xvii Kalend. Junii assignari sub ritu semiduplici, qui dies ab indicto Martyrologio Romano et aliis non discrepat. Observaverit etiam ejusdem invocationem in Litanis Breviario præfato insertis

EX MS.
et Litanis.

A insertis; sed antiquissimas nactus sum nuper in Archivo Capituli, in codice MS. membraneo optimæ notæ, qui inscribitur (sed recentiori manu) directorium Ecclesiæ Foro-Julienensis, quod in eo ordinentur Officia majoris solemnitatis. Quamquam autem codex ille canæ antiquitatis videatur, et ante annos quingentos scriptus; Litanæ tamen illis in alia membrana assutæ majorem antiquitatem exhibent: nam majuscule caractere, eoque in multis præ vetustate oblitterato, conscriptæ sunt. In his veneranda *S. Maximæ* memoria hoc ordine legitur. *S. Moria Magdolena, S. Perpetua, S. Felicitas, S. Agatha, S. Agnes, S. Lucia, S. Cæcilia, S. Scholastica, S. MAXIMA, S. Tecla, S. Christina, S. Margarita, S. Catharina, S. Fidis, omnes SS. Virgines, omnes SS. Viduæ et Continentes.* Ita præfatæ Litanæ: quæ ex alio capite mihi etiam perantiquæ videntur, quod neque in sanctis Martyribus aut Confessoribus ibi invocatis enuntientur ulli, qui post x seculum floruerint, uti et de sanctis Virginibus observari potest. Etenim *S. Francisci* nomen subjectum fuit, adeoque et ad marginem alia manu scriptum novissime. *S. Maximæ* itaque memoria florens ultro perhibetur in Ecclesia Foro-Julienensi circa decimum seculum: B atque vel ex eo solo, nisi constaret ex Usuardo et Adone, satis colligi posset, eam obiisse longe ante invasionem Saracenorum in Provinciam, hoc est ante annum dccxc, quo ad sinum Sambracitanum arcem illam, atrocissimi nominatissimam, a Fraxineti dictam, ædificarunt: imo et ante id tempus, si hic decessit, alio translatum esse corpus illius.

Vitæ acta
nulla nunc
inveniuntur:

15 Porro cum infaustis istis temporibus Ecclesia Foro-Julienensis omnia documenta sua amiserit in conflagratione civitatis, quæ a Saracenis ferro et igne ita est vastata, ut *ad nihilum redacta dicatur, solo Episcopatus nomine in ea remanente* (quæ sunt verba authentici rubei in archivo Episcopali servati, et penes Antonium de Ruffy Sammartanosque, ni fallor inserti) mirum non est si beatæ Virginis Acta in ejus chartulariis desiderentur. Inquisivi ea diligenter Calidiani in cursu visitationis D. Episcopi; in cujus comitatu, Officialis Foro-Julienensis partes sustinens, aderam. Sed neque in capsula, in qua asservantur ejus Reliquiæ, quam sedulitate maxima per integram horam volutavi; neque inter documenta prioris Ecclesiæ parochialis, quæ mihi ultro communicata sunt, quidquam de gestis ejus nactus sum, præter autographum Bullæ, cujus Rev. Vestræ jam copiam feceram. Audio penes eam transumptum ejus diplomatis multa auctoritate valere, et jure quidem: nam (quod etiam observare conveniens est) qui prior inter decem Cardinales, indulgentiam concedentes, nominatur Nicolaus Albanensis, is erat Nicolaus de Flisco Foro-Julienensis Episcopus, qui Ecclesiam illam, cujus fuerat Præpositus et Vicarius Generalis sub Urbano fratre aut Patruo, regebat ab an. mcccxcv, vigilantissimique Pastoris partes exequabatur; quique adeo res suæ dioceseos, quam sæpius lustraverat, apprime norat. Unde cum Cardinalis creatus, cum aliis Collegis, Indulgentias concedit an. mxxxix, pro *parochiali Ecclesia de Calidano*, quæ *S. Maximæ reliquiis decorata* dicitur, rem ille exponit, quam per se ipsum sciebat: et si tunc de eo dubitatum esset, haud quaquam gratiam illam impertisset vir religiosissimus, doctrina, pietate, et rerum peritia ab omnibus historicis commendatus.

quod Abbatis
tissa fuerit
non constat:

16 Sunt qui asserant *S. Maximom*, in sinu Sambracitano ubi extat vicus et ecclesia sub ejus invocatione, rexisse per multos annos Virginum cœtum, ostensis ob id cœnobii amplioris rudibus, in villa cujusdam rusticani, ubi observata sunt nuper cujus-

dam dormitorii cellarumque vestigia, quæ non nisi D communem vitam degentium habitacula esse poterunt: in quam sententiam ecclesiæ Parochus, satis diligens rerum harum investigator sic concedit, ut pro ea tamquam pro ara et focus militet, meque ad eam scriptionis alicujus monumentis firmandam sæpius invitet. Sed etsi de cœnobio, ibi olim fundato, ei aliisque consentiam: non tamen mihi huc usque probatum fuit, ibi beatam Virginem præfuisse, idque potius Virginum quam Virorum Asceterium extitisse. Quapropter in editione Codicis proprii Sanctorum Ecclesiæ Foro-Julienensis, cui elucubrando ab Episcopo et Clero Præpositus fueram, malui *S. Maximæ* intacta vitæ Acta relinquere, et ad commune Virginum, Officium ejus assignare, quam hæc aliaque incerta prorsus vulgare. Obtinui tamen, ut sub ritu duplici celebraretur, dum Antistiti, ejus reliquiarum aperiendi capsulam, auctor fui, ut ex ea insignem quamdam earum partem in Cathedrali deponendam erueret; quod et fecit. Habemus itaque nunc unam de costis ejus, cum aliis sacrorum ejus ossium particulis. Ceterum præter præfatam Ecclesiam parochialem de Calidiano; et alteram parochialem *S. Maximæ*, in vico ab ejus nuncupatione, ad maris litus; basilicamque et sacerdotium *S. Maximæ de Caneto*, vulgo *le Canet*; non invenio in Provincia pagos aut ecclesias ab ea denominatas. Nam qui in tabula Chorographica Provincie vicus, juxta Forcalqueriense oppidum, *S. Maxime* inscribitur, de *S. Maximo Episcopo* debet intelligi, et ita intelligitur. In diocesanarum autem Ecclesiarum chartulariis, quæ in cursu Visitationis sedulo examinavi, *S. Maximæ* memoriam adverti in pervetusto Calendario Ecclesiæ Collegiæ Barjolicensis, vulgo Barjols (ubi *S. Marcelli Diensis Episcopi* corpus quiescebat) fundatæ per Raymbaldum Arelatensem Episcopum an. MLXI, ubi ejus festivitas assignatur etiam ad xv Kalend. Junii.

hodiernus
cultus ejus
in foro-Julienensi
Cathedrali,

E

17 Hæc sunt omnino, quæ hætenus inter legendum occurrerunt, Pater eruditissime: hisque qua litterarum, qua ædificiorum monumentis *S. Maximam* nostram agnoscimus; et uti gentilem nobilis stirps de Grassa, nos uti popularem invocamus, ex constantissima et supra omnem memoriam traditione. Nescio an probatiora habeant Itali, qui eam pariter suam faciunt. Sane in nullos incidi, qui aliqua auctoritate factum probarent: ipseque Ferdinandus Ughellus, qui hoc seculo Italiam sacram descripsit, cujusque opus ut vetera Ecclesiarum monumenta, quæcumque extant, investigaret, satis postulabat, dum de civitate Foro-Julienensi et Collegio Canonicorum ibi constituto satis prolixè loquitur, ait quidem, eam illustratam fuisse morte *S. Maximæ*, at non nisi Romani Martyrologii verbis sententiam firmat: quod sane arguit Ecclesiam illam meliorem hoc titulum non habere. Sed factum forte est, ut R. V. quæ undique gentium vetera documenta in rem suam conducentia inquirat, de *S. Maximæ* quædam ab Foro-Julienensibus Italis communicata (si quæ tamen habent) nacta fuerit, quod sâne percuperem; ut utraque audita parte, judicaret inter nos et illos, et contradictorie, ut aiunt, definiret, ne deinceps in hanc quam feret sententiam audeat quispiam insurgere, movereqne limites, quos ipsa posuerit: quod sane me haudquaquam molitum ire, ob eam scientiam, perspicacitatem, aliasque insignes animi dotes, historiam sacram tractantem decentes, quibus eam Venerabilemque Magistrum, studii, laboris et gloriæ ducem, eminere scio, et initio testatus sum, et finem faciens iterum testor. Nolumus, ut pie suo more dixit Augustinus libro de vera religione cap. 53, *ut sit nobis religio in phantasmatis nostris: melius est enim qualecunque verum, quam*

et Barjolicensi Collegiata:

contra hæc
nihil Itali
proferunt.
F

A *quam omne quidquid pro arbitrio fingi potest : melior est vera stipula, quam luc inani cogitatione, pro suspirantis voluntate, formata.* Præstet Deus O. M. ut opus immensum, arduum et intentatum, ad majorem ejus nominis gloriam tanta vestra laude, tanta Christianæ Reipublicæ utilitate susceptum, et ad umbilicū dimidiatum, absolvere possit : renovet ut aquila juventutem ejus, faciatque illi cum iis partem, quorum gloriam tanta cura et felicitate promovet. Ego interim, ingentium exemplorum parvulus imitator, quam nactus sum Spartam adornare satagam ; hoc est, recensionem Sanctorum Ecclesiæ et dioceseos Foro-Julienensis, vestri gratia inceptam, pro modulo meo perficere festinabo ; quo me magis semper ad obsequia omnia erga Paternitatem Vestram, quam impense colo, paratissimum esse noseatis. Foro-Julii v Id. Junii A. D. MDCLXXIX.

TRANSLATIO

Facta anno MDCLXXIII, et authentico iustrumento signata

B **N**os Andreas Leget, Presbyter, in sacra Theologia Licentiatus, Vicarius perpetuus Ecclesiæ Cathedralis civitatis Foro-Julienensis, Commissarius delegatus a Reverendo in Christo Patre D. D. Petro de Camellin, Episcopo et Domino Foro-Julienensi, notum facimus ex potestate nobis facta per decretum datum hoc præsentis an. MDCLXXIII et XIX Februarii, hac subscriptione communitum Petrus Episcopus Foro-Julienensis, et infra Benoist Graphiarius ; ad instantiam et requisitionem Consulum seu Syndicorum oppidi Calidiani, e civitate Foro-Julienensi ad præfatum oppidum concessisse, die XV Maji ejusdem anni ; et postridie, hoc est XVI ejusdem mensis in quam recurrit dies festus Sanctæ Maximæ, requirantibus iisdem Syndicis ad ecclesiam Parochialem nos contulisse ; ubi post sacrosanctum Missæ sacrificium, ibidem a nobis celebratum, in præsentia D. D. Antonii Tardien Presbyteri Parochi seu Prioris, Joannis Guerin, Petri Digne Barjamonensis Presbyterorum, ecclesiæ Parochiali funulantium, Henrici Aubanelli Presbyteri Calidianensis, Frederici de Villanova Presbyteri et Prioris oppidi de Cipieres ; cum ibidem etiam astantes essent Alexander et Claudius de Villanova fratres Equites Ordinis sancti Joannis Hierosolymitani, Domicelia Francisca de Villanova, Domina de Turretis juxta Vintium Nerusiorum, nec non castri Calidiani : Domicella Francisca de Villanova, Domina de Broves et Calidiani, Domicella Claudia de Grassa, Domina de Clumans et Calidiani, Petrus Castillon, I. V. D. Judex præsentis oppidi ; Joannes Bellissen, Regius Tabellio, Antonii quondam filius, Locum-tenens seu Projudex ; Petrus Bouge, Syndicus ; Paulus Castillon et Antonius Issaurat, Assessores ; Antonius Baudouin, olim exceptor Regius ; Jacobus Leget, Petrus Felix, et Andreas Senequier, prædiorum Æstimatores, Consillique ordinarii Assessores ; Joannes Canety, Notarius Regius ; Joannes Bellissen, Chirurgus ; item Joannes Bellissen, Notarius Regius præfati Joannis filius ; Henricus Bellissen, carminator ; Andreas et Antonius Spitalier, Fratres ; Antonius Merle, Joannes Baudouin, Joannes Bouge faber serarius, Petrus et Henricus Bellissen fratres, alique ex præcipuis oppidanis ; aperuimus armarium, ferreis cancellis munitum, in sacello Sanctæ Maximæ.

19 In quo cum invenissemus capsulam observatam, et ad majus altare detulissemus, assuetis ceremoniis rite observatis ; præfatum capsulam reseravimus, in qua ossa et sacras Sanctæ Maximæ reliquias mox memorandas reperimus. Et primo pyxidulam figuræ rotundæ, in qua invenimus linteamen quoddam album satis amplum, in cujus pyxidulæ ambitu depicta sunt quasi insignia, Aquila, Draco, Leo, Cervus et Lepusculus ; Item aliam pyxidem ligneam, in qua erat sudarium album, cum costula, seu ossuaria quadam particula : aliud linteolum cum tæniolis, ex rubeo, viridi, croceoque coloribus : quoddam exiguum textile, gossipio sericum acu concinnatum : item cistulam, in qua repta est quædam chartula scripta, quam legere non potuimus, cum quadam ossis particula, bombycino multio involuta : quæ quidem cistula suo operculo munita est, in cujus meditullio depictus est flos lili, insuperque insignia civitatis Foro-Julienensis, quæ duos Canterios exhibent, et insignia oppidi Calidiani. Quæ linteæ, sudaria, tæniolæ, ossa seu reliquias in memoratis pyxidibus deprehensa in iisdem inclusimus, ut antea asservanda. Et continuo in eadem capsula reliqua Sanctæ Maximæ ossa, seu sacra reliquiæ, conspicuæ nobis fuere : videlicet ossa duarum tibiarum, totidem coxarum, item spina dorsi integra, duæ scapulæ, cæca unica, calvaria, pluresque capituli particulæ, quarum aliquæ ex parte contusæ, aliæ quibusdam dentibus adhærescunt, quorum omnium enumeratio a nobis facta, ad censa processit, haud quaquam in eo computo ossibus supra expressis comprehensis.

20 Atque sacra illæ Reliquiæ, circumstantis populi conspectui expositæ, incluse mox fuere cum duabus designatis pyxidibus in nova capsula, Universitatis sumptibus elaborata ; hancque recentem capsulam, a nobis præclusam et crystallino vitro in antica parte exornatam, in eodem armario sacelli ejusdem sanctæ Virginis reverenter deposuimus. Porro clavem qua capsula ipsa ocluditur præfato Petro Bouge Syndico concedidimus : ex duabus autem, armario ferreis cancellis obducto appositis, altera præmemorato D. Tardien Parocho, altera eidem Petro Bouge commissa est, quatenus eas debite servarent. Et paulo post in generali processione, fieri solita ob festi Sanctæ Maximæ celebritatem, eadem capsula solenni pompa debitisque honore et reverentia delata est, et posthac in armario assueto locata, clavesque a Parocho et Syndico prænomiuatis receptæ sunt. In quorum omnium pleniorum fidem, nos Vicarius et Commissarius cum D. D. Parocho, Presbyteris, Dominis, Dominabus, Judice, Syndico, aliisque superius expressis e primoribus Calidiani, acta hæc seu processum verbalem subscripsimus, Balthazarisque Baudouin Tabellionis Regii Calidianensis subscriptione muniri curavimus. *Sequuntur deinde subscriptiones singulorum, pro quibus sit attestatio interpretis his verbis concepta :* Ego Josephus Vuiras Presbyter, in seminario Episcopali Foro-Julienensi sub titulo S. Leontii sacra Theologiæ Lector, testor, me ex commissione et mandato. R. D. Officialis Generalis Foro-Julienensis Acta Translationis S. Maximæ Virginis, in Archivo Ecclesiasticarum insinuationum asservata, ex Gallico in Latinum ad verbum sincere reddidisse : Foro-Julii decima die Dec. an. MDCLXXIX.

D
EX Mss.
apertu arca
S. Maximæ

recognoscit
et enumerat
singula in-
clusa posita,

E

eaque trans-
fert in no-
vam capsu-
lam

F
condito de re-
lota instru-
mento.

coram mul-
tis testibus,

16 Maji

DE S. CARENTOCO SEU CERNATHO

O.P.

EPISC. ABBATE IN WALLIA ET HIBERNIA.

SEC. V.

Vr'a a Dugdalo cruta ex MS. Cottoniano

In Wallia, olim Britannia secunda, aut Cambria dicta, Austrum versus, ad mare Britannicum provincia est. Ceretica quondam, nunc fere Cardiganensis Comitatus nuncupata, ubi pluribus exposuimus ad Kalendas Martii ante Vitam S. Davidis Episcopus Menevensis, ex regio ibidem stemmate prognati: ex quo etiam, sed oliquanto citius, ibidem exortus est S. Carentocus; Hibernis, cum apud eos postea sanctitate vigeret, Cernathus. Hujus vitam ex Cottoniana Bibliothecæ MSS. codicibus eruit, nobisque describendum curavit, optimus eruditissimusque senex Wilhelmus Dugdalo Warwicensis, supremus per Angliam Rex, ut vocant, Armorum, bene de patria sua meritis editione Antiquitatum Warwicensium, et monumentorum Paulinæ apud Londinenses ecclesiæ, aliorumque hujus generis librorum, sed imprimis grandium tomorum, sub titulo Monastici Anglicani; cujus vel solum frontispicium consideranti apparebit, quom bene de Catholica religione, licet ipse necdum Catholicus, sentiat. Nempe supra caput SS. Gregorii atque Augustini, Apostolorum Angliæ, hinc Prisca Fides et Pietas ponitur, cognoscenda ex fructibus; inde Antiquitas, caput inter nubila tollens, lucem ex vetustis codicibus occipit; subtus vero hinc supplex ante aram Rex pius, Deo et Ecclesiæ monasteria dotat extruitque; inde Rex impius, ore superbo intonans, Sic volo, spoliatarumque ac desolatorum jussu suo cænohorum ruinas minaci sceptrâ stans ostentat: uter autem omnibus placere magis debeat, declarat sumptum ex Ovidii Metamorphosi lemma.

Non omnia grandior ætas,
Quæ fugiamus, habet.

Idem cum initio tomæ primi de prima monachorum institutione egisset, antiquitatem instituti sanctitatemque commendans ex Veterum sententia, eidem deinde tomo operæ pretium censuit subjungere, quid de monasteriorum subversione censuerint Neoterici etiam Reformati, ut ii scilicet appellari volunt.

2 Hic ergo Dugdalo, accepta operis nostri notitia propositoque laudato, in summa sua utilissimisque studiis occupata ætate, primum quæ noverat nobis utilia prolixo indicovit catalogo; deinde quæ ex eo deesse Musæo nostrum significavimus describi curavit, atque inter alias Sanctorum variorum Vitas, etiam S. Carentoci, ipsam illam quam Joannes Tranemuthensis contractius oliquantulo transcripserat, et Joannes Capgravius emisserat in lucem, unde eam accepit recuditque noster Michael Asfordus in Annalibus Ecclesiæ Britannicæ ad annum 480 num. 7. Eundemque Camdenus in suo Britannicæ Apparatu et Usserius cap. 17 de Britannicarum Ecclesiarum primordiis pag. 847, allegant: nec parum ei videntur tribuere, quamvis non ignororint, ipsam ut ceteras fere Wallensium et Hibernensium Sanctorum Vitas, scriptam esse a longe posteroribus auctore, ex popularium traditione, non exiguum fabulositatis speciem addere solita rebus etiam verissimis, insulso prorsus modo et circumstantiis plane fatuis eas vestiendo. Hinc fit ut istiusmodi Vitas non aliter operi nostro inseramus, quam ut legendas magna cum indulgentia ergo simplicissimas gentes, et tandem solum tolerandas, quamdiu certiora et lectu digniora monumenta desunt, ex quibus aliqua Sanctorum illorum hauriantur notitia; cum ad hoc saltem serviant, ut publicam earum in populo venerationem antiquam, superinductis hæreson nebulis obscuratam, faciant iterum splendere apud

contracta extat apud Capgravius:

qua rationem hic ea ponatur.

posteror, deque loco ne tempore, quibus vixerunt ac obierunt, subinde curiosum plimque lectorem adocrant.

3 Sic ipso in principio Vitæ hujus dicitur Omnibus hominibus in Deo credentibus veneranda solennitas, quando assumptus est in cælum R. Carentocus: in fine autem quod perrexit in Hiberniam insulam (ex Ceretica scilicet patria sua) et sepultus est xvii Kalendas Junii: quem etiam cultus ejus diem assignat Martyrologium Sarisburiense apud Colganum, in Appendice ad Acta S. Patricii cap. 4 num. 8, addens hujus nepotem ex sorore Darerca fuisse, quod non facile nobis persuaserit, ottento utriusque natalium loco longe invicem dissito, et generis conditione nimium dispari. Richardus Walfordus in Martyrologio Anglice excusæ sub annum mxxxv. Carantarium quoque ad diem xvi Maji refert; ut mirum sit quod Joannes Wilsonus in priori Martyrologii Anglicani editione omiserit S. Carentocum, in posteriori rejecerit ad sequentem xvii Maji. Ad ætatem ejus quod attinet, dicitur in Vita quod in istis temporibus, (quibus scilicet S. Carentocus comitatus est S. Patricium in Hiberniam) Scotti superaverunt Britanniam triginta annis ante natiuitatem S. David, quam eum censuerimus referendam in annum ccccxlvi consequens foret, dictum Sanctorum ingressum in Insulam pertinere ad annum ccccxlvi Sed hoc parum nos movet, qui in Appendice ad Vitam S. Patricii xvii Martii § 4, ostendimus fidelium non esse isti xxx annorum spatium, quo in signanda Sanctorum suorum Chronologia tam frequenter utuntur Hiberni, gratis eum ossumere in multis convicti. Ivit quidem isto anno secundum nos in Hiberniam Patricius, sed solus; et barbaris ad ejus prædicationem obturantibus aures, rediit unde venerat, majari potestate opus sibi esse existimans, quam ante annum ccccxxxiii non obtinuit. Itaque Usserius ista huc refert. Sed neque tunc plures quam novem socios in Hiberniam duxit S. Patricius. Cum igitur dicatur de ipso et Carentoco in hujus Vita, quod multi Clerici ambulabant cum illis, ita ut oportuerit ambos ab invicem separari; ad illum potius, quo S. David nutus est, annum Carentoci ingressum in Hiberniam distulero: quia tunc, uti in Chronologi Patricianæ historie dixi, ab excursionem Romana relictus Patricius, prædicavit in Britannia Occidentali, monasteria ordinavit, sociasque in Hibernicam messem auxiliares complures secum traxit.

4 Notandum est porro, quod qui vitam hanc in formam sermonis, sicut eam hoberimus, pro festivitate Sancti redegit, exordium ejus totum abstulit, et proprium quoddam brevius composuit. Idem tamen, aut ii qui Codicem Cottonianum descripserunt, vetustius exordium, ne periret, posuerunt ad calcem: quod minime sibi sequendum ratus Tinnemuthensis, ipsum denuo loco suo restituit, sed prudenter omisit generationum seriem, per gradus viginti ductam usque ad Belum filium Annæ, quam dicunt esse consobrinam Mariæ Virginis. Nos Tinnemuthensis exemplum ita sequemur, ut neque posterius exordium omittamus, neque expungamus quidpiam, quo manifestior fiat nostræ censuræ sinceritas; meliusque discernat lector, quid et quatenus credibile sit: qui saltem nimis oblectandi causa videbit specimen ingeniorum Hibernicorum et Wallensium in comminiscendis genealogiis; quas hodieque poetæ illorum tanto cum supercilio decantant, ac si mera oracula funderent, circumducentes auribus credulum vulgus et marsupia emungentes eorum, quibus suave est a tot

Cultus 16 Maji.

E

Transiit in Hiberniam cum S. Patricio non an. 413

aut 433

sed 445. F

Fabulosa ejus genealogia.

seculis

A *seculis repetitos majores suos recensevi, grandia nihiloque veriora familiae suae probra audituri ab iisdem, si manum contraxerint largitricem.*

VITA

Multae fabulositatis suspecta.

Ex MS. Bibliothecae Cottonianae Londini, sub effigie Vespasiani A 14. Fol. 90.

EXORDIUM ANTIQUIUS.

Quodam tempore fuit vir nomine Keredic. Rex erat hic vir, et habuit multos filios : quorum unus erat Carentocus nomine, filius Keredic, Mak Cuneda, Mak Ethern, Mak Patern, Pes a Ludant, Mak Tacit, Mak Kein, Mak Guorchem, Mak Doli, Mak Gurdoli, Mak Donni, Mak Guordonni, Mak Amguoloie, Mak Amguerit, Mak Omnid, Mak Duhunn, Mak Britguenin, Mak Eugen, Mak Aballath, Mak Canabeth, Mak Beli, et Anna mater ejus, quam dicunt esse Consobrinam Mariae Virginis. Cuneda igitur filios habuit : Tipipann primogenitus, qui mortuus fuit in regione b Mann Gudodin, et non venit huc pater suus Cuneda et fratres sui : sed Meriann filius ejus divisit possessiones patris sui inter fratres suos. Secundus Ismael, tertius Kumann, quartus Dunann, quintus Keredic, sextus Abalach, septimus Emman, octavus Dugmaile, nonus Etern. Hic est terminus eorum, a flumine quod vocatur c Donbyr duin, usque ad aliud flumen quod vocatur Guonn : et tenuerunt plurimas regiones in occidentali Britannia. Keredic autem tenuit Kereditiam, et ab illo nuncupata est. Et postquam tenuerat, venerunt d Scotti, et pugnaverunt cumeis, et occupaverunt omnes regiones. Keredic autem senex erat. Et dixerunt ei seniores. Senex es, Domine, tu non potes dimicare, oportet vos unum ordinare Regem de filiis tuis. Quis est senior? [Dixit eis] Karentoc. Dixerunt : Oportet illum esse Regem. Karentoc autem plus diligebat Regem caelestem terreno regno, et Domini sui voluntatem quam humanum favorem : et ille postquam audivit, fugam iniit, ne invenirent eum. Prius autem emit meliorem e baculum cum sacculo a quodam paupere, et venit in locum qui dicitur Guerit-Carantanc, et mansit ibi per aliquod tempus, et voluit illic orare Deum. Et quando ibi esset et cum operari voluisset, venit Columba, traxit omne quod cadebat de baculo quotidie. Et ille dixit : Domine, quo trahit? Atque pepigit in mente : Vadam, et videbo quo trahit hoc. Et surrexit, quo ibat, per silvam, per saltum. Venit Columba, descendit in loco ubi est ecclesia hodie, et dimisit illic. Et ille vidit et dixit : Hic oportet me esse, quia Deus voluit : et mansit per aliquod spatium, ubi devotas Deo persolvit gratias.

EXORDIUM POSTERIUS.

Veneranda est hujus diei solennitas, omnibus hominibus in Deo credentibus, quando assumptus est in caelum B. Carentocus, Ceretici filius : qui ex Christo vicinis parentibus altus est, secundum dignitatem seculi : nam facile est generationem illius deducere ad Mariam matrem Domini, quo nemo inter Reges Britonum altior habetur. Sed ad regna terrena tendere noluit.

HISTORIA VITAE.

Ab annis pueritiae habuit innocentiam, et postea abiit in speluncam Edilo, legitque lectiones Cano-

nicas de nova et veteri Lege. Deinde perrexit ad Hiberniam insulam, Patricio antecedente. Isti autem convenerunt unatim, et collati fuerunt unatim, ut dicitur, Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum. Consilium autem fecerunt inter se quomodo agerent : et dixerunt ut separarentur unus ad sinistram, et alter ad dexteram ; quia multi Clerici ambulabant cum illis g.... Et perrexit Carentocus ad dexteram partem, h Patricius autem ad sinistram, et dixerunt ut convenirent una vice in anno. In istis temporibus i Scotti superaverunt Britanniam ; nomina Ducum quorum, h Briscus, Thubaius, Machleves, Auxatus triginta annis ante nativitatem S. David filii l Sant. Bene Carentocus susceptus est in Hibernia : non est enim difficile Deo ducere servus suos. Angelus Domini comitabatur secum in figura columbae : et mutavit nomen ejus in lingua eorum Cernath : et exaltatae sunt ecclesiae et civitates sub nomine ejus in regione m Legen. Et quocumque isset, virtutes et prodigia faciebat innumerabilia. Ex nutu Dei sanavit multa hominum millia, variis doloribus impleta, caecos, claudos, lunaticos, atque his similia : quem Deus summis sedibus ditavit et mercedibus, regnaturum felicibus caelorum cum principibus.

4 Beati Cernuachi opera n leguntur in Hibernia per totam patriam, sicut leguntur in Roma B. Petri Apostoli prodigia perfectaque vita. Aequatur Apostolis, ut legitur ; ite, docete omnes gentes : Et gratia quae data est Apostolis, in illi impleta est. Quaecumque solveritis supra terram, erunt soluta et in caelis, et quaecumque alligaveritis supra terram erunt alligata et in caelis. Talis itaque est timendus et adorandus, qui potens est in excelso throno ex bono opere, et potens salvare corpora in terris, ab omnibus languoribus. Fortis fuit et fidelis, in pace ministrabilis : mirum namque in modum consimilis fuit Angelis ; sub praesentia solis fortis miles, mirabilis, spiritalis, summus Abbas, longanimis praeceptor fidelitatis, justa nuntians omnibus justis, praeco regni caelestis. Vixit per annos multos : incredulis peccatorum crimina demisit. ut mererentur omnes sedere in summo poli, gratias Deo referens : precesque per dies singulos atque noctes immuneris fundebat, ferventissimas, sanctas, atque saluberrimas. Hic est [Deo] carus Cernacus : adjunctus quippe caelitus ac ditatus divinitus magnis Dei muneribus, cujus nullus interitus pie fecit hominibus. Invenit vero gratiam, labore magno quaesitam, piam atque purissimam, signatam per parabolam lucernae lucidissimae ; cum Pastor Ecclesiae candelabra aurea mirifice continebat Ecclesiastica. O Pastorem levissimum ! O o Episcopum, sanctum ac pudicissimum, Petri opera sequentem in Sede Apostolica, Paulumque in doctrina, deducens multas regiones ad fidem. Sic Carentocus deduxit Regiones Hibernensium, irretitos retibus p magorum, eorum Regibus honoratus.

5 Et postea q venit iterum ad suam propriam Regionem Kerediciam, ad suam speluncam cum Clericis multis : et ibi multas virtutes fecit, quas enumerare aliquis non potest. Et dedit illi Christus altare honorificabile de excelso, cujus nemo intelligebat colorem. Et postea ad Sabrinam r amnem venit ut navigaret, et misit altare s in mare, quod et precedebat, ubi Deus volebat illum venire. In istis temporibus Cato t et Arthur regnabant in ista patria, habitantes in Diudraithov : et venit Arthur circueiens ut inveniret serpentem, validissimum, ingentem, terribilem, qui vastaverat duodecim partes agri v Carrum. Et venit Carentocus et salutavit Arthurum : qui gaudens accepit benedictionem ab illo. Et interrogavit Carentocus Arthurum, utrum audisset, ubi applicuisset altare suum. Et Arthur respondit :

l
EX MS.
/

Ps. 132, 1.
et cum S
Patricio
transiens in
Hiberniam

g

h

i

k

l

claret u.
rnculis,

m

E

et Aposto-
lica virtute.

Ad conver-
sionem
Hibernorum,

F

o

p

q

in Britan-
niam re-
versus,

r

s

t

v

dicitur ser-
pentem no-
xium agris

Si

Avi Cuned-
ae genealogia
fabulosa
a

B
b
et filii :

c

d
Horum unus
Keredik pa-
ter Carentoci,

e

C
qui regno
dimisso vi-
xit in de-
serto.

EX MS. A Si habuero pretium, muntiabo tibi. Et ille dixit, Quod pretium postulas? Ille respondit: Ut deducas serpentem qui prope est tibi, et videamus si servus Dei es. Tunc B. Carentocus perrexit et oravit ad Dominum. Et illico venit serpens cum sonitu magno, quasi vitulus ad matrem currens; inclinavitque caput suum ante servum Dei, quasi servus obediens Domino suo, humilis corde et lenis oculis. Et misit stolam suam circa collum ejus, et deduxit illum quasi agnum, nec exaltavit pennas neque ungulas: et erat collum ipsius, quasi collum tauri septem annorum. Quod vix poterat stola circumdari. Deinde perrexerunt una ad arcem, et salutaverunt x Catonem. Et bene suscepti sunt ab eo. Et duxit illum serpentem in media aula, et cibavit illum coram populo, et conati sunt occidere illum. Non reliquit eum occidi, quia dixit quod ex verbo Dei venisset ut deleret peccatores, qui in Carrum erant, et ut ostenderet virtutem Dei per illum. Et postea perrexit extra portam arcis, et Carentocus dissolvit illum, et imperavit illi, ut discedens nemini noceret, nec reverteretur amplius. Et exivit, hæsitique, sicut ante dixit ordinatio Dei. Et accepit altare, quod coxitaverat Arthur in mensam facere, sed quidquid apponebatur super illam, jactabatur in longinquo. Et postulavit Rex ab illo, ut reciperet Carrum in semipiterno graphio y: et postea ædificavit ecclesiam ibi.

ad sequē
vocatam
x

abegisse
verbo,

12

y

z

aa

ac denique
mortuus in
Hibernia.

bb

C

6 Postea venit vox illi de cælo, ut mitteret altare in mare. Deinde misit Cato Arthurum, ut interrogaret de altari; et nuntiatum est illis, quod in ostium Guellit appulerat, et dixit Rex: Item date illi duodecim partes agri, ubi altare inventum esset. Postea venit Carentocus, et ædificavit ibi ecclesiam et vocata est Civitas aa Carrov. Venit autem vox illi de cælo et dixit, ut in exilium pergeret et relinqueret familiam suam. Hic innumeri sepulti sunt ista civitate, nec nomina illorum nominantur, et ille solus perrexit ad Hiberniam insulam, et sepultus est xvii Kal. Junii in civitate sua præclara et optima præ omnibus civitatibus suis, quæ vocatur civitas bb Chernacii. Et migravit in pace: et pacem reliquit, et pacem invenit, ut legitur; Beati pacifici, quia filii Dei vocabuntur. Et iterum Propheta dicit: Pretiosa in conspectu Domini, mors Sanctorum ejus. Memor fuit quod carnalis hujus mundi substantia fragilis est: omnia, quamvis modo sint pulchra, tamen corruptibilia, Zabulo valde extitit contrarius, multos homines lucratus. O vere vita beata! O Dei donorum digna! O vere vir beate I in quo dolus non fuit, neminem judicans, neminem contemnens, nulli malum pro malo reddens. Sæpe flebat pro blasphemantibus, qui manet sine macula, cum gaudio et gloria, inter Angelorum agmina, in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Mak Hibernis filium notat, eodemque in sensu videtur hic usurpari vox Græca πῆξ: Apographum nostrum videtur Mab scribere; et apud Usserium pag. 467 Arthurus rex vocatur Mab Uther, id est filius Utheri, fortasse juxta Wallicam dialectum.

b Mannia insula inter Angliam et Hiberniam.

c An Tywy fluvius Creticam a Penbrochia et Carmardunensi Comitatu dividens? Quoniam autem hic appellatus, vix dubito quin sit fluvius, Conwy hodie dictus, ad cujus ostium civitas Aberconwy. Ita a Meridie in Septentrionem extenderetur dictio filiorum Conanæ, ad 100 eoque amplius milliaria Anglicana, horarias autem leucas circiter 18: omnium vero Australior Cretica, ex adverso Wexfordiensis in Hibernia comitatus situ est.

d Ii scilicet qui ex Hibernia transeunt in Britan-

niam, eam quæ trans murum Romanum erat, Pictisque juncti, totum Occiduum Insulæ partem, quæ Hiberniam respicit, infestarunt armis, et Creticam usque potuerunt suas excursions extendisse: quod fortasse acciderit circa an. 420, quando juvenis Carentocus.

e Quid si melotem et baculum legas. Ecgraphum nostrum pro sacculo habebat Sarcolum: sed cum Capgravius peram scribat, putavi corrigendum id fuisse.

f An Collatus hic dicitur, quasi conglutinatus, a Francico Coller?

g Delevi sensum bonum turbantia hæc verba, Vel unusquisque pariter, præter quod requireret sanitatem.

h Ex Anglia in Hiberniam transeuntibus dextera pars Boream, sinistra Austrum spectat.

i Si tempora intelligas quibus SS. Patricius et Carentocus in Hiberniam transiverunt, non possunt illa S. Davidis nativitate præcessisse: si vero universum tempus quo vixit Carentocus, etiam prius quam mundo valediceret, omnia possunt subsistere.

k Cambdenus in Apparatu, ubi de Scotis agit, hac Vita citata, primum ex Ducibus Bricuon, ultimum vocat Auspænum.

l Alii Xanthum vocant, patrem S. Davidis.

m Legen, passim Lagenia, Walliæ objecta.

n Videtur hic indicari, viventis aut mortui miracula pleniori scripto Hibernico, quod intercidit, explicata fuisse.

o Hoc loco moti Episcopum diximus scilicet Apostolicum ad gentiliū conversionem ordinatum absque certa Sede, quales multos S. Patricius consecravit, si Vita ejus nos non fallat: et fere Abbates omnes primi in Hibernia videntur Episcopali characterē fuisse ornati, saltem pro sui monasterii subditis.

p De hisce Magis multa leges in Vita S. Patricii.

q Alfordus ad an. 489 num. 7 dicit, quod Carentocus per annos triginta fidem seminavit in Hibernia: et citat verba Capgravi, quibus aliud non dicitur, quam quod triginta annis ante nativitatem S. David Carentocus in Hibernia conversari cœpit.

r Sabrina, vulgo Severne, regiones ad Ortum Walliæ confines perfluens, et inter Monmouthensem et Gloucestriensem Comitatus mare subiens.

s Adeo multi Hibernici et Wallici Sancti laudantur a miraculis, in altari aquis supernatante patris, ut non possit non esse suspecta res ista.

t De Catone alibi nihil legit: Arthurus, scriptoribus omnibus decantatissimus Rex Britonum, quo tempore regnare cœperit prorsus ambiguum est: mortem ejus in annum 542 plerique conferunt, et juvenem an. 493 ad montem Budonicum pugnasse voluit: quare Alfordus censet initium regni ejus ad annum 508 posse differri. Oportet ergo Arthurum alium invenire Britones, qui potuerit Carentoco redeunte regnasse in aliqua parte Walliæ. Quoniam autem supra attigimus familiarem genti in confingendis genealogis futuitatem, vide etiam apud Alfordum ad an. 508 num. 8 quomodo dicatur quod Arthurus originem traxit per matrem a nobili illo decurione Joseph ab Arimathia, qui Dominum sepelivit: scribunt enim, quod Helanis nepos Joseph genuit Josue, Josue genuit Aminadab, Aminadab genuit Castellors, Castellors genuit Mavael, Mavael genuit Lambord filium, qui genuit Igeroam, ex qua Rex Uterpendracon genuit nobilem et famosum Regem Arthurum.

v Skinnerns in postrema sui Etymologici parte allegat Cambdenum, in Paralipomenis pag. 116 dicentem, quod Car Britonibus Paludem vel Alnetum significet: Car atloqui passim Urbs vertitur in propriis locorum nominibus.

x Videtur ergo Arthurus istius patris fuisse Caro: si vere hi duo aliquando regnarint: ideo paulo inferius, ubi ecgraphum perperam habebat, mitit Catonem Ar-

torum

D

E

F

A turum, correctionem quam Duzdallus adhibuerat nonni postremo, transtuli ad nomen prius et scripsi Cato.

y Graphia intelligo, Instrumentu publica, seu notu-
raltia ut nunc dicimus.

z Guellit ostium, an ubi nunc dicitur Kid-wellye in
Carmardunensi Comitatu? inter astia Tobii et Lago-
rii fluviorum, hundredam Kidweliensem terminantium?

aa Carew civitas, in comitatu Devonix ponitur a
Skinnero; sed videtur hic aliu ejusdem nominis in Wat-
lia notari.

bb Velim ex Hibernis discere, an ejusmodi civitas

opud eos nota sit. Colganus in *Appendice post Vitam S. D*
Kierani 5 Martii cap. 4 ex duobus Carnechis, quos
fasti Hibernici nominant, eum qui colitur 16 Maji, et
tempore S. Patricii virit, dicit in ecclesia Tulenensi in
Media venerationem suam habere, et obbi vocat Epi-
scopum Tulenensem: deinde ex *Kalendaria Casselensi*
oddit, Britannum origine, in S. Baitheai insula se-
pultura esse. Alfordus vero in *Indice Sanctorum*, ab
eodem dictum asserit vicum Caranton, in *Somersetensi*
agro.

DE SANCTO NEADIO

THAUMATURGO APUD GRÆCOS.

G. H.

XVI MAJI

In celeberrimo MS. Synaxario Græco Ecclesie
Constantinopolitane, quod spectat ad collegium
Clavomontanum Societatis Jesu Parisiis, paucis
his verbis memoratur hic Sanctus ad XVI Maji.

1. Et memoria sancti Patris nostri Neadii. Quæ eadem

reperimus Parisiis in MSS. Menæis Patrum Prædi-
catorum Congregationis S. Ludovici, uti etiam in MSS.
Menæis in bibliotheca Cardinalis Mozarini asservotis,
et in his cognominatur Thaumaturgus. Nec plura hactenus
de eo potuimus eruere.

E

DE S. FIDOLO PRESBYTERO

ABBATE TRECIS IN CAMPANIA GALLICANA.

G. H.

CIRCA AN. DXL

Memoria in
Fastis 16 Maji

Illustris est in antiquis Ecclesiarum fastis ad diem
XVI Maji memoria S. Fidoli, Presbyteri et Ab-
batis, apud Tricassinam seu Trecensem Campaniæ
Gallicanæ civitatem: ac primo antiquis Martyro-
logii Hieronymiani apographis adjunctum est, post S.
Peregrinum Episcopum Autissiodorenses, nomen dicti
S. Fidoli: scilicet in MS. codice Epternacensi, ante
mille fere annos exarato juxta vetustius exemplum a S.
Willebrordo in Anglia repertum: item in MS. codice
Blumiano, qui olim ad monasterium Weissenburgense
in diocesi Spirensi pertinuit: draque in MS. Lucensi
per Florentinum illustrato, et in MS. Corbriensi
Parisiis excuso: in hoc scribitur Passio S. Fidoli, in
aliis melius Deposito aut Natalis. Eodem modo nomen
passim Martyrologiis plerisque MSS. insertum est, uti
etiam excusis Fastis Rabani, Usuardi, Notkeri et alio-
rum recentiorum cum hodierno Martyrologio Romano.

In nonnullis, errore amanuensis aut lapsu memoria,
dicitur Episcopus, qui solum Presbyter et Abbas fuit.

2 Acta S. Fidoli habemus duplicia: horum alia valde
antiqua sunt et ante dictu Martyrologia exarata: eaque
ex quatuor vetustis codicibus MSS. damus, scilicet Ca-
nonicorum Regularium canobii Aroasiensis in Artesia,
urbis Suessionensis a Ludovico Nirque Canonico Præ-
monstratensi submissa, monasterii Longiponti in eodem
urbe a D. Muldraco descripto, et alio illustri Legendario
nostro. Eundem Acta edidit in Promptuario sacrarum
Antiquitatum diocesis Tricassinæ Nicolaus Camuzatus,
sed omisso miraculo, quod numero 9 datur, de vino benedictione
S. Fidoli servato, ne efflueret, epòstomio sublato:
præterea videtur hinc inde stylus nonnihil correctus.
Alia Acta sunt aliquot seculis elapsis conscripta, ab
homine non satis gnaro antiquitatis, qui prioru Acta di-
latait verbis potius quam illustribus gestis. Hinc nar-
ratis miraculis, addit num. 15 reliqua per temporis
illius Scriptorum negligentiam fuisse prætermissa.
Non desunt etiam menda, quæ confirmat ex Gestis
Francorum: in quibus Theoderici Regis Burgundionum,
ab avia Brunehilde, incitati, bellum contra Chlotharium
II Regem narratur cap. 37, et continuo captivitatem
S. Fidoli ad dicta tempora retulit: sed mox suam ins-
Maji T. III.

citiam manifestavit, dum S. Cemelianum, S. Lupi suc-
cessorem, asserit tunc fuisse Episcopum Trecensem: qui
fere integro seculo citius floruit, et interfuit Concilio
Aurelianensi, anno Christi DVIII aut sequenti habito.
Auctor prioris Vitæ, quæ videtur ante dicti Theoderici
Regis Burgundionum tempora fuisse scripta, solum sub
Theoderico Rege captivum abductum tradit, quod anno
ovii factum fuisse, in bello Chlodovæi contra Alaricum
Regem Visigothorum, arbitramur. Tunc enim, ut scribit
Gregorius Turouensis lib. 2 Historiæ Francorum cap.
37, occiso Alarico maximus Arvernorum populus et
primi ex Senatoribus corruerunt, et Chlodovæus filium
suum ad Arvernos direxit: qui abiens urbes illas a
finibus Gothorum usque Burgundionum terminum
patris sui ditionibus subjugavit. Tunc ergo S. Fido-
lus, nobilis juvenis et in Clericum ordinatus, ex patria
Arvernorum deductus, a S. Aventino Abbate Trecis
redemptus, in ejus monasterio primo monachus, tum
Præpositus; dein illo in solitudinem secedente, Abbas ad
obitum usque vixit, sed quantum superfuert nescitur. In
Actis nihil de ejus senectute indicatur, ut videamur posse
obitum ejus annum Christi circiter DXL assignare. Acta
S. Aventini illustravimus ad diem IV Februarii, et de
situ monasterii multa discussimus, varia ex Actis S. Fi-
doli proferentes in medium. Ducherius et Mabillon
tomo I Sanctorum Ordinis S. Benedicti asserunt pag.
198, se gesta S. Aventini consulto prætermisisse, ne
externis historiis paginas onerent. At S. Fidoli
Acta posteriora proferunt, ex scrupulo forsau postea
oborto: nec in Indice prævio saltem apponunt asteri-
scum, quo designant eum sibi non videri genuinum S.
Benedicti abannum. Nos in Acta, ad Vitam S. Aven-
tini promissimus quidem danda ex tribus codicibus MSS.
quæ scilicet nobis miserunt Andreas du Chesne, inde
aliqua edens tomo prima Scriptorum historiæ Francorum
pag. 552, et Petrus Franciscus Chiffletius Societatis
nostræ, quæque ante ex Gallia acceperimus. Sed cum
ea etiam Philippus Labbe tomo 2 novæ bibliothecæ
MSS. librorum ex lectionibus veteris Breviarii Eccle-
siastici vulgaverit; nolimus jam bis excusa, nec valde
probanda iterum recudere: satisque putamus esse, si in

sed filio
Chlothovæi
I R. Fr.illa Acta ex
viris MSS.
dantur.Acta vetus-
tiora ex MSS.Acta postero-
ra ab imperito
exornata:captus S.
Fidolus non
sub Theodori-
co R. Breviario
dionio,

A *notis aliqua exinde referamus. Inter illustriora Trecensium monasteria est Cella S. Petri Trecensis, seu canobium S. Petri de Cella in suburbio, centum circiter annis post obitum S. Fidoli constructum, de quo egimus vii Januarii ad Vitam S. Frodoberti primi Abbatis viii Januarii. In hoc canobio asservari corpus S. Fidoli, docet nos Nicolaus des Guerrois, et confirmat Saussayus in Martyrologio Gallicano, qui elogium S. Fidoli concludit his verbis: Sacra ejus spolia in Cellensi monasterio ad muros urbis Tricassinæ pridem condita, illic etiamnum in sacrario asservantur, ceu pignora opitulationis et beatæ immortalitatis semina. Meminit etiam Camuzatus pag 345. In Registro beneficiorum diæcesis Trecensis anno mdcxii ibidem excuso, inter Parochias Decanatus Trecensis est aliqua S. Fidolo dicato et sub ejus nomine nota, cujus beneficium præsentat Prior de Canisio Ordinis S. Benedicti in diæcesi Catalunnensi. Mentio similiter ejusdem fit in generali Registro beneficiorum Archiepiscopatus Senonensis et diæceson Trecensis, Autissiodorensis et Niverneusis, Parisiis anno mdcxlviii excuso. Est et alia S. Fidoli parochia in Lingonensi diæcesi, vulgo S. Fidol d'Estineis: cujus Patronus est Abbas monasterii S. Joannis. Ferrarius in Catalogo generali, citato Breviario Trecensi, eundem S. Fidolum celebrat ad diem xv Junii: cujus cultus causam fatemur nobis esse ignotam; nec miraremur si Ferrarium, alibi sæpe non curiosissimum, hic quoque memoria sua sefellisset, ut pro xvi Maji scriberet xv Junii.*

Corpus in Cellensi monasterio

Parochiæ S. Fidoli.

B

VITA

Ex IV codicibus MSS. et Promptuario Camuzati.

Dilectissimi Fratres, gaudete in Domino, et spiritali jucunditate lætamini, qui ad solennia sanctissimi Patris, scilicet Fidoli, convenistis. Ex intimo enim cordis affectu clementiam Domini nostri Jesu Christi collaudate, qui nos per hujus sanctissimi Sacerdotis prædicationem perducere dignatus est ad agnitionem sui nominis. Sequamur unanimiter tam sancti Doctoris vestigia, quatenus sequendo mereamur conscendere cœlestia regna: qui tantam in istud miserrimum seculum nascitur sine dubio gratiam acquisisse, ut prophetico spiritu futura provitæ sanctitate mereretur conspiciere. Non simus tanti Patris degeneris filii, sed sanctitatem vitæ illius morum nobilitate imitemur.

Exhortatio ad imitationem.

C

Apud Arvernos nobiliter natus

2 Hunc, unde oriundus fuit, perquirere debemus. Fuit enim ex Arvernens, urbis incola, nobileque genere, qui quondam a Theodorico Rege, sceptrâ Francorum dispensante, juvenis adhuc captivus ductus fuit ad privatam sedem, alieno imperio servire coactus. Tamen patriæ præelectus a Deo, ad dominandum sibi in Trecassina urbe, prædestinatione Domini ad ipsam manifestum est pervenisse. Jamque in adolescentia constitutus, et Clericatus officio susceptus, lacrymabiliter coactus, parentes dereliquit invitus. Ibi eum divina pietas præmissa redemptione consistere voluit; ubi se, confitendo Domino, admirandis virtutibus publicaret. Eodem itaque tempore, memorabilis vir Aventinus Abbas eo in loco cum suis Fratribus, in congregatione sancta, divinis cultibus in monasterio assidue consistebat. Denique spiritualis in visu ei admonitio prænuuntiabat, ut captivulum Fidolum, a regione sua exulem, ad se venientem, redimendum exciperet, et in communi consortio pari collegio retineret. Vir autem ille, dum sæpius de visione pertractaret, cernit post paululum ante ostium captivulos præterire! Interrogat si haberent captivum, qui vocaretur Fidolus *b*. Illi aiunt, Domine Abba, non renuimus; si vis redimere sortitum Ecclesiæ. Qui misericordia motus, duode-

a in Clerum assumptus Trecas adducitur,

a S. Aventino Ab. redimitur,

b

cim tribuens aureos, et cupiditati satisfacit prædonum, et captivato succurrit solatio. Quem in sinn gratiæ vir egregius amantissime connexum, æternæ vinculo caritatis suscipiens, spiritualem filium effecit de captivulo; et non ut servum, sed jam veraciter diligebat ut Dominum.

3 Hic cum libertate subditus, ac sanctissimi inhærens Patroni vestigiis, tantam divinitus devotæ compunctionis gratiam promeruit, ut quidquid sibi in cella Fratrum fuisset injunctum, illico ab eo expleretur. Tantus ad excolendam obortam devotionem extitit, ut sermones seniorum per omnia et in omnibus obediens adimpleret. Ita humilitate divina officia peragebat devotus ac firmus in melius, ut Præpositi locum susciperet, et Fratres suos jure ordinario gubernaret. Eodem itaque tempore, Aventino Abbate ipsius cellulæ e discedente, fraterna conspiratione beatissimum Fidolum assensu monachorum omnes unanimes in loco eodem elegerunt Abbatem. Qui ut suscepit primæ ordinationis adiutum, ipse sibi imposuit humilitatis jugum. Semper indeficiens et clementissimus Fidolus confessor, pœnitendi existens exemplum, cellulæ reclusionem inibi prostratus, mentem pariter et corporis cilicii indumento membra aptavit. Non solum exasperavit eum exterius, sed potius animam intrinsecus confortavit. Trium edacitate panum agens tempus quadragesimum, victualia sibi censuit; poculi haustum mixtum cinere, [velut] aquæ purissimæ defæcatum, in sitim ori proprio deputavit. Crescebat in jejuniis diurnis jugiter *d* tanta cibi parcitas, ut et Cœnæ Domini tempore panis integer tertius omnino superaret.

cunctisque probatur:

creatus Præpositus

c
ac deinde et Abbas vitam rigidissime instituit,

E

d

4 Laudabilis fama circa Domini famulum vulgatur in plebe, quod in timore Domini perfectæ caritatis vir beatissimus semper haberet effectum. Ad testimonium igitur tanti viri, inspirante Domino, ex ejus mirabilibus edicamus per ordinem. Duo cæci, oculorum cæcitate constricti, cum ad sanctum Abbatem aliena manu detracti potius, quam privato pede perducti fuissent; manu sancta in nomine Redemptoris imposita, ut Crucis signaculum ab eo meruerunt suscipere, cruor squammeos aspergens oculos cœpit defluere. [sicque] *e* ad salutem reducti, luminis visi sunt gratiam recepisse, qui olim oculorum tenebras possederunt defessi. Quidam parvulus, Octavianus nomine, ab origine debilitate detentus ambulandi, ita pedum officio destitutus penitus extiterat, ut terræ solum privata planta nullo vestigio designaret. Quem parentes, reparandorum cupidine artuum claudorum, manibus propriis evectum, ad Sacerdotis pedes deposuerunt ab eo sanandum. Vir itaque misericors in suo grabato *f* recepit puerulum: jamque nocte tertia in oratione erat pervigilans, colligationisque vinculum pius Dominus per ipsius intercessionem absolvit: tantamque gratiam largitus est ei Dominus, ut qui fuerat membris compeditus, summæ incolumitati fuisset protinus restitutus.

2 cæcos illuminat,

e

F

sanat puerum pedibus debilem,

f

5 Homo quidam, adversi spiritus rabida specie commotus *g*, semetipsum dentibus propriis laccerabat, ita ut nullus hominum ad eum pro suscepta rabie auderet ingredi: quia quasi rabula mordax ceteros non desinebat laccerare. Quemque turba hominum superare non valebat, acies diversæ quater cincto vinculo retinebant, ligaminibusque diversis tentabant teterrimum. Frendebat dentibus, nec quidquam nocivis morsibus vantibus prævalebat. Cumque in beatissimi viri conspectu esset perductus, humanæ vocis vocabulo cœpit nuncupare venerabilem Fidolum *h*. Tunc ille tridnani jejunii abstinentiam firmissima devotione exceperit, ut ne diutius miser afflictus longiori periculo subjaceret. Recluditur

g
item furibundum:

h

A difur ab eo in cellula, unde advenerat laudes universas exolvens, divinæ Trinitati exultans regreditur. Quidam denique laborem perpressus, sonipedem illius subtraxit ex cellula. Qui etiam tribus diebus in itinere constitutus, totidemque noctibus, Arciacas *i* castrum transire volens, per orationis ambitum cursim remeat retrorsum. Denique reus aditum nullum quiescendi potuit experiri, quem oratio devinxerat Sacerdotis. Die etenim tertia, recognita demum cellula, quem non invenerat multitudo hominum, suo Domino qui fuerat furatus, equum præsentavit ablatum. Porro velut jam clavis confixus, sedebat astrictus, nec descensum habere probrosus poterat, nisi vir sanctus præcepisset. Equum protinus ascensore improbo liberavit benignus, et tremebundum a febribus usquequaque justus Dominus sanavit elisum.

equi sui raptorem sistit

i

et liberat a febre,

6 Addendum est aliud laudibus, atque miris virtutibus adscribendum. Homo quidam, Fredulus nomine, cujus filium vir sanctus e lavacro fontis sacri baptismatis gratia spiritualis fidei susceperat, præmissa postulatione, ut domum ipsius visitaret unci, obtinuit caritas. In cuius nomine fide integra lagenam meri vini uberius servaverat plenam: benedictionibus venerabilis compatris petiit, ut manus sancta dedicaret vasculum suo nomini deputatum. Oratione superimposita viri conjux interim detraxit ligni stipitem, et veniente eminus decedit bumi duciculum. Sed divino nufu restitit unda falerni conclusa. Tum mulier ait: Quæso, Domine, et obsecro, ut galidam vini liquore abstracto, unde pariter hauriamus, tua inclita pietas, repleri jubeat.

B

servat vinum ne effuat,

k

aut minuatur:

cacam et surdam sanat,

l

C Quod dicto illa ad officium recursitat *k*: mustum, quod signaculo Crucis restiterat ante clausum admirabilem jucunditatem convivis exhibuit atque invitatis omnibus. Longo etiam exinde tempore universis venientibus fuit poculum præparatum, unde singulis larga portione vicinalibus diffusa semper in cumulo crescebat expensa. O illa singularis et infinita largitas, ut in usu bibendi humanitas non exinaniret! Cuidam itaque mulieri, interveniente peccato evenit lues, qua contracta visum perdidit et auditum. Et cum misera tanta oppressione se sentiret damnatam, et incessabilibus lacrymarum imbribus lamentaretur, vel quid ageret ignoraret, stupefactæ matris et parentelæ studio ad sanctum Abbatem deducta, iacob alma manu imposita *l*, continuo tenebras evasit inclusas, et claris oculis meruit cernere cœlestem lucernam, simulque foramen aurium et integrum recepit auditum: [illa vero] gemina cum ingenti gaudio sospitate recepta, ad propria remeavit. Debemus etiam promere labiis eminentissimum virtutis indicium.

reum precibus non valens liberare,

m

7 Quidam denique sævissimus vir, intumetiva ordinatione procacissimus, humana elatione superbus, quemdam juvenem, furti sceleris culpa damnabilem et obnoxium, retinebat in vinculis retrusum: cujus genitor condolens, lamentando cursu celeri ad Dei servum venit, et cum lacrymis et singultibus suggestionem intulit in oratione indefessi. Vir sanctus ut audivit adminiculum supplicantis, Emilianum nomine, cum baculo, cum quo in oratione jugiter decumbebat, ad prædictum Judicem cum summa supplicatione direxit *m*. Quapropter impius iracundiæ furore succensus, contempsit baculum et monachi consortium sprexit; cui etiam videndi aditum denegabat. Unde magis in reum, magisque universa tormenta cruciatibus peragebat. In euleo namque permolesto prius tortum, militibus jubet patibulo suspendere eum et interire; etiam usque in diem tertium, ut nec exanime corpus ad humanandum aliquis auderet deponere, præcepit. Ille autem, qui secundum præceptum tyranni post diem ter-

tium pendebat in ligno, videbatur quasi juvante S. D. Fidolo suis plantis ejus scapulis, stesisse suppositis sustentatus, ut nec teneritas colli ipsius, nec faucium qualitas molestiam interneccionis, nec corpus ipsius pendendo sentiret mortis dispendium. Proinde genitor adepta deponendæ prolis licentia, ut lamentabiliter corpusculum depositum quasi orbatus redderet terræ funeratum; ille cum ligamina percussit, exiit homo mortifer, cœpit gressibus gaudens perambulare tellurem, et quem mortuum sperabant, viventem repererunt: ac ceteris ille testatus est interrogantibus, se assistere liberum, quia consors Apostolorum ejus pedibus defixerat juvamentum. O judex improbe, opus manifestum mirare. Cui denegaveras indulgere noxam, misericordiam potuit obtinere, quam ruinosa infirmitas distulit exhibere: et qui impietatem incurrit tuam, meruit esse resolutus ad veniam. Quam præclarum quoque per eum cœlestis dextera ostendit miraculum, quamque pretiosum occultare non debemus silentio.

EX MSS. *EX* *L*
suspensum
servat incolumem.

8 Furiosus quidam servus, intercedente casu injuriam suo Domino intolit. Qui iracundum pro admisso scelere Dominum pertimescens, fugibundus Sanctissimi monasterium expetiit, utque misericordiam inveniret suppliciter postulavit. Quapropter vir sanctus humili et enixa postulatione compatrem suum obsecravit, ut excusatus profugus ad pristinæ servitutis jugum rediret. Cui fallax ingenii præstigiū et prava calliditas serpentino ore famulatur, n promittitque se nullum maligno supplicium adhibere. Quem post reditam acerbissimis vinculis colligatum, in o castro Tornotero, mancipavit in carcere obscurissimo. Deinde, quem nihil latuit cœlesti dono, miles Christi beatis auribus factum rei meruit audire. Cujus rei magnitudine mœstus, propria cellula in oratione persistens devotus, ut pius Dominus sibi illatam injuriam vindicaret exorator obtinuit. At ille persentiens ostium patefactum ergastuli, subito mente liber et corpore omnium vinculorum exuto ligamine, cellulam viri sancti expetens, innuit se liberum, quem et rursus non credebat condemnandum. Et qui veniam vernaculo denegaverat, incidit in tribulationem majorem, ut magis quam ille, qui jam evaserat, existeret criminosus, ardoribus circumseptus. O virum nefarium! Ubi erat imperfecta caritas, venit repentina et superior colamitas *p*, ut nec panis nec poculi esum accipere potuisset cœlesti pœna damnatus, nisi ad sanctum Abbatem super plaustrum veniret cæsus, qui fallaci mente modum caritatis excesserat. Longum est autem de singulis suis benevolis actibus disputare, sed nos præparemus tales in hac vita, ut præclarus Abbas et pius prædicator, scilicet Fidolus, gaudentes nos atque lætantes de sua corona, piis meritis dignetur adjuvare apud Dominum, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

E
Servum simulate receptum in gratiam.

n

o

sed postea carceri inclusum liberat,

p

F
et simulatori domino immisam penam deprecatur.

ANNOTATA.

a Vita altera Trevis, sub Aventino Abbate, ad Clericatum promovet Fidolum, jam monachis adjunctum.

b Eadem ipsum tam ex revelatione divina quam ex speciali quadam gratia, quæ fulgebat in facie, agnitum ab Aventino in barbarorum occursum progresso et supplici prece postulatam scribit, ex ingenio suo narrationem faciens augustiorem, quod in historia merito displicet.

c MSS. decedente: sed corrigo, discedente: constat enim ex ipsius Vita eum in sua anachoresi obtisse; ideoque verosimilius est viventi adhuc suffectum esse S. Fidolum.

d Sensus in MSS. turbatus aut depravatus verborum aliquot omissione, deletis paucis visus est posse restitui: alioqui

A *alioqui scripta hæc erant crescebat in jejuniis diurnis jugiter cibus, tantum in sua refectione calidus : tanta parcitas ut.*

e Vita altera addit, post duarum horarum plus minusve spatium, lucem recepisse.

f Eadem, super cilicium, quo cubare consueverat.

g Eadem, ob scelerum immanitatem a dæmonio pervasum, asserit.

h Item addit, precabatur, ne vas suum, quod peccatis exigentibus Dei nutu invaserat, sibi præriperet, cum vel suos vel ipsum nihil unquam læsisset et cetera huic initio conformia subjunguntur, cum exhortatione ad vitæ emendationem a Sancto datam, quam energumenus liberatus reipsa præstiterit.

i Ibidem, Arceias, sic nominatum antiquitus ob mœnium celsa fastigia, ibidem constructa olim, nunc destructa : videtur autem indicari oppidum ad Albim, hodie Arcis dictum, et solum 6 leucis distans Trevis.

k Vita altera rem multum variat, quasi vasculum id solum fuisset lagena, qua casu inversa, duciculum excideret : unde et tacet cetera de muliere petente, ut qui miraculo stiterat vinum ne efflueret, nunc illud jubeat fluere ad implendum ex eo galidam, quo nomine lagenam intelliga : si tamen ipsum bene scriptum.

B *l Eadem : Agram propius accedere jubens, cum super illius oculos signum salutiferæ Crucis expressisset, aurium quoque foramina digitos infigendo rimatur. Vix autem horæ unius spatium intercesserat, cum etc.*

m Eadem addit : cui etiam itineris comites, ejusdem congregationis Fratres quosdam sociat : ac deinde in plurali de monachis vice Sancti supplicantibus loquitur.

n MS. Longipontanum succinetius : cui fallax promittit se etc.

o Altera Vita : Tornodorensis oppidum petiit. Est autem ad solis 8 aut 9 leucis distans Trevis, vulgo Tonnerre ad fluvium Armanionem.

p Mortus aliquis hic videtur significari : at Vita altera cum casu inter ejus domum ignis excitatis ven-

torum flabris vires percepisset, ut jam nec aquis nec alicujus posset virtute sopiri ; ita quæ illius erant universa consumpsit, ut omnium rerum factus inops, illis quoque qui ejus prius poterant invidere successibus, miserabilis appareret, ac propriæ calamitatis ad virum Dei non jam falsus imo verus nuntius existeret. Neque ultra quidquam de solatio apud Sanctum invento.

q Ibidem de sancta ejus morte, cujus nulla hic mentio, talis additur clausula : Ceterum si quis, omissis exterioribus, puræ mentis oculum ad interiora convertat, quod majoris plane admirationis ac stuporis plenum sit, in vita illius reperiret ; constantiam scilicet animi contra carnis oblectamenta, crebras de antiquo serpente victorias, resurgentes stimulos repressos æquanimitate, invidiam et odium vicisse caritate. Sciens quippe non sibi cum carne et sanguine esse pugnam, sed adversus principatus et potestates et rectores tenebrarum harum, contra spiritales nequitas in cœlestibus, semper propheticum illud ore versavit ; Dixi nunc capri, hæc mutatio dexteræ excelsi. Persentiens autem sibi diem supremum appropinquare, quos prius erudierat, Pater alloquitur, ut quæ docuerat suis pro viribus adimplerent, post præsentis vitæ cursum cum illo præmia digna percepturi, superno lumine sine fine gauderent.... Deinde languore correptus, jamque sibi imminemem vitæ terminum cernens orationum tempus omne dedit instantiæ, Deum rogans, quod si errores suos digne non deflevit, Deus solita bonitate remitteret, ac clemens sibi condonaret. Superveniente itaque septimo decimo Kalendarum Juniarum die, felix anima terrenam relinquens habitationem, Angelorum comitata cœtibus, Creatoris sui præsentia sistitur, ubi nullo fine claudenda requie hucusque perfruitur. Illic nacta sui mercedem læta laboris, nos sibi concessi socios assistat honoris, largiente ipsius misericordia, qui vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

ornatus
virtutibus,

Psal 76, 11

B

et ple moritur
1 Maji.

DE SANCTO GERMERIO

EPISCOPO TOLOSÆ IN GALLIA.

VIDE APP.
TOM. VII MAJI
D.P.

CIRCA DLX.

Tolosæ recens
capitulum a
Francis,

Episcopus
consecratus,

C *Francorum Regum post receptum baptismum in propagando imperio felicissimus Chlodoveus, anno Regni sui xxv, Christi dxxii, casis Voeladensi prælio Gothis, tota eos Aquitania a Ligeri ad Rhodanum usque expulit, capti etiam sub veris sequentis initium Tolosa, eorundem urbe regia in Gallia Narbonensi, una cum Regis Alarici thesauris, sicut S. Gregorius Turonensis describit : reliquam adhuc provinciam tenentibus Gothis, donec hanc quoque Francis cederet Rex Theodatus post mortem Chlodovei. Interim excesserat e vivis Heraclianus, anno dvi Concilio Agathensi subscriptus : quare nulla habita Episcoporum Provincialium, Gothis adhuc parentium, ratione ex vicinia Bituricensi Provincia proximiores Episcopi in Arisitam urbem conveniunt, et in defuncti locum consecraverunt Germerium. Tolosatibus prudem notum ad curiam, et tunc ex Sanctonici agri oppido quodam, ubi Diaconali in ordine ministrabat, illuc ad sese divinitus directum ; vivente adhuc Chlodoveo, nec procul inde castra palatiumque habente, dum exterminandis Gothis invigilat : quemadmodum ex vita colligitur, quum repertam inter Odonis Gissæi schœm olim nobis Tolosa misit Petrus Possinus, nunc Romæ Annales Societatis dignissime prosequens.*

2 Qui eam vitam seculo x vel xi transcripsit, et sui temporis miraculo auxit, de proprio apposuisse videtur quod Pretiosus, Sanctissimi Confessoris Germe-

rii vitam vel Actus longe post scripsisse perhibetur. Non enim longe post vixisse potuit, qui Episcopo suo, ad octogesimum circiter ætatis annum superstiti, comes jam inde ab adolescentia fuit. Tricenarius enim erat Germerius, cum ordinaretur ; et triginta sex annis vixerat in Episcopatu, quando bonorum omnium iunctura probatus fuit ; et his post multos annos recuperatis, ætis adhuc septem annis vixit : ut annos minimum quinquaginta debuerit in eo gradu stetisse. Nihil est sane quod cogit ante annum dlx mortuum credere ; quandoquidem primus, qui post eum ecclesiam Tolosanam rexisse noscitur, fuerit Magnulfus, per missum suum Matisconensi Synodosubscriptus anno dlxxxv, necdum in ordinem Metropolitanarum Sedium restituta Tolosa, sed Aquitanis Episcopatibus adhuc succensa. Ceterum quisquis vita auctor fuit, antiquus fuit et satis accuratus : sed qui eam postea miraculis auctam transcripsit circa annum mcccxlvi in libro, hanc ætatem præferente, quem vidit allegatque Guilielmus Catel in Historia Occitanie pag. 836, quemque Bernardus Guidonis, Lodevensis Episcopus anno mcccxxxi defunctus transcripsit paucis verbis mutatis ; pessime transcripsit nomina locorum propria, totamque historiam conturbavit.

3 Nam urbem, in qua Episcopus ordinatus est Sanctus, vocavit Parisitanam ; quod auctori novarum de S. Germerio lectionum, ac deinde Carolo Cointio imposuit,

F

non ante an
560 obiit.

Vita antiqua
seculo 13 et 14
transcripta.

A *suit, ut crederent Parisiis rem esse actam; idque eo facilius, quod constaret Chlodovæum sub vitæ suæ suem regni Sedem constituisse Parisiis. De Arisita, Episcopi ad confinia Gallæ Narbonensis Sede, cujus Episcopus nonnullos proposuimus 1 Februarii ante Vitam S. Sigeberti Regis num. 24, cogitavit nemo; quia ejus nec vestigia ullo nec memoria supererant. Deinde ex Incolismis, obscurius scriptis, fecit librarius Jerosolymas, Sanctumque ipsum Jerosolymis natum esse iisdem auctoribus persuasit, non attendentibus ad ejus nomen. Francicam originem manifeste ostendens. Similiter pro Bituricensi Archiepiscopo, scriptum est nomen Astaricensis, toti Christianitati ignotum. Quæ omnes differentię ortum videntur habuisse, ex majuscularum initialium obscuritate. An autem Yconium, in Santonico, ubi cum Diaconi titulo Sanctus præfuit, non debeat scribi Yonsium, vehementer dubito: vix tamen ambigo quin ipsum sit illud, quod composito nomine nunc appellatur Yonssuik. His autem sic correctis clara fore videntur omnia, neque facile invenies in tota S. Germerii legenda quidpiam, quod fidem ejus et antiquitatem reddat suspectam. Restat igitur solum ut de cultu quæramus, quem olim ille habuit hodieque habet.*

B *4 MS. Martyrologium monasterii S. Sabini de Levitania in agro Turbiensi, ubi hunc XVI Aprilis, hæc habet: In vico, qui dicitur Dux, territorio Tolosensi S. Germerii. Bernardus Guidonis in MS. Pragensi, cujus habemus egraphum, exhibens Legendum veterem, in paucis quoad solum ordinem et phrasen nonnullas mutatas, sic concludit: Fertur autem corpus ejus quiescere in qualam ecclesia prope Murellum, quamvis ejus sepulcrum ibidem minime ostendatur. Castellus Muretum vocat: idque Chronographice tabulæ collocant quinque leucis supra hodiernam Tolosam, media autem fere via, sed Mureto propius, Tolosam veterem. Est autem Muretum sive Murellum ad confluentes Longæ et Garunnæ. Interim habet S. Germerius (uti in supplemento Gallicani Martyrologii scribit Saussayus) Prioralem ecclesiam sui nominis (scilicet in loco Ducum, Bernardi Guidonis tempore Roviniacum dicto) a monasterio Le-atensi pendentem: e qua jam multis annis (nempe ante tria aut quatuor secula) translatus fuit ad ecclesiam Parochialem S. Jacobi, intra præsignatum oppidum de Mureto primariam. Cultum vero idem Sanctus habet per totam Tolosanam diocesim, in qua Officio ecclesiastico colitur, uti invenitur in Propriis illius Ecclesiæ, jussu Caroli de Montchul Archiepiscopi recensis anno 1647, cum*

lectonibus vitæ epitomen continuitibus, sed quoad tecum nativitatis et ordinationis, juxta jam dicta corrigendis: fortassis etiam in hoc quod dicunt, præter S. Germerii Sociorum quoque (Dulcidii scilicet et Pretiosi) reliquias religiose coli: hoc enim acceptum videtur ex conjectura Saussay, sub annum 1637 primum prodita, absque ulius antiquioris auctoris vel recentioris fidei testimonio. Si quis tamen distinctius docuerit revera haberi, et uti Sanctorum coli Reliquias eorum, etiam ipsis libenter locum inter Sanctos dubitamus.

VITA

Ex veteri MS. Tolosano

Temporibus gloriosissimi Chlodovæi *a* Principis, puer *b* Germerius tanta suorum, utpote religiosorum, est a principio enutritus cura, ut infra trium annorum et duorum spatia mensium, omnem divinarum arripuisse feratur notitiam scripturarum. Perficiebatur enim in illo a puero solidum fundamentum, super quod nemo aliud potest ponere præter quod positum est, quod est Christus Jesus: et augebatur in eo septiformis sancti Spiritus gratia, ut tanta Deo quam ab omnibus diligeretur hominibus. Cumque

jam ad juvenilem venisset ætatem, Dei amore præventus, patriam parentesque relinquens, transito mari Tolosanæ partibus venit, adepturus Domino centuplam remunerationem, cum illis qui pro Christo sua omnia reliquerunt; junctis secum duobus juvenibus Clericis, quorum unus Placidius *d* alius Pretiosus vocabatur: ex quibus unum Sanctus a sacris fontibus assumpsit, alium suæ rei creditorem *e* præfecit: [quorum unus Pretiosus sanctissimi Confessoris Germerii vitam vel actus longe post scripsisse perhibetur *f*.]

2 Cumque beatus vir in urbe Tolosana bonis poleret moribus, ut bonæ indolis juvenis ab omnibus amabatur, ita ut summa cum caritate, quæ necessaria erant in victu et vestitu præberent. Sanctus ille de omnibus quæ sibi offerebantur tertiam partem pauperibus erogabat, duabus secum retentis; gratias Deo et omnibus sibi bona impertientibus referre gestiens. Cum vero ad legitimam pervenisset ætatem, a Domino *g* Gregorio, quondam sanctissimo Præsule, apud Santonicam civitatem Subdiaconatus adscitus est ad ministerium: postea vero paucis adhuc transactis temporibus, in Presbyteratu *h* Yconio a Provinciali Episcopo *i* Diaconus est ordinatus, perseverans jugiter in Dei servitio, vigiliis, jejuniis elemosynis et orationibus semper intentus, et omnium virtutum flore ornatus. In tantum autem ei erat familiaris caritatis virtus, ut plerumque prædictis sodalibus Dulcidio et Pretioso *k* admonendo dicere satageret: Filioli mei et Fratres, oportet nos sollicitudinem indigorum habere, et ea quæ nobis Dominus largitus est pauperibus distribuere; quoniam sic scriptum est, Beatius est magis dare quam accipere. Multa autem Deus in ordine Diaconi, postea dissendenda, per eum operatus est miracula.

3 Post trium autem annorum tempus Diaconatus, apparuit ei Angelus Domini, in oratione cubanti, sole splendor. Cumque ille, more humano, timore concuteretur; Ne timeas, inquit: sed scito te mox iter accipere debere *l* Arisitanum: ibi enim Sacerdotii honorem assumpturus es, et ab Episcopo Tornoaldo Episcopalem benedictionem assumpturus. Tunc sanctus Dei in oratione genua figens, dixit: Domine Jesu Christe, Rex gloriæ et virtutum, exaudi orationem servi tui, quia in te est spes mea et cogitatus meus: reple os meum melle tuæ dulcedinis et laudis, quia tu es Dominus invisibilis, magni consilii, sedes super Cherubim, mundum gubernas, et regnas in secula seculorum. Amen. Et cum complexisset orationem domo disposita, procuratori habere curam pauperum mandans, jussa exequens Angelica, iter aggreditur Arisitanum; secum ducens suæ fidei fautores Clericos, Dulcidium videlicet et Pretiosum. Qui cum iter caperent, ubicunque locus divertendi provenisset, sive in civitatibus vel etiam in silvis, ibi manebant, absque ulla dæmonum sive phantasmatum perturbatione. Sicque peragrantes ad civitatem, venerunt ad ecclesiam ubi Sedes Episcopalis erat: ibique tres invenerunt Episcopos, Dominum videlicet Tornoaldum et Gregorium et *m* Hermoaldum.

4 Videntes autem enim gavisus sunt gaudio magno, et figentes genua glorificaverunt Dominum, dicentes: Magnificare nos oportet Dominum et exaltare nomen ejus in invicem. At ille prohibebat dicens: Non oportet tantæ personæ viros homini tam invalido se subicere. Responderunt itaque Pontifices atque dixerunt: Nos, Domine Pater, oportet te venerari: quia magnus es apud Dominum et electus, et post *n* S. Saturninum eris Episcopus, ut permanas et gubernes te Pater tuus excelsus usque in finem. Locus autem ille in illius ingressu repletus fuit odore suavissimo: dederuntque ei juxta morem introeuntium benedictionem. Tunc Dei servus apprehensa

non sine mendis topographicis.

Nomen in Fastis,

corpus Murcti,

illuc ex proprio nominis ecclesia altatum

officium per diocesim.

a
b
Sub Rege Chlodovæo,

c
E.X. MS
c
Tolosæ probatus,

d

e

f

in Santonico Diaconus ordinatus,

g

h

i

E

k

ac post triennium Arisitam directus ab Angelo,

l

F

m

consecratur Episcopus Tolosanus

n

A hensa coma (hic enim erat mos antiquus) obtulit se sancto altario et ejusdem ecclesiæ Reliquiis, præsentibus iisdem Episcopis : et eadem nocte mansit in civitate. Sequenti ergo die intrantes in Ecclesiam, eum ut oraret invitabant : et protinus post orationem protulerunt binas stolas et Pontificalia indumenta, cum annulo et virga. Tunc Pontifices eum consecraverunt Episcopum. Consecratus est autem beatus Confessor Sacerdotio et Pontificali dignitate ab Reverendissimo Tornoaldo secundum edictum Angelicum, præsentibus Gregorio et Hermoaldo Coepiscopis. Tunc gratias Deo reddiderunt, quod tantum Episcopum concessisset. Sanctus autem Germerius obtulit Missam in honorem sanctissimæ et individue Trinitatis, distribuens omnibus Eucharisticam portionem, cum gratiarum actione. Peracta autem Missa accepit eum Tornoaldus Episcopus honorifice in domum suam, et comederunt, Deo semper gratias agentes pro beneficiis collatis : rogabant enim eum prædicti omnes Pontifices, ut ante discessum cum eis manere dignaretur : quod et fecit.

5 Peractis autem sacrarum eulogiarum diebus revertebatur cum Episcopali benedictione in partes Tolosanas, ubi domum et facultates reliquerat. Factum est autem ut cum transiret per Francorum regiam, fama illius perveniret usque ad palatium Regis Chlodovæi. Et misit Rex quæsitores ut eum sollicite quærerent, et si invenirent eum honorifice ad se ducerent. Factum est autem ut, dum pertransiret civitatem, nuntiaretur ei, quod Rex eum vellet videre. Ivit itaque ad Regem et salutavit illum humiliter. Videns autem eum Rex gavisus est, quod dignus fuisset tantum videre Sacerdotem, de quo talia audiverat : erat autem annorum triginta cum Sacerdotio est initiatus. Interrogavit autem Rex : Quis es tu ? unde ? et quod nomen habes ? Tunc respondit : Germerius a baptismo vocor, natus in civitate *p* Incolesmis, in territorium Tolosanum ad discendas litteras in pueritia missus, in Sanctonica civitate Subdiaconus factus, in termino Yconio Diaconus ordinatus, et in civitate Arisitana Episcopali munere inunctus, quamvis indignus : tamen in Deo confido. Tunc respondit Rex, omnis qui se exultat, humiliabitur ; et qui se humiliat, exaltabitur. Bonus es tu, et Spiritus Dei loquitur in te.

6 Invitavit autem illum ut accumberent mensæ. Et benedictis omnibus cibus a S. Germerio assederunt mensæ : et dum accumberent dedit Regi et Principibus eulogias : et quamvis ejusdem generis essent cujus alii cibi : tamen hæ cœlestibus escis credebantur esse confectæ eulogiæ. Et gratias egerunt Deo et Regi quod servum Dei vocasset : et confirmati *q* in fide, et a Sancto signati confitebantur ei peccata. Dicebat ergo credentibus : Filioli, agite poenitentiam et quæ Deo promisistis, facere curate, ne pereatis in extremo judicio. Et cognovit Rex quod Sanctus esset, et rogavit eum ut pro anima sua oraret ; et dixit : Pete quod vis ex meis facultatibus, et servi mei ambulent tecum. Dixit autem S. Germerius ; Nihil peto, Domine Rex, de tuis facultatibus ; sed tantum ut mihi dones in territorio Tolosano quantum mea obumbrare potest chlamys cum Domino nostro B. Saturnino, ut sub ala ipsius meam requiescat corpusculum : ipsum enim post Dominum cœlestem habere desidero adiutorem et defensorem in Tolosano Comitatu. Et ait illi Rex : Habeto potestatem in circum loci qui dicitur Dux *r* per sex millia, et in sepulturam mortuorum quantum in die septem paria bonum arare consueverunt.

7 Mansit autem eum Rege viginti diebus : et dedit illi Rex magnam summam, auri et argenti quingentos siclos, et cruces aureas et calices argenteos cum

patenis, et tres virgas fabricatas argento et auro, et tres coronas inanratas et totidem pallia per aras ex bysso. De possessionibus autem concessis chirographum fieri jussit, quem annulo suo et Optimatum suorum signavit : et ut liberum ab omni hominum jure indivulsamque maneret, ei contradidit. Dixitque Rex circumstantibus : Quod me videritis facere, facite. Et accessit, et commendavit se capillo capitis sui S. Germerio ; et similiter omnes fecere. Et osculatus est eum Rex et valedixit. Beatus autem Germerius iter nuper arreptum aggreditur, data Regi benedictione : comitabatur vero eum multitudo populi quo minus quatuor *t* millia, cum gaudio magno. Tum Sanctus cum lacrymis dixit eis, Pax vobiscum : Fratres, et perseverate in fide quam cœpistis, et revertimini ad ædes vestras et Dominus sit semper vobiscum ; et reversi sunt eum gaudio.

8 At S. Germerius migravit in Tolosanas partes, et opus sui officii ministrando intravit in civitatem. Cognovit autem illum populus, et sequebatur eum per omnes ecclesiarum orationes. Venit autem ad S. Saturnini ecclesiam, omnia illa quæ curæ [sua commissa] erant circumiens loca : et reversus est in domum suam, in qua omnia dimiserat : et venerunt famuli dicentes : Jam diu nos dereliquisti, sed amodo te nobiscum manere optavimus : at ille gaudens renuntiavit illis utcumque de bonis quæ secum attulerat. Dulcius vero et Pretiosus ostenderunt ei omnes thesauros et supellectilem quam eis crederat, et agnita iterum retulerunt in thesauris suis. Gaudebat autem plebs audito adventu S. Germerii, et ipse annuntians verba salutis eos ad Confessionem incitabat, et omnes ægrotos illico sanabat. Et pergens in possessionem Ducorum, quam ipsi Rex donarat, evertit statuas idolorum quas ibi invenit, et ædificavit ecclesiam in honorem sancti Martyris Saturnini, cum tribus altaribus et consecravit eam. In cultu autem Dedicationis accensa sunt trecenta triginta luminaria cereorum vel candelarum : et Deus ea nocte multa fecit miracula per Sanctum suum Germerium, in claudis, cæcis et paralyticis, et præcipue septem leprosis : et fama illius crescebat in civitate Tolosana.

9 Gaudebant autem parentes ejus, quod Deus dignatus est sibi dare talem filium : et cum ad senectam pervenissent, solitudine ingenti premebantur et preces fundebant pro filio. Cumque turbarentur, apparuit eis Angelus Domini, sospitatis filii sui confidentiam promittens : illi autem gavisi, egerunt Deo gratia pro filii et Angeli colloctione. Oravit autem Dominus Germerius et dixit : Domine Deus salutis meæ, obsecro te per clementiam tuam ut confirmes me tuo Spiritu principali : libera me de sanguinibus etc. Postea cum esset in loco Ducorum ibi struxit monasterium, et consecravit altare in honorem S. Martini Confessoris et Pontificis. Omnes itaque servos cunctamque familiam de aliis ad se collegit locis *u*, et omnia quæ de aliis acquisierat locis in Ducorum reposuit tabernis : et constituit super domum suam viros eleemosynas facientes. Ut autem ad prætermissa redeamus, cum adhuc Diaconus esset, multa per eum Deus fecit miracula : per orationem enim illius Deus aberrimum fontem manare fecit, et laurum siccam virescere : pro sua etiam simplicitate duos leprosos sanavit, a tribus hominibus signo Crucis dæmones ejecit, et in nomine Domini accensam domum extinxit.

10 Ipse autem Pontifex vixit jejunando, orando, eleemosynas dando per triginta sex annos, habens multos servos et ancillas. Diabolus vero, eum tentare volens, pestem in greges misit : et factum est ut unica nocte omnes perirent. Venerunt autem pastores cum lacrymis ut nuntiarent : ille autem lætus

ab Episcopo
Tornoaldo :

o
incitatus
a Rege,

p

etiam ad
mensam,

C

q

donatur
magno fun-
do,

r

et pretiosis
muneribus.

au
u uq

s

t

Tolosa re-
ceptus

E

struit eccle-
siam S Sa-
turnini

ejus promo-
tio parenti-
bus revela-
tur.

F

Miraculis
ante Episco-
patum clarus,

in eo probatur
peste, greges
et familiam
extinguente,

A ait illis : Ploratisne peccata? aut de quibus fletis? Anne ignoratis, quod nos non sumus jam de mundo, et qui vitam habet, mortem non est gustaturus? Non ergo nos oportet seculares habere divitias: quia qui odit seculum, diligit Dominum: quia ipse dixit: Nolite diligere mundum neque ea quæ in mundo sunt: talis enim tentatio ex diabolo est, et hæc pro peccatis nostris periere: quia Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum. Et iterum plaga ista effecit ut omnes servi et ancillæ extinguerentur: et Sanctus contristatus est super mortuos usque ad animam. Tunc dixit Pretioso et Dulcidio: Fratres, petamus ecclesiam S. Polycarpi x Presbyteri, et oremus Deum constanter, ut ostendat clementiam suam. Et intrans ecclesiam induit cilicium, et conspersit se cinere; et perseveravit per triduum nec manducans nec bibens, cum fletu et lacrymis in oratione, gemens et tremens, Deumque obsecrans, ut se a tribulatione superventa liberaret; et ut requiem daret defunctis, Sacrificium obtulit. Et cum oraret, apparuit ei Angelus, dicens: Scias tuos deductos in Paradisum. Et gratias egit Deo, quod eum dignatus esset consolari, dicens:

B Rogo ut me adscribas cum Sanctis tuis. Discipuli autem sui dicebant illi lacrymabundi: Magister, cur non comedis, et tantum te affligis? Afferemus tibi escas. Responditque, Nec esurio nec sitio: propter enim diabolum tentatorem oportet nos perseverare in orationibus et in jejuniis: et Deus conteret illum sub pedibus nostris, et omnia nobis prospere succedent. Et reddita sunt illi omnia, quæ amiserat, cum fœnore post multos y annos: et post septem annos sanctissime occubuit. *Hic videntur desiderari plura miracula post mortem.*

11 Accidit autem et nostris temporibus, scilicet cum Miles, nomine Godefridus, Muratiensi aa castro egressus, negotii Magnatorum causa Bituricensis bb devenisset Comitatum, ob famam ejusdem anxium: qui ab Archiepiscopo honorifice est exceptus. Sequenti ergo nocte, cum se sopori dedisset et vigilaret, mutus est effectus. Et cum interrogaretur; quomodo id factum fuisset, aut quid sibi visum fuisset: signis se nescire respondebat. Quod cum scivissent Sodales, Dei viro cc prædicto retulerunt: hic autem tantam virtutem habebat sanandi, ut plurimos signo Crucis sanitati restitueret. Quod cum ei nuntiatum esset, talari textus chlamyde, et separatus a frequentia populi, deductus est: affligebatur enim a circumstantibus, ita ut si loqui vellet eminentiora et tutiora loca peteret. Accedens igitur junxit se Militi, eum totis viribus ad loquendum compellens: et ut vidit nihil prodesse, signum Crucis opposuit, sanctificationis illum aqua aspergens, æstimans eum obsidentes obmutescere fraude. Cumque adhuc nihil prodesse se cerneret, intellexit hanc non sui meriti esse virtutem: dixitque adstantibus, non illum mereri sanitatem, asserens eum esse totius flagitii principem. Vade, inquit, et te Patrono dd præsentia alteri, et ibi sanaberis: conviatores autem ipsius hæc audientes reversi sunt ad propria.

12 Audientes autem hæc castrenses ipsius, et omnes affines terræ illius Domini ac Principes, actum cum fletu obviam ei fuerunt: et interrogantibus euactis manu pro voce respondebat. Cumque ad sui mensuram facta esset ee papyrus, profectus est ad S. Germerium: ibique nocte illa persistens in vigilis et obsecratione, non manducans nec bibens, a præcedenti die Veneris, qua vocem amiserat, usque ad subsequentem Mercurii, qua cœpit loqui. Illucescente autem die Clerici præsentem novenaria sacrificia pro eo obtulerunt: et cum perfusus fuisset aqua exorcismi, quam Clerici confecerant: cum paululum requiesceret, cœpit S. Germerii precibus lingua lo-

qui et Dominum magnificare. Accedens autem ad beatissimam glebam, oblatam summa cum reverentia stolam collo circumferens, genu flexo ait: Domine, memetipsum tibi, autem tuum altare et corpus S. Germerii, offero culpabilem: miserere mei. Et ipse cum duobus circumstantibus, tribus vicibus profectus est ad altaria: prætere a cibum sibi afferri rogavit: et appositus est ei panis et vas plenum aqua, manducavit, cum a quinque diebus non manducasset: et reversus est in patrium solum, applaudentibus cunctis ob tale factum. De suppellectile vero duobus hospitalariis singula largitus est lectorum tegmina: supradicto etiam B. Germerii [corpori] opere sutorio et mirifico cortinas magni pretii contulit. Deinde vero monachi ff et loci procuratores omnia pulsare signa cœperunt, in laudem præruptes Dei, qui talia per servum suum Germerium operari dignatus est miracula.

ANNOTATA.

a Chlodovæus I regnavit ob anno 480 usque ad 509, baptizatus a S. Remigio an. 496.

b Nomen ipsum, alterutro saltem parente, Francum fuisse comprobatur.

c More hic vocari intelligo Gorumnæ fauces, a Dordoni ostio usque ad Oceanum integrum et mox geminam leucom pateus, quod trojecisse potuit Sanctus, tutius a Burgundionum incursionibus iter habiturus Tolosam, per Novempopulaniom fluvio tutam, quam per Aquitaniam primam illis obnoxiam.

d Saussayus, nullo quod sciom exemplo, Dulcidium et Placidium vocat, et sub titulo Sanctitatis conditos, oit in supplemento ad xvi Maji: quod alibi nusquam asseritur.

e Creditor hic dici videtur pro Curator: sicuti nobiscus, in quo suppellex mensaria exponitur, vocatur credentia.

f Hæc verba [] includo, quia existimo non esse primi auctoris, sed ejus quæ postea miraculo addidit.

g Imperfectus vultu in principio est Sontonensium Episcoporum Catalogus, ut nihil mirum sit in eo Gregorium hunc desiderari. Le Coite ante Petrum collocat, anno dviij Concilio i Aurelianensi subscriptum.

h MS. Præsulatus: sed infelicem fuisse in similibus conjectorem eum qui codicem Tolosanum scripsit, pluribus constabit exemplis. Yconium autem (forte scribendum Yonsium) omnino dici credo oppidum, Yonssæ vulgo dictum, ad Singonam fluvium, sex leucis supra Sautonas. Infra, Terminus (forosse Terriorium) Yconium dicitur.

i MS. A Provincialibus Episcopis: quod non placet.

k Hos ubique comitatos, mox indicatur.

l MS. perperam Parisitanum.

m Tornoaldum Episcopum Arisitannum fuisse, nemo jam dubitaverit (Conicaldum vocat Bernardus Guidonis) Gregorium non possum Sautonicum supra memoratum credere, cum hic ad Aquitaniam secundam spectavit Burdegolensi Metropolitano subjectus, Arisito vero pertineat ad Aquitaniam primam sub Archiepiscopo Bituricensi, qui tunc erat Tetradius: cujus vices supplerunt hi Episcopi Tolosæ viciniores. Quid si eorum unus Albigenis fuerit, inter Sabinum anno 506 et Ambrosium anno 549 notos? alter Aginnensis, inter Dulcidium anno 405 et Bebianum 550 præsidentes? vel Cadurcensis, inter Boetium anno 506 et Sustratium anno 531 reperiendos, in subscriptionibus conciliorum Agathensis et Aurelianensis 2? De Rutenensi Sede non puto cogitandum: quia eam videtur tunc tenuisse S. Quintianus.

n Colitur S. Saturninus, primum Tolosatium Episcopus, 29 Novembris: apparet autem hic eum nominari

D

EX MS.

et loquelam recipit.

ff

E

F

x

et denuo completatus pie moritur.

B

y

aa

bb

Miles subito mutus effectus,

C

dd

ee

adducitur ad septimum ejus,

A nari, sicut etiam nunc diceretur aliquis Romæ ordinarium post S. Petrum.

o Ita legere melius quam regnum. Credibile est autem Chlodarum tunc habuisse Palatium suum cis Garumæ et Turni confluentes, ubi pellendis Gallia Norlonensi Gothis, qui eam adhuc totam tenebant præter Tolosam, præsentior intenderet: puta ubi nunc est Mossiacum oppidum, aut alio vicino loco, per quem Avisita Tolosam eunti erat transeundum.

p MSS. ineptissime Jerosolymis.

q Erant siquidem Franci, præsertim nobiles, majori parte adhuc neophyti.

r Bernardus Guidonis: in loco Duenm, qui nunc Roviniaco dicitur: Catellus Rovinatum jam appellari ait.

s Ita quod vanitatis superstitiosæ erat, ad venerationem Episcopi vertit pietas Regis, ea ratione proficundo se filium ejus spiritualem: cujus rei exempla etiam alia suggerit Francorum historia.

t Non hominum, sed passuum, seu quatuor miliaria Italica.

u Fortassis etiam parentibus mortuis, relictam sibi ab eis hereditatem, illuc transtulisse significatur.

B x Saussayus in Supplementa meminit ad 26 Februarii monasterii S. Polycarpi in agro Narbonensi, quod existimat esse Episcopi Martyris: ego potius hic nominati Presbyteri esse crediderim, cujus memoria obscurata nunc sit, et cultus cum alterius, tota ecclesia noti, paulatim confusus: unde nec dies ejus nunc sciatur. Nisi forte est Polycarpus Presbyter Romanus, 23 Februarii, notus ex Actis S. Sebastiani, cujus Reliquiæ uti in Altum-villare diocesis Remensis monasterium illuc, cultum ejus istic stabiliverunt; sic pars alia corporis, in Narbonensem delata provinciam, eundem Tolosatibus atisque reddiderit venerabilem.

y Hos annos præsumere libet septem fuisse, ut calu-

mitatis tempore respondeat tempus restitutæ felicitatis, D atque ita Episcopus fuerit totis 50 annis.

aa Mauratum in Arvernia superiori, ad Alagnouem fluvium, 30 minimum leucis Tolosa distat

bb Ecgraphum nostrum corrupte Astaracensem: utinam autem hic nominaretur, sic enim sciretur tempus vitæ transcriptæ et appendicis additæ, quam totam Bernardus Guidonis omisit.

cc Si de Archiepiscopo sermo est, habuit Metropolis illa S. Agulfum sive Aigulfum, anno 820 et 835 notum ex publicis Actis et 11 Junii calendum; S. Rodulfum, antea Floriacensium Abbatem, anno 841 clarum et 866 mortuum cujus festum 21 Julii agitur: ac denique S. Guilielmum, anno 1199 ordinatum et 1209 Vita sanctum die 10 Januarii, quando Vitam ipsius illustravimus. Si autem est alius ex iis quas civitas ista habuit atque inter sanctos colit, totum Martyrologium Saussayi pericurrens, nullius invenio aptum tempus, nisi forte Mariani Junioris Eremitæ Spinali 19 Augusti, Silvini Confessoris 23 Septembris, Opinionis Presbyteri 12 Octobris, ætas, ignota nobis, aliquem eorum hic intelligi patiat: quod discendi magis quam docendi causa propositum volui, ut præviorem eorum notitiam suggerere dignetur aliquis. Hoc autem postremo modo, evi- E dentius foret deesse aliqua, in quibus talis Dei servus fuerit nominatim designatus.

dd Ecgraphum nostrum proprio præsentia altari: sed patet tata serie alterius provincie hominem fuisse, et aliud patrocinium querere jussum, ad corpus S. Germerii adductum esse.

ee Sic in Miraculis S. Isidori Agricola, die præcedenti num. 20 litt. c, Madritensis suburbii mulier, an. 1265 viro suo paralytico opem sancti implorans. Papyro mensa est membra ejus, quam cetera investiens adornavit, candulam scilicet ex ea faciens.

ff Hinc intelliges, ibi tunc monasterium fuisse.

DE S. EMANO PRESBYTERO,

MAURILIO ET ALMARO,

MARTYRIBUS IN AGRO CARNOTENSI IN GALLIA.

SEC. VI

Cultus 16
Maji

Vita ex MSS

et miracula
auctore CO. P. 10,

Tempus Vitæ]
aubium.

Carnutum sive Carnotum, antiquis Autricum, Gallia urbs Episcopalis ad fluvium Audurum et caput Belsiæ, celebrat hoc XVI Maji festum S. Emami Martyris officio Ecclesiastico tam in urbe quam reliquo diocesi sub ritu semiduplici, et tres lectiones quæ in secundo Nocturno ad Matutinum præscribuntur recitandæ, sunt desumptæ ex antiqua ejus Vita. Hanc damus ex duplici MS. Codice, cujus alterum Vindocinensem appellat Andreas du Chesne, multiplici sua eruditione clarus, qui eam inde descriptam nobis submitit; alterum Rotomago accepimus a P. Frederico Floueto, ex MS. D. Bigotii Senatoris Rotomagensis descriptam. Auctor in Prologo optans laudare Dominum in S. Emamo, illius gesta nec non et passionem recolendo, asserit se ita id facere velle, ut nihil de supradicti Sancti actibus contineat pagina, quod non aut proprio visui monstratum, aut videntium ore sit insinatum. Quod licet præcipue de rebus et miraculis, apud Carnotenses patris, intelligitur; verum tamen esse non potest, nisi ab alio auctore additum fateamur numerum ultimum, ubi dicitur, post multa denique annorum curricula translatum corpus B. Emami in civitatem Carnotum. Hic enim loquendi modus supponit scriptorem, ab ætate ipsius Sancti longius remotum. Hac autem posito, quod nullo posterior alius hæc Acta transcripserit interpolaveritque, nihil mirabris Pontificis Romani nomen, sub quo S. Ema-

nus Romæ studuit, quemque primus auctor nominare neglexerat, per exorbitantem enormiter conjecturam suppletum num. 2, designando B. Leonem, quo nomine primus seculo quinto sedit, secundus autem seculo septimo: cum interim num. 6 tunc cum in Galliam transit Sanctus, dicatur Theodebertus regnum Francorum administrasse, et num. 4 ac 10 iudicetur Nectarius Episcopus Augustodunensis, qui cum Theodeberto Rege floruit sexto Christi seculo. Horum utrumque mentione omissa, in Breviario Carnotensi anno MDCXXXIII excuso tantum memoratur Leo Pontifex Maximus. Ipsæ Lectiones hæc sunt.

2 Emanus, Cappadox genere, optimarum artium studiis, quibus a puero incuberat, egregie eruditus est. Cum autem ex voto et pia cupiditate, Romam, ad invisenda beatorum Apostolorum Petri et Pauli monumenta, venisset; Leo Pontifex Maximus, doctrinæ et religionis nomine, eum benignissime excepit: sed et studia ejus fovens, magna ex parte felicissimam indolem sua liberalitate provexit, ut Ecclesiasticæ functioni, cui natus esse videbatur, par esse posset. Romæ sacrarum litterarum facilius adipiscendarum gratia septennio moratus, summa sui spe ac expectatione omnes implevit. Inde Mediolanum et Augustodunum religiosa devotione contendit, ut sacras Martyrum Nazarii et Symphoriani memorias veneraretur. Inter alia autem multa, quæ præclare

Ædvi

Epitome ex
Breviario
Carnotensi.

A *Ædvi* ab eo gesta sunt, hoc maxime dignum haberi potest, quod pro foribus templi excubantem claudum sanitati pristinae restitui suis precibus impetravit. Porro cum maxime posset in doctrina sana exhortari, et contradicentes arguere, divinitus in somnis admonitus est, ut ad disseminandum Dei verbum Carnotum proficisceretur. Hinc itaque, vocationis suae haud immemor, absque mora properat, ad quaerenda pericula paratus, pro crediti sibi gregis tuenda salute: quin et ad mortem ipsam, si qua id postularet necessitas, subeundam. At dum mira vitae sanctimonia ac morum integritate in omnem ministerii sui curam insulareret, a fidei persecutoribus, in remota quadam agri Carnotensis solitudine, una cum sociis Maurilio et Almaro misere caesus est, decimo septimo Kalendas Junii. *Hæc ibi. Qui tres simul celebrantur in MS. sub nomine Usuardi, et MS. Florario Sanctorum, et a Grævena in Auctario Usuardi.*

Qui socii in eade fuerint?

B *3 Saussayus in Martyrologio Gallicano adhuc diem xvi Maji, amissis sociis Maurilio et Almaro, assignat unicuique, et appellat Peregrinum, cujus in Actis nulla fit mentio. Sed num Euanum appellarint Peregrinum, qui ex Cappadocia advenerat? an potius inde erratum, quia eodem die apud Carnotenses præscribitur Commemoratio S. Peregrini Episcopi et Martyris, sed Autissiodorensis. de quo hoc die egimus? Præterea apud Saussayum nulla fit mentio S. Leonis Papæ, imo neque Nectarii Episcopi aut Theodeberti Regis. Quod nos, re tota considerata, opinamur dici oportere, est; quod scriptor coævus idemque Gallicus et Carnotensis, debuerit scire sub quo præcise Rege, et a quo Episcopo in Galliam adductus Sanctus fuerit; atque etiam ejus nomen scripto suo inserere; non item nomen Romani Pontificis, qui ante tot annos sederit; ejus autem interpolatus supponendo nomen Leonis, ut celeberrimi Pontificis, locum corruerit; et sic venisset in Gallias sæculo sexto, sub Theodeberto Rege; et Augustoduni fuerit, cum ibidem S. Nectarius Ecclesiae præsesset. In MS. Martyrologio veteri, sub finem sic habetur ad xi Kalendas Junii: Ipsa die in pago Carnotino prope Cellam Islarem, nativitas S. Emani Martyris. Ita adscriptum ad Vitam MS. Rotomagensis, sed forte legendum ad xvii Kalendas Junii, uti ubique in Vita habetur.*

An sæculo 6 floruerit?

VITA

Auctore coævo ex codicibus MSS.

PROLOGUS.

C **L**audis divinae frequentationem magnæ et saluberrimæ religionis esse indicat in Psalmis toties repetita ipsius laudis exhortatio. Inter cujus laudis multiplicitatem non modica illa constat laudatio, qua Dominum Deum in Sanctis ejus laudare jubemur. In eis utique, de quibus alibi legitur, mirabilis Deus in Sanctis suis. Tale igitur præceptum habentes, optemus Dominum laudare in sancto Martyre suo Emano; illas scilicet gesta, nec non et passionem, quam cum SS. Maurilio, et Almaro passus est, recolendo narrantes, et narraudo recolentes. Ecce enim etsi nimis exiles atque imperiti hujus scripturae auctores computamur, non tamen dedignatur Dominus laudes, quæ ob Sanctorum suorum devotionem ei exhibentur. Nam si prisca temporibus gratuita oblectationi erant tragœdiæ et comœdiæ, quas harum auctores multa fabulositate prosequabantur, non dubium quin Redemptori nostro et fidelibus sanctæ Dei Ecclesiae in gestis Sanctorum, quæ veridico stylo produntur, complaceant. Adeo enim hæc quæ narranda sunt veritatis simplicitate nitescunt, ut nihil de supradicti Sancti actibus contineat pagina, quod non aut proprio visui monstratum, aut videntium ore sit insi-

Laus Sanctorum in Deum redundat.

Maji T. III

nuatum. Unde si hæc silentii carcere tenerentur; D vereretur utique ne servi illius, talentum sub modio recondentis, discrimini subjacerem. Aggrediar itaque Deo auctore promissi operis thema: et ne prolixitatis superfluitate legentium simul et audientium animos offendam, succinctus in eo narrator haberi elaborabo.

D
EX MSS.

CAPUT I.

Patria Cappadocia. Acta Romæ, Mediolani, Augustoduni. Miracula.

Igitur B. Emanus Martyr, Cappadociæ regionis extitit oriundus. Qui videlicet a primis infantia rudimentis, spiritualibus extitit eruditus doctrinis. De hinc in annis pueritiæ positus, bonis cæpit Deo complacere moribus. Quidquid enim salubre auditu percipere poterat, tenaci potius memoriæ commendabat. Cumque jam in majori proveheretur ætate, totis virium præcordiis cæpit magis ac magis ad cælestia anhelare. Denique cum jam adolescentiæ flores subiret, divino admonitus oraculo, ut alter Abraham terram nativitatis suæ relinqueret, Romam advenit; scilicet ut B. Petri et Pauli Apostolorum aliorumque ibi Sanctorum limina orando visitaret, et ut exemplis emolumentum vitæ suæ inibi caperet. Qui ibi tunc temporis a Apostolicali Cathedræ præsedebat, prædictum adolescentem benignissime suscepit, et divino cultui aptum intelligens, litteralibus eum studiis tradidit: quorum doctrina plenissime educatus, in tantum subito earum culmen enituit, ut penitus pro hoc exercitio Romanæ plebi laudabilis haberetur. Et quia potissime Spiritus sancti gratia repletus, spiritaliter agendo studiisque litteralibus discendo inserviebat: septennum annorum circulum sub hoc studio cum eodem Apostolico peregit.

In Cappadocia natus.

E

a
Romæ curante Papa,

studet septennia.

3 Auditis vero virtutum signis, quæ Dominus per b B. Nazarium tunc temporis apud Mediolanum operabatur, sancto accensus desiderio, festinato disposuit illuc proficisci. Accedens denique ad præfatum Papam, innotuit ei causam sui desiderii. Venerabilis vero Apostolicus his auditis, gratias Deo reddidit, qui ejus hæc inspiravit cordi. Itineris quoque comiteatu ei concessio munuit, ut semper quæ Dei sunt studiose perageret: denique accepta benedictione, ut diximus, et ab eodem Pontifice religiosissime valefactus, Mediolanensem urbem adiit: atque in ecclesia, qua Sancti corpus Nazarii requiescit, duobus annis perstitit.

Mediolani moratur biennio, &c.

4 Interim autem dum inibi cohabitaret, superna visione commonetur, ut ad Augustodunensem Galliarum urbem, c S. Symphoriani suffragium imploraturus, accelerando disponeret itinerari: nam et ibidem tunc temporis per B. Symphorianum omnipotens Deus plurima miraculorum prodigia exercebat. Qua scilicet vir Dei communitus visione, festinabat quantocius divinis obsequi mandatis. Tandem itaque eo iter accelerare cupientem omnium Consolator, auxilium consolationis ei providit; quia semper adest sperantibus in se, cunctis in se credentibus quæ justa sunt pie ministrans. Eodem itaque tempore venerandus d Nectarius, ejusdem civitatis Episcopus, S. Nazarium eodem voto causa orationis adiens, invenit ibi virum Dei Emanum: quem de ejus nativitate aut unde duxisset originem percunctans, placido ejus alloquio didicit, eum de Cappadocia provincia natum: atque interrogationi interrogationem subjungens, inquit ab eo quo pergeret. Cui vir Dei Emanus respondit: Nocturna visione communitus sum, ut in Gallias ad S. Symphorianum Martyrem eam orare: cujus sacrum Corpus foris murum Ædus civitatis huiusmodi quies-

c
monitu divina Augustodunum curus,

d
in S. Nectarii ecclesia

A cit. Subiunxit ei B. Nectarius, dicens: Ego, quamvis indignus, Episcopus sum loci illius: sed si tuæ voluntatis spes est, gradiamur simul, eroque socius tui itineris. Factus itaque vir Dei Emanus comes itineris Episcopi, pervenit ad limina S. Symphoriani, uti imperatum erat illi.

ex MSS.

eo venit:

claudum oratione sanat.

5 Ut autem jam demonstraretur mundo virtus sanctitatis, quæ latebat in B. Emamo, in crastino venit ad limina S. Symphoriani claudus quidam mendicans. Expleto itaque vir Dei Emanus pro quo venerat orationum mysterio, exiens ab ecclesia vidit eundem claudum: cujus imbecillitati compassus, mox ad ecclesiam revertitur, et oratione ipsa die cum nocte occupatur. Altera vero die rediens, et apprehensa manu ejus, invocato nomine Domini, continuo ejus membrorum valetudini sanitatem diu optatum impetravit.

Carnotum venit:

B Elapsis autem ibidem aliquot annis a tempore peregrinationis suæ, nocte quadam cum se sopori dedisset superna visio eum affatur, ut partes Galliarum aggrediens, Carnotum, Neustriæ urbem, prædicandi verbi Dei gratia intrepidus adiret: nam eadem tunc temporis urbs non solum cunctis operibus, verum etiam et viris illustribus pollebat valde. Tunc mature vir Dei consurgens, non post multum temporis mœnia præfata urbis Christo annuente ingreditur. Ibi autem verbum Dei civibus prædicans, per biennium cohabitavit, multosque ad fidem Christi convertit. Ea denique tempestate præcellentissimus Rex e Theodebertus regnum Francorum strenue administrabat: qui non solum in causis civilibus, verum etiam in Ecclesiasticis disponendis valde studiosus erat. Hujus ergo incliti Regis tempore, hic vir beatissimus Gallias Domino ducente pervenit. Sed his prætermisissis ad nostræ revertamur ordinem historiæ enarrandum.

7 Dum autem in prædicta urbe Carnoto moraretur, revelatio quorundam Christi Martyrum, ipsis se revelantibus, ei apparuit, quorum passionis textus talis extitisse fertur. Quidam namque venerabilis Diaconus, suæ causa necessitatis, cum suo Clerico devenit ad vicum, qui vocatur Celsiacus: perfectisque omnibus pro quibus illuc venerat, factum est, cum exinde regrederetur, ut super ripam fluminis, cui vocabalum est f Andura, se repausare, et equos suos herbæ pabulo aliquantisper refocillare, diverteret. Accidit vero ut in eodem loco a quibusdam latronibus cum socio suo interliceretur, et in ipsam aquam projiceretur. Post paucos denique dies apparuerunt per visum viro Dei Emamo, dicentes, Veni serve Christi, leva corpuscula nostra de aqua, quia ibi piscium cibus sumus: sed et lupi nos penitus devorandos inde extrahere conantur. Significantes ergo ei locum, continuo disparuerunt. Diluculo igitur vir Dei Emanus consurgens, venit ad fluvium in quo projecti fuerant. Fusa ergo pro eis oratione, corpuscula eorum de aqua protulit, et ad urbem devecta foris murum civitatis condigne sepelivit.

f
viso admontus corpora Martyrum sepelit.

C Post hæc cum in ipsa civitate orationibus et vigiliis assidueretur, per visum apparuit ei B. g Andochus Martyr, dicens: Benedicte vereque a Deo dilecte Emame, quia in numero Sanctorum jam a Deo scriptus es, veni, et ostendam tibi gloriam Martyrum Dei, ac tormenta inferorum quibus cruciantur impii. Denique eum secum assumens, ostendit ei omnia quæ spondederat: et petenti ab eo quis esset, innotuit ei nomen suum, et nomina fratrum suorum, secum h pariter martyrio consecratorum. Ex qua visione vir Dei in Christo roboratus, cœpit admodum cunctis virtutibus excellere.

g
eorumque gloriam intue-
tur:

h

9 Cum vero adhuc ipsius loci incola haberetur vir beatissimus, contigit ut eutes pastores illustris

vir Bladisti ad greges suos signandos, furta circummanentibus hominibus intenderent: qui capti et in ligaminibus positi, verberibusque diu affecti, tandem ducebantur ad mortem. Audiens autem B. Emanus ocius ad ipsos liberandos affuit, volens pro ipsis tradere se morti. Tunc iudex hæc audiens, misericordiæ visceribus tactus, ipsos vinculis relaxavit, et vitam pro eo habere illos permisit.

D
fures occiden-
dos liberat:

10 Cœpit interea vir sanctus jejuniis et eleemosynis et ceteris bonorum operum exhibitionibus Deo præcipue inservire: et cum siti frequentius flagraret, sal pro aqua sibi ministrabat, dicens: Accipe os insatiabile, hoc sit tibi pro dulcedine aquæ: nam et vigiliis sic attenuabat corpus, ut insomnis existeret quamplurimis noctibus. Caritatis namque gratia repletus egenis prout poterat necessaria ministrabat. Orationi vero, lectioni et meditationi ac divinis colloquiis erat jugiter, et omnimodis intentus. Quodam igitur tempore ob festivitatem S. Symphoriani Augustodunensem rursus expetens urbem, ac inibi in orationibus pernoctans, ut meritum sanctitatis ejus quoque locorum divulgaretur: cœpit per energumenos proprio nomine manifestari. Cognito autem hoc Nectarius Episcopus, iracundia simul et livore inimici succensus, jussit eum in loco, ubi nulla lux erat, includi. Quo vir Dei ingressus, pavimenti immunditias vestimento verrere cœpit: et hoc facto positus genibus orabat ad Dominum. Inter orandum vero odor suavitatis locum illum replevit, et lumen splendidum circumfulsit: cujus indicii magnificentiam occultari Divinitas non passa, ei divino nutu obserata protinus patnere carceris ostia. Veniens autem Eufronius Archidiaconus, reclusit ea tertio diligenter: sed recedente eo, statim sunt patefacta. Tunc venerabilis Episcopus, cum ei nuntiatum fuisset, gratias agens Deo, virum sanctam deinceps in magna laude habere cœpit: et prostratas pedibus ejus veniam precabatur. Deinde egresso eo cœpit illi suggerere, ut honorem Clericatus acciperet: moxque acquiescens consilio ejus, percepta benedictione caput sibi tonderi in Clericali honore fecit.

In siti sal
pro aqua
sumit:

E
ab Augustodu-
nensi carcere
liberatus,

ordinatur
Clericus

ANNOTATA.

a MSS. Ibi tunc temporis B. Leo Apost. cath. præerat, qui: quod, omisso nomine Leonis ut perperam intruso, sic mutavimus, ut nihil cœvo auctore indignum lector offenderet.

F

b Colitur S. Nazarius 28 Julii.

c S. Symphoriani dies natalis est 22 Augusti.

d S. Nectarius Ep. Augustodunensis interfuit Concilio Aureliani 5, Christi anno 547, colitur 13 Septembris.

e Theodebertus, apud Austrasios regnavit ab anno 533 usque ad an. 548.

f Andura, Gallice Eure, habet ad dextram ripam vicum Cullen, deinde ad sinistram Curuam-villam, Gallis Courville; postea Carnotum abivit.

g S. Andochius Presbyter, cum Thyrso Diacono et Felice, martyrio coronatus Augustoduni, colitur 24 Septembris: qui hic videtur apparuisse tamquam Martyrum Gallicanorum Primpilus, utpote a S. Polycarpo directus in Galliam.

h Pariter non tempore, sed gloria: puto enim etiam indicata nomina duorum istorum, quorum causa hæc ostensa fuerunt: quæ tamen ad posterorum notitiam non venerunt, deficientibus an eorum sepulturam miraculis, quibus ut Sancti colendi probarentur.

A

CAPUT II.

Sacerdotium. Miracula in agro Carnotino. Martyrium.

Itaque intempestæ noctis silentio cum se sopori dedisset, videt sanctum ac venerabilem Vercellensium Episcopum, nomine *a* Eusebium, cum adolescentulo quodam in albis vestibus astantem, et dicentem sibi. Surge, benedicte Emane, redi ad urbem Carnotum, indeque ad locum ipsius pagi qui vocatur *b* Sibernia, et ostendam tibi ubi ecclesiam in nomine Domini construere debeas : nam de reliquo ibidem cominoraturus, verbum Dei illis in partibus oportet prædicare : felici namque temporalis vitæ cursu expleto, felicius gloriosum martyrium inibi suscipies pro nomine Christi. Tunc vir Dei Emanueleum interrogavit : Domine, quod est nomen tuum, qui mihi talia prosequeris? Qui respondens : Ego sum, ait, famulus Christi Eusebius, Vercellensium quondam Episcopus, sicque ab eo eadem hora abscessit visio. Evigilans itaque vir Dei a somno, immensas omnium Creatori pro ostensa sibi visione gratias reddidit, et iter suæ progressionis mox acceleravit. Cumque reverteretur ab Augustodunensi oppido, ut ad locum sibi monstratum veniret, Aurelianensem civitatem ingressus est, ac tunc temporis ejusdem Sedis Episcopi aspectibus se præsentavit; quem benignissime suscipiens omnis humanitatis gratia erga eum usus est. Cognoscens itaque eum sapientia et Spiritu sancto repletum, ad ordines Ecclesiasticos promovit, sed et ordine Sacerdotii sublimavit.

12 Denique inde progressus, pervenit ad urbem Carnotum. Tunc et ad locum qui ei revelatus fuerat perveniens, ædificavit ecclesiam, ac inibi deinceps verbum Dei prædicans cœhabitavit. Per idem tempus contigit ut invitaretur ad domum prædicti viri, nomine Bladisti; cumque exinde regressus proprias ædes introiret, dimisit equum suum illic, ut noctu herbarum pabulo reficeretur, faciens super eum signum Crucis. Prosecutus est autem eum unus ex parasitis jam dicti viri, nomine Abbo, iniquæ cupiditatis face succensus. Furtim namque subducto eodem equo, cum tota nocte sedens super eum incederet, et viam suam recte se tenere suspicaretur, mane in eodem loco inventus est unde illum subtraxerat. **C** Qui admiratione simul et terrore concussus, valde in hoc pœnitens, de equo descendere conabatur, ut eum relinquens aufugeret. Quod non valens omnimodis, accidit ut veniens *B. Emanus* iterum vexillum Crucis super eum faceret, obsecrans ipsum hominem ut sibi retineret equum. Qui noluit, sed magis veniam postulans impetravit. Cumque abscedere vellet, dedit ei vir sanctus unde calceamenta pararet, ne vacuus ab eo rediret. Præterea idem vir Dei paucas ovium pecudes nutrebat, ob lætis copiam pro pauperum sustentamine. Nocte igitur quadam latrunculi ovile illius ingressi sunt. Arreptos denique ab ipso ovili arietes, dum eos vellent levare a terra, videbatur eis quod canes ferrent : sicque vacui exinde abeuntes, eos timore nimio divinitus percussi reliquerunt. Qui et ipsi in crastino pedibus ejus provoluti, ac reatum suum confitentes, venia consecuta recesserunt gaudentes.

13 Erat denique in Toringia quidam prædives, habens filium unicum, qui a nativitate sua auditu et visu carnerat, facultatesque plurimas medicis dare disposuerat, ut filius suus sanitatem consequeretur. Audiens autem famam *B. Emanus*, misit ei filium suum, quem retentum diutissime pro eo diviniæ majestatis clementiam exoravit. Quarto vero

die orationibus suis salute impetrata, vir Dei ad patrem remisit. **D**

14 Succedente deinde tempore Urbitius quidam adolescens, dum cum aliis cœtaneis in ludo exerceretur, accidit ut improvise ab uno eorum neceretur, sicque jocus puerilis versus est ei in casum mortis. Quem homicidam parentes illius qui mortuus fuerat apprehendentes, perductum in civitatem Carnotum retruserunt in carcerem. Comperto autem vir Dei quantocius adveniens, obnixè cœpit rogare ut ei vita concederetur; nam de mortis illius examine jam tractabatur, Genitrix autem ipsius mortui cum viro Dei adierat urbem, perindeque eam vir Dei precatus fuerat super vita illius qui carcere detinebatur, nec eam ad preces suas flectere poterat. Veniens autem vir sanctus ad carcerem, ubi orationem fudit, protinus comminuta sunt ligna a pedibus ejus qui tenebatur, et ceciderunt catenæ de manibus ejus. Quod videntes qui indignati fuerant, permiserunt eum incontaminatum abire. Eodem vero die præfata genitrix ipsius mortui, quæ noluerat sanctum virum audire, arrepta est a dæmone. Cognati autem ejus et amici, ad pedes Sancti prostrati, postulabant, ut pro ea Dominum invocaret : qui saluti hominum magis prædesse quam obesse desiderans, fusa oratione eam restituit sanitati. Accedens autem vir Dei ad prædicti corpus defuncti, atque invocato nomine Christi, eum matri continuo viventem reddidit, sicque triuo miraculo salutis actor effectus mirabilis, et homicidam a crimine puerumque a morte, et mulierem a dæmone liberavit.

15 Factum est autem insequenti tempore, ut Laudo quidam vir honoratus, filiam ejusdam viri, quam Christo sacrari devoverat, in nefanda conjunctione sibi sociare vellet. Erat vero idem homo cum multis resistens ei, ne tam grave scelus committeret, et ne filiam ejus nefarie opprimeret. Qui noluit consiliis ejus acquiescere, sed hoc graviter ferens, eum occasionibus repertis posuit in carcerem cum aliis numero quadraginta. Tum deinde quadam re exigente, circumseptus militum agmine venit, ad locum qui vocatur Spinogilus : et petentibus de eo parentibus ipsius qui tenebatur, astitit ei sanctus Dei Emanus, et tenens frenum equi illius, rogabat ut vinctum cum ceteris de carcere laxaret, ac ne filiam ejus nefande concupisceret, exorabat. Ille vero abdicato quod audiebat, cum ab eo loco quasi stadiis quindecim recessisset, subito timore magno percellitur, et magna velocitate cum duobus tantum pueris ad virum Dei reversus, atque ejus vestigiis provolutus, veniam proposit. Hominem itaque quem in carcere detinebat, omnesque qui cum eo erant relaxavit : insuper et nefandæ concupiscentiæ malum dereliquit.

16 Quidam denique vir, nomine Orfactius, manens prope fluvium Anduræ, graviter a dæmonio vexabatur : ita denique insania ferebatur, ut nec stare quidem juxta eum quilibet præsumeret, ac sibimet etiam dentibus labia laceraret. Audita autem fama venerabilis viri, et virtutibus quas Domino cooperante faciebat, ab amicis et cognatis ad eum adducitur. Vir autem Domini solita pietate motus, illico ad orationis pro eo confugit auxilium : meritis ergo ipsius intervenientibus sanus ad propria reversus est. Mulier vero quædam ex genere Francorum habebat in domo propinquum adolescentem, quem valde diligebat, sed a dæmonio arreptum gravissime dolebat : qui quadam die domo egressus, nullo se comitante, abiit in silvam, subiensque in arborem, casso se quærentes labore decepit. Revelatum est autem *B. Emanus* ubi puer ille in arbore consistebat. Accedens igitur ad locum, eumque exinde descendere cogens, sanum Dominiæ suæ reddidit.

EX MSS.

in carceratum liberat :

E energumenam sanat :

mortuum resuscitat :

alios incarceratos liberat :

sanat furi-bundum,

et alium juvenem :

a
A. S. Eusebio apparente mortuus de reditu ad Carnotenses :
b**B**
*Aureliis ordinatur Sacerdos :**ecclesiam construit :***C**
*ablatum equum et pecudes recuperans miraculo, furibus ignoscit :**sanat cæcum et surdum :*

A didit. Moris siquidem erat viro Dei, ut in quemcumque virtutem sanationis exerceret, præciperet illi, ne cui auctorem eum suæ sospitatis proderet. Hoc enim, utpote humilitatis amicus, dicebat, sed ejus sancta opera prorsus reticere non poterant.

^c
admonens
latrones de
emendatione
vitæ

17 Denique plurima prætermissa sunt a nobis miracula, quæ vivens in corpore Deo actore patravit : sed quia jam sermo a nobis de ipso habitus præterit, nunc ad ejus gloriosum passionis certamen convertamus stylum. Cum igitur omnipotens Deus ipsius sancti viri labores cœlesti mercede decrevisset remunerare, quadam die idem vir Dei, cum suis sociis c. Manilio et Almaro deambulabat, per ipsa opaca solitudinis, suæ cellulæ contigua loca. Erat autem illic in locis abditis latronum turba commorans non modica, ejusdem sancti viri studiis et prædicationi semper infesta, qui et sperabant eum plurimas penes se habere pecunias. Qui speculatus agnita ejus profectione, ei continuo occurrunt armati. Tunc vir Domini eos eminus appropinquare considerans, eis constanter obviam processit. Cœpit autem eos miti affatu hortari ut desisterent a malis, et viam apprehenderent Christi. Cumque ejus salutaribus doctrinis nequaquam acquiescerent, iracundiæ facibus ut jam diu conceperant, snecensi, eum repente cum prædictis sociis pro fide religionis peremerunt : sicque sanctus athleta Christi ob Dei fidem vel prædicationem innocenter cum prædictis sociis passus, gloriosum sumpsit martyrium septima decima die Kalendarum Juniarum, quorum sanctæ animæ ab Angelis in cœlo evectæ, et inter sacra beatorum Martyrum consortia sunt susceptæ. Sepulti sunt autem præfati Martyres a viris religiosis ibidem in vicina Islaris-Cellæ, ubi usque in præsentem diem meritis eorum omnipotens Deus plurimas virtutes operatur, ad laudem nominis sui d.

B
cum 2 sociis
occiditur 16
Maji.

18 Post multa denique annorum curricula translatum est corpus B. Emani in civitatem Carnotum, ubi ab urbis ejusdem Christicolis in maxima veneratione habetur e. Tanto enim eum pro nobis apud

d

e

Deum intervenire speramus, quanto hic magis pio amore, ut sanctissimum Martyrem decet, ejus merita veneranda complectimur, ad laudem et gloriam nominis Domini nostri Jesu Christi. Palmam itaque victoriæ gloriosam ob sanctos labores vitæ et passionis consecutus a Domino, vivit nunc in cœlesti regno cum Rege Regum Christo, cui est cum Deo Patre, e Spiritu sancto æqualis honor, æqualis gloria, et æquale imperium, et ante secula, et in æternum, et ultra.

Martyris Emani Carnotis in urbe sepulti :
Passio Cara Deo feliciter est recitata.

D
transfertur
Carnotum.

ANNOTATA.

a Colitur S. Eusebius Episcopus Vercellensis 15 Decembris.

b Ita MS. Rotomageuse, et MS. Vindocin. Hibernia Saussayo Illiriensis pagus vulgo Illiers : sed hoc infra Islaris-cella dicitur.

c Saussayus horum loco jungit ei S. Peregrinum, quod supra rejecimus.

d Hic videtur fixitus textus auctoris antiqui, si is vere (ut præfert titulus) cœvus fuit ; reliqua vero posterius adlita, ab eodem qui et versus composuit, quorum initio omissorum satis est specimen in fine relinqui.

e Sebastianus Rollardus in Historia Carnotensi pag. 152 ait, modo requiescere in Ecclesia collegiata S. Mauritii Martyris suburbana, in capsula aliqua una cum corporibus sociorum. Item esse jam ibi Prioratum quemdam S. Emani dependentem ab Abbacia Bonæ-vallis, ubi primo ceperat habitare : et pag. 146, inter ecclesias et capellas urbis Carnotensis non parochiales aliquam constituit S. Emani. Similia scripsit nobis Ambianis R. P. Enardus le Caron, de sui nominis Patrono, quem illic etiam Aymarum scribunt, sollicitus : cui responsum, non dubitare nos, quin sub vario descriptione sit idem qui Almarus ; sicuti Almaricus Aymericus et Emericus.

E

DE S. BRENDANO SEU BRANDANO

ABBATE CLUAINFERTENSI IN HIBERNIA.

G. II.

C

CAPUT I.

F

Ortus, educatio, institutio : monasteria constructa : S. Furseus instructus.

ANNO
DLXXXVII

Duo Sancti
Abbatibus
Brendani,

F'ornerant in Hibernia, duo ejusdem nominis Brendani, sive Brandani, eodem Christi seculo sexto. Horum alter monasterii Bircensis Fundator et Abbas in Momania, colitur xxix Novembris ; alter Fundator et Abbas Cluain-fertensis monasterii, de quo hic agimus, celebrem venerationem habet hoc xvi Maji. Ambos simul adfuisse S. Kierano Episcopo Sagiriensi, traditur in hujus Vita, ad diem v Martii a nobis illustrata, num. 16. In Vita S. Nienidhii xvm Januarii cap. 7 : et S. Finiani Abbatis Cluain-Eoiridensis xxiii Februarii a Colgano edita num. 19. Inter horum discipulos recensentur duo Brandani, scilicet Brandanus filius Finlogho, de quo jam agimus, et Brandanus Biorra seu Birrensis, qui Propheta in Scholis illis et etiam Sanctorum Hibernensium habebatur. Mortuus est S. Finianus xii Decembris, circa annum dlxiii. At Brandanus Birrensis dicitur Usserio diem extremum clausisse anno dlxxi. et S. Brandanus Cluain-fertensis anno dlxxvii, alius unno præeuenti. Hinc difficultas exoritur ut

ambo discipuli
S. Finiani.

singulis propria acta assignentur. S. Finianus, Abbas Surdenfis, a Brendano seculares et divinas litteras edoctus traditur in hujus Vita, a nobis edita xvi Martii, sed quis fuerit Brendanus, ignoratur. In prima Vita S. Columbae Abbatis Hiensis apud Colganum, et a Joanne Mabillone seculo i Benedictino tributa Commineo Albo auctori antiquo, circa annum dclxviii vita functo, num. 7 ista leguntur : Quodam itidem die S. Columba summo mane summum advocat ministrum Diermitium, inquit ita : Sacræ Eucharistiæ ministeria celeriter præparentur : hodie enim B. Brendani natalis est dies. Inquirenti ministro, cur talia præciperet, cum nullus a Scotia nuntius de ejus obitu præcessisset ; tandem ait Sanctus : Obsequere jussioni meæ : hac enim præterita nocte vidi subito apertum cœlum, Angelorumque choros S. Brendani animæ descendere obvios, quorum luminosa claritate totus eadem hora illustratus est mundus. Hæc ibi, quæ in Constantiensi apud Normannos Breviario, quod habemus mdcix excusum, et in Menologio Bucelini, et

S. Brendani
Birrensis
anima elsa
in colum
ferri.

A *a Mobillone in Indice Prætermisorum, applicantur S. Brandano qui colitur xvi Maji. Verum et Adamannus Abbas Hiensis, qui postea sed eodem seculo Vitam ejusdem S. Columbræ Abbatis libris tribus composuit, libro 3 cap. 11 in titulo asserit, esse S. Brendanum fundatorem istius monasterii, quod Scotice Birra nuncupatur. Idem postea de S. Brandano Cluain-fertensi adhuc viro agit, ut infra dicitur. At Birrano Abbate ad xxix Novembris transmissio, quæ ad Cluain-fertensem pertinent, prosequemur.*

2 *In Vita quarta S. Patricii apud Colganum num. 79, S. Patricius plenus spiritu prophetiæ, prophetavit de Sanctis, qui in illis regionibus post ejus obitum forent, et nomina eorum et tempora in quibus nascituri essent revelavit, sicut.... de S. Brandano qui cxx anno post beati viri obitum oriundus fuit. Quæ in Vita tripartita ejusdem lib. 3 cap. 47 ita narrantur: Existens in regione Luachariæ, prædixit magnum illum monachorum Patriarcham et Occidentis sidus in Occidentali parte Mumoniæ oriundum, magnum nempe Brendanum de stirpe Hua-Alta, definiens quod nasceretur cxx anno, quod impletum est. Illustravimus Acta S. Patricii ad diem xvii Martii et in Appendice § 4 egimus de similibus Prophetiis, sed de veritate ambigui, quod sæpe ab uno Sancto ad alios videantur translata, et majori ex parte ad annos xxx vel lx restringantur. Retulimus autem obitum S. Patricii ad annum Christi cccclxx, cui si addantur saltem anni xx, natiuitas S. Brandani non male attribueretur anno cccclxxx; et eua in Annalibus cœnobii Inisfallensis, apud Hararum de Scripturis Hiberniæ, dicatur virisse annos xvii, ad supra indicatum annum dclxxvii obitus ejus recte referretur. Fuit autem S. Brendanus, ut Acta ejus antiquiora habent, filius Finlochæ Senatoris Alti (altis, nepotis Athil) de genere Eugenii ex Fragnili (ahis Stagnili) regione Momoniensium ortus.*

3 *Scriptis aliquam S. Brandani Vitam Augustinus Magruidia, Canonicus Augustinianus cœnobii Inisule omnium Sanctorum, anno mcccv vita sanctus: qui de educatione ejus apud Colganum xvi Januarii in Appendice ad Vitam S. Ida sive Itæ cap. 3 ista refert: Nutritus pius puer Brendanus est uno anno in domo parentum suorum: finitoque anno venit sanctus Episcopus Ercus post S. Brandannum, et duxit eum secum, ut aleretur apud sanctissimam Virginem Itam in suo claro monasterio, quondam dicto Cluainchreuil, modo vero Kill ite, id est Cella-Itæ, juxta radices montis Luachra, in regione Hua Conaill Gabhra habitantem; et S. Ita eum gaudio magno suscepit sanctum infantem, et nutritivum eum quinque annis, diligebatque valde. Et videns gloriosa Virgo Ita eum jucundo frequenter animo, interrogabat eum dicens: O sancte infans, quid lætificat te, Sancte? Parvulus dicebat puerili loquela: Quia te video mihi loqui et alias tibi similes sanctas Virgines, istæ semper me lætificant, tenentes me in manibus suis. Dicebat ei Sancta: Sit de te, fili mi, gaudium in cœlo. Post jam quinque annos venit supra dictus sanctus Episcopus Ercus, et perduxit S. Brandannum secum ad legendum: et erat S. Ita tristis de absentia sui alumni. Hæc ibi. At quæ deinde fecisset, ex eadem Augustino Magruidia refert Colganus xi Februarii ad Vitam S. Hierlatii sive Jarlathæ Episcopi, ubi cap. 3 ista recensentur: Puer bonæ indolis Brendanus, flagrans amore Scripturarum, ac divinorum gliscens videre exempla Sanctorum, optata Magistri venia cogitavit, primo ut sanctum Episcopum Erlatheum visitaret, ac postea sanctos viros terræ. Sed antequam ad S. Erlatheum venisset, ad sanctam suam nutricem, nomine Itam perrexit, ut benedictionem ejus hereditate possideret: quæ ait ei: Vade, inquit, et Sanctorum regulas, qui eas opere*

compleverunt, addisce. Noli enim discere a Virginitibus, ne scandalum incurras ab hominibus. Sancta igitur Ita, Spiritu sancto revelante, alumnum præmonuit; quod quidam laicus occurreret ei, qui inter Sanctos Dei computandus foret. Cumque Brandanus in viam suam pergeret, ecce, ut prædixit sancta sua nutrix, obviam habuit quemdam virum in itinere, qui Colmanus filius Lenini vocabatur: cui S. Brandanus ait: Age homo pœnitentiam, quia Deus vacavit te ad salutem, et eris ut columba innocens in conspectu Dei: et ideo vocavit eum Colmanum, quasi columbæ manum, propter operis innocentiam.... Post hæc S. Brandanus ad S. Erlatheum Episcopum, in Connacia tunc commorantem, cum hoc sancto, viro commorans; doctrinæ salutaris pocula sitibunde hauriens permansit. Cœpit autem et ipse inter cetera dona Dei Spiritu prophetico pollere. Aliquando namque, Spiritu revelante sancto, Pontifici Jarlathæo locum sepulturæ prædixit sic: Non hic resurges, Pater, sed alibi erit resurrectio tua. Cui senior ait: O sancte puer, quare multa arcana Dei in te abscondis? Scio enim quod Spiritum sanctum habes, et multa potentia in te latet. Tu ad me venisti ut addisceres, et ex hoc nunc meus Magister eris: accipe ergo me monachum, et discipulum tibi de cetero: die ergo locum resurrectionis meæ. Cui Brandanus ait: Versus Orientem proficiscere, et ubi rotæ currus tui ruptæ fuerint, ibi oratorium construe et mane, illic quoque multi resurgent tecum in gloria. Ascendit Pontifex sanctus currum, et iter aggrediens non longe a cella sua fractæ sunt duæ rotæ currus, et ibi constructum est monasterium, cui nomen Tuaini-da-gualund. Hæc ibi: quibus similia addit Colganus ex MS. Killkemiensi, in quo appellatur non puer sed juvenis, et sub finem ista adjunguntur: Sanctus autem Brandanus, cum oratione et benedictione S. Jarlathæ Pontificis, discessit ad alium locum. Arbitratur Colganus S. Brandannum tunc redivisse ad præteritum suum Magistrum Ercum Episcopum, quæ aut anno dxi ubi fuisse. Potuit etiam adivisse SS. Nennidhium et Finianum; quorum cum altero Brandano fuisse eum discipulum supra indicavimus.

4 *Invisit sæpius suam nutricem S. Itam sive Itam, de qua supra egimus; in cujus Vita a nobis a l xv Januarii edita ista num. 21 indicantur. Interrogans S. Brandanus quodam tempore R. Itam de tribus operibus, quæ Deo magis placeant, et de tribus quæ satis displicent; ancilla Christi sic respondit: Vera credulitas corde puro in Deum, simplex vita cum religione, largitas cum caritate, hæc tria satis Deo placeant. Os autem detestans homines, affectusque malorum in corde, tenax confidentia in divitiis, hæc tria satis Deo displicent. S. Brandanus et omnes qui ibi erant, talem sententiam audientes, glorificaverunt Deum in famula sua. Præterea curavit S. Ita per S. Brandannum a se adduci duas sanctimoniales, in peccatum carnis lapsas; quæ dein diuinam pœnitentiam agentes, vitam in sanctitate preegerunt: ut indicatur num. 15 et 33.*

5 *In Vita MS. S. Brandani apud Jacobum Usse-rium, de Britannicarum Ecclesiarum primordiis pag. 910, dicitur Brendanus Finlogæ filius multa monasteria et cellas per diversas regiones Hiberniæ fundavisse: in quibus tria millia monachorum, ut perhibetur a senioribus, sub illo erant. De cujus Regula ita in ipsius Vita legit testatur idem Usse-rius pag. 919. Scripsit S. Brendanus regulam ab Angelo [dictatam], secundum quam ordinavit vitam suam, et illa usque hodie manet apud successores S. Brandani. Et oddi capit pag. 1030. Neque alia est illa lex Kiarani et Brendani, cujus amplificatum usum ad annum dccxliii in Annalibus Ultomensibus observavimus.*

D
AUGUSTO G. H.

erique addu-
et Colman-
num filium
Lenini

et ipsi locum
sepulturæ
prædixit:

15

Deo magis
placeant
discit a S
Ita:

15

fundit mo-
nasteria,

regulam
describit
ex ore An-
geli:

An ortus S.
Brandani a
S. Patricio
prædictus?

a S. Ida
educatur:

Instituitur
ab Episcopis
Ercu

et S. Her-
lathæ seu
Jarlathæo,

A **AUCTORE G. II.** *vimus. Postea ut dicitur in Vita ex MS. Hibernico apud nos servata, Brandanus portans secum sanctam regulam, ex ore Angeli scriptam, reversus ad Episcopum Ercum, recepit ab eo sacros Ordines. Post hæc vero populus magnus congregatus est ad eum, relinquens mundum et sua, et trium millium fere monachorum pater fuit, vir miræ abstinentiæ et virtutibus clarus. Idque, ut additur in Lectionibus Breviarii Aberdonensis, revolutis a Christo nato triginta duobus et quingentis annis. Præcipuum ab eo fundatum monasterium fuit Cluain-ferta, a Wareo Clon-ferta dicta, postmodum in Sedem Episcopalem erecta sub Archiepiscopo Tuamensi, sita in Connacia regione et Comitatu Gallivensi ad Sinem fluvium, qui paulo supra recipit Sukicum fluvium: distat xxviii miliaribus Anglicis a Galliva in ortum, et novem ab Arlona.*

condit Cluain-fertam.

Excipit parentes S. Fursei.

B *6 Colitur S. Fursens xvi Januarii: in cujus Vita secunda, a nobis illustrata, hæc traduntur cap. 3. Erat, Phyltano (aliis Fintano) apud Esbrem insulam patruus, nomine Brandanus, Antistes venerandus, gemina scientia morumque honestate in Dei servitio egregius, qui in insula, quæ Cluainferta vocatur, monasterium construxerat: in quo cum religiosis ibidem degentibus monachis ipse idem plurimum lectioni et orationibus vacabat. Ad hunc nepos suus Phyltanus cum uxore et familia sua properans, quæ sibi in juventute sua contigerant, multo singultu interrumpente verba enarravit, angustiarumque suarum remedium necessitatumque subventum humillimis precibus exoravit. Quorum passionibus venerabilis Pontifex compatiens, in cella hospitem, quæ idonea habebatur, illos recepit: multisque ferculis et deliciosis cibis illos, licet communes escæ sufficerent, refocillavit. Sequenti vero nocte dum defessa membra soporis quiete recreassent, tanta lux de cælo supra domum, qua pausabant, enituit, ut procurator ejusdem hospiti contemplans claritatem, si et igneum calorem sensisset, totum habitaculum comburi putasset. Perterritus nempe et quasi in extasi mentis positus surgit, et concito cursu anhelans Episcopum adivit: quem solita vigilia noctis flectendo genua orantem reperit, remque quam viderat trementibus labiis seriatim intulit. Intelligens vir Deo plenus cælestem custodiam esse cum hospitibus susceptis, convocatis sub silentio religiosioribus Monachis et Clericis, ad hospitium properavit: adveniensque claritatem quidem per totum vidit, sed nihil ignei caloris igneæve læsionis sensit. Introiens autem Præsul reverenter dormientes reperit, gaudensque et lætus, facto circumquaque sanctæ Crucis signo eis benedixit, ac deinceps pedetentim ad monasterium rediit, assuetisque orationibus ut Deo devotus incubuit... Dum hæc agebantur completis mensibus suis Gelgelus peperit, beatumque partum venerabili Episcopo in nomine sanctæ et individue Trinitatis obtulit baptizandum. Sanctus quidem Pontifex, quoniam jam in eo per revelationem charismata Spiritus sancti infusa cognoverat, indicto triduo jejunio, cum omni Clero et populo suo puerum diligenter suscepit, atque sacrosancti baptismatis fonte renatum, nomine Furseum (quod ex virtutibus in nostra locutione de Scotica lingua interpretatur) vocavit. Quem non solum divitiis carnalibus deinceps coaluit, verum etiam divinarum doctrinarum facillimo factu applicatum paginis ad plenum erudit, nihilominusque monasticis eruditionibus instituit. Hæc ibi, et cap. 4. num. 20. dicitur S. Furseus, accepta licentia a beato Præsule Brandano, ad insulam Rathmath transisse. Mabillon supra laudatus seculo 2 Benedictino habet priorem Vitam S. Fursei, ex nostro Januario aliisque MSS. recusam et hujus Vitæ, ex qua jam citata decerpimus, encomiasten facit Arnulphum, Latiniacensis monasterii, a S. Furseo*

Luce cælesti intelligit hunc a Deo electum:

natum baptizat.

et postea instituit.

constructi, Abbatem creatum circa annum MLXVI. D *In quo illud displicet quod S. Brendarum Episcopum appellet, qui solum Presbyter erat et Abbas. Colganus in suis ad hanc Vitam notis non arbitratur S. Brendannum patruum fuisse Phyltani sive Fintani, parentis S. Fursei. Præterea locum Esbrem insulæ inllet legi insulam Erbsen sive Orbsen, quæ est in Occidentali Connaciæ regione, in qua ædem sacram a S. Brandano constructam fuisse assertit tradi in Vita ejus Hibernica. Reliqua arbitrio lectoris relinquimus.*

CAPUT II.

Illustria apud alios Sanctos gesta. Fabulosa Acta rejecta. Cultus sacer. Miracula.

A *Adamnanus libro 3. Vitæ S. Columbæ Abbatis, cum cap. 11 egisset de obitu S. Brendani Birrani, ut supra diximus, cap. 17 meminit S. Brendani Cluainfertensis, aliorumque sanctorum Abbatum, et singulari amicitia junctorum, his verbis: Alio in tempore quatuor ad Sanctum visitandum Columbam monasteriorum sancti fundatores de Scotia transmeantes, in Hymba eam invenerunt insula; quorum illustrium vocabula, Comgellus Mocu Aridi, Cainnechus Mocu Dalon, Brandanus Mocu Alti, Cormac nepos Lie-thain. Hi uno eodemque consensu elegerunt, ut sanctus Columba coram ipsis in Ecclesia sacra Eucharistiæ consecraret mysteria. Qui eorum obsecundans jussioni, simul cum eis, die Dominica ex more, post Evangelii lectionem ecclesiam ingreditur: ibidemque dum Missarum solennia celebrarentur, S. Brandanus Mocu Alti, sicut post Comgello et Cainnecho intimavit, quendam erinosum igneum globum et valde luminosum de vestitu S. Columbæ, ante altare stantis et sacram oblationem consecrantis, tam diu ardentem et instar alicujus columnæ sursum ascendente vidit, donec eadem perficerentur sacrosancta mysteria. Hæc Adamnanus. Quæ etiam in secunda Vita dicti S. Columbæ, apud Colganum supra indicata Commune tributa, num. 12 traduntur; uti et lib. 2 Vitæ quintæ cap. 106, quam Latine edidit Colganus, Hibernice a Magna Odone llo Tirconnallensi anno MXXXII conscriptam; in qua Brandanus Abbas Cluainfertensis nominatur, cujus avus dicitur Altas appellatus. Alii itineris socii sunt S. Comgallus, Abbas et fundator monasterii Benchorensis in Ultonia, anno DCI vita functus, cujus varia Acta illustramus ad diem x Maji; S. Cainnechus seu Kanicus, Abbas Ossoriensis et Patronus Kilkeniæ, colitur xi Octobris; et Cormacus Abbas Durmagensis, XXI Junii.*

F *8 Illustravimus ad diem VIII Martii Acta S. Senani Abbatis Inis-Cathensis, in quibus num. 20 ista leguntur: Dura bi ageret, appellit navis, monachos advehens peregrinos. In ea namque navi deferebantur quinquaginta monachi, patria Romani: quos vel arcioris vitæ vel Scripturarum peritiæ, tunc in Hibernia multum florentis, desiderium eo traxerat, ut ibi vivant sub magisterio quorundam sanctorum Patrum, quos vitæ sanctitate et monasticæ disciplinæ rigore intellexerant esse conspicuos. Erant autem in quinque turmas, quorum quilibet decem comprehendebat, divisi: quarum unam ad S. Finnianum, aliam ad S. Senanum, tertiam ad S. Brendanum, quartam ad Barreum, quintam ad Kieranum trahebat vocatio. Inter eos autem decretum extitit quamdiu in mari persisterent, ut singulæ turmæ sui Patroni nitentes protectione, per singulos dies navis et circa eam agendorum subeant curam. Hæc ibi, quæ in Notis cum aliquo scrupulo examinantur, Iterum num. 41 ista traduntur: Cum quadam diu S. Brandanus et S. Kieranus ad S. Senanum venirent, ut eum, tanquam annis et dignitate superiorem (erat enim*

E
* at. Hibernia.
* at. Hiensi.

Invisens
S. Colum-
bam Ab-
batem.

videt igneum
globum in
ejus capite

Excipit
monachos
Romanos:

Episcopus

Invisit S.
Senanum,

A Episcopus, ipsi vero Presbyteri) in Patrem spiritua-
lem et Confessarium valere accipere; contigit co-
quuo nihil habere, unde vel hospites vel domesticos
Fratres reficeret. Quod enim intelligeret Nectanus
Kenn-shoda Princeps de Y figinte, suo mandat œco-
nomo, ut omnem, quem pro mensa regia habebat,
cibi et potus apparatus, ex tempore deferat ad S.
Senanum aliosque famulos Dei in Inis-cataig. Jussa
exequitur œconomus, et Princeps ipse mox subse-
quitur ad insulas porturo, ibique S. Senano famulis-
que Christi sua suæque posteritatis obsequia et
clientalem offert et consecrat, et ab eis humiliter
petitam, largam reportat benedictionem. *Hæc ibi et
in Vita ejusdem carmine conscripta n. m. 27. habentur,
dicunturque advenisse Angelico admoniti oracu-
lo, et a Colgano dictus Brendanus censetur Abbas
Cluain-ferrensensis, de quo hic agimus.*

Prædict
varia de S.
Carthaco.

9 Colitur XIV Maji S. Carthacus cognomento Mo-
chudia Episcopus et Abbas Lismoriensis in *Momo-
nia, cujus ortus dicitur in secunda Vita ab Angelo S.
Brendano prædictus his verbis: Item S. Carthagus
prophetatus est ab Angelo S. Brendano, qui invenit
terram repromissionis sanctorum, dicente ei: Ven-
iet ad te citius Frater mirabilis, qui gentem tuam
hic et in futuro juvabit, et regionem Kiarragh divi-
dent homines, et nomen ejus erit Carthagus inter
vos, et multi solennitate ejus gaudebunt. Ipse siquid-
em magnam congregationem de multis gentibus ad
Doroinum in die judicii colliget, et prima ejus civitas
Ragelen dicitur, posita in medio Hiberniæ in regio-
ne Midie, in plebe scilicet Ferakeelt nuncupata, et
erit clara: at clarior secunda et major, et magnum
principatum tenebit: quæ vocabitur Liesmor. *Hæc
ibi, una cum nostris annotatis.**

S. Maclou-
vium in-
stitut ali-
quis Brenda-
nus,

10 Multa intricata sunt in Actis S. Maclouvi, sive
Machuris, Episcopi Alethensis urbis in Britannia
Armorica, quæ nunc ab ipso Maclouviopolis, vulga
Sint Malo dicitur: *Horum Actorum aliqua edita sunt
tomo primo Actorum Sanctorum Ordinis Benedictini
pag. 217. ubi num. 1 dicitur, dum a pueritia littera-
torie traderetur disciplinæ sub Brendano, eo tera-
pore viro sanctitate et scientia famosissimo, et
superiores industria et inferiores se humilitate super-
abat. Alia ejus Acta exant xv Novembris apud Su-
rium auctore Sigeberto Gemblacensi, qui cap. 6 varia
ingerit de insula maris, in qua cives cæli ferebantur
habitare: et quæ supra in vita S. Carthaci, Terra
repromissionis Sanctorum appellatur: Tunc inquit*

a Sigeberto
habitus
Cluain-fer-
rensensis:

C Sigebertus, eum Magistri sui et Abbatis Brendani
exemplum animabat, cujus tota intentio ad felicem
insulam quærendam non minus flagrabat: quippe
qui hujus novæ peregrinationis incentor existebat et
auctor, ut scriptura Vitæ ejus demonstrat: quam si
quis desiderat legere, quid de ea æstimare debeat,
sapientum ediscat iudicio. *Quod idem de institutione
dicendum de S. Gurrallo, S. Maclouvi in Episcopatu
successore: cujus aliqua Acta erunt danda die vi Junii.*

11 Sunt et tertia Acta ejusdem S. Maclouvi edita a
Joanne a Bosco, in Bibliotheca Floriacensi, in qua ca-
pite I dicitur, in valle Carruana elegantissimum et
nobilissimum monasterium situm, cui Brendanus,
religiosus Confessor Christi, Abbas præerat: in quo
nocte vigiliæ sancti Paschæ mater filium suum edidit:
quem Brendanus deinde baptizans de sacro fonte
levavit, ac postea eum spiritualem filium spiritualiter
deinceps educandum accepit: fideliterque a prima
ætate, quousque posset loqui et litteras discendo cog-
noscere et intelligere, enutrivit... Videns beatus
Magister ejus, quod jam litteras posset discere, scri-
psit ei in tabula elementa. *Dein tribus capitibus nar-
ratur, quomodo S. Machutus, ab unda maris illesus
oratione S. Brendani fuerit servatus. Postea cap. 3*

*indicitur utriusque novigatio his verbis: Insulam, in
illis partibus famosissimam, in Oceano videlicet
positam, vocabulo Imam, cum Magistro et sociis
disposuit navigando adire. Dicebatur autem non mi-
nimam Paradisiacarum habere similitudinem deli-
ciarum. Parata itaque nave cum omnibus tantæ
navigationi opportunis et necessariis, confidentes om-
nino et sperantes in Domino Jesu Christo, cui æter-
naliter ut Unigenito Dei Patris et venti et mare
obediunt, proficiscentes nonaginta et quinque cir-
citer numero Fratres, cum una spatiosa navi com-
mittunt se pelago. Ubi hac illacque diu navigando
vagantes cum jam prolixo tempore, licet sine disci-
mine vel jactura aut exitio alicujus suorum, navigio
lassati, quam quærebant insulam invenire nequirent;
peragratis Orcadibus ceterisque Aquilonensibus in-
sulis ad patriam redeunt. Mox capite 6. Machutus
ordinatus Episcopus, ad prædictam insulam, multo-
rum ore laudabilem, in qua fama ferebatur cœlicos
cives inhabitare, cum sacro quondam suo Magistro
Brendano aliisque sacris æque vicis, aggressus est
navigare. In qua navigatione pluribus in mari ma-
nentes vel permanentes annis, ad septennium usque
perveniant: sicque factum est, ut vicissim annali
recursu annos interpolante, septies sanctum Pascha
contingeret eis in mari celebrare; et nescio qua rela-
tione de gigante resuscitato et cete marino, immista, ca-
put 7 sic concluditur: Sic hymnis et canticis spiritua-
libus laudantes Dominum, prospero satis cursu ad
nativam tellurem atque avitas sedes iacolumes re-
patriaverunt; comitante se illo, qui ait discipulis,
suis, Ecce ego vobiscum sum usque ad consumma-
tionem seculi omnibus diebus.*

12 Habes famosissimæ navigationis specimen, ex
Actis S. Maclouvi sumptum, circa quod primo dubitari
posset, num Brendanus, in primis Actis relatus, non
videatur aliquis Armoricus, et plane diversus a S.
Brendano Hiberno, licet a Sigeberto alioque anonymo
scriptore per homonymiam deceptis, quæ de hujus se-
ptennali navigatione vulgo spargebantur, eidem sint at-
tributa. *Dein quaeret merito aliquis, quomodo secundum
Sigeberti monitum sit iudicio ediscendum sapientium,
quid debeat æstimari de scriptura Vitæ S. Brendani.
Hanc duplicem habemus ex antiquis codicibus MSS.
pluribus collectam, sed, cum Vincentio Bellovacensi
libro 21 Speculi historialis cap. 81, eam peregrina-
tionis historiam, propter apocrypha quædam deli-
ramenta, quæ in ea videntur contineri, penitus ab
opere isto resecamus. Eadem verba ex Vincentio re-
petit Molanus in suis Notis ad XVI Maji Jacobus Wa-
raus Hibernus de scriptoribus Hibernis pag. 12, as-
serit, in Vita S. Brendani multa tradi vana ficta-
que vel apocrypha deliramenta, præsertim de se-
ptennali ejus navigatione ad insulas prius incogui-
tas. Jacobus Usserius Hibernus etiam fatetur de
septennali ejus navigatione prodigiosas ferri fabu-
las. Interim Colganus conatur adstruere hanc septen-
nalem navigationem, et ad diem xxii Martii celebrat
Egressionem familiæ S. Brendani ad hanc naviga-
tionem, et late ex variis deducit initium navigationis,
prout lector ibidem videre potest. Præterea innititur
testimonio antiquæ Vitæ S. Abbatis de Mag-
harnuide, quam arbitratur ante nongentos annos com-
positam, in qua ad XVI Martii ab eo edita num. 43
ista traduntur: Alio tempore, postquam reversus
est S. Brandanus de navigio suo quærendo terram
repromissionis, volens eum interrogare de miran-
dis rebus, quas vidit in Oceano, adivit eum. San-
ctus autem Brandanus, jubente sibi Angelo Dei,
in occursum B. Abbati cum magno gaudio venit:
Sanctusque Abbanus interrogavit eum omnia quæ
voluit. Et S. Brandanus cuncta mirabilia, quæ in-
venta sunt in Oceano, ei diligenter narravit: et
per*

D
AUCTORE G. H.
Eumque in
alia Vita
dicitur ha-
buisse comi-
tem, septen-
nalis navi-
gationis,

E

cujus historia
ut fabulis re-
fertur omit-
tatur.

F

per

AUCTORE G. II. A per aliquot dies una in divinis colloquiis et Angelicis visitationibus permanserunt, et fraternitatem inter se et alios Sanctos et inter pastores suos semper firmiter firmaverunt. Beneficentes autem Deum, et orantes pro seipsis, et osculantes se invicem unusquisque eorum in osculo pacis, ad sua remeavit. *Hæc ibi, quæ potuerunt vera esse : Num teste Ecclesiastico, qui navigant mare, enarrant pericula ejus : quid ni etiam, si quæ mirabilia conspexerint? sed non potuerunt apocrypha deliramenta a S. Brendano narrari, quæ initio forsitan per aliquam licentiam poeticam fuerunt adducta, ac postea historice deducta. Ita rejecimus quæ Actis S. Davidis Archiepiscopi Meneviensis intrusa erant, quasi S. Barrius insidens equo mare transivisset, eique super marinum cetum occurrisset S. Brendanus. Potuerunt navigia eorum habuisse insignia equi et ceti, indeque sumpta occasio hujus fabulæ. Plura in ista relatione dispendentia in Notis ad caput 4 Vitæ dicti Davidis et Martii indicavimus.*

Obitus.

13

Cultus sacer.

13 *Usserius pag. 953 ait S. Brendano fuisse sororem, Brigam, in monasterio Enachduin dicto, in provincia Connachtorum in plebe Haabrum, ibique S. Brendanum xv Kalendas Junii spiritum emisisse, et in civitate sua Cluain-ferta sepultum, atque ita indicari ab inedito Vitæ ipsius scriptore. Quibus similia apud Wararum leguntur. Ejus venerationi post modum sacrata fuit Cluain fertana Ecclesia Cathedralis, unde ejus Episcopi, dicti fuerunt Comorbani, id est successores, S. Brendani, de qua voce egimus in Appendice ad Vitam S. Patricii §. 2 num. 16, quod hujus successores etiam Comorbani S. Patricii fuerint appellati. Eius sacra memoria celebratur in festis Hibernicis, Scoticis, Anglicanis, et passim aliis, Florario MS. Appendice Adonis, Martyrologio Colonæ et Lubecæ anno mcccxc excuso, item in Auctario Greveni et Molani ad Usuardum, et apud Canisium, Galesinum, atque cum hæc omnibus in hodierno Martyrologio Romano. Celebratur officio Ecclesiastico sub ritu semiduplici in tota diocesi Constantiensi apud Normannos : in cujus Breviarii Lectione ista leguntur : Vigiliis ac jejuniis corpus macerabat, maximeque temporis partem in oratione consumebat. In Scotia multos sub regulari disciplina regebat ; quos ad fidem et pietatem hortatus, multis claris miraculis, migravit in cælum. Quæ aliquantum amplificata leguntur apud Saussayum, cum dictæ Constantiæ tribuenti.*

C 14 *Juannes Trithemius, lib. 3 de Viris illustribus*

Ordinis S. Benedicti cap. 31 S. Brendanum suo Ordini adscripsit his verbis : Brendanus Abbas, natus in Hibernia ex parentibus generosis, vir sanctissime conversationis, qui exacerbatus a Britannis, eis maledictis, transivit ad Gallias : ubi ad normam Benedicti cum suis comitibus cœpit militare, et multis clarere miraculis. Hic multos insignes fertur habuisse discipulos. Ejus festum xiv Kalendas Januarii colitur. Claruit anno Domini DLXX. Hæc Trithemius, non absque mendis, ut alia multa : neque enim de exacerbatione illi facta et transitu ad Gallias aliquid solidum usquam extat. Saussayus ad xi Januarii, eadem Beandano Abbati adscribit. Interim ad dictum xix Novembris, exemplo Trithemii, refertur in quodam MS. Calendario Benedictino, Brandanus Abbas in Scotia, de quo mira leguntur : et in Menologio Scotico Dempsteri Brandanus Abbas, qui a Moch invitatus Septentrionis insulas circumvit et pietate imbuit. Eundem citato Trithemio celebrant ad hunc xvi Maji Fian, et hujus exemplo Dorganius, Menardus, et cum longissimo encomio Bucelinus : sed quorum aliqua spectant ad S. Brendanum Birranum, ut supra monuimus. Usserius eos, qui propriam regulam suis monachis in Hibernia præscripserunt, enumerat Columbam Abbatem Hiensem, Comgallum Benchorenssem, Carthocum Lismorenssem, Albrum Imelacensem, et S. Brendanum Cluain-fertensem, qui ex ore Angeli regulam suis præscripsit : videat igitur lector, utrum verosimile sit aut hanc dimisisse, aut Benedictinam ei superinduisse.

15 *Juannes Capgravius in Legenda Angliæ ista sub finem Vitæ S. Brendani habet : Oblatus est S. Brendano in via quidam motus ex utero matris suæ, et benedicente eo linguam ejus, statim liberatus est multos : et tam in dicta Legenda, quam in MS. Hibernico de ejus Vita traditur, eo orante, juvenis mortuus, cum ad sepulcrum traheretur, resurrexisse. Nec dubium quin pluribus claris miraculis vitam egerit, eisque u morte fulserit : sed dolendum ea prodigiosis septennialis navigationis fabulis immista obscurari. Ad diem xiv Junii, celebratur memoria ejus in MS. Usuardo, in Alsatia aut ad Rhenum aucto, his verbis : Eodem die natale B. Brandani Abbatis, mirabilissimi peregrini super mare. Hic natione Scotus erat. Quo itidem die refertur a Greveno, Maurolyco, Fione, Petrario, et in Martyrologio Anglicano Wilsoni, et Scotico Dempsteri. Item xxiv Junii, in quodam Calendario MS. Benedictino, et Episcopus habetur, cujus mira peregrinatio legitur.*

DE SANCTO DOMNOLO

EPISCOPO CENOMANENSI IN GALLIA.

§. 1 Vita scripta. Cultus sacer. Reliquiæ.

ANNO
DLXXXIVita a co-rvo
et oculato
testeet Sacerdote
Cenomanensi
scripta,

Inter Episcopos Cenomanenses in Gallia nonus habetur S. Domnolus, sive Donnolus ; cujus fortia facta et præclara trophæa, quæ novit sua reate perpetrata, scripto reliquit auctor Vitæ, qui cum eo in hac vitæ mortalis peregrinatione plurimum se conversatum esse testatur in Prologo, additque num. 10 se cæcum ejus meritis illuminatum sæpius vidisse, atque ab illo plura alia viri sancti miracula didicisse ; et sub finem asserit, energumenum ad sepulcrum ejus sanatum, multis annis sanum secum mansisse, imo tres cæcos se ad spectante luce redintegrata incolumes abiisse, et multos alios morbis afflictos se conspiciente venisse, eosque beati viri meritis sanos inde recedere vidisse. Fuit autem is ex præcipuis Ecclesiæ Cathedralis Presbyteris, unde Ecclesiæ nostræ bona restituta, et villas indicat num. 11, 13 et 18 : ip-

sumque Vitam vulgavit sub auspiciis S. Hadoini Episcopi Cenomanensis, inter quem et S. Domnolum fuerunt Badegisilus et Bertigrannus. Vitam S. Hadoini dedimus in Addendis ad xx diem Januarii cum ejus testamento, in quo num. 3 basilicæ S. Vincentii, quam Domnolus sanctæ recordationis Episcopus suo labore construxit, donat Pratellum, juris sui villulam, ut vel inde ejus erga S. Domnolum affectus queat agnoscere. Vitæ stylum non nihil se emendasse ait Surinus, quam inde damus nostro modo illustratam et distinctam, quia primogenito stylo hactenus non potuit apud Cenomanos inveniri, magua licet adhibita diligentia. Hisce adjungimus aliam breviorẽ Vitam, ex vetusto codice monasterii Anisolani nobis a Joanne Dardes procuratam, et a Guilielmo Quirini transmissam, utroque nostræ Societatis Sacerdote et studiorum nostrorum amantissimo.

Miracula,

memoria 14
et 24 Junii

17

a Surio edita.

Atque vita
brevior cum
testamento
ex MSS.

A *amantissimo. Hæc Vita post priorem, ejus meminit, scripta est eo potissimum, ut possessiones collatæ monasterio S. Vincentii accuratius explicarentur: cui subiungimus Testamentum S. Domnoli, per modum oblationis circa illud monasterium factæ Clero ecclesiæ suæ, ejus Testamenti alterum exemplar pridem habebamus, alterum ex MS. R. P. Ludovici Jacob a S. Carolo, Ordinis Carmelitani Sacerdote, ipsi Parisiis descriptum.*

2 *Mortuum esse S. Domnolum Kalendis Decembris indicant Acta, ad quem diem illius festum anniversaria celebritate recolitur a Cenomanensibus, et Saussayus in Martyrologio Gallicano ista scribit: Cenomanis depositio S. Domnoli, Episcopi illius urbis et Confessoris, ejus elogia expressa sunt die ejus Ordinationis, decima sexta scilicet Maji: qua die ibidem relebriori cultu ejus est illustris memoria. Idem Saussayus ad xvi Maji, post longum encomium ista habet: Abiit quidem vir divinus ad Soperos Kalendis Decembris, quo die et in sacris Cenomanensis Ecclesiæ tabulis memoria ejus fulget, proprio cultu consignata. Verum Romana omnium mater Ecclesiarum hodie sacram ejus coronam veneratur, tanti Antistitis Ordinationem etc. Verum nulla ordinationis mentio fit in Martyrologio Romano, aut apud Molanum, Galesinium Canisium et alios, sed nuda memoria proponitur hoc xvi Maji, apud Cenomanos S. Domnoli Episcopi. Nos quod et Surius fecit, ejus Vitam ad hunc diem damnus. Joannes Bondonnetus, monasterii S. Vincentii a S. Domnulo constructi religiosus, in Vitis Episcoporum Cenomanensium Gallice a se editis, et Notis ad Vitam S. Domnoli asserit, a suis coli S. Domnolum xxii Octobris, veneratione ad hunc diem translata, quod primus dies Decembris, imprediretur passim cum tempore Adventus: ob quam causam potuit ubi alii eadem veneratio translata fuisse ad hunc xvi Maji: aut certe ob aliquam corporis translationem, aut elevationem.*

3 *Elevatum autem esse corpus S. Domnoli, anno mxxiv, et translatum in capsam argenteam inauratam ab Hildeberto Episcopo Cenomanensi, presentibus Fulcone Comite Andegavensi et magna nobilitate, testatur Bondonnetus pag. 241, qui deinde duas alias Translationes per legitima testimonia probat: quorum prius est tale: Ego Simon Hayenouve, Clericus Andegavensis diœcesis, in Decretis Licentiatus, Apostolica auctoritate Notarius, fidem facio et contestor, Fratrem Benedictum Boulanger, Abbatem hujus monasterii S. Vincentii, transtulisse ex vetustissima capsam in hanc novam corpus S. Domnoli, Confessoris et Episcopi Cenomanensis et præcipui fundatoris ejusdem monasterii, vigesima quinta mensis Januarii, anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo quinto, presentibus ibidem venerabilibus viris, Fratre Nicolao Pivert Abbate S. Martini Sagiensis, Patre Bremondo de Ponte Priore claustrali hujus monasterii, et totius conventus Fratribus, et aliis quam plurimis tum Clericis tum secularibus, teste sigillo meo manuali hic appposito. Hæc ibi. At posterius testimonium est ejusmodi. Et ego Raphael Marie, in legibus Licentiatus, Notarius Apostolicus et Regius, Cenomanis commorans, attestor venerabilem Patrem, Fratrem Jacobum Badocheau, Abbatem hujus monasterii S. Vincentii, Missæ sacrificio solenniter celebrato, idem corpus S. Domnoli, propter tumultus bellicos ex hac nova capsam alio translatum, in eadem denuo restaurata recondidisse decima nona Januarii, anno Domini millesimo sexcentesimo, presentibus ibidem totius conventus Fratribus, et discretis viris, Roberto Oven Anglo, et Nicolao Noel Picardo, Presbyteris et Canonicis Cenomanensibus, et aliis quamplurimis Cenomanis commorantibus, teste sigillo meo manuali hic appposito et prædictorum. Sic signatum, Bado-*

Maji T. III

cheau Abbas. R. Oven, N. Noel, Marie Notarius. Hæc ibi.

4 *Est supra Parisios inter Sequannam et Matronam provincia Bria sive Brionia, et in ea oppidum Chaumesen Chomes, in cujus Ecclesia circa annum MDXXX inventum fuisse corpus S. Dosmi (Gallice Dosme), ejusque caput ibidem quiescere, ac multis clarere miraculis, ac dici, fuisse Episcopum Cenomanensem, testatur Nicolaus Gallis in Annalibus Gallicis in Francisco primo Rege Francorum fol. 333 editionis Parisiensis 1617. Antonius Corvaserius in sua Episcoporum Cenomanensium Historia, arbitratur dictum corpus S. Dosmi esse S. Domnoli, quod nullum alterius nomen magis conveniat. Verum cura eodem tempore corpus S. Domnoli fuerit in ecclesia monasterii S. Vincentii Cenomanensis, et is Gallice non Dosme, sed Domnole appelletur, videtur potius S. Dosmus alius a S. Domnulo statuendus, sive is Martyr sive Confessor habetur. Faleitur Bondonnetus non adesse Cenomanis caput, ideo nec omnia ossa S. Domnoli: sed nec inde sequitur quæ desiderantur ossa, deportata fuisse ad oppidum Chaumense et istuc conficere corpus. Verum hanc utriusque patri controversiam decideadam relinquimus: et expectamus ut Chaumenses sua, si qua habent, documenta proferant atque commanent aliquid lucis fortassis a nobis acceptura.*

§ II. Tempus Sedis et obitus. Peracta circa obitum S. Leonardi Vendoperensis.

Habemus Historiam Francorum Gregorii Episcopi Turonensis, olim a Rosweido nostro collatam cum MS. vetustissimo codice monasterii S. Trudonis in Hasbana, in quo plurima desunt, quæ passim in excusis exemplaribus leguntur, sed forsitan a posteris inserta, ut alii ex MSS. codicibus Corbeiensis et Metensis indicant. In his MSS. desunt illi, quæ de S. Domnulo in excusa historia sic leguntur lib. 6 cap. 9. Domnolus vero Cenomanorum Episcopus ægrotare cœpit. Tempore enim Chlotharii Regis apud Parisios ad basilicam S. Laurentii gregi monasteriali præfuerat. Sed quoniam Childeberto seniore vivente, semper Chlothario Regis fidelis extitit, et nuntios ipsius ad speculandum missos crebrius occubabat, præstolabatur Rex locum, in quo Pontificatus honorem acciperet. Migrante autem Avennionensis civitatis Pontifice istum illuc dare deliberaverat. Sed B. Domnolus hæc audiens, ad basilicam S. Martini Antistitis, quo tunc Chlotharius Rex ad orationem venerat, accessit: et nocte tota in vigiliis excubans, per priores, qui aderant, Regi, suggestionem intulit, ut non quasi captivus ab ejus elongaretur aspectu, nec permitterent simplicitatem suam inter Senatores sophisticos ac Judices philosophicos fatigari. Ad hæc Rex annuens, migrante Innocentio Cenomanorum Episcopo, ipsum Ecclesiæ illi Episcopum destinavit. Jam assumpto Episcopatu, talem se tantumque præbuit, ut in somnæ sanctitatis culmen evectus, debili usum gressuum, cæco restitueret visum. Qui post viginti duos Episcopatus annos, dum se cerneret morbo regio calculoque gravissime fatigari, Theodulphum Abbatem in locum suum præelegit. Cujus assensus Rex præbuit voluntatem. Sed non multum post tempus mutata sententia, in Badegesilum domus Regiæ Majorem transfertur electio. Qui tonsuratus, gradus quos Clerici sortiuntur ascendens, post quadraginta dies migrante Sacerdote successit.

6 *Hæc omnia desunt in prædictis MSS. et videntur postmodum inserta, et in multis refelluntur ex textu Vitæ S. Domnoli, ab auctore conro et teste oculato scriptæ; mox et ex Vita breviori, diu postea exarata: in quibus S. Domnolus alienigena habetur, ne Romæ peregrinatus in Gallias jam tunc Episcopus, assumptusque*

D
AUCTORE D. P.
VIDE APP.
TOM. VII MAJI
NOT. 109**
An corpus aut
reliquæ sint
in ecclesia
Chaumensi?

Insertum
historiæ
Gregorii
Turonensis,
elogium S.
Domnoli,

P

in aliquibus
reprobatur.

A *ad regimem Ecclesie Cenomanorum. Fabulosa ergo videntur quae de Domnolo Abbate S. Laurentii dicuntur, ac forsitan ab aliquo alio Domnolo gesta ad hunc Cenomanensem perperam transferuntur; idque eo facilius quo uator erat amicitia, quae inter S. Domnolum et S. Germanum Episcopum Parisiensem intercessit. Quod? quod ibi S. Domnolus statuat alicujus proditoris reus, qui uentos Chlotharii Regis ad speculandum missos crebris occultabat? Hujusmodi sane culpa viro tam sancto non videtur recte tribui. Accedit quod auctor vitæ dicit, jampridem defunctum fuisse B. Innocentium cum Cenomanos uenit Domnolus, necdum alio in epus locum subrogato. Imo Boudouartus alique scriptores Cenomanenses, allegatis vetustis chartulariis dicunt, ex iis haberi Scienfredum quemdam: qui uortuo Innocentio Sedem inuaserit, seu potius Ecclesie jura ac bona, quippe qui nunquam se ordinandum curaverit; unde factum sit ut in Concilio Aurelianensi v anno Childeberti xxxviii Christi dclxvii, vicinis omnibus Episcopis comparentibus per se aut missos suos, solus defuerit Cenomanensis; quem inde colligunt tunc nullum fuisse. Optorem produci chartularia illa, ex quibus Scienfredus iste cognoscitur: nam ex publicis illis, si genuina sunt, instrumentis longe certius deserviri poterit cujusque Episcopi tempus, quam ex incerta posteriorum conjectura; qui ut longa annorum spatia paucis Episcopis implerent, quos scilicet solos noverant, pluribus forte oblivione delictis, longa illis spatia annorum assignare.*

B *7 Sic in Regesto Pontificalis Ecclesie Cenomanensis. MS. usque ad annum Domini mclxv, habentur Gesta Domni Innocentis, Cenomanicæ urbis Episcopi, qui fuit temporibus Anastasii Imperatoris, et Chlodovæi primi Francorum Regis Christiani, et Childeberti filii ejus, diciturque quod Sedit in prædicta Sede annos xlv, menses x dies xxv, et fecit in ipsa ordinationes quinquaginta; Presbyteros enim consecravit cccxviii, et Levitas atque alios ministros quantum necesse fuit. Deinde sequuntur Gesta Domni Domnoli, Cenomanicæ urbis Episcopi, qui fuit temporibus ultimis Childeberti et Clotharii atque primo tempore Chilperici filii ipsius Clotharii, qui fuerunt Reges Francorum, et dicitur quod Sedit in prædicta Sede annos xlvi menses xi dies xxiv, et fecit ordinationes lxxv, Presbyteros ccllx, Diaconos ccl, et reliquos ministros sufficienter. Similiter in addendis ad xx Januarii exhibuimus Gesta Domni Haduindi, Cenomanicæ urbis Episcopi, qui fuit ultimo tempore Chlotharii filii Chilperici et tempore Dagoberti filii Clotharii, et primo tempore Chlodovæi filii ejusdem Dagoberti: circa finem autem asseritur, quod Sedit in prædicta Sede annos xxx menses xi dies xxiii. Operæ pretiam esset illud Regestum integrum dari in lucem, tum propter plura singulorum Episcoporum gestis subjuncto instrumenta, Cenomanensis historiarum fundamenta et principia forsitan vehementer illustratura, nec non reliquæ Gallicanæ historiarum magnum subsidium allatura; tum ad commodius judicandum de singulis: nonnulla enim certo adulterata sunt aut omnino fictitia. Interim præsumere licet, quo stylo captum est, eodem productum esse Regestum illud usque ad Dominum Gaufridum de Lauduno, cum quod desinit. Hoc autem posito, consequens etiam foret totum esse compositum sub ejus successore Domino Guilielmo Roland, seculo xiii. juxta eam, quæ tunc habebatur satis vitiosa, Francorum Regum Chronologiam; et numeros annorum, mensium, dierum, cuique Episcopatu attributorum; qui ut posterioribus seculis certi fuerint, non est credibile eos æque certos fuisse sex vel octo prioribus: imo pro primis saltem gratis esse defuitos. non solum censeo ego, sed et Boudouartus, et verosimiliter alii apud Cenomanos eruditi viri.*

8 In Domnolo certe id clarum est, cui anni fere

xlvi tribuuntur ab ultimis temporibus Childeberti, D *qui obiit anno regni xlix Christi dlviii, usque prima tempora Chilperici, qui cepit anno Christi dclxi. Interim anno Childeberti Regis xxx habito est Synodus Aurelianensis iv, cui Innocentius in Christi nomine Episcopus civitatis Cenomanicæ consensit et subscripsit, adeo ut hic fortassis non ante annum dclxvi excesserit e vivis. Cujus locum si aliquam multis annis tenuit nunquam ordinatus Scienfredus, poterunt initia Domnoli, potius quam finis, referri ad prima tempora Chilperici: pro quo tamen rectius scriberetur nomen fratris Chariberti, Parisiense Regnum, sub quo Cenomani erant, post Chlotharii patris mortem obtinentis, sicut regnum Suessionense obtinebat Chilpericus. Paterit etiam sic verum esse, quod Gregorii Turonensis Interpolator, auctor non quidem fidelissimus, sed tamen pluribus seculis antiquior Regesto, de Domnolo scripsit, post viginti duos Episcopatus annos successorem postulasse et impetrasse. Certe prima ejus notitia anno Christi dclxvii invenitur in Synodo Turonensi ii, cui xv Kalendas Decembris, Chariberto annum sextum regnante, subscripsit Domnolus, peccator Episcopus Ecclesie Cenomanensis. Obtulerat huic Synodo epistolam S. Radegundis Reginae, qui petiit tutelam et stabilitatem instituta a se Congregationis, quam confirmarunt S. Domnolus alique Episcopi decreto suo, quod extat apud Gregorium Turonensem lib. 9 Histor. Francorum cap. 39 Inter Episcopos, qui tunc interfuerunt dicto Concilio Turonensi fuit Felix Episcopus Nannetensis, ad quem extat poema Fortunati Episcopi Pictaviensis lib. 3, num. 6, de Dedicacione Ecclesie suæ, cui S. Domnolum interfuisse hoc versu nuntiat.*

Domnolus hic fulget meritis. Matacharius inde, Jure Sacerdotii cultor uterque Dei.

Churiberto Rege Parisiorum mortuo sub annum dclxx, Cenomani fuerunt sub regimine Chilperici fratris ejus Regis Suessionum, cujus regni anno xi, pridie Nonis Martii, id est anno dclxxii, Instrumentum pro monasterio SS. Vincentii et Laurentii, quod infra datur, signatum est ab ipso Domnola, et a S. Germano Episcopo Parisiensi, sub annum dclxxvi vita sancto. Ab hoc autem Instrumento diversum videtur id, quod citatur in Vita breviori num. 4, ut factum pro eodem monasterio: quia memoratus Boudouartus pag. 268 asserit hoc esse signatum Nonis Septembris, anno xx Chilperici, id est Christi dclxxxi. Hoc ergo anno si mortuum dicamus S. Domnolum (nam successor Badigisilus interfuit Concilio ii Matisconensi anno dclxxxv et juxta Gregorii interpolati cap. 39, lib. 8, quinto expleto ingrediebatur sextum sui Episcopatus, anno xi Childeberti Austrasiarum Regis, Chr. dclxxxvii) Episcopatus Domnoli non tantum initia Chilperici attigerit, sed totum fere illius tam apud Suessiones quam Parisios regnum æquaverit; nec tamen plus multo quam annis xii sederit, incipiens anno Christi dclix, et mortuus dclxxxii die i Decembris.

9 Alia rebus S. Domnoli obscuritas offunditur ex Vita S. Mauri, quam sub nomine Fausti cœvi habemus, deducimusque ad xv Januarii. Ibi enim num. 16 a Beatissimo Bertigramno, Cenomanicæ urbis Episcopo, narratur legatio missa ad S. Benedictum, pro suorū colonia postulanda: qui S. Maurum discipulum cum sociis quatuor direxerit in Gollium: sed hi (ut dicitur num. 33) intelligentes Anrelis B. Bertigramnum Episcopum jam migrasse ad Dominum, aliamque in loco ejus jam substitutum Pontificem; ac deinde num. 33, quod locus Rupiacus, sibi ad construendum monasterium a B. Bertigramno provisus, non admodum aptus erat regulari religioni... quodque Domnolus Episcopus, nihil de hac re, quam suus decessor exorsus erat, facere vellet, respondens, se propriis magis quam alienis velle insistere cæptis, ne

supra

uti et in Regesto Cenomanensi,

ubi annis fere 47 dicitur sedisse,

cum initio Chilperici finitis,

E

F

In actis S. Mauri Ab. B. rtigramno successisse

A supra alienum ædificare videretur fundamentum; hæc, in quam intelligens S. Maurus cum sociis, oblati in ditione Andegavensi locum acceptavit, et Glannofoliense monasterium fundavit. Interim constat Bertigramnum non præcessisse, sed successisse Majolo, post Bandigisili quinquanem tyrannidem, et anno DLXXXIX rescripsisse Guntramno Regi in causa monachorum Pictaviensium, inter octo Episcopos ultimum, velut omnium juniorem. Nemo est igitur inter modernos scriptores, qui vitium non agnoscat obrepisse aut Odoni Abbatu Glannofoliensi, Vitam S. Mauri, salva fide dictorum ac miraculorum inibi repertorum, corrigere satagentis anno DCCCLXVIII, aut hujus ipsius interpolatori: sed omnes fere in hoc conveniunt, ut pro Bertigramno, Innocentium; pro Domnolo, Scienfridum invasorem censeant esse substituendum: eo quod sibi certo persuadeant, vivente etiamnum S. Benedicto deductum esse istam discipulorum ejus coloniam, illum autem nos ostendimus obiisse anno DCXLIII.

cum dicitur
Domnolus,

Acta ipsa
potius arguuntur
esse suppositicia,

B

10 Ego vero dum considero, toties inculcatum Bertigramni nomen, rursus repeti in prologa ad historiam translationis S. Mauri, quem, inquit Odo, scribens Almoda Cenomanicæ Ecclesiæ Archidiacono, a Pontifice sanctæ Sedis, cui heo auctore deservis, Beato scilicet Bertichramno, nostris, ut nostis, adscitum gaudemus provinciis. Hæc, inquam, dum considero, vehementer impellor, non ut Bertegramni nomen retinendum, atque ab ejus successore S. Charoindo rejectum S. Maurum censeam (sic enim missio illa usque ad annum fere DCXVIII esset differenda, destructo ante annos ferme triginta Casinensi cœnochio, quando Maurus S. Benedicti discipulus debuisset fuisse centenario proximus) sed potius, ut prælimum illud de S. Mauro scriptum (quod veluti ex quaterniunculis a Fausto cœvo scriptis circa S. Benedictum ejusque discipulos, ab Odone Glannofoliense acceptum expolitumque obtruditur) merum esse sequentis ævi figmentum opiner, ei simile, quod de martyrio S. Plocidi et sociorum, sub nomine Gordiani eorumdem ministri, habetur, cui quid solidæ veritatis subsit, inter tot mendaciorum monstra nequeat vel per conjecturam prudentem definiri. Nisi forte placeat suspicari, paulo ante Cassinensis monasterii factam a Longobardis destructionem, id est ante annum DLXXXIX, a S. Bertegramno quidem exoratum Bonitum, non Benedictum Abbatem, sui condiscipulo Mauro, jam ætate gravi, primum trans alpes Coloniam delatendam commisisse: Maurum vero intellecta, non morte Episcopi, sed turbis in Episcopatu suscitatis a decessoris defuncti vidua, ipsam forte Rupiæ possessionem ad se trahente, istic substituisse, ubi commodior tranquilliorque offerebatur locus novo instituti sui monasterio condendo. Istorum certe contraversiarum testis est lib. 8 cap. 39 Gregorius Turonensis, saltem interpolatus, et sufficere illa poterunt disturbando primo Bertigramni consilio, quod Charoindus successor, satis pacatum Pontificatum habens, executioni mandavit, in vico Aurion, a Rupiaco villa dependente, monasterium construens, et agmina monachorum, regulariter inibi Deo servientium, nobiliter instituens. Sed hæc plene discontingenda erunt, in nova atque in duplum augenda, quam posteri curabunt, editione Januarii, multa reformatione egentis, ut sunt imperfecta rerum omnium principia.

quam probetur
ante S. Domnolum
venisse
in Gallias
Maurum.

C

11 Ut autem ad S. Domnolum ubi importuna, quam inge ta fabula extorserunt, digressionem revertamur; præclarum testimonium eidem datur in vita S. Leonardi Anachorete, qui in ejus diocesi sub SS. Innocentio et ipso Domnolo Episcopis floruit, et colitur xv Octobris: quod inde excerptum hic datus, et est ejusmodi: Erat S. Leonardus Deo amabilis et hominibus dilectus. Solitus namque erat S. Domnolus, Episcopus Cenomanensis, cujus et monachus erat, eum dirigere ad S. Germanum Parisiorum Episcopum, qui amobus dilectus et credulus erat.... Obit autem prædictus S. Leo-

De obitu
S. Leonardi
divinitus
monitus Domnolus,

nardus sub Chilperico Francorum Rege Idibus Octobris, in pace, plenus dierum, in senectute bona, et sepultus est in supra dicta cellula sua a S. Domnolo ante dicto Episcopo. Nam pridie antequam obiisset dictus S. Leonardus, venit vox divina ad Domnolum ante dictum Episcopum, præcipiens ei, ut iret Deo suis sanctissimis precibus animam commendare supra dicti Confessoris: quia de seculo crastina die eum migrare, et cum Sanctis et electis Dei animam collocari oportebat. Qui statim cum suis ministris, hoc quod ei jussu divinitus fuerat perficere non tardavit. Nam et antedictus S. Leonardus, præscens divinitus sancti Pontificis adventum, præcepit Fratribus ut ad ejus ingressum se præpararent, et digne, ut seniore Domini Pontificem decebat, eum susciperent, et omnia necessaria administrarent. Indicavit etiam Fratribus se ipsa die, postquam præfatus Pontifex suam Deo commendasset animam, de seculo exiturum. Adveniente quoque suo Episcopo, ejusque animam commendante, mox Domina suam sanctam animam reddidit. Quo defuncto dum sancta ejus membra portabantur ad tumulum, cæci tangentes ejus vehiculum, visum receperunt pristinum. Sepulto autem eo, per electionem eorum monachorum, S. Domnolus unum ex ipsis sibi constituit et ordinavit Abbatem: qui usque in hodiernum diem eandem sub sancta religione, disponente et ordinante Episcopo, gubernat et regit cellulam. Hæc ibi. Quæ etiam, sed contracta, habet Bernardus Guidonis Episcopus Lodovicensis tomo 2 de Vitis Sanctorum. Locus olim Vendopera vulgo Vendevre dictus, nunc a S. Leonardo nomen habet, situs ad Sartam fluvium in Decanatu Fresuensi versus confinia Normanniæ.

D
AUCTORE D P
post sepultura
officium,

successorem
ei constituit
E

VITA

Auctore Presbytero Cenomanensi cœvo.

PROLOGUS.

Sanctæ et individue Trinitatis freti auxilio, omniumque Sanctorum precibus fulti, tum etiam præcedentium Patrum incitati studiis, denique reverendissimi Præsulis nostri Haduni hortatu confirmati, beatissimi Patroni nostri Domnoli, Cenomanicæ urbis Episcopi, vitam illustrem, multorum utilitati profuturam, ipso nobis opitulante, scribendam suscipimus. Non enim sumus nescii, veteribus id studio fuisse, ut suæ ætatis egregios viros scriptorum suorum monumentis ad posterorum notitiam transmitterent, eorum præclare dicta et facta aut litteris consignarent, aut picturis exprimenda, aut æri insculpenda, vel marmoris spectato opere representanda curarent. Putabant enim se opere pretium facturos, si qua in iis, vel aliis utilia, vel cognitione digna, vel ad imitationem præclara viderentur, ea sua industria et labore posteris innotescerent: ut ita neque suo seculo alieni a studio religionis et pietatis, neque erga posteritatem parum officiosi censerentur. Quod si vero hoc plerique ex illis non modo in Sanctos, sed etiam in quosdam alios ipsis caros homines declararunt: quanto magis nos sagaciter et accurate Sanctorum res gestas investigare, atque ad aliorum quoque notitiam proferre debemus, ut eorum provocati exemplis, doctrinaque informati, ad ea nos semper intendamus, quæ sint grata et accepta Deo? Cavendum certe nobis est, ne militum Christi fortia facta et præclara trophæa, ea præsertim, quibus nostra ætate insignes et illustres fuere, silentii carcere premamus: sed potius quantum ille dederit, qui est auctor omnis boni, qui oratorum aperit et linguas infantium disertas facit,

F

Sanctorum
gesta ad utilitatem
posterorum
scripta,

quæ

AUCTORE
CO. EVD

A quæ possint successoribus nostris esse usui, ea vel mediocri stylo conscribamus. Etsi autem nos ejusmodi operi impares esse non ignoramus (quippe quibus est ingenii, eloquentiæ et eruditionis angusta supellex) attamen satius fore arbitrati sumus, vel exiliter dicere ea pauca quæ novimus, quam cum servo pigro et desidioso, pro retenta Domini pecunia, in damnationis discrimen adduci. Quæ igitur ab illis egregie perpetrata sunt, nos licet indigni, saltem utcumque commemoremus. Neque enim id facimus nostra temeritate adducti, sed, ut jam ante dictum est, voluntate et mandato venerandi Pontificis nostri Haduini : qui nos beatissimi Domnoli Episcopi vitam jussit vel rudi exarare stylo. Cujus, tamquam urbis nostræ Antistitis, jussioni libenter morem gerentes, ejus fulti precibus, ad scribendum nos accingimus; suppliciter invocantes beatissimi Domnoli habitorem Spiritum sanctum, ut qui illi gratiam largitus est miracula et admirandas patrandi virtutes, nobis copiam tribuat et facultatem eas enarrandi, ad laudem et gloriam suam et fidelium ædificationem : ut facta eximii Patroni nostri, si tamen id fieri potest, dictis exæquemus, qui cum eo in hac vitæ mortalis peregrinatione plurimum conversati sumus : quamquam sane tantæ ejus virtutes sunt, ut eum pro dignitate laudare humana, fragilitas nequaquam possit. Cum sit autem aliud, teste Divo Hieronymo, laucis communibus laudare defunctum; et aliud, defuncti proprias narrare virtutes; nos hoc opusculum ad bonorum exemplum ab illo tempore auspicabimur, quo nus glorioso adventu suo illustrare, nobiscumque manere ex Dei providentia jussus est.

In Vita S.
Hilarianis.

CAPUT I.

*Iter Romanum. Episcopatus Cenomanensis.
Monasteria constructa.*

Itaque beatissimus Domnolus, urbi Cenomanicæ a Deo destinatus Episcopus, virtutum omnium floribus redimitus, in alia regione ex generosis parentibus, quod ejus probi mores et nobilis conversatio testabantur, est procreatus. Ut enim ex radice fructus proficiscitur, ita ex fructus sapore radicis natura intelligitur : et quemadmodum fructus arboris, etiamsi procul asportetur, non tamen amittit suavitatem, quam ex radice accepit; sic etiam hic sacratissimus vir, undecumque sive quibuscumque ex partibus ad nos advenerit, sanctæ nobilitatis suæ dulcedinem nos celare non potuit. Etsi vero apud nos in Episcopum consecratus non fuit, ad nos tamen in multorum salutem divinitus est transmissus. Nam ad imitationem Abrahamæ patriarchæ, cui a Deo dictum est; Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram, quam monstravero tibi; jam ordinatus alibi Episcopus, relicta patria et parentibus, cunctisque rebus quas possidere videbatur, Romam profectus est, limina beatissimorum Apostolorum orationis gratia visitaturus. Ubi cum animi sui devotioni fecisset satis, post longa itineris emensa spatia, Domino gubernante, ad Cenomanus appulit : quos propter obitum sui Pontificis magno offendit animi mœrore affectos. Jam pridem enim B. a Innocens ad Dominum migrarat, et laboris sui erat præmia consecutus : in ejus vero locum necdum alius subrogatus fuit. Cum igitur hunc virum sanctissimum conspexissent; eumque jam Episcopum ordinatum didicissent, tam Proceres et Principes, quam Clerus universus et populus, non solum urbanus sed etiam rusticola, divino id instinctu agente, uno ore eademque animi sententiâ obnixè eum deprecabantur, vellet ipsos ipsorumque civitatem

Episcopus
alibi ordi-
natus,
Gen. 12ut Romam
inde ad Ce-
nomanos;

u

a quibus
assumptus

et patriam non invitus gubernandam suscipere. D Quamvis autem in ea re valde se difficilem præberet, ad extremum tamen aliud agere non potuit, quam quod populus Deo inspirante postulavit.

3 b Suscepit igitur, sed sane invitus et compulsus, Episcopi ministerium cum multa humilitate : Dominoque cooperante, toto vitæ suæ tempore, non parum illis quibus præerat contulit. Denique qualem se quantumque illic præstiterit, ejus vitæ finis declaravit, in quo laus omnis tuto canitur. Erat vero hoc ejus nobilitatis insigne, quod Christo die ac nocte alacri et jucundo animo gratam exhibebat servituti. Neque tamen vel a generis nobilitate, vel ab operum sanctitate gloriolæ et laudis fumos captabat : sed præclara de se præbens virtutum exempla, intra se suos thesauros deposuit; et Dominum mundo corde complectens, pompam omnem mundi hujus toto pectore contempsit. In conversatione erat humilitate conspicuus, caritatis dulcedine fervens, castitatis splendore illustris, jejuniorum pinguedini deditus : disciplinæ vero cœlesti adeo se totum addixit, ut Pontificale ministerium pro dignitate, et quidem pie et devote, sit executus. Porro autem socia caritate ac mutua benevolentia conjunctus fuit c Germano, sanctissimo Parisiorum Antistiti : quem et creberrime invisere consuevit, et ab illo itidem non raro visitatus est. Cumque se invicem divinis inflammarent adhortationibus, subjectis populis tam verbis, quam exemplis haud vulgariter profuere. Non enim immemores erant illius Dominicæ sententiæ, Quod si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a patre meo; itemque illius, Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

4 Extruxit autem sanctæ Ecclesiæ amator devotissimus monasterium quoddam, in suburbio civitatis suæ, tum ut ejus urbis esset munimentum, tum ut posset Domino animas lucrifacere : idque in honorem sanctorum Martyrum d Vincentii et Laurentii consecravit, ipsi autem consecrationi adesse voluit memoratum Germanum Episcopum, ut amborum solenni dedicatione ad majorem populus devotionem incitaretur. In ejus vero consecratione de rebus Ecclesiæ suæ multa testamento ei legavit atque confirmavit, permittente et favente Chilperico Francorum Rege ejusque Principibus, multis etiam id ei suggerentibus Episcopis, imprimis autem S. Germano; Clero quoque populoque, ut id faceret, adhortante, quemadmodum in ejus e Actis annotatum est : subscripsit autem sua manu et approbavit beatus Germanus, pluresque alii f Episcopi. Porro in eodem ecclesiæ caput B. Vincentii Martyris, et magnam craticulæ partem, in qua S. Laurentius assatus est, honorifice reposuit : monachos etiam sub cura et moderatione Leusi Abbatis, quem ipse præfecit, ad Regulæ præscriptum illic degere, Dominoque servire voluit. Tanto autem amore beatissimum Germanum Episcopum complectebatur, ut in ea ipsa SS. Vincentii et Laurentii Martyrum ecclesiâ, sepulturæ locum ei præpararit : ubi tamen postea, ob certas quasdam causas, non S. Germanus, sed ipsemet digue humatus est.

5 Cumque religionis monasticæ propositum mirifice complecteretur, in ea cellula, in qua S. Julianus, primus Cenomanorum Episcopus, corpore g requiescit, juxta monasterium h Victorii, quod situm est ad flumen Sartam, monasticum institutum, quod jam pridem illic florere cœperat, mirifice augmentavit, adeo ut quinquaginta fore monachos illic regulariter degere voluerit, eaque quæ ad victum pertinent, tam illorum quam peregrinorum et adventantium, magnifice suppeditarit. Aliud quoque monasteriolum et xenodochium

b

omni virtute

munus sus-
ceptum
implet :

E

c

amicus S.
Germani
Ep. Parisiensis.
Matt. 18

d

Construit
monasterium
SS. Vincen-
tii et Lau-
rentii,

F

e

f

dotat aliud
S. Juliani,

g

h

*condit re-
nodochium
s. Mariæ,*

A nodochium ultra Sartam flumen, in honorem beatissimæ matris Dei et Virginis Mariæ, sapienter ædificavit, atque suæ Ecclesiæ rebus dotavit; accurate constituens, ut illic pauperes et peregrini egentesque omnes, qui intra urbem propter ejus jugem custodiam admitti non possent, recipere. Porro monachos vigintiquatuor illic ad Regulæ monasticæ præscriptum vivere voluit, qui et perpetim servirent Deo, et adventantes pauperes recrearent, atque hospites comiter et congruenter acciperent. Iis autem monachis quemdam e suis probatissimæ vitæ virum, i Paduino nomine, ecclesiæ beatorum Vincentii et Laurentii per id tempus Præpositum, Abbatem præfecit: locumque ipsum et sibi et successoribus suis subditum esse debere decrevit, adhibita etiam adjuratione et detestatione, ut hospitale ejus urbis perpetuis temporibus in Pontificum ditione esset.

*studet mor-
tificationi.*

6 Quanta autem apud vos degens vir sanctus corpus suum abstinentia affecerit, quam se perpetuis conferret vigiliis, quam in præstandis eleemosynis liberalis et profusus fuerit, solus ille ad plenum novit, cui cognita sunt omnia: nec puto quemdam mortalium facile omnia explorare et indagare potuisse, quandoquidem ejusmodi ille clam potius quam palam faciebat. Et ut paucis multa expediamus, qualis quantusque fuerit, quæ et quanta gesserit, non potest mortalis lingua explicare, quod supra hominem fuerit, quidquid fere gestum ab eo. Macerabat se et vigiliis et continua inedia, adeo ut etiam fortissimi juvenes ejus parsimoniam ferre non possent. Ita corpus suum redigebat in spiritus servitute, adeoque illud mortificabat, ut posset illud Apostolicum non immerito illi accommodari: Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus. Cum equitaret in itinere, semper de Deo aut loquebatur, aut canebat. *k* Cursum vero suum (id est, pensum precum Canonicarum) per horas legitimas persolvens, reliquæ diei tempore, quando opportunum videbatur, studium psallendi divina eloquia, aut lectitandi, aut in preces incumbendi non omittebat. Ad mensam ipsu accedente, mox aderat lector, recitans divina eloquia: ut inter epulas, quibus caro fovebatur, spiritualibus alimoniis potius convivæ explerentur. Nul- lum omnino sibi tempus præterlabi sinebat, quo non aut prodesset aliis, aut ad suos profectus aliquid adjiceret. Quod si quis ejus facta curiosius inquisierit, innumera magnarum virtutum miracula inveniet, e quibus nos vel pauca promemus.

ANNOTATA.

a S. Innocens sive Innoentius colitur 19 Junii.

b S. Donnolus suscepit Episcopatum, cum jam pridem, ut supra dictum, Sedes vacasset.

c Vitam S. Germani Parisiorum Episcopi domus 28 Maji.

d Appellatur etiamnum Monasterium S. Vincentii Martyris, cujus Acta dedimus 22 Januarii, et § 2 de Reliquiis S. Vincentii varia controversa proposuimus.

e Ea infra damus cum Episcoporum subscriptionibus.

f Infra in testamento memoratur Andoveus, aliis etiam Andoinus Episcopus Andegavensis.

g S. Julianus anno 1201 inde translatus est ad Ecclesiam Cathedralē: et quæ ante, ut infra dicitur, erat dicata sub nomine S. Mariæ ac SS. Gervasii et Protasii, ab eo tempore mansit S. Juliano sacra. Hujus Vitam dedimus ad diem 27 Januarii.

h S. Victorinus dicitur in Vita sequenti. Est sextus Cenomanensis Episcopus, et colitur 1 Septembris.

i Sub nomine S. Paduini, vulgo S. Pavini, est parochia in diocesi Cenomanensi, ubi colitur 15 Novem-

bris. Vita aliquo ejus extat inter Acta Sanctorum Ordinis Benedictini seculi primi.

k Cursus, ut hic explicationis causa additur, passim pro divinis Officiis aut horis Canonicis sumitur. Ita memoratur S. Germanus solitus Cursum nudo capite dicere, uti in ejus Vita Fortunatus.

D
AUCTOR
CO. EVO.

CAPUT II.

Vicia miracula in vita patrata.

Quodam die Dominico, cum peracto Officio solenni ad mensam pransurus ex more accederet, illatamque aquam minister in ejus manus infunderet, et lotis manibus malluvium absportaret; cæcus quidam Siagrius nomine, ei venit obviam, et aquam quæ de manibus Pontificis defluerat, sibi dari petiit, ea suos oculos abluturus. Minister id parvipendens, dedit ei aquam, ut petierat. Ea cæcus suos perfudit oculos, et in Christi nomine, meritis S. Donnoli mox restituto visu, lætus abscessit. Quem quidem cæcum sæpius ego vidi, multique e sociis nostris, atque ab illo tum istud tum plura alia sancti viri miracula didici. Perlata est autem hujus rei fama ad multorum aures, et invito Pontifice longe lateque diffusa: erat enim sanctissimus ille senex singulari præditus animi munditia et humilitate. Nec dubium, quin apud omnipotentis Dei singularem misericordiam multum valeat humani cordis puritas et simplicitas, convenienter illi sententiæ Salvatoris; Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Cæcus aqua
ablutarum
manuum vi-
sum recipit.

8 Vir quidam nobilis, genere et opibus prædives regiusque Consiliarius, in villam Ecclesiæ, cui vir Dei præerat, Tridentem vocabulo, sitam in a Conditâ Diabentica, obstinato animo invasit, eam sibi vendicans. Crebro autem illum admonuit vir sanctus, ut a suis maleficiis resipisceret, et ad meliorem frugem se reciperet. Videns autem se nihil hac ratione proficere, ad precandum Dominum se contulit, ut res, pro expiandis peccatis olim a fidelibus Ecclesiæ donatas, ipsi restitueret. Interim sacrilegus rerum Deo dicatarum occupator, divina ultione in eum animadvertente, febre corripitur, eademque continenter laborat. Sed neque sic tamen res male usurpata reddere voluit, ut ejus pœna fieret cumulatior. Cum autem ea febre dire afflictaretur, lecto decumbens, visus est sibi quadam nocte videre Matrem Domini (cui res ab ipso usurpatæ, unaque beatis Martyribus Gervasio et Protasio dicatæ erant) ferreo malleo ipsum in fronte percutientem. Mox igitur multo terrore correptus, ad S. Donnolum misit, qui eum rogarent, ut res ipsi ablatas cum fœnore reciperet: nee tamen potuit sanitati restitui, donec S. Donnolus ad eum veniret. Ubi autem ille advenit, omnia in duplum restituit Ecclesiæ ministris, et post dies paucos meritis e precibus beati viri salus ei reddita est: sed vulneris, ejus fronti malleo impressi, quoad vixit, vestigia permansere. Quod idcirco factum est, ut ille suo exemplo a simili facinore alios absterreret. Quas autem res ille duplicatas tum sancto viro restituit, eas Ecclesia nostra hactenus possidet.

E
Matth. 5

a
Ecclesiæ bo-
na ropiens

et a Deipara
castigatus,
F

duplum red-
dens sanatur.

9 Quodam Quadragesimæ tempore in cellam b Anisolæ monasterii vir sanctus sese abdiderat, Domino in silentio et solitudine vacaturus. Ecce autem Francus quidam, nobilis genere, Regi valde familiaris, quamdam ejus ecclesiæ villam, Bonallam nomine, in pagu Stadinse sitam ad se rapuit. Ubi Paschalis solennitas præterit, eam iniquitatem vir Dei moleste ferens, dolensque se vivente suam Ecclesiam nudari facultatibus suis, duos Diaconos misit ad Francum illum sacrilegum et mire jam obstinatum: sed Diaconi nullum ab eo, quale vellent, retulere respon-

b

sum.

A sum. Tum vero sanctus vir, corde compunctus, animo intrepidus, eo se contulit, ut res suae fidei creditas recuperaret, fretus auxilio praepotentis Dei. Cum igitur die quodam Francus ille solennes celebraret epulas in villa per sacrilegium ablata, haberetque apud se parentes et amicos, nuntiatum est ei praeforibus adesse sanctum Episcopum, resque ipsi a Domino commendatas repetere. Id ut audivit ille, valde animo commotus, jussit eum a tota villa prorsus excludi et ejici. At Episcopus non recalcitrans, quemadmodum Apostolus monet, dedit locum irae : sed ita ultio divina in sacrilegum exirata est.

Rom. 18.

raptore puni-

eam recipit :
13

10 Cum enim nocte illa juxta morem sanctus Episcopus in oratione persisteret, sacrilegum virum invasit febris, quae infelicem animam altero mane extorsit ab illo : sicque miserrime excedens e vita, absque luctu et sine precibus in bivio sepultus est. Et quidem dignuserat tali morte, qui sanctum virum ausus fuit contristare, et oblationes fidelium resque Deo dicatas sibi vendicare. Factum est hoc meritis beati Antistitis, ut ceteri ab hujusmodi maleficio absterreantur, ne similia ipsis accidant. Cum sic autem ille periisset, multis ecclesiis re ipsarum restitutae sunt, quas tyranni jam pridem per temeritatem invaserant. Num timore percussi, non fuerunt ausi retinere illas : atque ita unius horrenda damnatio multis profuit ad resipiscentiam, reddiditque poenitentia emendatos. Sic nimirum omnipotens Deus per fidelem servum suum suas restauravit ecclesias, multique servi Dei ingentes Domino laudes et grates egere, jucundis vocibus cantantes : Adjutor et protector factus est nobis Dominus in salutem.

c
varie infirmoset casus sanu-
c

11 Puerulus quidam Rainarius nomine, a parentibus oblatus est sancto viro. Is puer et caecus et surdus et mutus et claudus erat. Unxit autem eum vir Dei oleo benedicto, et Crucis signo eum communiavit, et totus revaluit. Clericus quidam c Oximensis, Eleutherius nomine, videns tot admiranda fieri a sancto viro, obtulit ei filium suum, quem diuturna febris vehementer afflictabat. Misericordia motus vir Dei aquam jussit adferri. Allatam, cum prius Christi nomen invocasset, et eam Crucis consignasset, puero bibendam obtulit. Bibit ille, et Christo propitio, meritis Episcopi continuo sanus effectus est. Vir quidam Andegavensis, Stritius nomine, in maxilla mire cruciabat ex pustula magna. Occurrit sancto Episcopo, petiit tanto malo medicinam : saliva sua pustulam tetigit vir sanctus, et homo curatus est. Quodam die in villa nostrae Ecclesiae, quam Baladonem vocant, sancto Episcopo Pontificale exequenti ministerium, Magnatius quidam oblatus est, qui die Dominico intra ipsius villae fines ab opere se non abstinens, Deo ulciscente, luminibus orbatus fuerat. Vir sanctus sacrosanctam invocans Trinitatem, expresso signo Crucis, caecitatem depulit, visum reformavit, monuitque hominem, ne quidquam ejusmodi deinceps admitteret.

vinctos liberat.

Clerici peccata occulta
novit :

12 Exiit quandoque vir beatus extra urbem nostram, audivitque damnatorum voces e carcere. Misit itaque ministrum suum ad custodem carceris, qui ei diceret, ut vinctos illos absolutos pateretur abire. Respondit custos, non se id ausum esse, ne ipse cogeretur in illorum locum succedere. Tum vir Dei cum lacrymis rogavit Dominum pro illis : et ecce die tertio sua sponte patescit carcer, exeuntque qui illic detinebantur, et ad nostram ecclesiam sese conferunt. Clericus quidam, Ragnoinus nomine, venit ad sanctum Pontificem, rogans ut Sacerdotio initiaretur. Percontatus est autem ex illo vir sanctus, num caste viveret, et a feminis se servaret incontaminatum. Illo constanter respondente, se hactenus impolluto corpore Domino servasse, vir

beatissimus ei et locum, et tempus, et mulierem, libidinis ejus sociam, indicavit. Cernens Clericus, se latere hominem Dei non posse, propria convictus conscientia, ad pedes ejus procidit, et culpam suam confessus est. Id ubi ad aliorum notitiam pervenit, multi saceris initiandi ab ejus se conspectu subduxere : maleque sibi consci, non fuere ausi sacros Ordines ab illo petere, certo persuasum habentes, non eum latere etiam secreta cordium.

13 Est villa Ecclesiae nostrae, quam Crisiacum vocant, in ea cum esset vir Dei, adducti sunt ad eum duo daemoniaci, rogabantque eum parentes eorum, ut suis precibus illos sanaret. Sciscitabatur autem ex eis sanctus Antistes, cur id ipsis accidisset ; et per eorum ora respondebant immundi spiritus, se torqueri ab ipso, nec posse coram eo celare praestigias suas : rugiebant autem eum, ut si ipsos inde vellet ejicere, saltem sineret migrare in porcos. Permisit hoc vir sanctus, et Crucis signo elito, profligavit illos, ita ut omnes adstantes laudarent Dominum, mirabilem in Sanctis suis. Sunt vero etiam multi alii, a demonibus obsessi, ab eo liberati. Haec autem miraculorum assiduitate fama ejus ubique divulgabatur, et jam quadam die revertenti ab expeditis quibusdam negotiis, quae ad populi, ipsius curae commissi, utilitatem pertinerent, multa plebs ei occurrit, adducens aegros et male affectos, diversi-que languoribus laborantes, qui omnes ab eo incolomes recessere.

liberat energumenos.

E

ANNOTATA.

a Condita Diablenica, videtur esse ditio Cenomanis contigua, Pertuensis Comitatus, versus Nogentum-Rotrudis : et ex voce Condita, pro regiunculo, mansisse Francus nomen Condé, etiam hodie pluribus in Gallia locis commune.

b Anisola sive Aninsula celebre monasterium, a S. Carlefo tempore Childeberti Regis constructum, in inferiore Cenomanensi agro apud Viudocinensem urbem, ut dirimus Kalendis Martii ad Vitam S. Suardi Abbatis Anisolenis, latius dicturi ad Vitam S. Carlefi 1 Julii. Videtur is mortuus ante adventum S. Mauri in Gallias, ut vel hinc praesumi possit, quod eitem regula, quam Anisolani servabant, sua monasteria subjecerit S. Domnolus.

c Oxinum oppidum Normanniae sub jurisdictione Alenconensi, vulgo Hiesmes dictum.

CAPUT III.

Virtutes S. Domnoli. Obitus, sepultura, miracula.

Etsi autem celebre esset nomen ejus et sublimis gradus honoris, attamen major erat et insignior virtus ejus. Serviebat sine offensione ei, qui prope est omnibus invocantibus eum in veritate, et qui voluntatem timentium se facit, et deprecationem eorum exaudit. Poteram quidem plura ejus commemorare miracula, sed multa praetermissi, ne lectori fastidium parerem. Magna autem in eo virtus inerat, et multa verborum vis ex ejus ore promebatur. Cum populis verbum Domini annuntiaret, vix quisquam tam ferreo versabatur pectore, quem ejus conciones ad lachrymas non moverent. Mirabantur auditores spirituales sermones ejus, qui plerumque adeo humanum captum excedebant, ut ab Angelo proferri viderentur. In Episcopatus functione ita se gessit, ut celebres majores suos ipse celebriori vivendi ratione etiam illustrarit : nec tamen vel ex generis splendore, vel Pontificia dignitate ejus animum ulla inflavit elatio ; spiritu pauper prius moribus egit Pontificem, quam

Efficax in concionibus.

dignus Episcopatus.

A Quam ad Pontificis gradum esset evectus. Collatus honor tantus cura meritis conspicuum non fecit, sed invenit, virtute instructus erat antequam esset Sacerdos. Sacerdotio virtus pariter sua accepit incrementa. Tota ejus in Pontificatu vita talis fuit, quæ Pontificis officium et verbo et exemplo præstaret: nec culpa vacare putavit, iudicioque divino obnoxium se fore timuit, si qui sibi uni antea privatus vixisset, jam Episcopus non viveret universis. Inde adeo factum est, ut ipse semper aliquid adjiceret ad virtutes suas, et Dominus ad coronam. Cantans itaque Canticum graduum, in eam curam intentus fuit, ne ad illam supernam civitatem solus ascenderet, sed socios eo sermone permultos adduceret. Atque in hac via servus Dei simpliciter prudens et severiter lenis, doctrinam vita, mores comitate ac mansuetudine, zelum legis scientia commendavit. Unde factum est, ut illum populi favor et gratia Principum, sermones vero illius non mediocri consecuta sit auctoritas.

*studet in eo
animarum,*

B 15 Inter hæc autem ille humilis et sibi constans permanebat, adversus ea omnia pervigil et circumspectus, quæ suffurari solent animi bene compositi puritatem. Eodem vultu et immoto pectore inter prosperam et adversa perdurabat. Cum Apostolo castigabit corpus suum, jejuniis et multifaria illud afflictione persequens, unde et confirmari spiritus assuesceret, et caro carnis oblivisci. Addebat his etiam sacras vigiliis, quarum perpetui fuere comites et alti gemitus et frequentium gratia lacrymarum. Atque id genus studiis potioris noctis partem attribuens, in spiritu humilitatis et animo contrito pinguisimum Deo crecabat holocaustum. Si quid interdum minus fecisset, quam par esse putaret, idque negotiis secularibus impeditus, noctu supplebat. Nox secretis precibus et divinæ contemplationi accommodatur, ad litandas ejuscemodi hostias viro Dei optatam adferebat opportunitatem et copiam: diem autem vel sacra concio vel publica sibi vendicabat utilitas, ita tamen ut et noctes et dies in ejus spenderet obsequiis, qui et noctes et dies condidit.

1 Cor. 9

*noctu plurimum
orat:*

C 16 Nihil ejus in actionibus cernebatur, quod ad Deum non pertineret: nihil in sermonibus ejus otiosum percipiebatur. Ad altare raro sine lacrymis, ad mensam nunquam sine lectore, nunquam sine convivis pauperibus accessit. Periculose corpus pasci arbitrabatur, nisi pariter et Christum in ejus membris pasceret, et ipse intus verbo Dei pascere. Qualis vero putandus est fuisse erga proximos, qui suarum injuriarum inamemor, etiam inimicorum injuriis dolebat? Quem ille unquam aut facto aut verbo laederet, qui etiam læsus ultro ignovit, nec iratus solem vidit occumbentem? Quid illa anima mansuetius, quæ nulli obesse, omnibus prodesse cupiens, caritatis et pacis erat domicilium? Multa animi devotione opera benignitatis et misericordiæ prosequelatur, studebatque adesse desolatis, egentes alere, vestire nudos, et si re ipsa non posset, prompta animi benevolentia omnibus ferre opem. Conversans nonnunquam cum iis, qui gloriantur in malitia, et sermones Domini projiciunt retrorsum, Christi bonus odor permansit; unus idemque perseverans, sive cum eis, ut ad meliorem se frugem reciperent, blandiretur, sive cum obstinatos severius objurgaret. Omnia ex caritate faciebat discipulus caritatis. Nihil illi cum perversorum vitis rei erat, præter odium et castigationem vitiorum: quæ et animo insectatus est, et Pontificali auctoritate correxit. Bonos et observatores mandatorum Dei sancto et sincero complectebatur affectu, mutisque exhortationibus et profuit et profecit.

*erga proximum
misericors,*

et discretus,

*S. Germani
familiaris*

17 Germano Parisiensi sanctissimo Episcopo, ut jam ante dictum est, valde familiaris fuit, crebroque

et invisebatur ab illo, et ipse illum visitabat. In eorum colloquiis et actionibus nihil verabatur, nisi quod ad annuam ipsi commissarum salutem pertineret. Invicem se Christi milites armabant, non ignorantes adversarium nostrum diabolum circumire et querere quem devoret: cui resistebant fortes in fide, veriti non se habituros Pontificum merita, si de principe tenebrarum, de quo jam ipsi triumpharent, etiam alii per ipsos non triumpharent. Itaque viri illi misericordiæ sollicito eo commitebantur, ut quotidianas infestationes et insidias maligni hostis eliderent. Atque in hoc uterque totus erat, ut sive cum Martha sedulo ministrarent, sive cum Maria sederent ad pedes Jesu, regnum diaboli innuenerent, et Dei civitatem angerent. Quam etiam ob causam B. Domnolus, ex ejusdem S. Germani consilio, in civitatis suæ suburbio monasterium construxit: in quo et illi, quos tempestas hujus maris magni et spatiosi jactaverat, monastica tranquillitatis portum adepti, respirarent; et ipse certis temporibus solitudinis, quæ ex ministerio suscepto incumbere, laborem, sanctæ contemplationis otio et refrigerio relevaret. Et, ut supra quoque diximus, ei monasterio de Ecclesiæ suæ possessionibus quasdam donavit, nihil se fecisse existimans, nisi illis, quibus domum orationis construxerat, etiam vitæ degende res necessarias assignaret.

*P
AUCTORE
COENO*

18 Porro autem militiæ certamine jam peracto, et impendente resolutionis ejus tempore, cepit vir pius morbo laborare, nec tamen os ejus morbi vis a laudando Deo potuit colibere. Convocans autem discipulos suos, diem et horam obitus sui illis prædixit imminere: docuitque eos, quemadmodum antiqui hostis insidias caverent, et a malo se abstineantes, bonis operibus inhaerent. Deinde ipsis Kaleadis Decembris in senectute bona vir beatissimus in pace quievit, humatusque est a discipulis suis in ecclesia beatorum Martyrum Vincentii et Laurentii, ubi longe ante sepulcrum B. Germano ipse condiderat. Eo in loco meritis et precibus ejus multi morbi gratiam sanitatis obtinent. Nam tertio translationis ejus, ad sepulcrum ejus energumeneus quidam, qui seipsum discerpebat, adductus est; et post triduum curatus, domum cum parentibus sospes abscessit; multisque annis nobiscum sanus permanens, Dei se devotum studuit exhibere cultum. Deinde mense Februario, die sabbati, cujusdam nostræ ecclesiæ famuli uxor, quartana febre divexata, ad ejus monumentum veniens, ut in somno admonita erat, oransque illic cum luminaribus et triduo excubans, meritis beati viri salutem impetravit. Quarto etiam die cæci tres ad ejus tumulum nobis adspectantibus venire, atque inde luce relintegrata incolumes abiire. Multos alios diversis afflictos morbis ad ejus sepulcrum venire conspeximus, eosdemque beati viri meritis sanos inde recedere vidimus. Nimis autem prolixi erimus, si audita et visa omnia referre velimus: possunt ea, quæ diximus, ad fidem faciendam fidelibus sufficere.

*moritur 1
Decembris,*

*P
et miraculis
claret,*

19 Et nunc obsecramus eundem beatissimum Patronum nostrum S. Domnolum, ut pro superioris vitæ peccatis nostris Dei clementiam velit exorare, gratiamque nobis ab illo impetrare, ut deinceps a malis nos abstineamus: ut sacro-sanctæ Trinitati reconciliati, etsi ejus gloriæ participes esse non mereamur, saltem peccatorum remissionem adepti, ab impiorum consurtio separemur: præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et glorificatur Deus per infinita secula seculorum. Amen.

*Auctor in-
vocat eum.*

A

ALIA VITA

Ex MS. Ansolensi

*Alienigena
licet,**constituitur
Episcopus
Cenoma-
nensis,*

Vir illustris Dominus Domnolus, Cenomanicæ civitatis Episcopus, natione alienigena nobilibusque ex parentibus ortus, successorque B. Innocentis, ejusdem urbis Præsulis; qui propter amorem Dei patriam atque omnem possessionem suam relinquens, profectus est Romam, limina beatorum Apostolorum causa orationis visitaturus. Inde quoque remeavit usque ad Cenomanicam civitatem, et in eam Domino ducente pervenit. Ipsa ergo civitate et populo ipsius parochiæ indigente Pontifice, et aliquo tempore absque ipso vacante, prædictum Dominum Domnolum, jam Pontificem ordinatum, gratulanter in Pontificatus ordinem Domino disponente susceperunt: et Principes ejusdem regionis, atque Sacerdotes sive Clerici vel nobiles omnes ipsius parochiæ, eum deprecari sunt, ut ipsam ad regendam susciperet civitatem, et Clerum et cunctum populum Episcopali ordinatione ac regimine ordinaret ac regeret, et Domino multipliciter lucraretur: qui et hoc invitus, et a Clero vel populo coactus, licet nobilis, humilitate tamen suscepit officium; et non modicum ab omnibus cuncto tempore vitæ suæ Pontificatus administravit.

B

*dotat S
Juliani.*

2 Hic in loco, in quo B. Julianus, primus jam dictæ urbis Episcopus, corpore requiescens, juxta monasterium scilicet S. Victorii prope fluvium Sartæ, monachorum normam, quæ dudum florere cœperat mirifice amplificavit, et ferme quinquaginta monachos ibi regulares degere constituit, pleneque eis victualia in omnibus necessitatibus eorum, sive peregrinorum atque adventantium Fratrum, adimplens docte supplevit, et eos regulariter vivere docuit. Antedictus namque beatus Domnolus Pontifex, monasteriolam in honorem SS. Vincentii et Laurentii Martyrum Christi juxta urbem constituit, et ad effectum usque perduxit. Ad dedicationem quippe ipsius monasterioli ecclesiæ B. Germanum, Parisiensis civitatis insignem Episcopum, vocavit: et cum ejus consensu et deprecatione Cleri ipsius civitatis et populi illius urbis ac parochiæ, et cum consensu eorum, de rebus S. Mariæ et sanctorum Martyrum Gervasii et Protasii, matris ejusdem civitatis ecclesiæ, jam dictam monasterium, quod suo opere et labore a fundamento ædificavit, dotavit: et villas Episcopii ad eandem ecclesiam, quam in eodem monasterio una cum B. Germano, prædictæ Parisiensis civitatis insigni Episcopo, et in honorem sanctorum Martyrum Vincentii et Laurentii Kalendis Novembris dedicaverat, dedit: et in eo caput B. Vincentii et magnam partem craticulæ, super quam S. Laurentius assatus est, honorifice collocavit. Per chartam vero sua munera, ut dictum est, consentiente universo Clero vel populo, et Domino Germano assensum præbente, villas S. Mariæ ac SS. Gervasii et Protasii, ad eandem tradidit ecclesiam. Subscribente autem Domino Germano ipsum testamentum, suisque Sacerdotibus et Clericis ejusdem civitatis et parochiæ ipsius non paucis, sicut in eodem hactenus testamento continetur, dedit villam S. Mariæ et Sanctorum Gervasii et Protasii, Tritionem cum omni integritate, quam dudum Habundantius et Mallarius Iaconus per prædicti Episcopi Domini Domnoli beneficium tenebant; et villam Fraxinidi, quam Aper Sacerdos cum ejus beneficio habebat; et Bucces villulam sui episcopii, cum omnibus ad se pertinen-

*et construit
monasterium
SS Vincentii
et Laurentii:**ecclesiam
dedicat,**tribuit varias
possessiones,*

tibus, quam Eutherius Presbyter per beneficium prædicti Domini Domnoli habebat: pari modo et pratum super fluvium Sartæ una cum campo juxta posito, quem Habundantius a Domino Domnolo jure beneficiario adipisci meruit; et alias villas quæ in prædicto testamento insertæ esse noscuntur insigniter, ad præscriptam tradidit ecclesiam. Multi etiam nobiles, tam in præsentem quam et in sequente tempore, eorum hæreditates ad prædictam ecclesiam SS. Vincentii et Laurentii legaverunt. Ipsum autem monasterium subditum, cum omnibus ad id pertinentibus, jam dictus Dominus Domnolus suæ Sedis ecclesiæ subjugavit, et suis successoribus ecclesiastico in ordine pacifice ad regendum et gubernandum dimisit, atque perennibus temporibus ad matrem civitatis ecclesiam, et Pontificibus ibidem atque Clericis Deo degentibus habere, futuris constituit temporibus.

*subdit Episco-
pis Cenoma-
nensibus:**xenodochium
cum mona-
sterio erigit:*

E

3 Sæpe dictus scilicet Dominus Domnolus Episcopus cellulam super fluvium Sartæ, et xenodochium in honorem S. Mariæ mirabiliter ac sapienter operatus est: et eam ex rebus prædictæ matris civitatis ecclesiæ dotavit, et receptiones pauperum adventantium sive omnium indigentium, qui in ipsa civitate talem, propter custodiam civitatis, non poterant habere receptionem, sicut in illo loco, ibi prædictum fecit xenodochium: ibi enim monachos viginti quatuor sub regula degentes constituit, ut et ibi pauperes recrearent, et omnes hospites condigne et amabiliter susciperent, et ipsi sancte ac regulariter viverent. In eodem xenodochio prædicto monachum summo probatissimum, Dominum scilicet Paduinum, qui tunc Præpositus de S. Vincentio erat, Abbatem constituit: et sibi seu omnibus successoribus suis perpetualiter inibi xenodochium mirabiliter ornavit. In Hospitali, ejusdem urbis Pontificibus futuris semper temporibus et sub conjurationis deestatione, hospitalitatem esse instituit; et sequentibus temporibus ecclesiæ suæ Sedis, cum omnibus ad se pertinentibus, subjugatum esse instituit.

*et præficit
Abbatem
S Padinum:**cellulam et
ecclesiam S.
Martini
accipit,*

F

4 Ipsius quoque Domini Domnoli Episcopi tempore, cellulam, una cum sua ecclesia, quæ est constituta in honore S. Martini, in eorum proprio constitutoerunt infra civitatem, juxta matrem videlicet ecclesiam ipsius civitatis, Eulatus Presbyter et Godomara Deo sacrata; et prædictam cellulam S. Martini hereditaverunt de villulis in Morniaciaco et Villula-vasta ac Popiliaco, Ciaco quoque et Veratiaco ac Muliaco, una cum aliis villis, et de rebus suis legaliter dotaverunt; et postea cum omnibus ad se pertinentibus ad matrem ipsius civitatis ecclesiam per eorum chartulas legaliter formiterque ei ipsi Domino Domnolo Episcopo tradiderunt. Præfatus igitur Dominus Domnolus Episcopus emit insuper partem villæ, ex thesauro ecclesiæ sibi commissæ: alia vero pars de suo episcopio erat, cui vocabulum est Canon, quam et per licentiam Canonicorum suorum monachis, in ecclesia S. Vincentii et S. Laurentii (quam ipse a novo fundavit) regulariter degentibus, per suum instrumentum dedit. Nam ut sub potestate ipsius urbis Episcopi, tam ipsi monachi quam et ipsæ res (in eorum tamen usu disponente Episcopo) futuris persisterent temporibus, contradidit, sicut adhuc in ipsostrumento traditionis inveniri potest.

*de ca aliisque
disponit:*

5 Hic sedit in prædicta Sede annos XLVI, menses XI, dies XXIV: et fecit ordinationes LXXV, Presbyteros CCLX, Diaconos CCL, et reliquos Ministros sufficienter. Cujus in vita multas ejus meritis Dominus virtutes ostendit, sicut in ejus Vita liquet: et post ejus obitum innumerabiles in loco sepulturæ ejus, id est in dicta S. Vincentii ecclesia, virtutes operatus est. Obiit enim prædictus B. Domnolus

*claret miracu-
lis in vita et
post mortem,*

in

*mortuus
1 Decembris.*
A in pace plenus dierum, Kalendis Decembris : qui cum Christo vivit in æternum, et cum Sanctis regnat in gloria : cum quo et nos auxiliante Domino humiliter supplicantes, vivere mereamur, per infinita secula seculorum. Amen.

TESTAMENTUM.

Venerabili Ecclesiæ Cenomanicæ Clero Domnolus Episcopus. Congruum nobis fuit, ut votum desiderabile in Caritatis vestræ notitiam poneremus : quia si consensus vester desiderium cordis nostri et decreta annuerit, credimus nullius ullo unquam tempore contrarietate a nobis pariter firmata posse convelli. Cum ergo pro salute populi vel custodia civitatis Reliquias sanctorum Martyrum Vincentii et Laurentii, intercedente præsumptione, ausi fuerimus deferre; sicut cum Dei adiutorio vel vestro eisdem locum dignitatis ereximus in colmine, ita petimus ut vestro pariter ditetur et inunere. Et si sensus vester nobis contulerit caritatem hanc, paginola donationis, quam Annulfum Diaconum perficere unanimiter rogavimus conscribendam, vestro quæsumus ut firmetur robore : ut [quidquid nos] per hanc paginolam donationis constat delegas-e, nuncupata basilica habeat, teneat, possideat, [nec] quicunque loci hujus dignitatem perceperit, jure hereditario perpetualiter sibi vindicet possidendum. Si ullo unquam tempore, aut Pontifex civitatis, aut qualibet persona, a nobis donata vel tradita de dominatione basilicæ hujus abstrahere voluerit,

incurrat maledictionem pro benedictione, et D. N. D. Jesu Christi et S. Mariæ semper Virginis, et Sanctorum Apostolorum, vel omnium Sanctorum Martyrum, Confessorum atque Virginum incurrat offensam; et voluntas nostra perpetim, auxiliante Domino, capiat firmitatem. Hoc ergo inserendum rogavi, ut qui voluntati meæ obvius esse voluerit, maledictionem illam incurrat, quam Propheta in Psalmo centesimo octavo Judæ cantavit; et præsens pagina maneat inconvulsa, quam pro rei firmitate manu propria subscripsi, et Dominis et Fratribus meis muniendam rogavi. Actum in Cenomanica civitate, anno xi regni Domini nostri Chilperici Regis, pridie Nonas Martii.

Domnolus Episcopus subscripsit.

Germanus Episcopus rogante Clero subscripsit.

Andoveus Andegavorum Episcopus rogante

Domnolo Episcopo subscripsit.

Leodulfus Presbyter subscripsit.

Annulfus Presbyter subscripsit.

Leodericus Presbyter subscripsit.

Dinanus Presbyter subscripsit.

Drantius Presbyter subscripsit.

Injurius Presbyter subscripsit.

Meterius Presbyter subscripsit.

Cennius Diaconus subscripsit.

Romulus Diaconus subscripsit.

Datdeus Diaconus subscripsit.

Sennonetus Diaconus subscripsit.

Noso Diaconus subscripsit.

DE SANCTO HONORATO

EPISCOPO AMBIANENSI IN GALLIA.

CIRCA. AN. DC
officiam Ec-
clesiasticam,

Corpus
Ambiani,

Celebris est memoria S. Honorati in antiquis Breviariis Ecclesiæ Ambianensis, quæ habemus excusa anno MDI. et MDLIV : ubi ad hunc XVI Maji præ scribitur summa cum solennitate festum ejus per integram Octavam celebrandum. Asservatur ibidem sacrum ejus corpus, in ecclesia olim SS. Petro et Paulo dicata, quæ nunc dicitur S. Firmini Confessoris, in urbem translatum sub primis incursus Normannorum. Nam mortuus est in vico Comitatus Pontivi, Porto dicto, ubi et natus fuerat : unde hi versus pro prima Antiphona ad Vesperas recitantur in citato Breviario.

Quem genuit Portus, secessit ubi fuit ortus,

Is suus est hortus, isti est occasus et ortus.

sepultura
prima Parti.

Ignotus Josephus de Jesu Maria, Cormelita Discretus lib. I Historia Ecclesiastica Abbarillanæ cap. 52 asserit, in dicto loco olim fuisse castrum, in quo natus fuisset S. Honoratus, e Comitibus Pontivensibus (ut creditur) oriundus, si tamen ille Comitatus ab istis temporibus fuerit institutus. Ibidem addidit retro post summum altare etiamnam ostendit ejus sepulturam, olim multis miraculis illustrem : ubi ait S. Austrobertum, cum adhuc junior ex devotione eo venisset, sumpsisse resolutionem se Deo consecrandi. Deditus ejus Vitæ x Februarii, in ejus capite primo traditur in Portensi ad Somonam fluvium canobio vitam monasticam auspiciata fuisse. Gudelmus de Mascon, Episcopus Ambianensis, anno MCCCi fundavit apud Abbarillanos Cenobium Carthusianum, in honorem S. Honorati e suis necessaribus Episcopi Ambianensis, eisque donavit sacrum S. Honorati Patroni Ecclesiæ caput : quod argenteo capiti inclusum etiamnum istæ summa cum veneratione asservatur. Celeberrimum etiam est Parisiis nomen S. Honorati, a quo longissima platea suum nomen

Cenobium
Abbarillæ.

Ecclesia
Parisiis.

Maji T. III

sortitur, ob ecclesiam huic Sancto dicatam, et anno MCCIV a Renoldo Cherey ejusque conjuge Sibylla constructam : de qua late agit Jacobus Brulius in Theatro antiquitatum Parisiensium lib. 3 pag. 801 et sequentibus.

2 Acta integra MSS. vitæ et miraculorum S. Honorati extant tum Parisiis in dicta S. Honorati ecclesia, quorum meminit præfatus Brulius; tum Abbarillæ in dicta Carthusia, quibus adscripta erant ista verba : Iste liber est de domo S. Honorati Ordinis Carthusiensis, juxta Abbatisvillam, in Pontivo Ambianensis diocesis. Est libellus octo foliorum in pergamento conscriptus, quem a R. P. Francisco Fuzelerio Priore acceptum, ei que postea redditum, curavit pro nobis describi R. D. Joannes de S. Martino Congregationis Foliensis, Parisiis anno MDCCLXII vita sanctus, qui et aliud MS. sed non integræ vitæ ex MS. Ambianensi submiserat. Extat maxima ejus pars in citato Breviario Ambianensis Ecclesiæ, et Gallicæ a Renato Benedicto edita. Aliquod compendium habent Vincentius Beltovacensis lib. 16 Speculi historialis cap. 90, Petrus de Natalibus lib. 2 Catalogi cap. 87, ac prius relatam est in MS. Ultrajectino S. Salvatoris. Sunt etiam ex dictis Actis encomia descripta in variis Martyrologiis, potissimum in MSS. ecclesiæ Morinorum et monasterii S. Laurentii apud Leodienses, et a Saussayo in Martyrologio Gallicano. Est etiam ejus memoria in hodierno Martyrologio Romano, uti apud Grevenam, Maurotycum, Molanum, Ghinium et alios. Idem memoratur a variis ad diem XVI Januarii, adjunctus S. Honorato Archiepiscopo Arelatensi : quo etiam die colitur Fundis in Italia S. Honoratus Abbas.

3 Tempus vitæ et obitus S. Honorati valde contrahitur, nec satis videtur posse fidere dictis Actis, quod

77 apparet

G. II.

Acta MSS.
F

horum com-
pendia :

memoria etiam
16 Januarii.

A *apparcat, ea conscripta primum esse seculo Christi XI aut XII, quando contigerunt miracula, quæ præcipuam Actorum partem constituunt. Serius etiam scripta est Appendix post num. 13, utpote in ejus sine commendatur precibus aliorum matrona Sibylla, quæ Parisiis anno MCCIV ecclesiam S. Honorati construxit. Interim præsumere licet etiam initium ex antiquioribus Ecclesie monumentis acceptum fuisse ab auctore, qui Characteres temporum non prorsus inepte addiderit ex suo ingenio. Primo is indicat imperium Mauriti Imperatoris, qui regnavit a XIII die Augusti anni DLXXXII usque ad XXVII Novembris anni DCII, quo jussu Phocæ successoris est occisus. Additur a Mauritio thesaurum collatum Childeberto Regi Francorum, scilicet Austrasiorum, ut Gregorius Turonensis explicat lib. 6 Historiæ Francorum cap. 42 quinquaginta millia solidorum, ut Longobardos de Italia expelleret. Demum hoc imperite additum (Ambianenses enim non fuerunt sub Regibus Austrasiis, sed in regno Suessionensi Chilperici, et dein Clotharii filii ejus) nihil tamen contra Chronologiam peccaverit auctor, commemorans amicitium Mauriti Imperatoris cum dicto Childeberto, qui regnavit a die XXV Decembris an. DLXXV usque ad annum DXXVI.*

B *Ast si credidit, uti videtur credidisse, hunc eundem Childebertum appetiisse Reliquias SS. Fusciani, Victorici et Gentiani Martyrum, a S. Honorato translatas, ob usque auferendis miraculo prohibitus, donasse Clericis Ambianensibus vicum Megium, in hoc vix potest excusari; malleque dicere, modo constaret eam donationem esse alicujus Childeberti, tertium hujus nominis notari, qui ab anno DCXCVIII ad DCCXI regnavit; et quod uno seculo post inventa sacra corpora contigit, judicarem perperam huc esse collatum. Secundo indicatur Pontificatus Pelagii II, qui beatissimum Gregorium habuit successorem. Sedit autem hic Papa a die X circiter Novembris anni DLXXVII usque ad Februarium anni DXXI, et successit S. Gregorius Magnus. Tertio horum temporibus dicitur S. Honoratus Ecclesiam Ambianensem rexisse, et annus sexcentusimus præfigitur, quo potuit adhuc superfuisse.*

4 *Quomodo beati Confessoris Firmini successor dicatur ibidem, suus habet difficultates; de quibus accuratius agi posset Kalendis Septembris, die hujus natali. Joannes Manichæus Demochares, hos primos assignat Ecclesie Ambianensis Episcopos. S. Firminum Martyrem, Eulogium, Firminum Confessorem, S. Honoratum, et ita etiam hujus Sedis quartum Episcopum numerari S. Honoratum asserit Baronius in Notis ad Martyrologium. Verum non est præsumendum, quod auctor intenderit significare successionem immediatam: quare nihil obest quo minus inter utrumque intercesserint plures, non nominati in Catalogis antiquioribus. Etenim ejusmodi Catalogi videntur magna ex parte desumpti e Litanis et Martyrologiis Ecclesie Ambianensis, in quibus notati erant Episcopi, qui sanctitate floruerant, ceteris omissis, quorum memoria injuria bellorum aut negligentia majorum videtur intercidisse. Horum autem aliqui, ab aliis postea in notitiam revocati, ita indicantur; Leodardus, Andoenus, Elibius, et Beatus, qui interfuit Concilio Aurelianensi v, anno DXXVII habito. Memoratur ex vetustissimo Martyrologio Ecclesie Ambianensis Deodatus Episcopus, sed quando præfuerit, ignoratur. Successit tempore supra indicato S. Honoratus, eique subrogatur S. Salvius, ut Acta hujus testantur, XI Januarii a nobis illustrat; tum Bercundus, qui postremis Chlotharii II temporibus præfuisse dicitur in Actis S. Valerici Abbatis, Kalendis Aprilis. Hæc, omnibus inter se collatis, videntur nobis magis verosimilia: si quis certiora monumenta proposuerit, libenter sequemur.*

5 *Musius in Bononia perlustrata tradit ad hunc XVI Maji, in ecclesia S. Stephani asservari aliquas Reliquias S. Honorati Episcopi. Sed optavimus videre*

documenta, quibus probari videatur, quod ex Reliquiæ D sint hujus Episcopi Ambianensis. Centulensis in Gallia monasterii Canobita, a S. Richario communis nuncupati, nec multo plus quam decem leucis distanti ab Ambianis, certius possessionem suam demonstrant: nam in ejus monasterii Chronico, quod Acheriani Spicilegii tomo 4 inseritur, legitur ad annum DCCCLXV lib. 3, cap. 12, quod eo anno, quo Hludovicus Pius Imperator regna filiis contulit, Odulfus, Custos ecclesie S. Richarii, petiit Venerabilem Hilmeradum Ambianorum Præsulem, ut sibi, ad honorem Dei et ob amorem Fratrum suorum, aliquam portionem Reliquiarum donaret: quod ei, divina gratia illustratus, animo cessit libenti, atque diem qua pro eis mitteret statuit. Prædictus vero Custos discipulum Samuelem Presbyterum Ambianis misit, qui perceptas ab Episcopo Reliquias Idus Julii Centulo deportavit. Videlicet ex Casula S. Firmini, quam habuit indutus cum interficeretur pro Christo: et de ossibus poplitem beatorum Martyrum Fusciani, Victorici atque Gentiani; nec non et partem anterioris digiti famosissimi Honorati Confessoris Christi. Tunc religiosissimi Fratres, obviam e monasterio procedentes et terra tenus adorantes, exceperunt illas cum ingenti gaudio ac summo honore; et in capsula, qua S. Richarii caput beatum servabatur, reposuerunt. Hactenus vel Chronico inchoato Dominus Saxowalus, vel ejusdem post plures annos continuator Fr. Arnulfus, monasterii B. Richarii humilis monachus, complens opus istud humanitatis filii Dei anno MXXXVIII. De ipso autem monasterio si quis velit plura apud nos legere, consulat prædicti S. Richarii Vitam ul XXVI Aprilis.

VITA

Ex variis MSS. et Breviario Ambianensi.

A *nno Incarnati Verbi sexcentesimo, a tempore Pelagii Papæ, qui beatissimum Gregorium habuit successorem, Romanorum Imperator Mauritius, Phocæ Cæsaris prædecessor, Christianissimum Regem Francorum Childebertum recepit in gratiam, ita ut ei thesauros conferret non molibus, ut ad defendendum Imperium fieret Mauriti eoadjutor. Quorum felicissimis temporibus, beati Confessoris Firmini successor, Ambianensium Ecclesiam regabat sanctissimus Honoratus. Qui cum se totum pietatis operibus et divino cultui mancipasset: jejuniis et vigiliis carnem domans, corpus servire faciebat spiritui promptiori; ac seipsum divinis affligens obsequiis, caritatis flamma placabile Deo sacrificium concremabat. Hanc autem sibi gratam fuisse hostiam, postmodum Christus ostendit.*

2 *Quadam enim die, cum vir Dei tractaret in altari b Dominici Corporis Sacramentum, videre meruit palmam Domini consecrantis. Illud etiam gloriosis ejus meritis laud dubium est accrevisse: quod ejus temporibus pretiosa beatorum Martyrum Fusciani, Victorici, atque Gentiani corpora, plusquam c trecentis annis occulta, Fidelibus divina revelatio patefecit. Lupicinus enim Presbyter Ambianus, in somnis ab Angelo commonitus, ut corpora illa a loco abdito eruere festinaret; pergens ad locum et mandatis satagens, inventis pignoribus alta voce gaudium protestans, modulatus est Antiphonam, quam a quinto milliario urbis meruit audire beatissimus Honoratus. Patefacto igitur miraculo, cum ad locum Clerus et populus convenissent, Childeberti nuntii cum de mandato regio inventos thesauros ad Regem intenderent absportare, obstitit eorum conatibus divina potentia, ita ut sacras glebas nullatenus movere valuerit vis humana. Quo audito*

AUCTORE G. B.
Fuit Episcopus
tempore Mauriti
Imp.

Childeberti
Austrasiorum:

et Pelagii
Papæ 2,

ad annum
saltem 600

non successit
immediate S.
Firmino
Confessori,

an aliquæ
reliquiæ
Bononia?

Digitus
Centulo.

a

Abstinencia
et pietati
deditus.

F

b

c

corpori SS
Fusciani,
Victorici et
Gentiani
inventi
transfert:

A audito Rex compunctus, ibidem Martyres fecit honorifice sepeliri. Nec non et ornamenta serica multa Ambianensi Ecclesie contulit: et vicum Megium Clericis, ibidem beatos Martyres honorantibus, assignavit.

*moritur in
vico Porto,*

*transfertur
Ambianis.*

3 His et aliis insignibus clarus Antistes, consummato vite cursu, tendens ad æternitatis bravium, dum suam visitaret parœciam, pago Pontivensi qui dicitur Portus, depositam carnis sarcinam commendavit. Qui locus diu in honore habitus, demum exigentibus inhabitantium culpis, barbarorum incendiis expositus est et rapinis. Cautum est autem sacris Reliquiis: nam ossa beati Confessoris ad Ambianensem ecclesiam inde allata sunt, et Sedi propriæ commendata. Multa autem, ante transitum ejus et post, admiranda per ipsum operatus est Deus: quæ per incuriam et simplicitatem tunc degentium non sunt litterarum apicibus annotata. Ceterum evolutis multis annorum curriculis, ut laudem et gloriam Confessoris sui Dominus dilataret in terris: nova ejus meritis increbuerunt miracula, quæ devotis auditoribus pium est aperire.

B 4 Anno itaque incarnati Verbi circiter millesimo sexagesimo, d Philippo Francorum regimen procurante, et venerabili Guidone Ambianensium Antistite, exigentibus hominum culpis, nostram et alias regni Provincias, non modicus solis fervor invasit. Arbores enim satis flamma depopulans, spem fructuum compulit defraudare. Suspiravit igitur plebs ad divinum desolata suffragium, ubi desistebat humanum. Destinavit Ambianensis Ecclesia corpus B. Honorati circa urbis claustra deferri. Sed dum ad ecclesiam B. Mariæ Virginis populus conveniret, paralyticus quidam illic se traxit, infirma podis membra sustentans: et dum honorifice sacrum corpus deferretur a Clero et populo, præeuntem turbam paralyticus utcumque secutus est. Sed cum usque ad ecclesiam B. Martini se totis nisibus evexisset, ibi se fessum destituit, et sanctas Reliquias sola mente consequitur: unde quod pie obsecraverat, digna meruit impetrare. Nam relictis podis sanus consurgens, turbam cursu citato consequitur: cui quod in se factum est prædicans, cum reliquis omnibus laudem Domino claravit. Sed quod præcipua votorum causa extiterat, nimborum copia terræ sitim compescuit, unde geminata lætitia populus exultavit in Domino.

*Pluvia im-
petratur:*

*paralyticus
sanatur:*

5 Eodem die novi hujus fama solennis, duos carceri mancipatos, quid factum esset instruxit. Illi B. Honoratum inelamant, per ipsum a Domino misericordiam postulantes. Soluta sunt vincula, rupta sunt claustra: sed parantes effugere, ab ancilla domus præventi sunt, quæ firmans ostium, et ad ecclesiam festinans, factum suo Domino nuntiavit: qui domum reversus, solutos non tantum vinculis astrinxit, sed ira permotus flagris affixit. Eo tamen ad ecclesiam repedante, soluti iterum egressum quærebant; sed ancilla, perfidiæ agitata stimulis, solutos præveniens, fugam eorum obseratis foribus impedit. O mulierem nequam et fatuam, quæ sic homini fidelem se fluxit, ut Deo se faceret infidelem! Placere magis voluit, quam prodesse: fidem Domino suo simulare noverat, fugam captorum dissimulare non novit, sed Dominum suum de ecclesia ad seclus revocans, factum ostendit. Qui pœnas acriores captis infligens, vinculis fortioribus alligavit. Tyrannæ vecors et perversa, quid plus gentilis perfidia perpetrasset? An manifestum Dei miraculum frustra impedire conaris? Si vincula multiplices, si compingas repagula, si turres circa ipsos ædifices; nihil potentiam retardabit divinam: istos vinculis alligas, te peccatis. Solutos autem jam tertio, quarto ligaverat cerebrosus. Quo patefacto [ilare eos] ecclesie

*2 captivi ter
vinculis soluti
liberantur:*

compulsus est, non tamen ut vincetos dimitteret, sed ut ecclesie satisfaceret pro delicto.

D
EX MS.

6 Eodem tempore mulier surda et muta, a parentibus ad Ambianensium urbem delata, B. Honorati meritis a Domino quod efflagitabat accepit. Decevit autem pater exultans, ut filia sua S. Honorati fieret ancilla, Prælatorum illius ecclesie jugo submissa. O mulier superba! Jugum servitutis indignans, et reversa ad propria, geminæ donum gratiæ, quod per B. Honoratum adeptæ fuerat, quanto citius amisit. O nimis superbam mulierem, quæ servitutem effugit, quam sexus sui conditio nequibat effugere. Non hominis vult esse ancilla, sed criminis. Effugit jugum B. Honorati, sed se subjicit jugo peccati. Nescit temeraria, quod sic servire regnare est. Sed semper propitiari promptus est Deus, qui et nos de peccatis compellit conteri, et misericorditer contritis occurrit. Nam præfata mulier, ad Dei reversa clementiam, jugo unde prius se superba excusserat, humiliter se subjecit: et amissos sensus recuperans, quamdiu vixit obtinuit.

*sanantur
muta et surda,*

7 In territorio Ambianensi Sacerdos, crura contractus, Missarum solennia se non posse exequi tristabatur: sed crebris S. Honorati compulsus est miraculis ut illuc se transferre disponeret. Per alveum igitur amnis in navicula ad urbem usque delatus, per B. Honoratum adeptus est sanitatem, basesque consolidatas terræ affigens, repedavit lætus ad propria.

E
et contractus:

8 f Puer, postea, Teruannensium factus Episcopus, dum negligentia nutricis aqua calida superfusus, pelle combusta pateret exanimis; spe terreni consilii destitutus est. Sed a parentibus, cœlestem implorans medicinam, in quadam ecclesia ante altare situs, Missam, in qua facta est B. Honorati memoria solennis, audivit: et nondum celebratione finita, cutis nova corpus operuit: mansere tamen quædam cicatricum vestigia quæ fidem miraculo conservarent. Ea vero postea factus Episcopus, pia intentione sæpius ostendebat, ut ad Dei laudem et B. Honorati populos invitaret honorem.

f
*pellis combusta
restitutur:*

9 Mulier quædam, a navitate cæca, in Ambianensi ecclesia nocturnam agens vigiliam, B. Honorato preces et vota fundebat: et dum faustum exqueretur obsequium, audivit vocem hominis se B. Honoratum esse dicentis: monebat autem mulierem, ut oculos altaris pauro detergeret. Mane autem facto ad altare se duci præcipiens, quod persuasum illi fuerat adimplevit: et confestim visu recepto, magnifice Domino grates exhibuit.

*cæca illumi-
natur:*

10 Pastor quidam, pecudes agens per pascua, correptus a demonio, se in fluvium Sommonæ præcipitare tendebat: sed a pastoribus prohibitus est et detentus. Qui domum reversus, morsuque obvios impetens, compertus est insanire. Quem parentes ejus vinculis correptum in Ambianensem ducentes ecclesiam, pro ipso B. Honorati nomen inelamant: per cujus merita solutus a demonio, gratias Deo resipiscens exhibuit.

*energumenus
liberatur:*

11 Campanarum classicum, in præfati miraculi gaudio factum, audivit quædam pauperula, quæ a reibus infra membrorum officio destituta, in ecclesiam se ferri præcepit. Quæ pretiosi corporis thecam deosculans et complectens, Sanctum miseranda voce nomen inelamavit. Quæ misericordiam consecuta, ad altare proprio nisu se ferens, B. Honorati se fecit ancillam. Tantus dolor in inferioribus membris quemdam invaserat, ut cum se proprio nisu ferre nequiret, se ferri jussisset in locum, ubi mulierem quamdam visum recepisse notaverat. Inde se sanum ad altare direxit: et se servum B. Honorati lætus effecit. Intravit urbem quidam tam horrendi morbi genere defurvis, ut qui locum hospitii sibi

*sanantur
contracta,*

et contractus,

A sibi concederet nusquam inveniret. Sed pro foribus ecclesiæ sibi lectum sternens, inde se paulo post sanus erexit.

horrendo morbo afflictus,

varii alii.

12 Multa præterea sunt per B. Honoratum apud nos miracula perpetrata, quorum quædam breviori stylo recensenda esse decrevimus, ne sermo prolixior infirmos aggravet auditores. Surdus quidam, B. Honorati deprecans clementiam, recepit auditum. Mulier, distorto pede [veniens] recto recessit. Altera, dorsum incurva, domum reversa est recta. Puella muta, licet non surda, sermonis usum se recepisse gavisæ est. Mulier quædam, unius oculi luce privata, experta est Sancti clementiam. Faber quidam, officio pedum privatus accesserat, cui optatum successit suffragium.

Inclinatione imaginis Crucifixi honoratur.

13 Nec prætereundum esse censemus illud insigne miraculum, cui simile nondum apud nos est auditum. Nam dum ab ecclesia vicina, in honorem Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli fundata, in Sedem propriam quodam die soleanni referretur; præfatæ ecclesiæ imago, Jesum Crucifixum exprimens, se toto corpore inclinavit in partem, qua corpus sanctissimum ferebatur. Hoc multorum tam

C Cleri quam populi attestatus est aspectus: qui una vocibus elevatis, ad Dominum gratias contulerunt. Ad tantam igitur intercessorem dirigatur nostra devotio, cujus sanctitatis extitit tanta probatio; cujus honor non solum ab homine vel Angelo prædicatur, sed ab insensibili comprobatur. Hic compatiens ovibus et carnem affligens, crucem cum Domino sustulit, ut ejus verus esset discipulus, quod Crucifixi species approbavit. Pontificalis honorem Cathedræ sic moderatus est Honoratus in terris, ut rem sui nominis consequeretur in cælis. O virum tali dignum officio, cujus mentem nec prospera fecere sublimem, nec adversa depressam! Ejus fama non mendicavit dignitatis suffragium: cum propriis virtutibus percelebris extitisset. Non enim ipsum dignitas, sed sanctitas; non honor, sed virtus, Honoratum fecerunt. Extitit doctrina præpotens, signis mirabilis, virtutibus pollens, sapientia præditus, res Ecclesiæ sibi commissas feliciter administravit. Beatus sui temporis censemus oviculas, quæ tantum gavisæ sunt habere Pastorem: beatam dicimus Ambianensem Ecclesiam, quæ tanti viri conservat reliquias, sibi Domino præstante commissas. Tantum igitur vigilantissime thesaurum custodiat, tantum veneretur depositum, per quod in C cæli curia potentissimum adeptum est advocatum: ad quem unanimiter vota tendamus, ut meritis ejus evecti, stratam cæli arduam peragamus, ut cum eo divinæ majestatis gloriam contemplemur æternam, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Adhortatio ad venerationem Sancti.

ANNOTATA.

a Hi temporum characteres jam sunt explicati.

b Vita S. Salvii successoris xi Januarii num. 7. Dum corpus Domini sacralet in terris, manum illius meruit videre in cælis. Historia inventionis S. Firmi Mart. 25 Septembris, Palmam Domini Salvatoris suis oculis visibiliter vidit, et pro ejus brachio manus Domini in suis conspectibus globo igneo cælitus in sacrosancto altario sacrificium consecravit. Alia ejusdem inventionis historia. Sacrificium manu Salvatoris consecratum accipiens, atque summa cum devotione sumens, ab omni inquinamento carnis ac spiritus postmodum mansit illæsus.

c Coluntur hi Martyres xi Decembris, in persecutione Diocletiani occisi.

d Henrico I mortuo 4 Augusti, anni 1060 hic in-

dicati, successit Philippus I mortuus 29 Junii anni D 1108.

e Tria sequentia miracula desunt in MS. Ambianensi.

f Sequentia usque ad numerum 13 desunt in citato Breviario Ambianensi. Quid si autem memoratus hic puer, fuerit S. Joannes anno 1099 consecratus, et usque ad 1130 superstes, cujus vitam dedimus 27 Januarii? Ante enim ab anno 1084 sedit quidam Gerardus; Joannem vero secutus est Milo usque ad 1138.

APPENDIX.

Multis authenticis et fidelibus testimoniis, quæ vestris in auribus reiterata sunt, Fratres carissimi, manifeste perpendere potestis, quantus sit gloriosus iste Confessor Domini B. Honoratus: cujus hodie patres nostri annuntiaverunt nobis opera, quæ operatus est in diebus eorum et in diebus antiquis. Ob hoc igitur merito tripudians et exultans mater Ecclesia, laudat, benedicit, et glorificat Dominum, qui in Sanctis suis gloriosus est. Ad augmentum etiam jucunditatis et lætitiæ, hinc præcipue nobis accessit, quod cum segnius irritent animos demissa per aurem quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus; et novis assidue miraculis, quæ sub oculis nostris fiunt, pius et misericors Dominus devotionem nostram excitare non cessat; ut de præteritis fidem faciant præsentia, dum ad patrocinium beatissimi Confessoris frequenter ægri veniunt et sanantur. Cum multa igitur sint nostri temporis miracula, de quibus multa nobis suppetunt testimonia, non possunt ad plenum nostra breviori pagina comprehendere. Unde et multa præmittens, duo quædam beati Confessoris miracula, quæ nuper vobis præsentibus et cernentibus facta sunt, scribere dignum duximus, ut præsentibus audiant et videant, non scripto tantum, sed et digito monstrante in fide roborati; et ad utilitatem sequentium cognoscat generatio altera, quod vere magnus est Dominus, et magna virtus ejus.

Excitatur lector ut miracula spectata intelligat.

15 Noverint igitur præsentibus et futuri, quod nuper quidam puer, cujusdam pauperis mulieris filius, apud nos natus pariter et nutritus, et notus ab infantia, et a genibus infra paralysi miserabiliter dissolutus, cum quotidie ad ecclesiam nostram, ad solatium paupertatis suæ elemosynam rogaturus ab introentibus, veniret; ut scabellulis serpens tibiarum simul et pedum non tantum usum sed etiam sensum penitus perdidisset; et quidem hoc certo didicissemus experimento, quod cum in summa hieme per pavementum ecclesiæ prædicta membra dissoluta et nuda tamquam mortua post se traheret, nullam frigoris sentiret molestiam: et ipsis nobis præsentibus et videntibus, meritis et intercessionibus beatissimi Confessoris, Honorati, divina mirabiliter affuit misericordia. In die etenim magno festivitatis prædicti Confessoris, qua nos, cum multa Cleri pariter et populi frequentia, corpus sanctissimi Confessoris circa claustrum nostrum deferre consuevimus, redeuntibus nobis ad ecclesiam, cum jam Clerus in chorum se recepisset Missarum celebraturus solennia; et theca beatissimi Confessoris in medio ecclesiæ super tabulam posita, Sacerdotum assistantium devotis servaretur obsequiis; et plebs, ibidem in honore Domini et beati Confessoris collecta, orationes suas diutius funderet et vota solveret repromissa; puer prædictus ad thecam beati prædicti Confessoris accedens, et intuens in eos qui eam observabant, tanquam aliquid accepturus ab eis; sensit intra se divinæ virtutis occultum miraculum, quod foris omnibus manifestum est in opere. Præsentibus enim matre sua et orationibus insistente, clamare

E

F

Puer paralyticus

in festo S. Honorati,

ad tumham subito sanatur:

A clamare cœpit puer, quod videbatur ei se sursum trahi: sed parum intelligens, nondum cognoscebat quæ sibi virtus divina præparasset. Cui mater in Domino confortata, respondit: Confide, fili, surge, apprehende thecam beati Confessoris. Credo enim quod ipso opitulante salvaberis. Ad quæ verba surrexit puer, et pedum pariter ac tibiærum recuperata virtute, in laudem Dei pariter conclamantes, et ecclesiæ pulsantes classicum; nos qui in choro eramus prius stupore suspenderunt horribili, ut post visu mirabili referunt. Cum enim nos clamoribus excitati populorum, quid accidisset quæreremus, et turbis irruentibus audiremus quid factum fuerat, vix fidem nobis adhibentibus, prædictus puer oblatus est sanus et incolumis. Unde nos omnes pariter et singuli oculorum testimonio fide roborata, in laudem Dei et beati Confessoris ora solventes lætabunda, benediximus et laudavimus et glorificavimus Deum cœli, qui est salus omnium: et ad nutum voluntatis suæ disponit omnia, et sanat contritos corde, et alligat contritiones eorum.

alia plane contracta sanatur:

B Continuo autem divina misericordia circa nos suam multiplicante gratiam, in hospitali vicino ecclesiæ nostræ, quod fidelium devotio ibidem præparavit, ut pauperes et debiles et infirmos ibidem recipiat, et alat eos in fame; contigit aliud miraculum. Nam mulier quædam in infirmitate jacens, cum ita viribus corporis esset destituta, quod nec sedere nec stare posset, solo usu manuum sibi a Domino reservato, Fratribus quorum ministerio sustentabatur, quam poterat beneficii rependebat vicissitudinem. Colum enim et fusum tenens, horis quibus operari licebat, quod stans nec sedens facere poterat, jacens operabatur, debitum hospitali pia devotione rependens obsequium. Hæc igitur in die prædictæ solennitatis, cum cessante manuum officio in

lecto infirmitatis suæ precibus jaceret intenta; audivit ecclesiam tumultuantem, et classicum. Et cum quæsisset quod factum fuerat, in Domino confortata viribus corporis sibi restitutis a Domino, sine humano auxilio, a lecto surgens ægritudinis, cucurrit ad ecclesiam: et thecam beatissimi Confessoris tenens incolumis, Deo pariter et ipsi reddens gratias, nobis videntibus et collaudantibus Dominum, ad solatium paupertatis suæ fidelium assistantium receptis beneficiis, quia pro paupertate et infirmitate sua prius ei providere non poterat, Dei liberata virtute, et eleemosynis fidelium fulcita, ad hospitium remavit. b Hæc igitur dilectissimi recoleutes miracula beatissimi Confessoris, vos commendantes precibus, vos, inquam, præcipue qui in diœcesi ejus commorantes, præ ceteris omnibus devotum ei debetis obsequium, monemus et obsecramus in Domino, et in remissionem peccatorum vestrorum vobis injungimus, ut venerabilis matronæ Sibyllæ, quæ in civitate Parisiensi nuper in honore prædicti Confessoris Honorati, honorabilem construxit ecclesiam, in orationibus vestris memoriam habeatis: ut cum ipsa mercedem recipiatis a Domino in tempore retributionis. Amen. c.

D
EX MS
petuntur
preces pro
Sibylla fundatrice ecclesiæ S. Honorati Parisiis

ANNOTATA.

a Appendix hæc deest in MS. et Breviario Ambianensi.

b Sequentia ex MS. Parisiensi S. Honorati referuntur opud Brulium: probantque scriptam esse hanc Appendixem ante annum quo Sibylla obiit 1204.

c Annectebatur sermo de S. Honorato in MS. Abbatillano, sed in charta conscriptus, quem omittendum censuimus.

DE SANCTIS XLIV MONACHIS

D.F.

EX LAURA S. SABÆ. MARTYRIBUS IN PALÆSTINA.

ANNO DCXIV

C **I**nter monasticas palæstras eremi Palæstiniæ emittit Laura S. Sabæ Abbatis, de qua pluribus egimus xx Martii, ad Acta Martyrum viginti, ibidem anno dcccvii a Saracenis occisorum; quæ a Stephano monacho Subiata præclare descripta, ad dictum diem edidimus Latine et Græce. Diu ante hæc tempora alii ibidem fuerunt Monochi martyrio sublati: quorum meminit auctor coævus, qui cum illis in eadem Laura vixit, Antiochus monachus, cujus opera extant Græco-Latina tomo I bibliothecæ veterum Patrum Parisiis anno mdcxxiv excusæ. Hic in Epistola præposita ad Eustachium Præpositum monasterii Atalinæ civitatis Ancyrae in Galatia, rogatus de horum monachorum vita et nece, duxit brevibus aperire, quæ ad illos attinent; eaque ita describit.

Martyrium scriptum ab Antiocho monacho coævo.

Viri omnes virtute eximii

2 De laudabili autem vita eorum in præsentiarum agere id temporis non postulat, nec mea lingua illa posset facile percurrere. Illud tantum dicam, quod homines erant revera divini (si homines tantum illos oportet dicere potius quam Angelos) cum in exercitatione spirituali et monastica vita et laboribus, quos pro pietate sustulerunt, a juventute sua insenuerint: senes quidem venerandi et canos capillos habebant, sed mente magis præstabant et humilitate, honesti, modesti, veridici, irreprehensibiles, casti, pii, ab omni turpitudine et pravitate alieni, omnibus bonis ornatu et divino repleti amore. Aliqui eorum hic ab annis quinquaginta et sexaginta supervixerant, neque unquam e Laura egres-

si fuerant. Nonnulli etiam neque ad ecclesiam processerant, nec civitatem amplius viderant, ex quo vitam monasticam fuerant amplexi. Tantis etiam virtutibus emicabant, ut viderentur terrestres Angeli et cælestes homines. Quapropter hunc finem sunt adepti et victoriæ præmium consecuti.

3 Cum Ismaelitæ ad nostram Lauram accessissent, una septimana antequam sancta civitas fuisset occupata; et universa sacra vasa ecclesiæ diripiissent, plerique Patres quam primum aufugerunt. Remanserunt autem in Laura, qui fortiores fuerant Christi servi, sacrum illum locum destituere nullo pacto volentes. Barbari vero cum illos comprehendissent, multos dies inhumane tractarunt et tormentis afflixerunt, pecunias hoc pacto sese inventuros putantes, apud quos nihil hujus seculi reperiebatur; simul autem atque intellexerunt, sua se tandem spe ac proposito excidisse, in efferatissimam versi rabiem, ad unum membratim beatos illos conciderunt. Qui et lætitia incredibili perlusi, ac proinde alacri vultu reidentes, omni cum actione gratiarum animas reddiderunt Domino: quippe qui non ita pridem in votis habuerant solvi et cum Christo esse. Corpora vero plusquam tragice cæsa, cum non paucos dies in humum disjecta, sine sepulturæ beneficio jacuissent, ab Arabia illo usque properavimus. Et quidem eximius Abbas Nicomedes, spectaculum illud miserabile cæsum Patrum contemplatus, deliquo animi concidit, atque illinc re-

F
in irruptione Saracenorum,

membratim conciditur:

latus

A latius mortuus prope est. Modestus præterea, et ipse sanctissimus, adventum nostrum cum antevertisset, et Sanctorum illorum lustrasset prius habitacula omnia, itidem angore animi contractus, multis se proluit lacrymis: ac sanetas, quæ eatenus resederant Reliquias circumplexus, in Patrum superiorum deposuit conditoriis. Is ad hæc, ubi solennem persolvit et ex more consuetum Canonem, illud mox oraculum Isaïæ exerta voce deprompsit: Viri justi tolluntur et nemo recogitat. A facie iniquitatis sublati sunt justus. Erit in pace sepulcrum ejus. Et, spes illorum immortalitate plena. In paucis vexati, in multis bene disponentur: quia Deus tentavit illos, et invenit illos dignos se, et quasi holocausti hostiam accepit eos, et in tempore visitationis ipsorum splendent ac refulgebunt. Et hæc de Sanctis illis cum edisseruisset, unumquemque nostrum adhortari coepit, ne quo emigraremus, loci illius nostri desertores... Nos proinde humiles et subjecti gratia primum Dei, deinde seria admodum et accurata diligentia præmemorati sanctissimi Modesti, sedentariam hanc exigimus vitam in liberiori et tranquilliori otio, pro his etiamnum quæ paulo contigere prius actiones gratiarum persolventes et glorificantes Deum, qui et mortificat et vivificat... Numerus sanctorum Patrum, quos tyrannica sustulit impressio, est quadraginta quatuor. Horum memoria Majo mense celebratur, decima quinta mensis die.

4 *Hactenus Antiochus. Græci in MS. Synaxario et aliis Menæis celebrant, non die xv, sed hoc xvi Maji, certamen monachorum in monasterio S. Sabæ occisorum. Qua eadem leguntur in Menologio Sicleti, quo citato ista in hodierno Martyrologio Romano leguntur ad hanc xvi Maji: In Palestina passio sanctorum monachorum, a Saracenis in Laura S. Sabæ interfectorum. Ubi Baronius arbitratur in Notis, supra omni Antiochum, errore vel typographi vel librarii legi celebrari memoriam die xv Maji. Fuisse hos XLIV monachos occisos una hebdomada, antequam civitas sancta fuerat occupata, supra relatam est, et clarius indicat civitatis cladem Antiochus homilia 107 de Conspuactione, ubi ista scribit: Nos igitur debemus lacrymas profundere amaritudinis plenas, primum quidem quod civitas sancta Jerusalem incendio conflagravit: Crux quoque sancta Christi Dei nostri in Persidem transmigravit: in eorum item gratiam qui tot occisi bellis perierunt, nobis enim erant concorporci, et eadem nobiscum insigniebantur fide. Quæ contigerunt anno DCXIV Indictione II, Imperii Heraclii II, uti indicatur in Chronico Alexandrino auctoris coevi: ad quem annum tota hæc Antiochi relatio est inserta Annalibus Baronii, sed tam ibidem quam in aliis editionibus omnia habentur ex interpretatione Godefridi Tilmanni Curthusiani, ubi nescimus quomodo de enormi illorum ætate sint hæc verba intrusa: Nonnulli ipsorum centum excesserunt annos et quinquaginta sex, inquieta et monastica vita cum peregisset: cum Græce sit legatur: Γωές αὐτῶν ὑπερβέβηκότες ἀπὸ πεντήκοντα καὶ ἑξήκοντα ἔτην μὴ ἔξερχόμενοι πνευτικῶς τῆς Λαύρας. Aliquis eorum ab annis quinquaginta aut sexaginta (scilicet in Laura) supervixerant: neque unquam e Laura egressi fuerant. Nonnulli etiam neque ad ecclesiam processerant, scilicet aliquam publicam, contenti domestico Lavrar oratorio, nec civitatem, scilicet Hierosolymam, amplius viderant.*

5 Qui nominatam initio Sabaitarum viginti passionem descripsit Stephanus num. 81 S. Sabæ, Lauræ istius

conditori, gratulatur alumnos tales; cumque dixisset, quod insolitum ei non sit discipulos instruere ad agonem et martyrio idoneos exhibere: Testor, inquit memoranda Persicæ irruptionis tempora, quando etiam intercepta sancta Christi civitas est, venerabiliaque et adoranda illa loca atque templa incendio deflagrarunt. Tunc enim ex alumnorum tuorum numero non pauciores quadraginta adduxisti ad Christum, Martyribus sociandos: in quos irruentes, ignis mithræque insani cultores Persæ, uno in lapide simul omnes conciderunt: malentes etiam ipsos in propria Laura mori, quam a facie inimicorum abscurrere, ab eaque exulando vitam redimere fuga. *Ostendebatur scilicet adhuc lapis iste, ut dubitare nequeamus quin hæc de ea circumstantiam, ab Enstachio prætermittam, ex certa suorum traditione addiderit Stephanus: atque ita in illis renovatum est exemplum cordis, ab Abimelech olim patræ in Ephra, Judicium IX, qui occidit fratres suos, filios Jerobaal, septuaginta viros super lapidem unum.*

6 *Franciscus Quaresmus elucidationis Terræ sanctæ lib. 6 cap. 9 peregr. 3 ipsam Antiochi monachi epistolam exhibet, Datalenæ monasterium appellans, quod Aralinæ scriptum invenimus; de præsentem autem ipsius lauræ statu loquens, inter alia sic habet: Ibidem in cubiculo vel capella, omnino tamen clausa vel murata, jacere corpora sexcentorum monachorum, ab infidelibus pro Christi fide interfectorum, narraverunt mihi habitantes monachi, quando sanctum locum invisi. Addideruntque, jussu ipsorum Patriarchæ locum sanctum fuisse omnino clausum ne sacra illa pignora auferrentur et in alias partes portarentur. Ita ille; quem vereor, ne vel sua sefellere memoria, vel ipsi res suas nimium augentes monachi, sicque ex sexaginta (quod scilicet simul rotundo numero sumpti fuerant, qui a Persis quadraginta et ab Arabibus viginti occisi erant) factos esse sexcentos: quos unicum cubiculum vel capella non potuisset per tumbas seu sepulcra digestos, in hisque spectabiles continere: sic enim collocatos fuisse, indicat cura claudendi ipsam capellam, post tot secula primum adhibita.*

7 *Philippus Ferrarius, in Catalogo sanctorum qui in Romano Martyrologio non sunt, ad XXII Aprilis memoriam ponit Hierosolymis sanctorum triginta monachorum, Martyrum, sub Chosroa Rege; allegans in notis Menologium Græcorum: et Galesinium corrigi, qui eosdem a Græcis eodem die acceperit, sed pro triginta, scripserit triginta mille Martyres. Nos isto die nec unum nec alterum numerum invenimus in ullis Græcorum Menæis et synaxariis, quamvis Mediolani et Venetiis viderimus omnia, quæ Ferrarius vidisse potuit, si vidit aliqua: vereor enim ne eadem levitate citavit Menologium, quo citat Galesinium, qui in notis ad istum diem dicit se illa xxx millia habere, non ex tabulis Græcis, quas eodem die pro S. Nearcho Martyre allegat; sed ex MS. Cod. et Annalibus Burchardi Dominiani. Clavit hic scriptor, aliis Brocardus dictus, circa annum MCLX; et præter descriptionem Terræ sanctæ, quam opturemus invenire, scripsit Annales de rebus Friderici Imperatoris in Terræ sancta, quibus æque careamus. Suspendimus igitur nostram de istis iudicium; quamvis in silentio vetustiorum merito vereamur, ne, si eum numerum revera Burchardus habuit quem Galesinius exprimit, idem ipsi acciderit quod Quaresmio: nam quod ad Codicem MS. attinet, fidem exigam apud nos habet, propter Galesinii in Codicibus citandis accuratorem æquam.*

D
eorum memo-
ria in Actis
20. MM Sa-
baitarum,

et apud Qua-
resmum sed
numero
confuso:
E

magis autem
apud Ferrar-
ium ac Gale-
sinium.

F

DE SANCTIS CONFESSORIBUS

RAGNOBERTO EPISCOPO ET ZENONE DIACONO,

D. P.

BAJOCIS IN NORMANNIA.

SÆC. VII

Bajocæ seu Bajocum, *Episcopalis urbs est in Normannia inferiori, cui circumjecta regio le Bessin vulgo dicitur, populi olim Bajocasses vel Biducasses fuerunt appellati. Hæc inter alios Episcopum habuit S. Ragnobertum, aliis Ragnebertum, Regnobertum et Renobertum; cujus et S. Zenonis ejus Diaconi corpora, quomodo IX seculo æræ Christianæ, post ternam ipsorum Sanctorum apparitionem, Bajocis abstulerit, et ad quendam S. Victoris ecclesiam transtulerit. Hervæus quispiam, descripsit gravi nec barbaro stylo sub annum DCCCLXVIII aliquis, qui præsens interfuit saltem secundæ translationi, ex dicta S. Victoris ecclesia ad novam S. Salvatoris circo annum DCCCLII, et nam. 9 narrat miraculum energumeni liberati velut a se visum. Hanc historiam damus ex MS. Belfortii, collato cum duobus perietustis Codicibus S. Vincentii Vergewasis in Burgundia (quo Normannorum metu translatum tenique est corpus S. Ragnoberti, si non et Zenonis) et Autissiodorensi, per Petrum Franciscum Chiffletium communicatis. Non explicatur in ea historia, utpote in re tunc nota, ubi locorum esset ea S. Victoris ecclesia: sed spectata itineris ratione, qua Bajocis Nogervolus prope Lerorum primo die, tertio autem deventum est ad proprium ipsius Hervæi fundum, indicio etiam vicinorum ut nobis videtur locorum, nunc Belleville et Froberville dictorum, putamus significari ecclesiam S. Victoris in Coletibus, media inter Rotomagum et Dieppam via, quatuor utrinque Gallicis leucis distantem, quæ Clericalis eo tempore fuit, seculo autem XI fere medio, a nobili quodam Clerico donata est monachis S. Audoeni cum titulo Prioratus, et anno MLXXIV erecta in Abbatiam, ad hoc usque seculum permaneam.*

Acta Translationis geminæ

a teste oculato descripta:

legenda sub nomine S. Lupi confecta

ab eodem forte qui acta Translationis interpolavit;

2 *interfuit Synodo Remensi sub Sannatio, circa annum Christi DCXXX, Ragnebertus Bajocensis: quem esse ipsum de quo agimus S. Ragnobertum nemo credo dubitaret, nisi in pluribus MSS. extarent libelli duo, ex fabulosissima quadam illius legenda et translationum historia constati, quorum prior legendæ illius auctorem ita fingit præfari, Ego Lupus, quamvis indignus Bajocensis Ecclesiæ tertius a S. Exuperio, secundus a B. Ragnoberto Episcopus, vitam S. Exuperii vel actus B. Ragnoberti magistri mei, qui me Diaconum ordinavit, breviter tractavi: et quamvis sapienter non potuerim, aliquam tamen partem, quam indignus oculis meis vidi et auribus audivi, exponere non neglexi. Posterior libellus finitur cum tali auctoris, æque falso prætensi, clausula, in MSS. duobus præcitatis et eo quod Acherius inseruit tomo 12 spicilegii: Ego Joseph, peccator Sacerdos, omniumque servorum Christi ultimus, quondam autem Aquitanorum Regis Cancellarius, nunc inelyti Regis Hndovici liberalium litterarum etsi immeritus præceptor, atque ejusdem sacri Palatii Cancellariorum ministerio functus; olim studiis litterarum Turonis sub eruditione Amalrici Turonensis Archiepiscopi eruditus cum Paulo Rotomagensi Archiepiscopo..... (eujus ego Joseph peccator Sacerdos, quando ad hoc scribendum provocatus stylum admovi, utrique hiprælibati Episcopi uno quoque mense præsentis caruere vita) non ut debui hæc scribere curavi, cum nec idoneus venustatis eloquentiæ fuerim, sed rusticitatis insipientiæ errore perfasus. Unde provolutus ad cunctorum*

fidelium pedes jacens, humiliter postulo ne meis sermonibus indignemini.

3 *Regnum Aquitanix tenuerat Pipinus Ludovici Pii secundus, usque ad annum DCCCXXXVIII, relicto successore filio etiam Pipino, quem patruus suus Carolus Calvus regno ac libertate privavit anno DCCCLII, cum filius suus Ludovicus Balbus annum ætatis ageret IX; ipsum autem Aquitanix regnum dedit alteri filio suo Carolo, atque hoc mortuo anno DCCCLV in prædictum filium Ludovicum, annos jam natum XXIII, idem regnum transtulit: et denique anno DCCCLXXVII vita functus, habuit eum Franciæ monarchiæ heretem: huic vero successerunt filii sui Ludovicus et Carlomannus anno DCCCLXXXIX: quorum prior sesqui annum dimittat regnavit, annos minimum natus XVI cum moreretur anno DCCCLXXXI. Itaque hujus cum scriberet præceptorem se fingendo hic prætensus Joseph, videtur sese auctorem facere Translationis prænotatæ. Sed prolixi imposturam diversitas styli, quo Translatio illa vere descripta est, et quo insulsa hæc lacinia atque nonnulla usdem adjuncta; e contra vero cum iis quæ S. Lupo imputantur earundem laciniarum phrasis sic convenit, ut cogamur ut is scriptoris factam agnoscere. Ineptum quoque ingenium ejus prolixi tam alieno loco inserta mentio, Amalrici ac Pauli Archiepiscoporum, quasi eodem mense defunctorum; quod ut verum esse sub tali testimonio crederetur (obierunt enim ambo anno DCCCLIV aut V) sensum tamen totum turbat parenthesis, nihil ad rem faciens. Quam autem indignum fuisset vivo tali, sub S. Lupi nomine aut fingere quiddam, aut ab aliis confictum recipere ut verosimile?*

4 *Habemus ipsius B. Lupi Acta, xxv Novembris danda (utnam integra!) ex MSS. Carthusiæ Confluentinæ et Coloniensis hoc principio: B. Ruffinianus, tertius a B. Exuperio Bajocensis Episcopus, S. Lupum Bajocasinæ urbis territorio oriundum, quem baptizatum studiis liberalibus mancipaverat, cum ad ordinem Diaconatus promoveret; quidam cum eo ordinationis Leviticæ gratiam suscipiens, nomine Stephanus, excelsa voce cepit præconari, dicens; Domine Ruffiniane, hunc quem consecras Diaconum, tuum cognoscas fore successorem. Beato igitur Ruffiniano ab hac luce subtracto, totius populi et Cleri voluntas Pontificali honore B. Lupum fore dignissimum asseverat: inter quos Silvestro Rotomagensi Archiepiscopo nocte senex quidam apparuit, dicens; Virum illustrem Lupum, quem sibi Deus elegit, absque dilatione gregi Dei Pastorem constitue. Hinc nobis certo constare potest de S. Lupi ætate; cum Chronicon Rotomagensis, initio seculi XII scriptum et a Philippo Lubbe editum, Silvestri Episcopatum referat ad annum CCCXXXIV, idque omnes recipiant et confirmet series Præsulum Rotomagensium, dum inter Silvestrum et Germanum, qui anno CCLXI Concilio Turonensi interfuit, solus Malsonus nominatur. Eodem faciunt, quas ex S. Amandi monasterio accepimus lectiones, una cum S. Lupi reliquiis eo delatas, ita incipiendo: Fuit igitur, tempore quo Egidius Rex Romanus regnabat in Galliis, vir admirandæ sanctitatis Lupus. Atqui Egidium, Romanæ militiæ Ducem, Franci fugato Childerico Merovæi filio susceperunt anno CCCCLVIII, nec ante CCCCLXIII caulem suum revocarunt; ut cum prænotata Silvestri ætate, cui*

et se Ludovici
3 Francornia
B. Præceptor
rem et Cancellarium
mentitar.

E

ex ineptis
lacinis satis
agnoscitur

Et, eadem autem
illa est verioribus
S. Lupi
Actis
contraria,

qui seculo 5
floruit

Sedis

A *Sedis anni viii vel xiii assignantur, optime conveniat tempus, quo Lupus jam Episcopus floruisse dicitur. Qui cum appellatur tertius a S. Exuperio, ita ut ipse S. Exuperius intelligatur primus, secundus Rufinianus, tertius Lupus, habetur Bajocassini Episcopatus initium ad quarti seculi finem referibile; quando etiam Abranticensis, Constantiensis, Lexoviensis, et Sugiensis in eadem regione Ecclesiarum primos suos Episcopos videntur accepisse, et Rotomagensis antiquior in Metropolitanam erecta. Majorem certe singularum antiquitatem nemo adsternit, neque nomina cujusquam qui prius sederit adferantur.*

interimque
fingitur sec.
2 ordinatus S.
Ragnoberto
successor,

5 *Sed quam bene hæc omnia inter se conveniunt, tam iis adversantur signenta, sub nomine præfati Lupi proposita; in quibus dicitur, S. Exuperius, S. Clementis Papa discipulus, ab eodem cum aliis (qui tamen melius forte ad Decii Imperatoris tempora a Gregorio Turonensi referantur) in Gallias missus advenisse Bajocas, ibique inter primos conversum a se baptizatumque Ragnobertum, proverisse per omnes sacrorum Ordinum gradus usque ad Sacerdotium, una cum Zenone, cui Archidiaconatus manus injunxerit. Ragnobertus vero supra defuncti Exuperii corpus in monte construxerit ecclesiam, deinde a S. Saturnino Tolosano Episcopo divinitus monito consecratus Bajocensis Episcopus in Brivensi vico, quo eum Angelus in Saturnini occursum direxerat: unde regressus, in monte Phas, uno milliario ab urbe, ubi populus Evangelium suscipere detrectabat, construxerit oratorium S. Joannis, et intellexerit pervicaces illos non a se, sed a suo discipulo Lupo convertendos: deinde parvum in civitate ecclesiam a S. Exuperio structam destruens, majorem basilicam excitavit, aliamque in nomen S. Stephani; quibus longo post tempore partem ex rebus propriis sub testamento chartarum confirmavit; ac denique Dei jussu discipulum suum Lupum ordinavit Diaconum, eumque commendavit populo, futurum ei post se spiritualem patrem, tertioque ab inde die obierit xvii Kal. Junii, annos Episcopatus xc. vitæ cxx numerans, sepultus in Basilica S. Exuperii.*

excluso S.
Ruffiniano
S. Exuperii
successore

6 *Quis non videt, S. Ruffinianum hoc pacto excludi a numero Bajocensium Episcoporum, sancto autem Ragnoberto vix trecentos annos Episcopatus sussecurus, ut ordinatus a S. Clementis discipulo, ordinasse Diaconum S. Lupum, post se inmediate successurum? Ex usu præterea primorum istorum seculorum, quibus vivisset et scripisset Lupus, nequaquam fuit, Sacerdotes vocare alios quam Episcopos; hic tamen sic etiam vocantur Presbyteri; et quidem in hunc gradum ordinato Zenoni dicitur inunctum Archidiaconatus Officium, quod antiquitas solis competebat Diaconis. Adde quod nomen Ragnoberti seu Renoberti Francicum sit, nec verosimiliter ante Francorum in Galliam adventum seculo v in Gallia auditum. Ut mirum sit scriptores Francos, qui Episcopatum Catalogos texere, absque cunctatione recepisse hunc ordinem, quo sibi successerint Exuperius, Renobertus, Ruffinians, Lupus; et a Samaritanis erroris argui eos, qui S. Renobertum a Ragnoberto, Sonnutii Remensis coævo, non distinguunt. Tam firma scilicet præjudicium faciunt scripta, sub auctoris magni nomine grandem præferentia auctoritatem, donec accuratius examinentur: quod a nobis fieri si grave quibusdam est, sciant longe gravius eruditus viris esse ecclesiasticam historiam accipere implexam nodis insolubilibus, quamdiu personatis illis scriptoribus non detrahatur larva, seculorum aliquot patientia nitens et favore urbium ac populorum, sua suarumque ecclesiarum principia quam antiquissima dici gaudentium et credi cupientium.*

et geminato
sine causa
Ragnoberto:
qui vere sec. 7
vixit.

Ejus mira-
cula ignota.

7 *Miracula et vivum et mortuum patravisse S. Ragnobertum, quorum merito sepulturam in ecclesia et cultum publicum obtinuerit, nullus dubito: sed nihil eorum scripturæ fuisse traditum etiam existimo. Quare, quod adhuc Ostiarius dicatur septem energumenos tibe-*

rasse ab immundis spiritibus, invocato ejus nomine qui ipsos de Maria Magdalena exire præcepit; et a Brivensi vico rediens consecratus Episcopus, misso baculo sanasse paralyticum; ac primo in urbem Bajocensem ingressu, sanguinis fluxu laborantem mulierem multosque infirmos et energumenos, id non magni censeo faciendum. Nec pluris fecerim elogium, quod Saussayus Martyrologio Gallicano his verbis intexit, Bajocis S. Renoberti Episcopi et Confessoris, qui S. Exuperii exceptivus e sacro lavacro filius, heres etiam ob præstantis sanctimonie doles Pontificatus fieri promeruit; divinique muneris executione multorum animos ad pie agendum inflammavit, denique vitæ religiosæ actæ insignis nobilis, post multa pietatis opera quievit in Domino: hoc enim de omni sancto Episcopo dici potest. Magis proprium est, quod addit: sacra ejus spolia in Exuperii templo condita, postea irruentibus in Neustriam Danis, Oringeium, in Vesonionis Sequanorum Metropolis finibus, translata, diem xiv Octobris ipsa translatione insignem illic reddiderunt. Sed nec hæc sine errore sunt: quod enim Oringeium vocat, Quingeium est, et pro xiv die notandus fuerat xxiv.

translatio in
Burgundiam
24. non 14
Oct. colitur,

8 *Idem nihilo accuratior in Supplemento ad 2 diem Septembris, ita scribit: Bajocis translatio S. Renoberti Episcopi et Confessoris, nec non Zenonis ejus ministri: quorum corpora, in monte condita et divinitus revelata, Walfugus Episcopus humo defossa ad ecclesiam S. Victoris transvexit, apparatuque condigno reposuit veneranda. Procul a Bajocis fuit ecclesia S. Victoris, in quam illata sunt sacra illa ossa, tertio postquam fuerant refossa die v Kalendas Januarii, ut colligitur ex Actis: posterior vero Translatio, ab ecclesia S. Victoris ad novam S. Salvatoris, celebrari dicitur, et verera in MSS. aliquibus Martyrologiis notatur viii Kalendas Aprilis: et hinc cum Freculfo Lexoviensi, et Ansegando Abrincatensi, Balfridus Bajocensis præsentiam et operam suam commovit: Walfugum autem Episcopum nulla Gallicanorum Episcopatum dyptycha uoverunt. Grevenus in suis ad Usuardum additamentis et ex hoc in Germanico Martyrologio Cunisius, ad xxii Aprilis referunt memoriam Renoberti Episcopi Bajocensis, qui vitæ et miraculis clarus, xl annis in Episcopatu expletis, quievit in Domino. Ita forte reperiebatur in aliquo veteri ad Normannicæ cujusdam ecclesie aut ipsius Bajocensis usum scripto et aucto Usuardi exemplari. Quidni autem hic verus Natalis fuerit? dies autem hic xvi Maji assumptus a Bajocensibus sit, et a sabulatore jam confutato tumquam Natalis descriptus; qui forte fuit primæ translationis dies, ex veteri foris sepulchro ad Cathedralem Bajocensem, aut alienius intro eandem Cathedralē elevationis; quando in iisdem Greveni et Molani additionibus legitur primo loco, ipso die agenda commemoratio B. Renoberti, Episcopi et Confessoris, magnæ sanctitatis viri.*

E
prior ad
ecclesiam S.
Victoris non
2 Septembr.

sed 28 Decemb
contigit:

altera in S.
Salvatoris
28 Martii,

natalis forte
23 Aprilis,

clericali 16
Maji.
1^o

Vide App
tom. VII MAI
NOV. 110^o

TRANSLATIO CORPORUM

Bajocis ad ecclesias S. Victoris et S. Salvatoris

Auctore coævo ex MSS.

CAPUT I.

Translatio prior, a Sanctis ter apparentibus
Hercæo mandata, et ab eodem facta.

Anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo quadragesimo septimo, Indictione decima, Domino a Sergio Papa præsidente, Balfrido b Bajocensem Ecclesiam regente, apparuit cum S. Zenone Archidiacono Beatissimus Ragnobertus cuidam venerabili

u
b

viro 2

A viro, nomine Hervæo, blandisque eum in visione alloquitur sermonibus dicens : Surge vir Dei, vade ad Bajocas civitatem, et ascende locum qui vocatur Mons-Ecclesiæ, ubi quondam sepeliebantur Episcopi civitatis : invenies ibi basilicam, in honorem Dei et Exuperii, primi ejusdem urbis Episcopi, constructam, sed jam ornatibus suis nudatam, derelictam ac solitariam, et in qua nullum persolvitur divinum officium, unde etiam casus sui ruinam præterendit. In ea beatorum Confessorum Ragnoberti Pontificis, et ministri ejus Zenonis corpora incalte requiescunt, sine ulla dignitatis aut honoris reverentia. Ideoque præcipio in nomine Domini nostri Jesu Christi, et inde eos summa cum religione effossos perducere ad propria tui honoris loca ; custosque eorum omni tempore factus, provideas ad ipsos humandos loca nitentibus tantis digna, in quibus honorifice permanere valeant. Quibus dictis, mox evanuerunt. Ille autem consurgens, reducta visione quam viderat ad memoriam, consternatus animo, admirabilem exhorruit visum, credens se phantasmatica illusionem delusum : ideoque nulli indicavit, sed penitus oblivioni tradidit. Considerans namque multorum criminum ponderibus se subditum ; ac seculi negotiis involutum, nullo modo se credebat visionibus cœlestibus perfrui ; nec audere Sanctorum corpora de sepulcris levare, seu ad propria loca asportare. Verum peracto quodam spatio temporis, iterum isdem vir venerabilis adfuit ; eundemque Hervæum, lateri sinistro incumbentem, dextero in latere percussit ; increpans eum dure, quod prætermisisset jussionem visionis, quam ei Dominus per servos suos dignatus fuerat revelare. Qui ita correptus, tribus postea mensibus febris cruciamento vexatus est. Hæc autem secunda visio, octavo Kalendas Julii ei ostensa est : quam ipse nihilominus, veluti priorem, penitus ob suæ fragilitatis considerationem incredibiliter solvit.

2 Adveniente autem Nativitatis Domini nostri Jesu Christi sollemnissima nocte, post pullorum cantum venerunt ad præfatam Hervæum duo viri, quorum unus indutus Episcopalis vestibus videbatur ; planetæ autem, quibus desuper utebantur, croceo rutilabant aspectu : quibus etiam in ipsius corporis translatione eum vidimus obvolutum, hodieque in sepulcro cum ipso corpore permanere confirmamus c. [Sanctus autem Zenon, qui cum Beato aderat Ragnoberto, obtectus vestibus præalbis Diaconi videbatur, quæ in translatione sui corporis nusquam comparuerunt.] Erat vero isdem venerabilis, terribilis aspectu, sublimis statura, compta capitis cæsarie, canicie resplendens, rubicunda facie ac modico candore suffusa. Qui ante eum adstans, terribilibus eum verbis alloquitur, dicens : Ego sum Ragnobertus cum Zenone socio meo : tertio ad te missi sumus jussu Dei omnipotentis, qui ostendit tibi per nos secretum misericordie suæ. Sed tu inobediens et contumax, nullo modo parere voluisti ; et quia hæc quæ tibi nuntiavimus parvipendens, non tantum oblivioni tradidisti, sed nec attendis quidem tibi cœlitus secretorum arcana revelari, spernens legationis nostræ imperium mente pertractare ; ecce complebitur super te, quod Dominus voce Prophetæ loquitur dicens ; Qui noluit benedictionem, elongabitur ab eo, et induet maledictionem sicut vestimentum. Scias autem, quoniam ab isto die, nisi præceptorum jussa perficere conatus fueris, propter quod inobediens tanto tempore extitisti, languore plurimo consumeris ac tale tui corporis lues detrimentum, ut præter sanctum Job, nullus hominum ad vitam rediens tantas sui corporis pœnas exsolverit : ac per hoc castigaberis, ne amplius divinis persuasionibus admonitus sic incredibilia donorum cœlestium secreta arbitreris : quod si adhuc etiam elatissimo contu-

maciæ animo differre tentaveris, ac Dei omnipotentis jussa implere recusaveris : morbo elephantino tactus, lepra etiam toto corpore percussus, sanie ulcerum per minutissimas corporis metas scaturiente, ita percutieris, ut vix quilibet amicorum putentis corporis sufferre valeat cicatrices : ac tali perfunctus funere, in inferno sepultas eris. Ut hæc autem mente pertractes, utrum agendi tibi a Domino concedatur potestas, aut ut accepisti efficaciter implere possis, quindecim dierum tibi spatium tribuitur, Age nunc vir Dei, recordare sermonis mei, et illatam tibi cœlitus visionem mente pertracta : et quia duo tibi oblata videntur, quæ potius sunt sanitatis tuæ remedia exequenda ne negligas stataere ; quoniam judicio divino aut pœnas præsentis vitæ percipies, aut futuras æternaliter persolves.

3 His dictis ab aspectu viri discesserunt. At subito perterritus, evigilans, de strato quo jacebat surrexit, et quæ viderat ratione mentis cum terrore penetravit : et ad ecclesiam, ad quam vespere venerat ob Nativitatem Domini nostri Jesu Christi celebrandam, convolvit : ac peracto in Dei laudibus festivæ noctis officio, etiam diurnam sacratissimi diei ministerium audiendo persolvit. Itaque eodem Nativitatis Dominicæ die ad eandem civitatem territus perrexit ; cupiens Balfrido Bajocensis urbis Episcopo patefacere revelata. Sed cum eum ibi non reperisset, quam celerrime d Lindis civitatem rediit : ibique Freculfo ejusdem civitatis venerabili Episcopo invento, omnia quæ viderat, indicavit. Præsul autem hæc audiens ad hæc perficienda eum corroborare studuit, dicens : Si quæ asseris, tibi vere nuntiata sunt, age, vir Dei, quantocius, ut perficias quod tibi a Domino injunctum est : Dominus enim, qui tibi hæc jussit revelari, erit in comitatu tuo, ipsumque habebis fortissimum tui operis adiutorem ; et diriget pacis suæ Angelum tecum, qui te custodiat, et per viam salutis gressus tuos incedere faciat, ut juxta imperium Domini omnia satagere queas. Sin autem phantasiæ illusionem quadam more somniantium caperis, et hoc conatus fueris temerarius agere ; procul dubio præsentis vitæ periculum, animæque et rerum tuarum damnium incurres atque pœnas patieris æternas.

4 Ita instructus Religiosissimi Præsulis Freculfi consilio Hervæus, assumptis secum duobus venerabilibus Presbyteris, Guinemaro scilicet et Harduino, festine Bajocas civitatem, ubi Sanctorum quiescebant corpora, perrexit : tamen clam eandem urbem, propter Britonum insidias, qui eo tempore eandem terram occupaverant et multa clade regionem deprimebant, ingressus est. Ingressus autem Hervæus ejusdem civitatis ecclesiam, Domini auxilium deprecabatur. Ad vespertascente siquidem die, ut signum ad Completorii sonuit officium, intravit cum Sacerdotibus ecclesiam, in qua erant Sanctorum corpora Confessorum : et cœperunt fodere sepulcrum Beati Episcopi Ragnoberti : et inde devote cum divini muneris protectione, gaudio magno repleti, collegerunt præfati Sacerdotes ossa B Ragnoberti Pontificis : elevantesque de sepulcro cum tota devotionis reverentia, astrinxerunt cum pallio et in novo vase posuerunt. Post hæc ad Zenonis, ejus quondam discipuli, sepulcrum devenerunt : quo manus injicientes, tulerunt eum de tumulo, quo jacebat, et in alio vase concluserunt. Illucescente denique die, Sanctorum corpora cum hymnis et laudibus divinis deportantes, civitate exierunt : fuit autem eo die circa omnem regionem tam densa aeris nebula, ut vix alterutrum conspiciere possent, quod ad viæ subsidium plurimum profuit. Eodem die Balfridus, ipsius civitatis Episcopus, crimine nefando fuerat apud gloriosum Regem Carolum accusatus :

Sanctus se
et Zenonem
transferrè
mandans
apparet
Hervæo,

iterumque
cum immis-
sione febris,

et tertio
extrema
minando.

Ps 108, 18

D
A CO. EVO
EX MSS.

Ille perterritus

E

d
consulto Fre-
culfo Episc.
Luzoviensi,

et acceptis 2
Sacerdotibus,

F

sacra corpora
refudit

et Zenonis
corpus levat

A censatus : et ob id, quia ad sanctam synodum ab eo congregatam convolaverat, defuit civitati, et in synodo officium, a quo depositus e fuerat, recuperavit, et etiam donis adornatus plurimis remeavit.

5 Interea pergentes præfati viri cum Sanctorum corporibus vespere facto divertunt ad quietem, in villa quæ vocatur f Nogerolæ; et ibidem nocte illa quiescentes, in divinis laudibus noctem pervigilem duxerunt. Mane autem facto levantes humeris Sanctorum corpora, iter, quod Domino admonente inceperant, carpere cœperunt. Venit autem in occursum eorum plurima turba populi, et circumquaque religiosi Sacerdotes Dei : et dum secundo die pergerent jam cum multa turba, accidit ut pervenirent in locum, ubi quidam scelerati hominem nocte interemerant : ac dum sepulturæ corpus ejus daretur ob eleemosynam; cœpit Hervæus denunciare populo, ut pro ejus anima Dei misericordiam implorarent. Factum est ut etiam cæca quædam ibi veniret a nativitate, nomine g Hedewigga, et lumen, quo semper caruerat, recepit, et ibi Domino miserante ante Sanctorum exsequias sanitatem promeruit : quod quinto b Idus Januarii actum est. Crescere autem eorum lumina (etsi soleant illo tempore dies nimis imbribus abundare) nunquam destiterunt : sed continuo et inextinguibilia permanserunt. Levantes autem eorum corpora de loco quo substitutebant, pervenerunt in Basilicam, in honore B. i Victoris dicatam, quæ in proprio [genitricis videlicet] ipsius Hervæi est constructa : ibique deposuerunt ea super aram. Aurora siquidem diei surgente, dum Sanctorum fama in regione crebresceret, venit quidam homo manum habens aridam, quæ nulli usui erat apta, quam etiam ad os suum nullo modo ducere poterat, et sanatus est. Octavo denique die quædam femina, Savenildis nomine, ad sepulchra Sanctorum quadriduanis febribus vexata convolvit, et a qua tenebatur infirmitate curata est. Multi vero febribus correpti, ex vicinis circumquaque regionibus ad præfatorum corpora Sanctorum cum devotionis suæ votis advenientes, petitionis suæ effectum meruerunt, ac incolumes ad sua propria redierunt. Diversis autem infirmitatibus, variisque languoribus cruciati, vota sua deferentes advenerunt, et Domino adjuvante in eodem loco curati sunt k.

ANNOTATA.

C a Vereor ne ab interpolatore adjecta sit Sergii Papæ mentio : si tamen visio contigit sub anni 847 initium, potuit eodem adhuc vivente contigisse. MSS. Vergeiense et Autissiodorensis notant annum 846 : sed hic cum indictione 10 non convenit, nisi a mense Septembri : et tunc inter primam visionem et secundam, 8 Kal. Julii factam, potuisset præcise medius annus effluxisse; sicut effluxit a secunda ad tertiam factam 8 Kal. Januarii. Eadem MSS. licentius interpolata, sic habent. Anno vi Regnante Karolo Rege (est hic annus, a Junio incipiendus, utriusque dictorum annorum 846 et 847 communis) filio scilicet Hludovici Imperatoris, Sergio Romanæ Ecclesiæ gubernante Apostolatus honorem, quo sub tempore capta est ecclesia B. Petri Apostolorum Principis : quod postremum absolute falsum est, nescio unde acceptum; nihil enim tale in Sergio II, de quo hic agitur, Anastasius.

b Balfridus seu Waltfridus interfuit Concilio Parisiensi anno 846, dein alius, a Normannis occisus anno 858.

c Inclusa decerant in MS. Belfortii; alibi extra locum suum scripta inveniebantur.

d Id est Lexovii, inquit ad marginem Acherius. Lexovium autem (ubi Freculphus Episcopus erat. et

unde etiam ipse ad dictum Parisiense Concilium venit, D usque in annum 853 superstes) Lindas quandoque dictum, alibi non invenio : vix tamen audeo hic librariorum mendam suspicari.

e MSS. præcitata duo, Officium quo corruerat, quia ab eo suspensus erat : potestque id factum credi in Concilio Parisiensi anni 846 juxta Sirmondum : in quo similiter suspensus fuit Ebbo Rhemensis. Alii anno 847 id factum statuunt, quos sequitur Labbe in nova Conciliorum editione.

f Nogerolæ, vulgo Norolles, unius leucæ spatio distant Lexovio, Bajocis autem totis decem leucis, ut admodum festinasse oporteat vectores, qui tantum iter intra unum diem cum sanctis corporibus confecerunt.

g Alias Bedenigga.

h Fortassis legendum v. Kalend. Januarii, ut tertius ab evectioe Sanctorum corporum dies intelligatur, sicut supra secundus, et mox infra octavus in ipso requietivus loco, constructis jam sepulchris et corporibus intus positus.

i Quæ autem ubique hic dicitur ecclesia S. Victorii infra pari Codicum consensu S. Victoris dicitur : quod sequitur Saussayus, et nos putamus præferendum : Verba autem [] inclusa ex 2. MSS. addimus. E

k Sequabatur longa digressio de miraculis gestisque Sanctorum cum fructu legendis; quam plene intrusam esse apparet. Satis est eam legi posse apud Acherium

CAPUT II.

Alia apparitio S. Ragnoberti et corporis translatio ad ecclesiam S. Salvatoris. Varia miracula.

S Sub eodem tempore cæcus quidam Cenomanicæ urbis erat, nomine Hildegarius, qui per soporem noctis admonitus est, ut pergeret ad Sanctorum corpora, ob luminis sui recuperationem. Qui mox manibus ejusdem famuli sustentatus, ad eorumque monumenta perductus, Domini gratia, luminis officium, quo diu caruerat, sanus effectus, recepit. Nec illud prætereundum est, quod paralytica quædam, nomine Gisildis, per annos quinque corpore dissoluto jacebat, nec ullum membrum ad sui actus officium habere poterat : quæ dum manibus famulæ suæ allata esset, ante Sanctorum corpora prostrata requievit. Cui beatissimus Ragnobertus Pontifex, et Zenon ejus Socius apparuerunt in excessu mentis, et dixerunt ei : Surge, vade ad Hervæum, ac dic ei, ut construat ecclesiam in honore sancti Salvatoris, in loco mundo et incontaminato, quoniam nullo modo vult Deus, ut in hoc loco quiescamus a. Præfata itaque femina, dum monita audivit, respondit; Quæ sum ego, ut dum hæc nuntiavero credi debeam? nullo modo de hoc credenda sum. Cui B. Ragnobertus Confessor, ait : Fac sicut tibi impero, et faciam in te credulitatis signum, per quod omnino dictis credetur tuis. Surge in nomine Domini nostri Jesu Christi, et sis ab hac qua teneris infirmitate soluta.

7 Illa autem de stratu suo sana consurgens, nuntiavit Hervæo quæ viderat et audierat, et quæ imperata illi fuerant. Hæc vir religiosus Hervæus audiens, cœpit mente tractare, quo loco et unde, quibusque ex sumptibus ecclesiam in honore sancti Salvatoris fundaret. Reperit siquidem locum Domino admonente ad hoc dignissimum, et propriis de sumptibus, non ut voluit, sed ut potuit, ecclesiam in honore Dei et Domini nostri Jesu Christi fundavit : et ex suæ paupertatis abundantia culminibus erexit, variisque speciebus adornavit, totumque opus Deo juvante ad perfectum usque perduxit. Jamque advenerat ejusdem ecclesiæ dedicandis tempus,

A. CO. EVO
EX MSS.

e

f
ac primum
Nogerolas,
inde in basilicam S. Victoris defert.

g
Sanantur
cecitas,

h

B

i
arida manus,

febres et
alii morbi.

k

C

Cæcus illuminatur,

sanantur paralytica.

F

a
cujus admovitu,

ad ecclesiam S. Salvatoris,

A tempus, et beatorum corporum dies translationis, ubi aderant venerabiles et meritis præclari Præsules, scilicet Freculphus Lexoviensis Episcopus, nec non et Balfridus Bajocensis Antistes [atque Abrincatensis Ecclesiæ Ansegandus *b* Pontifex] qui vocati ab Hervæo, decimo Kalendas Aprilis suis cum parochiis advenerunt, et ad divini Numinis laudes celebrandas monuerunt, et cum eis totius noctis vigiliis congruis officiis solenniter consummaverunt. Aurora igitur diei surgente, induunt se vestibus sacris cum multitudine Sacerdotum Pontifices, ad transferenda Sanctorum corpora: et locum mundissimum ubi eos deponerent, præparaverunt, quo totius provinciæ populus et universus ordo Clericalis ad diem festum confluerat. Cumque universi expectarent tantæ solennitatis lætitiâ; præfati Præsules B. Victoris ecclesiam, ubi Sanctorum corpora erant, intraverunt. Elevantes autem eorum corpora, cum hymnis et divinis laudibus ad noviter ædificatam domum deportaverunt: in qua Deo omnipotenti tres aræ constructæ erant, quarum in medio locus ad Sanctorum corpora sepelienda aptus videbatur: et ibi in dextro pariete Beatus Confessor et Episcopus Ragnobertus sepelitur, Sanctus Zenon ad sinistrum humo conditur, et ibi usque ad hodiernum diem venerantur.

8 Antequam a præfatis Præsulibus ibi portarentur, per sanctificationis gratiam domus interius et exterius consecratur, et ibidem tria altaria consecrantur, quorum primum Freculphus Lexoviensis Episcopus in honorem Domini nostri Jesu Christi benedixit: medium autem Balfridus Bajocensis Ecclesiæ Antistes in honorem S. Ragnoberti fundavit. Tertium vero Pontifex Abrincatensis Ansegandus in honorem sanctæ Genitricis Virginis Mariæ et S. Joannis Baptistæ constituit. His ita completis sepeliuntur corpora Sanctorum: unum quodque loco proprio cum laudibus et Deo dignis honoribus componentes: fit gaudium totius patriæ, ac exultationum resonant laudes et usque hodie perpes permanet lætitia. Quantus Monachorum aderat ordo! Canicorum quam plurima turba! Videlicet ex vicinis provinciis ibi confluerat omnis multitudo populi, et usque dum sepulturæ traditi sunt cum hymnis et laudibus, specialiter exultando, sequuntur cum hymnis et canticis sive quantiscumque exultationibus. Quid autem gaudii illo die actum est, silendum nullo modo videtur. Pluvia enim totam illam regionem instar fluviorum irrigaverat, sed in loco, quo populus ad festivitatem celebrandam convenerat, nihil omnino pluit. Miro modo, aliunde venientibus imber nocuerat: ibidem vero festum agentibus nequaquam obfuerat. Sicque Sacerdotes, Sanctorum corpora absque pluviarum impetu sepelientes, ad propria cum gaudio reversi sunt.

9 Præterea quæ omnipotens Deus, eodem translationis Sanctorum ecclesiæque dedicationis die, per servorum suorum merita operari dignatus est, futuris temporibus ad multorum profectum memoriæ commendandum est. Muta quædam, Hildeburgis nomine, a nativitate, eo die locuta est. Quia enim novæ translationis, novæ ecclesiæ consecrationis dies illuxerat, novo illum Dominus miraculorum signo illustrare voluit. Aliud vero vidimus eodem die miraculum, quod recitandum est. Quædam femina, Bertruda nomine, quæ a dæmonio vexabatur, ibi eodem die liberata est. Præterea cæca quædam, ad Sanctorum corporum loca, ubi prius ante translationem requieverant, residens, misericordiæ Domini postulans dona, ipso festivitatis die illuminata est. His itaque tribus Domini signis dies ista cernitur illustrata: et quoniam tria intus sunt ædificata altaria, trium miraculorum ibidem effecta sunt signa:

siquidem celebratur hæc festivitas *c* VIII Kalendas Aprilis. Quidam Hermericus nomine, cæcus ab ipso matris utero adveniens, visum, quo semper carnerat, ibi recepit, et in pristinam meruit reformari sanitatem: sicque luminis sui recepta claritate, gaudens ad propria remeavit. Cum autem repletus gaudio, via qua venerat laudans Deum revertitur, obviavit cuidam Sacerdoti equo sedenti, nomine *d* Gulsuido, illeque dixit ei: Unde venis, et quo vadis? Nonne tu ille es, qui dudum amisso lumine cum ductore per plana viarum incedebas? Cui ille: Ego sum, qui nunquam aspectum cœli, præter hodie, videre merui; sed semper aliorum manibus, vias per quas iter habui perrexi. Ad quæ Sacerdos: Cujus tibi videtur merito hoc factum esse, ut amissum lumen reciperes? Qui respondit: Sanctorum Confessorum Ragnoberti et Zenonis merito liberatus sum. Tunc Sacerdos irridens, virga, quam manu gestabat, crus percutiens, inquit: Ita enim vero, egit, ut jactas, Dominus per hos servos suos miraculum; veluti ego modo frangam crus meum. Et dum percussit, hoc dicens, crus suam; continuo ictum dolor prosequitur, et ad terram ex equo decidens, cruce facto apparuit. Quo indicio manifestatur et cæcum liberatum esse per Sanctorum merita, et propter incredulitatem Sacerdotis, crus esse confractum. Pervenit autem sermo in omnem regionem illam, et nusquam erat locus, quo nomen Domini non inveniretur, et Sanctorum nomina et merita venerando memorarentur.

10 Fuit autem ex *e* Baliola villa femina quædam orta, quæ fluxum sanguinis patiebatur multo tempore. Hæc ad Sanctorum corpora sua vota detulit veniens, ab hacque liberata est ibi infirmitate, et sanitate recepta ad propria reversa est. Sed quia procedunt plurima signorum miracula, quæ Dominus per servos suos operatus est, quique etiam ad hunc eos locum deferri præcepit, et multa sequuntur in eodem loco facta, dignum judicavimus ex plurimis pauca inserere. Quis enim enumerare valeat quanti infirmi quotidie ibidem, Domino annuente, a variis languoribus curantur? Nullus æger est, qui ibi suæ ægritudinis causa veniens, ibi non mereatur exaudiri atque curari. Quo circa hinc inde diversis vexati infirmitatibus venientes, Domino nostro Jesu Christo propitio, sanari merentur. Unde manifeste colligitur, quod dum exterius visibiliter sanantur, interius pro omnipotentis Dei pietatem a multis peccatorum nexibus solvuntur, sublevantur delicta, abluuntur crimina, et diversa peccaminum genera, sancti Spiritus gratia illustrante, medentur. Diversis languentibus, ad eundem sanctum locum ob sanitatis gratiam confluentibus, venit etiam quidam cæcus ex villa præfata Baliola, nomine Odricus: et dum ad Beatorum Confessorum corpora pervenit, facta oratione, luminis sui claritatem recipere meruit: et qui cæcus fuerat veniens, videns gaudio repletus reversus est. Ejus etiam filia, claritate sui [luminis] carens, quam quondam habere non potuit, in die festivitatis eorum, Domino miserante, habere meruit: et velut pater, recepto suæ claritatis visu, inde exultanter ad propria remeavit. Venit præterea clauda quædam, Regnoara nomine, aliorum manibus deportata ad curationis locum, ibique membrorum suorum debiliam recepit sanitatem et propriis gressibus absque alterius suffragio, Domino gubernante, ad sua reversa est.

ANNOTATA.

a Hic interpolator commiscitur, transferri voluisse Sanctas, quia locum horruerint, sepultura promiscui vulgi, in quo etiam damnati quidam, pollutum: quod totum

23 Martii
portantur,

b

3 altaribus
per totidem
Episcopos
consecratis,nulla pluvia
impediente,Sanantur
muta,

energumena,

cæca,

D
A. COÆVO
EX MSS.c
cæcus,

d

cui non cre-
dens cruce
fracto pu-
nitur:

E

e

plurimi ægri
curantur,

F

cæcus ejusque
plia cæca,et alia
clauda.

A *totum expungere maluimus, auctoris primi verbis importune admittam.*

A. COEVO
EX MSS.

b Ansegaudus Abrincatinæ urbis Episcopus cum Balfrido Bojocensis et Heirardo Lexoviensis Ecclesiarum Episcopis interfuit Concilio Suessionensi 2, an. 853. Mortuus ergo tunc erat Freulfus, anno 852 adhuc subscriptus privilegio monasterii S. Remigii in Synodo Senouensi. Quil si a Carisiacensi in Picardia conventu revertentes prædicti Antistites an. 849; et per Rotomagensis diocesim, istic ubi ecclesiam novam edificabat Hervæus, transeuntes; ob eodem invitati sint ad translationem proximo anno faciendam, quando novus aliquis conventus eos in partes istas vocaret? Verba hic [] inclusa habent MSS. 2 præcitata; et addendo esse patet ex mox referenda enumeratione consecratorum a singulis Episcopis altorum.

c Ita die 25 Martii refertur memoria S. Ragnoberti in nonnullis MSS. et apud Ferrarium, sed tanquam toti die Vergiaci in Burgundia excepti, quod hinc refertur.

d Alias Gulsuido.

e Crediderim esse Belle-ville, vix tribus horis distans a S. Victore ad Occidentem.

B

CAPUT III.

Reliqua Sanctorum miracula.

Illud etiam inserere placuit, quod Beatus Confessor Hervæo inobedienti suis monitis prædixit. Tertio namque suæ visionis ordine, objurgando prædixit, eum multa adversa passurum, eo quod suis monitis non crediderit, et jussa Domini incredulus non impleverit, sed oblivioni cuncta tradiderit, et Sanctorum, præcepta non attenderit: ideoque impletur sermo Sanctorum licet sero. Venit enim super Hervæum plaga dictu intolerabilis, tribulatio cordis membrorum omnium dissolutio, in tantum ut per Iecem et octo menses continuus cordis et corporis sequeretur dolor: jamque pæne carne defectus, ut vix, nisi Domino sustentante, vivere in tanta corporis debilitate quis valeat et ad modicum cruciamenta tolerare, quæ dici nec possunt, nec etiam credi. Denique refrigerium neque die, sed neque nocte corporis sensit: cibus et potus tantummodo aqua fuit: qui nec in partem alteram declinare poterat, nec manum ad os ducere: sicque talibus consumptus cruciamentis, per præfatum diutissime tempus vexatus est. Sed cum jam tempus misericordiæ Domini immineret, ut ex tanto dolore quolibet modo reciperet suffragium, recordatur præconcessam sibi licentiam a Domino nostro Jesu Christo Sanctorum meritis conferri. Ad Sanctorum igitur sepulcrum delatus est: ibique Domino favente, sanitatis auxilium meruit et incolumitatis suæ sanitatem. Denique uxor illius, Milesendis nomine, bonæ religionis femina, a febribus vexata triduanis, locum sanctum adiens, curatur atque a sua vexatione medetur. Dæmoniaci quamplurimi ibidem adducti, per eorum merita quotidie curantur. A dentium autem doloribus, ad sancti Zenonis sepulcrum plurimi venientes, et vota persolventes liberantur: quibuscumque enim variis excruciatum tormentorum doloribus, ante Beatorum Confessorum tumulos veniam postulantem, animarum corporumque sanitates accipere merentur.

12 Enimvero scribere non pudet quid de incauta rapinarum præsumptione cuidam misero contigit, quantæque miseriarum clades eum sunsectæ fuerunt, et cum quo mortis suæ tormento vitam miserabiliter amisit, dignam ultionis suæ pœnam incurrens. Erat quidam miser, crudelitatem rapinarum more bestiarum exercens, unus tyrannorum ex so-

ciis ejusdam infelicissimi Martini; qui secundum suæ consuetudinis voluntatem sanctum locum impudenter aggrediens, manipulos segetum quoscumque astringens ligamine, cœpit capere ac de eodem sancto loco superbe rapere. Quem cum quidam servorum Dei, Gotardus nomine, cella egrediens, ita agentem cerneret: blandis eum verbis alloquitur dicens: Cur, Frater, locum sanctum tam irreverenter intrasti? et quare spicarum congeriem, de quibus loci hujus Fratres vivere debent, tecum niteris asportare? Ille vero ad cumulandum suæ votum malitiæ, plenus immundo spiritu, inquit: Etsi Ragnobertus spicarum foret manipulus, utique equo meo eum ad comedendum dedissem. Hæc audiens Frater Gotardus, cellulam festinus rediit: et clauso ostio, Domini misericordiam implorare cœpit, atque Sanctorum merita memorari. Tunc præfatus vir cum segetis gerbis a ad villam, Promerendum b nomine perrexit: ubi dum quamdam domum intraret, equo manipulos ad comedendum dedit, et homini ejus domus erat, indicavit quo loco gerbas invenerat, et qualiter vi acceperat, quæque verba cum famulo Dei locutus fuerat: Cui homo inquit, Contra animam tuam, miser fecisse pœniteat: vade, reverte ad sanctum locum, et reporta quæ præsumptive huc detulisti, ac pœnitentia ductus humilia te in conspectu Dei ac Sanctorum suorum, ne veniat super te furor Dei, et indignatio, et consumptus a dæmonio intereas. At ille respondens ait, nequaquam, per salutem meam, ita faciam: sed si idem Sanctus gerba fuisset, utique meo caballo ad comedendum tribuerem. Ipso itaque loquente, cecidit equus et mortuus est. Tunc correptus a dæmonio miser, misit digitos in oculo suo, et evulso illo, ait: Accipe S. Ragnoberte oculum mihi sublatum pro gerbis tuis. Similiter etiam eruens alium, ait: Accipe et istum in meæ crudelitatis miseriam pro manipulis tuis: rediit autem ad linguam, et dentibus propriis incisam ab ore manu detraxit. Sicque trium gaudiorum proprii corporis lege sublata, trium gerbarum vindictam persolvit. Postremo miserabiliter sui capitis capillos rapiendo mortuus est. c

13 Addendum præterea videtur adhuc miraculum, in quodam scelerato factum, qui ob suæ præsumptionis execrabilia facta dignum ultionis adeptus est meritum. Etenim servus quidam fratris Hervæi, cui nomen erat Modingus, et nomen Domini sui Crelion, stimulatus a diabolo, accessit audacter ad quamdam domum segetibus plenam, latrocinii causa: et quia ostii clavem non invenit, pede ter aut quater percussit, atque in tres partes ostium domus fregit. Exinde trium modiorum d marsupium plenum fraude sustulit. Cui operi die tertio pœnæ vindicta mors subsecuta est: nam corpus ejus in tribus partibus est divisum, et quia ostium domus in tres partes divisit, tres etiam annonæ modias furtive portavit, trium patrium sectione corpus illius truncatum est, et sic tali morte dignus vitam finivit.

14 Carolus denique Rex Franciæ, Aquitaniæ, Neustriæ gloriosissimus, dolore dentium tactus, vota ad Beatorum Confessorum [sepulcrum] misit, et statim remedia adeptus est, ejus nobilissima conjux Ermentrudis e venerabilis Regina ob munificentiam suæ pietatisque meritum, petiit præfati Regis munificentiam, ut aliquid proprium largiri dignaretur sanctis Confessoribus: ejus petitioni sanctæ annuit, ac suæ proprietatis donum, ob suæ venerabilissimæ conjugis meritum, beatis Confessoribus largitus est: atque per auctoritatis suæ præceptum ibidem res cum omni integritate quasdam in beneficio habere, et perpetuo habendas tenendasque confirmavit. Fuit autem isdem magnificus Rex Carolus circa loca divino cultui mancipata devotissimus, ut nullus prædecessorum

D
Furatus manipulos segetum et in S. Ragnobertum blasphemus,

a b

E

in furorem raptus et se lanians moritur,

c

per fractis foribus, furatus 3 modios frumenti, f

d

scissus in 3 partes perit:

Carolus Calvus dolore dentium liberatus e

possessiones tradit.

Hervæus variis morbis cruciatur,

sanatur illius uxor febricitans,

et alii agri.

A prædecessorum suorum, Imperatorum videlicet atque parentum aut Regum fuerit, qui tantis magnificentiarum suarum rebus exornando ecclesiis contulerit: quapropter villam quæ vocatur Veteres-domus f veniens, venit ad eum ibi Britonum g Hilispogius Princeps, cum filio præfati nobilissimi Regis, Ludovico h nomine: ibique Hilispogius, consilio cum Francorum nobilissimis babito, Ludovico Regis filio Neustriæ i regnum dedit, et in hac regni parte eum regnare constituit. Et in eodem placito Carolus Rex, ob suæ nobilissimæ conjugis Ermentrudis devotionem, Beatis Confessoribus, veluti aliis Sanctorum locis, de suo largitus est, ad Dei servorum et famularum stipendia, unde largiente Domino cum aliis quibuslibet rebus, quas ibidem alii Deum timentes contulerunt, viverent ejusdem ecclesiæ Fratres. Maxima autem Reginarum Ermentrudis non solum ad hoc agendum Regem provocavit, sed etiam pallium ad Beatorum corpora Confessorum misit, dicens: Ex rebus impetratis, meorum peccaminum veniam et vitam æternam adipisci merear, et pallio misso infatigabilem mei dolorem non sentire præsentialiter quæro; quod ita fidei ipsius comperimus B fuisse concessum: quia hæc etiam in primo gloriosi Regis Ludovici k anno scilicet filii magni Regis Caroli et Ermentrudis nobilissimæ conjugis ejus, gloriosæque Reginæ, pro amore Dei Patris Omnipotentis et beata Confessorum Regnoberti Pontificis, sociique Zenonis veneratione contulerunt: præstante Domino nostro Jesu Christo, cui honor et gloria in secula seculorum, Amen.

ANNOTATA.

a Gerbæ, Francis manipulus spicarum est.

b Ea videtur esse, quæ in tabulis notatur Froberville seu Froberti-villa, 6 leucis distans a S. Victo re in Occidentem: ideo non Promerendum sed Froberti domum, vel Froberti-ædem suspicor ab auctore scriptum primitus fuisse.

c Hic rursus interpolator sensum turbat, digrediens ad æternam sacrilegorum damnationem inculcandum. Sequebatur deinde in MS. Belfortii curatio Melisendis, sed juxta MSS. Vergeiense et Autissiodor. Hervæ uxore illa fuit, non sacrilegi hujus.

d Marsupium hic pro sacco frumentario accipitur: quia communi fortassis Narvanni utuntur nomine; sicuti etiam Belgarum aliqui Boyl seu Buydel promiscue accipiunt, etiam pro crumena.

e Ermentrudis, uxor Caroli Calvi, nupta an. 834, mortua 869.

f Veteres-domus, vulgo Vieux-maisons, juxta Petri du Val Alphabetum Francicum, est oppidum in Brionia, proxima Parisiis ad Euro-Africum ditone.

g Hilispogius, apud Chesneum tomo 2 Francicorum pag. 386 Herispogius, filius Nomengii Britonis, bellum gessit pro parte: et huic anno 862 mortuo succedens, occisus est ipse anno 866, uti in Annalibus Metensibus legitur: venit autem ad Carolum anno 863, eique cessit loca, quæ delinibat in Comitatu Andegavensi, ut scribit Argentræus lib. 2 cap. 22.

h Est hic Ludovicus Balbus, postea a patre suo 1) constitutus Rex Aquitaniz an. 867.

i Hinc colligas Britones eo modo jus prætendisse in Neustriam, quo deinde Normanni, in eandem redente Carolo Crusso admissi, prætendebant sibi deberi Britanniam, tanquam provincias jure connexas.

k De initia ejus in regno jam dicto id intelliigo: patri enim solum successit anno 878.

APPENDIX.

De Reliquiis S. Ragnoberti translatis in Burgundiam.

Illustre in Vesontioneasi Burgundiæ Archiepiscopatu est canobium Balma, a S. Euticio Abbate, cujus Acta dedimus XIII Januarii, seculo IX fundatum. Ab hoc canobia dependet Prioratus S. Ragnoberti, prope Quingeium oppidum, ita dictum quod corpus S. Ragnoberti eo delatum, hactenus super altore in capsu lapidea servetur. Dies huic translationi sacer est XXIV Octobris, et inscriptus antiquo Breviario MS. Bisuntino, et alii anno MDC excuso, sed in hoc præscribuntur omnia de Comuni Confessoris et Pontificis. Ast in monasterio Balmensi et Prioratu S. Ragnoberti sunt lectiones propriæ, quarum ultima de hac translatione hujusmodi: Præterlapsis deinceps aliquot annis, cum Nortmanni per eas regiones grassari pergerent, sanctorum Corporum custodes ac bajuli in Burgundiam perflugium habuerunt, et B. Ragnoberti sacrorum ossium pars insignis in Bisuntinam diocesium illata, religioso apud Quingeium monasteriolo, ad Balmensem Abbatiam ab antiquis temporibus spectanti, nomen dedit: ubi sanctus Episcopus, non humanis tantum sanandis animis atque corporibus, sed etiam depellendis pecudum morbis se benignissimum præstat. Celebris est etiam S. Ragnoberti memoria tum in Vergiacensi S. Viventii monasterio, tum etiam in oppido Varziaco Episcopatus Autissiodorensis: quas in ecclesias distributa, ac fortasse Zenonis Archidiaconi reliquiis permixta, Ragnoberti Episcopi ossa in veneratione sunt. Hæc ibi. Colitur autem Vergiaci XXVI Martii et XII Augusti: at Varziaci XXI Augusti. Ferrarius in Catalogo generali S. Ragnobertum arbitratus est fuisse Episcopum Bisuntinum, quod ista in diocesi colatur. De S. Viventio Presbytero in Pictaviensi ditone, ejusque corporis translatione in Burgundiam anno 886, non 868, facta egimus XIII Januarii, quo etiam tempore has S. Ragnoberti reliquias in Burgundiam fuisse translatas arbitramur. In Ecclesia Cathedrali Bajocensi Casula sacra, qua utebatur in sanctissimo Missæ sacrificio, cum summa veneratione servatur, et interdum in supplicationibus publicis pro necessitatibus occurrentibus non sine beneficiis cælitus datis circumfertur, uti nobis testis oculutus Jacobus de Machault Societatis nostræ Sacerdos scripsit Parisiis, addens in sacello nostro aliqua ipsa sacra ejus asseruari. S. Zenonis diem Bajocis aut alibi proprium nusquam comperi: quare suo eum magistro in titulo junximus cum quo commune habuit et vitæ tempus, et cultus atque translationis modum.

F
Prioratus
S. Ragnoberti

in eo cultus
et Reliquiæ,

uti in aliis
locis Bur-
gundiæ

translatæ cir-
ca an. 886.

F

Casula ejus
Bajocis.

DE S. ALNOBERTO SIVE AUNOBERTO

G. II.

EPISCOPO SAGIENSI IN NORMANNIA.

SEC. VII.

Tempus Sedis :

Sagiensis seu Saiensis urbs, antiquis Vagorithum dicta, Sessuorum caput, vulgo Seez in Normannia sita, versus Cenomannicam provinciam, et Ecclesia Cathedrali exornata, inter suos Episcopos habuit S. Alnobertum, sive Aunobertum: qui interfuit Concilio Rotomagensi, anno DCXCII habito sub S. Ansherto Archiepiscopo, ut IX Februarii, in hujus Vita capite VI indicitur. Et hæc nota temporis, quo vixit, unica habetur: at quotus ejus Ecclesie censendus sit Episcopus, nescitur: cum Catalogi a Joanne Chenu, Claudio Roberto et Sammarthanis excusi non careant suis vitis, dum Milchardum, quem hi longe ante S. Aunobertum collocant, post eum sedisse ostendimus ad Vitam S. Cerenici Diaconi, ad diem VII Maji illustratam.

cultus sacer
16 Maji.

B 2 Habemus Breviarium, ad usum insignis Ecclesie Sagiensis circa annum MDLXXXII a Ludovico Hucheto recognitum, in quo præscribitur, festum S. Alnoberti, Episcopi Sagiensis et Confessoris, celebrandum ad diem XVI Maji, Officio Ecclesiastico novem ut vocant Lectionum; et ista præscribitur Oratio: Deus qui hodiernam diem B. Alnoberti Confessoris tui atque Pontificis sacro transitu consecrasti, concede quæsumus, in ostensis per ejus instituta gressibus pergere, ut ejusdem in regione viventium mereamur gaudiis admisceri. Eodem die eundem celebrant Grevenus et Molanus, in suis Additionibus ad Usuardum, his verbis: Civitate Sagiensi, B. Alnoberti, ejusdem urbis Episcopi et Confessoris. Seculi dein sunt Canisius in Martyrologio Gervanico, Ferrarius in Catalogo generali et Saussayus in Martyrologio Gallicano, qui hoc eum elogio exornat: Ipso die Sagii S. Alnoberti, Episcopi itidem et Confessoris, admirandæ virtutis: qui sanctitatis et doctrinæ charismatibus refulgens, Concilio Rotomagensi sub S. Ansherto hujus metropolis Antistite adfuit; piorumque laborum æstu ac sudore decoctus, compos quietis æternæ in aula cœlesti effectus est. Hæc Saussayus: qui iterum ad diem XV Junii, similem laudationis formulam profert, asseritque eo die ejus in Episcopum Ordinationem celebrari; multiplicans errorem Galesinii, qui eum, quem celebrare ad diem XVII Kalendas Junii debebat, retulit ad diem XVII Kalendas Julii, nulla facta Ordinationis mentione. Galesinium sequitur Ferrarius, allegans tabulas Ecclesie Sagiensis. Verum in his, ut supra ostendimus, solum celebratur ejus memoria hoc XVI Maji sive XVII Kalendas Junii. Hippolytus Urayet, monachus Corbeiensis, misit ad nos Fostos Sanctorum monasterii S. Medardi Suessionen-

an etiam
15 Junii.

C

sis, in quibus ad hunc XVI Maji ista leguntur: S. Adalberti sive Aldoberti, Aldeberti, Anoberti, Episcopi Suessionis, ante Episcopatum et post abdicationem Episcopatus fuit Abbas S. Stephani de Coeiaco; apud Sammarthanos Episcopus Suessionensis est XXIV Adalbertus, de quo præter unum nomen nihil illi sciverunt. Claudius Dormaius, in Historia Suessionensi anno MDCLXIII excusa, nihil etiam de ipso scribit, nisi quod successerit Warimberto, et successorem habuerit S. Gaudmum, de quo egimus XI Februarii, et diximus circa annum DCXX decessisse, ante quem sub initium dicti seculi sedit Adelbertus. Sed mirum esset cum celebrari ad hunc diem, idque ignorari a Dormaio, qui omnia ibidem reperta discussit. Hinc dubium nobis obartum, num ille sit Aunobertus, Episcopus Sagiensis, de quo reliqua sint intelligenda.

3 His pauculis collectis parare capi Acta S. Evermundi (qui dicitur per errorem a S. Alnoberto Abbas consecratus) edenda ad diem X Junii, ubi hic exornatur sequentibus titulis. Erat, inquit auctor, Alnobertus, totus in confessione Domini fundatus, lingua facundus, aspectu Angelicus, vultu decorus, morum honestate præclarus, sapientia præditus, castitate nitidus, hilaris in adversitatibus, in prosperitate timidus, in victu quotidiano nimie parcitati deditus, justitia insignis, fidei, spei et caritatis adornatus gemmis, meritis sanctarum virtutum percelebris. Hic ergo vir tantus, ubi famam beati viri Evermundi audivit, per Archidiaconum suum Fortunatum obtulit ei orationes et munera cum Episcopali benedictione. At reversus Archidiaconus, cum magna exultatione quæ viderat, indicavit. Episcopus autem laudes et gratias Domino referens, ad eum quantocius in eremum perrexit, atque inter sacra colloquia venerabili Patri Evermundo hanc miseriam vitam coram Fratribus ita laudare cœpit: Beati estis, Fratres, qui huic seculo illuditis, et vitæ isti, quæ sub hora inducitur, et sub momento excluditur, abrenuntiatis. Ad illam igitur festinate vitam, cui nullus unquam evenit finis, nullus datur omnino successus.... Sic iste beatus Præsul, spiritualibus epulis repletis Fratribus, S. Evermundum secum duxit ad ecclesiam Beatorum Gervasii et Protasii, et ei curam Pastoralis officii commisit, eumque Abbatem consecravit, in loco qui Mons-majoris dicitur. Hæc ibi, quæ ex Actis S. Alnoberti, modo deperditis, arbitramur descripta: optantes ut ea aliquando inveniantur, inserenda operis nostri Supplemento.

E

virtutes ejus.

Consecrat
S. Evermundum Ab.

F

DE S. PETRO MARTYRE

D. P.

CONSTANTINOPOLI IN BLACHERNIS.

XVI MAJI

Loci celebritas
ex veste D. I.

Gorgius Codinus de originibus Constantinopolitanis pag. 48, Blachernæ, inquit, dictæ sunt quasi βλάχρα, quod locus silicibus esset consitus; vel quasi λαχέρρα, quod locus esset lacunosus et abundaret aquis; vel ob Blachi cujusdam cædem. Ibidem, magnam, inquit idem, ecclesiam Blachernarum Marcianus et Pulcheria ædificarunt, variisque et pretiosis marmoribus exornarunt: atque ex hinc celebris esse locus cœpit, factus deinde celebrior,

quando illic deposita fuit ἡ ἀγία σφόρα Sancta arca, continens vestem, seu panniculum de veste Deiparæ Virginis. Factum hoc sub Leone Sapiente et Gennadio Patriarcha; ejusque ibi depositæ festum sollemnissimum agebatur Constantinopoli II Julii, Dedicationis vero memoria die ultima ejusdem mensis. Loco huic in MS. Synaxario, quod apud Petrum Franciscum Chiffletium nostrum Divisione reperimus, tribuitur hoc die Petrus nervis boum cæsus, hæc verbis, ὁ ἐν Βλαχέρραις Πέ-

ubi laqueis
cæsus Petrus,

τρος,

A τρος, βουνεύροις τυπτόμενος, τελειούται. et additur distichon :

"Ἀσειστος ὄντως πίστεως Πέτρος πέτρα,
Πρός ὃν τὰ νεῦρα πάπυροι τὸ τοῦ Λόγου.
Immota certe Petrus est fidei petra,
Cui pro papyro nervus : hoc Verbi est apus.

Significatur autem non pluris Petrum fecisse taureas, quam levem papyrus, qua nihil delicatius fragilisque, utpote *Aegyptiarum* arundinum medulla. Refert de Constantino Copronymo Theophanes, quod anno Imperii sui XXI Andream venerabilem monachum, Calybitem dictum, ad Blachernas habitantem, δίαρμασίγων, verberibus contusum, in S. Mamantis Circo interfecit, quia ejus impietatem arguebat, Valentem Juniorem et Julianum eum vocans. Ejus autem corpus in maris fluentum projici jusserat, sed Andreæ sarores eum efferentes in Leucadii emporio sepultura mandarunt. Anno deinde Imperii XXVII comprehendit Petrum venerabilem Styliten, non obtemperantem ejus dogmatibus, colligatisque pedibus raptatum per mediam urbem, jussit viventem in Pelagia projici. Duos hos in unum personam conflavisse, atque ab uno quidem habitationis locum et genus mortis, ab altero nomen accepisse potuit. Nihil etiam repugnat ab utroque diversum alium, Petrum nomine, in Blachernis vel habitantem vel sepultum, taureis con-

sicut et
Andreas,

forte sub
Copronymo,

B

cisum sub eodem Imperatore, obiisse. Sub hoc certe rem actam potius intelligam, quam ut in dicto Synaxario credam agi de eo Petro, cujus sub Michaelē S. Theodoræ filio meminit Leo Grammaticus, his verbis: Michael equorum stabulum, marmoribus adornatum et aquarum copia irriguum, instruxit. Eo perfecto Petrus quidam, quem Pauperem-magistrum vocabant, vir ingeniosus et dicax, erat in urbe. Hunc advocans Michael induxit in stabulum, ostendens ei ineptum domus instructæ ornatum; tamquam ab eo laudari volens, dicensque perpetuam se nominis famam sperare ob ejusmodi operis constructionem. Ipse vero Imperatori respondit, Justinianus magnam ecclesiam, auro et marmoribus pretiosis eam ornans, ædificavit; et nulla nunc ejus memoria superest: tu vero, o Imperator, sterquilinum fabricans et brutarum receptaculum, dicis propterea te futurum memorabilem? Tunc speratæ ab eo laudis fructu frustratus Michael iratusque, Pauperem-magistrum verberatum raptatumque a se expulit. Hæc Leo, ideo non credendus de eo agere, quem Synaxarion commemorat, quod Petrus iste neque fidei causa eam injuriam pertulerit, neque alias a virtute laudetur; sed λόγως καὶ σωπρωδὲς appelletur; et ipso cognomine Παυρομαγίστρος satis distingui videatur ab altero, ὃ ἐν Βλαχέρναις dicto.

D
AUCTORE G. H.

nam qui sub
Michaelē, non
fuit Sanctus

E

DE SANCTO ADAMO

ORDINIS S. BENEDICTI

ABBATE FIRMII IN PICENO.

G. H.

VIDE APP.
TOM VII MAJI
NOT 111**

CIRCA MCCCX

Notitia monasterii ejus ex S Gregorio,

Firmum seu Firmium urbs Piceni, post Anconam primaria, celebrat hoc die XVI Maji festum S. Adami Abbatis sub ritu duplici, ob sacrum ejus corpus, quod in Ecclesia Metropolitana conditum esse testatur Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiae; sed dolet sibi hujus sancti Abbatis Acta videre non contigisse, neque si extant scire potuisse. Idem Ferrarius in Catalogo generali postmodum edito, addit S. Adamum fuisse Abbatem cœnobii S. Sabini, quod tempore S. Gregorii Papæ extitit, ut ex epistola LXXI et LXXII libri VII apparet. In priore, Papa mandat Passino Episcopo Firmano, ut consecraret oratorium S. Sabini juxta muros civitatis Firmanæ. In posteriore vero mandat Chrysantho Episcopo Spoletano, ut sanctuaria B. Sabini Martyris concedat Valeriano Notario Ecclesiæ Firmanæ, quatenus in sancti hujus Martyris nomine constructum oratorium possit solenniter consecrari. Hinc colligimus, si monasterium, quod ibidem constructum fuit, debuerit destrui, sacrum S. Adami corpus fuisse ad Ecclesiam Metropolitanam delatum; sed periisse notitiam vitæ ac miraculorum una cum loco prioris sepulture et cultus.

C

2 Hac occasione prædictus Ferrarius addit, quo ibidem, Firmi, apud Minores B. Adami, egregii quondam concionatoris et miraculis coruscus, extat memoria: de quo proditum est, illum aliquando ad viam, per loca devia aberrantem, habitu a lupo apprehensum reductum fuisse: aliquando etiam hirundines, inter concionandum obstrepentes, facto illis præcepto ut tacerent, a clamore compescuisse; floruisse autem circa ann. salutis nostræ MCLXXXVII. Ita illi ex Chronica Minorum lib. 5, part. 2. Eadem de eodem, sed phrasi varia, narrant Rodulfus Tossinianus fol. 257 agens de Custodia Firmana, et Lucas Waddingus ad an. 1234 num. 11, pluraque alia ad-

Alius Firmi opud Franciscanos.

F

DE S. FRANCOVÆO MONACHO

IN NIVERNENSI GALLIÆ DIOECESI.

VITA

Ex MSS. antiquis ecclesiæ Nivernensis.

XVI Maji

*Pie educa-
tus,*

*deditus ab-
stinentiæ,
orationi,
elemosynis,*

Beatus Francovæus, natione Gallus, ex quodam pago comitatus Nivernensis, cui ab eo cognomen inditum est, ortus et procreatus est. Qui cum a tenera ætate optimis moribus, actibus, et disciplinis parentum diligentia instructus ac imbutus esset, brevi admirabile instituti, animique liberalis sui fructus edidit. Siquidem in vigiliis, jejuniis, orationibus frequens fuit, ut omnibus admirationi esset. At in elemosynis pauperibus largiendis ardentior extitit, ita ut nec parentis vasis argenteis ad pauperum sublevandam miseriam parceret. Qui cum apud se cogitaret, impossibile esse in maximis hujus vitæ deliciis tranquillam ac felicem vitam agere, omnia secularia desideria abiciens, monasticam vitam elegit. Non immerito igitur Francovæi nomen sortitus est, siquidem ab omnibus vitiis et desideriis humanis francus ac liber, solam virtutem ac pietatem amplexatus est, quæ res homines francos ac liberos efficit. Qui ut eam vivendi rationem prorsus a voluptatibus alienam facilius assequeretur, cœnobium, non longe a natali solo remotum, in honorem D. Martini erectum, sibi, ut cum Fratribus religiose viveret, elegit. Quorum collegio admissus se totum religioni ac pietati devovit; et cum tanto ardore, ut omnes Fratres suos assiduis jejuniis et orationibus superaret. Unde non mediocris invidia, hostis humani generis astutia, inter quosdam Fratres disseminata, in illum exarsit, ut tantam vitæ sanctitatem, quam imitari non valebant, invidiæ veneno delerent et extinguerent. Cum igitur vices obedientiæ adimplere conaretur, quidam invidi ac malevoli Fratres, omnia instrumenta pistoriæ officinæ necessaria, ut contumeliam pateretur, occultarunt ac surripuerunt. Sed aliter quam sperabant contigit: nam non mente corruens, sed in Domino firmiter confidens, munivit se signo Crucis, seque accinxit operi, ita ut absque ullis instrumentis panes confecerit, atque ad aleudos Fratres bora solita exhibue-

*cœnobium
intrat:*

*Sublatis
instrumentis
panem pinxit,*

C

rit. Verum cum quorundam improborum hominum malitia et improbitate illius cœnobium dirutum ac funditus eversum flammisque devoratum fuisset; ob tantas calamitates non animum abiciens et dimit-
in eremo degit,
tens, se cum fratre Antonio in locum solitarium recepit; ubi diu herbis, radicibus, et elemosynis contentus vixit. At in extrema senectute natale solum repetere decrevit: sed in itinere defecerant vires, et cum Antonius ejus frater non haberet quo eum vehere posset, duo tauri indomiti, colla jugo ultro submittentibus, in patriam redierunt; ubi animam multis miraculis claram Dei reddidit. **E**

in patria moritur.

in patria moritur.

ANNOTATA

Petri le Venier Pœnitentiarii Autissiodorensis.

Hanc vitam ex MSS. codicibus Ecclesiæ Nivernensis descriptam misit D. Cotignon, addiditque dicti S. Francovæi Officium celebrari in eadem Ecclesia XVI Maji: et Patronum coli in pago sui nominis, duobus a S. Salvio (S. Saulge) leucis. Locus in quem se recepit adhuc nomen retinet: sed cœnobii nullum est vestigium, distatque a S. Francovæo uno roilliari. Combusto vero cœnobio, quoniam gentium se receperit, ignotum. Omnia silvis et dumis obsita. Nullum est temporis, quo vixit, vestigium: non parentum, non familiæ nomen, non Episcopi aut Regis aut Comitis Nivernensis mentio. In memoria tamen æterna erit Justus.

Hæc dictus Petrus de Venier, cultus Sanctorum procurator diligentissimus, quem ipsi Autissiodori novimus, admirati illustrem ejus in antiquitate historica scientiam. In Directorio Ecclesiæ Nivernensis, pro anno MDCXXXVII excuso, præscribitur Officium de S. Francovæo Confessore, cum commemoratione S. Honorati Episcopi, de quo jam hoc die egimus. In ecgrapho nobis misso constanter Franconeus scribebatur, sed impressis potius standum putamus.

F

DE S. GENTIO SOLITARIO

BAUSSETI IN CARPENTORACTENSI GALLIÆ DIOECESI.

XVI Maji

*Ab Episcopo
facta Trans-
lato corporis:*

Vindascini Comitatus in Provincia caput et civitas Episcopalis Carpentoracte, sub Archiepiscopo Avenionensi, inter postremos tempore, meritis primos Antistites Alexandrum Bichium Senensem numerat, qui ad hanc Cathedralam promotus anno MDCXXX, tertio post anno factus est Cardinalis, cum Nuntium in Gallia Apostolicum ageret. Hic diocesim suam lustrans, inveniensque ad horæ quadrantem juxta Baussetum (quæ parochia est haud longe ab urbe, non minus in temporalibus quam spiritualibus subjecta Episcopo) eremitorium sacellum, in quo S. Gentius honorifice tumulatus editiori tumba requiescebat; censuit ad Dei gloriam majoremque Sancti

venerationem profuturum, si sacra ejus ossa, exempta de sepulcro, transferrentur in feretrum arcanque ornatorem, quæ et processionaliter circumferri posset, et in ipsa parochiali loci ecclesia tutius utiliusque servari. Quo anno id factum sit non significavit nobis, qui sequentia de cultu S. Gentii nos docuit, rogatus a Domino des Fargues et P. Carolo Fabro, Montiliensis Vicarius D. Veyzon: a quo si ipsum quoque Instrumentum prædictæ Translationis accepissemus, id tanto exhiberemus libentius, quanto minus instructi ab alia quacunque notitia antiqua, quæ quidem scripto tradita memoriæ sit.

2 Ex iis autem quæ nos Vicarius iste docuit, aliud non

non

A non scimus, quam *S. Gentium Patrum* Bausseti haberi, et univo festo de præcepto honorari die *xvi Maji*, cum *Missa et Officio de Confessore non Pontifici*: idem autem festum ex devotione agi *Montiliis*, Sancti patri oppido, cujus *Communitas antiquissimam in publicis registris memoriam servat Processionis*, ad eremitorium et capellam *S. Gentii* duci solitæ die præ-nominato: quod hodieque servatur, non sine impendio summa notabilis, eam in rem publicitus erogari solitæ. Oppidum istud vulgo *Monteulx* dicitur, *Carpentoracte* versus orcasum vix amplius sesquileuca distans in sua parochiali ecclesia, itemque in sacello muris contiguo *S. Gentii* expositam tabulam veneratur, ubi pingitur *Sanctus* ore juvenili quo viginti circiter annorum ætatem referat, et in habitu *Tertiarii Franciscani*: quomodo etiam effingitur statua, processionaliter circumferri solita. Atque hæc verosimiliter causa est, cur *Religiosi Franciscani oppidi Insulensis*, quod quatuor circiter leucis *Carpentoracte* in meridiem distat, in sua ecclesia *S. Gentio* altare erexerint, ut mirum sit quod non etiam curaverint eum inscribendum secundæ saltem editioni *Martyrologii Franciscani*.

3 Quo tempore *S. Gentius* vixerit, ignoratur: et quæ popularis traditio de eo memoriter retinet, pauca sunt: videlicet quod in sua illa solitudine, quam dicitur pone a pucro incoluisse, nec aquam nec vinum habens, quibus consanguineos se invisentes quidam die refocillaret utrumque fecit effluere ex rupe, impressis in eum digitis: hodieque monstratur fons jugiter manans, istius (ut fertur) miraculi monumentum perenne. Quæ autem inde fluit aqua, habetur salutaris contra febres, ideoque ad eum hauriendam undique accurritur. Cum vero *Insulensis* quidam capuo non ita pridem eodem accessisset, curiosus potius quam religiosus, et impura nescio quæ verba capisset lascivius effutire; cessavit fluxus sancti liquoris. Hoc ille ut vidit, et simul suam culpam agnovit,

festinavit delictum expiare per Confessionem, apud *D* unum ex *Franciscanis* ibi sorte præsentibus sociendam: miratique sunt omnes qui aderant, restituta subito fonti aquam, cujus beneficio plurimi sanari se oblatione frequenti votivorum anathematum testantur.

4 Inter viventis miracula celeberrimum vulgo est, quo dicitur aratro suo junxisse lupum, quia vaccarum unam, quibus ad ogelli sui culturam *Gentius* utebatur, devoraverat. Hoc cum credere cunctoretur *Vindascini Castri et territorii nunc Dominus*, mox atque domum rediit febris correptum se sensit; nec prius ea liberatus fuit, quam invocato *Sancto* fidem miraculo isti se habere professus est. Simili traditione tenetur, natum fuisse *Sanctum*, parentibus fortunæ tenuis, sed piis: accidisse autem, cum puer prope *Baussetum* solitarius ageret, ut *Montilienses* gravi siccitate laborarent, ejusque a patria absentiam crediderint causam incommodi esse, cujus remedium frustra per publicas preces petierant. Ergo coactos a civibus parentes eum requirere: hi autem dum reducerent filium, ultroque sonantibus oppidi campanis in occursum essent pueri omnes egressi; non tulisse honorem, quem sibi videbat parari, sanctum puerum; quin et retro fuisse abiturum, nisi brachio prehensum prohibuisset mater. Tum vero pluviam mox esse impetratam. Hujusmodi etiam beneficium a suis nuper obtentum testatur *Baussetensis Presbyter secundarius D. Gaudou*, postquam supplicabundam ea de causa plebem ad capellam *Sancti* deduxisset. Atque hæc ex epistola gemina prædicti *Picari Montiliensis*, data circa ianitium anni *MDCLXXIV*. Plura et distinctiora si colligantur aliquando, partim ex publicis illis scripturis, in quibus fit mentio supplicationis antiquitus institui solitæ cum expressione anni; partim ex recentiori notitia miraculorum et gratiarum, ad *Sancti* tam parum noti invocationem impetratum; commendabimus ea posteris, in hujus mensis *Supplemento* laboraturis.

DE SANCTO UBALDO, EX PRIORE CANONICORUM REGULARIUM EPISCOPO EUGUBINO IN UMBRIA.

VIDE AD S.
UBALDUM
M. P. TOM. VII
M. J. NOT.
112 **
D. P.

ANNO MCLX.

C Mons *Eugubio* imminuens nuncupatus *S. Ubaldi*:

Eugubium, urbs *Umbriæ* antiqua, et jam inde a primis pacis *Christianæ* temporibus inter *Episcopales* nata, *Romanæ Sedi* fuit semper immediate subjecta in spiritualibus; in temporalibus vero eandem cum ceteris *Italiæ* urbibus passa fortunam, ac demum *Ducatu Urbinati* adjuncta, cum eodem revaluto est ad *Apostolicæ Sedi* dominium, *Roboreorum Ducum* linea mascula deficiente. Ea, ut nunc est post veteres ruinas instaurata, ad montis cujusdam ab *Apeninio* procedentis radices jacet, *Inguinum* dictum antiquitus voluit: quem nostra ætas a sesqui secula et amplius *S. Ubaldi* mantem sacrationi appellat vocabulo, postquam scilicet is locus insigni *Canonicorum Regularium Congregationis Lateranensis* monasterio est ornatus, tempore *Julii X et Leonis X Pontificum Romanorum*. Aucto enim religionis cultu, aucta etiam est veneratio *Sancti*, ante plura secula eo translata, ex ea quam combustam restauraverat *Prior*, et *Episcopus* deinde locupletaverat, *Canonica* simul et *Cathedrali ecclesia*, *Sanctorum Mariani atque Jacobi* nominibus et corporibus sacra.

hujus Vita a
Tebaldo suc-
cessore scripta

2 Vitam ejus mox ab obitu scripsit, et *Frederico Imperatori* ejus appellationis primo *Mediolanum* obsidenti misit, *Tebaldus* successor, præfatus id se facere, quantum ex relatione fidelium, qui veraciter noverant, addiscere potuit: de miraculis post mortem... ea tantum scribere, quæ vel propriis oculis videre, *Maji T. III*

vel eorum relatione in quibus patrata sunt potuit agnoscere *Eam Vitam* hic damus, a *Vincenzio Armani*, viro eruditissimo et patriarum antiquitatum studiosissimo, nobis communicatam, prout a vetustissimo Codice originali, in *Cancellaria Episcopali Eugubii* exhibito ac producto, extracta et transumptata fuit, per *Comitem Gabrielem de Gabrielibus Patritium Eugubinum*, a publico et generali Consilio et Civitatis *Eugubii* cum mandato *Procuræ* electum anno *MDXCIII*, ad hæc et alia spectantia ad eundem *Sanctum* produci et exhiberi, extrahi et transumptari faciendum. Creditur hæc secundis curis expolita paululum ab ipso *Tebaldo* et nonnullis additionibus aucta, cum esset mittenda *Imperatori*, quem prologus epilogusque appellat cum titulis *Majestatis et Serenitatis*. Sine talibus titulis eadem *Vita* scripta ad ipsos *S. Mariani Canonicos*, tamquam ad *Fratres*, solo utitur titulo *Caritatis vestræ*. Et hoc modo haberi eam in libro *Reformationum* annorum *MCCCXXVI* usque *MCCCXXVII* existente in *Cancellaria Palatii d. civitatis*, testatus est *Octavius Castelloctus Notarius publicus*, fidem faciens anno *MDCXXII*, quod aliis negotiis impeditus ipsam per alium sibi fidum exemplari fecit, et facta collatione concordare invenit: itaque eam *Perusii* imprimendam sequenti mox anno curavit *Carolus Oliverius Vicentinus*, *Civis Eugubinus*, *Canon. Regul. Lateran.* et in ejusdem urbis *S. Ubaldi ecclesia* Præ-

F datur ut est missa *Frederico Imp.*

Eadem ut potimum scripta pro *Canonicis*, bis impressa.

A positus. Sed in hac editione non optima fide actum esse apprehendens prælaudatus Vincentius Armani, operæ pretium duxit eandem, cum ipso originali sub orbitrio Cancellarii denuo collatam emendatamque, in epistola ad Magnam Etruriæ Ducissam Victoriam, inserere 3 parti Epistolarum suarum: cui quod in altera posteriori vita accessit satis habuimus his signis [] indicare.

Eadem in MSS. Belgici sub nomine S. Theobaldi,

3 Eandem Vitam, sed absque Prologo, et nomine Ubaldi in Theobaldum mutato, inuenimus in MS. Carthusianorum Leodiensium; et prius quam prædicta accepisse mus, optaveramus prælo. collatam cum MS. Ultrajetino S. Salvatoris; in quo præter mutationem nominis, addebatur in fine notum temporis hujusmodi: Floruit autem S. Theobaldus anno Domini mccc, cujus Translatio est prima die Julii. Hoc postremum de alio, vere Theobaldo dicto, perque Galliam ac Belgium propter Reliquias varie distributas celeberrimo, de quo agemus mensæ Junii, verificari sciens Surius, anno mclxxxiv Sanctorum Vitæ recedendis inserturus hanc quoque vitam (sed mutato nonnihil stylo restitutoque Ubaldi nomine, sicuti docebat eum nescio quæ aut ubi facta impressio) diem quædam Translationis omisit, unum tamen

B et anno 1210 no 1160

quo floruerit ex MS. illo suo retinuit. Verum primos anni sic notandi auctores non credo aliud scripsisse quam mclx; ubi deinde socors aliquis librarius c pro l transcribens, aliis pluribus dedit errandi occasionem. De hoc enim dubitari non sinit historia et successio Eugubinatorum Episcoporum, itemque ætas tam Honorii Papæ II, sub quo Perusinum Episcopatum recusavit Ubaldus, Eugubinum hodie diu post coactus admittit; quem Frederici Imperatoris, ad quem missa Vita. Idem confirmant marginales Additiones adscriptæ alteri vetustissimo vitæ exemplari, unde aliquam mi aculorum appendicem damus, in quibus expresse dicitur, quod migravit venerabilis Pastor Episcopus Ubaldus... anno Domini millesimo centesimo sexagesimo, anno Episcopatus sui trigesimo primo. Et hoc optime convenit cum caractere expresso per Tebaldum num. 21, ubi ait, quod sequenti nocte, quam sancti Pentecostes dies Dominicus præcesserat, migravit ad Dominum, id est die xvi Maji, quem ab omni retro memoria Eugubini observant, ut Sancti sui Protectoris natalem; ejusdem Translationem xi Septembris soliti celebrare. Nam anno mclx, et alio nullo per omnes proximas lxxviii annos, celebratum est Pascha xxvii Martii, et Pentecoste xv Maji, Cyclo lunæ ii solis xxii, litteris Dominicalibus CB.

quo Ubaldus obiit 16 Maji.

C 4 Quæ Vitæ compendia habeantur apud Petrum de Natalibus aliosque, nihil attinet commemorare: recentiores hujus ac superioris seculi scriptores recensebimus post Vitam in Gloria postuma, ibidem etiam doturi miracula, accipienda ab Oliverio prælaudato et Michaelæ Angelo Eugenio, qui ambo Italice scripserunt edideruntque vitam, alter Perusii anno mpcxvi, alter Romæ mdcxxviii sæpius a nobis in Annotatis nominandi. Ambo autem adscribunt Sanctum Congregationi Canoniorum Regularium Lateranensium, secuti Stephanum Cremonensem uno seculo anteriorem, a quo scriptam et editam Latine vitam frustra optavit adipisci Surius, æque ac nos. Sed magis optassemus videre et obtinere, id quod dicitur Stephanus habuisse, Hieronymi Jordani Prioris Tifernatensis opusculum, quod de ejusdem S. Ubaldi vita, eodem pœne vivente conscripsit. Ab hoc sane nullam fieri mentionem Lateranensium tanto sum securus magis, quanto certior S. Mariani Eugubinos Canonicos, seculi xii initio nihil minus quam Canonice viventes, deinde a S. Ubaldo adductos esse ut susciperent Apostolicæ institutionis Regulam, qualem suis in ecclesia B. Mariæ in Portu Ravennate Fratibus, præscripserat Petrus de Honestis, et Paschalis II approbaverat anno mxcv; quamque idem S. Mariani Canonici professi tenuerunt usque

Ab Italice Vitæ auctoribus allegatur Jordanus coævus:

qui certe non adscripsit Sanctum Canonicis Reg. Later.

D ad annum mdcxv, quando Leo X ipsos ab ejus observatione absolvit. Hi enim uti nunc non sunt, ita nec tunc, nec unquam antea, ulli Regulari plurimum monasteriorum Societati fuerunt devincti; sed vixerunt uni Priori a se electo subditi, absque ullo ad alium Superiorem Regularem respectu, tam ante quam post reformationem susceptam, ab eoque (si necesse esset) ad solum Romanam appellabant Pontificem, prout ex eorum archivo, publicisque ab anno mxxxix usque ad secularitatem inductum, instrumentis, demonstrare paratus est Vincentius Armani.

5 Verum quidem est, quod idem ipse qui Portuensem Regulam approbavit Paschalis, etiam Lateranenses suos Canonicos studuerit reformare, secundum formam Luca acceptam, ab eis Clericis, qui jam inde ab initio seculi undecimi ad S. Pantaleonis cæperant communem vitam ducere; deinde ad S. Frigidiani transeuntes, suori Canonice conversationis odore etiam Romanam Curiam asslarant. Verum Lateranenses illi sic reformati, nullum formabant Ordinem, id est Congregationem plurimum ab uno communi capite pendentium monasteriorum; sed ut ipsi sui erant juris et independentes a Lucensibus, a quibus tamen Priorem et socios aliquot causa instructionis commodatos acceperant: sic et Eugubini in nullo pendebant a Portuensibus, licet ab eis vitæ formam mutati: et utrique nihil commune habebant cum Lateranensibus atque Lucensibus, præter propositum vitæ in communi et ex communi ducenda, juxta ecclesiasticos Canones et Regulam Sanctorum Patrum, usu potius quam scripto comprehensam: unde fiebat ut varii varios Constitutiones sibi conderent, Quidam etiam Regulam a S. Augustino, pro Sanctimonialibus scriptam et viris qualitercumque optatam, cæperunt profiteri: quæ Regula, auctoris patris nomine quam sufficientia sua commendata, denique facta est communis omnibus Canonice vitam Regulariter ducentibus, ex eo maxime tempore, quo disciplina ecclesiarum Canonicalium denuo collabascens, institutione Congregationum Regularium capit ad perpetuitatem certius stabiliri.

cum quibus Eugubini et Portuenses non uniebantur,

E sed sui juris singulæ Canonice erant.

6 Et harum quidem Congregationem præcipua inter plures nunc est ea, quæ primum Frisionaria vel Frigidionaria dicta, a colle hujus nominis tribus ab urbe Lucensi miliaribus, ubi originem suam cepit circa annum mcccc; et Lateranum introducta, obtinuit titulum Lateranensis anno mccccxvi. Pro qua cum D. Hippolyto, ipsius Congregationis Procuratori ac Syndico et Præposito S. Ubaldi, probandum esset anno mdcxiii, quod accesserit expressus consensus Capituli et Canoniorum Eugubinatorum ad imponendum et locandum novum Ordinem in d. ecclesia S. Ubaldi; produxit Instrumentum, in publica forma rogatum a Matthæo Bartholomæi de Ponto, quo continebatur, quod Canonici Eugubini et Capitulum ipsorum consenserunt et licentiam concesserunt, ut in loco S. Ubaldi ponatur novus Ordo et nova Religio. Quidquid igitur vel Lateranenses in supplici ad Julium II libello, pro obtinendo loco isto, et in alio ad Paulum V, pro S. Ubaldo in Breviarii Kalendarium referendo direrunt; aut ex ipsis in sua brevibus transtulerunt prædicti Pontifices; id nullam efficaciam habet ad probandum, quod Ordini Canoniorum Regularium Lateranensium adscribendus sit S. Ubaldus, licet vero Canonicus Regularis fuerit ante Episcopatum; fortassis etiam Regulam S. Augustini professus, quod solum et summum in Romano Breviario nunc legitur, omisso prudenter voce Lateranensis. De Regula Augustiniana legi potest Nicolaus Desnos, Prior Conventualis Magister et Administrator generalis Majoris Domus Dei Præviniensis Ordinis Canoniorum Regularium D. Augustini, in libro Parisiis impresso 1674 qui titulus Canonicus Secularis et Regularis, ubi lib. 3 cap. 22 quærit An D. Augustinus Regulam Clericis præscripserit, prout affirmat

Congregatio Lateranensis capta an. 1400.

obtinet an 1513 ejus ecclesiam, et ipsum sibi

A *et totis nervis probare nititur Gabriel Peunottus lib. 1 cap. 18; concludit autem Nicolaus ita feminis scriptam esse, ut viris agre aptari potuerit, omnino autem insufficientis fuerit, praesertim Clericis: deinde docet, quo tempore et quo auctore epistola 109, Sanctimonialibus exarata, in Regulam Clericorum emergerit. In his autem sic Peunottum redarguit, ut hic vel maxime vileatur intelligi velle (quod de eo dixit in epistola ad Lectorem, quodque non illi tantum, sed aliis etiam pluribus Eremiticorum praesertim Ordinum historicis ab Elia, Augustino, Hieronymo originem suam repetentibus congruat) in plerisque maximi momenti scituque necessariis siluisse; et in difficilioribus nimis probando, aliquando parum vel nil probasse.*

ne Regulæ
S. Augusti-
ni arrogavit.

Agitur pro
obtincendo
officio Du-
plici,

7 *Ex altera epistola D. Vincentii Armanni ad D. Carolum Cartari Advocatum Consistorialem, quo mediante etiam Opera illius liberaliter nobis donata diriguntur in Belgium, intelligitur, sub hodierno Innocentii XI Pontificatu agi per Serenissimam Ducissam Victoriam, Ferdinandi Mogvi Ducis viduam, Cosmi III feliciter nunc regnantis et Francisci Mariæ nunc Cardinalis Medicæi matrem, ut Officium S. Ubaldi ab universo Clero celebretur ubique ritu Duplici. Idem negotium dicitur ab eodem jam pridem agi cepisse sub Clemente Papa VIII anno mxciii, procurante ex publico mandato Comite Gabriele de Gabrielibus (qua scilicet occasione transcriptum fuit exemplum Vitæ quod sequimur) interque alia MSS. illius Comitum, apud ejus nepotes Michaelem-Hieronymum et Raphaellem asseruata reperiri informationem, oblatam Cardinalibus sacræ Congregationi Rituum præsidentibus, ubi inter alia legitur, quod ex historia vitæ per B. Tebaldum compositæ fuit antiquitus compositum et ordinatum Officium proprium S. Ubaldi pro die Festo et per Octavam atque pro Feria III, acceptis inde Lectionibus viginti septem aliisque sacri Officii partibus: quemadmodum videre est in antiquissimo Breviario manuscripto in membranis, quod in Cathedrali ecclesia servatur. Cujus Officii usus cur fuerit ante Concilii Tridentini Decreta obragatus, vehementer miror.*

quod olim
fiebatur cum
27 lectioni-
bus de Vita.

Mentio ejus
post Vitam
S. Joannis
Ep. decesso-
ris:

8 *R. D. Offredus, olim monasterii S. Petri de Eugubio Abbas, in Præfatione ad Annales (ut credo) Urbis Eugubinae, teste eodem Vincentio Armanni in præcitata epistola, Multis, inquit, sanctissimisque Episcopis illustratur hæc civitas, quos summam divinamque Clementiam pro populo olim sibi credito assiduis precibus orare, procul dubio credimus. Ex his fuerunt, beatæ memoriæ Joannes Laudensis, olim B. Petri Damiani discipulus, Stephanus, Ubaldus, Raphael Salutius, et priæ memoriæ Villanus, omnes Deo dante in hunc usque diem signis et miraculis præclari. Adolescentem Ubaldum a S. Secundi ecclesia ad suam S. Mariani reduxit Joannes, et volitur die VII Septembris; cujus translationem factam anno MDCLXVIII habemus Italice descriptam et impressam a Vincentio Armanni: Vitam vero compositam a Joanne Cardinali, eodem scilicet qui Episcopum faciendum curarat, ab Ughello laudatam, apud Jacobillum a nobis visam, optamus nascisci; licet habeamus aliquod ejus compendium, conscriptum ab Anonymo Mancho sanctæ Crucis fontis-Avellanæ, cum hac ab alio addita nota: Temporibus istius B. Joannis Episcopi Eugubini, B. Ubaldus juvenculus erat et virgo purissimus, et litteras ecclesiasticas bene didicit, prius in Canonica SS. Mariani et Jacobi, et postea in ecclesia S. Secundi. De Raphaelle Salutio nil nisi nomen Ughellus reperit, necdum vitæ aut cultus monumenta aliqua. De B. Villano egimus VII Maji frere ex Jacobilla, quibus addi posset hæc quoque nota, prædictæ Vitæ S. Joannis adjuncta his verbis, Circa annum Domini MCCXXX, VII [Maji] S. Villanus fuit Episcopus, in latere montis subter arces constituto.*

inter suc-
cessores Be-
ati illius:

9 *Sed ante omnes istos fuerat commemorandus Ro-*

dolphus, a S. Petro Damiano Epistola 19 ad Alexandrum Papam II tantopere laudatus statim a morte, quam obiisse dicitur XXVI Junii MCCCXX: ubi corrigendus Ughellus, laudem a S. Petro Damiano attributam Rodolpho, errore calami transferens ad ejus decessorem Theobaldum seu Tedaldum. Porro ex iis, quæ ab eodem Petro Damiano, eremi sanctæ Crucis perpetuo cultore, scripta et notata reperiuntur, colligit D. Maurus Joannis de Soperchio, Vicarius monasterii S. Petri Eugubini, in memoriis MSS. a Viacentio Armanni in epistola ad Carolum Cartari allegatis, quod inter sanctissimos complures Episcopos civitatis Eugubinae, Decentius, Gaudiosus, Fortunius et Deodatus summa doctrina et religione floruerunt, de quibus B. Hieronymus quandoque meminerit. Nos hæc nomina apud SS. Hieronymum et Petrum Damiani necdum reperimus, nec reperisse videtur Ughellus, nisi forte solius Fortunii opud Petrum. Idem vero Ughellus, in ordine Episcoporum Eugubinarum, locum VII dat Decentio; cujus tempore, scilicet anno MCCCXXVI quia pax desolata fuit civitas Eugubina, præsumit ipse ejus alibi pauperem vitam ducentis inopiam a S. Hieronymo indicari, in quadam Epistola, hæc verbis: Ubi cumque fuerit Episcopus, sive Romæ, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Regii, sive Alexandriæ, ejusdem est Sacerdotii. Locus deinde XIV, XV, XVI datur Gaudioso, Fortunio, Deodato, ut notis anno MCCCXX, MCCCXXIII, sed sicuti Ughellus nemini istorum tribuit titulum Sancti, sic nec alicui puto cultum publicum Eugubii obtigisse.

D
AUCTORE D. P.
Rudolphus
prædecessor
laudatur a
Petro Damiano
ut Sanctus,

an etiam
alii?

E

VITA

Per Tebaldum Episcopum successorem.

Ex MS. Cancellariæ Episcopalis.

EPISTOLA DEDICATORIA.

Federico Romanorum Imperatori Tebaldus, contra votum et meritum Eugubinae Ecclesiæ Electus, cœlestis Regni Diadema perpetuum. Vitam scripturus et miracula viri Dei Ubaldi, quidquid memoria de eo dignum veraciter addiscere potui, Vobis fideliter destinare decrevi: cui tantam gratiam Divinæ bonitatis clementia contulit, ut ejus et suavissimo alloquio perfrui, et sacris merueritis benedictionibus roborari: cujus etiam pietas divinitus edocta, sanctitatem ejus et reverentia obsequii et oblatione protestata est muneris. Nondum viderat eum vestra Majestas coruscantem miraculis, et tamen devotissime venerata est ejus gloriam Sanctitatis. Unde gloriari Vos in Domino, et exultantius convenit gaudere, quia divini muneris fuit gratia, quod eum, qui tantis modo fulget mirabilibus vivifice mortuus, Sanctum meruisti intelligere mortaliter vivum. De cujus ego ortu, et vita, nec non et obitu, tantum scribere decrevi, quantum ex relatione fidelium, qui veraciter noverant, addiscere potui. Nam de miraculis ejus, quæ post vitalem ejus mortem propter eum Dominus fecit, ea tantum scribere volui, quæ vel propriis oculis videre, vel eorum relatione in quibus patrata sunt potui agnoscere. Pauca vero de illis etiam, istis et probis viris referentibus, in longinquis et remotis partibus veraciter facta fuisse percepi. Fideliter igitur vestra Serenitas credat, quidquid præsens scriptura de B. Ubaldo Gloriæ vestræ commendat.

F

A

CAPUT I.

Vita S. Ubaldi ante Episcopatum.

Beatus itaque Ubaldu, Eugubina Civitate progenitus, nobilis quidem genere, *a* sed nobilior effulsit integritate vitæ. Cum esset infantulus, et adhuc in cunis vagiret, patre orbatus, traditus est Deo per quemdam suum patrum, religiosum videlicet virum, nomine *b* Ubaldu. Traditus est autem nutriendus sub disciplina Ecclesiastici Ordinis, et oblatu est Priori ecclesiæ sanctorum Martyrum Mariani *c* et Jacobi. Qui cum jam factus esset docilis, litterarum studiis traditur: et in eadem ecclesia *d* divinas litteras studiose docetur. Sed cum jam ad intelligibilis ætatis tempus venisset, et illius ecclesiæ Clericos inordinate vivere, nulliusque religionis regulam servare videret, ad ecclesiam S. *e* Secundi se contulit, ibique per aliquantum temporis honestissime vixit. Tardius quippe venturæ maturitas senectutis, honestate jam gravem reddebat ætatem adolescentiæ.

B

2 Videns autem Beatæ memoriæ Joannes *f* Grammaticus, prædictæ Civitatis Episcopus, religiosæ conversationis adolescentem, ad ecclesiam suam eum studuit revocare: et gravitate ejus paterno amore congaudens, sæpe illum secum faciebat manere. Cui quadam die quidam amicorum suorum secretius loquenti, carnalis affectu amicitie *g* motus, talia verba dixit: En hereditatem parentum tuorum consanguinei tui retinent; et tu nullum inde lucrum, nullumque servitium habes. Duc uxorem, quæ nobilitatem tuam deceat, et recuperatam viriliter possidebis hereditatem tuam. Ad quem vir Dei Ubaldu taliter respondit, dicens: Absit ut quam semel Domino consecravi virginitatem meam amittam, et integritatis meæ munditiam muliebri luxuria polluam. Quantum autem ad hereditatem meam spectat, portio mea in terra viventium, et pars hereditatis meæ est Deus meus.

C

3 Cum autem Dei famulus adolescentiæ annos seniliter transisset, et morum illum gravitas omnibus commendaret, in prædicta ecclesia sanctorum Martyrum Mariani et Jacobi Prior efficitur, et Prælationis Ecclesiasticæ dignitate communi omnium voto honorifice sublimatur. Et quidem suscepti Prioratus dignitas satis erat honorabilis; sed, qui suscepti fuerant ad regendum Clerici, omni honore et reverentia erant indigni. Nam in prædicta ecclesia nulla tunc temporis Ordinis observantia, nulla prorsus religionis colebatur memoria. Mercede annua erat conductus, qui campanas pulsaret in hora Officiorum: et quia Clericorum unusquisque in domo propria epulabatur et dormiebat, tota fere observantia ecclesiastici cultus custodiebatur in pulsatione nolarum. Clastrum patebat omnibus, viris scilicet ac mulieribus, nec ullo ibi tempore porta claudiebatur. Quisque habebat pellicem suam, et relicta disciplina ecclesiastici Ordinis, turpitudini et luxuriæ serviebat muliebri.

4 Quid igitur vir Domini faceret? unde consilium, unde adiutorium speraret? Videbat ecclesiæ suæ navim ita confractam, et tempestuosis procellis undique quassatam. Quatiiebatur Deo devotus animus, fluctuans in medio tempestatum; quia in medio perversorum hominum frater erat draconum et socius struthionum. Sed Dominus, qui verbum evangelizantibus dat virtutem multam, Priori suo Ubaldo evidenter largitus est opem suam. Nam primum de omnibus illis Clericis tres sibi cum adiutorio Domini adiunxit, quos benignis suasionibus servando Ordini secum arctius copulavit: cum quibus quan-

tum poterat regulariter vivere, et clastrum, et dormitorium, et chorum studebat canonicè tenere.

5 Postmodum vero ad ecclesiam B. Mariæ in Portu *h* perrexit, ubi satis honeste Apostolicæ servabatur regula institutionis, et splendor in omnibus fulgebat totius sanctitatis. Ibi ergo tribus mensibus sub disciplina Fratrum illorum regulariter vixit: quatenus discipulus veritatis factus, sine errore postea doceret, quod primum visu et auditu veraciter didicisset. Scriptam itaque Canonici Ordinis regulam rediens attulit *i* [et in ipsu suo regressu, licet itinere fatigatus, nunquam jejunium solvit. Cum autem in quodam nemore cum socio dormitasset, exinde surgens codicem Regulæ oblivione dimisit, et sollicitus pro libri amissione, vel saltem devastatione, propter imbrem maximum, qui ceciderat, rediit. Librum reperit ubi dimiserat juxta viam, nec raptum ab homine, nec a pluvia madefactum] eamque Regulam Fratribus omnibus proponens, divino comitatus adiutorio servandam iunxit. Factumque, ut ex illo jam tempore cuncti regulariter viverent, et Canonicum Ordinem omnes devote custodirent.

6 His ita compositis, civitas Eugubina ex maxima parte comburitur et terribili Dei judicio venerabilis Ubaldi Canonica funditus *k* concrematur. Cujus damni dolore acriter mœstificatus, Priorem eremi *l* Fontis-Avellanæ Petrum Ariminensem adiit, cujus vita in Dei servitio admodum habebatur mirifica, et præconium sanctitatis longe lateque clarius coruscabat. Huic ergo simpliciter innotuit, quia et Prioratum deserere, et locum mutare vellet. A quo benigna increpatione correptus, et rationabili exhortatione commotus, didicit virum Dei, sicut aurum in fornace in tentationibus probari, et coronam non nisi legitime certantibus posse largiri, graveque nimis se peccatum perpetrare, si creditos sibi Fratres in tali adversitate relinqueret. Credidit homo Dei Ubaldu tanti viri exhortationibus; et festina cum alacritate rediens, cœpit et combustam ecclesiam, Deo se in omnibus adjuvante, reficere, et amissarum rerum damnum solatiantibus amicis et vicinis viriliter reparare. Atque ita in brevi tempore divinitus adjutus, non solum omne damnum ecclesiæ combustæ restituit; sed etiam in prædiis et possessionibus, ceterisque humanæ vitæ necessariis, eam tantum augmentavit, ut incendium illud, non detrimentum intulisse, sed emolumentum potius et religionis et substantiæ probatum sit præstitisse.

ANNOTATA.

a Dabimus infra monumenta, ex quibus probatur ad Baldasinam familiam spectare Sanctum: ibi autem Pater ejus non vocatur, Rogardus, uti Oliverius et post eum Jacobillus scribunt; sed Ronaldus: unde vero idem Oliverius acceperit Julianam, Sancti matrem, ex familia Baldescorum Pervsinorum, non reperio.

b MS. Leodiense Walericum appellat, MS. Ultraject. Theobaldum: utrumque hinc corrigas: nec enim dubitamus quin Eugubinis MSS. potior sit fides habendu. Oliverius putat eundem etiam fuisse Sancti patrum, atque ideo suum et noaen posuisse.

c SS. Mariannus et Jacobus, Martyres Afri Patroni ecclesiæ Cathedralis, de quibus egimus 30 Aprilis.

d Oliverius ad S. Secundi collocatum ait, inde traductum Fanum studiorum causa; ubi singulare ediderit modestiæ exemplum, dum in transitu cujusdam Reginæ oculos pulvis velavit, ne ipsam comitesque videret. Eugenius rem pluribus exaggerat amplificatque, et Imperatricem Bertham nominat, Henrici IV uxorem, quæ Romam ibat in occursum mariti, ibidem a Clemente Antipapa coronanda cum illo. Annum hæc indicarent

a

b

A pueritia Clero adscriplus,

c

d

e

f

recusat uxorem ducere.

Prior in Cathedrali factus,

depravatos Canonico-rum mores

corrigere satagit:

h
et Portuensium regulam per trimestre expertus,

i

suos juxta eam reformat.

E

k

l

Canonicam combustam

feliciter restaurat.

F

Incerta quædam de S. Ubaldi pueritia.

A 1084 : quando in ejusdem Eugenii calculo (qui putat Sanctum fuisse natum anno 1074) decennis solum fuisse Ubaldu. Et ipse quidem Faucensis commorationis aliam quam studiorum causam comminiscitur, eo quod nec Universitas unquam fuerit Fani (sicut supponere videtur Oliverius) nec graviorum disciplinarum capax pueri artus. Mihi vero ut persuadeatur, alibi quam Eugubii eruditum fuisse Sanctum, antiquiori opus est teste, quam sit Stephanus Cremonensis, circa annum duratacat 1519 scribens. Quare nec magnam apud me fidem habet, quod iidem Oliverius et Eugenius ex eodem Stephano narrant de fonte, quem sitiienti inter Eugubium et Perusium metri, duodecim milliario, in loco Vallis Ingenii dicto, excitavit puer : de quo ignorare malim, cur S. Ubaldi servet memoriam, quam divinare cum Eugenio, agnoscente nihil esse verisimilitudinis in eo quod cum matre puer fecisset itinere, siquidem hic adhuc infans fuerit, cum illa obiit, ut videtur ex eodem Stephano deduci.

e S. Secundus, Martyr Ameriensis, Eugubium translatus, colitur 1 Junii. Ibi, inquit apud Eugenium Vandimus in Vita MS. monstrabatur diu cellula, in qua vixit, nunc per ædificationem majoris absidis occupata : erat etiam in horto nux annosa, quæ S. Ubaldi nuncupabatur, credebaturque ejus manu plantata : idemque ait Eugenius se audivisse a senioribus, qui meminerint excusam fuisse circa annum 1590. Et in hanc Ecclesiam sub Innocentio 2 fuerunt introducti Canonici Regulares an. 1142, utique adnente et juvante S. Ubaldo jam pridem Episcopo.

f S. Joannes Grammaticus cognominatus, a Paschale 11 ordinatus anno 1105, uno solum anno et paucis mensibus præfuit, mortuus 1106 die 7 Septembris, quo colitur. Sub hoc cum adhuc Adolescentem Ubaldu appellari hic vidco, et alibi juvenulum; cogor credere, nequaquam natum esse ipsum anno (ut vult Eugenius) 1076, sed decennio aut duodennio serius. Non etiam crediderim Oliverio, facienti ipsum Vicarium Episcopalem.

g Contra tam expressam Tebuldi sententiam Eugenius sentit, sollicitationem hanc simulatam fuisse dumtaxat, ad sumendum de Sancto experimentum, an revera sic renuntiasset mundo, ut esset Professioni religiosæ faciendæ, et post hoc Ordinibus sacris suscipiendis idoneus.

h Ecclesia S. Mariæ in Portu seu Portuensis fuit in agro Ravennate, ubi vixit Petrus de Honestis, et collectis ibi a se Clericis seu Canonicis Regularibus Constitutiones scripsit, quas Paschalis 11 approbavit an. 1115. Consule Pennottum parte 2, cap. 47, et quæ ad diem 23 Februarii ante Vitam S. Petri Damiani deduxit Henschenius. Obiit vero Petrus iste an. 1119. Uterque autem Petrus ab Eugenio confunditur, idemque facere videtur Oliverius, cum ait, quod S. Ubaldu tertio probationis mense inter ejus manus fecerit vota Religionis, in quo redarguitur ab Eugenio, volente quod jam pridem ea emisserit. Idem Oliverius gravius et majori jure redarguitur a Vincentio Armanni, quod textum præsumpsit alterare, sicut fecit primum num. 3, pro dignitate Prælationis ecclesiasticæ, quam consecutus erat Sanctus, in ecclesia SS. Mariani et Jacobi Prior effectus, supponens Prælationis regularis appellationem; dein hoc loco, ubi simpliciter legitur ecclesia S. Mariæ in Portu, scribens Ecclesia S. Mariæ in Portu Ravennas Can. Reg. Later. quæ est insignis falsificatio; præ qua excusari possit, quod infra, ubi dicitur Regulam Fratibus omnibus proponens, pro Fratibus, scripserit Canonicis. Interim constat Canonicos Regulares Congregationis S. Mariæ de Frisio-naria, quæ postea dicta est Lateranensis, primum sub Martino Papa V accepisse monasterium S. Mariæ in Portu, prout scribit Hieronymus Fabri parte 1 memoriarum Ravennatum.

i Quæ sequuntur, uti et cetera deinceps [] inclaudenda, in Priori Vita hujus contextu non habentur : sed creduntur ab auctore addita in ejus recognitione. Ceterum liber ipse Reulæ seu Constitutionum numquam in lucem datus est, quod scium, dignus profecto qui in Bibliotheca Sanctorum Patrum aut alia simili collectione locum habeat, ipse per se forsitan plus lucis allaturus obsuris Canonice hujus reformationis initiis, quam quæ Pennottus disputat contra alios nonnullos, hand immerita dubitantes, an S. Augustini Regula a Portuensibus, atque adeo ab Eugenio eorum exemplo informatis, fuerit recepta et observata.

k Errius Fontis-Arellanæ distat Eugubio P. M. 14 ubi post S. Petrum Damianum, anno 1072 mortuum, Joannes Grammaticus prædictus fuit Prior, et hoc ad Eugubium Episcopatum vocata, Petrus hic Ariminensis.

l Oliverius, nullo indicato auctore, addit Ubaldu factu Crucis signo restinxisse incendiū, et hinc captum haberi a suis Sanctum; quod merito Eugenius reprobat.

CAPUT II.

Perusino Episcopatu recusato ad Eugubium coactus Ubaldu, miraculis clarescit.

Interea beatæ memoriæ Perusinus a Episcopus humanum debitum solvit, et vir Dei Ubaldu eligitur ad Episcopatum a Perusinis. Sed cujus erat propositum cœlestem in omnibus sequi magistrum, sicut ille terrenum vitaverat in terris accipere regnum, ita iste Perusinum suscipere devitavit Episcopatum. Nam sicut beatus Evangelista dicit : Postquam de quinque panibus et duobus piscibus satiavit Dominus quinque millia hominum, cum cognovisset, quia venturi essent ut raperent eum et facerent Regem, iterum solus aufugit in montem. Hoc itaque fugiendi honoris exemplum bonus discipulus imitatus, cum cognovisset, quod Perusini de se disposuerant; occulte aufugit, et in eremo, quæ b Inter-ambas partes dicitur, per aliquantum temporis se occultavit. Postea inde recedens clam Eugubium rediit, et inde quatuor Clericis assumptis, pedestes cum ipsis, sine alieujus vecturæ adminiculo, ad Romanum Pontificem ivit. Cui cum se humiliter repræsentasset, votum animi sui simpliciter innotuit; et quantum potuit per se et per suos amicos Cardinales eum suppliciter oravit, ut eum ad Episcopatum benignus Papa non cogeret, immo potius ab electione facta de ipso Apostolica auctoritate absolveret. Annuit itaque sanctæ memoriæ Honorius Papa c tam devotis petitionibus ejus, et nolens contristare, secundum Apostolum, quem in ipso videbat habitare Spiritum sanctum, suscepit preces, exaudivit votum, et complevit desiderium. Reservatus itaque vir Dei Ubaldu divina ordinatione ad Episcopatum Civibus suis, gaudens et exultans Eugubium rediit.

S Post hæc beatæ memoriæ Stephanus Episcopus d migravit ad Dominum, et Eugubium, viri scilicet Dei Ubaldi civitas, Episcopali cura viduatur. Cum autem non esset consensus Clericis civitatis eligendi Antistitem, Dei famulus cum aliquantisper Romam perrexit, ut scilicet de Romana Ecclesia eligerent, quem sibi Romanus Pontifex Episcopum consecraret. Sed qui lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, esse fecit in caput anguli; famulum suum Ubaldu, a civibus quidem suis reprobatum, sed a se cognitore meritorum electum, constituit Pastorem super populum suum. Nam cum prædictus Dei famulus una cum Clericis suis peteret, quos Papa nulla ratione concedere acquievisset; ipse per se Papa divinitus edoctus.

ejus fons
in via Pe-
rusina,

cella et arbor
ad S. Secundi.

13

D
S REBAL-
SUCCESS-
EX MS.

E

a
Perusinis
eum Epi-
scopum po-
stulantibus,

Joan. 6

b

excusat se
Romæ apud
Honorium ?

F

c
Eph. 4. 30

d
Eugubium
autem in
electione
dissentien-
tibus,

e

A edoctus Ubaldum nominavit, et ut ipsum sibi Episcopum eligerent, qui aderant, Eugubinis Clericis præcepit. Igitur tam honorabiliter electus, et honorabilis postea ab eodem Romano Pontifice consecratus, Eugubium rediit, et cathedram Episcopalem regendam feliciter per secula suscepit.

9 Jam vero consecrato Episcopo, sicut creverat dignitas honoris, ita crevit virtus mansuetudinis, et omnis bonitas. Nam supra modum humanæ conversationis mansuetus erat et humilis, simplex, benignus, et affabilis. Mortificatio corporis, tolerantia laboris, atque contemptus seculi, plusquam credi possit inerat ei. Nam de patientia ejus quid dicam? cum semper eam inseparabiliter amplexatus fuerit supra mensuram humanam. Verba ejus pauca, sed semper sapientiæ sale condita. Victus parcus, sed discretus, et ideo inani gloria vacuus. Nam cum de omni genere ciborum licet parcissime sumeret, et cenodoxiam familiarem abstinentibus vitaret, pane sicco et arido magis utebatur, quo et corpusculum reficeret, et deliciosis epulis non serviret. Vestitus ejus tenuiter modicus, et magis nutriens, quam expellens frigus: ita humiliter ac temperare abjectus, ut nec pretio carus, nec omnino vilitate foret despectus. Jam vero de lectuli sui abjectione quid referam? Ubi cum pauca palea, modico sacco, et vili satis ac valde parvo utebatur operimento. Quando vero asperitas eum frigoris coarcebat, jaciebat super se caligas et femoralia. De frequentia vero orationis ejus silere potius quam pauca dicere decrevimus, quoniam in omni tempore omnis locus erat ei oratorium. Et quia patientem eum supra mensuram humanam diximus, justum est ut unum de multis patientiæ illius exemplum posuimus.

10 Quadam die, dum murus civitatis edificaretur, et in ipso muro quoddam ædificium cæmentarii facerent, quod vineæ *g* Episcopi, quæ muro subtus jacebat, nimis injuriosum detrimentum afferret; prohibuit, et ne vineæ suæ injuriam *h* facerent humiliter interdixit. Cujus interdictum is, qui operi præerat pertinaciter recusavit: et cum cum injuria impellens, in liquidum cæmentum, quod paratum erat, dejecit. De quo totus infectus cum surrexisset, humiliter siluit: et cum summa patientia, quasi nil passus fuisset ad episcopatum rediit. Sed cives, injuriam Episcopi non ferentes, ei qui injuriam fecerat, non solum domum destruere, et omnia quæ habebat minabantur auferre, sed etiam ipsum volebant extra civitatem longius propulsare. Episcopus autem tumultum populi benigne compescuit, et quasi eum acrius punire vellet, ad suum imperium vindictam reservavit. Ducitur itaque reus ante Episcopum, et interrogatus si ejus vellet observare mandatum, premitit se homo facturum quidquid Episcopus in eum præciperet, etiam si in eum pœnam mortis dictare vellet. Episcopus autem protestatur eum nullo modo suam servaturum sententiam, quam tantum duram in illum promere disponebat. Sed homo cum devotione multa et obtestatione horrenda pronittebat se facturum, quidquid Dei vir vellet dictare in ipsum. Strepentibus itaque plurimis, et quid Episcopus præcipere cogitaret expectantibus, Beatus Ubaldus de se se surrexit; et ei, qui se in terram dejecerat, approximans; Da, inquit, mihi osculum, fili, et Dominus Omnipotens remittat hoc et omnia tua peccata tibi *i*.

11 Seditio dura quadam *k* die orta fuerat in platea civitatis, et civibus acriter inter se pugnantes, hinc inde multi vulnerati perimebantur. Quod cum audisset B. Ubaldus, nimium doluit; et ad locum pugnae velociter currens, anxius pervenit. Sed cum nulla ratione bellum sedare potuisset, in medias acies concertantium cursu rapidissimo proruit, et

interpugnantium gladios et lapidum grandines, quasi mortoliter vulneratus, se subito in terram dejecit. Existimante autem populo illum esse mortuum, omnia statim arma projiciunt, crines evellunt, et ad tanti patris, ut putabatur, tam tremendum fuus viri et mulieres pariter currunt. Ascendit clamor plangentium ad æthera, et unusquisque se reum mortis ejus, se clamat homicidam. Ut autem vir Domini hac arte bellum illud persensit esse sedatum, leniter surgens, nutu manus annuit, et quia nullius dolorem vulneris pateretur indicavit. Atque ita factum est, ut dum Episcopus se tradit morti pro populo, et populus viveret, et Episcopus non periret.

12 Hic cum apud Fontem-Avellanæ causa quietis frequenter secederet, et ex consuetudine quotidie Missam cantaret, et loci Sacristam *l*, ex eo quod sibi ad id valde habilis esset, multum diligeret; contigit, semel dum ivisset, Fratrem illum infirmari usque ad mortem. Cui cum alii dicerent: Domine, ecce quem amas infirmatur, ait ad illos: Ubi jacet? At illi dixerunt ei: Domine, veni, vide. Cumque ad eum venisset, et salutasset ex more; ait ad eum vir beatus: Licet, Frater carissime, nimium infirmaris, tamen, si tibi placet, facito nobis dari librum et vestes, et cetera quæ habemus ad Missam necesse. Cumque postulata percepisset, et inter sacra pro ægroto Dominum postulasset, eadem hora Monachus, qui moriebatur, factus est sanissimus, nec expectavit Episcopum in lectulo.

13 Equitabat cum quibusdam B. Ubaldus quadam die ad plebem *m* S. Crescentini: et cum appropinquasset plebi, quidam cæcus occurrit ei: qui ex responsione præcedentium virum Dei cognoscens, cum magnis obtestationibus clamando cœpit rogare, ut sibi manum osculandam dignaretur porrigere. Quam mox, ut cæcus oris osculo contigit, lumen, quod per quadriennium amiserat, recepit. Quo Dei famulus cognito, ei terribiliter interdixit, ne dum ipse adviveret, quod in se factum fuerat aliis intimaret. Sed non potuit manere occultum, quod ad gloriam servi sui Deus voluit esse manifestum: nam ipse, qui cæcus fuerat, multis innotuit, et dum Sanctus viveret multis manifestavit. Ad ecclesiam S. Orphiti *n* consecrandum B. Ubaldus cum aliis Episcopis advenerat, ad quam cum multitudine populi quædam paralytica in carrucula fuerat adducta. Cumque vir Dei, sicut moris est, infalatus coram ea transiret; illa divinitus edocta vestimenta ejus apprehendit, et ei dum fidenter innititur, de carrucula sane surrexit.

14 Cuiquam cæco responsum est in somnis, ut iret ad Ubaldum Episcopum Eugubii, quoniam ab ipso esset lumen recepturus. Narravit cæcus mane somnium his, qui convenerant ad Missam: et confortatus ab omnibus ne sit piger ad obediendum, venire cœpit ad civitatem Eugubii. Veniens autem divertit ad quamdam cerasum, in qua duo viri ascenderant, qui ejusdem arboris poma legebant. Quos cum vidisset puer, qui eum trahebat ad manum, innotuit ei, et hortatus est ad petendum. Rogavit itaque cæcus eos, qui stabant in arbore, ut sibi pro amore Dei de cerasis darent. Illi respondentes dixerunt: Ascende ad nos, et collige tibi, sicut et nos colligimus. Ad quorum responsum cæcus vehementer erubuit, et corde trahens suspirium, ut sui misereretur rogavit Dei virum Ubaldum. Mirabile verbum! Statim aperti sunt oculi sui: et cum undique circumspiceret, cœpit undique clare videre. Videns autem homines in arbore, dixit: Comedite vos de his cerasi pomis, quia ego gratia refectus sum divinæ propitiationis. Gaudens itaque et exultans cœpit currere ante puerum, cujus prius trahebatur ad manum:

A. UBALDUS
SUCCESSOR
EX MS.
ab eodem
nominatus
et ordinatus.

raris præ-
lucet vir-
tutibus,

Injuriose
protrusus in
liquidum
cæmentum,
g

reum sul-
dit vindic-
ta populari,

et pro pœna
osculum petiit.

D
seditiosos
pro astu
placat,

moribundum
sanat,

cæcum illu-
minat,
m

curat para-
lyticam:
n

alium cæcum,
pro visu re-
cipiendo ad
eum missus

illuminatur
in via.

A num : et qui per decennium lumen cœli, non videbat, per invocationem nominis B. Ubaldi omnia clare videbat. Venit Eugebium et omnia narravit viro Dei Ubaldo : quod Dei famulus ægre nimium accepit, et increpans eum monuit, ut non suis meritis, sed tantum Divinæ adscriberet bonitati. Extorsit itaque ab eo multis obtestationibus, ut nemini unquam hoc præsumeret referre, quamdiu in hac communi vita ipse cum hominibus viveret. Cum ergo predictus Dei famulus migrasset ad Dominum, manifeste qui cæcus fuerat omnibus innotuit, quomodo per B. Ubaldum eum Dominus illuminavit.

Hostium
numerosum
exercitum

B 15 Illis temporibus undecim civitates potentes, cum tota virtute sua convenerunt in unum, et Eugebium venientes castra prope muros posuerunt. Tantisque erat populus hostium, ut vix unus de Eugubinis numeraretur ad quadraginta de illis. Ante aliquantos dies vir Dei Ubaldus cum Processione magna triduo civitatem circumiverat, et pro salute populi devotissime omnipotentem Deum deprecatus fuerat. Cum ergo dies pugnae venisset, Sanctus Dei populum suum prudenti exhortatione commovit, et ad sperandum indubitanter de cœlo victoriam constanter animavit. Et isti quidem, Episcopi sui benedictionibus muniti, pergunt ad bellum : Episcopus autem claustrum suum ascendit tectum, locum scilicet excelsum, unde videret populum suum. Sed qui Moyse orante Amalecitas coram Israel prostravit, ipse Ubaldo deprecante coram Eugubinis omnes adversarios in fugam convertit. Nam primo congressu pugnae omnes terga vertunt, fugiunt, arma projiciunt [et dum se salvare cupiunt, omnia sua relinquentes pro nihilo ducunt. Qui enim castra Sennacherib per Angelum suum percussit, et una nocte centum octuaginta quinque millia. Regis Ezechiae precibus, interemit; ipse virtute suae potentiae innumerabilem illum populum famuli sui oratione perterritus; et qui ante per trecentos armatos Gedeonis inestimabilem persecutus est Madianitarum multitudinem, ipse cum paucis armatis Ubaldi Eugubinorum fugavit hostes. Et quod non minus mirandum est, ita timor Domini invasit omnes, ut in domibus suis reversi tremarent, et præ pavore nimio in cubilibus suis se occultarent.]

oratione
sua in fugam
averit,

erat digi-
tum pessime
affectum,

C 16 Cujusdam Presbyteri, Azonis nomine, de civitate Eugubina, digitus manus nimis intumuerat, et inde etiam totam manum tantum dolebat, quod nec quiescere, nec dormire ullatenus poterat. Huic ergo per visionem vir Dei Ubaldus apparuit, et faciens signum Crucis super digitum. Presbyterum liberavit. Expergefactus autem Presbyter, cum in veritate cognovisset se sanum factum; benedixit Deum et Dei virum venerabilem Ubaldum. Veniens igitur, ipsi Dei famulo omnia quae acciderant sibi narrans, et de collata sibi sanitate reverenter ei gratias referens; vir Dei eum acriter corripuit, et non sine quadam indignatione animi, ut ultra talia non diceret, interminando mandavit.

reconciliat
urbi Fred.
Imperat.

o 17 Gloriosus Romanorum Imperator Federicus, cum ad Theutonicas partes Roma rediret, ab inimicis civitatis ductus, venit Eugubium. Conabantur autem Eugubinorum hostes victoriosi animum Imperatoris, ad subversionem civitatis et perditionem civium, precibus et muneribus flectere. Sed Deus omnipotens, qui sub tanti Patris sollicitudine Eugubinos custodiebat, non permisit animum mansuetissimi Imperatoris destitui elementia pietatis. Nam pro salute populi sui eunti dedit Deus gratiam B. Ubaldo in conspectu serenissimi Imperatoris, vel potius Imperatori dedit Deus gratiam in conspectu B. Ubaldi, ut eum Sanctum intelligeret, reverenter susciperet, honorifice tractaret, et quæ vir Dei postulasset libenter annueret o. Cui etiam munificus

Imperator scutellam argenteam p cum multis aliis muneribus obtulit; et ejus genibus inclinatus, illius se orationibus suppliciter commendavit, atque humiliter postulatum benedictionis gratiam obtinuit. Cumque postmodum Eugubinorum obsides custodiae sancti Episcopi bonis Imperator reddere voluisset, et Episcopus quieti suæ providens recipere noluisset; parvulum nepotem suum, filium scilicet nepotis sui, humiliter petiit, et absolute recepit.]

D
A TERMI
SUCCESS.
EX MS.

q 18 Ille autem Sanctus Dei, ut dignus esset cœlo purgatus omni rubigine, dure nimis sæpissime flagellatus est in mundo; bis enim fracturam passus est cruris, et semel rupturam armii dextri. Multas etiam alias graves frequenter passus est infirmitates, sed nemo unquam eum in suis doloribus murmurantem audivit, vel aliquod indicium murmuris ex ejus ore percepit. Gloriabatur quippe cura Paulo in infirmitatibus suis, et tunc fortior et devotior erat in mente, quando durius flagellabatur in corpore.

rarius mor-
bis exerce-
tur.

ANNOTATA.

E a Januarius appellatur ab Ughello et Jacobello, sexto sui Episcopatus anno, Christi 1126, vita functus.

b Apud Eugenium et Armannum Inter ambas pares.

c Honorius II, exente anno 1124 creatus, obiit in Februario anni 1130

d Stephanus Episcopus Eugubinus dicitur obiisse anno 1128 apud Ughellum: idque fere necesse est, si Sanctus obiit anno 1160, Episcopatus sui anno 31, ut infra dicitur.

e Hinc forsitan sumpsit Eugenius, ipsum Ubaldum fuisse unum ex eis, circa quos discordabat electio: sed eo casu non existimo Sanctum, Prælatum fugientissimum, Romam fuisse profecturum. Oliverius contentionem fuisse ait inter Clerum et Populum: sed opponit Eugenius, quod jam inde ab anno 1106 per Paschalem jus suffragii Populo ablatum fuerit, multoque expressius per quamdam conventionem anni 1119 inter Calistum II et Henricum Junorem Imperatorem.

f Idem Oliverius, citato quodam Trullo Hispano, notat annum 1145, annis scilicet 15 post mortem Honorii, quod mirum est latuisse Oliverium. Eugenius assignat annum 1130 et diem 15 Martii, sabbatum ante Dominicam Passionis: sed animadvertens Honorium obiisse mense Februarii, agnoscat erratum videri in mense. Præcedens annus Pascha habuit 14 Aprilis, litteram Dominicalem F, proinde 15 Martii fuit Feria 6 ante Dominicam 3 Quadragesimæ: in Dominica autem fieri consecrationes Episcopales, notum est.

g Oliverius et Eugenius putant hanc esse ipsam eandem vineam, cujus dominium per liberalem donationem adm. R. D. Julii de Benis, nobilis Eugubini et Præpositi Fanensis, anno 1607 obtigit monasterio S. Ubaldi, ad portam hodie S. Angeli dictam.

h Injuriam in hoc fuisse idem volunt, quod ex parte fieret mentus, defluentes ex summo monte aquas in vineam muro subjectam effundens.

i Alias injurias simili patientia toleratas addit Oliverius, puto quod consistentem in porta ecclesie, ostiarius tam violenter impulit, ut impacta in ostium fronte copiosus sanguis manavit: quod silentio præmi Sanctus voluerit. Item quod extra Portam, Faucis dictam, quæ in Marchiani ducit, occurrens equi eundem armato, eique dignitatis causa de via cedere recusans, tam grandi alapa percussus ab eo in maxilla fuerit, ut vultu in rupem impacto vestigium faciei suæ eidem impresserit, quod etiamnum visatur et religiosi colatur. Utrumque fabulosum videtur Eugenio, æque ac alia narrata ab Oliverio; videlicet, quod propter fastus secularis neglectum fuerit contemptui habitus a civilis,

2 Cor 12
Alia patientia exempla incerta.

A *civibus, et Idolum baptizatum, aliquando appellatus: item quod recusans ad eorum arbitrium aliquos vulgo exosos excommunicare, desertus ab omnibus, non habuerit qui sibi jam ad Missam parato ministraret, negata a cunctis obediuntia, et sic coactus fuerit depositis vestibus sacrificialibus domum redire.*

k *Eugenius a Gibellinis ortam seditionem putat, eo quod civitas parti Guelfæ id est Pontificiæ addicta, ceteras a muneribus publicis excluderet: sed ea nomina et factiones sequenti seculo potissimum invaluere.*

l *Idem Eugenius appellat Fr. Editum; an forte quia alicubi Æditus scriptus pro Sacrista?*

m *S. Crescentinus seu Crescentianus Martyr, Patronus Urbini, passus Tiferi, in cujus agro ecclesiam habet, in via quæ ad lucum Trasimenum seu Perusium ducit, colitur: Junii, Eugenius appellat S. Crescentinum Cantianensem, sub jurisdictione urbis Eugubinae.*

n *Idem asserit hanc S. Orphiti ecclesiam fuisse in ipso loco S. Crescentini: et refutat eos qui miraculum ibi factum referunt ad dedicationem ecclesiæ S. Benedicti, hanc procul a suburbio S. Luciae, ubi olim Olivetani monachi nunc Clarissæ resident. Passus hic etiam est Tiferi, et colitur 10 Septembris.*

o *In Marginibus cujusdam Codicis MS. ubi habetur Vita S. Ubaldi aliquanto contractior, hæc antiquitas annotata leguntur. Imperator Fredericus, nepos Conradus Imperatoris præteriti, a Domino Hadriano Papa coronatus fuit Romæ, et rediens Spoletum obsedit, cepit eam et destruxit, quia ei rebellaverat (facta hæc anno 1155) et tunc hostes Eugubinorum procurabant ut destrueret similiter Eugubium, cum arcibus in summo montis per appendicias montis edificatum.... quia Marchiones, Comites et Milites, qui per circuitum in castellulis morabantur, et planitiem et convalles divisas inter se possidebant, timebant ne civitas crescens in pristinum dominium, sicut antiqua, reformaretur et a populis repleretur, et propter hoc ipsis auferretur potentia et districtus quos tenebant; ideo cum Eugubinis discordabant, et sic hostes Eugubinorum Imperatorem Fredericum ad disperdendum Eugubium concitabant. Sed Eugubini id prævidentes, Imperatori obsides transmiserunt, de fidelitate et subjectione ipsorum certum facientes. Demum Fredericus, supplantato Spoletum per Ducatum transiens, Terras alias subjiciendo, appropinquavit Eugubium: et cum in plano juxta S. Benedictum esset pauperculorum, vallis et sepibus circumdatum, ad petitionem S. Ubaldi, Fredericus Imperator Eugubinus recepit in gratiam, et bonis eos munivit privilegiis, nec in aliquo læsit, sed sicut pater cum filiis stetit.*

p *Olivarius addit calicem et lipsanothecam, multis Sanctorum Reliquiis instructam: pro quibus Eugenius ponit, argenteum Imperialis capellæ instrumentum, ad usum combustæ olim ecclesiæ et nuper restauratæ (licet incendium istud acciderit ante annos 20) et digitum S. Joannis Baptistæ: quem alii tamen a Carola Magno civitati donatum asserunt.*

q *Hæc ei intra ultimum vitæ biennium accidisse ait Olivarius, additque abscessum in manu dextera, unde continuo manabat sanguis, dicere solito, juste hanc sibi obvenisse plagam: quia cum primum audivit se Episcopum proclamari, posita super altari roanu protestatus est, nunquam se consensurum electioni. Item exulcerationem totius corporis, per minutissimas pustulas, adeo gravem, ut quinies de die mutandum ei indusium fuerit, neque sedere posset nisi pedibus alteri sedi impositis: quod exaggerans Eugenius, negat somnum capere potuisse nisi corpore pendulo inter duas sedes, quarum una humeros, altera tibis sustinebat.*

CAPUT III.

D

Mors S. Ubaldi et eam secuta miracula.

P *ostquam B. Ubaldu ad senilem ætatem graviter pervenisset, et omnipotens Deus prærogativam ejus patientiæ et ceterarum virtutum opera ejus remunerare decrevisset; ut in Regni cœlestis diademate margarita de terra sumpta clarius fulgeret, per biennium fere gravi eum infirmitatis molestia corripuit: et quidquid per suscepti regiminis negligentiam humanitus admisit, quidquid per remissæ mansuetudinis dissolutionem minus discrete pepercit, quidquid denique quocumque modo de terreno pulvere macularum contraxit, et intus caminus decoxit amaritudinis, et foris abluit aqua paternæ percussio- nis. Misericordia quippe Domini, sicut scriptum est, in statera; et ex adverso, Potus datur in lacrymis in mensura: quatenus nec misericordie libra meritum irremuneratum relinquere, nec pœnæ vindicta reatus debeat limitem præterire. Dum autem appropinquasset depositionis suæ tempus, debile ejus corpusculum totis destituebatur viribus a: unde factum est, ut derimo die ante migrationis suæ horam, ab ecclesia S. Laurentii b Martyris deportaretur ad Episcopatum suum.*

21 *Adveniente autem c Sabbato, quo sacri Pentecostes vigiliæ celebrantur, divino Spiritu ducti cives cum mulieribus ad Episcopatum veniunt, candelas accendunt, et tanti Patris gloriosum exitum summa cum devotinne præstolantur. Per totum ergo diem Sabbati et sanctum diem Dominicum, reverentissime frequentatur, colitur, et custoditur. Beatum se credit, qui ejus manus vel pedes potest osculari. Orationibus ejus omnes se suppliciter commendant: et quicumque se in eum peccasse reminiscitur, summa cum humilitate rogat, ut sibi remittere dignetur. Sequenti autem nocte, quam sancti Pentecostes dies Dominicus præcesserat, migravit ad Dominum. Delatusque in ecclesiam Beatorum Martyrum Mariani et Jacobi honorifice colitur, et celebratur. Currunt populi, non solum de vicinis villis et castris, sed etiam de longinquis urbibus: conveniunt etiam Episcopi d et clerici, Abbates, et monachi, omnis ætas utriusque sexus accurrit. Et quia vivus ab omnibus habitus fuerat Sanctus, mortuus non immerito ab omnibus adoratur. Mittunt interea boni cives legatum ad Contadinos suos, cum quibus guerram habebant; et eos, ut ad tanti Patris obsequium securi veniant, vocant: remittunt sibi vicissim culpas: et præcipue nobilibus Contadinis, omnes, quas per guerram contraxerant, offensas ignoscunt e.*

21 *Sed quam gloriose tam sancta anima suscepta fuisset in cœlo, manifestum factum est per corpus, quod mortuum jacebat in feretro; et quidquid in carne vivens meruerat, per exanimata Dominus dignatus est ostendere membra. Cæpit enim divinis coruscare miraculis, qui pannis involutus jacebat humanis; et cœlestium mirabilium ostentare virtutem, qui terreni corporis videbatur amisisse fortitudinem. Nam quædam mulier Calliensis, nomine Maria, per multum temporis ex uno latere fuerat contracta. Hæc ad lectulum, in quo Sanctus jacebat accessit, et plenam fidem mente concipiendo, languori suo misericordiam postulavit. Forte adhuc manui S. Ubaldi f manuale defuerat, quod utique, quando Pontificalibus vestimentis fuerat indutus, per oblivionem remanserat: cujus cum camerarius ejus recordatus fuisset, velociter currit, et manuale in manum S. Ubaldi, sicut moris est Sacerdotis, immisit. Mirabile dictu l Mox ut Sanctus, quod de Pontificalibus vestimentis sibi defuerat, accepit, et infirmitatibus*

A. TEBAL-
SUCCESS.
EX MS.

Status Eugubii sub Frederico I tenuis.

Post biennium mortuum

Ps. 79, 6

domum relatus ab ecclesia,

a

b

E

c

moritur nocte post Pentecosten,

d
fit concursus ad corpus

F

e
expositum in templo.

f
Sanatur contracta

A infirmitatibus sanitatem reddere, et ex obsessis corporibus dæmones cœpit effugare. Nam prædicta mulier statim Sanctum tetigit, et omnis illa contractio recessit: surrexitque illico sana, et quæ antea consueverat incedere curva, coram omnibus stare cœpit erecta. [Discurrebat ubique velociter, quæ antea vix leviter poterat ambulare; laudes in commune Domino referuntur, campanæ pulsantur, et B. Ubaldus eo gloriosius Sanctus prædicatur, quo ejus sanctitas evidentibus signis manifestius ostenditur.

et alii plurimi:

23 Hoc primum post depositionem ejus miraculorum signum sunt alia multa signa secuta; et sicut evidenter agnoscitur, quotidie sequuntur.] Nam per quatuor dies, quibus inhumatus jacuit, cæcis visum, surdis auditum, et claudis reddidit gressum: mutos etiam fecit loqui, dæmones effugavit, et alios plures diversis languoribus laborantes sanitati restituit. Mariæ quippe de *y* Castillione de Sytria visum; et Martino, qui de sui Episcopatus dominio fuerat, reddidit auditum. Cuidam Puero de *h* Certaldo, qui fuerat claudus, gressum; et Mariæ de Boibo, loquendi restituit officium. Cuidam etiam mulieri de suo comitatu manum per vicennium contractam restituit. Quemdam Majolum de Plebe *i* S. Paterniani de tumore coxæ liberavit. Liberavit a dæmonibus Imyzam de vico Fenocleti, et aliam feminam de Colle S. Donati.

k
alibi autem puella aurium, lingua ac pedum nuda, privata,

24 In castro etiam, quod Collis de Arbore dicitur *h*, quod videlicet castrum est in comitatu Perusino, jam septennis erat quaedam infantula, quæ aurium et linguæ a nativitate officio carebat, pedum quoque ita destituta erat viribus, ut nec de loco ad locum pergere, nec in loco posset per se suis pedibus stare. Hujus itaque mater, cum audivisset mirabilia, quæ per B. Ubaldum fiebant; oravit devotissime Dominum, ut ea in sua filia experiri mereatur. Vocantur interea mulieres, quæ habitat ant in prædicto castello, ut portent arenas et lapides ad ædificandum murum. Cui ergo mater præfate infantulæ invitaretur a commatre, ut secum iret; conquesta est lacrymabiliter, quia non haberet, cui miseram filiam suam custodiendam relinqueret. Verum quia vox præconis sub banni *l* comminatione urgebat, cum injunctum non posset prætermittere servitium, commendavit filiam attentius sancto viro Dei, dicens: Meorum pignus viscerum commendo tuæ custodiæ, illudque tuæ defensionis servandum dimitto: et, si vera sunt, quæ de te dicuntur, modo in se filia mea ad tui nominis gloriam experiatur. Dixit, et abiit, et injunctum sibi servitium pro tempore persolvit. Cum autem ab opere domum rediret, invenit filiam suam salvam, et incolumem: nam et loquebatur, et audiebat, et propriis pedibus, quod nunquam fecerat, ambulabat: ad telam quippe matris accesserat, et quasi texere volens, ad eam sedebat; regressumque matrem ei gratulando respexit, et interroganti quid ageret, voce clara, rectoque sermone respondit. Quod mater, ut percepit, magno clamore Deo gratias retulit, et convocatis amicis et vicinis, non minus de sanitate filix, quam illa mulier evangelica gavisæ est de inventione dragmæ. Operatus est etiam multas alias virtutes et miracula, antequam poneretur in sepulcro: et quasi medicus de cœlo missus medebatur omnibus infirmitatibus. *m*

l
sancto commendata a matre.

25 Quarto autem die mediante B. Ubaldus ponitur in tumba, et per venerabilium manus Episcoporum, qui convenerant, terræ redditur quod fuerat de terra; sed ut prophetia sancti Viri de eo, quem post ipsum essent electuri, cito compleretur; eadem hora, immo eodem momento, quo Sanctus ponitur in tumba, qui eligendus erat, adveniens ingreditur ecclesiam: atque ita omnium voluntas prophetiæ

m
impletur ejus prophetia in electione successoris:

sancti viri famulatur, ut nullus prorsus, qui aliud sentiret, inveniretur. Et cum pauci essent, qui scirent quid Sanctus prædixerat: omnes omnino, qui aderant illud dicunt, illud affirmant. Sæpius quippe sanctus Ubaldus dicere consueverat, et seiscitantibus se aliquantis non præcipiendo, sed prophetando dicebat; Quia ille reges *n* Engubinam ecclesiam. Sicque factum est, ut dum ille, quem Sanctus prædixerat, sine mora eligitur; etiam prophetiæ spiritu S. Ubaldus claruisse videatur. Fecerunt sibi interea consuetudinem boni cives, ut per totum fere annum omni die cum candelis accensis ad S. Ubaldum venirent: veniebant autem cum processione omnes pariter cantantes, viri et mulieres: et qui per se non poterant venire, adducebantur etiam infantes. Resonabat Engubina civitas voce canentium, et coruscabat a splendore luminis candelarum. Nox vertebatur in diem, et totius noctis fugabantur a lumine tenebræ: et quod de Jerusalem per Tobiam prophetatum legitur, Quia per omnes vicos ejus Alleluia cantabitur, videbatur tunc completum in Eugubio, cujus per omnes plateas et vicos laudes Domino reddebantur. Per omnium ora S. Ubaldus canitur, per omnium voces S. Ubaldus prædicatur; et quasi non sit aliud nomen quod nominari debeat, ita S. Ubaldum, S. Ubaldum omnes frequentant.

D
A YEBAL.
SUCCESS. EX MS.

n

et civibus annum totum festivum agentibus,

Tob. 13. 22

E

26 Totus ille annus *o* fit Eugubinis jubilæus, totus plenus lætitiæ et gaudio: fit annus ille gratus omnium bonorum ubertate, fit dulcis et amabilis concordia et pace. Quo enim Priori Fontis-Avellanæ ante fuerat intimatum, hoc totum completum est in Depositionis ejus anno. Nam cum idem Prior, qui post ipsum electus est, esset *p* quinta decima nocte ante migrationem sancti viri, hoc sæpissime verbum cœpit in ejus ore, tam dormientis quam vigilantis frequentari: Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis. Quod cum duobus Fratribus suis Fontis-Avellanæ mane retolisset, responsum est ab eis, quia in partibus illis ipse pacem faceret. Sed, sicut postea evidentissime claruit, de diebus B. Ubaldi, et Eugubina civitate, tunc significatum fuit: in cujus depositionis diebus, et abundantia pacis est orta, et justitia quæ deberetur pauperibus nata: de qua scilicet justitia Propheta dicit, Dispersionis, dedit pauperibus, justitia ejus manet in seculum seculi. Nam in illo die et anno reformata est inter civitatem et comitatum pacis concordia, et guerra quæ per multum temporis inter eos fuerat ad integrum est sedata. Misericordia etiam in pauperes tam large fiebat, ut contra consuetudinem non haberent necesse inopes rogando postulare: sed magis ipsi rogabantur ut dignarentur accipere. [Peregrini autem ad hospitandum, non solum invitabantur, sed etiam trahebantur]. Dulce satis spectaculum erat videre ducentos et tercentos, interdum quadringentos pauperes in ecclesia comedere, et omnibus quæ necessaria erant affluenter abundare. Afferebantur eleemosynæ de omni genere ciborum, et quæcumque necessaria erant sanis et infirmis afferebantur copiose de villis et castellis. De Eugubinis civibus non est necesse aliquid dicere, quomodo pro Sancti sui amore parati erant omnia dare. Tunc ergo cœpit devotum illud pauperum obsequium, quod Eugubini caritatem vocant: tunc in veritate cœpit pacis et justitiæ polere abundantia.

o

pax atque justitia renovatur,

p

Ps. 111. 9.

p

cum caritate erga pauperes et peregrinos.

27 Sed jam ad enarranda cetera S. Ubaldi miracula veniamus, et quam strictius possumus ea breviter numeremus. Ut autem fides certior edocueatur, quorundam liberatorum, et loca, unde fuerunt, et nomina ponimus. Positus itaque B. Ubaldus in sacre sue dormitionis thoro, quasi potentissimus Princeps adepto principatu, expellere cœpit dæmonum multitudinem, et omnes morbos omnia-

Sepulto Sancto.

A que genera fugare infirmitatum. Liberavit quippe quendam puellam, nomine Bonam, de Castro S. Victorini a tribus dæmonibus vexatam; et Bertam similiter de comitatu q Camerini, a pessimo dæmone obsessam. [Clarium quoque, et Flandulam de Castro Castaneæ, et aliam mulierem de Reggio nomine Mariam, atque quamdam puellam de Anxiano filiam Adalarii. Salvavit etiam Adoleitam de Fossato, et Bertam de Sigillo. Bonam quoque feminam de Fabriano, et Mariam, et Messaram duas puellas de Postiniano. Berta quoque de Trunca, cum a dæmone vexaretur, audivit ab ipso dæmone, quem patiebatur, quod si incepterit iter ad S. Ubal dum Episcopum, in medio itinere liberaretur. Creditur mulier dictis dæmonis, et cœpit venire ad muros S. Ubal di. Et quamvis diabolus sit semper mendax, et pater mendacii, in isto tamen ad gloriam hujus Sancti verax fuit: nam sicut dixerat, in medio itinere mulierem sanam dimisit, et ipsa mulier ad B. Ubal dum sanissima, referens Deo gratias, venit.

et ferocior
unus in festo
Jo. Bapt.

B 28 In festivitate quoque B. Joannis Baptistæ populus innumerabilis convenerat ad ecclesiam S. Ubal di; ad quem scilicet populum cum Electus sermonem faceret inter solennia Missarum, quædam Dæmoniaca venit ad ecclesiam, sed nulla ratione is, qui eam vexabat, intrare permittebat. Clamor populi attollitur, pro salute illius devote Domino preces offeruntur; sed clamor dæmonis vincebat, et superabat omnes clamores plebis. Tandem a multitudine juvenum comprehenditur, trahiturque, et usque ad S. Ubal di corpus, licet violenter perducitur. Quo mox ut pervenit, sine mora evomit, et sanissima reddita, ad locum, ubi prædictus Electus prædicabat, perrexit. Visa est ergo ab omni populo referens Deo gratias, quæ antea visa fuerat horrendas dicere blasphemias. Sunt ergo sexdecim, quos liberavit Dominus ad vocationem nominis Sancti Ubal di.

sanantur
diversi
infirmi:

C 29 Alios etiam, quos salvavit de diversis infirmitatibus, quanta possumus brevitate perstringere tentabimus. Erexit Bonum, hominem de vico sancti Petri in Scorseto languore guttæ et crurium, et puerum Joannem du Foroseiapronio omnibus viribus roxarum et crurum destitutum. Reddidit loquelam Benedicto puero de vico Palcadi, quam nunquam habuerat; et Basilio de Laureto, qui eam per triduum amittere solitus erat: qui etiam cum esset paralyticus, integræ est sanitati restitutus. Gaschiliæ quoque amenti et mutæ mentem reddidit, et officium linguæ. Paulum de Colle Nucis a febre, et Mariam de Comitatu Castellano ab ingenti tremore liberavit. Reddidit visum Meldo de Sorbolongo, et cuidam mulieri, quæ vocabatur Burgha de Castello. Duobus quoque Peregrinis Geraldo et Jordano oculorum lumen restituit, quorum scilicet Geraldus penitus lucem amiserat; Jordanus vero cum uno tantum oculo parum videbat. Salvavit Pisarinum de Camerino de ulcere, quod per viginti quinque annos passus fuerat; et quamdam mulierem similiter de comitatu Calliensi, cui nomen erat Altemilia; Martinus quoque de Plano Ravennæ, cum pateretur fistulam duo capita habentem, venire cœpit Eugubium rogaturus pro infirmitate sua S. Ubal dum. Sed dum adhuc esset in via, voluit, sicut consueverat, mutare fistulam suam; solvens autem lentium r ita sanam eam reperit, ut nec aliquod signum appareret cicatricis. Similiter Himelda de Fossato, cum gravem fistulam pateretur in mamilla, veniens ad sepulcrum S. Ubal di, cum ibi vellet curare fistulam, reperit illam sanam. Eodem modo Stephanus de Plebe Bunginiani ab eodem ulcere est sanatus ante sepulcrum S. Ubal di. Non dissimiliter Avoliza

D Fanensis salva facta est de ulcere alterius generis ad tumulum S. Ubal di.

30 [Quædam eliam mulier, nomine Teuza, diu terribilem serpentem in ventre portaverat, cujus cruciatum tam durum patiebatur, ut horis singulis ad mortem duci videretur. Hæc auditis mirabilibus saucti viri prostravit se in terram, et Dominum oravit, fudit preces, et vovit votum, ut Dominus eam liberare dignaretur per servum suum Ubal dum. Sed ut mox de terra surrexit, serpentem cum sanguine evomit; atque ita incolumis facta venit ad Sanctum Dei, votum et gratias redditura. Salvavit Mariam de Pregio, ita per paralytim trementem, ut a nescientibus dæmonium putaretur habere. De eodem morbo Joannem Bonelli de Montelanciani sanavit.] Bertrama de Cortona habebat nares vermibus plenas, quorum cruciatu miserabili dum laboraret, nec per diem nec per noctem poterat dormire; mox autem ut fecit votum B. Ubal do, vermes cœperunt quiescere. Liberata autem illa cœpit Deo gratias agere, et B. Ubal do, cujus evaserat meritis, libera a vermibus cruciata. [Multa etiam alia miracula, tam in vita quam post mortem, fecit, pluresque homines utriusque sexus ab infirmitatibus liberavit; cæcos illuminavit, et ab oculorum infirmitatibus visum perditum restituit: contractos membris et claudos erexit, paralyticos, membrorum impotentia sanavit]. Pauca autem præ multitudine gestorum vestræ proposui Serenitati de his, quæ mirabiliter operatus est Deus meritis Confessoris sui Ubal di; rogans attentius, ut si minus eleganter sunt proposita, meæ parvitati veniam non negetis, illi soli gratias agentes, qui mirabilis est in Sanctis suis, et per omnia secula seculorum vivit et regnat. Amen.

et mulier
serpentem in
ventre ferens,

et a gri omnis
generis.

ANNOTATA.

a Oliverius ait, ipso Paschali festo, id est 27 Martii, invitatum ad Missam populo dicendam, quamvis graviter decumberet, surrexisse et de celesti beatitudine atque inferni penis addidisse sermonem, quem extrema benedictione concluderet. Eugenius, more suo aliquid addens, præmittit plunctus populi consternati ad nuntium de extremo sui Pastoris discrimine, quem ille solatus sit promittendo Missam et sermonem tali die faciendum, quod sicut prædixerat ita præsterit, viribus miraculo tantisper recuperatis.

b S. Laurentii ecclesia hodie Eugubii nulla est. Eugenius scribit, fuisse ipso quo imprimebat tempore destructam, stetisse autem in quarterio S. Martini dicto, qui locus olim extra civitatem erat. Addit ex Vandino Sanctum illuc se recepisse, post Missam Paschalem in Cathedrali celebratam, et totis 40 diebus in camera, quam ibi habebat propriam, se parasse ad mortem. Oliverius longius abiit a mente Tebal di quando scripsit, Sanctum post Missam in festo Ascensionis dictam, ea se contulisse, et ibi transegisse decem ultimos vitæ dies.

c Pentecoste celebratum eo anno fuit 15 Maji: ex quo recte sequitur mors obita in nocte diem 16 inchoante. De quo obitu in jam ante citatis Marginalibus Notis sic legitur: Migravit autem venerabilis Pastor Ubal dus, Sanctus Dei electus, et Sacerdos dignus, anno Domini millesimo centesimo sexagesimo, anno Episcopatus sui trigesimo primo. Alia autem Vita locum hunc de morte Sancti prolucius extendit, ut sequitur: Sequenti autem nocte.... B. Ubal dus, in manus Domini devotissime commendans animam suam, in pace migravit ad Dominum; et anima illa sanctissima, in æterna claritate assumpta a Christo et beatis spiritibus et sanctis omnibus æternaliter gloriatur: sacrumque corpus ejus in ecclesia beatorum Martyrum

rum

A rum Mariani et Jacobi cum multa solennitate et reverentia collocatur.

d *Oliverius indicat* Episcopos sepulturæ præsentis, Perusinum, Calliensem et Tiferensem: fuerunt autem secundum Ughellum, Perusinus Rodolphus, anno 1154 electus; Calliensis Rogerius, cui sibi præ aliis familiari dicitur apparuisse Sanctus, rogasseque ut suo funeri interesse vellet; Tiferensis Petrus.

e *Supradictæ Notæ Marginales*: Post sacrum obitum B. Ubaldi Communitas et Milites et Nobiles Contadini ad pacem et concordiam cum Civibus redierunt. In alia autem Vita sic legitur: Mittunt legatos ad Contadinos suos, cum quibus guerram habuerant: eos ad tanti Patris obsequium vocant, et ut secum veniant eos certificant. Remittunt sibi vicissim Eugubini culpas suas; et præcipue Contadinis suis nobilibus et aliis omnes quas contraxerant offensas ignoscunt, et ad mutuam pacem redeunt.

f *Manipulum etiam Manuale ac Manualem dixit antiquitas, ex primo ejus usu, quo sudarii vel orarii vicem præbebat e manu pendulum: itaque in veteri Romano Ceremoniali MS. legit Congius, Habendo Stollam in humero et Manuale in brachio, sicut Diaconus.*

g *Milliario 15 ad Euroboream in Piceno notant tabulæ* Abbatiam de Satria, haud procul a monasterio Fontis-Avellanæ, ubi etiam hoc Castilione fuisse existimo, sic dictum ad distinctionem alterius prope Callium a Sicardis cognominati, alteriusque duplo longius remoti et simpliciter dicti Castiglione.

h *Certaldum, patria B. Jacobi Comaldulensis, 13 Aprilis commemorati, Hebrurix oppidum, distat Eugubio P. M. 100 et amplius.*

i *S. Paterniani vulgo S. Patrignano, uti Eugenius appellat. Est hic Sanctus Patronus et Episcopus Fanensis, coliturque 12 Julii: Vicus autem hic est in confiniis Perusini Comitatus cis Tiberim.*

k *In Tabulis Terre di Colle d'Albero, Perusio duplo propius quam Eugubio.*

l *Bannus hic sumi videtur pro mulcta, per bannum, id est publicæ proclamationem, indicta iis qui deessent officio: affinis ulin significata vide apud Congium.*

m *Oliverius cap. 13 addit* Mulierem ex Acia quinquennio cæcam, ac subito illuminatam tactu sacri corporis; itemque Eugubinam, annis viginti manus unius privatam.

n *Supple, ex mente Oliverii et Eugenii, ipsiusque ut videtur Tebaldi, qui cum corpus meum in sepulchro locabitur ecclesiam improvisus intrabit. Quis autem hic? Tebaldum. Vitæ auctorem intelligit Oliverius; et hoc, si non alia, suadere posset vel ipsa nomen sum reticentis modestia. Eugenius nihilominus successorem immediatum vult fuisse Bonactum, Priorem Fontis-Avellanæ: nititurque conventionem quadam Frederici Imperatoris signata 10 Novembris 1163, intra primum ab obitu Sancti biennium; Eugenium sequitur Ughellus, sed Bonactum dicit fuisse Abbatem monasterii S. Benedicti prope Eugubium: errat autem uterque cum Sanctum scribunt obiisse, Eugenius anno 1161, Ughellus anno 1162. Porro Vincentius Armanni, in sua ad Horatium Petrozzium epistola parte 3 variarum pag. 468 evincit ex instrumento Cathedralis Eugubinx, scripto per Petrum Notarium mense Novembri anni 1160, Tebaldum tunc Electum appellantis, hujus, non vero Bonacti brevem adeo fuisse Episcopatum: notatque jam tum, id est quinto post obitum mense, scribi id factum ad honorem sancti Ubaldi. Nihil certe scripsit Tebaldus, quod non videatur eodem quo Sanctus obiit anno gestum: neque convenit ut vir adeo religiosus tam honorifice appelleret Fredericum ejusque laudaret pietatem, post annum 1163, quando jam palam constabat iniquitas schismatis, quod viribus omnibus tuebatur Imperator, in favorem Octavianii contra electionem canonicam Alexan-*

dri factam anno 1159 mense Septembri. Itaque quod Ughellus dicit obiisse Theobaldum, sanctis operibus clarum, 20 Februarii 1171, eotenus correctum velim, ut substituantur 1161; et sic Episcopatus ejus solum fuerit octimestris dicique deberet paulo ante mortem Vitam sui decessaris scripsisse. Quod autem Ughellus ejus favori datum vult Canonicis Privilegium ab Alexandro III, notatum anno 1170 tertio Kal. Novembris, gratis asserit, et solum ex supposito, quin in toto illo privilegio nullus omnino Episcopus nominatur. Interim nota Tebaldum, sexto post Electionem mense et deinde cum Vitam scriberet nondum fuisse consecratum, Bonactum vero fortassis mense etiam 18 adhuc vocari Electum: quia scilicet occasione schismatis suspensæ hærebant Consecrationes Episcopales in Italia, maxime ubi Fredericus dominabatur.

o *Totum ergo annum intellego eum quo obiit Sanctus 1160, licet ejus solum superessent menses septem.*

p *Æsium vulga, inter Eugubium et Anconam Episcopalis civitas, sed Anconæ multo propior ad Æsim flumen.*

q *Camerinum urbs Episcopalis ad radices Apennini in Piceno 25 p. m. circiter Eugubio distat. Sed non putamus operæ pretium cetera loca hic indicata operosius perquirere.*

r *Lentium pro linteo, vulgo Lenzuolo.*

APPENDIX.

I n alio vetustissimo manuscripto, in quo inter plures alias de Vita Sanctorum Historias habetur eodem S. Ubaldi Vita, sed absque præfatione illi Tebaldi electi, ac etiam interdum stylo suo immutato, illius sub fine hæc de eodem Sancto miracula, recenti eo tempore manuaddita fuerunt, quæ ideo hic etiam sensum descripta sunt, et referuntur quoque per Stephanum Cremonensem Can. Loter. tamquam desumpta a Jordano Præposito Tiphernatis ecclesiæ qui fuit coævaneus S. Ubaldi, et ejus res gestas, et miracula scripsit.

31 Petrus Sacerdos de Camerino, et Maria de Urbe-veteri a S. Ubaldo de caduca passione liberati sunt. Prior S. Erasmi, qui decies in diem cadebat, statim ut in lectulo recubuit, in quo B. Ubaldus infirmus jacuit, sanus surrexit. Gualdinus de Clancano, et Laurentius de Pinna S. Marini, per Beatum Ubaldum amissum receperunt auditum. Cum nos reverteremur Equites tempore valde nocivo et aspero, invenimus duos pedites velociter abeuntes: quos cum interrogarem, quo sic festinanter irent? dixerunt nobis, Deus et B. Ubaldus mirabilia operatus est: nam uni nostrum auditum reddidit et loquelam: de ventre alterius excussit sagittam, per tres annos ab ipso portatam: et imus cito in patriam nostram Senensem, ut illic prædicemus ista beneficia, quæ recepimus. a

32 Sex quoque viri a diversis prædonibus, diversis locis et temporibus, capti, fortiter custodiebantur: et neque per pecuniam, neque per securitatem aliquam, quam præstare possent, de vinculis exire volebant. Et isti facientes votum Deo cœli et B. Ubaldo, quod si eos liberaret, ejus servi et devoti semper existerent: Beatus vero Christi Confessor Ubaldus, in sequenti nocte eis per visum apparuit, et educens eos de carceribus, cum catenis et vinculis, per silvas et loca invia, usque ad locum sui sepulchri secure et absque errore perduxit. Unus vocabatur Albericus, alter Saxo Calliensis, tertius Tribitus de Monte Episcopi, quartus Baroncellus de Castellione Aretino, quintus Ubertus de Monticello, sextus Marcurellus de Plebe sancti Stephani de Verona.

33 Quædam navis in mare, dum a tempestate periclitaretur,

Curantur infirmi carii,

F

a

liberantur captivi sez,

Successor S. Tebaldus ante Bonactum.

C

A periclitaretur, omnes stridendo confuse clamabant, et unus eorum dixit, Eia, sancte Ubalde, adjuva morientes. Et ad hanc vocem conversi sunt omnes dicentes. B. Ubalde, adjuva morientes. Et ecce gloria Domini; statimque apparuit imago Pontificis, dicens eis: Quid turbati estis modicæ fidei? ecce vocatus veni; ecce pietas Domini vos liberavit. Statimque mare quievit, et qui loquebatur, non apparuit. Tunc ad votum universi concurrunt: tunc ad arborem navis appenditur marsupium, et magna fit oblatio fidelium.

A. TEBAL-
SUCCESS,
EX MS.
et periclitantes a naufragio:

item 35 peregrini a servitute Saracenorum.

34 Cumque per mundum longe lateque B. Ubaldi fama in brevi nimium crebuisset, citra et ultra mare, triginta quinque viri, qui omnia sua reliquerant, et propter Deum Hierosolymam perrexerant, apud b Rovasiam quondam Christianorum nostris vero peccatis exigentibus pessimorum. . . captivi tenebantur a Saracenis. Et audientes miracula, quæ Deus per B. Ubaldum faciebat, cum lacrymis ad Deum preces fuderunt, quatenus sicut per Moysen servum suum eduxit filios Israel de Ægypto, sic per sanctum Confessorem suum Ubaldum de jugo Saracenorum durissimu erueret eos. Quid multa? Illi cito in cœlesti palatio auditi et exauditi fuerunt; statimque. S. Ubaldus a Domino missus, in habitu Pontificis descendit de cœlo, splendens sicut Angelus; illuminavit carcerem tenebrosam, paventesque consolabatur, dicens: Pax vobiscum. Ego sum Ubaldus, Eugubinus Episcopus, quem invocastis. Et statim contracta sibi sunt omnia vincula eorum, exemitque eos de custodia; sicque absque impedimento et maria transierunt, et ad propria tecta remearunt. Ex quibus unum nos vidimus, et miraculum hoc ab ipso devote recitatum conscripsimus. Quidam Sacerdos Religiosus de Gualdo Nucerinæ Diœcesis, cum diu febribus teneretur, invocato devote Beato Ubaldo, statim liberatus fuit: et ibi, et alibi plurima signa fecit.

Febres curantur.

ANNOTATA.

a Oliverius ait, tam hoc miraculum de sagitta, quam aliud num. 30 relatum de vipera, pictum videri in claustra S. Ubaldi.

b Idem pro Rovasia scribit Vovatiam: neutrum, ut puto, recte. Nec enim hujusmodi appellationis vestigium ullum reperio in Terra Sancta vel alibi. Si certior notitia veræ lectionis suppeteret, fortassis ea nos induceret in cognitionem temporis que scripta hæc sint. Dum tamen Saracenorum potius quam Turcorum appellationem vides, etiam intelligis perquam antiquam esse hanc appellationem, quod etiam persuadet ipsa phrasis qua dicitur factum esse miraculum, cum B. Ubaldi fama in brevi nimium crebuisset. Itaque omnia hic posui, tamquam Translationem corporis et Canonizationem progressa.

GLORIA POSTUMA

Ex variis monumentis collecta.

CAPUT I.

Canonizatio et translatio S. Ubaldi.

Tebaldo, sicuti supra dictum est, post S. Ubaldum electo, et forsam nunquam consecrato Episcopo, suffectus Bonactus, Ecclesiæ Eugubinæ Electus intitulatur in Privilegio Frederici, quod in archivio publica servari ait Armannus, datum Laudi vi Idus Novembris anno mclxiii. Hunc accusat Ughellus, argumento forsam ex privilegio istue dimiterat sumpto, partes noxiosissimas Ænobarbi fovisse. Sed contrarium potius probari possit ex Privilegio Lucii Papæ III, apud eundem Ughel-

S. Ubaldo Tebalus,

lum, anno mclxxxii confirmantis Priori et Canonicis S. Mariani libertates et immunitates a bonæ mem. huc Bonactus, B. Eugubino Episcopo ipsis concessas. Interim quod is probetur diu post annum mclxiii vixisse, nihil facile reperies; quandoquidem Eugenium, qui Tebaldo priorem fecerunt, refutare volens Armannus, non invenit de eo aliud ullum monumentum, quam modo indicavimus. Quia tamen usque ad annum mclxxi nullius alterius Episcopi nomen reperitur; tempus vitæ, quod Tebaldo perperam Ughellus dederot, libenter huc Bonatto relinquemus: sub quo Jordanus Præpositus Tiferntis ecclesiæ, qui fuit coætaneus S. Ubaldi: res ejus gestas et miracula scripserit. Hæc habuisse dicitur Stephanus Cremonensis, seculi xvi initio idem argumentum tractans; nunc autem videntur interiisse, cum in titulo Appudicis ea solum allegentur ex fide Stephani Jordanum citantis; et diligentiam Armanni, omnia scrutati ut ea nobis communicaret, effugere potuerint.

2 Qui postea Eugubinis præsedid Episcopus Offredus seu Offreduccius, Abbas antea S. Petri Eugubii et Ordinis Benedictini, anno mclxxi nominatur; et decretis Concilii Lateranensis anno mclxxx celebrati subscripsisse dicitur ab Ughello, quod mallem ex ipsis subscriptionibus, quæ latent hactenus, probatum legere, quam ita simpliciter assertum. Multo magis optarem inveniri Annales, quos idem Ughellus ab eo scriptos dicit, multaque in illis ad Eugubinam Ecclesiam pertinentia. Habuit Offredus successorum Bentivolum, anno mclxxxviii ordinatum, ut vult Ughellus. Hoc ergo annum secundum vel tertium in Cathedra illa numerante, et moriente Frederico (obit autem hic anno mxcx die x Junii) Henricus filius ejus Imperium suscipiens Eugubinos tenebat, et ipsi sub eo concorditer obediabant ei. Sed cum arces duæ in summitate montis, quæ pro Imperatore tenebantur, a quibusdam Eugubinis fractæ fuissent, et plurima inde accepta; Imperator hoc audiens, conturbatus fuit: et Eugubini perterriti miserunt ad eum legatos misericordiam postulantes: et Imperator indulgit eis benigne et pie, et privilegia optima eis contulit, et districtum et comitatum eis determinavit. Ita marginales notæ ad Codicem de Vita S. Ubaldi: ipsum vero Imperatorium Diploma extat apud Ughellum, anno Domini mxcxi Indictione ix datum ante Neapolim, quam sub ferventi dierum canicularium aestu obsidebat Henricus, ita scribens; Cives Eugubinos ab annuo Imperiali absolventes, omnes offensas, quas contra nos vel nostros commisere nuntios, eis sincere dimittimus, et nominatim fractam arcis Eugubini montis et res ab eis inde ablatas: et concedimus eis montem supra civitatem, positum undique cum suis appendiciis, ad ædificandam novam civitatem, quam et informare et reformare suo eis liceat arbitrio. Tum felicem negotii adeo perplexi exitum videntur Eugubini adscripsisse patrocinio sui Sancti Patroni: utque ut ei se vicissim gratos ostenderent, egerunt pro ejus canonizatione apud Cælestinum Papam III, et pergerunt quod cupiebant, hujusmodi Brevi mox impetrato.

3 Cælestinus Episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Bentivolo Episcopo et dilectis filiis B. Priori, Clero et populo Eugubino, salutem et Apostolicam benedictionem. Benedictus Deus in donis suis et sanctus in omnibus operibus suis, qui secundum multitudinem miserationum suarum illis, qui natura fuerant filii iræ, spiritum adoptionis, in quo clamamus Abba Pater, indulget, et homines ex lutea materia constitutos in consortium Angelorum et gloriam sua pietate assumit. Sicut factum est temporibus nostris de sanctæ recordationis Ubaldo Pontifice vestro. Qui cum pius et justus, dum in carne viveret, haberetur; post transitum a vicinis et longe positus, propter miracula quæ per merita ejus operatus est Deus, Sanctus meruit æstimari. Impletum est

Bonatto Offredus

E et Bentivolus succedunt:

qui post solutam gravi metu civitatem

F

S. Ubaldum miraculis clarum

Ps. 44

petiit canonizari a Celestino 3

et impetrat,

ut festum ejus annue agatur.

an. 1192.

Si paulo post Translationo contigit,

neque post absolutionem novæ Cathedralis,

A in ipso, quod Propheta dixit in Psalmo : Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos Principes super omnem terram : memores erunt nominis tui Domine. Tu autem, Frater Episcopo, apud Sedem Apostolicam constitutus, opportune et importune, in humilitate qua decuit institisti, ut memoriam prædicti Pontificis canonizare, et ipsum adscribere Sanctorum Catalogo auctoritate Apostolica deberemus, consideratione habita ad religiosam vitam ipsius, et ad multa miracula, quæ per eum, postquam migravit a seculo, Omnipotens dignatus est operari. Nos vero opus istud intuentes, sensum et intelligentias nostras excedere (quia potius est divini iudicii quam humani, cum ipse solus plene noverit qui sunt ejus) suspendimus desiderium tuum aliquamdiu, ut nobis et Fratribus nostris, quid potius agendum esset, Spiritus sancti gratia revelaret. Tua igitur tandem supplicatione inducti, et multorum Episcoporum et aliorum testimoniis inclinati, non de propriis meritis, sed de misericordia Creatoris potissimum confidentes, de communi Fratrum consilio acquievimus vetis vestris, et canonizantes prædictum Sanctum auctoritate beatorum Apostolorum Petri et Pauli, qua fungimur licet immeriti, decrevimus, ut festum transitus ipsius, sicut beatissimi Confessoris, apud vos perpetuo habeatur. Quapropter Universitatem vestram monemus et exhortamur in Domino, quatenus non in vacuum gratiam istam recipiatis, sed exemplo beati viri renovemini spiritu mentis vestræ, et in reverentia Dei et prædicti Sancti et omnium aliorum ferventiores solito existatis; et festum ejus septimo decimo Kalendas Junii hilariter annis singulis celebrantes, solite operemini, quod vestra circa divinum cultum devotio profecisse merito videatur, et alii de facto vestro exemplum profectus assumant, et ipse vestris motus precibus, pro totius Ecclesiæ statu apud omnipotentem Dominum intercedat. Datum Laterani quarto Nonas Martii, Pontificatus nostri anno primo.

4 Inerat Pontificatum Celestinus anno MDCXCI XII Aprilis, proinde sequens annus MDCXCII jam erat in cursu, quando expedita illa Bulla fuit : Bentivolus autem non diu superfuit, siquidem successor ejus Marcus, teste Ughello, una cum aliis duodecim Episcopis, interfuit consecrationi ecclesiæ monasterii Fontis-Avellanæ, ubi antea monachus fuerat anno MDCXCIII. Brevi tamen illo, quod inter Canonizationem Sancti et mortem Bentivoli intercessit spatio debuisset Translatio corporis facta fuisse, si vere eo vivente facta est, uti scribunt Oliverius et Eugenius, nescio quo errore notantes annum MDCXCIV. Idem causam Translationis assignant multo minus verosimilem, cum aiunt, condita nova civitate et a clivo montis in planitiem deducta, conditam etiam esse novam Cathedralē, pro ea quæ altius in monte steterat; et consequenter ex una in alteram transferendas fuisse Sanctorum Reliquias, juxta facultatem, jam inde a tempore Clementis III obtentam per Breve anni circiter MCLXXXVIII. Existimat autem Eugenius, etiam a tempore ipsius Ubaldi captam fuisse novorum murorum fabricam, talique occasione accidisse quod refertur in vitæ num. 10, Verum contra est, quod Henricus Imperator Eugubini montis appendicias anno MDCXCI civibus concedens, ad ædificandam novam civitatem, manifeste supponat, tunc primum ea de re sumptum fuisse consilium. Ut autem statim cœperit manus ad moveri operi, non potuit intra unum alterumve annum res tanta absolvi, quanta est fabricatio eorum qui hodieque cernuntur murorum : prius autem quam hi essent absoluti, non est credibile cogitatum fuisse de fabricandis ædibus novis, præsertim publicis. Quare omnino existimo, insignem quæ modo cernitur SS. Mariani et Jacobi basilicam, non esse opus illius adhuc turbatissimi ævi; et Breve allegatum ab Eugenio, non esse Clementis III, sed IV, qui anno

MCCXLIV die v Februarii coronatus, ferme quadriennio Pontificatum gessit, eumque victo per Carolum Audegavensem Manfredi Sicilia tyranno pacatum satis, et urbibus ad S. Petri patrimonium spectantibus felicem : atque ita a die dati per Henricum privilegii, usque ad consummationem novæ civitatis et ipsius denique Basilicæ, fluxissent anni ut minimum LXXXIV. Res tota certius posset defini, si Eugenius pro anno Christi, qui scriptus non erat, ab ipsoque per conjecturam definitur, notasset annum Pontificatus et Indictionis, quam Clemens III, quando coronabatur vi Januarii anno MCLXXXVIII, numerabat sextam; Clemens vero IV, decimam quartam : ex hujus enim cum anno Pontificatus convenientia haberetur decisio.

5 Difficultati circa causam Translationis et tempus, qualiter ab Oliverio et Eugenio traduntur, accedit alia circa modum. Oliverius enim sic narrationem instituit, quasi inter quatuor regiones urbis nota fuisset contentio super corpore S. Ubaldi, ad quam earum transferri deberet; quam dirempturus Bentivolus Episcopus juvencos duos adhuc indomitos jungi carro jussit : has vero in summum montis Eugubini verticem illud traxisse, ducente nemine, in capellam seu oratorium S. Gervasio sacrum. Eugenius vero negat regiones tunc adhuc fuisse distinctas, proinde contentionem istam pro figmento habet; mavultque prodigio aliquo, puta immobilitate sacri corporis, declarasse Saactum, quod nollet in novam Cathedralē transvehi, ideoque consilium istud de juvenco Episcopo placuisse : addit autem, non capellam, sed parochiam fuisse SS. Gervasio et Protasio dicatam, ad quam corpus animalia traxerunt. Verum Vincentius Armanni, diligentissimeque in perscrutandis patriis antiquitatibus versatus, per epistolam in Octobris nuper elapsi ad me datam, significat, de ejusmodi miraculosa translatione nihil usquam a se repertum quod Oliverii veritatem superet; ipsamque eo magis suspectam sibi esse de falsitate, quod in præmemoratis vetustissimi MS. vetustis æque additionibus marginalibus, hæc quoque legatur : Procedenti tempore, cum discordia inter Dominum Papam Innocentium et Henricum Imperatorem, filium Frederici primi, exorta esset, et persecutio Hæresiarcharum contra ecclesiam, Arces Eugubinæ, in montis cacumine sitæ, pro Imperatore tenebantur : sed operatione et studio fidelium cæsi et expulsi sunt milites Imperiales, et Ecclesiastici intromissi. Qua de causa timentes Eugubini Clerici et Laici indignationem Imperatoris, ne contra eos veniret, corpus B. Ubaldi, civium Defensoris, e Canonica auferentes ad montis supercilium portaverunt juxta arcem, et ibi novam ecclesiam reverenter condiderunt, ubi requiescit usque in præsens tempus. Monachi et Canonici S. Petri et S. Secundi, in montem confugientes, in pauperculis habitaculis degabant. Ibi stabant Monachi S. Petri, ubi ecclesia S. Angeli est : et Canonici S. Secundi erant, ubi est planum Areolæ. Cur autem non etiam abstulerunt corpora SS. Mariani et Jacobi? Credo quia sub altari firmiter clausa et murata non ita facile auferri poterant, quoniam quæ palam stabat ad venerationem exposita incorrupti corporis arca.

6 In iisdem Additionibus etiam dicitur, quod uti Fredericus primus et filius ejus Henricus Eugubinis optima privilegia contulerunt, ita hoc idem fecit Otto Imperator, et Fredericus secundus Imperator similiter : nec aliquid ultra additur : quare verosimile sit quod circa annum MCCC scriptæ sint Additiones istæ, et quidem non sine aliqua confusione; dum pro Celestino III, qui Henricum prædictum anno MDCXCV excommunicavit, cum eoque graves difficultates habuit, nominatur Innocentius III, non nisi tribus post Henrici mortem mensibus factus Pontifex vii Januarii anno MDCXCVIII. Causa eos confundendi fuisse videtur, quod idem Innocentius sui Pontificatus initio, sicut in Vita ejus legitur, Spoletano

D
PS. VARIIS.

neque propter miraculum; facta est in montem,

E

sed verosimilius propter metum Henrici Imp.

F

sub Celestino Papa 3.

EX VARIIS.

A letano Ducatu, qui ab Imperatorio Præfecto Conrado detinebatur patitus, interim dum Philippus Sueviæ et Ortho Saxonie Duces per schisma electi Reges inter se decertant, recuperavit etiam Perusium, Eugubium, Tudertum et Civitatem Castellieum comitatibus suis, recepto juramento fidelitatis a civibus, baronibus et capitaneis. Sed hoc non impedit quominus Imperialium jugum jam ante excutere conati sunt Eugubini occupatis arcibus; novæ autem suæ urbi diffisi, et adventu Henrici cum exercitu in Italiam anno mxcviii tertii, ad tutiora se receperint una cum corpore S. Ubaldi ex Canonica sublato. Neque huic causæ repugnat traditio Eugubinorum de juvenis, veteri et sæpe usitato exemplo ad eam rem adhibitis; quos non ducere sed sequi Eugubini voluerint, ubi substitissent animalia sacrum pignus deposituri. Et talis rei monumentum sit quæ in porticu ecclesiæ, nunc S. Ubaldi ecclesiæ dictæ, pendet colena, velut olim carro protrahendo nexa; et gemina ulmus, ante fores enata (ut fertur) ex stimulis bubulcorum, solo fixis, cum de carro auferenda esset arca. Ut ut est, Translationis festum annue agunt Eugubini die xi Septembris, quando illuc a Clero religioso ac seculari populoque ducitur sollemnis Processio.

an. 1196
11 Sept.B
Situs hodiernus urbis verosimile facit,

7 In Theatro civitatum et Admirandorum Italiae, per Joannem Blau Amstelodami edito fol. 97, spectatur Eugubium, delineatum elegantè manu Ignatii Cassettæ, et Vincentii Armani stylo descriptum, eo situ quem hodie obtinet, in modum trianguli: cujus basis se extendit ad radices montis, sic ut civitas jaceat ferme tota in plano, et sola pars superior, in qua est SS. Mariani et Jacobi Basilica cum palatio Ducali et Episcopio, ex monte leniter declivi pendat; et ultra palatium atque ecclesiam, quod superest spatium usque ad muros, in conum reductos, nec unam quidem domum habeat, sed hortos ac vineas. Murorum autem pinnatorum, et quadratarum per aequalia fere intervalla turrium eadem ubique forma, ætatem plus quam quadringentorum annorum referens, satis indicat, hunc esse illum ipsum situm, quem cepit habere civitas nostra sub Henrico filio Frederici. Quanto autem eum magis considero, tanto minus apparet mihi verosimile, quod Oliverius Eugeniusque supponunt, minorem scilicet civitatem, quæ tempore S. Ubaldi conflagravit, adeo alte subductam fuisse in monte, ut mutandus fuerit situs ecclesiæ Cathedralis; potiusque dixerim, totum id quod hodie videtur ex monte pendet fuisse non minimam partem veteris Eugubii, ideo tantum inclusam novo, quia continebat Canoniam atque Episcopium. Si enim producta deorsum civitate, placuisset novam alibi Canoniam novamque Episcopium condere; non id fecissent in extremo novæ civitatis angulo, sed urbe media, quo facilis undique fuisset accessus: ad hæc suppressent vestigia vel saltem memoriæ aliquæ prioris ecclesiæ atque palatii, in loco extra muros prædictos editiori, quale tamen nihil indicatur a quoquam; sed contrarium potius.

ea contineri partem urbis antiquæ,

C

neque mutata urbe etiam esse mutatam Cathedralen.

8 Sane dum monachi S. Petri sursum fugientes dicuntur stetitisse, ubi ecclesia S. Angeli est, quæ tamen vix abest 300 passibus a muro et porta in montis cucumen ducente, satis intelligitur quod ea ecclesia ut nunc, ita et tunc fuerit extra ac supra civitatem: quodque adeo ambitus veteris Eugubii, ex clivo prudentis, fuerit fere idem ex parte montis, ac nunc est, scilicet a ripa fluvii Caminiani, quo itur in Picenum, usque ad torrentem Cavorelli, seu viam quæ ducit Noceram: quidquid autem infra illos terminos longe lateque per planitiem, regioni jam desinita subjectam, extenditur, accesserit civitati, sub Henrico VI dilutata. Quid? quod e regione Episcopii, ad primum ascensum clivi versus hodiernam Cathedralen ducentis, est ecclesia modica S. Nicolai, primi ut dicitur titularis Patroni, priusquam corpora SS. Mariani atque Jacobi translata Eugubium, occasionem darent mutandæ appellationis. Cum igitur horum amplissimam, ut nunc est, Basili-

cam video, supra Episcopium laxiori in ore locotam: D subit cogitare, ecclesiam illam S. Nicolai esse ipsissimam illum Canoniam, quam funditus incensam S. Ubaldo restauravit adhuc Prior; quæque primam suam nomenclaturam receperit, postquam aucta jam plurimum civitatis fortuna, placuit civibus angustiore longe Basilicam in vicino, sed vacuo supra Episcopium loco collacare; ad quam demum circa annum mclxxvi absolutam, facta sit translatio Sanctorum Martyrum; non autem S. Ubaldi; quia hic jam olim fuerat subvectus in montem, ex eo quæ supra diximus armati Henrici Imperatoris metu, post ejus præsidium ex arcibus dejectum, civitate nova necdum munita. Atque hæc discendi potius quam docendi causa proposita velim examini D. Vincentii Armani aliorumque eruditorum Eugubii virorum.

CAPUT II.

Corpus cum ecclesia Canonicis Lateranensibus commissum. An digiti articulus ablatus in Germaniam.

Quomodocumque delatum ex civitate in montem sit corpus S. Ubaldi, credibile est locum depositionis hujus jam antea Deo sacrum fuisse, idque (sicut Eugubinorum traditio habet) sub invocatione Sanctorum Martyrum Gervasii atque Protasii; quibus autem documentis probari possit, quod ait Eugenius, jam tum Parochialem ibi ecclesiam extitisse, libenter discam. Interim ut verosimilius credam, exiguum dumtaxat oratorium catenus fuisse juxta arceio: donec Eugubini, pro sua erga sanctum suum Patronum religione, qui haud dubie evidentibus indicis ostenderit istis se velle manere et coli, novam ibi ecclesiam reverenter condiderunt, ubi requiescit usque in præsens tempus, ut inquit auctor MSS. Additionum, ante annos forsitan plures quam trecentos. Si autem istius ecclesiæ Presbytero hoc quoque honoris datum est, ut Parochi jure ac potestate gauderet; datum id ei est ad eorum qui arcem incolabant præsidiorum commoditatem. Is vero suberat Priori et Canonicis Cathedralis ecclesiæ, atque hoc in statu res permansit usque ad annum mxxii, quando ejus in melius commutandæ subnata occasio est, quam lubet ex Italico Oliverii et Eugeni Latine explicatam dare.

E
Ecclesia S. Eusebii in monte, sub cura Presbyteri unius,

10 Ægrotabat graviter gloriosæ memoriæ Pontifex Julius II, eoque increverat morbus, ut die quadam multis horis habitus pro mortuo fuerit. Aderat ægrotanti nepos Franciscus Maria della Rovere Urbinatium Dux, aderat Francisci mater et conjux: qui tali casu, ut par erat, afflicti, nihil præsentius invenere quam vota ad Deum, quibus pollicerentur, quod, si per intercessionem S. Ubaldi, familiæ suæ Patroni singularis, vitam servaret Pontifex, in ejus ecclesiam Eugubii inducerentur Canonici Regulares Congregationis Lateranensis, cum obligatione addendi dotem, justo eorum numero competentem. Audiit tunc pia vota Deus: et jam pæne deposito usque in alterius anni Februarium produxit vitam. Tum Julius, ratum habens suorum votum, decretum edidit, per quod Lateranensibus, sibi commendatis a Nepote suo, tradi jussit Oratorium S. Gervasii (sic enim appellari in ipso Brevi, ait Oliverius) una cum corpore S. Ubaldi ibidem asservato. Opus erat in Capitalum Canonicorum S. Mariani, penes quos iustitendi in montano oratorio Presbyteri jus catenus fuerat, hoc ipsum cederent Lateranensibus: quare Eugubium missus est Angelus Calliensis Notarius et Cancellarius Ducalis: qui requisitum consensum obtinuit die xv Novembris ejusdem anni mxxii; instrumento desuper confecto, cui subscripserunt D. Carolus Gabriellus Prior, et Canonici undecim. Itaque anno mxxiii die

sanato ad illius invocationem Julio?

F

traditur Canonicis Reg. Lat.

an. 1513

A IV Januarii, de mandato Ducis Eugubium veniens D. Antonius Urbani, Canonicus Urbinas, in possessionem loci ingressus est, eo fine ut ipsum traderet D. Hippolyto Canonico Regulari Lateranensi, illuc venturo cum quinque sociis; hi autem fuerunt Evangelista Brisselensis, Augustinus Ariminensis, Marcus Cremonensis, Augustinus Spoletanus, et Titus Ferrariensis: prout patet ex instrumento Notarii Eugubini Joannis Francisci qu. Petri Abbati.

ubi additur
monasterium:

II Præter ecclesiam seu oratorium aliud ibi tunc non erat quam exigua domuncula, uti unius Presbyteri usibus sufficiens, sic angusta religiosi pluribus. Addidit igitur Eugubina civitas liberali dono circumjectum montis spatium; Leo autem X, Julio suffectus, expeditit Breve, quo instructi corrogarent elemosynas quantas possent, pro monasterii fabrica et ampliatione ecclesiæ. His autem pro amore S. Ubaldi affatim collectis, cum titulo Præposituræ surrexit monasterium; et ecclesia in eam quæ modo ceratur formam est reducta: quibus denique accessit claustrum, ornatum picturis, Sancti vitam pro majori parte repræsentantibus: exindeque obtinuit ut mons ipse mons S. Ubaldi diceretur.

B Hæc tamen non ita fieri potuerunt, quin pro conservatione ipsius loci decertandum Lateranensibus fuerit. Etenim Canonici S. Mariani, cum anno MXXIV, intercessione Francisci Mariæ Ducis prænominati, a Leone X absoluti a Regula, Seculares fierent et dicerentur: neque satis æquis oculis conspicerent Lateranensium incrementa in monte, rebellionem Urbinatum contra Ducem suam esse occasionem rati, anno MXXVI eo insolentiae progressi sunt, ut vi in illos facta, arreptos brachiis de loco expulerint. Commovit ea res populum Eugubinum, apud quem honor et cultus sui Patroni per Lateranenses insigniter reflorescens, gratiam maximam his conciliaverat. Quapropter convocato generali Consilio, sine mora et summa consensione suffragiorum decretum est, Lateranenses in ea possessione restituendos ac manu tenendos esse. populusque egressus turmatim in montem, contra Canonicos qui monasterium occupatum concluderant, instabat et urgebat ut sibi portæ aperirentur, et Patres expulsi reciperentur. Illis autem nequaquam cedere volentibus, inita tandem aliqua ratio concordiae est, ut monasterium atque ecclesia relinquerentur custodiæ duorum Canonicoꝝ, Lateranensis unius alteriusque Secularis, donec a superiori potestate discerneretur, cujus in ea causa jus potissimum foret.

quod an. 1516
invalentes
Canonici
Eugubini,

jure compes-
cuntur.

C Itum ergo est ad Urbinatis Ducatus Gubernatorem Episcopum Verulanum, Urbini, unde Dux abeeserat, residentem: qui re cognita Commissarium cum militari præsidio mittens Eugubium, jussit ut Lateranensibus sua redderetur possessio: sicuti et factum est.

12 Narrantur hæc eadem in *Lycæo Lateranensi*, quod duobus tomis digestum anno MDCXLIX Romanis typis vulgavit Celsus Rosinus, prædictæ Congregationis apud Casenam Abbas, nosterque cum istac Romam tenderemus humanissimus hospes. Narrantur autem occasione Stephani Cremonensis, cujus vita et elogium lib. 16 extenditur, et post ea quæ retulimus sic continentur: Inter hæc et circa ea tempora, inter præcipuos operarios, qui a Lateranensium annuis Synodis de proprio cœtu conscripti fuere, ad eam coloniam pro viribus provehendam et illustrandam, atque majorem Dei in D. Ubaldo gloriam prolatan-dam, Stephanus Serva Cremonensis extitit. Hic jam confirmatus disciplina, jamque fortis robore, ac per satis multos annos in sua vocatione utiliter militans inter triarios, facta dogmati Lateranensi Canonice accessione, in ea assignari postulavit. Quippe præcipua in D. Ubaldo devotionis propensione affec-

Bo missus
Stephanus
Cremonen.

tus, tamquam jubar Ordinis splendidissimum; jamque interne se propelli sentiens, tam ad sanctissima ejus veneranda pignora, quæ ibi et integra et palpabilia et ferme vegetantia asservatur, quam ad ibi aliquid ei præstandum peculiaris obsequii, omnem movit lapidem, ut novellos inter accolæ enumeraretur. Locum plurimi comprecabantur, quos nec montis asperitas nec accessus recessusque hiemales æstivique difficiles, nec rei familiaris egestas, nec emendicatus ex parte victus, nec arcta pro ritu Canonico habitatio deterreret. Ibi totus se dedit laborioso, jugi, maximeque arduo exorcizandi engumenos exercitio, validæ efficacisque caritatis pleno, per quod et Ubaldi sanctissimi intercessio proficua apud Deum elucescebat, et Ordinis Canonici utilis disciplina spiritusque pinguedo commendabatur. Multitudo autem languentium et infirmorum cujushbet generis eo magis confluebat, quo majore sustinebantur ardore caritatis et virentiore spe atque fiducia: quæ inde accipiebant progressus et incrementa, quod perennes cernerentur restitutæ sanitates, et quoad animum melius semper se habentes redirent universi ad propria.

D
ET VARIIS.

magno vir
spiritu,

13 Ipse statim ab inchoato opere eminere super alios collaborantes cœpit Canonicos, quia pro ea gerenda omnino provincia præ omnibus factus videbatur. Ætas, doctrina, hilaritas, solertia, firmitas virium, sobrietas, visque compassiva quam miserationem dicunt, ac zelus animarum explicabantur catervatim unitæ in viro. Quin et paucorum mensium exercitatione acquisita experientia super dæmonum artibus, versutia, fallacia, technis eum ceteris quodammodo præambulum constituere præceptorem, qui constantia vere Sacerdotali et imperio tantæ fiduciæ pleno, totam adversantium potestatem rebelliumque spirituum perfrumperet obstinationem. Alia loco facta facies est annorum sex spatio ab accessu, dum pro unico seculari Presbytero, ab alieno nutu pendente, tot strenui decertant pro Dei Divique gloria. Hi quidem in moderandis Præposituræ gubernique habenis, illi in promovendis fabricis et constructione, isti in curandis solandisque miserrime afflictis, desolatis atque vexatis; omnes demum in unum conspirantes sacrificiis, oratione, jejunio, disciplina atque sacræ synaxis sacræque homologesis ministerio. Et licet adversis pluribus impeterentur, non expugnabantur tamen: sed velut aurum in camino depurabantur; addebatque vires ipsa tribulatio et apud populos confluentes experimento probabatur quanta religio esset, quæ tales operarios sancte efformabat.

E
et experientia
ad dæmonum
exorcismos,

locum insi-
genter pro-
movet:

14 Ipse Stephanus, auctus undique talentis et animo, primum gratias annotare, et mira, quæ indies ad sanctissimi Patris Ubaldi intercessionem ibi fiebant, in commentarios religere cœpit. Deinceps ad augendam magis ac magis inter fideles devotionem atque spem, Vitæ illius conscribendæ manu admovit. Exerebat vires mira cordis teneritudo in Divum et in illi devotos, ut scilicet honorificaretur Deus in gloria istius, et in istius glorificatione illi bona pariter et animæ et corporis indipiscerentur. Diligens assiduaque pervestigatio in ejus manus dedit opusculum, quod de ejusdem beatissimi Patris vita, eodem pene superstite, conscripserat Hieronymus Jordanus, Prior Cathedralis Tiferntis: cujus præambula luce præ ceteris securius incessit. Ut autem latius prodesset valeret, qui debitor sapientibus et insipientibus esse cum Apostolo profitebatur, Latine et Italice scripsit. Vices enim miseratus eorum, qui Transalpini sive ex Gallia sive ex Germania accedebant, longam dimensi peregrinationem, sanitate restituta repedantes in patriam, sed ob idiomatis exteri ignorantiam nequirent liberatoris benefactorisque

F
Vitam et
miracula
S. Ubaldi
scribit.

secutus Jor-
danum Sancto
coævum.

A benefactorisque proprii celebrare actus ac merita vitæ, ea una Latine lingue præscriptione illis opportune subvenisse bonum habuit et exitus approbavit. Scripsit ergo Stephanus Vitam, Gratias et Miracula sanctissimi Patris Ubaldi Episcopi Latine et Italice, quæ causa fuit Parmæ mxxix.

A Stephano sumpta narratio de articulo digiti,

15 Nos primo quidem idem Hieronymi Jordani opusculum optaremus consequi sincerum ac purum: tum quid aliunde acceptum addiderit Stephanus ex utriusque scripti collatione discernere; sed nec hactenus quidem ipsius Stephani lucubrationem potuimus attingere, cogimurque ex Oliverio Eugenioque discernere, quæ illi, Jordano nusquam in margine nominato (utpote eo æque ac nos destituti) sub Stephani nomine ediderunt. Interim omnino credimus solius Stephani esse quod ex nescio qua nominum personarumque confusione, sub ejus auctoritate, narratur miraculum, velut ad feretrum S. Ubaldi, adhuc pulam in ecclesia præstantis, gestum. Accessit ad ipsum, inquit Oliverius, famulorum unus, natione Theutonicus, dixitque: Tu mihi, Domine, adhuc vivens promisisti tantum dare, quantum sufficeret vita: honeste tolerandæ: nunc autem et te perdo patronum dilectissimum; neque recipio quidquam, quo senectutem meam sustentem. Hæc coram omni populo lacrymabundus cum diceret: ecce tibi, o rem miram! qui jacebat mortuus, manum sinistram dexteræ admoveans, simul ab ea chirothecam abstulit, simul dexteri pollicis articulum unum, deditque famulo, solam chirothecam se accipere existimanti, et vel ea sola satis læto. Hanc ergo secum in patriam abstulit, ad castrum Pineti dictum Basileensis diœcesis: cui cum appropinquaret, cœperunt movente nemine pulsari campanæ omnes, stupente ad prodigii novitatem populo, nec ejus causam intelligente. Postera die chirothecam Sancti explicuit famulus, repertumque in ea articulum digiti demiratus, ostendit primoribus ipsius castelli, et quanta fuisset Patroni sui demortui sanctitas declaravit. Satis hoc fuit piis hominibus ut collatis ad fabricam eleemosynis nubile templum sub ipsius Sancti nomine conderent, instituerentque Canoniorum Collegium, cujus primus Præpositus esset idem, qui sanctam Reliquiam attulerat, haud ægre sustentandus eleemosynis, propter miraculorum frequentiam ibidem affluentibus.

In Germaniam translato,

16 Hæc si eo modo quo ipsa reddidit Oliverius, etiam scripsit Stephanus, fateamur necesse est, majore eum credulitate quam prudentia fuisse in scribendo versatum: quippe cui ipsum sanctum corpus in promptu habenti, numquam incidit explorare, an reverè eidem deesset digitus, qui dicebatur in Germaniam ablatum, cum interim quotannis, ut infra apparebit, moris fuerit sacrum corpus repurgare a pulvere coram Confalonario et Consulibus, novisque vestibus illud induere. Hæc autem indagandæ veritatis negligentia multo portentosior facta est annis post scriptam a Stephano Vitam viginti quinque, quando receptum fuit, quod sequitur et in Cancellarii Communitatis Eugubinae servatur, testimonium, publica fide signatum hoc tenore. Universis etc. pateat evidenter. Anno Domini mxxlv, die vero v Aprilis pervenere ad civitatem Eugubii venerabiles DD. Joannes Udalricus et Theobaldus Sessus Cantor, Canonici ecclesiæ Collegiatae S. Theobaldi oppidi Tannensis, Basileensis diœcesis, causa, ut asseruerunt, videndi visitandique ecclesiam et sanctissimum corpus S. Ubaldi, affirmantes se [venisse] dumtaxat ad d. effectum, quia in d. oppido reconditur particula digiti, prælibati gloriosissimi Numinis: sub cujus devotione maximum templum constructum apparet, et successive oppidum ob infinita miracula fuit fabricatum, nomine Tannensis (ad quam ecclesiam omnes convicini et etiam de longe infinitæ personæ utriusque sexus confluent, porrigentes ma-

anno 1544 confirmata ab inde venientibus:

nus adjutrices) et meritis seu precibus tanti Numinis, sub reverentia et devotione digiti, gratias immortales obtineri affirmarunt, claudos et cæcos sanando, et etiam mortuos suscitando, et a quibuscumque languoribus liberando. Est autem Tannense oppidum, a pinis vulgo Dann vocatum, ideoque ab Oliverio et Eugenio etiam Pinetum dictum in Sundgovia Alsatia, Basilea distans circiter sex leucis.

17 Fierine potuit, ut his tam certa (quemadmodum videbatur) fide relatis, neminis animam pulsaret pia curiositas, nullo labore explenda, quando iterum denudaretur sacer iste thesaurus? maxime cum ipsius miraculi novitas non modo nihil detrudere deberet æstimationi illius, propter deficientem articulum; sed addere plurimum, propter cultum Sancti tam procul tantaque cum celebritate diffusum? Tandem tamen, post actos a recepto testimonio prædicto annos quinquaginta, factum est aliquid; utque ad perpetuum rei memoriam, vulgatique jam erroris confutationem, manu Marcantonii Timatelli signatum est instrumentum, quod Eugenius ex eodem publicarum scripturarum tabulario transcriptum his verbis exhibet: In Dei nomine. Amen. Anno Domini nostri Jesu Christi mxxciii, Indictione vi, tempore Pontificatus sanctissimi in Christo P. et D. Clementis, divina providentia Papæ VIII, in ecclesia Divi Protectoris nostri Ubaldi, extra civitatem Eugubii. Cum vox quædam emissa diu fuerit, et per aures multorum evolaverit, tam in hac civitate Eugubii quam extra eam, quod Reliquiis seu Corpori beatissimi gloriosissimique Protectoris nostri Ubaldi, quod reconditur in monte ab eodem Divo nuncupato, deficeret digitus unus manus dexteræ. Hinc est quod Perillustres Domini Confalonarius et Consules, translatis ad ecclesiam præfati D. Ubaldi, ad purgandum dictum corpus, juxta consuetudinem vetustissimam eorundem Dominorum, divino Spiritu moti, tam ad majorem dictarum sanctarum Reliquiarum conservationem et purgationem, quam ad majorem dilucidationem veritatis, decreverunt de hac re certiores se reddere. Et ad dictum effectum ea qua decuit reverentia corpore translato in angulo d. ecclesiæ, repositoque super una tabula lignea, cooperta candido linteamine, ad majorem commoditatem hoc pinum (opus exercere debentium: et assistentibus ibidem Perill. D. Annibale de Benis Confalonario, et D. Jo. Francisco de Leonardis, D. Antonio Milli Regis, D. Spera Traversa Consulibus, ac Illustri D. Comite Gabriele de Gabrielibus, et adm. Rev. D. Constantio Parzio; fuit per manus R. D. Dionysii Vicentini Canonici Regularis Lateranensis, sub quorum custodia degit, et per manus R. D. Antonii Mariæ Vespasiani Capellani eorundem Perillstr. DD. Confalonarii et Consulium, omni adhibita diligentia d. Corpus a pulvere mundatum, et ad effectum prædictum fuerunt de ejusdem benedictis manibus extractæ chirothecæ, visaque manus et digiti, qui fuerunt tam a supradictis Dominis ibidem assistentibus, quam a me Notario et Cancellario infra scripto, diligenter inspecti et numerati. Et fuit d. Corpus inventum intactum in cunctis suis partibus, nullo carens digito, articulo, nec alio membro: quin imo, quod mirandum est, adhuc adunt omnes unguis distincti et clari, ac si d. beatissimus Pater adhuc viveret. Et adhuc dnrat nævus unus sub maxilla dextera prope guttur: qui nunc ita dignoscitur, ac si paucis abhinc diebus mortuus esset. Et sic postea aptatum Corpus fuit repositum in loco suo, et gratiæ redditæ Deo Opt. Max. de tanto munere.

18 Quanto hæc operosius solenniusque sunt acta, tanto videntur debuisse efficaciora esse ad penitus abolendam, si qua supererat, opinionem deficientis in sacro corpore articuli: et tamen is quem dixi Carolus Oliverius

anno 1593

E

post examen publice factum,

F

comperta est falsum:

et tamen anno 1616 adhuc credita ab Oliverio.

rius

A rius Vincentinus, anno MDCXVI ad S. Ubaldi Exorcista, adroque solis viginti annis post rem gestam, Perusinis typis vulgavit jam sæpe citatam S. Ubaldi Italianam Vitam, Confalonerio et Consulibus Eugubinis dedicatam, eique cap. 13 inseruit de famulo Theutonico, qua supra ex Stephana ipsomet Lutine reddidi. Adeo difficulter excedunt animis præjudicatæ opinioniones, quas semel communitas aliqua, nehum natio vel religio integra, suscepit ut veras et a majoribus traditas. Quod si forte in ea prudentior quispiam, contrariæ veritatis luce perstrictus, minus pervicaciter agere velit; torquet se tamen partem in omnia, ut cum totum non possit, partem aliquam fictionis teneat. Sic alter Ubaldinæ vitæ scriptor Eugenius, videns nequoquam ferri posse, ut in funere S. Ubaldi factum fuerit quod narratur miraculum, præsumit in successore ac Vitæ scriptore Tebaldo, qui etiam ipse obierit cum opinione sanctitatis, factum id esse. Præsumptioni autem isti favet, quod præfati ex Germania Cnonicæ, ecclesiam suam Collegiatam titulo S. Teobaldi appellant; eoque faciunt manifestum, SS. Ubaldi et Tebaldi ut nomina, sic et personas confundi.

Eugenius putavit posse de successore cum intellegi.

B nesciens a Germanis confundi SS. Ubaldum et Theobaldum

19 Sed nesciunt Eugenius, præter Tebaldum Electum Eugubinum (vix enim ausim Episcopum dicere, qui an fuerit aliquando consecratus nescio) nullo vel apud Eugubios ipsos cultu spectabilem, alium esse S. Theobaldum Eremitam Presbyterum, ut in Commentario prævio dixi, qui colitur xxx Junii: ubi ostendimus, quomodo is etiam alicubi pingatur et colatur ut Episcopus, quia fuit cum avia suæ arunculo, Theobaldo Episcopo Viennensi, vel cum Ubaldo Episcopo Eugubino confusus; alibi simpliciter ut Confessor non Pontifex, pictus in habitu Eremitæ. Hic vero Sanctus, uti ex Vita tunc danda constabit, orinidus territorio Senonensi, castro Pruvino educatus, varieque peregrinatus, demum in Italia prope Vicentiam Venetæ ditionis urbem vixit et obiit, jam Sacerdos ordinatus anno MLXVI. Cujus ossa (ut in Breviario Arabianensi legitur) in Galliam translata, multis in locis venerationem invenerunt, in diocesis scilicet Parisiensi, Remensi, Tullensi, Metensi, Trevirensi, Leodiensi, Aduensi ac Divionensi: per quas Reliquiæ ejus distributæ sunt: quidam etiam Basileensi in Germania? Cultum enim ejus propagatum esse usque Viennam Austriæ demonstramus ad dictam diem xxx Junii; ibidem etiam acturi de variis aliis ejusdem nominis Sanctis, non satis distinctis ab invicem; nihil interim dubitantes, quin ille cujus Venetiis jam inde ab anno MCLXXI extat parochia, per primarum litterarum aphæresim Italiam usitassimam dicti di San Boldo, non Ubaldi Eugubini sit, sed Theobaldi Vicentini.

CAPUT III.

Caroli Oliverii in S. Ubaldi cultu promovendo felix industria.

Lateranensis Lycei auctor Celsus Rosinus lib. 3 agens de Carolo Oliverio, postquam per tria alia Congregationis suæ monasteria eundem deduxit, denique ad Eugubinum S. Ubaldi perveniens, breviter id describit, et ad hujusmodi, inquit, aedes translatus Carolus, concepit ipsis primis diebus devotionem venerationemque illam erga Divum Presulem, qua postmodo tantopere floruit, quaque tutatus et adjutus est ad tot egregia unnia præstanda et absolvenda. Perpetes erant vigiliæ ad sacrum tumulum, juges preces pro vite morumque directione ad majorem Dei gloriam obtinenda. Una cum Sacerdotali dignitate induitur animi fortitudinis atque præstantia in exorcismorum exercitio, cum alioqui delicatiore corporis temperamento a natura factus esset. Hinc paulatim cum præxi exerevit adeo capacitas, spiritus, intelli-

Ad Eugubinum monasterium missus Carolus Oliverius,

gentia, ut ardua penitus ars fiat undique obvia animo, salutem tot languentium anhelanti. Vix credibile est quæ pertulerit, quæ præstiterit, quot laborum myriadas libens volens obviavit, obierit, perditus in ejurationibus et exorcismis, pernox in vigiliis et oratione. Rebellem contumaciam perditissimorum hostium, nequissimorumque spirituum obstinatos conatus obsepibat, retundebat, confringebat, constantia majore et animo plusquam ferreo vel adamantino. Octo decemve horas continuas operi sacro plusquam sæpissime dabat, inter sudores et ærumnosas concertationes, orationibus, lectione, jussionibus, aliisque ex arte urgens adversarium.

21 Ex universo prope dixerim orbe Christiano, certe ex omni undique Italia ad sacra exciti intercessionem Ubaldi, cujus precibus Deus liberationem concedere maxime suevit: et perpauci ac forte nulli sunt, qui non apti incolumes ex integro, aut melius vale habentes retrocedant. Ille vero impense in Sanctum devotus, totasque in illius cultu ac devotione augenda, lapidem omnem movebat, ut Christiana vereque Sacerdotali et Canonica caritate omnibus subveniret. Hinc aquæ, hinc olei speciales benedictiones, hinc ex lampade ante sacrum corpus ardente perenniter alterius olei distributi mirabiles effectus et gratiæ, juxta exigentium pietatem ac devotionem. Atque ideo post annos aliquot notus ita factus est, ut in admirationem tot laborum inque amorem laborantis et in præcipuam existimationem confluerent catervatim populi. Ubique vocatus, ubique permeabat. Qui enim ligaturis, facturis, incantationibus, fascinationibus, maleficiis tenebantur, nec tamen Eugubium petere ex aliqua ratione valebant, præsentissimam opem in eo adinveniebant. Umbrorum Picenorumque imprimis oram omnem lastrabat postulatus, Insubres ipsos aliquando comprecatores habuit, et in eis Proceres ac Regulos, quorum et nos humiles epistolæ efficacioraque officia aliquando novimus, quibus tamen ille parum accommodavit operæ, aliter forte intus movente aliterque disponente Deo. Quare ab his similibusque aliis inculpatæ vitæ morumque integritatis [experimentis] moti Eugubienses, illam ex Senatus-consulto Civem Patriciumque elegerunt et creverunt, omnique Civitatis jure liberaliter ac ultronee donarunt. Quin et Congregatio, in tot bonorum operum præmium, promovente maxime et procurante Seraphino Merlino et Hieronymo Onophrio Definitoribus, ipsum ejus monasterii Præpositura decoravit, alacriter ferentibus Provincie Patribus, notam virtutem adhuc in externo homine munerari, etsi id esset absque exemplo, si præsentem gubernationis formam in Religione invecam attendamus.

D EX ITAL. et in officio exorcistæ assiduus,

E

atque industrius,

civitate donatur ac Pralatura:

F

22 Ab collatis Prælaturæ insignibus sibi auctos sensit stimulos ad æmulanda adhuc meliora charismata, atque incitatus currendum stadium incliti operis. Ea propter nihil remittens assueti instituti, alliciebat conciliabatque, qua Sacramentorum administratione, qua familiaribus piisque allocutionibus ac salutaribus monitis et cohortatione, quotquot devotio et pietas socios dabat miseris ab diabolica rabie vexatis. Elisabellam Brancaleonam de Ansideis, lectissimam feminam et Perusinarum matronarum decus, præcipuam sacri templi canonicæque adjutricem imprimis habuit, beneficiorum collatorum nomine præ ceteris commendatam. Hujus in Deum inque D. Ubaldum pietas eximia singularisque devotio, externo signorum testimonio comprobata, æternum posteris cordi esse debet ad preces ex animi gratitudine rependendas. Hæc filium, flore ætatis conspicuum et virtutibus viro patricio dignis inclitum, sed maleficio exitiose vexatum, comitata; cum ita disponente Deo, illum ibi ad meliorem vitam evocatum

ab Elisabella Brancaleona adjutus

EX ITAL.
edit vitam
et miracula
S. Ubaldi,

A tumulavit; id concepit in D. Ubaldum pietatis inque Carolum animi propensi, ut et per annos plures ad sacram ædem se dederit peregrinam, et sequestrem in pias exercitationes ac meditationes, sacrariumque pretiosa suppellectile ditavit, domumque amplam hospitalem Perusii Patribus apertam jussit. Hujus adjutrice manu animatus Carolus, sanctissimi Ubaldi vitam ac miracula, et Baculum dæmonum, composita evulgavit. Qua in se satis liquido constitit, caritatem operari omnia. Siquidem vir bonus et innocens non ea litterarum suppellectile instructus erat, e qua promi posse tale quidpiam crederetur, cum vix superficialiter libasset aliquid doctrinarum Philosophicarum, cetera vero pertasus, tamquam infantia et arida spiritui, reliquisset.

ita gratias ab
eo receptas,

23 *Hactenus de Carolo Rosinus: qui deinde in enumeratione scriptorum ejus, post librum de Vita et Miraculis D. Ubaldi, ad Vexilliferum et Consules Eugubinos anno MDCXXIII recusum Eugubii apud Marcum Antonium de Triangolis; addit Gratias ab eodem D. Ubaldum illius intercessionem supplicantibus factas, libro uno, ad Alexandrum de Monte Episcopum Eugubinum, qui, mortuo fortassis jam tum Carolo, Romæ decessit anno MDCXXVIII XVIII Julii, quatuor mensibus post editam Romæ, typis Pauli Massotti, alteram Italicam Vitam a Michaeli Angelo Eugenio Eugubino, et dedicatam Francisco Maria, hujus nominis secundo, Urbmatium Doct. sexto et ultimo: qui Eugenius, præter alias nobis notos et supra nominatos auctores, laudat Vitam S. Ubaldi, editam a D. Comite Francisco Falucco prosa, et Joanne Andrea Palatio verso Latino, aliamque MS. a Fr. Francisco Vandini Eugubino, atque ex omnibus collecta miracula, ordine satis commode per decem et octo Capita digerit, postquam antiquiora miracula in Actis relata num. 22 strictim, ut referuntur, percurrisset in ipsa Vita cap. 24. Cujus ordinem sequentes, quando alia quæ optarem antiquiora scripta et edita miracula non submittantur, Latine loquentem ex Italico Eugenio inducimus, incipiendo a libri pagina 98, cap. 2.*

quod etiam
facit Michael
Angelus Eug-
genius

CAPUT IV.

Varia variis beneficia præstita præsertim energumenis liberatis.

Sacerdos
impurus ne-
quit manere
sanctum
Corpus.

C Moris erat ut pridie festi S. Ubaldi, corpus ejus, per omnia sua membra flexile, demptis veteribus indumentis, vestiretur novis. Id cum aliquando facturi essent Presbyteri, quibus ante inductos, Canonicos Regulares cura ea commissa erat, atque eum in finem alterum brachiorum sublevare vellent, rigidum illud omnino invenerunt. Attonitis ad hæc singulis, unus eorum, qui actioni huic dabant operam, conscius sibi delicti alicujus, quo corpus animamque inquinans, amiserat puritatem ejusmodi ministerio congruam, abiit e loca: et mox aliis tractabile corpus fuit. Modus autem iste exolevit, postquam id agendo quadam vice læsum nonnihil est latus dexterum: ex illo enim tempore immota perseverat, quam tunc induxerunt sacro corpori, ex subtilissima sindone cerata vestis, totum cooperiens præter faciem, manus atque pedes: nec aliud annue jam mutatur, quam planeta et mitra cum flore qui ori inseritur, et xylino quod gutturi superponitur, et ad multas infirmitates curandas utiliter postea adhibetur. Ita Stephanus Cremonensis.

Resuscitatur
parvula lapsa

25 Parentina mulier, inquit Stephanus (Placentinam facit D. Carolus) cui nomen D. Palma Mag. Antonii, filiarum duarum grandiusculæ uniminculam alteram servandam commiserat: quarum ista sororeulam ulnis sublevans, adeo infeliciter rem aggressa est, ut verso retro capite lapsa pumila in

saxum impegit subitoque obierit. Superveniens casui tam funesto mater, Sanctum invocavit Ubaldum: et mox moveri cœpit quæ videbatur extincta, ac sana apparuit. Alia mater cubitum concedens, tam parum provide infantem filiolum sibi collocarat ad latus, ut dormiens eum opprimeret, evigilansque omnino mortuum et toto corpore lividum invenerit: qui tamen, teste D. Stephano, ad votum afflictæ matris vitam vigoremque recuperavit.

26 Anno MDCXXVII Foroliviensis quædam mulier Assisium ducebat filiam energumenam: quæ cum Eugubio transiens uno solum milliari abes-et ab ecclesia S. Ubaldi, obvium habuit quemdam in habitu Franciscano, interrogantem quo filiam duceret. Cumque respondisset, Assisium; respondit ille, Assisii non liberantur energumeni: ducito eam ad S. Ubaldum, ibi liberabitur: ostensaque digito via, disparuit. Obedivit illa, et mox ut ingressa ecclesiam est, puellam vidit liberatam: nec dubitavit, ut scribunt Stephanus Carolusque, quin ipse S. Franciscus apparuerit, atque honorem istum S. Ubaldum cesserit. Idem referunt Nurcice fuisse sanctimoniam, quam dæmones tres insidentes adeo crudeliter vexabant, ut aliquando raptam in aera ad triginta et plures cubitos præcipitarent, aliquando etiam immitterent in fontem monasterii submergendam. Ad varia Sanctorum loca frustra eam conducebant propinqui sui, cum denique de S. Ubaldum perlata ad eos fama est. Ad hunc ducendos se cum intelli- rent dæmones, nequidquam obnixi, quod dicerent eo nullum majorem hostem se habere, nihil aliud profecerunt, quam ut certos ire magis obfirmarent in proposito; cujus hic successus fuit, ut prius quam finibus Nurciensibus exirent, liberatam se misella senserit: perducta tamen est ad S. Ubaldum, ubi plene constitit de ejus liberatione, postquam applicata essent omnia, per quæ solet peti certitudo.

27 Filius cujusdam nobilis matronæ de Montone, oppido versus Tifernum sito, stomacho et pectore male habebat opera dæmonis insidentis, et liberatus fuit: sicut et a putidis ulceribus eorundem operatione inveteratis Joannes Antonius, inquilinus territorii Cantianensis sub Eugubina civitatis potestate; idque anno MDCXIX. Ex ipso Cantianensi oppido nata Paula, plerumque furere videbatur, insessa a ter mille dæmonibus: qui adhibitis sub invocatione S. Ubaldi exorcismis excesserunt omnes, excepto uno, quem ad exercendam mulieris virtutem relin- qui placuit Domino unicum quidem solum ferebat Marina Martini de S. Juliana comitatus Perusini: sed nec Romæ quidem potuerat liberari: liberata autem est ad S. Ubaldum. Simili hospite liberata est Primavera ex Burgo sancti Sepulcri, votum Deo ac Sancto nuncupans. Pasqualinus ex Comitatu Eugubino adductus est ut exorcizaretur, itaque dimitteretur a doloribus toto corpore tantis, ut nec leviter quidem tangi se pateretur; exorcizatus autem, intra unum diem liber fuit. Indidem natus Stephanus, a pari totius corporis cruciatu et scrofulis sanatus est. Impudica mulier, incurabilis canceri coxam exedentis cruciatu compuncta ad pœnitentiam prioris vitæ, mox atque adducta fuit ad S. Ubaldum, cognovit mali causam esse dæmones, quibus tradita erat; iisque expulsis mox sana apparuit.

28 Tredecim millia dæmoniorum pati dicebatur energumena quædam Eugubina, cum dolore capitis tam acerbo, ut quovis die minimum ternas defectiones pateretur, mortuæ simillima, donec intercessionem S. Ubaldi mundata fuit. Anno MDCXIX quinque anni fluxerant, quod frustra medicos fatigaverat mulier Perusina, ignota cuactis infirmitate laborans: sed cum esset ad S. Ubaldum adducta et exorcizata, unus ex

D
et infans a
matre dor-
miente op-
pressus,

liberatur
energumena
Assisium
destinata,

E
et monacha
Nurciensis.

Sanantur
inducti a
dæmone ob-
sidente morbis
varis.

F

Alia item
ignota pas-
siones ex si-
mili causa

A ex quinque diabolis eam obsidentibus clamare cœpit, Cæsi sumus, cæsi sumus : et intra horam omnes excesserunt. Eodem adducta novennis puella, tamquam energumena, a pluribus spiritibus, post exorcismos admotos, dimissa est, uno solo remanente, qui identidem a collo ad pectus sursum ac deorsum commensans adjurantium se Sacerdotum operam ludere videbatur. Unus ergo eorum suspicatus occultum in puella latere peccatum, interrogavit parentes ejus, eoque deprehenso confessam sacramentaliter liberam dimisit. Sed cum ad idem peccatum revertisset misella, reversus ad illam etiam dæmon est : qui cum fuisset iterum simili modo ejectus, serio monita parvula est cautius ut ageret, itaque dimissa. Simili impedimento deprehensus est teneri Sanctes Andreae ne quidquam proficerent exorcismi : cum autem gravissimum quod gerebat delictum confessione facta expiasset, subito immunem se sensit ab ignota trium annorum infirmitate, propter quam accesserat ad S. Ubaldum, alia omnia remedia frustra expertus. Sic et civis quidam Eugubinus, solitus ad biduum triduumve in furias agi, deprehensus est ideo dæmonibus traditus, quia enormia quædam crimina occultabat : mox autem atque menti suæ redditus, ea est confessus, sana deinceps mente permansit.

B 29 Bernardinus Bassettus de Caresto, Eugubini territorii castro, quinque mensibus infirmus ita manebat ut nec cibum, nec potum, nec somnum vel quietem capere ullam posset : persuasus autem a D. Stephano, eodem qui hoc et prægressa ac plura sequentia scripsit, ut ad S. Ubaldum transferri se curaret exorcizandum, consilio paruit : et manifestata mali causa, pulsus cito dæmonibus, omnia deinceps facere potuit, quæ sustentandæ naturæ sunt necessaria. Ibidem exorcismis sacris procurata Oliva de Villa nova, patefactis dæmonibus intra horam est liberata, et simul doloribus, quos toto corpore passa incruabiles erat, jam ab annis decem. Idem, iisdem Stephano et Carolo testibus, Joanninae Bettonæ contigit. De Elisabetha Andreae ex oppido S. Constantii diœcesis Urbinatis dicitur, quod quater centenis millibus diabolorum insessa, et ad S. Ubaldum adducta, intra quadriduum fuerit liberata. Ibidem post exorcismos consuetos et copiosi sanguinis vomitum similibus hospitibus liberatus fuit Gratiotus de familia Castalda, contractus membra, nec remedio ullo eatenus curabilis. Tribus quoque millibus dæmoniorum insessa credebatur Elisabetha Rosati tribus continuis mensibus, exorcizataque ut est, subito liberam sese experta fuit. Matriona quædam Perusina, domo nobilis, ex voto adduxit obsessam filiam : et moræ impatiens non poterat consistere intra ecclesiam. Cum tamen tertium rediret, ipso articulo temporis, quo Sacerdos ad aram Gloria in excelsis intonabat ; cœpit ex ore puellæ clamare dæmon, Cæsi sumus : et adhibito mox exorcismo recessit, liberam puellam relinquens. At vero ut a septem spiritibus principalibus, multos jam annos Sanctimoniam quamdam Venetam occupantibus, hæc liberaretur, duodecim dierum adjurationibus opus fuit.

C 30 Joannes Christophorus, filius Mag. Joannis Antonii Tinti, peregrino plane morbo teneri visus, diligentiam et industriam medicorum pluribus exercebat annis fructu nullo ; cum identidem, nulla apparente ex causa, verteretur in fugam, ac deinde conideret medio in cursu, similis mortuo. Tandem suspicantibus id quod erat amicis, deductus ad S. Ubaldum, liberatus fuit decimo quinto die. Ipso liberationis articulo prandium sumebat pater Cremonæ (an Cremonensis ipsi tacent scriptores) sensitque portam pulsari a paupere, Dei ac S. Ubaldi nomine eleemosynam poscente. Huic cum panem jussisset

dari, mox recordatus filii ad S. Ubaldum ducti, voluit eundem pauperem habere convivam : sed a redeuntibus ad portam requisitus, ita nusquam apparuit, ut postea comperta liberatione herilis filii, eodem peracta tempore, non dubitaverint, quin ipse Sanctus voluerit, hoc esse signum beneficii, tunc familiæ isti a se collati. Puella quædam Parmensis, quam esse energumenam constabat, post votum a patre suo nuncupatum S. Ubaldo statim libera apparuit. Francisca vero Bernardini dalla Cerasa ex Mondavia, pluribus insessa dæmoniis, opus habuit ad curationem diebus quindecim.

D 31 Mulier, cujus nomen subticuit D. Stephanus, ut rem totam distinctius liberiusque narraret, annis multis obnoxia fuerat tribus dæmoniis, quorum immunditiis ægre resistebat : sed erat perquam devota Deiparæ, quam sabbatino jejunio solebat honorare, præter stata jejunii quadragesimalis et adventualis tempora, et hanc ob causam impediabantur dæmones eam occidere, quemadmodum facere nitebantur. Hoc in statu peccatricem animam miserata Mater misericordiæ, eidem omni nocte apparebat, dicens : Vade, filia, ad S. Ubaldum, et confitère Patribus peccatum istud, quod nosti præ verecundia nunquam a te explicatum fuisse. Appropinquante autem Paschate addebat eadem : Quæso, filia, noli cum tanta spurcitie recipere corpus filii mei, magis enim expediret tibi sic pollutæ ferrum ignitum ore accipere. His mota illa ad ecclesiam S. Ubaldi accessit, confessaque est quidem, sed non integre. Desiit ergo ad mensem integrum apparere ei indignata Deipara : quia tamen devotum jejunium continuabat mulier, rursum ei apparuit, reprehendens ipsam de non integre facta confessione, et addens : Scito, filia, quod nisi ego et S. Ubaldus te servaremus, jam pridem fuisses a dæmonibus suffocata. Hoc vero ut cognosceret certius, accidit ut occasione lavandæ suppellectilis lineæ vehementer impelleretur a dæmonibus, ut filiolum suum quemdam injiceret caldariæ bullientis lixivii : sed simul audiebat ad aurem loquentis sibi Deiparæ vocem, atque a tanto scelere absterrentis tam efficaciter, ut denique portari se ad S. Ubaldum jusserit, riteque confessa plene fuerit liberata.

F 32 Anno mdcxvi mense Majo multus advenit energumenorum numerus, ex quibus brevi ad viginti duos mundati fuerunt. Quin et in ipso ad ecclesiam S. Ubaldi itinere liberatam se sensit Andrea de Frontone, territorii Eugubini loco, postquam conterrita spectris vocibusque horrendis Sancto se commendasset. Judicatum est tamen adhibendos ei exorcismos, ne forte dæmon se occultasset ad tempus : et certam esse illius liberationem constitit. Martius Govidone Fulginas, diu alium nullum capiebat cibum, Sacerdotum manibus porrectum : sed ad S. Ubaldi sepulcrum cito fuit ab ignota qua tenebatur infirmitate liberatus. Simile quid accidit cuidam annorum tredecim adolescentulo, multum fatigato : et Livio Eugubino Sancti patrociniū invocanti. Ferocius multo agitabatur decennis puer alius, Christophorus nuncupatus : quem homines plures valentes cohibere nequibant, quo minus elapsus e manibus discerperet sibi vestes, nudus per plateas discursaret, terram ibi in sepulcrum effoderet, obvios quosque correptis armis terreret, seque præcipitare niteretur, aut in luto instar porci volutare. Sed ad S. Ubaldi sepulcrum vim passi dæmones, egredi tandem compulsi sunt. Visum a dæmonibus sublatum, applicitis sub invocatione S. Ubaldi adjurationibus, recepit D. Petrus Perusinus : simili modo Cassandra Fabrianensis adjuta fuit, ut ne ultra a dæmoniis impediretur Sacrum Missæ sacrificium audire, peccata fateri, Christi corpus suscipere.

D
EX ITAL.

et Deipara
devotam sibi
peccatricem,

E

ad integre
constendum
inducit,

quæ deinde
apud S. Ubal-
dum libera-
tur.

An. 1596
alii plures
liberati,

F

et puella
novennis,

ac viri duo
non rite
confessi.

Item ener-
gumeni alii,

Occasione
hujusmodi
obsessionis,

Sanctus in
forma paupe-
ris eleemosy-
nam petiisse
visus est,

A 33 Claudat hoc argumentum Illustriss. D. Lucretia Bufalini, quæ non contenta scriptis a Comite Frederico Falcuccio, voluit distinctius a me explicari factam sibi gratiam. Suo ergo ore narravit mihi, quodcum experientiorum exorcismorum causa ad S. Ubaldi subsisteret, die quadam inobservata omnibus descendit de cubiculo, et pedibus versus civitatem perrexit per montis declivium ad eum fontem, qui sub appellatione S. Ubaldi modicus ibi scaturit. Tum pedes denudans et aquam ingressa, maximum refrigerium solatiumque non minimum sentiens, crassam quamdam materiam instar fungi evomuit. Interim supervenere domestici, clam digressam requirentes, reduxeruntque ad S. Ubaldum, ubi adhibitis mox exorcismis patuit multo levius agra esse. Non tamen his fuit plene liberata, sed in vigilia gloriosissimi istius Sancti anno MDCXVI ante sacram arcam constituta, ut sibi et puellis aliquot suis, eodem laborantibus incommodo, medelam impetraret, consecuta est integrum suæ orationis effectum. Narrat autem quod tempore adjurationum sibi adhibitarum, toties levius semper habuerit, quoties ungebatur oleo de ardente ante sacrum corpus lampade sumpto, semper enim ad vomitum mota nescio quale atramentum emittebat ex ore. Cumque eadem ex causa aliquando puellarum unam misisset, prædictum oleum a Sacrista accepturam in lance ad id parata; ivit illa redivitque ad Dominam suam, cum oleo: sed mox ut coram adstitit, elapsa de manibus scutella est, et inversa in terram venit. Saxeum erat pavementum, scutella figlina, fluidum oleum: et tamen non solum illa rupta non est, sed nec dispersum oleum; quod sublatum a terra mox usum sui liquoris præstitit, nihil differentem ab eo quem naturaliter habet.

CAPUT V.

Gravissimis vitæ periculis eruti et a variis morbis curati, invocato S. Ubaldo.

Marinus Mariotti Rosellini, de Pilonico juris Perusini castro, cum esset captivus, tertio per gulam suspensus fuit, totidemque vicibus liberatus a morte, invocato D. Ubaldi auxilio: ac denique solutus a vinculis, liberatori suo in testimonium attulit stantunculum cereum. Agnellus Brugnori, ex oppido Cornabeti Eugubinae diocesis, labi videns quam succidebat arborem, effugere ruinam sibi imminentem voluit nec potuit, ejusque ramos excepit inter tibias suas; sed offensus non est, eo quod S. Ubaldum in ipso discriminis articulo invocarat. Joannes Herculanus Eugubinus, terram sub arbore quadam culturæ causa excavans, rupta facilius quam credebat arboris illius radice, dum lapsum declinaturus corpus impetu retro agit, decidit ex monte S. Ubaldini, ubi res agebatur, in præcipitium: sed invocans Sanctum teneri sibi pedem unum sensit, itaque periculum extremum evasit; quod alteri nemini potuit acceptum referre, nemine circa apparente, quam S. Ubaldo quem cadens invocaverat. Simili modo Joannes Marchellus, pellio Eugubinus, dum operis sui causa esset in torrente ad montis pedem fluente, subito ex copia pridianarum pluviarum collectus ingens aquæ vortex de supernis affluit: contra quem frustra sibi in aliqua montis rupe prominenti refugium quæsit. Nam cum hac ipsa raptus impetu furentis elementi, periclitabatur de vita, donec S. Ubaldum invocans senem conspexit, qui per capillos arreptum in ripa salvum stitit.

35 Anno MDCXIV mulier quædam Cæsena, lavandis pannis, aquam caldariae posuerat supra ignem, et in eadem jam bullientem casu lapsus est parvulus

ejus filius: cui cum succurrere melius non posset, invocavit Sanctum, et ad caldariam accedens foras eum extraxit usquequaque illæsum. In quadam concursione militari, teli ferrum humero miles exceperat ita alte infixum, ut telum illud nulla arte extrahere valerent chirurgi: sed quod illi nequibant, propria ipse manu fecit, mox ut Sancto se commendavit facto voto. Sebastianus Boldrini, de Serra S. Abundii in territorio Eugubino, noctu deprehensus domi suæ a quodam suo inimico, cui satelliti Perulani Præfectus adjutor venerat; nesciens qua parte eorum evaderet manus, per caminum domus subiiit versus tectum: et invocato Sancto, sensit se capillis attractum educi per angustias illas, itaque evasit. Mulier quædam, Simona Eugubina nomine, dum Mariotto Oste famulans aquam de puteo esset haustura, rupto quod rotulam sustinebat ferro, diducis funis collum ejus implicuit: et quia gravis ac longus erat, implicitam secum trahebat in puteum. Sed assistens ibi quidam vestem cadentis apprehendit, retentamque interrogans quomodo haberet, audivit quod illa vitam salvam acceptam referret Deiparæ virgini sanctoque Ubaldo, quibus se commendaverat, quique visi fuerant manum mento supposuisse. Sed hoc dicto obmutuit, mutaque mansit diebus viginti quatuor. Interim transire illac contigit D. Stephanum qui hæc scripsit, auditoque casu per consuetos exorcismos a dæmone extorsit confessionem facti, quod scilicet ipse ferrum rupisset, ut misellam deturbaret in altissimum istum puteum: quodque jam exire compelleretur per merita S. Ubaldi.

36 Penon Lombardus Perusii susceperat puteum vacuandum, et in eundem minus provide introspicens corruerat: sed damno nullo, quia cadens voverat se S. Ubaldo. Idem ibidem fabrilis intendens operi, ruentem supra se maceriam exceperat; cumque de sepeliendo cadavere solliciti socii rudera amoliantur, quibus contritum esse totum non dubitabant, præter omnium spem eduxerunt vivum atque incolumem. Idem denique Fabriani, in quadam seditione militari captus, cum pecuniam poscenti militi dare nullam in lytrum posset, jussus est caput amputandum præbere: quod ille sic faciens ut simul S. Ubaldo se commendaret, occulta vi impeditum se sensit miles furiosus, rogavitque quem demum ille Sanctum in suam advocasset tutelam; intelligens vero quod S. Ubaldum, Eugubii patronum; non modo a noxa inferenda abstinuit, sed manu arreptum eduxit in agrum, ne quid simile forsitan alius quispiam in eum tentaret.

37 Bernardinus Mengacci civis Eugubinus, cum suis mercibus alio commeans, incidit in latrones duos: quorum alter arreptum allisumque in terram jam fecerat desperare de vita, nisi, eo S. Ubaldum invocante, alius latro socium hostiliter aggressus sic implicuisset luctando, ut interim Bernardino spatium relictum fuerit fugiendi. Nihilo levius periculum evasit Ferrariensis quidam miles, insequentibus eum plus quam quinquaginta equitibus levis armaturæ. Cum enim ad ripam Padi sistere fugam cogere, desiliit ex equo, seque metu et armis gravem sub invocatione nominis Ubaldini comisit natatum; et rapidum illum spatiosumque fluvium permeans, feliciter adversam ripam tenuit, hostibus spe sua frustratis. Anno MDCXXXIV Bernardinus d'Agelle Tifernas, graviter vexatus a dæmoniis, bis ab iis in profundum puteum, semel in vallem Ubaldino monti subjectam est præcipitatus: semper tamen sine noxa, quia (sicuti reducentibus se consanguineis narrabat) opem tulerant periclitanti sauctissima Virgo Pontifexque Ubaldus. Denique vita servata est puero, in bullientem caldariam lapsus; Canonico

EX ITAL.
atque in his
matrona
illustris

virtutem
etiam exper-
ta olei de
lampade
sumpti.

Servati, unus
ter suspensus,

alii sub ruina
arboris,

in præcipitio,

et torrente
periclitantes,

puer in cal-
dariam lapsus,

D
telum inf-
ixum gerens,

occidendus
ab inimico,

præcipitanda
in puteum,

E

vir quidam
ex periculo
triplici,

F

lapsus in
latrones,

alius solus
in hostes 50

et alii varie
periclitati.

A nonico ecclesie Ubaldinae, multa nive suffocande; fabro cœmentario, sub muri ruinis deprehense; alteri ab ingenti queren oppresso; attestantibus omnia prædicta Stephano et Carolo, miraculorum Ubaldinorum scriptoribus, quorum etiam sunt sequentes curationes.

curati caeci
ac muti,

38 Bartholomœa del Franchetto Eugubina, novem annis visu privata, eundem voto facto ad S. Ubaldum recuperavit. Lullus ex comitatu Perusino sex filios habebat cæcos mutos ac surdos, quibus omnibus simili voto sensuum usum impetravit. Lucas de Schieggia, castelle juris Eugubini, a mensibus quinque mutus, cum ad S. Ubaldum venisset, intra horæ spatium recuperavit loquelam: sed reversus in domum suam, iterum eadem caruit, idque eunti et redeunti usque ad sextam vicem contigit: tunc enim ardentiori affectu S. Ubaldum exoravit, ut a maligni hostis potestate absolveretur, non loquendi tantum sed etiam excreandi facultatem impellentis, ut hominem suffocaret: et quod petiit impetravit, liber deinceps ab omni molestia. Mulier Tiferensis, decem diebus muta: et Hieronymus Philippi de Brufa et alia mulier de Crociocchio, quæ sunt gemina Perusini comitatus castella, invocato S. Ubaldo similiter loquelam receperunt. Denique Octavius Marchini, scolopetarius Romæ vicinus, ecclesie Canonicorum Regularium a Pace cognominatæ, ad solum contactum ebirothecæ unius, quæ S. Ubaldi fuerat, visum, loquelam et sanitatem recuperavit.

B

item claudi

39 Narrat D. Stephanus, quod anno MOCIX Eugubio Parmam proficiscens, circa Cantianum occurrit eidam Joanni Antonio misere claudicanti, qui cum de malo suo interrogatus quale esset, a medicis formicam appellari dixisset; Non ita est, inquit Pater, sed dæmones te affligunt, vade ad S. Ubaldum, et sanaberis. Ita uterque in viam suam abiit. Bienio autem post, cum Stephanus Eugubium rediisset, advenit eodem diebus Joannes Antonius, exorcismos expetens: quibus mechatis, ab octodecim plagis quæ patebant in ejus crure tantus emanavit fœtor, ut quamvis ea de causa ad liberiores aëres prodiiisset cum energumeno suo exorcista, nequiret tamen sacras adjurationes præ nausea percurrere, nisi eversis in aliam partem humeris: interim vero gravius quam antea patiebatur infirmus, qui tamen intra mensem unum absque alio medicamine convalevit ibi meritis S. Ubaldi. Eodem anno in festo S. Joannis Bapt. ex Marchia Anconitana advenit claudus alius, qui absque adjutorio nequibat ambulare: nec diu in ecclesia mansit Sanctum invocans, quin impetravit speratum beneficium. Similiter Perusinus quidam, volaticis cruciatus grandes in uno brachiorum patiens, post exorcismos orans in ecclesia, quantum uni Missæ audiendæ sufficeret, plane consumatus fuit. Matrona quoque Perusina, dolore capitis tremoreque et palpitatione cordis ac stomacho laborabat, ita ut nullam corporis sui partem tangi pateretur absque gravi molestia, cui curandæ sexennio integrè nihil non adhiberat medicaminis: sed adhibitis exorcismis intra horæ spatium tota convalevit: sicut et alia ejus civis, quæ simili laborans malo, et intelligens quid alteri accidisset, eundem experta est medicum, et idem reperit beneficium.

et capite ac
stomacho
dolentes,

C

40 Anastasia de Firminiano, Urbinatis territorii castro, præter cordis stomachique dolores tantum frigus patiebatur in pedibus, ut conglaciati videntur. Hæc mox ac venit ad S. Ubaldum statim liberata est duplici priori malo: sed quindecim diebus opus habuit ut liberaretur a dæmoniis pedes insidentibus, qui vix demum multo cum labore expulsi cesserunt cumque stridoribus horrendis. Simile in simili casu beneficium obtigit vigesimo deprecatio-

herniosi,

nis die Bernardinae Joannis qu. Laurentii de S. Angelo Urbinatis diœcesis. Puer quidam Eugubii, grandi laborans hernia, anxiam habebat matrem: quæ vespere quodam cubitum eum componens, conversa ad S. Ubaldi ecclesiam, petiit ut filio suo succurreret. Eadem vero nocte apparuit Sanctus, jubens ut parvulum portaret ad suum sepulcrum: quod illa postero mane factura, sanatum reperit: ivit tamen quo justa erat, ut gratiam puero factam gratulabunda enarraret, et elemosynam suæ tenuitati competentem pro eodem offerret. Eodem incommodo liberatos se ad invocationem Sancti sunt professi Joannes Benedictus Manfredini, et Barnabaus Pasquini de Gezolo.

EX ITAL.

41 Fr. Silvester de Callio Ordinis S. Mariæ de Scopeto, in canonica S. Secundi Eugubini graviter infirmatus, S. Ubaldum invocavit: qui eodem nocte ipsi apparens, Quia tam ferventer, inquit, invocas me, ecce me præsentem, quid vis ut faciam tibi? Visus est ille sibi exilisse de lecto, ac genibus flexis petiisse sanitatem: tumque ipsius Sancti manu duci per monasterium, sigillatimque ad refectorium, ubi esuriam cœnulam degustaverit, pruna et uvas, reductusque ad lectum in eo postera die sanum se invenerit: quare primo mane ad S. Ubaldum venit, ibique votivo sacrificio debitas pro sanitate recuperata gratiarum reddidit actiones. Mariottus Antonii Cellini de Castano, Assisiensis diœcesis, quartanis febribus adductus ad mortem, monitusque ab adstantibus ut ad Ubaldum converteretur, quod ore non poterat fecit affectu: statimque apparuit ei Sanctus, dixitque debere eum subvenire mulieri cuidam valde egenti, atque disparuit. Eodem tempore recepit linguæ usum infirmus, jussamque advocari mulierem, quæ Blasina nuncupabatur, interrogavit de suarum rerum statu: quam vere egentem comperiens, pro modulo suo juvit, statimque convalevit. Pisauriensis etiam civis, cui multi de sua familia obierant, et jam uxor filiusque graviter ægrotabant, in notitiam S. Ubaldi adductis a circumstantibus, ipsi commendavit se suosque, et omnes mox convalescerunt.

graviter infirmi
apparente
eis Sancto,

E

42 Maria Altimaris de Caorle, et Magdalena Gasparini Urbinas a capitis, cordis et stomachi doloribus meruerunt liberari per S. Ubaldum. Gravius periclitabatur Elisabetha Mariani Ser-Jacobi-Antonii Eugubini, phrenetica et a duodecim diebus nullo cibo refecta, unde deposita a medicis, dicebatur postridie moritura: sed ad ecclesiam S. Ubaldi delata et exorcismis procurata, convalevit. Toto corpore cruciatur, quandoque etiam de statu mentis dejiciebatur Petrus Baptistæ ex comitatu Fulginate: sed ad S. Ubaldum accedens, et exorcismos super se fieri petens, pulsus dæmonibus liber rediit. Blasia de Lorenzo male effectum caput applicans reverenter arce illi, in qua jacet sacrum S. Ubaldi corpus, dolorem a se repulit. Intra horam etiam, qua ibidem fuit Marinus Angelus de Camerino liberatus est a phrenesi sæpius recurrere solita: quod et Paulo de Sanctis Eugubino accidit: et rusticus quidam Insulæ Costacciarum solutus fuit atrocissimo cruciaturu brachii: et nobilis cujusdam Perusinae filia, a cingulo ad pedes contracta, corporis accepit rectitudinem. Alia nobilis Cremonensis, melancholico humore prægravata, mente debilis et phrenetica apparebat: voto autem ad S. Ubaldum facto a consanguineis, exorcizata fuit, magnoque molimine expulsi dæmones liberam dimiserunt. Plurimi etiam epilepsia laborantes, ejusdem meritis curati sunt: ex quibus nominantur Marcus Ferrarii Parmensis, et Aloysius de Quintavalle Comitatus Eugubini.

item phreneticæ.

I.

43 Scrophulas patiebatur cum dolore totius corporis

EX ITAL
varie aggro-
tantes,

A poris Sebastianus, ex eodem Eugubino Comitatu; sed ad S. Ubaldi ecclesiam veniens fuit intra diem sanatus. Sic et Franciscus Fanensis convaleuit ab ischiade, et ab acerbissima febre Clara, filia D. Antonii Marioni Eugubini. Francisca autem Fabrianiensis gravem excussit melancholiam, super lectum S. Ubaldi incumbens. Angela Sutriensis facto voto visitandi corporis sancti, quo tempore passim dysenteria vulgabatur, immunis a publica lue evasit: et matrona quaedam professa est, quod attactu coronae precatoriae, quae sacro corpori admota fuerat, liberata sit a saevissimo dolore aurium: Franciscus autem Simonis Perusinus a febre tertiana; ac denique matrona nobilis Perusina a gravi daemonum infestatione; sicut narrant saepius nominati Domini Stephanus et Carolus.

orphana in
fossam a
tulore in-
jecta,

44 Sub Pontificatu Alexandri VI puella decennis, magnarum facultatum haeres, orphana fuerat derelicta sub tutela cujusdam sui cognati germani: qui occasionem hanc suam esse ratus, ad ingentes opes levi periculo comparandas, eductam ad vineas innocentulam, eo loco ubi subterranea via antiquitus ducta variis per intervalla patebat spiraculis, in eorum unum praecipitavit, jacto desuper grandi saxo, quo opprimeretur. Ad lapidis cadentis strepitum excitata illa, sanctum invocavit Ubaldum ac deinceps vocem compressit nihil laesa: viditque accedentem ad se grandævum senem, cujus solius praesentia abigebantur serpentes aliaque animalia venenata, ad ipsam appropinquantia: atque ita totis novem diebus ibi mansit, nullo utens cibo. Interim contigit venatores Dominae Ducissae Urbinatis Elisabetae illac transire, et audire voces lamentantis puellae: qui ad spiraculi ostium accedentes, atque ex puella quod factum fuerat intelligentes, Dominae suae retulerunt rem totam: haec vero mox certos homines misit, qui misellam educent. Ergo qui missi erant, utrique extremitati funis, ad id parati, aptaverunt par equestrium stapedum, dimiseruntque in cryptam, eo modo ut positis intra stapedes pedibus, manibus funem apprehendens, haud difficulter extrahi posset. Sed longo extenuata jejunio debilior erat, quam ut ipsa se regere ac juvare posset. Opus ergo habuit adiutorio senis custodis sui, qui plantis aptaret stapedes, manibus funem, sublevatumque a terra tali componeret situ, quo opus erat ut extrahi posset. Quo facto oblata Ducissae est, quae bene coratam brevique restitutam sibi, caram deinceps habuit; nihil dubitans, quin senex, a puella visus, fuerit S. Ubaldus quem invocarat. Ita uterque scriptor praefatus.

nono die
salva edu-
ctur:

C 45 Petrus Antonius Frederici de Marcatello Ducatus Urbinatis, cum aliis quadringentis in mari captus a Turcis, atque ad remum applicitus erat: cumque inclementius ipse ac socii haberentur, coeperunt quique invocare Sanctos quibus specialius afficiebantur, et Petrus Antonius potissime implorabat auxilium Lauretanæ Virginis, S. Ubaldi, et S. Francisci. Fluxerant a voto nuncupato tres dies, cum Petrus Antonius, tædio victus, Ah S. Ubalde, inquit, quomodo fieri potest ut non juves me, qui tibi tam devotus semper vixi? Aurora surgebat cum haec diceret: moxque sopiri sibi visus conspexit tres Sanctos a se appellatos, qui etiam ceteris omnibus pariter apparere, dicentes sibi, Surgite et abite liberi. Tunc simul omnibus catena de pedibus exiit, ipsique constrictos somno Turcos partim provalerunt in mare, partim redegerunt in potestatem, suaque vice remigare jussis ad reditum in Italiam asi sunt. In agro degebat Antonius Joannis de Castello Sigelli; cum subito ingruens procella vehemens imbrem tonitruaque effudit cum fulmine, quod in ipsum cadens, vestes omnes ex uno latere

capti a
Turcis 100
viri,

et fulmine
ictus.

usque ad calceum absumpsit, personae vero ipsius D noxam nullam intulit: quia invocaverat S. Ubaldum: et hoc etiam contigit filiae Antonii de Cisterna.

CAPUT VI.

Auxilium obsessis, captivis, puerperis praebitum a S. Ubaldo. Injurii puniti.

Urbis Eugubinae protectorem strenuum semper se demonstravit S. Ubaldo, ac sigillatim anno MDXVII, cum omnia circum concuterentur bello, caedibus, atque rapinis, civitas et territorium Eugubinum commune aliis evaserunt discrimen. Dictum exemplis magis specificis confirmo. Urbinatem Ducatum occupare volens Dux Valentinus, proposuerat Eugubinos vastare. Misit ergo ad eum finem multo cum milite ex Tribunis unum, D. Michaeletem: qui cum jam solum septem miliaribus distaret Eugubio, vocem a tergo inclamantem audivit, retrocedere minaciter jubentis. Idque testificatus est, jussus causam reddere non impleti mandati: nec divinari potest, cujus alterius vox ea fuerit, quam S. Ubaldi. Alias Capitaneus quidam, cum exercitu positus in campo circa Mondolfum, oppidum vicinum Sneogalliae Ducatus Urbinatis, decreverat expugnato loco praedicto transire Eugubium ad eundem finem. Quod consilium cum quibusdam familiarioribus indicasset; Per salutem, inquit unus, tuam, ne feceris: nimis enim robustum defensorem civitas illa habet in monte sibi imminente. Risit alter objectum sibi inanem, ut credebat, terrorem, perstititque in consilio: sed eodem mane velitatum egressus, grave vulnus in tabernaculum retulit, quod vel invitum coegit dimittere expeditionem propositam. Braccius de Montone, fretus praeparata ab amicis suis Eugubinis prodicione, urbem subactum ibat; resque eo processerat, ut eo jam intra moenia recepto fugam plerique civium in montem caperent. Hi cum ad medium montem venissent, istuc ubi fons Lavelli scaturit, apparuit eis S. Ubaldo, mandans ut reverterentur in urbem, futurum enim ut recederet Braccius, simulque versus eam formavit manu signum Crucis. Illi ergo revertentes viderunt cum impetu fugientes Braccianos, acsi innumerabilis exercitus urgeret; itaque impletum est ipsius Braccii vaticinium, quo dixerat ingrediens, suam esse urbem, nisi montanus ille Senex prohiberet.

Defensum
ab hostibus
Eugubium,

E
tribus vicibus,

F

47 Anno MDLVII, cum victor Carolus VIII Rex Franciae Italiam percursaret, Neapolitanum regnum a parte Aprutina ingressurus, sistere coactus fuit ad Civitellam, cujus incolae aliquamdiu sustinuerunt vim Francorum, et iteratos eorum assultus. Sed abundante obsidentium numero lassati, nec non inopia victus ad extrema redacti, constituerunt genere erumpere et ultimas vires experiri: quod ut facerent animo magis Christiane praeparato, placuit querere ejusnam Sancti dies postridie occurreret, cujus tutelae se commendarent. Inventus est diei isti S. Ubaldo praesidere. Et cives quidem se ipsi commiserunt, postero autem mane viderunt exercitum, jussu Regis alio properantis abductum a moeniis, seque solutos periculo. Bastia Perusini agri castellum est, cujus propugnatores cum se animosius defendissent contra Hispanos, caesis etiam aliquot ipsorum Capitaneis, seque omnes propterea trucidandos metuerent, invocaverunt S. Ubaldum, et condonata eis vita fuit. Valentini Ducis tempore obsidebatur castellum Montecelii Nucerinæ diocesis, metuentesque incolae, ne per vim locus caperetur, decreverunt muliebris sexus turbam omnem emittendam foras. Egressae illae obviarunt equestri cuidam

Civitella,

Bastia,

Montecelium.

A cuidam turmæ, quam ducebat Petri Corazzæ filius : qui eis visis versus illas ferebatur laxatis habentis, impetu incursum, nisi ipsæ animadverso periculo S. Ubaldi invocassent. Quo facto non potuerunt equi ipsorum ultro agi calcaribus, sed retroacti coegerunt sessores suos agnoscere, quanta esset S. Ubaldi virtus, alioque deflectere, lætantibus ad tam insperatam liberationem mulieribus.

48 Venit aliquando ad ecclesiam S. Ubaldi homo, aut parum credulus, aut nimium curiosus, qui sanctum corpus virga contigit, addiditque blasphemans; Nihil hoc corpus differre videtur, a quovis alio corpore mortuo. Sed non diu dilata ultio divina est: vix enim ad montis pedem pervenerat, cum subito tremore correptus in terram corruit et expiravit. Stabant ante ecclesiam eandem ulmi duæ, quas fani est natus ex stimulis eorum qui boves minabant, sursum trahentes in carro sacrum depositum. Cum autem Ducatus Urbini esset sub regimine Illustrissimi Domini Ducis Guidonis, et ad custodiam montis Ubaldi locati præsidarii ducenti; unus ex iis, patria Calliensis, lanceas duas manu tenens, modo unam modo alteram in dietas arbores vibrabat. Vidit hoc superveniens D. Bernardinus dalla BBranca, tunc ecclesiæ Custos, hominemque admonuit ut cessaret a percutiendis arboribus, istic ad memoriam S. Ubaldi stantibus. Monitorem importunum proterve contempsit miles, iterumque unam lancearum evibravit: sed maximo mox dolore contractus brachia, eoque in momenta singula crescente, intra horæ spatium expiravit miser, nullo edito penitentis signo. Hæc D. Stephanus, qui et sequentia pleraque scripsit.

49 Apud Joannem Baldinacci Eugubinum hospes degebat Bononiensis quidam. Huic cum Baldinaccius laudaret ex occasione S. Ubaldum: Merito, inquit Bononiensis, eum laudas, poterat enim esse coquus S. Petronii. Verum tantus subito cruciatus in eum irruit, ut mori se crederet; monitusque a Sancto contumeliose habito indulgentiam petere, se coniecit in genua, statimque levatus est. Quidam Eugubinus civis, Gualdensem rusticum videns arantem cum bobus, monuit tali die, qui S. Ubaldo sacer esset, cessandum ab opere. Ille vero contemptim respondit, nihil juris esse S. Ubaldo trans flumen. Neque vero Gualdenses ad eandem, ad quam Eugubini, observantiam obligantur. Vindicatus tamen contemptus fuit eadem nocte, per mortem unius e bobus illis. Simili die Pergulana mulier sata mundabat ab inutilibus herbis, similiterque respondit, non habere Sanctum quod curet ultra montes: et ipsa nocte, subita morte extincta fuit. Propter ejusmodi etiam responsum mulier quædam Montoniensis, panem quem tali die imiserat furno, indidem extraxit nigrum atque fætentem instar putridæ carnis, ita ut nec animantia quidem bruta gustare eam voluerint. Perusino cuidam, ad venationem egredienti, cum diceretur, ut in festo S. Ubaldi prius Missam audiret: Quid mihi, inquit, cum S. Ribaldo: et ad primum jactum crepuit ei sclopus suus, manumque abstulit.

50 Cuidam Eugubini territorii loco vehemens imminere imber diraque tempestas, quam mulier una paupercola formidans, ad S. Ubaldi ecclesiam se convertit dicens: O S. Ubalde ab agello meo procellam hanc averte: et ego facta messe quartam modii partem ad tuum altare offeram. Auditas preces manifestavit eventus: cum enim omnia circumquaque pessum dedisset exortus turbo pluvialis, solus ille agellus indemnis mansit, præbuitque devotæ illi unde suum promissum solveret. Territorii Perusini villa, cui nomen Bosco, annua grandine iam pluries attrita, cum vidisset toties amissam spem

future mæssis, afflicti incolæ, voverunt quotannis Missas aliquot ad S. Ubaldi honorem curandas, exindeque nil tale passi sunt. Sebastianus Boldrini de Serra S. Abundii, propter metum inimicorum quos ibi habebat, ad territorium Senogalliense amandaverat pascenda animalia sua: sed iisdem inimicis agentibus persuasum est illius urbis magistrato, ut dicta animalia, prætextu quodam colorato, addicerentur fisco. Quod intelligens Sebastianus ac vehementer dolens, flexis ad terram genibus, opem S. Ubaldi poposcit; ipsaque nocte animalia illa, ducente nemine, ad herile stabulum redierunt.

51 Franciscus Georgii, territorii Eugubini colonus, animadverso transitu militum metuque hinc concepto, fugerat in vicinos montes; unde vidit milites ingredi in domum suam, iisque digressis attolli ingentem ab eo fumum. Versus itaque ad ecclesiam S. Ubaldi, hunc oravit, ut sui misericordia tangeretur: et domum rediit, invenitque paleam quidem, qua lectus instratus erat, lecticamque combustam; reliquæ tamen domui, quæ exceptis muris tota fere ligneis constabat tabulis, flammam pepercisse. Petrus-Antonius et Fridericus Pisaurienses fratres captivi tenebantur in Rupe Pisauriensi, divisi cubiculis unus supra alterum; quando unus interrogavit alterum, quomodo se haberet. Hoc vero respondente, quod male: Fac, inquit prior, sicut ego feci votum S. Ubaldo: ecce enim hoc facienti rupta sunt vincula. Nec mora rupta sunt etiam alteri exemplum seculo, et ambo liberi evaserunt. Barnabas quidam, ex castello S. Peregrini, quod est ditionis ecclesiasticæ, ibidem detinebatur captivus, ligatis manibus pedibusque: invocato autem S. Ubaldo solutum se reperit, fugamque arripuit. Fugienti autem apparuit subito vir in habitu Canonici Regularis: qui interroganti nihil respondit, sed adeo celeriter ambulando præcessit, ut alter subsequi ægre posset; cum vero in tutum locum jam pervenisset Barnabas, disparuit homo iste: creditusque est ipse fuisse Sanctus qui fuerat invocatus.

52 Baldantonius Evangelistæ Eugubinus, Pergulæ captus et Pisaurum adductus, periclitabatur de capite, solvere nequens lytrum quod jubebatur intra triduum repræsentare, alioqui vita multandus. Hoc in metu Sanctum invocavit Ubaldum, caputque inseruit ferreæ cuidam crati, ac denique etiam corpus totum per eam traxit, desiliitque adjutus a sene quodam, ibidem apparente viamque et modum evadendi monstrante. Franciscus Petri Andreae, eodem quo prior loco captus abductusque Senogalliam, quatuor continuis noctibus soluta sibi vincula reperit Sancto invocato. Sed fugam capiens, semperque retractus, denique et lancea in guttur percussus fuit, sine damno tamen. Quinta denique nocte ardentius Sanctum invocans, iterum solutus rediit in patriam, obstante nemine. Alii viginti sex tenebantur Pisauri omnes in cippo et catenis cum justa custodia, post primam autem somnum inventi sunt soluti, iterumque religati artius quam ante. Sed cum etiam hac vice soluta vincula custodes viderent, noluerunt ea amplius adstringere, sed solentius detinere donec adesset lytrum quod pacti fuerant: qui hoc titulo gratias egerunt Sancto quem invocaverant. Matthæus Mag. Francisci Mantuani, Camerini victus, rogavit Sanctum, ut siquidem ipse propter peccata sua esset indignus misericordia, respiceret tamen uxorem ac filiam: et hoc dicenti subiit animum explorare portam carceris sui: quæ cum ultro aperiretur, se foras proripuit et Eugubium rediit. Thomas Jacobi Forosemproniensi, accusatus de corde socii ejusmodi sui, Pergulæ attinebatur in carcere, ubi tertio subjectus

D
EX ITAL.
reddita pecu-
des abductæ;

restinctum
incendium;

liberantur
a captivi
solutis vin-
culis,
E

item alii 2

F

et 26.

item alius,

et innocens
a corde sibi
imputata.

est

Punitur
injuri in
corpus ejus,

in arbores
ante eccle-
siam stantes,

in Sanctum
ipsum,

et festum
volantes.

Aversæ tem-
pestates

EX ITAL-

A est questioni, cum invocato Sancto non sensisset torturam. Quadam ergo nocte innocentiam suam et magnam erga ipsum devotionem S. Ubaldo exponens, auxilium postulabat: quando ei apparuit Sanctus et manu apprehensum edixit ex carcere: ille vero conspiciens solo indusio se tectum, petiit ut sibi liceret redire vestesque sumere. Rediit autem, sed carcerem firmiter clausum reperit. Tum demum quid ageretur sentiens (nam priora quasi per somnium agi videbantur) rediit ubi dimiserat Sanctum, eique se devote inclinavit: hic autem disparuit, et liberum plane Thomam reliquit. Atque hæc omnia narravit Stephanus, et Carolus confirmavit.

juvantur par-
turientes,

B 33 Joannina Joannini de Murano Venetiis periclitabatur in partu, anxiumque vehementer habebat meritum: quem cum una vicinarum hortaretur, ut votum S. Ubaldo pro uxore faceret, audivit intus loquentem sibi dicentemque, Condona tuo inimico quod peccavit in te, si gratiam postulas. Paruit Joanninus, et mulier peperit: sicut etiam fecit Silvestrina Jacobi Baldassini Engubii, ad primum conspectum imaginis Ubaldi. Erat forte Nurciæ Antonius Mantuanus, cum intellexit mulierem quandam in puerperia periclitari quintum jam diem: misit ergo ei frustillum de petra veteris arce S. Ubaldi, ad ejus contactum statim fœtus in lucem prodiit. Quo tempore adhuc sub custodia secularis alicujus Sacerdotis corpus sanctum erat, accidit eorum uni ut arcam aperiens, in gratiam quorundam hospitem, vacuum inveniret, forsitan quia illi indigni erant aspectu rei tam sanctæ. Turbatus eo successu Sacerdos, et Engubinorum indignationem metuens, descendebat versus civitatem: jamque ad duo millia passuum processerat, quando obviam ei factus senex quispiam, intellecta mororis causa, solari eum cepit, persuasitque redire unde venerat, iterumque inspicere arcam. Ivit ergo, et in arca corpus sicut antea reperiens, vix dubitavit quin senex suus consolator, ipse S. Ubaldu fuerit.

Indigni ne-
queunt cor-
pus eulere,alix necessi-
tates en-
rantur,

C 54 Angelus Gambocci Engubinus, morti appropinquans, vocari jussit liberos suos, quibus commendavit cultum beatissimæ Virginis et S. Ubaldi; asseruitque, quod quia eorum ecclesiam omni Dominica visitaverat, eosdem habuerit visibiliter assistentes sibi in extrema contra daemones lucta, et eos valenter superaverit. Anno mxcv puella quædam ex Valle-Topina, ad S. Ubaldu ducta accessit; eo quod marito desponsa, usque tunc impediretur a daemonio eidem cohabitare: quatuor autem diebus, quibus apud S. Ubaldu mansit, absque ullo impedimento cum eodem manere, loqui, et versari potuit. Postrema hæc D. Stephani sunt, quibus ex D. Carolo adde, quod infinita fere miracula scribi possent, si enumerarentur ea quæ fiunt mediante oleo, sumpto ex lampade, ante sanctum corpus ardente: constat enim ejus usu varios fuisse liberatos a scrofulis, capitis, auriumve dolore, et infirmitatibus aliis. Neque vero de his dubitari sinit ingens multitudo eorum qui prædictum oleum pie postulant, pro eoque exhibendo non modice fatigant custodes: quos nemo sane tali de causa inquietaret, nisi docuisset experientia, multum efficaciam oleo isti esse divinitus inditum.

etiam oleo
lampadis.

CAPUT VII.

De familia Baldassina, ex qua S. Ubaldu creditur produsse.

Lu hoc nostro opere, quo explicantur Sanctorum virtutes, non solemus agere de cujusque genere atque majoribus, nisi quatenus apud Actorum scriptores anti-

quos id reperimus annotatum; eo quod experientia compererimus, nihil esse incertum magis pluribusque sultibus implicatum, quam studium quo presentis seculi inanis curiositas plerorumque scriptorum præsertim in Italia exercet diligentiam, ut familias, quas laudatas cupiunt, quam antiquissimas faciant, et si fieri possit etiam cum Romanis vetustioribus connectant, eisque varios Sanctos antiquos innectant. Non potui tamen Engubinorum eruditissimo Vincentio Armanni negare, quo minus de ea familia hic agerem, quæ S. Ubaldu protulisse creditur, per ipsius Sancti Aviam Prudentiam, filiam Armanni de Armannis, connecta familiæ Armanniorum. Et sane non adeo antiqua res est, ut verosimilitudinem notitiæ hactenus in publicis scriptis servare excedat. Convenit etiam servare memoriam nobilissimæ familiæ, apud Engubios jam ferme extinctæ. Ultimus fortasse Baldassinus de Baldassinis Canonicus Cyclomenis in Creta vulgo Conca in Candia, anno mdc. lxx podagra chiragraque affectus et lecto afflicus, Francisco Thomassini de Costacciaro Presbytero Engubino, pro se scribenti die xxix Octobris, coram Horatio Mario et Horatio Rafuelli Canonicis et Comitibus Francisco Maria Gabrielli atque Antonio Rinaldo della Branca, tamquam testibus ad id vocatis, dictavit signavitque donationem chartarum, ad familiam suam pertinentium atque apud se residuarum, in favorem prædicti Vincentii Armanni quem confidebat eas optime servaturum: utpote qui totus antiquariæ investigationis studio deditus, licet jam pridem oculis captus, ejusmodi cimeliis optime uti novit, ad res patrias illustrandas instructus plus quam mille codicibus manuscriptis.

D
Ex residuis
istius familia
monumentis,Vincentio
Armanni dona-
tis an. 1670,

E

56 Hic ergo Vincentius, totam quæ de Baldassina familia potuit colligi notitiam, sub hac Epitome nobis misit. Quam plurimis de Aula Serenissimi Francisci Mariæ de Ruvere sexti Ducis Urbini, ac Principis inter omnes alios sui ævi procul dubio eruditissimi et sapientissimi, notum est..... quod multa laudabiliter loquebatur de nobilitate Baldassinae familiæ, qua illa fruebatur prisca temporibus. Nos autem nullum alium stipitem invenimus antiquiorem BALDASSINO, viro nobili ac strenuo, degente vitam Engubii anno dcccclx, ut probabilissimum est, ab ætate Patris sui filii, qui erat maritatus anno mii. Ejus uxor fuit PRUDENTIA, filia ARMANNI de Armannis Comitibus Agelli, qui dedit ei pro dote mille septingentos florenos in bonis Comitatus Castri Agelli prædicti, ut constat ex Instrumento per rogatum Leonis Fornarii Notarii et Judicis Imperialis de anno mii. PACI viro suo præfato peperit PRUDENTIA duos filios, ROVALDU et UBALDU. ROVALDU genuit D. UBALDU Episcopum Engubinum et SPERANDIAM, mulierem pariter pientissimam. Ex filiis et descendentibus UBALDI factæ sunt quam plures stirpes sub nomine BALDASSINORUM; quæ in nostra civitate aut extinctæ aut amissæ sunt, forsitan alio profectæ; sicut accidit illi quæ in Alemania floruisse et adhuc florere dicitur, sub eodem cognomento BALDASSINORUM: nam ibi sumpsit initium a BALDASSINO de Engubio, qui militavit in castris Federici Aenobarbi anno mclxii, et ab ipso Imperatore honoribus ditatus fuit. Post longum temporis cursum, videlicet anno mcccc, JOANNES, de eadem posteritate supra dicti RUVALDI-UBALDI, petens Senogalliam, plantavit in illa civitate suam familiam, quæ opibus et nobilitate pollet sub ipsomet BALDASSINORUM cognomento. Familiæ tam grandis et tam vetustæ, in patria parvulo vix reliquæ supersunt de latere LUCAE, qui a suis descendentibus LUCA DEI RICORDI nuncupatus est, propter documenta quæ filiis reliquit anno mcccc. Hanc progeniem potentissimi Comites de Monte-feretro, postquam Engubium lapsum fuit in eorum ditionem; deinde Principes successores, hoc est Duces de Ruvere, et ipsum Publicum Engubi-

collecta
epitomeF
docet sancti
aviam et
patrem
et patruiet posteros ex
hoc natos.

A num privilegiis atque benevolentia amplexi sunt, in honorem D. UNALDI.

57 *Ut vero appareat quibus compendiosa hæc relatio nitatur fundamentis, ploceat ipsa Ricorda, id est Memorialia prædicti Lucæ hic subungere, qualia ex originalibus, ipsius proprii manu antiquitus scripta reperit, in spissa charta otramento jam rufo atque evanescenti, et in formam probentem redegit, postridie indicatæ superius donationis Hippolytus Ronconi, Notarius publicus et Cancellarius Communitatis Eugubinae: quæ ex simplicissimo vulgari Italico Latine reddita sic sonant:*

Die vi Julii mcccci. Ego (Lucas Pocis Baldassini) commemoro filiis meis (Paci et aliis) qualiter Baldassinus fuit avus Baldi sancti. Vixit ille anno mii; et filium habuit Pacem natum anno mxx. Pax habuit filios Rovaldum et Baldum. Ex Rovaldi nati sunt Baldus Sanctus et Sperandia. Ex Baldo (S. Uboldi patruo) processit anno mxxx Baldassinus, qui genuit Baldum et Andream; Baldum anno mcviii, Andream anno mxx. Baldus genuit Giobelardinum anno mccccvi; Andeas Theodorum anno mccccix. Giobelardinus genuit Pacem et Baldassinum, Pacem anno mclx, Baldassinum anno mclxii; et hic in bello secutus est Federicum Barbarossam etc. Omissis aliis sequuntur infrascripta. Viterius vobis dico quod D. Prudentia, nata ex Armano Armani, fuit avia Baldi sancti, et habuit dotem mille sexcentorum florenorum in fundis sitis intra territorium Agelli, sicut liquet ex instrumento rogato a Ser-Leone Fornari circa annum millesimum: et sic intellexi ex avo meo, hic autem a suis progenitoribus.

58 *Hactenus verba Lucæ, quæ unum cum vetustis e quibus decerpta sunt exemplaribus Vincentio Armani tradens Baldassinus de Baldassinis sic testatur: Fidem facio prædictas scripturas fuisse a me quamdiu vixi in patria et Francisco Baldassini patre meo sollicite custoditas, tamquam certas et veraces: earumque etiam meminit prædictus pater meus in quodam suo memoriali libro sic scribens. Lucas progenitor noster reliquit memorias aliquas circa familiam nostram: quas cum invenissem penes avum meum, nec commode possem eas ipse legere, legendas exhibui Comiti Joanni Bapt. Cantahnaggio: qui mihi dixit eas concernere antiquitatem familiæ nostræ, et esse pulchras diligenterque servandas. Etiam pater Lucæ manu sua ibidem scripserat nescio quid de antiquitate suorum majorum, quod non puto magni momenti fore, postquam ego per Dei auxilium sustuli omnem difficultatem. Conservate tamen, filii, diligenter easdem chartas, ne pereant, sed teneate eas conjunctas, quandoquidem placuit Deo ut felici casu invenirentur: quod si invenissem pendente lite, quam habui cum Falcuccio, non emersissent mihi ex ea tanta incommoda et dispendia. Laudetur Deus in donis suis, hac die x Augusti mccviii.*

59 *Triennio post hæc sic dictata et tradita, sanitati suæ redditus præominatus Canonicus Baldassinus Francisci de Baldassinis, produxit die xx Maji anni mdcclxxiii quinternum, ut ipse loquitur, antiquum, sive ut nominat Notarius Cæsar Triangolus, authenticum exemplar ejus rogatus. Diurnum de rebus domesticis de familia de Baldassinis, ubi inter alia legabatur vulgari Italicæ lingua. Quantum possum volo omnia deducere clare. vidi enim cuncta pessum ire, neque æstinari memorias antenatorum nostrorum, quas illi multas ac pulchras reliquerunt. Verumtamen dico, quod Theodorus, qui natus est anno mxxix, scriptum reliquit in suis memorialibus, quod Pax uxorem duxit Prudentiam, natam ex Armano Armani, filio Alfonsi Armani; Alfonsus fuit unus ex generosioribus militibus quos habuit nostra civitas Eugubii, servivitque Principibus multis in*

supremis functionibus: majorque nonagenario ambulabat, corpore instar caunæ erecto, portabatque gladium, et comedebat perquam modice, vixit autem centum et quinque annis, mensibusque et diebus aliquot; et funus ejus tota civitas comitata est. Prudentia autem fuit ex formosioribus puellis totius Umbræ, multum requisita a magnatibus, quia pater ejus perquam dives erat. Illa vero solum habuit fratrem unicum, qui ab omnibus diligebatur, et amicitiam ejus unusquisque ambiebat, propterea quod esset bonus gladio, nobilis valde et opulentissimus; duxit autem uxorem, nobilem Perusinam ex familia Ranerorum; totoque octiduo hospitatus est Carpiani, quod erat castellum familiæ Baldassinæ, emptum a nostris antenatis, qui tunc possidebant alia loca non longe Carpiano. Atque hoc est totum quod scriptum reliquit Theodorus in libro, qui habebat operculum ligneum, pelle male habita obductum.

60 Baldassinus, qui vixit anno mccccxvii, scriptum reliquit, quod Baldassinus, qui ivit ad bellum cum viginti quinque juvenibus voluntariis in Germaniam ad servitium Federici Imperatoris dicti Barbarossæ, cum armis et equis impendio proprio, fuit ruina nostræ familiæ, propter immodicas expensas quas fecit per suam ambitionem, cujus nullum alium fructum retulit, quam quod fuerit socius Imperatori in bello, sitque declaratus Comes Imperii, atque acceperit feudum unum etc. et omissis aliis quæ sequuntur, auctor Diurni ipsum hoc modo concludit. Scripsi in principio hujus libri quantum satis est, legite ea sæpe et scribite etiam ipsi ea quæ contingunt temporibus vestris. Ego senex sum et vidi aliqua, quæ mihi non parum displicuerunt: sigillatim quod mater mea, unum librorum horum habebat in angulo camini ad faciendas assaturas. Ah! considerate quam male perierunt antiquæ scripturæ: nam meo tempore erant tres libri, quorum unus spectabat domum, alter continebat memorialia, relicta a Baldo Giobelardino, Baldassino, Andrea, Theodoro et aliis senioribus nostris; tertius habebat inscripta omnia instrumenta et conventiones ad familiam spectantes, cum nominibus Notariorum, sicuti videbitis jam inde ab anno mccccxii, quia ea ibi scripsit Andreas, qui natus est anno mxx, et persecutus fuit scriptionem (sicut videbitis) ultra annum mccccxii; et dicit ea sic se invenisse. Res sunt pulchræ, quas non debetis in risum vertere, quia tempus consumit et perdit omnia.

61 *Talia necdum erant reperta, quando Franciscus Baldassinus cum Falcuccio, uti dicit, lite contendit super veritate suæ familiæ, ab eodem unde natus S. Ubaldo fuit stipite descendens; itaque agendum ei testimonio fuit a voce communi traditioneque petitis, unde inter Acta dicti Processus etiam exhibitum est hujusmodi documentum. Die v Aprilis mdcvi per nos præsentis et infra-scriptus fit plena et indubitata fides, qualiter omni tempore vitæ nostræ audivimus semper et vulgo dici, per publicam vocem et famam, quod gloriosus S. Ubaldo fuit civis nostræ civitatis Eugubii, et ex familia Baldassinorum: neque recordamur quod unquam audiverimus dici contrarium, scilicet quod Sanctus fuerit de alia civitate aut familia. Et hoc ipsum semper audivimus, habemusque per traditionem nostrorum seniorum: a quibus etiam audivimus, quod hoc habuerint ipsi successive a majoribus suis. De qua publicissima voce et fama plenissime informati, ad instantiam devotarum personarum, approbantes quidquid supra scriptum est, propria manu subscripsimus huic chartæ; quam volumus omni loco ac tempore valere pro publica et authentica fide, tamquam si scripta esset manu Notarii. Et in fide veritatis.*

D
EX ITAL.

de familia
Armannorum,

et seculo 13
E

post multas
similes amissas reliquis.

F

Huc accedit
traditio Eugubiorum
100 testibus
armata.

justa Recorda
Lucæ Baldassini
de an. 1041.

reperta an.
1608.

quibus consonat
Diurnum MS.

ex memoriis
scriptis
seculo 12

A 62 Ego Ludovicus Ludovici facio fidem, nomine D. Antonii Rogai, soceri mei annorum octoginta, affirmantis quantum supra, eo quod ipse propter morbum inhabilis sit ad scribendum, mihi que commisit hanc fidem faciendam.

63 Ego Bartholomæus Biscazanti, annorum sexaginta sex incirca, affirmo quantum supra. *Atque in hunc modum subscribunt utriusque ad centum: ipsi vero chartæ, in iudicio exhibitæ die xxvii Julii anno mdcxxvii, subscribit Pinolus Notarius.*

64 *Extat etiamnum apud Vincentium Armanni processus totus: qui si viginti annis duravit, quemudmodum videtur colligi ex tam disparatis annis scriptæ et exhibitæ attestations prædictæ, apparet difficilem litem fuisse; neque prorsus decisam, cum scriberet Vitam S. Ubaldi Eugubius, qui propterea non sit ausus definire quidpiam; excusans se, quod nullus antiquorum scriptorum nomen familiæ certè expresserit. Interim notatis in margine nominibus Comitis Fulceccii et D. Caroli, satis indicat hos esse, quorum alius Ubaldinæ, alius Baldassinæ familiæ sanctum adscripserit; quod fortassis prædictæ liti occasionem primam dedit. Interim agnoscit Eugenius, pro Baldassinis publicam vocem ac famam et traditionem populi Eugubini stare: de Ubaldinis vero ait constare per auctorem, qui hujus familiæ historiam accuratissime scripsit, quod ii tempore S. Ubaldi necdum sese extenderant extra Civitatem et Dominium Florentinum: quodque eorum possessiones in valle Mugelli, adeo regaliter ostentatæ tempore Frederici II, necdum se extenderunt trans Apenninum usque ad mare Hadriaticum propogatæ, quando illi*

transierunt Eugubium, ipsamque pro patria habere elegerunt, ubi ab aliquot seculis usque in præsens sustinent honoratiora quæque munia.

65 *Quod attinet ad Sperandiam, S. Ubaldi sororem, ea ab auctore Diurni vocatur Sancta: sed omnino existimo, factum id esse occasione nominis communis cum S. Sperandia Eugubina, nata, ut ait Jacobillus, circa annum mccxvi ex familia Sperandiorum: cujus festum ogitur Cinguli in Piceno in monasterio Benedictinarum Virginum, ab ipsa dicto S. Sperandiæ, Dominica prima Septembris, licet obierit die xi istius mensis: ad quem diem de ea agemus copiose satis, utpote a manuscriptis impressisque documentis de ejus vita et cultu optime instructi. Soror autem S. Ubaldi, longe ipsa senior, matrimonio juncta fuisse videtur; ex ejusque filio processisse parvulus Sancti Nepos, filius nepotis sui, quem solum ex omnibus Eugubinorum obsequiis humiliter petiit a Frederico et absolute recepit, ut dicitur in Vita num. 17. Sed ea progenies pridem extincta videtur fuisse, quandoquidem Eugubinarum familiarum nulla hodie prætenlat se ab Sorore sancti Protectoris descendere. De Baldo, ejusdem Sancti subpatraeli, qui dicitur natus unno mcviii in eodem Diario, legitur quod fuerit appellatus Pater Patriæ, vir plane eximius; et de hujus Baldi filio Giobelardino, quod Carpiam Dominium præsentem pecunia emit, vitæ vir optimæ, generosus ad locuples: denique de Giobelardini filio Baldassino, quod socium belli habuit Horatium Baldi Armanni, consanguineum vel affinem suum, annorum xix adolescentem, vultu pulchrum, virtute cultum, animo generosum.*

et processus contra eum qui Ubaldinos substituerat.

Soror Sancti Sperandia

diversa a juniore hujus nominis Sancta.

DE BEATO SIMONE STOK

ORDINIS CARMELITARUM PRIORE GENERALI

BURDEGALÆ IN AQUITANIA.

ANNO MCCLXV.

Cultus in Martyrologio

et Breviario Ordinis.

Communis Martyrologii Supplementum, pro usu Carmelitani Ordinis excusum in membrana ante finem seculi xv, ad diem xvii Kalendas Junii hæc jubet addere: Civitate Burdegala B. Simonis Stok Anglici, Deiferæ Virgini Mariæ singulariter devoti, ac miraculorum coruscatione gloriosi: quæ verba etiam leguntur in Additionibus Molani ad Usuardum, cæcensis anno mdlxxxiii. Prius autem quam Supplementum istud imprimeretur, imo prius quam ars typographica ipsa in usum reciperetur, compositum fuit Burdegalæ Officium proprium, cujus anno mccccxxv descriptum exemplar ibidem servari, per authenticas litteras edoctum se scribit Lezana. Impressum id deinde id eadem civitate fuit anno mdlxxx, et nuper anno moclxxii insertum Ordinis totius Breviario, plene sicut ipsum antea suæ Vineæ Carmelitanae inseruerat R. P. Daniel a Virgine Maria num 878, ubi, vel in Breviario legi poterit. Interim certum est, Officium de Coamuni Confessoris non Pontificis, et quidem duplex, in usu fuisse saltem ab anno mdliv. Nam in Calendario Breviarii Romæ excusi sic habetur, teste Lezana, qui hanc ex eo Orationem recitat: Deus, qui nobis Sanctum dedisti Simonein Rectorem et Patrem; quem, dum viveret, Filio tuo et ejus gloriosissimæ Matri, puro corde et sincera devotione, servire voluisti; tuam imploramus clementiam, ut cujus gaudemus meritis, tranquilla prosperitate in tua jugiter laude lætemur, ejusque instruamur exemplis.

2 Vitam scripserunt, inquit anno mdlvii Joannes Balæus Centuria 4 num. 7 de scriptoribus Angliæ, Monaddus Rosarius Vasco, Rolandus Bouchier Han-

nonius, et Nicolaus Harlemensis Battavus, viri suis temporibus, id est in confinio seculi xv et xvi, eruditi. Et his solus Rolandus ad manus nostras venit, in Carmelo Valencensi, ubi is anno mxxiii prædictam Vitam scripsit loci Prior, Latine redditam per R. P. Philippum a Visitatione, ejusdem Carmeli ante hos decem annos Suppriorum, qui et petiit ut eandem his nostris Sanctorum Actis insererem. Facerem id equidem libentissime, si, quod per ipsum fortassis mihi licet, per alios ejusdem Ordinis aique liceret, addere Annotationes aliquas more nostro, quibus indicentur errata et dubia secernantur. Præterea abstinet nos ab eo consilio. Petrus Swaningthonus, B. Simonis individuus comes, et Actorum ejus scriptor, qui primus Burdigalæ, B. Simone vita functo, publicus fuit Theologiæ Professor, sicuti lego apud Theophilum Raynaudum nostrum in Scapulari Partheno-Carmelico p. 2 qu. 1 cap. I. *Ha enim Acta in tablino Burdegalensis monasterii asservari assertit Joannes Cheronius pag. 163 Vindiciarum privilegiati Scapularis, ex eisque producit Visionem B. Simonis, Joanni Lannojo suspectam. Cur enim post tantas circa visionis istius veritatem contentiones, adhuc supprimitur Vita illa, subtrahiturque judicio et examini publico, etiam in hac novissima et amplissima Speculi Carmelitici elitione, monumentis tota Europa acquisitis aucta? Sane præ Vita Bellorossiana S. Angeli, jam quater quiniesve recusa, inseri novo speculo merebatur.*

3 Nihil ei præjudicatum volo, sed neque me obligatum puto, vel credere auctori adhuc latenti, vel loco scriptoris cævi producere alterum, totis duobus seculis posteriorem. Sufficiat ergo pars elogii ex præcitato

Vita scripta Gallice a Rolando Bouchier an. 1513

Alia auct. Swaningthono cævo extare Burdegala dicitur,

hæc dum expectatur

Joanne

A *Joanne Grosso Clave 3 Viridarii, quæ est de Sanctis quibusdam Ordinibus.* Undecimus fuit S. Simon Stok natione Anglicus, sextus generalis Ordinis. Qui ante adventum Fratrum Carmelitarum ad Angliam spiritu prophético illos expectavit, in trunco concavo ducens vitam solitariam, et ideo a trunco, qui vulgari Anglico Stok vocatur, SIMON Stok vulgariter nuncupatur. Postquam vero per suum ministrum intellexit, quod Domini videlicet Vesci et Grey, Barones, Fratres aliquos de monte Carmeli ad Angliam duxissent, et illos in conventibus Alnewici et Aylesfordiæ religiose fundassent, prædictam vitam solitariam remisit, et sacrum Ordinem Carmelitarum, quem diu divina revelatione expectavit, ibi cum magna devotione intravit. Processu vero temporis in quodam Capitulo generali, in Provincia Anglica celebrato, miraculose in Generalem Ordinis sui fuit electus, quem religiose et sancte rexit. Quo tempore S. Ludovicus Rex Franciæ, ratione miraculi sibi per Virginem gloriosam Mariam in mari juxta montem Carmeli ostensi, Fratres de monte ipso duxit in Franciam.... Iste Sanctus in vita sua multis claruit miraculis, de quibus aliqua in medium proferamus. Quadam namque die Missam celebrare proposuit, credens omnia requisita habere; cumque ad Calicis ministrationem pervenisset, vino destitutus, aquam, ad instar D. N. Jesu Christi, in vinum convertit, cum qua Missam celebravit inceptam. Jugiter denique ab esu carniarum abstinens, quodam tempore cibum in domo germani sui sumebat: cui frater in prandio piscem coctum præsentavit: qui ad jussionem viri Dei in aquam projectus, mox natavit illæsus.... Sanctus iste Simon centesimo ætatis suæ anno, dum in Provincia Vasconiæ visitavit, xvi mensis Maji, in conventu Burdegaliæ ab hac luce migravit, ubi ejus corpus multis clarens miraculis requiescit: et ideo a quibusdam dicitur S. Simon Stok de Vasconia, a quibusdam nominatur S. Simon Stok de Burdegalia: sed S. Simon Stok de Anglia, ubi suam traxit originem, rectius dicitur et nuncupatur. *Hactenus Grossus in MS. Francofurtensi.*

Ingressus S. Simon Ordinem an. 1240

4 *Est Alnewicum in Northumbria, Anglicanarum provinciarum ad Boream ultima, sicut e converso Australium omnium prima est Cantia, in eaque Aylesfordia: de utraque autem fundatione habemus apud Lezanam antiquos hosce versus, pingui minerva descriptos: quibus tamen quoad tempus magis fidimus, quam Palæonydoro aut aliis, perturbatissimam (ut alibi vidimus) Chronologiam iustituentibus.*

* al. Concessi.

Anno milleno ducenteno quadragesimo, Olim Carmelitæ capiunt ad tempora vitæ, Carinis * cessi primis, in Borea loca Vesci. Richard in claustro Grey primo fixit in Austro. Quæ loca concessi Carmelitis ego Vesci, Perci fundavit: Deus huic sibi nos sociavit.

Verosimile est carmina hæc, vel ab ipsomet Joanne Vesci vel saltem ipsius jussu composita, sumpta esse ex marmorea aliqua tabula, exposita, more antiquarum funda-

tionum, supra portam Alnewicensis conventus; unde constaret, fundum a Vesciis donatum fuisse, domum constructam a Perciis, quæ etiam ipsa est nobilis familia in Northumbria. Tempus autem optime convenit cum anno decretæ captæque transmigrationis, qui fuit MCCXXXVIII. Neque fidem superat quod B. Simon, sanctitatis fama celeberrimus in Angliæ et annos forte natus LXXXV quando ingressus est Ordinem, tantam gratiam ei conciliaverit apud Anglos, ut festinatis incrementis auctus conventus Aylesfordiensis idoneus fuerit, qui præ aliis nobis fundationibus exciperet anno MCCXLV Alanum Priorem, e Syria in Europam advectum ad certius cognoscendas ordiandasque res Ordinis, tam feliciter capti propagari. Itaque celebratum est ibi primum in Cismarinis partibus Capitulum: in quo judicatum fuit expedire, ut hic, ubi major jam erat et sperabatur cito futurus maximus numerus Religiosorum, per conventus provinciasque plures dividendorum, esset totius Ordinis commune Caput; pro quo in Oriente satis foret Vicarius, qui ibi foret ac solaretur Reliquis seniorum et generosiorum, volentium in Terra sancta perseverare. Inter hos autem esse volens Alanus ipse, Prioratu cessit, et pro eo suffragiis communibus electus est Simon.

5 *Vellem nunc Acta Simonis in Generalatu, præstantiaque in vita atque post mortem miracula colligere, et de Reliquiis etiam quæ nonnullis in locis esse dicuntur disserere: sed consultus mihi multo esse videtur, omnia ista servare posteris, supplementum Maji facturis, postquam illi nacti fuerint integram Suavingthoni narrationem. Interim videantur Speculi Carmelitani pars 4 ad hunc xvi Maji, atque inter Notata prævia ad Vitam § 6, et Appendix ad eandem Vitam; ex qua noto quod anno MDCXLV in itinere Romano ad Capitulum sui Ordinis R. P. Jacobus Emaus, S. Theologiæ Doctor Coloniensis, Polzanum divertens (oppidum id Tirolis est, vulgo Bolzen) vidit auditque et per epistolam post reditum Colonia dotam sic testatus est: Ibi in ecclesia Patrum Prædicatorum sacellum est, S. Simoni Stok dicatum, et in eo altare pulcherrimum ipsius S. Simonis, constructum circa annum Christi MCCXXXVI, ex voto per quemdam nobilem Gaudentium Botsch zu Zwingenberg, Archiducis Leopoldi felicis memoriæ Marescalcum Tirolensem, eo fine, ut mediante intercessione B. V. Mariæ de monte Carmeli et S. Simonis, impetrare posset heredem. Contigit autem ut erecto jam altari Deus votum illius exaudiret, eidemque heredem filiam concederet. Et ecce hora qua conjux prædicti Nobilis concepit, contigit ut noctu campanula ejusdem sacelli in campanili, quod idem sacellum S. Simonis speciale habet, ultro pulsaretur. Mortuo autem eodem Nobili, eadem hora obitus, tabula seu imago S. Simonis ex altari in terram decidit: estque hoc valde apud PP. Prædicatores ejusdem loci celebre, peperitque eidem sacello magnam inter homines devotionem, quæ etiamnum ibidem perseverat: semper enim sunt in eodem sacello frequentes homines, S. Simoni supplicantes.*

ejus cultus Bolzani in Tirolis.

DE B. FRANCISCO SENENSI

ORDINIS SERVORUM B. MARIE

SENIS IN HETRURIA.

D. P.
VIDE AD. S.
FRANCISCUM
APP. TOM. VII
MAJI NOT. 114**

AN. MCCCXXV.

Sena vetus, civitas Virginis (hoc enim titulo dræ aliis cunctis Hetruriæ gloriatur) quotquot sculo Divos intulit, intulit autem plurimos, partim jam memoratos, partim memorandos deinceps in hoc Opere; totidem mundo magistros dedit insignis erga sanctissimam Dei matrem amoris. Inter hos non postremum locum deberi B. Francisco huic, Ordinis Servorum ejus Presbytero, vel a morte declaratum est hlio illo, quod ex ore defuncti efflorescens, sui admirationem auxit, foliis singulis AVE MARIA legendum offerens. Vitam ex Chronico Servorum Michnelis Pocciantii Florentini in suos ejusdem Ordinis Annales transcribens Archangelus Giunius Cent. I lib. 7 cap. 10, eam hac Annotatione conclusit anno MDCXXII; Gesta B. Francisci ab annis fere ducentis conscripsere plures, e vetustis monumentis Senensium Notariorum: omnia tamen pressius collegit circa annum MCCCCL Fr. Paulus Atavantes ad Pium II, et Nicolaus Borghesius, a quibus postea Pocciantius in Chronico. Nec multum ab his discrepat Possevinus noster in Apparatu, ubi agens de Nicolao Burgensio, Equite et Senatore Senensi (de quo nos pluribus xxx Aprilis in Analectis de S. Catharina Senensi) cum inter ejus scripta numerat Vitam B. Francisci, quam Paulus Florentinus Theologus Orlinis Servorum dicavit Pio II: ita tamen ut secundum Possevinum una eademque sit Vita, quam Nicolaus conscripsit et Paulus decavit.

2 Ut ut est, laboravimus multum per R. P. Sebastianum de Comitibus, nostri nunc Collegii Rectorum Senis, tunc, id est, anno MDCCLXXXIII ibidem concionatorem, ut vel Vitam istam, vel veterum Notarialium instrumentorum quidquam nancisceremur: sed frustra: quamvis Reverendissimus Pater Generalis Servorum Vincentius Luchesus, pro suo affectu in nostram Societatem, in qua tres fratres germanos habebat, totum exculi jussisset archivium; omnia enim authentica Romanam oblata dicebantur, in ordine ad promovendum canonizationis negotium. Dabimus ergo Vitam ex Pocciantio, qui uno post duos prædictos seculo scripsit, et edidit Chronicon suum anno MDLXVI; in Annotata relaturi, si quid in Gianio aliisque post editis libris eo spectans reperiat. Dabimus deinde depositiones testium ex Italica Latinos, ex Processu qui anno MDCXXII, ut præfertur, institutus fuit in Curia Archiepiscopali Senensi, ad instantiam R. R. Patrum FF. Joannis Maria de Savinis et Philippi Monte-Boni Senensium, vice ac nomine Prioris et Confratrum S. Mariæ Servorum Senensis civitatis, agentibus Illustrissimi Balia Collegii deputatis Illustriss. et Excellentiss. D. Federigo de Forteguerris, et Illustriss. Don Octavio de Silvestris, duobus ex Illustrissimo illo Collegio, et Illustriss. ac Excellentiss. Don Virgilio de Vecchis, a secretis Legum et Patrio Senensi; prout de eorum deputatione constare dixerunt ex decreto ejusdem Illustriss. Collegii, sub die xv mensis Julii anno MDCXXII, in libro Deliberationum fol. 30, manu Excellentis D. Venturæ de Burghesii, ejusdem Collegii Cancellarii.

3 Cum autem testes citati, et eorum prædictis personaliter constituti, caperint audiri ipso, quem diximus, anno MDCXXII die xxii Octobris; ultimus vero eorum comparuisse legatur die vii Februarii ejusdem anni

MDCXXII; cujus depositionem die Februarii ejusdem xi secuta est inspectio sacri corporis, facta per Illustriss. D. Vicarium Generalem Judicem in causa delegatum: patet evidenter apud Senenses usque ad prædictum annum et ultra perdurasse (quin et hodieum perdurare audio) Stylum illum Notarialem, quem sæpe notavimus in variis Sanctorum ac Beatorum Episcoporum Vitis, publicisque Instrumentis eo spectantibus; morem scilicet præveniendi novem mensibus initium anni communis seu Romani; eumque auspiciandi xxv Martii, ipsius scilicet Dominicæ Incarnationis festo. Ex hoc porro consequens est, quod, cum B. Franciscus dicitur obiisse Senis anno MCCCXXVI, in Vigilia aut Festo Ascensionis Christi; onus adhuc numerari debeat more communi MCCCXXV: qui cum Pascha suam celebraverit die vii Aprilis, Ascensionem debuit celebravisse xvi Maji: adeo ut hic dies B. Francisco natalis fuerit, aut saltem dies hunc præcedens. Vigiliam notant Pocciantius et Gianius, vetustiorum (ut præsumere licet) auctorum exemplo. Diem ipsam delegati Procuratores in Processu. Differentiæ hujus causam esse existimo, vel ecclesiasticum usum, quo festum quodlibet in ordine ad Chorum inchoari censetur a Primis Vesperis; vel mutata in Italia tota rationem numerandi horas: quæ cum olim vel a media nocte vel ab aurora initium sumerent, nunc apud Italos inchoantur a solis occasu: ita ut quæ nobis Belgis, horas nocturnas diurnasque bifariam dividenti-bus, esset die xv Maji hora post meridiem x, ea sit Italici solis occasum respicientibus hora ii diei xvi.

4 His tamen non obstantibus refero hic eum ad xvi, tum quia videri adhuc poterit cuiquam, auctorem ex quo Pocciantius scripsit, quod die illo sacro adveniente ad cælestia regna transivit Franciscus (sive is Nicolaus Burgensius fuerit seu antiquior alius) significatum voluisse, quod sub auroram ipsius festi Beatus obierit: tum quia hoc die de ipso nos acturos promisimus inter Prætermisos die ultimo Aprilis, adeoque non prorsus integrum nunc nobis id sit. Poterunt posteri, Majum recognitari, diem mutare si voluerint, et sequi anni Mariani conditorem, de quo infra; modo non mutent mensem, sequendo Ferrarium, qui diem definiens ex xxiii Martii, quo Pascha anni communis MCCCXXVI celebratum est, delegit ultimum diem Aprilis. Ceterum non in hoc solo peccavit Ferrarius, quod animum non adverterit ad specialem anni Senensis rationem; sed in altero etiam articulo circa cultum, cum dixit, quod corpus a Senensibus quotannis invisitar die xxx Aprilis, tota civitate conflente. Qui enim B. Franciscus exhibetur Senis publicus cultus, absque ullo ad causam mensis respectu, mobilium festorum habita dumtaxat ratione, differtur in Dominicam infra octavam, quocumque mense aut mensis die hæc celebretur: et tunc arca ligneæ, affabre facta, sic ut parte anteriori sublata conspiciendum per crystallos interpositas præbeatur corpus, ab altari, supra quod ipsam vidimus anno MDCLXI die xi Octobris, transfertur ad medium templum infra ornatissimum coopæum super temporariam ibi erectum altare, ad quod toto illo die sacra, sed de Dominica fiunt. Porro si Philippus Ferrarius circa diem cultus ita exorbitet, scribens de sui ipsius Ordinis (cujus postea Prior Generalis fuit) Beato satis illustri; quis nos poterit arrogantia insimulare, quod in aliis multis, sive cum Sancti aut Beati titulum alicui primus

quod obierit
Beatus
an. 1325

E

15 Maji.

non 1326,
ult. Aprilis;
F

cultus Domi-
nica post
Ascensionem.

tribuit

De hoc B.
Mariæ cul-
tore insigni

Instrumenta
antiqua
frustra
quasita:

datam Vitam
ex Chronico
Ordinis

et Processus
formatus
an. 1622.

Ex stylo No-
tariati col-
ligitur,

A *tribuit, sive cum diem mensemve commutat, sequendum ipsum nobis non putemus; sed laudata Collectoris laboriosi sedulitate, scriptoris aliquanto accuratioris diligentium in eo requiramus.*

3 *Cetera argumenta, quibus legitimus et antiquus B. Francisci cultus probari potest, ex Depositionibus Testium patebunt. Unum hic nobis dicendum restat, quod ipse Processus (qui in egrapho nostro, caractere minuitiori exarato, vix implet quinque folia chartæ) majori descriptus littera impleat justum Codicem, quem transcribendum singulari cum benevolentiae testificatione commodavit Excellentiss. Marchio Patritius de Patritiis, causam speratæ canonizationis velut acceptam a patre avisque hereditatem amplexus, eo forsitan studiosius, quod Academici Senenses, quos Inthronatos appellant, ceperint ante hos paucos annos in dubium revocare, utrum B. Franciscus, quem vulgo Tarlatum cognominant, satis certo et secure Patritiæ genti, inter Senenses familias prænobili, adscribatur; unde et Joannes Baptista Ferrarius, eorumdem Academicorum unus, in Fastis Senensibus, quorum bonam partem composuit, abstinet familiæ Patritiæ titulo, vulgari Tarlati cognomine contentus. Nos item Senensibus definiendam reliquimus, solumque cognomen a patria sumptum, ex*

B *more prisæ ætatis et Ordinis ipsius, mundanæ nobilitatis insignia respicientis, illi hic apponimus: notamus tamen Tarlati cognomen a vulgo arripi potuisse, quia corpus non ita integrum est, quin locis nonnullis appareat Tarlatum, id est, Cariosum.*

VITA

Ex Chronico Servorum Michaelis Florentini ad annum Christi 1326, Religionis 94.

Hac tempestate B. Franciscus, e Senarum civitate, Arrighi Reynaldæque filius, ac sanctissimæ et immaculatæ Virginis peroptimus servus, in Vigilia Ascensionis Domini nostri (quemadmodum ipsemet prædixerat) humana relinquens cælestia petit, et in æterna collocatur requie: ejus vero gloriosum corpus, in quo anima sancta, dum hanc vitam duxerat, fuerat recondita, in quadam lignea arca, tamquam pretiosa gemma, servandum reponitur, et decreto Antistitis a Senarum super altare b majus collocari præcipitur. Nec miram profecto. Inter natos namque mulierum Senensium, interque omnes Fratres Servorum, suis diebus major semper extitit. Major equidem in jejuniis, in disciplinis, in orationibus, et in correptionibus: major in explicando verba Domini, in aperiendo sacra Dei mysteria, in liberando oppressos nedum ab impiorum manibus, sed etiam a dæmonum vexationibus et a diversarum infirmitatum languoribus: juste ac pie, quoad se, carnem domando; quoad proximum, unicuique quod suum est tribuendo; et quoad Deum, cultu interiori atque exteriori ipsum adorando: in reliquis vero parvus, humilis et abjectus, vermem et non hominem seipsum existimans, velut Dominus Nicolaus, Eques auratus, civis Senensis annotavit.

2 Quod prorsus ita se res habeat facile patebit, si quæ hujus sancti viri præcesserunt laudabilem vitam, si quæ eam sunt concomitata ac subsequuta ad memoriam revocabuntur. Nam Reynalda ejus mater, antequam talem virum mundo edidisset, se lilium parere per nocturnam quietem, ex ipsiusque radice complura alia oriri, et velut coronam contextam Deiparæ Virginis sacro capiti imponere, in somnis vidisse affirmat proprio viro. Rursus inter dormiendum videbatur videre Episcopum, Pontificalibus ornamentis ad rem divinam celebrandam insignitum, quem hæc verba sibi dixisse testata est: Ne timeas, edes lilium, quod mundi fluctuantis fæces inconta-

minatum præteribit; et his dictis pastoralis virga gravidum uterum tangens, vivificæ Crucis signaculo signavit, et evanuit. Quæ, omnia conferens in corde suo, ut altera Anna Prophetissa, de templo non discedebat; sed jejuniis et obsecrationibus serviens Deo, ipsum exorabat, ut, quæ sibi in somnis ostenderat, re efficere dignaretur. Quod tandem factum est: nam, ut aliqui asserunt, anno millesimo ducentesimo septuagesimo tertio sacrum lilium edidit mundo, ac filium suum genuit mater ista felix, qui statim sacro baptisate ablutus, præter naturam lætari, oculosque cum ingenti gaudio ad Virginis imaginem conjicere cœpit.

3 Puerilem deinde ætatem attingens, tanto divini cultus desiderio inflammatur, quod ecclesiam Dei sibi domum ac peculiare habitaculum existimavit; ex qua novissimus discedebat, et primus ingrediebatur. Media nocte ad Deum laudandum surgebat, quingentes Virginem salutando. Sacra vero Dei eloquia, ut audiret, cuncta postponebat. Dum vero a quodam Patre Ambrosio concionatore sanctissimo Ordinis Servorum c, illius sententiæ utilitas proponeretur, quæ dicit: Mereberis Deum, si homines effugeris; confestim decrevit, ut alter Joannes Baptista, solitariam ducere vitam, ac in aliquo asperrimo loco corpus spiritui subjugare. Quod executioni utique mandasset, ni ejus piensissima mater ad memoriam revocasset divinum præceptum de parentum dilectione. Quod quidem præceptum pro viribus amplevit, usque ad annum ætatis suæ vigesimum secundum d; quo tempore, cum ejus mater catholice migrasset ad Dominum; probus vir iste, non inmemor verborum, quæ concionando explicaverat Servita e declamator, ea executioni mandare destinavit. Cui talia cogitanti Beata Virgo intus prædicit, inter suos Servos annumerasse. Quæ percipiens optimus Virginis servus, ipsius Servos alit, cunctisque narratis humanissime ad Ordinem suscipitur, et maximam de se expectationem excitat. Virgineo namque habitu indutus f sic orationibus, sic jejuniis insistere, sic psalmos Davidicos laudesque Virginis decantare, sic tandem quæ non solum ad cœnobitas, verum etiam ad eremitas in eremis viventes attingent, cœpit exercere; quod non novissimus, sed antiquissimus Frater videretur. Immo universi admirantes vitam adeo gloriosam, eam imitari tamquam exemplar propositum conabantur: omnesque nervos intendebant saltem a longe sectari vestigia illius; qui hanc vitam sic laudabiliter in ingressu Religionis cooptam, in progressu et in egressu dierum suorum constanter et perseveranter insecutus est. Lectulus enim floridus, in quo ipsius corpus nedum flagellis, sed etiam visis lapidibus afflictum quiescebat, erat arida terra: indumentum, quo carnem cooperiebat, frigoribus et jejuniis expositum, erat cilicium: thalamus denique, in quo habitabat, quædam extitit caverna, quæ adhuc in monte consistit, supra quem est ædificatum monasterium Servorum de Senis.

4 Sed quid dicendum de ipsius sapientissimis responsis? Si quæ ex corde exeunt, indicant, quid sit homo; ipsius responsa, quæ ex intimo cordis habitaculo eructabat, facile ejus indicabunt probitatem. Sæpe etenim dicere solitus erat, Cupio dissolvi et esse cum Christo: addens; Mihi vivere damnum est, et mori lucrum. Addebat quin etiam, nec orandum, nec Deo preces sine lacrymis esse fundendas: affirmabat præterea, Servo Dei curæ esse debere, illa verba evangelica: Estote parati. Interrogatus a quodam Confratre, cur tanta jucunditate ad sacrificandum accederet; Ignoscat tibi Deus, respondit vir ineffabilis, qui ita fixos oculos in me intendisti; sacrificantem namque accuratius intueri, nefas est;

EX CHRON.
SERVORUM

pietati deditus
fuit a puero.

e
vitamque
solitariam
cogitavit,

d

e

sed monitu
B. V. junctus
est Servis,

f

lisque exem-
plar factus
f

arctiori
penitentia,

Rerum di-
vinarum
desiderio

nec

familia an
Patricia?

Sancte
mortuus,

a b

uti vixerat,

et sicut matris
de eo gravidæ
ostensum fuerat,

A nec itidem licet sacrificanti cernere quemvis alium : Moysis enim facies filiis Israel non permittebatur intneri. Percontatus ab alio, an in celebrando aliquid arcani videret, dixit : Secretum meum mihi ; qui enim palam portat in via, prædones facit. Cum sapissime publice et ex tempore ad populum concionaretur, a quibusdam fuit rogatus, quonam pacto sibi fideret, non prius præmeditatis his, quæ ad reformandam vitam pertinebant ; quibus dixisse fertur, Benedictus Dominus dat sapientiam ex ore illius et gloriam *g*. Quod utique verum esse deinde compertum est : duæ namque virgines, eo concionante, globum igneum vidisse affirmarunt super ipsius caput : qui licet apud omnes in maximo haberetur pretio, fuerunt tamen, ut moris est, quidam Judæ discipuli, de eo detrahentes, nimiam mulierum consuetudinem objicientes. Quo cognito Virginem humiliter deprecatur, ut hujuscemodi hominum offensam de medio tollere dignaretur. Nec frustra id precatus est, nam dum matutinis Officiis interesset, obsurdit illico : qua de causa quempiam ad se verba facturum, cum non admitteret, excusabatur. Quod Fratres ac cives cum ægre ferrent, vellenteque medicos adhibere ; ille omnino renuit, ac vehementer Deum laudavit ; a quo semper veniam petebat, si aliquam tantum verbo offendisset ; atque ipsum pro cunctis exorare non desistebat ; præcipue tamen pro pauperibus, quorum nonnullis sibi occurrentibus nudis, imitatus optimum Patrem suum Philippum, aliquando propria indumenta largitus est ; et multo ties ab infirmitatibus, quibus detinebantur, curavit ; velut etiam animorum infensa reconciliare studuit, et adeo id efficere conatus adhibuit, quod ab omnibus uno ore Pacialis cognominaretur, *h* quin immo Dei miraculum.

B Nec id immerito ; nam sicut admirabilis fuit ipsius nativitas, ita admirabilis vita, simulque pretiosa mors : ad quam cum appropinquaret, factum est divino Dei consilio disponente, quod egressus e civitate *i* ad prædicandum ex consuetudine Evangelium, velut omnibus naturæ viribus destitutus, proficiens in terram caderet. Cui repente fit obviam mulier incognita, eique rosarum manipulum offert ; quem libentissimo animo suscipiens, surgit ; simulque cum socio, sic ab eadem muliere præmonitus, revertitur : factaque oratione, apud B. Mariæ Virginis effigiem rosas suspendit. Delatus inde a Fratribus in locum infirmis deputatum, alta mente reponens mysteria, nullum loquitur verbum. Interrogatus vero quomodo se haberet, non respondens, miram quamdam in facie ostendebat lætitiā. Quam lætitiā denique verbis bonis, Psalmisque Davidicis, quos penitenciales vocant, conjunxit ; ipsosque ingenti omnium admiratione cœpit decantare. Quibus absolutis, quædam præcepta salutaria cunctis amicis et Fratribus reliquit, Christoque Jesu totis viribus deservendum esse ostendit, cui servire est regnare in cælo. Ad cujus portum cum se migraturum cognosceret, propterea eodem die, qui Ascensionem Domini nostri præcedit, percunctatus quid ageret, respondit : Scis, fili mi, quia Dominus noster cras est ascensurus in cælum ? Scio, inquit, Pater. Tum ille : credisne Salvatorem nostrum benignissimum velle me in tam fœtido vase longius commoraturum ? Sed subticente, subdit : Spero nempe pro largitate divina ex hoc tenebroso corporis carcere brevi egressurum. Quod utique factum est : die illo namque sacro adveniente, concomitantibus Angelicis spiritibus ad cœlestia regna transivit. Cujus sancti viri obitu divulgato, illico frequentissima hominum multitudo confluit, ut videat atque tangat gloriosum corpus ; quo taeto plurimi infirmi sanitate donantur, sicut annotarunt publici notarii. Quæ etiam mirabi-

lia diligenter descripsit Dominus Nicolaus Burgensis, D e Senarum civitate Eques aureatus illustris.

6 Horum autem primum : Andreas civis Senensis, in sanctum Dei amicum linguam suam exacuens, ac illi honorem præbentes illudens, statim repentino opprimitur dolore, a quo cum humanis remediis minime posset liberari, propter verba iniqua id sibi accidisse demum cognovit. Ob id pœnitentia ductus, votum vovit, se scilicet, ad sacras beati viri reliquias nudis pedibus perrecturum, dummodo pristina restitueretur sanitati. Quo facto illico incolumis e lecto surgit, publiceque votum solvens, universo populo admirante, laudes B. Francisco decantat. Secundum : Bartholomæus quidam et ipse de hujus Sancti miraculis detrahebat ; cujus rei luens pœnas, brachium dexterum, quod contra sanctum virum ridiculose movere solitus erat, instar lapidis immobile redditur : quapropter temeritatem suam agnosceus, ad sacrum tumulum accurrit, veniam petit, lacrymas fundit, delictum fatetur, et denique ab infirmitate liberari meretur. Tertium : Puer quidam juxta fontem aquæ ludens, incaute cadit et obruitur : quem parens amarissime lugens sic mortuum, ad sacrum tumulum B. Francisci defert, humiliterque voto suscepto, commendat filium : quem ad vitam revocatum summa cum lætitia intuetur, et laudes tanti operis ubique prædicat.

7 B. P. Franciscus inter Sanctos relatus, omni fere miraculorum genere claret : nam corpore contractos, surdos, cæcos, a malignis spiritibus detentos, comitiali morbo laborantes, liberavit. Sic testatur Illustris Eques in laudem tanti viri : cujus cineres sacri adhuc miraculis clarent, et apud Senenses in ecclesia Servorum in lignea arca super majus altare servantur : hujus autem festum ingenti lætitiā a Senensibus adhuc celebratur. Ferunt nonnulli ex nostris majoribus, et ita ab antiquioribus accepisse confirmant, lilium ex ipsius ore prodiisse confestim *k* quod migravit ad Christum : quod quidem lilium invictissimi Regis Galliæ nuntios, a Senensium Republica a Patribusque illius monasterii multis precibus obtinuisse fatentur. Quod credere a veritate non videtur alienum : lilium enim parere se vidisse testata est mater hujus optimi Patris, qui in vetustissimis picturis et præsertim in ara veteri D. A. cum lilio depictus conspicitur. Ille tamen, qui cuncta novit antequam fiant, nobis aperiat, et nos ejus meritis ubi sunt lilia convallium perducatur. Hujus percelebris Patris Vitam adhuc in lucem edidit R. P. M. Paulus Florentinus, ad Pium II Pontificem Maximum, velut ex suo Dialogo *l* colligitur, in quo habetur, quod in salutiferis ejus ad populum prædicationibus, ab *m* Angelorum manibus ante ejus oculos codicem apertum teneri visum est : qui omnia, uti scripta erant, summa cum caritate et virtute efferebat. Addit præterea innumerabilia ab eo ægrotantium genera curata fuisse, atque quatuor exanimis pueros ad elariorem lucem reduxisse.

8 Hactenus in Chronico Michael, cujus ultimos duos articulos reservans Gianius ad miracula B. Francisci post mortem, sub novo titulo explicanda, ipsam Vitam finit his verbis : Ejus corpus in lignea arca honorifice fuit conditum super altare B. Virginis *n*, in sacello quod apud sacrarium a læva majoris altaris situm est : ubi adhuc post ter centum annos tanta integritate incorruptibiliter servatum visitur, ut omnibus maximæ semper admirationi venerationique fuerit : eo præsertim die [Dominico post festum] *o* Ascensionis Domini, quo illuc Senatus et populus ingenti frequentia quotannis ad ejus festum celebrandum confluit. Ejus vero imaginem veluti devoti viri, abrasa barba et extenuato corpore, habentis in altera manu liliorum fasciculum, in altera vero librum apertum

in quibus et pœna obrectatoribus ejus inflata,

et vita picro merso, reddita,

et morbi plures curati,

k lilium dicitur que natum e.e ore mortui :

l

l

m

nec non incorruptio corporis :

n

o

A apertum super pectus cum his verbis, Venite filii audite me, timorem Domini docebo vos, figuravit antiquitas. Quemadmodum pervetusta illius adhuc indicant exemplata apographa *p*. *Hic finiens, miracula exorditur Gianius a libro prænemorato, in cujus, inquit, quolibet folio aureis litteris legebatur AVE MARIA, tam cetera supra relatis verbis absolvit; ac subdit: Illud autem liliam quam maxime venerantur Galli, tanquam Lutetiæ Parisiorum monumentum insigne, usque ad hæc nostra tempora patet (annum scilicet MDCXVIII quo editi Annales) cum olim multi ex ipsis, Italiani peragrantes Senasque transeuntes, sæpe postulaverint. Ubi est corpus, ubi est corpus B. Francisci Ordinis Servorum Divæ Mariæ? etc. Quare licet conijcere quam hujus beati viri fama in regionibus illis esset tunc promulgata, nec non et asserere quoque quidquid de lilio hactenus dictum est: de quo non inconsulto M. Gaspar y Venetus Poeta, Triumpho 6, cap. 6 de beatifica visione vernaculo trimetro testatur, quod ita in Latinum conversum fuit.*

Obvius in terra mihi fit, qui candida circum
Lilia purpureo projicit ore suo:

B Et niveæ frondes ex auro verba tenebant,
Tu Regina poli sanctaque Mater, AVE.

ANNOTATA.

a *In epitome subscripta imagini, de qua infra, dicitur annis quadraginta jacuisse in cœmeterio: quo posito tunc Archiepiscopus fuisset Azolinus de Malavoltis, anno 1351 consecratus, et quadriennio post declaratus pro Carolo IV Imp. Vicarius ejus generalis in Etruria, mortuus vera anno 1370. Quo autem Beatus obiit anno usque ad 1350 Sedem illam tenuit Donus Dei filius Rotlandi de Malavoltis, ex eadem scilicet familia ex qua natus Raynaldus Ugnacionis de Malavoltis eandem tenuerat ab an. 1282 ad 1307: sicuti etiam Azolini successor Jacobus Ægidii de Malavoltis, unius tantum anni Episcopus.*

b *Sic auctor unno 1367 Florentiæ urbe vicina scribens: quare non ausim dubitare, quin ibi adhuc corpus fuerit anno illa.*

c *Gianius: Ambrosio San-edonio Senensi Ordinis S. Dominici. Dedimus Vitam hujus Sancti 20 Martii: qui obiit anno 1287, quando Franciscus ex supra posito nativitatis calculo agebat annum ætatis 14; sed cum nihil obsit quo minus alius Ambrosius, ex ipso Servorum Ordine, circa idem tempus concionandi fervore claruerit, nihil præsumo mutare.*

d *Addit idem, citato libro 4 cap. 15 suorum Annalium: Interim ut religiosam [potius] quam secularem vitam ad honorem Dei genitricis duceret, occasionem nactus B. Philippi, qui tunc Senis agebat, per ejus manus, anno ætatis duodecimo tertii Ordinis habitum suscipit, atque ob id inter ejus discipulos connumerari meruit. Eundem vero tertii Ordinis habitum domi, usque ad annum, ut dictum est, vigesimum secundum detulit.*

e *Idem hic iterum, Dominicanus.*

f *Supradicta Epitome ait, habitum sumpsisse per manus B. Lotaringi Stufa Florentini an. 1296. Fuit hic B. Philippi Vicarius usque ad an. 1288, quando eo mortuo factus est Generalis et obiit Florentiæ anno 1300, 10 Julii, ob vitæ innocentiam in Album duodecim Beatorum Ordinis relatus, ut legitur initio libri 3 Annalium Gianii. Speramus nos de ejus publico aliquo cultu specialius edoculos, ut res ab eo præclare gestas possimus operi huic inserere.*

g *Dicitur etiam in eadem Epitome, quod propter magnam scientiam suam a Superioribus missus est ad Concilium Viennense generale, celebratum anno 1311, una cum B. Bonaventura Senensi et doctissi-*

mo Henrico Magno, discipulo alterius Henrici, cui Doctoris solennis cognomentum adhæsit, omnesque ex Ordine Servorum fuerunt. *Est posterior Henricus de Gandavo, ab Honorio IV factus Archidiaconus Tornacensis, de quo Gianius lib. 3 cap. 3; de altero vero ejus discipulo meminit lib. 7 cap. 13 Sed nusquam de Bonaventura, uti neque Fusti Senenses, licet hic et Beatus et Senensis vocetur.*

h *Addit iterum Gianius. In cujus rei testimonium potuit Senensis quidam jure de eo hoc carmen hexastichon proferre.*

Astra tenet, quoniam pacem dilexit, et illam

Servari monitis sanxit in urbe suis.

Dulcibus eloquiis placidam suadere quietem

Civibus et patriæ, sedula cura fuit.

Pacifer is quoque: nam sedavit scandala terræ,

Exulibus patrias restituitque lures.

i *Testis ex infra nominandis secundus ait, iter Areium fuisse, vicinam urbem.*

k *Epitome præcitata ait, id primum apparuisse anno post sepulturam 40: sed vereor ne epitomes auctor elevationem corporis alicubi inveniens tali anno notatam, ipsam cum tempore nati lili confuderit.*

l *Auctor noster in Catalogo Scriptorum Florentinorum, edito Florentiæ sub nota anni 1389 pag. 141, insigni elogio Paulum ornòt, nec non Thesaurum Concionatorum excusum Mediolani an. 1479, atque aliud simile opus sub titulo Paulinæ; Præterea Sermones de Sanctis et Dialogum prænotatum, de Origine Ordinis Servorum ad Petrum Cosmi filium; cujus archetypon asservatur in Bibliotheca Medicæa et incipit, Efflagitasti ex me sæpe numero, tum reliqua ejus recenset opera, in quibus et Vita B. Joachini ad Christophorum Generalem, a nobis edita 16 Aprilis, et laudata hic Vita B. Francisci; ac denique obiisse, ait, octogenarium anno 1499.*

m *Epitomes auctor testes allegat de visu Beatas Bartholomæam de Vacariis et Solitiam Palmeriam, aliasque virgines discipulas ejus atque Ordinis Servitarum, Prior obiit an. 1348 19 Maji, quando de ea agemus; de altera necdum potui aliquid invenire.*

n *Translati ad hoc altare ex majori corporis nullum in sequenti processu fieri mentionem, imo nec ab ipso Gianio, satis nequeo mirari: cum intra annum 1367 et 1618 quibus uterque auctor libros suos edidit, res deheat contigisse.*

o *Voces has inter imprimendum omissas fuisse, auctore vel alias occupato vel minus attento, nemo dubitabit, qui observaverit nominem esse, qui mutati festi meminert in Processu, qui tamen solis quatuor annis post editos Gianii Annales est formatus.*

p *His similem esse credo eam, quæ in serico tenui impressa, ex quodam Sanctimonialium cœnobio, dum in hujus Beati monumenta inquirerem anno 1647, delata est ad Collegium nostrum, cum Titulo, Epitome Vitæ, et Dedicatoria, Italice omnia. Titulus erat, Vera effigies B. Francisci Patritii, Servitæ, Nobilis Senensis. Epitome habebat singularia quædam, quæ in his Annotationibus cuncta exhibuimus. Dedicatoria dirigebatur ad Illustriss. D. Joannem Patritium Senensem, cum familiæ Patritiæ perbrevis encomio, sub nomine Joannis Florinii.*

q *Hactenus ignotus nobis auctor iste est, multo minus scians an, ubi, quot, et quando impressi ejus Triumpho sint.*

A

DEPOSITIONES TESTIUM

Super vita et miraculis B. Francisci ante annos circiter LX auditorum.

Ex MS. Exc. Comitum Patritii de Patritiis.

CAPUT I.

Articuli propositi Testibus in iudicio oblatis, et horum nomina.

Pro parte Illustrissimi Collegii Baliae Senensis, Triumviri, quos in praefatione nominavimus, secundum Memoriale nomine et Vice Prioris et Confratrum S. Mariae Servorum hujus Senensis civitatis oblatum anno Domini MDCXXI die vero XXVII Septembris.... editis nominibus exposuerunt, quod beata memoria Fr. Francisci de Patritiis, nobilis Senensis, Ordinis Servitarum, dum in humanis ageret, vir pietate conspicuus Christianisque virtutibus admirabiliter ornatus, multa signa sanctitatis exhibebat, et anno MCCCXXVI, die Ascensionis Domini, ab hac vita migravit. Cujus corpus ecclesiasticae sepulturae in ecclesia ejusdem Ordinis Servitarum, in civitate Senarum, traditum fuit, et decenter et honorifice asservatur et quiescit; et tam in dicta civitate quam in locis conviciis, fama sanctitatis et operatione miraculorum vigere coepit.

2 Et quia homines ad venerationem in ipsum Dei servum indies sponte feruntur, illiusque sanctitatis fama magis ac magis indies cum operatione miraculorum crescit et augetur; ideo his enarratis, materna lingua loquendo, pro testium faciliore intelligentia, articulant, ponunt, et probare intendunt.

1 Quod gloriosus Pater Franciscus Patritius*, a tempore suae mortis usque in praesentem diem, habitus sit et reputatus, quemadmodum habetur et reputatur, ab omnibus fidelibus Christianis, praesertim in statibus Serenissimi Magni Ducis Hetruriae, vir religiosissimus, purissimus, castissimus; magnaeque abstinentiae, humilitatis et obedientiae, ardentissimae caritatis erga Deum et proximos, sanctissimis moribus rarisque dotatus virtutibus, Dei ac beatissimae Virginis Mariae servus integerrimus; ideoque solitus sit soleatque, tam in vita quam post mortem, invocari a Christi fidelibus, in eorum necessitatibus angustiis atque infirmitatibus, credendo certumque tenendo, quod cum Deo et Sanctis regnet in aeterna beatitudine: atque id totum fuisse et esse publicum et notorium.

ii Item quod, tam in vita quam post mortem illius, Deus, per merita hujus fidelis servi sui et beatissimae Virginis, mediante intercessione ejus, dignatus sit operari multa miracula ad testificandam sanctitatem ejus.

iii Quod antiquis temporibus et omnem hominum memoriam excedentibus corpus gloriosi Fr. Francisci praedicti expositum et conservatum fuit in ecclesia parochiali Sanctorum Clementis et Michaelis Archangeli Servorum Senis, supra altare B. Mariae a Populo dictae, in capsula lignea: quae nostris temporibus reperta fuit, multis in eadem pictis miraculis et gestis praedicti Sancti, ad manifestandam posteris sanctitatem ejus.

iv Quod non solum in dicta ecclesia, sed etiam in aliis diversis ecclesiis ac locis publicis, inveniantur multae picturae antiquissimae, memoriam seniorum transcendentis, referentes imaginem d. Patris, ea forma qua solent pingi imagines Sanctorum, cum radiis circum caput et titulo BEATI.

v. Quod ad sepulcrum ejus, a tempore mortis suae

usque ad praesens, fuerit semper magnus concursus populi, non solum e civitate sed etiam e locis partibusque vicinis Italiae, propter famam miraculorum et sanctitatis, quae de ipso se longe lateque diffuderat.

vi Quod in die ipsius festo semper maximus fuerit et etiam nunc sit concursus fidelium: et tunc de ejus miraculis laudibusque soleat haberi sermo ad papulum.

vii Quod eodem die similis concursus sit ad speluncam, in quam Beatus poenitentiae causa solebat se recipere.

viii Quod corpus ejus servetur et videatur usque hodie incorruptum in d. ecclesia Servorum Senis.

ix Quod tam praedictum corpus quam imagines ejus, quae variis in locis depictae visuntur, magna in reverentia habeantur a fidelibus, solitis ante has et illud inclinare caput, genua flectere, lampades cereosque accendere, affigere tabellas votivas ex argento aliave materia, in agnitionem receptorum a Beato gratiarum.

x Quod tanta sit ac fuerit semper populi devotio erga hunc sanctum Patrem, ut multi qui variis gravibusque et periculosis morbis tenentur, ad ipsum sese convertant, ejusque intercessionem implorent, jubendo sibi adferri flores, sacri corporis tactu consecratos: qui supra infirmos positi, per Dei omnipotentis gratiam, operati sunt quotidieque operantur plurimum sanitatem.

xi Quod olim erecta ei fuerit Sodalitas hominum secularium: quodque sub ejusdem patrocinio hodie militet Sodalitas sanctissimae Trinitatis, ab ipso erecta sub nomine Sodalitatis minoris beatissimae Virginis.

xii Quod anno MDCXIX corpus praed. beati Patris solenni pompa fuerit processionaliter circumlatum, cum maximo populi undique accurrentis comitatu, numeroque cerearum facularum, et interventu plurimum confraternitatum secularium, praelatis earumdem labaris, et grandi multitudine religiosorum omnis professionis atque habitus: idque post consultationem desuper habitam in Palatio Archiepiscopali, in qua, nemine penitus discrepante, confessum in eam rem est.

xiii Quod in Lectionibus propriis de B. Peregrino Foroliviensi summus Pontifex dictum Patrem expresse appellet BEATUM: eumque in caelis regnare approbet, quando dicit, quod B. Franciscus Senensis venerit assumpturus animam B. Peregrini, eamque ducturus in paradysum.

3 Haec sunt interrogatoria, ab eonibus* notavimus loco, Italico idiomate concepta, et testibus proponenda: quibus subtitur, ut primo moneatur serio quilibet testis de gravitate juramenti praestandi etc. interrogetur de nomine, cognomine, patria, etc: deinde fit fides quod exhibita et producta fuere suprascripta praeparatoria et interrogatoria etc: ac denique describuntur quaedam dicta et attestations testium nonnullae, examinatae coram Illustriss. et Reverenss. D. Fabio Sergardio Patritio Senensi etc. hoc ordine.

i Anno Domini MDCXXII, die vero XXII mensis Octobris Illustriss. ac Reverendiss. P. Alexander Vasolins, Auditor Serenissimi Magni Hetruriae Ducis primus Testis inductus, productus, allegatus, nominatus, monitus, juratus, tacto pectore more Sacerdotali etc. cujus haec sunt responsiones ad praeparatoria, materna, qua ceteri quoque omnes locuti sunt, lingua. Non habui notitiam aliquam d. Patris nisi ab eo tempore, quo Florentiae legi vitam scriptam a P. Mag. Michaeli Florentino: postea vero variis occasionibus fui et mansi Senis, et nupera quidem vice anno integro, quando multa audivi de iis quae tractabantur circa sanctitatem d. Patris.

D concursu ad sepulcrum,

festo annuo,

veneratione spelunca,

corporis,

imaginum,

agrorum in ipsum fiducia,

sodalitum tutela,

processione cum corpore,

et titulo Beati.

F

Ad quaesita interrogati

Testes decem 28 Octob.

Deputati ex Collegio Baliae Senensis

B

intendunt probare,

opinionem communem de sanctitate B. Francisci,

C

nizam miraculis,

incorruptione corporis,

picturis relictis,

A II Pater Illustriss. ac Reverendiss. Don Fabius Piccolominens, Episcopus Massanns etc. *cujus* hæ sunt responsiones ad Præparatoria; Non habere eum notitiam personalem d. Patris, utpote a tot annis mortui: sed bene reliquiarum corporis sui, ex quo illud integrum vidit... circa personam *vero* ipsius Reverendissimi Testimonii, dixit, esse Episcopus, sæpe celebrare, et ætatis annorum LIV.

29 Nov.

III Die XXIX Novembris MDCXXII Reverendiss. Mag. Benedictus de Ventanis Ordinis Prædicatorum etc. *cujus* hæ sunt responsiones ad præparatoria. Habeo notitiam P. Fr. Francisci Ordinis Servorum, propter festum quod ei quotannis agitur in civitate Senensi, Dominica infra Octavam Ascensionis, et sæpius vidi incorruptum ejus corpus... Circa personam *vero* ipsius Testis, dixit esse ætatis annorum XI. et celebrare quotidie.

6 Dec

IV Die VI Decembris MDCXXII Illustriss. et Excellentiss. D. Mutius qu. D. Ascanii de Britionibus, Patricius Senensis, alius Testis *dixit*: Habeo notitiam d. Beati, quia legi ejus Vitam, corpus incorruptum vidi etc. et de omnibus quæ deposui est publica vox et fama apud eos qui ista noverunt.

B V Die IV Januarii anno MDCXXII, Illustriss. D. Archangelus, qu. D. Antonii Mariæ de Archangelis.

4 et 13
Januarii.

VI Die XIII Januarii MDCXXII Cosmos qu. Angeli de Carratellis Cusanus Senensis alius testis, juratus etc... Circa personam ipsius Testis dixit, Ago ætatis annum quinquagesimum, confessus et communicatus, possidensque in bonis mille scuta et amplius.

17, 21 et 28
ejusdem,

VII Die XVII Januarii MDCXXII, admodum Magnificus et Excellentiss. D. Angelus Cardus Senensis, Artium et Medicinæ Doctor.

VIII Die XXI Januarii Reverendiss. et Eximius P. Fr. Mag. ex Comitibus Aleii, Ordinis Minorum S. Francisci...

IX Die XXVIII Januarii MDCXXII Illustriss. et Excellentiss. D. Antonius qu. D. Alexandri de Ugulinis, Patricius Senensis.

ac 7 Febr.
1622.

X Die VII Februarii MDCXXII Rev. P. Fr. Camillus de Baldis, Senensis, Ordinis S. Mariæ Servorum Baccalaureus in sacra Theologia et Philosophiæ Lector...

Horum res-
ponsa qualia?

C 4 His testibus fuerunt proposita interrogatoria supra relata; non sigillatim (sicut ea commoditatis majoris causa distinxit in articulos XIII) sed una continua serie: quo factum, ut depositiones eorundem non respondeant accurate articulis singulis; sed iis verbis eoque ordine sint conceptæ, ut quisque meminerat se vidisse, audivisse, vel legisse; multæ etiam, quoad plures articulos, circa quos nihil particulare dicendum occurrebat, videantur esse defectuosæ. Nos, quidquid speciale ac notatu dignum unusquisque deposuit collecturi in unum, censuimus ad longum præmittendam depositionem Testis ultimi; quia de vita Francisci et viventis miraculis ceteris instructor ac præparatus magis accessit, unde non pauca alia aut aliter distinctiusque narravit quam Pocciantius, ita ut Vita per Paulum Burghesium scripta, quam idem Testis ut a se lectam allegat, multo fuisse copiosior videatur; præterea quia diligentius collegit cetera, de quibus suo tempore existentibus aut gestis poterat testari, post accuratam observationem et curiosam plurium interrogationem. Ita ergo locutus Italice scribitur.

cur ultimum
detur integrale?

CAPUT II.

Ultimi testimonii pars prior de virtutibus B. Francisci.

SCIO quod corpus B. Francisci Patritii sepultum sit supra altare S. Mariæ de Populo, in nostra ecclesia Servorum Senis. Scio quod d. corpus fecerit multa miracula, sicut infra dicam. Scio quod processionaliter circumlatum fuit per d. Senensem civitatem. Scio quod d. Pater debuerit fuisse in variis locis Italiæ, puta Mediolani, Comi, Papiæ, Flacentiæ, Parmæ, Bononiæ, Mutinæ, Regii, Florentiæ, Lucæ, et in aliis locis in quibus sum conversatus; Ex his autem quæ dixi et aliis quæ dicturus sum probare intendo, quod fuerit magnus Dei servus. Quod autem fuerit etiam singularis cultor B. Mariæ Virginis, clare patet ex vita ejus, diffuse scripta et in variis Italiæ locis impressa, in qua dicitur, quod Regina Angelorum atque cælorum, Patrona et Protectrix Ordinis nostri, eum per seipsam miserit ad Religionem Servorum, sæpenumero filium appellavit, sæpe cum eo familiariter tamquam amicus amico locuta sit; eumque confirmavit adjuveritque in suis necessitatibus, visitaverit in morbo, eique animam agenti paradisi a filio impetravit, ipsum illuc invitans, et magna Angelorum Sanctorumque et Sanctarum multitudine nec non Filio suo comitata gloriosam ejus animam in cælum deduxerit: quodque ipse quemadmodum in vita sua cumulatus fuit gratis ac meritis; sic etiam visus fuerit in conspectu Dei, vestitus clarissimo lumine gloriæ solis splendorem superante, coronatusque ditissima et fulgentissima corona ipsiusmet Virginis beatissimæ manibus, quemadmodum suo loco dicemus ex auctoribus qui de illo scripserunt, videlicet Paulo Atavanto, Nicolao Burghesio Equite, P. Dominico Guilielmo, P. Abbate Don Silvano Razzi, Mattbioli, Bernardino Florini, et Reverendiss. Philippo Generali Servorum; deque his omnibus est publica vox et fama.

Post indicia
Sanctitatis
ejus in genere,E
et singularis
affectus erga
V. M.

6 Ut autem in particulari dicam aliquid de virtutibus gloriosi servi Dei in articulo contentis, dico verissimum esse quod fuit homo religiosissimus, pientissimus, castissimus: quia numquam maculavit neque coinquinavit animam aut corpus suum ullo peccato carnali, floremque virginitatis servavit illibatam, et virgo pudicus ac sanctus est assumptus in cælum, quia talis fuit promissus mundo, prædictusque devotæ matri a S. Petro Apostolo, sicut alibi dicemus. Quamvis autem verosimile sit, multis eum tentationibus et gravibus carnis stimulis sollicitatum fuisse ad hujusmodi peccata, confirmatus tamen adjutusque efficaci gratia Servatoris, vicit ac superavit immunditiam omnem, eo quod nec minimo quidem impuro delicto voluerit consentire. Verissimum est etiam quod fuerit vir summiæ abstinentiæ, intelligens hinc peti efficacissima remedia contra tentationes inimici. Hinc etiam in ætate tenera, licet nobilis et dives, consuetudinem sibi fecit duos in hebdomade dies, scilicet Mercurii Sabbatique, solo pane et aqua transigere in honorem B. Virginis: factus autem Religiosus adjunxit jejunium simile diebus Veneris in honorem et memoriam Passionis, quemadmodum Regula nostra præscribit; tempora vero Adventus Dominici et Quadragesimæ, præterquam in die Dominica, transigebat pane et aqua contentus, quandoque etiam solis leguminibus. A carne et vino longissime fuit, solitus corpus suum appellare asellum, cui tantum præcise dandum esset, quantum sufficeret ad onus ferendum.

probat
ejus illibata
virginitas,

F

jejunium
frequens,

7 Per eandem abstinentiæ virtutem, decurtabat somni tempora, eundem abhorrens ut nocentissimi-

penitentia
rigor,

A mum letargum : quin etiam integras sæpe noctes insonnis pervigilabat in studiis sacris, meditationibus, contemplationibus, orationibusque : sin autem volebat mediante tantillo somno partem aliquam quietis corpori dare, vigilem nihilominus mentem ad Dominum cor ejus servabat. Verberabat et flagellabat sæpe corpus suum, fugiebatque otium veluti vitium virtutibus cunctis contrarium. Lectus ejus non alius fuit quam nuda humus : et hujus rei fidem facit spelunca seu caverna sita sub conventu nostro, in qua dum vixit numquam conspectæ sunt culcitæ aut plumæ, seu cervicalia ; non animalium pelles, non stramen, fœnum aut paleæ. Pro cervicali vero erant ei petræ duræ, ad eorum confusionem, quibus non sufficiunt sumptuosa palatia plumeique ac molles lecti. Pro tapetibus erant, crucees, contexta e funiculis flagella, sanguinis per muros sparsi notæ, quem e sua jugiter afflicta carne eliciebat. Pro famulis ac famulabus virtutes : societas nulla præterquam Christi, Deiparæ, Angeli, Sanctique et Sanctæ. Abstinentiam quoque exercuit in vestitu, non alia cappa, tunica aut scapulari utens quam ex rudi omnino panno : sub quibus induebatur longo asperoque cilicio, quod cingebat sane nihilio delicatiori. Sæpius autem ad domandam carnem, et ne haberet occasionem superbe efflerendi cor suum, propter miracula, quæ per eum Deus operabatur et propter laudes, quibus ornabatur ab hominibus, volutabat sese inter spinas urticasque et rubos. Denique ab omni re noxia abstinentissimus fuit.

B 8 Excelluit in eodem Dei servo humilitas. Quamvis enim esset quoad seculum nobili stirpe editus, et in religione, propter virtutes singulares et rara gratiæ ornamenta, cunctis in pretio ; non ideo tamen seipsum magni facere, nedum laudare notatus est unquam : ex animo solitus affirmare præ omnibus vilem, insipientem, incompositum et peccatorem se esse : eum vero solum dici debere nobilem ac sapientem, qui ex virtute vitam duceret. Numquam passus est se præferri aliis, quamvis id ei deberetur titulo Sacerdotii : ideoque ad tria consueta religionis vota, scilicet obedientiæ, paupertatis et castitatis, adjunxit quartum humilitatis : quia non legitur quod unquam voluerit admittere qualemcumque dignitatem vel prælaturam, non Prioratus, non Provincialatus, non ipsum denique Generalatum : sed quidquid mundo huic magnum videtur contemnens, suspirabat ad cœlestia : soloque in Deo felicitatem suam omnem ad finem ultimum collocatum habens, vixit Sacerdotali contentus dignitate ; in quam suscipiendam consenserat, propter singulare gaudium animi, quo afficiebatur, Domino suo quotidie mane offerens sacrificium Missæ. Humillimum quoque se esse probavit in plurimis, quæ etiam ad longinquas regiones instituit, itineribus. Sive enim prædicandi causa sive aliorum negotiorum occasione progrediebatur extra civitatem, non lecticas aut currus equosve assiduebat, sed pedibus ambulans cum scipione in manu, eleemosynam victumque et hospitium in loco ac tempore mendicabat, quemadmodum Apostoli et primi nostri Ordinis Patres faciebant. Humillimum denique se probavit in eo, quod, cum tantas gratias tantosque favores divinitus reciperet, nihil unquam eorum voluit manifestare ; urgentibus instantibusque ut aliquorum se participes faceret, solitus respondere, Secretum meum mihi. Interroganti autem aliquando socio, unde esset illud mentis jubilum, quod vultu præ se ferebat sacrificans, noluit causam indicare.

C 9 Humilitati tantæ accessit virtutum omnium regina caritas erga Deum et Proximum : amabat enim Deum supra omnia, neque potest verbis explicari, quantum communem amandi modum amor iste ex-

cesserit ; simul autem et veneraretur et timeret toto cordis affectu. Atque ideo nonnulli ex senioribus nostris gloriosum Patrem pingentium curaverunt emaciato vultu, liliam manu una ferentem, altera librum apertum cum hisce ex scriptura verbis, VENITE, FILII, AD ME, Timorem Domini Docero vos. Et revera omnis vita ejus continuus amoris timorisque divini excessus dici poterat. Cum enim nullo non die Missæ sacrificium celebraret, quotidie multa cum effusione lacrymarum et antea orare Deum, et postea gratias solebat agere : quin et alios docere, ne unquam sine lacrymis divinæ Majestati se sisterent precaturi. Eundem amoris excessum prodebant suspiria, crebro cum hisce vocibus pronuapeantia, Cupio dissolvi et esse cum Christo : quia nihil aliud optabat tantopere hic verus Dei servus, quam Domino suo uniri, et arctius arctiusque conjungi.

D 10 Tanta etiam caritate ferebatur erga proximum ; ut noctu diuque cogitaret, qua potissimum ratione subvenire posset ejus necessitatibus, præsertim iis quæ ad animam pertinent. Ergo instruere errantes, docere ignorantes, peccantes corrigere non desistebat ; cunctis compatiendo, pro cunctis fundendo orationes, spiritu, zelo et dilectione plenas, maxime inter concionandum, ut quotquot eum amiebant, a prioribus vitiis compuncti recederent. Ut autem de hac quoque virtute aliquid in particulari explicem, dico in auctoribus Vitæ legi, quod, cum aliud nihil suppeteret pauperibus erogandum, proprias vestes suas eisdem largiretur. Ex eadem caritate continue ministrabat infirmis : ex caritate non fatigabatur itineribus quaqua versus faciendis, publice privatimque concionabundus ad vitia extirpanda virtutesque Christianæ professioni congruas inserendas : ex caritate denique intendebat pacificandis inter se civibus hujus civitatis incolis, quos si dissidere comperisset in aliquo, mox instar muri firmissimi sese interponebat partibus : et in hac tanta apud cives valebat auctoritate atque gratia, ut inimicitias capitales extinguendo, et negotia intricatissima explicando, Pacialis cognomentum sit adeptus, aut eo antonomastice appellaretur.

E 11 Ejus præterea oratio non fervida dumtaxat, sed fere continua erat, eidem multam temporis partem impendere soliti, cum esset adhuc secularis, frequentando ecclesias ; ad quas divinaque in eis Officia audienda veniebat primus, exhibat ultimus. Quamvis autem tunc esset omnino tener ac delicatus, post modicam tamen quietem indultam corpori, media nocte surgebat de strato, conversaque ad Deum mente, prostratus ante aliquam Deiparæ effigiem quot noctibus recitabat quingenties Ave Maria. Studiosissimus quoque fuit audiendarum exhortationum sacrarum, neque ullo unquam titulo sese sinebat impediri quo minus cunctis interesset. Hoc vero illius studium Deus mercede congrua frustari noluit. Cum enim aliquando concionaretur Ambrosius Sapsedonius Ordinis Prædicatorum, eumque explicantem audivisset hæc verba, Mereberis si homines effugias ; continuo moveri se sensit ad statum vitæ religiosæ amplectendum, dimissa seculari ; firmiterque decrevit ad perfectionem quam posset maximam committi. Factus vero Religiosus, tanto cernebatur fervore orare, ut admirationi esset omnibus : quia anima ejus perpetuo adhærescebat Deo : cumque Missam celebrabat, tantum præse ferebat animi jubilum, ut cuncti obstupescerent tantum precandi ardorem, quo et sancta Cruce mediantibus multa fecit miracula, et multas divinitus obtinuit gratias, sicut infra dicemus ; multos quoque peccatores convertit, nihil denique a Deo petiit quod non impetravit. Hujus tam efficaci orationis exemplum aliquando patuit. Orabat divinam Majestatem Franciscus, ut sese dignaretur liberare

et proximum,

orationum
ejus fervor,

F

et efficacia,

A liberare a linguis calumniosis eorum, qui contra eum murmurabant, quasi plus æquo propensio- rem ad externam cum viris feminisque conversationem. Ecce autem media nocte precationi tali insistens obsurdit, adeo ut nec vocem ullam nec sonum quantumcumque perciperet. Volentibus autem civibus eum curandum tradere, noluit assentiri; sciens hunc esse effectum, non naturalis alicujus causæ, sed prædestinationis suæ.

paupertas

12 Fuit etiam Franciscus pauperrimus spiritu, tam in seculo quam in religione; nihil unquam habere volens quod dicere posset suum: non pecunias, quia has numquam adinstit, ne quidem pro itineribus longinquis, quæ conficiebat pedibus mendicatio victitans: non vestimenta, quia hæc sæpe pauperibus largiebatur: non denique proprium locum in choro aut refectorio, omnium infimum semper deligens. Imo neque invenitur neque legitur de eo, quod in Conventu, cui attributus erat, cameram haberet seu cellam; contentus ea spelunca, de qua supra diximus et dicemus inferius: quam anteferebat quantumcumque sumptuoso palatio; in qua, ut inquebat, non erant adulescentes, murmuratores, calumniatores aut alii homines scelesti; sed quies, pax, silentium, visiones et revelationes sanctæ, colloquia cum Deo, Deipara, Angelis, Cœlitibusque, omne denique bonum spirituale. Præterea devotæ Deo obedientiæ observator accuratissimus fuit servus Dei Franciscus: quodcumque enim loquebatur Superior aut mandabat quidpiam, ad minimum ejus signum promptus, subito manum applicabat operi demonstrato, aut pedem movebat versus locum indicatum: si autem imperaretur ut concionaretur ex tempore, non dicebat, imparatum se non posse ad pulpitem scandere; sed jubentis mandato fretus, progrediebatur ad dicendum, omnibus religiosi in exemplum obedientiæ proponendus.

B
et obedientia.

CAPUT III.

Ejusdem testimonii pars posterior de insignibus sanctitatis ejus.

Nec defuerunt servo Dei Francisco gratiæ gratis datæ. Nam primo cum bene litteratus et sacris profanisque disciplinis perquam luculenter esset instructus, manifestavit scientiæ donum sibi inesse, quando inter Patres Concilii Viennensis assedit sub Clemente V, quemadmodum videre est in Annalibus Ordinis, et in epitome vitæ impressa sub ejus gloriosa imagine, cujus exempla publicis in foris extant fidelium plebi venalia. Item quando in lucem emisit opera quædam sub titulo Sermonum, quemadmodum mihi refert P. Gregorius de Sastia, vir venerabilis ac fide dignus, qui asserit prædicta opera in nostra bibliotheca reverenter asservari. Insuper eloquio et prædicandi verbi divini gratia valuit, utpote concionator eximius, et ut talis auditus in variis Italiæ locis, maxime in diœcesi Senensi, in qua nec civitas nec oppidum est, ubi non supersit memoria utilissimarum ejus concionum. Magnam deinde nobilitatem ejus in seculo probat familiæ Patritiæ splendor, ex qua processit: auctoritatem singularem apud omnes Italiæ Principes potissimum Senenses declarant, quæ tractavit dexterrime, publici Status negotia. Hinc ad Clementem V missus est cum socio R. P. Bernardo de S. Nuccio orator pro Clero et diœcesi Senensi, quemadmodum docemur per instrumentum in membrana scriptum, quod cum aliis nonnullis magni momenti instrumentis in archivio Conventus nostri asservatur. Invitatus etiam fuit a Cane, Principe Veronensi famoso, ad fundandos iis in partibus sui instituti conventus. Pro certo denique et

Scientia
sacra,auctoritas
magna,

explorato habetur, quod fundaverit conventum S. Mariæ de Scala. Ex quibus omnibus liquido apparet, verissimum esse quicquid articulo primo asseritur.

D
EX PROCESSU
118.

14 Plurima fuere miracula, quæ propter hujus sui servi merita operatus est Dominus, in Sanctis suis gloriosus, ante nativitatem ejus scilicet et post eandem, tum in vita ac morte atque post mortem. Et quidem ante nativitatem futura puelli sanctitas matris ejus manifestata fuit per varias visiones, in quarum una somniavit ipsa, se intra ecclesiam parturire candidissimum liliam, unde multa alia lilia nascebantur, quæ simul omnia formare videbantur speciosam coronam, ad coronandam Dei matrem; ita auctores omnes. Alias in medio noctis silentio, apparet ei S. Petrus in majestate et gloria ac Pontificaliter vestitus, ceteris a choro exesse jussis, dare ei visus est benedictionem Papalem, atque prædicere, quod paritura esset liliam, quod omnes hujus mundi fœces feliciter transiens, nulla sui parte inquinaretur; quemadmodum postea reapse patuit. In nativitate porro ejus mysterio plenum esse creditum fuit, quod post baptismum sacrum puero collatum, constitutus ante effigiem beatissimæ Virginis, secundum morem hujus civitatis eidem Virgini devotissimæ, quamvis omni adhuc rationis usu rerumque sensibiliu notitia privatus, pro vagitu quem alios pueros dare natura docuit, gestire lætitia et imagini plaudere cœperit, in signum futuræ suæ erga Dominam nostram sanctissimam devotionis; quemadmodum Vitæ auctores scribunt, ac nominatim D. Eques Nicolaus Borgesius.

miracula
nativitatem
prægressa,et secuta,
E

15 Vitam quoque ejus variis signis et miraculis exornavit Deus, sicut ordine dicemus. Ac primo multas habuit apparitiones Beatæ Virginis Mariæ, diffuse narratas a Scriptoribus Vitæ, ac nominatim, quod ei adhuc adolescentulo seculari videndam sese offerens, in mercedem repetitarum sibi toties laudum, numero servorum suorum adscriptum eum significavit; proinde dimisso mundo religiosum statum amplecteretur. Hoc autem cum ad conventum accedens narravisset, receptus ad habitum fuit a Beato nostro Philippo, tunc Ordinis Generali. Alias cum Dei famulus ad populum verba faceret, volens declarare Deus quantus tunc esset Francisci zelus, fecit apparere linguas igneas flammulasque, quæ circum et supra caput ejus volitabant, uti prædicti auctores referunt, et variis in locis pictum cernitur. Alias cum similiter prædicaret verbum Dei, visi sunt Angeli atque Cherubini circumstare, et Evangeliorum librum apertum ante eum tenere. Fuit cum gloriosus P. Franciscus, in itinere constitutus atque oppido lassus, ab avaro quodam divite pro Dei amore posceret aliquid, nec obtineret saltem commoda verba, atque in pace juberetur abire; sed multa cum maledicentia convitiisque repelleretur. Quod impunitum non mansit, viro enim beato vix dum digresso, præter anni tempestatem et naturæ cursum subita tempestas incubuit loco isti, fulminibus tonitruisque formidabilis, omnemque maledici homini substantiam dissipavit; sicut auctores ac nominatim Eques Borgesius narrant.

apparitiones
Deiparæ,

F

injuriosus
in Beatum
punitus,

16 Quoties Dei servus egrediebatur, sicut faciebat sæpe, ad infirmos variisque morbis laborantes visitandos, postquam eos hortatus ad patientiam salutaribus monitis instruxisset, plenus fide multos eorum sanabat facto super eos Crucis signo; quemadmodum testabantur tam ipsi qui fuerant curati infirmi, quam qui eidem præsentibus aderant ad salutarium vel ministerium. Multoties etiam illud accidit mirabile, quod cum pauperibus eleemosynam petentibus, sui Magistri exemplo, vestes proprias esset largitus, sola earum contactu iidem pauperes cura-

pauperes
Cruce aut
Vestium at-
tactu sanati,

rentur

EX PROCESSU
MS.

rentur ab infirmitatibus suis. Harum aliarumque gratiarum, Francisco divinitus concessarum cum longe lateque per omnem circa regionem diffunderetur fama; mirum est quantum ea virorum ac mulierum numerum excitavit, ad illum devote frequentandum. Sed grave illi erat toties et tam continue interturbari: itaque miraculosam a Deo obtinuit surditatem, uti jam superius dictum est, per quam deinceps quieto vivere licuit soli Deo ac sibi.

*mors ei a
Deipara
præannuntiata,*

B

17 Pergebat nihilominus ad prædicandum Dei verbum pro more egredi e civitate. Quadam ergo die idem faciens, et ipsa in via præ debilitate ac lassitudine deliquium patiens, gloriosam Virginem Mariam candidissima indutam stola conspicuam habuit, quæ rosarum fasciculum illi offerens deficientemque consolans, Regredere, inquit, famule mi Franciscæ, appropinquat enim tempus, quo ad cœlestem paradysum hinc transeas. Surrexit autem mox ille, atque in civitatem regressus cum socio et ingressus ecclesiam, ante beatissimæ Virginis imaginem se prostravit: actisque pro recepto beneficio gratis ipsum rosarum fasciculum appendit ad imaginem jam dictam, et in suam se cavernam recepit mortem expectaturus. Infirmatus autem prædixit se ad meliorem vitam transiturum in festo Ascensionis Dominicæ, sicuti revera accidit anno MCCXXVI. Denique in proximæ mortis articulo rursus ei Deipara Virgo apparuit, filio suo unigenito comitata, dixitque: Franciscæ, serve mi carissime, quid retribuam tibi pro fideli quem mihi exhibuisti famulatu, proque amore quo me semper es persecutus? Respondit autem. Jesus Christus vice Francisci: Convenit mater, ut qui te amavit, veniat æternum regnaturus nobiscum in cœlesti patria. Dein ambo in has voces proruperunt: Veni, veni, fidelis serve, in patriam cœlestem nobiscum: atque hic subito disparuit visio, et gloriosa servi Dei anima in Paradysum translata est. Ipsa autem qua vir beatus expiravit hora, nobilis ac sancta quædam Senensis matrona, conspexit eum sole splendidiorem ante conspectum sanctissimæ Trinitatis adduci, capitique ejus pretiosissimam coronam a Deipara imponi, in signum evidens quod qui in hac vita minime vulgari gratia meritisque nituerat, in cœlis quoque non ordinario gloriæ lumine ornaretur. Dum vero supra terram corpus stetit, ad ejus venerationem populus propemodum infinitus accurrit: et per universum Comitatum infirmi multi sanati sunt, variaque miracula alia acciderunt, quæ publicorum Notariorum manu excepta firmataque fuere. Natum quoque ex defuncti ore candidissimum liliū, singulis in foliis scriptum habens aureis litteris AVE MARIA.

*beatitudine
ejusdem re-
velata,*

*et secuta
miracula:*

C

18 Deo Sanctum suum sic exornante, fuit nobilis quidam Senensis, nomine Andreas, qui miraculis tantis incredulus, imo ipsum etiam Franciscum blasphemans, acutissimos subito cruciatus persensit, quibus eum ad mortem urgentibus, et medicis de vita ejus longius producenda desperantibus, pœnitere miserum cœpit de omnibus, quæ contra Dei servum imprudenter effutierat: seque eidem ex animo commendans, promisit quod de publico sui peccati scandalo publicam esset subiturus pœnitentiam. Cessavit illico ad hoc votum cruciatus, seque de strato attollens Andreas, complicatis brachiis in formam Crucis, ad ipsius beati viri sacrophagum accessit, miraculum in se factum narravit omnibus; seque devotum B. Francisco professus, vitam deinde sanctam atque exemplarem duxit, prout testatur Eques Borghesius. Alius, nomine Bartholomæus, Francisci nomen solitus in risum convertere et miraculis per ejus intercessionem factis detrudere, atque in signum vilipendii brachium elevatum in aere inconcinne circumagere; dum hoc die quadam

*vindicta de
blasphemantibus sumpta,*

agit petulantius, brachium sibi in modum petræ D cœpit obrigescere. Suum ergo delictum agnosceas, ipsum publice accusando per viam, venit ad ejus sanctas Reliquias visitandas. Quo cum pervenisset, et plangere amare cœpisset, novo miraculo gratulatus est restitutum brachio suo motum: exindeque devotus Deo ac famulo ipsius Francisco vitam cum pietate egit.

19 Accidit præterea puerum ludere circa fontem, in eumque infeliciter cadere atque submergi, nemine qui auxilium ferre posset ibidem præsentem. Extractum deinde cadaver atque ut tale cognitum ab omnibus, a patre ac matre deploratum, tandemque ad B. Francisci Reliquias delatum est: quod mox anima recepta surrexit, et redivivus puer in pedes erectus domum ambulavit absque offendiculo, teste Borghesio. Denique dicitur ab auctoribus, quatuor mortuos, per Francisci merita, rediisse ad vitam: sanitatem vero recepisse mancos, claudos, atque attractos, restitutos esse lumini cæcos, mundatos energumenos, curatos elephantiacos; auctorem vero ista sic referentium unus inquit, Franciscus, relatus inter Beatos omni fere miraculorum genere claruit.

mortui suscitati,

E

20 Vidi ego hujus Beati effigiem in variis hujus civitatis locis, scilicet in Cathedrali Senensi, in ecclesia S. Joannis sub Cathedrali, in Palatio Illustrissimæ Dominationis, in Porta Romana, atque alibi; Florentiæ item, Bononiæ ac Mediolani. Neque intra Italiam fama servi Dei jam dicti se continet, ad remotas etiam provincias diffunditur, neque externorum quispiam appellit Senas, quia veniat adoratum istud corpus sacrum; et ego per meipsum sæpe illud monstravi transmontanis plurimis, Hispanis, Francis, Imperialibus. Neque multi abierunt menses, quod Senas appulerunt Patres Jesuitæ duo e partibus remotissimis, cum eisque Japon unus, qui simul omnes revertebantur in Indias, et præclarum istud pignus demirati sunt. Vidi etiam ad ipsum venerandum venire varios multosque Prælatos Ecclesiæ sanctæ, Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, multosque Principes temporales: puta Eminentissimos Cardinales Estensem, Bichium, Medicæum; Illustrissimos insuper Camillum Archiepiscopum Senensem et Archiepiscopum Petruccium, Illustrissimos quoque Archiepiscopum Pisanum cum Apostolico per Hetruriam Nuntio, denique ex seculari Ordine Serenissimos aliquot Principes et Principissas. Verissimum præterea est, quod corpus sit incorruptum, manum dextram caputque in aere paululum elevatum tenens: quod lampades et cerei luceant ante imagines Beati, et quod sepulcrum votivis quaqua versum tabellis coronatum sit.

*imagines ut
Beati,*

Corporis veneratio,

F

21 Est etiam certissimum quod Cosmus Eusiarus, calculo gravatus, sanitatem recuperaverit: quod denique Pater quidam Franciscanus e Minoribus Conventualibus, corpore contractus, cum intellexisset corpus B. Francisci processionaliter circumferri, ei sese ex corde commendaverit, et sospes factus sit: atque hoc accidit anno MDCXIX. Laurentius Merciatius, calculum patiens, misit iadium corpori sancto admovendum, et convaluit anno MDCXXII, Bartholomæus Joannis Dominiaci Panduoci, annorum sex puerulus, veniens cum matre ad honorandas præd. Reliquias, e scalis cecidit; sed matre Franciscum invocante, noxam nullam tulit. Franciscus Tercarinus, ex Ordine S. Francisci, maligna febris et cruciatu capitis ingenti laborans, votum fecit glorioso Patri, et voti compos factus est: quod idem facto voto accidit Christophoro Guasti aromatario, infirmo ad mortem depositoque a medicis propter pestilentis morbi gravitatem, quam erumpentes toto corpore pustulæ nigricantes prodebant

sanitas invocantibus reddita.

A prodebant. Atque de his omnibus publica vox et fama testatur. Catharina uxor Cosmi ensiarii, ad earum contactum rosarum, quæ corpori sancto applicitæ fuerant, a gravissima ægritudine liberata est. Dominus quidam, ex nobilissima familia Reccafuori, dentium acerbo dolore solutus est, ad similes rosæ tactum. Quidquid vero dictum est supra, tamquam verum exposuit Fr. Camillus Baldi.

CAPUT IV.

Anulecta ex aliorum testium depositionibus : inspectio corporis : Romani Consultoris iudicium.

Ordiamur a miraculis post mortem : quorum præcipuum unum, paucissimis verbis jam indicatum in fine capitis superioris, Catharinæ prædictæ maritus Cosmus, velut testis oculatus, in ordine sextus, sic enarravit, ut aliud nihilo minus evidens in propria persona gestum prolixius attexerit. Scio quod Catharina filia Leonardii Calefati, uxor mea, recepit gratiam miraculosam. Cum enim apostema pateretur in humero, eique admoventi iussisset rosam, tactu sacri corporis sanctificatam ; intra paucissimos dies convaluit, beneficiique obtenti testem tabellam fieri curavit. Ego vero ipse haud paulo majorem mirabilioremque gratiam retuli, hac quam narrabo ratione. Ab annis circiter duodecim cœpi doloribus nephriticis torqueri calculisque in vesica concretescentibus, quorum identidem egerebam aliquos, non sine summo cruciatu : atque in eo statu permansi usque ad annum MDXVIII ; quando, inrudescens graviusque dolores ferre ultra non sustinens, lecto decumbere fui coactus. Tunc vocatus in auxilium medicus (fuit is Hieronymus Pinellus Neapolitanus, a curandis infirmitatibus singularibus celebris) censuit nullum malo meo remedium inveniri posse, eo quod grandior jam lapis resideret in fundo, nec posset sursum revocari medicinis ullis : addit quod mihi præparaturus esset aquam, cujus beneficio coerceretur prægravantis molis incrementum, atque ita ad menses saltem aliquot protraheretur mihi vita. Ego vero considerans tantam substantiæ partem, in medicorum ac medicamentorum pretium hæcenus insumptam, nihil profuisse, ne novas facere expensas cogere, ipsam aquam sumere recusavi.

C 23 Sic constitutus cum in officina mea essem, die XII Maji vesperi, seu potius ad horam Vesperarum ante diem Dominicam (ubi notanda venit curialis anni ac popularis differentia : quem enim ex usu vulgi, is qui loquitur, testis appellat annum MDXVIII, quo scilicet anno dies XII Maji cadebat in sabbatum ; eum Curia, novem mensibus prævertere annum Romanum solita, vocasset annum MDXIX) accessit ad me Magister Guerrinus Chiocciolotti, sartor, annorum sexaginta ; et, Volumus, inquit, ambulare ad Dominam nostram in Porta Romana ? Anni ego : atque ita pedetentim cœpimus simul ambo progredi, et ego quidem applicitam semper inguini manum tenens, propter magnos quos patiebar dolores calculi. Appropinquantibus autem nobis ad ecclesiam Servorum : Quid si ingrediamur, inquit ille, lucraturi Indulgentias hic propositas ratione Quadraginta-horarum, quarum etiam causa expositum prostat corpus B. Francisci Patritii ? Etiam ad hoc me paratum obtuli, dummodo graderemur quam lentissime, alias curaturum me ut eo ducerer. Venimus ergo, tardiori, ut volebam passu, ad ecclesiam Servorum, et dixi : Volo me huic Sancto commendare : atque intro ingressus sumpsit Indulgentiam coram Sanctissimo, deinde accessi ad capsam in qua erat corpus d. Beati, eidem supplicans, ut pro me intercederet

apud Sanctissimam Trinitatem, quatenus sequenti mane me dignaretur sanare ; non pauci enim eo tempore moriebantur ex doloribus calculi. Ita completa devotione mea domum revertimus quisque nostram, pedia in via digressi ab invicem.

24 Hora erat cœnæ cum redii domum : unde post modicam cœnam denuo sum egressus in forum ad spectandos qui ibi fiebant ludos, ex persuasione uxoris meæ, optantis ut ea ratione dispellerem melancholicos humores et dolorum quos patiebar obliviscerer. Verum hi passi non sunt longas istic me moras ducere ; sed brevi intervallo remensus viam, sub tertiam noctis horam jussi ut familia mea cubitum se reciperet, dum ego decumbere non valens præ cruciatu magnitudine obambulo per cubiculum usque ad horam quartam. Tunc, concedente id Deo, urinam mihi cieri sentiens, matula sumpta eadem reddidi absque gravi molestia. Audiit hoc uxor, et simul sonitum calculi urinam sequentis ; atque illico dixit ; Eia, sanatus es, marite mi. Non senseram ego propter dolorem (qui etsi non maximus, non tamen nullus erat) descendisse calculum ; igitur, quomodo id tam fidenter asserveraret, interrogavi. Ipsa vero, Inspice, inquit, matulam, jam enim calculum emisisti ; quod ita esse cum manu injecta deprehendissem, gratias egi Deo et Sancto ; positisque vestibus in lectum me recepi, et commodissime dormire cœpi. Orto deinde die ipsum calculum ad ecclesiam Servorum detuli, advocatisque Sacristano et Priore narraui gratiam mihi factam qualem petieram, atque ipsum calculum eis exhibui : qui postquam me fecissent lucrari Indulgentiam, votivam tabellam meo jussu curatam appenderunt ad aram, in qua expositum stabat corpus. Post duos vero dies, iterum eieci duos minusculos lapillos, ab eaque hora usque modo nullum amplius sensi dolorem : et plane existimo persanatum me esse, nec ullum observo ciborum delectum.

25 Testis v. inter alia dixit, quod in ecclesia Servorum Florentiæ, cui ab Annuntiata nomen, seu potius in ipsius ecclesiæ claustro, depicta cernuntur varia B. Francisci miracula, manu Andreæ del Sarto aliorumque præstantissimorum pictorum, Testis in ejusdem imaginem chartæ impressam a se visam affirmat. Testis vero VI, ad servandam beneficii sibi collati memoriam, imaginem ejus sibi depingi fecit in charta duriore, ac venerationis ergo domi eam asservare se dixit. Nunc quod ad reliquum B. Francisci cultum attinet, Processionis illa circumlatio anni MDXIX a Teste v. his verbis describitur. Scie quod ab hinc tribus vel quatuor annis in octava Paschatis publice circumlatum fuit corpus a quatuor Sodalitatibus, deputatis pro evectione alicujus spectabilis Reliquiæ in processione generali. Dominica in Albis circumduci solita. Fuit autem a Theologis aliquibus mota difficultas, dicentibus, specialiori superioris potestatis indulto ad id opus fore, eo quod præd. corpus non esset Reliquia approbata ex præscripto Concilii Tridentini Sess. 23. Post longam autem concertationem definitum est ab omnibus hujus civitatis Theologis, legitimam esse Reliquiam, in qua deferenda scrupulus nullus ponendus esset. Testis autem IV dixerat, videri miraculosum fuisse consensum, in unum argumento certissima, quod, cum tempore Pii V missi Visitatores Apostolici severissimi, invenerint præd. corpus supra altare, in quo celebratur Missa, nihil circa ipsum innovandum censuerint, sed ipsum sic manere permiserint, quamvis in ecclesiis Senensibus multa reformaverint circa corpora super terram elevata. De Visitatione ista, facta circa an. MDLXX, egimus XIII Martii in fine, ubi de B. Erico Peregrino, Perusii defuncto ; in cujus corpore severitatis suæ exemplum statuit Visitator, jubens illud

D
1 x PROCESSU
3-5

emissis cum
urina cal-
culis :

E

honorantur
imagines,

V

corpus in
processione
deletum,

supra altare
servari per-
missum,

Curatur
apostema,

et intolerabilis dolor
calculi,

post visita-
tum corpus,

A *illud ab altari majori ecclesie ad sacristiam deferri, donec de origine et fundamento talis cultus certius constaret, prout decennio post constitit formato Processu.*

EX PRO-
CESSU MS.

26 *Est ergo circumlatum B. Francisci corpus, sub novo Baldachino, uti dicit Testis IV, succollantibus D. Mutio Pecci, D. Ludovico Accarigi, D. Assone Equite Melitensi, D. Pompilio Pepucci Equite, D. Fr. Calisto Borghesio Equite Melitensi. Quocumque autem die ipsum corpus exponitur populo spectandum, ingens est concursus cupientium corollas suas precatorias admovere eidem, aut ab aliis admovendas curare; nec non desiderantium flores intra arcam repositos. Neque plebei tantum illud ovde spectant, sed etiam spectatissimi in dignitate seculari et ecclesiastica viri. Sic memini, inquit Testis VII, ipsum anno MDCXIII visitatum fuisse venerationis ergo ab Eminentiss. Cardinali de Pondeo cum magna devotione. Idem in depositione Testis II scribitur Cardinalis de Podio. Utrobique erratum a librariis vel notariis credo, nullus enim toto Pontificatu Pauli V, ab anno MDCV ad MDCXXI, invenitur istius nominis Cardinalis. Nec tamen de veritate testimonii duplicis, ex oculata fide dati, dubitare licet. Nihil ergo verosimilius mihi esset, quam quod hic intelligatur Petrus Gondius (vulgo de Gondy) Lingonum et Parisiorum Episcopus, si probare possem, quod is anno ætatis LXXXI (quatuor enim annis octogenario major fuit, quando Parisiis obiit anno MDCXVI) potuerit volueritque sustinere labores itinerum ultra citroque ex Gallia in Italiam. Nunc aliud effugium nullum superest, si neminem ex Cardinalibus hujus seculi prætermisere Ciacconii continuatores, quam ad Petri nepotem Henricum Gondium, qui anno MDCVIII, cedente patrio factus Episcopus Parisiensis, potuit ob aliqua regni Francisci negotia transiisse Senis anno MDCXIII prænominato, et hic per prolepsin appellari Cardinalis, licet hoc tantum sit factus quinquennio post.*

nec solum a
plebe

sed et a
Cardinali
quodam,

B *Idem Testis VIII, B. Francisci corpus simili devotione visitatum asserit ab Hetruricæ Ducibus, nominatim a Cosmo II gloriosæ memoriæ, et D. Justina de Medicis, atque a Sereniss. Principe Condæo: qui etiam elemosynam reliquit. Et his aliisque Magnatibus ipsum conspiciendum extra ordinem concessum fuit. Testis vero II; Scio, inquit, quod d. corpus ultimo inspectum fuerit a D. Archiepiscopo Pisano (fuerit hic Julianus de Medicis, anno MDCXX in defuncti Francisci Bonciannii locum sussectus) coram Ascanio Vasolio, fratre meo. Quo autem in statu ipsi illud viderint, intelligetur ex sequenti, quo Processus clauditur, Latina instrumento. Anno MDCXXII die XI Februarii Illustriss. et Reverendiss. D. Vicarius, Judex delegatus, accessit post prandium, una cum me Notario et Cancellario infrascripto, ad ecclesiam Conventus et Fratrum S. Mariæ Servorum civitatis Senarum; et perventus ante altare majus, genuflexus adoravit sanctissimum Eucharistiæ instrumentum: factaque brevi oratione visitavit altare, sub titulo S. Mariæ del Popolo nuncupatum, situm in brachio sinistro d. ecclesie, prope ostium sacristiæ meridiem versus: supra quod vidit adesse capsam, in forma sepulcri, lignei nuclei auro ornata; in qua vidit asservari corpus d. B. Francisci de Patritiis, totum integrum, cum manibus elevatis, et præcipue sinistra, in qualibet ejus parte cum pelle et carne exsiccata undique circumdatum; excepto capite, in parte sinistra: ubi gena reperitur non undique obducta pelle, sed aliquibus foraminibus vitiata, uti etiam reperitur eadem pars in fine costarum et in summa cervice: occipitium vero detectum in modum coronæ Episcopalis. Reperitur etiam in parte dextera et in situ mamillæ foramen peramplum, oblongum per longitudinem unius digiti; et sine genitalibus. Apparet aliquantum os apertum, dentes*

aliisque
Principibus
viris,

ultimoque a
Vicario
Archiepiscopa-
li,

aperta capsam,

anteriores demonstrans. Manus et pedes habet cum unguibus: pars vero posterior remanet penitus illæsa, et undique carne pelleque obducta. Et d. corpus compositum respicitur, ut devotionem et admirationem pariter pariat.

28 In anteriori parte capsæ prædictæ depicta inspiciuntur tria miracula: scilicet Angelus, ostendens librum apertum d. B. Francisco prædicanti; nec non etiam flamma in capite ejusdem Patris prædicantis; et apparitio beatæ Virginis extra civitatem Senarum, quæ d. B. Francisco, qui in itinere defecerat, apparuit, et sensus illius revocavit. Reperitur etiam supra et in medio d. capsæ tabella depicta, in qua respicitur corpus Beati jacens vestitum in feretro, et ex ejus ore liliū surgens, undique septum circumstantibus, corpus præd. venerantibus, variis sericeis ornatum cum luminibus, hinc inde assistentibus Fratribus ejusdem Ordinis cum superpelliceis inductis, coronas et flores pro populis petentibus tangentibus etc. Actum Senis in ecclesia prædicta, coram D. Augustino de Bronzis Presbytero Volaterrano, etc. Huic tam accuratæ descriptioni addi potest ex depositione Testis I, quod arca interior muniatur crystallis transparentibus, per quas corpus conspicitur: et ex verbis Testis V, quod sacellum, in quo est altare S. Mariæ prædictum, sit familiæ Lutorum. Magis etiam notabile est, quod Testis III appellat B. Franciscum Tarlatum, et sic ab universa civitate appellari dicat; cum ceteri omnes Patritium cognominent, præter VIII, qui nominat Franciscum Patritium et Tarlatum. Denique de lilio supra memorato Testis IX asseruit, dictum sibi a quibusdam Francis, quod singulis annis in die festo B. Francisci revirescat, velut si tunc primum sit decerptum ex agro: die autem transacto denuo siccum fiat. Movit me confitentem hæc verba cum tertio Vitæ num. 7 ubi ipsum liliū dicitur Regi Gallie, per suos nuntios id petenti, donatum, ut pro curiositate juberem quæri, an ipsum adhuc supersit Parisiis in Capella, ut vocant, Sancta, ubi ejusmodi sacra cimelia cum Spinea Domini nostri Corona servantur. Qui autem hanc curam in se suscepit P. Ludovicus Jobert Societatis nostræ, eo libentius hoc faciens, quo majori studio ab omni plus quam viginti collegit Annum Marianum in eoque jam ad prælum fere purato de vita B. Francisci agit: hic inquam in verba respondit XXVIII Julii MDCXXIX. Illustriss. Dominus Thesaurarius Capellæ sanctæ, qui fuit olim Episcopus Constantiensis in Normannia, consultus de lilio, quod e tumultu B. Francisci Senensis prodit, negavit ullam ejus rei haberi memoriam: deinde copiam fecit totius thesauri vivendi, in quo liliū simile est. Alibi quæri debet veritatis istius, si quæ supersit confirmatio.

in qua etiam
picta miracu-
la aliqua:

item alia
de appella-
tione Tarlati,
E

et lilio in
Franciam
delato

29 Hoc processu sic formato Romamque misso, in Rotam recepto et Auditorum olicui commendato, familiaris Theologus ab eo consultus, anno MDCXXVII die XVI Aprilis, responsum dedit: quod in magna ejusmodi rerum collectione, servata apud Procuratorem Generalem Societatis nostræ reperi fol. 320. Illustrissime et Reverendiss. Domine, ex processu formato via ordinaria coram Illustriss. D. Archiepiscopo Senensi, circa sanctitatem vitæ et certitudinem miraculorum servi Dei Francisci Patritii, Ordinis Servorum B. V. Mariæ infrascripta concluduntur.

Consultor
Rotæ Rom.

censet con-
stare

1 Quod ipse servus Dei Fr. Franciscus Patritius, nobilis Senensis, Rainalda et Henrico parentibus defunctis, ingressus fuit religionem Servorum anno MDCXCVI, discessitque ab hac vita MCCCXXVI. Qui servus Dei fuit omni genere virtutum insignitus, religiosissimus, et suæ Regulæ zelantissimus observator: et pro tali semper ab omnibus Christi fidelibus præcipue in Hetruria habitus et tentus est: et ita fuit et est: ac proinde in necessitatibus omnes ad

de opinione
sanctitatis,

A ejus intercessionem recursum habuerunt et habent, prout super his et illius sanctitate deponunt Testes decem nominati.

vita austeritate,

II In præmissæ sanctitatis comprobationem accedit asperrima poenitentia, quam semper fecit quocumque permanserit, affligens corpus suum continuis disciplinis et abstinencia escæ ac potus; sed præcipue in spelunca subterranea, quæ subtus monasterium est posita: ubi continuis orationibus ac meditationibus vacabat Deo diu noctuque, sine lecto aut alia commoditate, sed super nudam terram quandoque præ lassitudine jacebat: ac ideo semper fuit in maxima veneratione apud omnem populum talis spelunca, et in die festo ejus magno populi concursu visitatur et veneratur: et hæc omnes præcitati Testes deponunt ac probant.

veneratione sepulcri,

III Frequentia populi ad ejus sepulcrum: non enim solum in ejus die festo, quod celebratur Dominica infra Octavam Ascensionis, visitatur et veneratur a concivibus Senensibus, concivinis populis et sæpe a Prælati et Principibus: sed continuo anni cursu fideles ad ejus intercessionem recurrunt et obtinent gratias: cujus rei fidem faciunt vota cerea, tabellæ, lampades accensæ ante ejus corpus, et alia quæ servi Dei indicant sanctitatem: unde Testes supra allegati probant devotionem universalem populi erga servum Dei Franciscum.

animæ beatitudine,

IV Corroboratur eadem servi Dei Sanctitas ex Lectionibus B. Peregrini Ordinis Servorum approbatis a Paulo V fel. record. in quibus legitur, animam B. Philippi et B. Francisci Senensis elevasse in cælum animam B. Peregrini. Ac proinde corpus ejus, quod usque in præsentem diem incorruptum videtur, solemniter fuit magno populi accursu ac devotione processionaliter per civitatem delatum anno MDXIX; ac ejus imagines ab immemorabili videntur pluribus locis depictæ cum splendoribus: et Testes qui supra omnes deponunt ac probant, servum Dei vocari Beatum, ac se vidisse processionem et corpus incorruptum.

miraculis in vita

V Inter multa miracula quæ Deus operatus est in vita hujus servi sui, duo tantum brevitatis gratia proponuntur: quorum primum est, quod dum concionabatur, Angeli serviebant ei tenentes librum Evangeliorum; et in capite ejus apparebat flamma ignis. Alterum est, quod cum quadam die esset in via et præ lassitudine deficeret, occurrit illi beata Virgo confortans cum fasciculo rosarum. Sic deponunt Testis I, II et X. Post mortem ex ejus ore exivit lilium candidissimum; in cujus quolibet folio erant descripta hæc verba Ave Maria. Sic probant Testis II, IV, V et X. Ad vitam revocavit quatuor mortuos: sic præcipue Testis II, VII, IX et X.

C

VI Anno MDCXVIII Cosmus de Cartellis Senensis, cum per plures annos passus fuisset infirmitatem lapidis, et non invenisset remedium aliquod; casu quodam die deambulans cum socio pervenit ad ecclesiam Servorum, ubi videns corpus servi Dei Francisci expositum, dixit socio, Volo me huic Beato commendare; prout fecit toto corde, pro impetratione sanitatis, quæ paulo post secuta est: vix enim redeundo ingressus fuit domum suam, quod mingendo emisit lapidem. Catharina ejus uxor, gravissimam dolorem apostematis in humero patiebatur: tacta nihilominus in parte a rosa, quæ olim tetigerat corpus servi Dei Francisci, liberata fuit a tali infirmitate. Super quibus deponit idem Cosmus hanc veritatem, et comprobant etiam Testis V, VI, VII, VIII, IX, X.

VII Quare videtur, sufficientia esse argumenta ad obtinendas Remissoriales, pro examinandis testibus formiter auctoritate Apostolica; tum quia ex illis constat de diligenti informatione et inquisitione super fama et universali opinione ac devotione populi in illum: tum quia contenta quæ in facto narrantur probari in d. processu, quatenus auctoritate Apostolica formiter et concludenter probentur videntur talia, quæ sufficiunt nedum ad beatificationem, sed etiam ad solennem canonizationem; postquam ex illis concludi videtur, constare de fide et excellentia vitæ et sanctitatis cum operatione miraculorum ex ejus intercessione, quæ ad Canonizationem sufficere post cap. Venerab. firmat Innocentius in cap. I de Reliquiis et veneratione Sanctorum, ibique communiter omnes Canonistæ.

30 Remissoriales illas obtentas, ac novum Processum formatum fuisse, ac novum Processum formatum fuisse, non habeo unde definiam. Cum enim super ea re consulissem Illustrissimum Bernardinum Casaliæ, sacræ Rituum Congregationis Secretarium, pro sua singulari humanitate affectuque erga opus hoc ultra pollicitum quidquid ex illius Congregationis tabulario placeret petere, anno MDCLXXIX die X Augusti in hæc verba respondit: Cum ex litteris datis die XIV Julii proxime præteriti cognoverim optare Reverentiam vestram a me informationem super statu causæ canonizationis B. Francisci Patritii Senensis, Ordinis Servorum B. Mariæ; et an post præsentationem processuum, auctoritate Ordinaria usque de anno MDCXXVII, alii auctoritate Apostolica exhibiti fuerint in sacra Rituum Congregatione; ego, meo muneri satisfactorius, nihil aliud possum respondere, quam quod in Actis hujus sacræ Congregationis nullus reperiat Processus præd. Beati, de quo per annos XVIII, quibus fui Secretarius, ulla habeatur notitia, nec unquam Patres Servitæ pro reassumptione hujus causæ institerunt.

quod hoc enus intermissum est.

F

DE B. JOANNE NEPOMUCENO

ECCLESIAE METROPOL. PRAGENSIS S. VITI CANONICO

D. P.

PRESB. MARTYRE PRAGÆ ET NEPOMUCI IN BOHEMIA.

Glorioso martyrio, quo S. Stanislaus Cracoviensis Episcopus anno MLXXIX de Regis Boleslai crudelitate triumphavit, tria post secula haud valde absimile vidit Bohemia. sub Henestai IV cruento regimine. Causa quidem ac genus mortis utriusque dispar fuit; nam iste ob increpitum pro Episcopuli sua obligatione Regis libidinem, ipsius manibus concisus obiit; Joannes ob servatum Confessionis penitentialis secretum, Imperatoris jussu in flumen precipitatus interiit; similis tamen utriusque constantia fuit,

multisque a Deo confirmata miraculis; quæ si æquali felicitate fuissent conservata in scriptis, et pari assiduitate continuata, similis fortassis Joanni honor qui Stanislaus ab universa deferretur Ecclesia. Sed ingruentes mox Bohemiæ a furiosis hæreticis calamitates, et Catholicæ rei subversio, quarum haud vanus rates Joannes fuisse fertur paulo ante mortem, huic Canonizationis solennis gloriam, posteris miraculorum ad sepulcrum patratorum natalitiam continuationemque abstulerunt: quo factum ut qui Vitam ejus atque virtutes anno MDCLXX colligere conatus

sub hæreticis perire

AN MCCC LXXXIII

Martyris S. Stanislaus comparandi miracula

V
AUCTORE D. P.
conatus fuit, ex veteribus MSS. ac libris editis *Bohuslaus Balbinus*, jam pridem laudatus a nobis cum de *S. Adalberto Pragensi Episcopo ac Martyre* ageremus *xxiii Aprilis*, non reque copiosum materiam inveniret, ac reperit *Longinus*, describendis sancti sui *Patroui* magnalibus intentus. Quod tamen ille nobis commisit, cum favore aliquo volentes reddere; compositioni, quamvis adeo nova, nostra tamen annotata, seu potius paraliomena ex aliis collecta, non gravabimur addere.

Mors ejus 2
et 4 Maji
male ad-
scripta,

2 Annam mortis eundem omnes statuunt, millesimum scilicet trecentessimum octuagesimum tertium *Aeræ vulgaris*. De die quod certi statuimus non occurrit. *Wenceslaus Hagecius* in *Chronico Bohemiæ*, postridie *S. Sigismundi*, id est, die ii *Maji*, ad *Cæsarem* vocatum, ut, sanctum hunc *Presbyterum*, atque ad revelandum *Reginæ* confessionem frustra sollicitatum, in flumen jussum precipitari; et *Hagecium* secutus est *Crugerius* noster, in *sacris Memoriis Bohemiæ*, *Joannes Nadazi* in libello quem sub annum *MDCLXIV* *Pragæ* vulgavit, vocavitque *Annum Joannis*, propterea quod omnium hujus nominis *Sanctorum* aut fama sanctitatis insignium memorias per anni dies digestos contineat, citatis *Bohemiæ* monumentis, iv diei *Joannem* adscribens, hoc die vocatum ad prodendum *Sacramenti* arcanum asserit. *Albertus Chanowski* in *Vestigio Bohemiæ* *pir*, et *Georgius Ferns* in *Fama postuma B. Joannis*, ambo *Societatis nostræ Sacerdotes*; nec non *Pragensis ecclesiæ Præpositus Georgius Bartholus Pontanus* in *Bohemia pia*, et *Decanus Thomas Joannes Pressina* in *Phosphoro*; ac denique *Balbinus* prælaudatus in *Epitome rerum Bohemicarum*, septimo post missam ad nos vitam anno edita, alium de die siluerunt, omnes *Dubravi Olomucensis Episcopi* exemplum secuti. Causa silentii potissima fuit, quod cum vetustissima quedam illius ipsius *xvi MSS.* (quæ se vidisse *Balbinus* scripsit *Joannes Dianhoweshy* sen de *Longvilla*, *Ecclesiæ Pragensis Præpositus et Episcopi Suffraganeus*) doceant *B. Joannem* de ponte precipitatum mersumque fuisse in pervigilio *Ascensionis Domini*, quod anno *MCCCLXXXIII* convenit cum *xxix Aprilis*; cumque ex alia parte *ecclesiæ Pragensis Codices MSS.* (sicut eisdem *Balbinus* asseruit *prædictus Decanus Progenis*, nunc et *Samandriensis Episcopus*) *Joannis Nepomuceni* memoriam esse moveant die *S. Ubaldi* *xvi Maji*, difficile fuerit explicatu, quomodo hæc inter se possent conciliari, maxime cum alii supra nominati ad *ntium Maji* mortem istam referrent. *Monitus* de hac difficultate *Balbinus*, qui ad *Paschales* calculos non advertens animum, cum pervigilio *Ascensionis* diem *xvi Maji* conjunxerat in vita ad nos missa; consultis, quos dixi, *Præposito et Decano*, et auditis quæ pro sua uterque sententia allegabat monumentis; in eam statim mecum iit sententiam, non aliter conciliari posse utraque, quam statuendo circa initium quidem *Maji*, martyrium *Joannis* accidisse, sepulturam vero honorificam in æde *S. Viti*, vel saltem anniversariam ejus memoriam, non nisi mensi ad dimidium protracto esse adscribendam: cui assertionis sufficiens fundamentum præbet historia, qua discimus e ductum e fluvio corpus aliquanto tempore quiescisse in unguo *ecclesiæ sanctæ Crucis*.

3 Recolitur interim jam dictum *Martyrium Nepomuci*, in patria ipsius sancti, proxima post *Ascensionem Dominicam*, concione de *Joannis* virtutibus ad populum habita, et omni alio usitato *Sanctis* cultu, solis *Missis* exceptis, quæ fiunt de sanctissima *Trinitate*, uti ad nos scripsit *Balbinus*: cur autem id fiat *Dominica* post festum, non autem in *Pervigilio*, rationem hanc aliis in litteris ita reddit: In *archidiocesi Pragensi* vicinisque *ecclesiis* perpetua servatur consuetudine, ut quoties *Sanctus* aliquis colitur in choro, non in foro (si is populo notus ac carus est) festum transferatur in *Dominicam* proximam, in eaque a *Parochis* ducatur supplicantium pompa ad illius tumulum,

sed festum
agitur Domi-
nica post:

altare, imaginea vel reliquias. Id fit bodieque cum *D S. Norberto*, qui cum festum fori apud nos non habeat, proxima sequenti *Dominica* ad sacrum ejus corpus *populus Pragensis* cum supplicatione accurrit. Idem fit cum *S. Iwano Eremita*, ejus *Natalis* cum proxime *S. Joannis Baptistæ* dies celebretur, *Dominica* proxima totius *Pragæ* supplicatio ad *S. Iwani* eremum, tribus a *Praga* milliariibus dissitam, nostris *Patribus* comitantibus adornatur. Idem fiebat *S. Josepho*, antequam *Augustissimus Cæsar Leopoldus* jussisset ejus festum etiam in foro agi: idem innumeris exemplis possum adstruere. Et sic *Nepomuci* in *S. Joannis* patria, quo millia hominum quotannis ad ejus honorem confluunt, supplicatio peragitur *Dominica* post *Ascensionem Domini*: hæc videlicet communi omnibus causa, ut *populus* et opificum turbæ, servilibus alias operibus impediendæ, vacuum et liberum tempus habeant illum *Sanctum* colendi. Quod igitur honor iste exhibetur *Joanni* cum respectu, non ad diem *xvi Maji*, sed ad festum *Ascensionis*; certum mihi signum videtur, circa ipsum festum, atque adeo circa initium *Maji* martyrium ejus esse peractum; licet *Canonici S. Viti* illius *Anniversarium* adscriperint diei *xvi*, sive quia tali die apud ipsos est tumultus, sive propter frequentiam festorum, juxta *Kalendarium* proprium *ecclesiæ Pragensis* jam inde a *xxx Aprilis*, quæ infra *Octavam S. Adalberti* cadit, usque ad medium *Majum* occurrentium. Nam et in libris antiquissimi *Distributionum Ecclesiæ Pragensis* (quod hisce oculis notavi sæpius) plurimorum memoriæ et anniversaria alio notantur die, quam quo obiisse eos aliunde constat; propter concursum vel majoris alicujus festi, vel alterius vetustioris anniversarii eo die agendi.

4 *Hactenus Balbinus*, qui tomæ *Hagecii* et *Crugerii* auctoritate movetur, ne die *xxix Aprilis*, submersum esse *Sanctum* indultanter assereret. Ego vero parum ea moveor: video enim *Hagecium*, quem simpliciter secutus *Crugerius* est, decipi potuisse, quia crediderit modico temporis intervallo post auditam *Reginæ* confessionem de ea revelanda sollicitatum *Joannem*, propter secreti tenacitatem incontinenti fuisse sublatum e vivis; ipsam vero *Confessionem* præsumpsit ei factam esse in die *Ascensionis Dominicæ*, quandoquidem *Nepomuceni* cives festum agendum assumpserint proxima post eam *Dominica*. Isti autem hypothese repugnant omnino, quæ de iterata bis terve sollicitatione, non sine plurium dierum interpolatione, deducit *Balbinus*. Illa autem ego sic ordinaverim, ut primum insultum passus sit *Joannes* paulo ante vel post festum *Paschatis*, eo anno celebrati *xxii Martii*, occasione *Confessionis* juxta legem fidelium *Christianorum* tunc factæ: deinde cum alia occasione captus esset conjectusque in carcerem, mox vero adhibitus mensæ atque iterum iterumque sollicitatus, tandem etiam *torturæ* subjectus fuerit; sed promissis, minis, tormentisque superior abire permissus. Quamvis enim ad mandandas snorum cardes præcepto ferretur tyrannus, in *Joanne* tamen diu cunctatum persuadet curiositatis importunæ vehementia, etiam post iteratas repulsas reprimens impetum iracundiæ, per spem efficiendi aliquando secreti. Interim *Joannes*, videns effræne desiderium *Regis* non ibi staturum, et mortem sibi ea de causa expectandam, *Dominica* iii id est *xii Aprilis* dicturus ad populum, thema sibi ex *Evangelio* sumpserit, Modicum videbitis me, et Jam non multa loquar vobiscum: quo in sermone vicinam sibi mortem, regno imminuentia ab hæresi mala prænuntiatis, valedixerit auditoribus et *Concanonicis* suis: ex eo porro die res suas domi composuerit, deinde exierit ab urbe ad *Vetero-Boleslaviensem Divam*, agonem suum *Deo* per alium commendaturus; denique *xxix Aprilis* *Pragam* redierit ipso *Ascensionis* pervigilio. Hunc ergo conspiciat

sicut alia
plura chori
non fori,

et anniversaria die non
impedito.

E

occasione
erroris circa
2 Maji,

V

distinguentis
recte tempo-
ribus sublata,

dicitur mor-
tuus
11 Aprilis,

A *conspicatus Rex, neque dubitans quin adesset ad Reginae Confessionem tali die audiendam, jusserit eum adduci, persuasuras quacumque ratione ut illum se revelaturum polliceretur, firmum autem in proposito tenendi secreti mergi mandaverit ipsa illa nocte.*

§ *Hinc ergo Nepomucenis munaverit consuetudo Dominica post Ascensionem celebrandi festum: Canonici vero S. Viti in proximum non impeditum diem transtulerint memoriam translati ad se depositique corporis, id est diem xvi Maji: si fortasse post diem a morte tertium (quod scribit Dubravius) factum id est. Sin autem toto dimidio Majo (quod est verosimilius) in æde sanctæ Crucis abjectum humatumque corpus quævit, donec cælesti odore proderet, quo ipsam honore dignum haberet, Deus, et magnificum in Cathedrali tumultum deprope-rassent Canonici, Regis absentia et penitentia qualicumque animati; certior etiam habebitur ratio, ob quam diei xvi Maji, adscripta memoria ista fuerit. Nobis, quibus moris non est Sanctorum in cælo natales, licet certo ex historia notos, præferre diebus cultus eorum in terris; neque integrum sequi mobilium festorum vagum per quinque hebdomadas discursum; hodie de S. Joanne elegimus agere: quia anniversaria illa apud Canonicos Pragenses memorata, licet nullo peculiari cultu decorata, quamcumque de muni causam habuerit; nonnullam honoris speciem in ecclesia habet, et fixum aliquid suggerit quod teneamus, maxime excuso jam Aprili, quo potuissimus de illo egisse, diei aptioris defectu.*

VITA

Auctore Bohuslao Balbino S. J

Ex manuscriptis typoque impressis collecta.

PROLOGUS.

Nullum unquam tam infelix, tam bonis inimicum, ac tanta sterilitate damnatum Christianæ reipublicæ seculum illuxit, in quo nasci et crescere pietas et virtus non possent: imo quæ deteriora fuere tempora, eadem feraciora fuere sanctitatis: adversa enim virtutem non opprimunt, sed faciunt, et factam corroborant. Quod vel in Bohemia nostra Wenceslai, Caroli IV degeneris filii, Regis ac Cæsaris Imperium satis ostendit: qui cum Princeps esset ignavissimus, idemque in luto sanguine macerato (quod ei et in baptismo, et postea dum infans coronatur, ominose contigisse scribit Paulus Zidets in Chronico Bohemiæ M. S.) sederet, id est libidine et crudeliter regnaret; tamen in tanta universi regni a capite suo corruptela, Ecclesia Bohemica, et præcipue Pragensis Metropolitana, tam insigni numero virorum, summa generis claritate, doctrina, rebus fortiter pro Ecclesiæ immunitate gestis, vitæ innocentia ac sanctimonia, ceterisque magnorum Sacerdotum virtutibus eo tempore abundavit, ut non ferrea, vel lutea; sed aurea et gemea Ecclesiæ tempora rediisse viderentur. De his illustribus Pragensis Ecclesiæ viris in historia Metropolitana Pragensis Ecclesiæ egimus: nunc B. Joannis Nepomucensis vel Nepomuceni vitam et mortem felicissimam brevi compendio complectar, idque in arcani Confessionis Sacramenti (cui ille vitam suam impendit) honorem et gloriam. Ac nihil ego quidem dubitem, tanti Martyris Vitam pridem conscriptam in antiquitate fuisse: at hæresis, quæ B. Joannis mortem paulo post excepit, iisdem flammis, quibus templa et cœnobium omnia apud nos considerunt, corruptisse videtur. Quæ igitur de beato Martyre adferemus, in manuscriptis plurimis ea ætate viventium hominum (quorum mihi suppetit copia) tum in typo expressis codicibus reperta, et in unum summa fide et religione collecta, non tam dili-

gentiæ cuius meæ, quam felicitati, quod inventa D sint, adscribantur.

CAPUT I.

Pueritia B. Joannis, Sacerdotium et cetera munia.

Natus est B. Joannes Nepomucensis in Bobemiæ oppido Nepomuk, vel (ut veteres appellabant) Pomuk, in Pilsnensi regione, Praga distans Bavariam versus magnis decem milliaribus. Oppidum Nepomuk argenti fodinis quondam nobile, tum religionis antiquæ vestigiis, nec minus Monte, qui oppido incumbit, et Viridis dicitur, celebratum est; quod nimirum in eo Monte (ut ex Annalibus Bohemicis a constat) S. Adalbertus Pragensis Episcopus, Roma ad Bohemos gentiles suos rediens, multis annis negatam Bohemiæ pluviam, sanctissimæ Crucis signo, cum bonis preceationibus in campos late jacentes efformato, statim cælo deduxerit; ac primum hunc montem, totam deinde reliquam Bohemiam gratissimo surgentium herbarum virore recreavit; unde etiam Pomok vel Pomuk, ab immadescendo, loco nomen datum existimo. Quo anno B. Joannes editus in lucem sit, scire non possumus, ex ætate reliqua suspicamus, inter annum mcccxx et xxx ortum esse. Parentes, oppidani et mediæ fortunæ fuerunt, pietate magis quam genere et opibus illustres. Pietatis hoc indicium est, quod ætate jam senecta, cum prole omni carerent, precibus et votis fuis ad Dei Matrem (quæ in statua sua sub Viridi-monte in Cœnobio Cisterciensium, non ita procul Nepomuko; religiose a populo colebatur) impetrarint filium; cui, ut affectus erga Mariam Dei Matrem ipso nomine admoneretur, Joannis imposuere nomen. At non uno beneficio contenta Virgo Mater, quæ nuper ex utero sterili Joannem eduxerat, et prope creaverat, eadem recreavit: nam cum puellus Joannes in gravissimum incidisset morbum, voto ad ejusdem Divæ Virginis simulacrum a parentibus edito, et promissis in ætatem reliquam pro filio obsequiis, protinus surrexit incolomis.

3 Sed ante id quoque servi sui sanctimoniam et cœlestem vitam cœlesti indicio comprobaverat Deus: nascente enim Nepomuci Joanne, serenissimæ quædam flammæ, cælo visæ descendere, amabili et innocenti luce, gratissimo civitati spectaculo, totam domum, in qua Joannes nascebatur, circumfuderant. Hoc flammæ augurium sanctissimis quibusdam viris in ortu concessum, B. Joannes noster tota reliqua vita; ardentissimis ad populum sermonibus, et ignitis ad Deum precibus approbavit: eademque flammæ cœlestes etiam mortuum sunt comitatus, et mersum in fluminis alveo prodiderunt. Sed in historia præverti non decet. Puer Joannes, ut primum scholis admotus est, formulam divino Sacrificio ministrandi exacte perdidit; eaque in usum deducta, nullo postea impellente, quotidie cum prima aurora ex oppido ad Cisterciense cœnobium decurrere, omnibus ex ordine quotquot sacra facerent Sacerdotibus ad aram ministrare, consuetudinem sibi fecit; tanta tanque pertinaci pietate, ut jam velut domesticus et Sacrificiorum stabilis administer inter altaria versaretur. Quo, parvo quidem in speciem, sed non plane futili ad extremum argumento, magnum aliquid se jam tum in puero Joanne videre prudentes credebant.

4 Erat ei, cum dulci et rosea quadam ac pudibunda pietate, acre, vividum et igneum quoddam ingenium; cui ut parentes crescendi darent copiam, Zatecium ad celebres ea tempestate Latinitatis scholas miserunt. Hic prima Latinæ grammaticæ ele-

84 meuta,

anniversarium
habere
16 Maji.

Natus Ne-
pomuci in
Bohemia,

a

b

E

ex sterili diu
matrimonio
post votum
D. V. factum,

In summa
temporum
corruptela

non sine in-
diciis futuræ
sanctitatis:

F

puer ad mini-
strandum Mis-
sæ assiduus,

non defuere
Bohemis
viri sancti.

paulo post
ulteris hu-
manioribus
excolitur
Zatecii,

A menta, ac reliquis annis sequentibus humaniores disciplinas, egregio profectu et rara ingenii commendatione percepit. Præcipue juveni ad bonas spes genito eloquentiæ studium placebat, ad quam eum natura ipsa conformarat et finxerat; plerumque enim genio cujusque impellente id in studiis nostris sequimur, quod nos assequi posse confidimus: sine spe captare profectum, irritus labor est. Cum jam Zatecii (urbs est Bohemiæ celebris) nihil restaret discendum; ad altiores scientias, neque linguam tantum, sed pectus ipsum excolendum, Pragæ Joannes contendit. Paulo ante tempora Universitatem studiorum Pragæ excitavit c Carolus IV Imperator et Bohemiæ Rex: et conquisitis ex omnibus litteratis Urbibus, Parisiis, Bononia, Padua Magistris, omnis doctrinæ divinæ et humanæ Scholas aperuerat. Ad eos igitur sese Joannes noster applicuit, ac primum Philosophiæ d Magister inter primos, tum Theologiæ ac sacrarum Canonum et Decretorum creatus est Doctor. Theologia in ad Ecclesiam Collegiatam S. Apollinaris in Nova-Urbe Pragensi (ubi ea frequentissime docebatur: nam ex vicina Wissehradensi Ecclesia e Clerici omnes huc itabant) audivisse constat, sub optimis Magistris; ceteras scientias in quibus Collegiis perceperit, incertum est.

3 Jam pridem ex quo dare litteris operam cœperat Joannes, ad Sacerdotium et animarum obsequia vocari se senserat: ardentius, cum jam prope metam esset, ad id etiam ferebatur. Quamvis vero studiis litterarum pietatem et virtutem semper conjunxerit; tamen cum existimaret, quo quis magis ab animi cultu comparatus ad suscipiendos Sacerdotum Ordines accesserit, eo postea feliciter in animarum salute versari; integrum mensem ab omnibus profanis negotiis vacuum, Sacerdotio præmisit: quem mensem totum in afflicto corpore, repurganda conscientia, impetrandis cœlestibus ad tantum tanque divinum munus auxiliis, piisque commentationibus et consiliis in futurum, traduxit. Ex hac solitudine egressus, et sacris initiatus Ordinibus, cum nullas ad populum phaleras et multa dicta, ut ait Comicus, sed Spiritu divino animata verba et cœlestia sensa, velut hastas amentatas, aut potius ipsos currus falcatos in subjectam concionem ex alto immitteret, et regnaret in animis; ex auditorum commendatione, motu, lacrymis, et magis emendatione vitæ, inagnam sibi paravit auctoritatem, et brevi præstantis Ecclesiastæ nomen apud Pragenses est adeptus. Itaque approbatione omnium Joanni in basilica Beatissimæ Virginis ante Lætam curiam (vulgo Teinam vocant) in antiqua urbe Pragensi, primario urbis loco, concionandi munus inponitur. Difficile esse potuisset, auditores jam pridem maximis et disertissimis viris assuetos tenere dicendo. Succedebatur Conrado de Stiekna, quem unum ætatis suæ eloquentissimum Pragenses fuisse crediderant: succedebatur f Joanni Milicio, non ita pridem extincto, quo dicente, una omnes matronæ Pragenses vestium luxum abjecerant, meretrices penitentes magno numero cœnobii sese incluserant, lupanaria cives ipsi dejecerant. Tamen Joannes noster omnem illam populi exspectationem implevit, et desideria superiorum concionatorum extinxit, prudentissima modestia semper abstinens a contentioso dicendi genere, et invidiosis in Ordines Mendicantes invectivis, quod magnis illis quos modo nominaveram Ecclesiasticis, ut tum erant tempora, grave apud multos odium, Romæ accusationes, ac prope exitium legitimus attulisse.

6 Jam B. Joannis labor, doctrina, virtus, et parta tot meritis apud omnes auctoritas altiore merebantur gradum. Itaque Joannis Archiepiscopi commendatione, de communi sententia, in Canonicorum

Collegium sanctæ metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis adlegitur; simulque ei in eadem S. Viti Ecclesia ante Cæsarem concionandi deferitur provincia. Primum illum honorem diu recusavit B. Joannes, diuque cum beati viri modestia pugnatum est; cum vero se eo loco indignum diceret, omnium tamen vocibus superatus est, clamantium, Tanto melior! et digniorem esse, qui non ut ceteri honores quæreret, sed ab honoribus quæreretur. Compluribus igitur annis in Ecclesia S. Viti Bohemici Ecclesiasticæ munus B. Joannes jam Canonicus obiit: eamque non modo Rex et Aula universa, sed iidem, qui olim in Tein concionantem audierant, sequebantur. Præcipuum concionum argumentum pœnitentiæ scelerum fuit; tum adversus licentiam nobilium et Aulæ, adversus ebrietatem quæ tum invaluerat, adversus luxum ad ceteros corruptissimi illius seculi mores contentio, et pœnarum cœlitus infligendarum representatio. Nondum Wenceslaus Imperator ad imum malorum devenerat. Itaque viri doctrina, sapientia, et interioribus litteris captus, et eloquentia victus, audito Joanne multa faciebat.

7 Tradunt veteres memoriæ, cum forte per id tempus Sedes Episcopalis Litomissli in Bohemia vacaret, Joannem a Rege ad eam Cathedram ante omnes fuisse destinatum: at is multis in speciem probabilibus causis allatis, Cæsarem ab ea cogitatione dimovit. Præpositi exemptæ Ecclesiæ Wissehradensis dignitas eo tempore in regno par erat dignitatibus primis: Princeps regni g Cancellarius, primus post Archiepiscopum regni Primatem, Præpositus Ecclesiæ illius (quæ ingenua uni Romano Pontifici immediate subjecta est) habebatur: adde opum ingentem vim, nam annui proventus ad octoginta florenorum Hungaricorum mille ascendebant h: summa profecto præstans, quæ, nondum apertis navigatione Indiis, alterum tantum hodie conficeret. Hæc ipsa dignitas Præpositi a Wenceslao Rege ac Cæsare B. Joanni oblata est, sed et hanc repudiavit, quod abstrahi a lucris animarum et a sacris concionibus, quibus inflammabat omnes, gravissimum duceret. Sed Eleemosynarii munus (dignitas est in Aulis Regum usitata et gratiosa) a Rege et Regina magno honore et comitate verborum oblatum, ne omnia aspernari videretur, et honorum contemptio in superbiam verteretur, accepit: eoque in munere ita sese probavit, ut ejus dexteritatem et solertiam et integritatem aulici, misericordiam pauperes, prudentiam et in distribuendo justitiam commendarent omnes.

8 Crescebat in dies viri sancti auctoritas: itaque Imperatrix, Joanna i nomine, Alberti Bavariæ Ducis et Hollandiæ Comitiss filia, matrona candore animi, morum innocentia, pietate ac ceteris Reginarum virtutibus spectatissima, quæ B. Joannis sacra dictione mirum in modum tenebatur, et validissime ad omnem virtutem incitari se sentiebat, hunc sibi conscientiæ suæ arbitrum, hunc vitæ magistrum, hunc patrem delegit. Valuit ad plures exemplum. Religiosæ Virgines in Parthenone sacro ad D. Georgium in Arce Pragensi, et ipsæ B. Joanne ducente et docente ad summum religiosæ perfectionis apicem; non tam passibus, quam volatibus ferebantur. Veteres quædam memoriæ addunt: B. Joannem Metropolitanæ Ecclesiæ Decanum electum esse hoc tempore. At cum inscriptio sepulcri hoc titulo careat, et meliores codices non subscribant, credibile est errorem subesse k. Id certius: in B. Joanne sanctam Pragensem ecclesiam oraculum quoddam doctrinæ, atque, ut sic loquar, sententiarum magistrum habuisse. Tanta enim erat de viri virtute et sapientia apud omnes existimatio, ut quidquid B. Joannes consultus statuisset, id partes velut æquitas

D
etiam coram
Cæsare,

recusatis
Episcopatu
E

g
et Præpositura,

h
Eleemosynarum Regii
munus suscipit:

F
in Confessarium a
Regina et
montalibus
S. Georgii
assumitur:

k

tis

A. BOH.
BALDINO

d
deinde severioribus
Pragæ
dat operam:

e
ad Sacerdotium integro
mense præparatus,

f
magno cum
plausu ac
fructu concionari incipit,

et Canonicus factus

multas li-
tes ut ar-
biter com-
ponit.

A tis plenum probarent, ac sine contradictione seque-
rentur. Atque ejus rei veteres quidam codices faciunt
fidem, ubi in causis difficillimis, quæ per sententias
judicium diu finire non poterant, Joannes Nepomu-
cenus senior (nam alter Joannes Pomuk Decretorum
Doctor, Canonicus Wissehradensis et Archidiœce-
seos Vicarius Generalis, primum post B. Joannis
mortem florere cœpit, post annum mcccxcvi) noster,
inquam, B. Joannes arbiter, atque ut illi loquuntur,
laudator eligitur : idque Beatum virum fiducia
doctrinæ et pacis amore sapius suscepisse, ac libere
pronuntiasse, ex sententiis ipsis, quæ recitantur,
cognoscimus.

ANNOTATA.

a Citabantur in margine Hagecius in Annalibus
Bohemix, Dubravius in Historia Bohemica, Ponta-
nus in Bohemia pia.

b S. Adalberti *Acta duplicia, a Balbino suppeditata,*
dedimus 23 Aprilis, in quibus hac de re nihil; quod
tamen traditioni isti non multum derogat: quia plura
alia valde nobilia in Actis omissa demonstrantur; pri-
mus autem Adalberti ad dimissum Episcopatum reditus,
ad quem hoc miraculum spectret, accidit anno 994.

c *Allegatur Archivium Universitatis Carolinæ.*

d *Acta Decani Philosophicæ facultatis in Univer-*
sitate Pragensi MSS.

e *Regula Wissehradensis Ecclesiæ MS.*

f *De utroque in Epitome Rerum Bohemicarum lib.*
4 acturum se indicat auctor; et ibi inquit, leges defen-
sionem Joannis Milicii, contra Spondanum et Ray-
naldum.

g *Allegatur, Summa Cancellariæ Caroli iv MS.*

h *Zidek in libro MS. instructionum ad Regem*
Georgium.

i *Weleslavinus in Genealogia Ducum et Regum*
Bohemix. Nadazi pro Joanna appellat Elizabetham:
an forte in Slavica lingua vicina hæc sunt nomina? si-
cut in eadem sunt Zoffka et Offka id est Sophia et Eu-
phemia, teste Balbino in Epitome pag. 433, quod hic
dicit quibusdam dedisse occasionem variandi nomen se-
cundæ uxoris, quam post Joannam Wenceslaus duxit.

k *Crugerius ad omnes Sanctos in Collegiata De-*
canum facit.

CAPUT II.

C *B. Joannis ob servatum Confessionis arcanum*
frustra torti ac demum in flumen mersi
exequiæ.

Iuterea Wenceslaus Cæsar (ut lubrica omnis ne-
quitia est, et in descensum et casum præceps) quo-
tidie seipso evadere deterior. Reginam Joannam,
quam præsentem oderat et ferre non poterat, eam-
dem absentem misere deperibat. Prævum de se, et
præpostera educatione corruptum Wenceslai inge-
nium (ut fert multorum opinio) philtris quibusdam
magicis esleraverant, et prorsus insanum ex pravo
fecerant, scelerum regionum administrari. Non est hic
locus licentiosam illam, cruentamque et maculis
foede notatam regis Vitam describendi: Annales
eorum temporum a consulantur. Annus agebatur
post Christum natum mcccxxxiii: Regina, Wen-
ceslai quotidianis sceleribus offensa, cum nullum
amplius et rebus humanis solatium caperet, neque
per mariti suspiciosos oculos capere posset; crude-
litate ejus perhorrescens (maxime quod etiam men-
sam dapesque regias, cædibus procerum et sanguine
respergere pro deliciis et bellariis habebat) quod
tutissimum videbatur, omnem mundi amorem abji-
cere, unquam se Deo totam (quantum vita conjugalis
sineret) donaret constituit. Nulla res ita animum di-

A Regina,
sæpius con-
fiteri solita,

vino amore semel occupatum Deo adstringit, quam
gravis, diuturna, et quam tuo capiti continenter im-
pendere videas calamitas. Itaque Regina sacrum
tribunal adire frequentius, cum lacrymis minimas,
quasque labeculas aperire, afflicta scese, egenorum
curam suscipere, iisque dum liceret, ministrare,
Deum assidue cogitare, precari, ut meliorem Con-
jugi mentem daret, diu noctuque orare.

10 Quod Wenceslao, si saperet, placere debuerat,
id vertit in odium; incessit deinde libidinosum et ex
libidine furiosum Regem cupido, si quo pacto rescire
posset, quid Regina ad Sacerdotem expiandum af-
ferret, quas præcipue noxas haberet, quid de marito
unquam cogitaret, an quem alium amaret, aliaque
hujusmodi, quæ sibi stulta tyrannis, amore accensa,
et suspitionibus cincta, potest et solet confingere.
Sed hæc ab ipsa Regina interrogando exprimere
frustraneum erat. Vocat B. Joannem, quem unum
omnibus Reginæ consiliis intimum esse sciebat. Post
multas verborum ambages, quasi aliud ageret, men-
tione Reginæ injecta, paulatim ad Confessionem sa-
cræ delabatur; uxorem eam esse conditionem et
subjectionem, ut earum omnia maritis nota esse
oporteat, maxime in familiis Regum ac Cæsarum;
opes deinde, honores et quidquid felicitatis unquam
Joannes exspectare posset verbo regio pollicetur. si
induceret in animum, vel pauca quæ Joanni Regina
in sacro Pœnitentiæ tribunali aliquando aperisset,
uni sibi concedere; id vero sibi pro omni, in tot
Regiis Cæsareisque curis, solatio fore. Exhorruit ad
sceleratas preces vir beatus, et gravi liberaque ora-
tione quantum crimen posceretur ostenderet; dam-
naret proinde curiositatem suam Rex, et quod fieri
non posset, desiderare omitteret. Commovit objur-
gatio sancta sulphuratum, ut ita dicam, Principem:
repressit tamen sese, cum cogitaret, sæpe qui in
primo assultu et hostium conatu fortes sese proba-
rint, ad secundum, et tertium mollescere ac vinci;
primam hanc admotam esse machinam, quæ si non
processerit, fortiosem se admoturum, quæ etiam no-
lenti victoriam facile extorqueat.

11 Nec diu abfuit, quod ægrum animum exul-
ceraret magis. Forte cocus regius caponem male
assum ad mensam Regis miserat b. Ea res improvisa
in tantam egit rabiem Wenceslaum, ut naturæ hu-
manæ et omnis humanitatis oblitus, cocum protin-
us alligatum veribus, flammis admoveri jusserit.
Perculsi barbara crudelitate aulici omnes horre-
bant, pallebant, sese mutuo intuebantur: videbant,
si quid paululum titubassent eadem sibi supplicia f
constituta: sed nemo erat, qui crudelitati Reginæ
intercederet. Unus B. Joannes, qui tum versabatur
in aula, et silere et loqui in tempore doctus, postu-
lato et impetrato ad Cæsarem aditu, verbis primum
mollibus negotium tractare; cumque apud iratum
et impotentem Principem nihil valerent, gravioribus
sententiis facti atrocitatem explicare cœpit. Pau-
cissima protulerat: confestim irritabilis et crudelis-
simus Princeps satellites inclamat, nullaque Sacer-
dotalis Ordinis reverentia, nullo etiam ad seipsum
et majestatem regiam respectu, Joannem rapi. et in
ultimos carceres trudi jubet. Ibi aliquot dies squal-
lore et horrere loci, tristissimisque tenebris, tum
fama et siti prope enectus exegit; in Deo solo ac-
quiescens, eoque lætus, quod pro ejus honore et
amore dignus esset habitus et carceres et contume-
liam pati. Non ignorabat B. Joannes, quo Regis ira
spectaret: nam etiam carceris custos monuerat,
unam esse salutis viam, si Cæsari morem gereret,
et ad ejus se voluntatem accommodaret. At Beatus
Martyr contra obfirmarat animum, et millies discerpi
ac mori quam verbum ex Confessione sacra efferre
decreverat.

D
A. BOH.
BALBINO

auditas
noxas reve-
lare rogatus,

E
generose
scelus re-
nuit:

b
et pro co-
quo assari
jusso inter-
cedens,

f
rapiatur in
carcerem.

A 12 Pauculi intercesserant dies, cum ecce honoratus vir ex aulicis a Rege missus apparet, nuntiat; Regem eorum poenitere, quæ in Joannem illibera-
 A. BOH. BALBINO
 Herum so-licitatus a Rege,
 B torquetur in catasta ad- motis faci- bus,
 C sed frustra:
 D dimissus e carcere
 E et conciones resumens,
 F d

Regem eorum poenitere, quæ in Joannem illibera-
 lus admisisset; proinde Cæsari petenti donaret injurias, oblivisceretur quæ gesta sint, ac liber abi-
 ret; sed ut firmior esset receptus ad gratiam, cras ad mensam Regis ne gravaretur accedere. Venit Joannes, summaque honoris significatione mensæ Regis adhibetur. Remotis mensis et arbitris, Cæsar iterum cur ad se accersiri jusserit, aperit: quiescere se non posse, aperiat tandem quæ Regina in sacra exomologesi in aurem dixerit ex ordine omnia; miscet blanditias, pollicetur silentium; modo dignitates et præmia offert, modo carnificinas omnes minatur: nolit iram prius experiri quam gratiam. B. Joannes excelso animo honores perinde ac minas contemnere, Confessarii munus explicare, silentii sacrosanctam legem extollere, pœnas temporales et sempiternas iis qui secretum non tenuerint paratas exaggerare; denique Regem monere, abstinere captandis, quæ uni Deo cognoscenda servantur; sine sacrilegio talia tentari non posse; in ceteris omnibus Regis imperia adorare se, unum hoc deprecari, quod si mille mortes subeundæ essent non faceret. Rex iracundia ardens, sine mora carnificem (quem semper habebat ad manum, et patrinum per delicias appellabat) cum sociis adesse jubet: a quibus in carcerem tractus crudelissime in catasta jussu Regis extenditur, et facibus admotis torque-
 tur. Adfuisse supplicio Cæsarem (etsi id a nemine traditum legerim) cetera ejus vita probabilem con-
 jecturam facit; quod ejusmodi spectaculis oblectari et oculos pascere solitum accepimus, tum etiam quod sine dubio speraret in tormentis auditorum se tan-
 dem, quæ nunquam ante Joannes in publicum efferre voluisset. At vir Beatos et Christi Martyr, abstracta quantum licuit a suppliciis præsentibus mente, sacra Jesu et Mariæ numina ingeminans, nullum aliud verbum prolocutus, dolores omnes suos, vitam et mortem Domino commendabat. Nihil sibi diligentiae ad summam diritatem reliquum fe-
 cere cruenti carnifices, præsertim Cæsaris urgente præsentia: omnis tamen illa carnificina intra B. Joannis patientiam fuit. Denique cum proficerent nihil, Cæsare ipso abeunte, fessi et victi desistunt, ac de catasta depositum deserunt. Veteres codices cœlesti consolatione recreatum Joannem tradunt: at qualis ea consolatio fuerit, an interna quedam ad
 C animum divinitus illapsa, an etiam externa, ex San-
 ctorum Angelorum colloquio, aliove cœlesti aspectu (ut sæpe aliis viris sanctis evenisse in eorum gestis legimus) non explicuerunt.

13 Posthæc Imperator, sive ne qua res emanaret veritus, sive Imperatrice agente, quæ fortassis beatum virum attineri inaudierat, quem ipsa patris loco habebat; Joannem dimittit. Joannes, quasi nihil injuriæ passus, omnes illos dolores et crucia-
 tus silentio concoxit, nulli suorum aperiens: et curatis quæ tormenta fecerant vulneribus, processit in publicum; tum vetera sua munia, majori quam unquam ante spiritus ardore cœpit repetere, eo pacto sese comparans ad mortem, quam vel cœlesti admonitu, vel ex ipsa importunissima Wenceslai Regis natura et humani erroris avidissima iracundia, paulo post inferendam sibi dubitare non poterat. Ad stationem itaque suam reversos, cum ad concionem in ecclesia S. Viti diceret; verba illi Christi, Modicum videbitis me d, et jam non multa loquar vobiscum identidem repetens, vultu læto et facili, mortem sibi, pro Christi et Ecclesiæ legibus appetendam, diserte prædixit: tum cœlestibus ora-
 culis patefacta semel via, spiritu prophetico plenus, lacrymis ubertim fluentibus, futuram Bohemiæ sta-

tura, et venturas brevi calamitates cœpit describere: D
 hæresin ab inferis suscitandam, cui sacra et profana perinde essent, nullumque facerent discrimen; ec-
 clesias omnes et cœnobia per Bohemiam arsura, quæ-
 dam etiam deicienda manibus; sacros et religiosos viros omnibus tormentis exercuciatos perituros; de-
 nique exitium universæ Religionis instare. Pœne incredibilis res visa, felicem eo temporis Ecclesiæ Bohemicæ statum, et opibus et potentia summa flo-
 rentem Religionem cogitantibus. Extrema oratione vale omnibus dixit, ac præcipue a Prælatibus et Ca-
 nonicis Ecclesiæ Pragensis humillimis verbis veniam poscens, et se vitamque suam ac vitia multis accu-
 sans finivit, magno luctu, et in re tam nova et tot vaticiniis, cum admiratione omnium auditorum.

14 Paucis post diebus B. Joannes, Boleslaviam e, ad antiquissimam totius Bohemiæ Divinæ Matris effigiem, a Sanctis Slavicæ Gentis Apostolis f Cy-
 rillo et Methodio Christianis traditam et commen-
 datam, quæ eo loci religiosissime colitur, iter suscipit. Hic quam liquido pietatis et amoris sensu cœli Reginam (cui a prima ætate consecraverat sese, et in qua spes omnes suas habebat repositas) orarit, ut sibi paulo post morituro adesset, ut Filium propitium redderet, quisque ex Joannis in Dei Matrem veteri amore, ex periculi ingruentis magnitudine, ex vicinæ mortis horrore, vel de se conjecturam facere potest. Pragam vespertinis horis revertentem Boleslavia Joannem, Wenceslaus Cæsar, tam forte ut erat otiosus Princeps, e fenestra prospiciens observat; recurrunt extemplo furioso Principi omnes illæ tristes de Regina Joanna Conjuge ima-
 gines, dolet acceptæ toties a B. Joanne repulsæ, neque jam animum regere poterat. Ergo non hominem, sed malum dæmonem spirans, mittit continuo qui Joannem accersant: neque multis, ut in præcipiti ira, verbis est usus: Audi, inquit, Sacerdos, moriendum tibi est: nisi e vestigio jam hic conjugis meæ Confessionem, et quidquid unquam illa tibi confitens dixit, ex ordine exponas: actum est, peristi. Juro Deum, aquam potabis: mersionem in flumine ea voce Cæsar volebat intelligi. B. Joannes, indignum ratus ea de re toties obtondi, non verbis, sed toto capite et severo vultu sacrilegium aversatus est. Vix signum dederat Imperator, jam sanctissimum virom validissimi satellites circumstant, Rege vociferante; atque inter manus in aliud cubile sublimem deportant. Vetusti codices significant silentium supplicio quæsitum, et vitatum esse popu-
 lum, ne quis arbiter interveniret. Nocte igitur ad Pontem, qui Pragensi flumini Moldavæ impositus urbes duas Majorem et Minorem conjungit, deducitur; tum manibus et pedibus g victis (quod diserte expensum legitur) in subjectum flumen ex ponte deji-
 citur in pervigilio h Ascensionis Domini anno MCCCCLXXXIII.

15 Mortem quam occultissimam esse Cæsar voluerat, cœlestia statim pondidit miracula. Ignes et flammæ, quæ olim B. Joannem nascentem significaverant, mortuom cinxerunt; totus continuo Moldava fluvius reluxit. Videre erat innumera, et miri candoris, lumina innoxie toto fluvio innatare, com-
 modum enim id temporis exereverat flumen, et latius atque altius fluctus attollebantur corpus vero B. Martyris, secundo flumine lentissime descen-
 dens, numerosiores et exporrectæ magis comitaban-
 tur faces, inde aliæ aliæque sequebantur, quasi pompam funeris deducerent. Effusa ad spectaculum Pragensis civitas quid factum esset, aut quid fieret cogitabat. Reginam quoque Joannam, ex arce Regia despectantem, et omnis rei hactenus ignaram, tam novum spectaculum attraxit. Cursu illa ad Cæsarem maritum contendit, miracula luminum ostendit, et
 innocenti

mortem sibi regno instan-
 tia mala præ-
 nuntiat:

e
 f
 post visita-
 tam B. Vir-
 ginem Bo-
 leslavie

E

iterum soli-
 citanti Re-
 gi parere
 volens,

fluvio mer-
 gatur:

F

g

h

et nocturnis
 flammis in-
 dicatum cor-
 pus

A innocenti simplicitate, quæ istud sibi ostentum ve-
lit, interrogat. Percussit illico animum sceleris consci-
entia, et viso cœlesti miraculo velut fulgure ictus
proripuit ex conspectu sese, ac seu timore seu dolo-
re, vero aut ficto, triduum publico abstinnisse dici-
tur, neminem nisi necessarium admittens. Tota illa
i nocte circum corpus beati Martyris luxerant flam-
mæ, sed dies quid factum esset ostendit : jacebat in
arena corpus exanime, suo in habitu, vultu placido
ac reidenti, decentissime compositum. Statim tota
urbe spargitur rumor, neque diu cædis auctor latere
poterat, cum plura ejus crudelitatis Cæsar edidisset
exempla : adhæc conscii, carnifices, aulici, satelli-
tes nesciebant tacere. Tandem ad Canonicos Metro-
politane Pragense Ecclesiæ atrocis rei fama perve-
nit. Ii protinus adornata supplicatione, sanctum
Fratris sui corpus ex flumine summo honore levantes,
ad proximam ecclesiam sanctæ Crucis, Reli-
giosorum k quos vocant de Pœnitentia, tantisper
deposuerunt, dum gloriosius sepulcrum in ecclesia
Metropolitana pararetur l. Hæc Canonicorum pie-
tas, cum insigni animi fortitudine conjuncta (quis
enim cruenti et tam irritabilis Principis iram non
pertimesceret, aut suspectam habere non posset?)
sine præmio non fuit. Cum enim loculum in eccle-
sia S. Viti effodiunt, thesaurum divitem, et multa
auri argentique talenta ac rerum ceterarum pretia
defossa reperiunt; quasi sanctus vir, pro tumulo et
sepulcri honore, hanc ecclesiæ et Canonicis depu-
tasset mercedem.

16 At inferius in sanctæ Crucis ecclesia innu-
mera hominum vis ad sacrum corpus videndum afflu-
xit, primusque ille cultus beati Martyris a populo
fuit : constantiam et fortitudinem deprædicare, pe-
des manusque certatim osculari, ejus sese precibus
commendare, sacrum corpus reverenter contingere
nullum faciebant finem, præsertim cum ipsa Ascen-
sionis Domini m dies, a laboribus vacua, majus
otium et facultatem præberet. Non ita se in familia-
res tenebras abdiderat Imperator, ut quæ circa cor-
pus fierent, ignoraret. Itaque (ut sunt omnium,
qui tyrannicos habent animos, suspiciosa et violenta
consilia) ad religiosos illos viros sanctæ Crucis, sa-
tellites cum mandatis dimittit : nova re abstinerent,
tumultum non concitarent, arcerent turbam, et
Joannis Nepomucensis corpus procul e conspectu
in angulum aliquem abjicerent. Factum, quod Rex
imperarat, sollicitè : sed majore B. Joannis gloria :
siquidem clausum corpus tantam ex sese cœlestis
odoris fragrantiam effundebat, ut occultari non pos-
set, magnoque iterum hominum concursu locus
celebraretur n. Jam parata erant funeri ducendo
omnia, Canonici, Clerusque universus, comitante
innumera populi multitudine, campis tota urbe
personantibus, supplicatione instruunt, et beati viri
corpus ex sanctæ Crucis ecclesia (tanto intervallo)
ad arcem S. Wenceslai in ecclesiam Metropolitanam
deportant. Obsequendum populo petenti fuit, rur-
susque aperta funerali arca ad venerationem osten-
sus est. Ægros plurimos contactu sacri corporis
curatos vetera manuscripta testantur. Tandem, ut
aliquando finis fieret, humatus est cum lacrymis o.
Pauperes præcipue, quorum erat pater, planxerunt :
grandis lapis superjectus; inscriptio serius apposita,
quam hodieque legimus; Honorabilis Dominus Ma-
gister Joannes Nepomucenus, hujus ecclesiæ Canonicus,
Reginæ Confessarius, quia sacrosancti Con-
fessionis sigilli custos usque ad mortem fuit, a Wen-
ceslao IV, Bohemiæ Rege, Caroli IV filio, tormentis
tentatus, ex Ponte in Muldavam præcipitatus, mi-
raculis clarus, hic jacet sepultus. A. D. MCCCLXXXIII.
Hactenus inscriptio. At Regina Joanna, posteaquam
de morte B. Joannis, quem habebat pro Patre, triste

nuntium accepit; eamque mortem sua causa a cru-
deli conjuge illafam animadvertit; cum præterea
nullam ex tot et tantis malis evadendi viam cerneret,
in gravem animi ægritudinem lapsa, carpi paulatim
cœpit, et quarto abhinc anno, nulla edita ex se prole,
contabuit, mortua anno MCCCLXXXVII, die 1 Januarii,
ut contra Hagecium ostendit Lupacius p.

ANNOTATA.

a *Allegantur* Paulus Sidek in MS. ad Regem Geor-
gium et Chronicon magnum Bellicum.

b *Rursus* M. Emondus in magno Chronico Belgi-
co apud Marquardum Freherum.

c *Ita passim* Catasta pro culeo usurpatur in Actis
Martyrum et apud scriptores Christianos; esto aliam en-
ror significationem habuerit apud antiquiores Latinos,
de qua videndus Vossius in *Etymologico*.

d *Verba sunt, uti notabatur in margine, desumpta ex*
Evangelio Dominicæ 3 post Pascha, et verosimile fa-
ciunt, ideo ea sumpta esse in orationis argumentum, quia
supra istud Evangelicum dicebatur.

e Boleslavia vulgo Bunczel duplex censetur, Vetus
ac Nova; una ad Gixeræ in Albin influentis ostium, E
altera communiter Boleslaw dicta, duplo quam prior,
remotior Praga, id est octo milliariis Germanicis com-
munibus. Priorem tomen seu Veterem intelligi hoc
loco apparet ex *Epitome rerum Bohemicarum Balbini*,
qui libro 3 cap. 11 de inventione Virginis Boleslavi-
ensis agit, atque a Suecis cum vicino Brindisio ita destruc-
tam, ait, Veterobolesslaviam, ut jam vix pagi nomen
habere mereatur. Videri de eadem miraculosa imagine
etiam potest *Atlas Marianus Gumpenbergii nostri num.*
73, pag. 179.

f *De his actum a nobis 9 Martii.*

g *Crugerius dicit, Culeo insultum, additque, eo loco*
pontis præcipitationem, ubi nunc Crux stat lignea.

h *Quantum aberraturus esset a vero qui Vigiliam*
Ascensionis componeret cum 16 Maji, vel hinc intelli-
ges; quia ab anno 1355 usque ad 1414 numquam ac-
cidit hic concursus; anno autem 1383 dictum Pervi-
gilium celebratum est 29 Aprilis.

i Illa et sequenti nocte id factum scribit Hagecius :
Dubravii vero Episc. Olomucensis addit, quod fluvius
ita derepente sit arefactus, ut corpus nudaret sub-
mersi, in statuque illo triduum permanserit, donec
sepeliretur. Dubravii verba Germanice expressit Mar-
tinus Boregh Uratislaviensis, in *Chronica Bohemiæ an-
no 1587 impressa Wirtenbergæ*. Joannes Tanner, in
*Vita P. Alberti Chanowski, ex testimonio Pauli Si-
dek S. Th. Doctoris, testis oculati, asserit idem etiam*
distinctius his verbis: Fluvius Moldava cursum stitit,
adeo ut siccis vestigiis totus ejus alveus posset per-
ambulari; et Imperatrix ad fenestram precibus
intenta, ternis noctibus continuis, lumen eo loci quo
mersus fuerat superstagnantis aquæ reliquias aspe-
xit: quæsitum proude mandato ejus est, quid illic
sub aqua lateret, repertumque venerabile illud cor-
pus. *His tamen non obstantibus, Balbinus od hujus*
Vitæ calcem. Notandum est, inquit, Dubravium scri-
bere, quod cum B. Joannes in fluvium abjectus esset,
hic quasi indignatus fluere cessavit, et aqua minui
cœperit, sic ut vado transiri posset. Certum est id
non accidisse in morte B. Joannis, sed annis decem
post, videlicet anno MCCXCIII; cum idem Wence-
slaus Imperator Joannem Suffraganeum Archiepiscopi
Pragensis mergi jussit, ut ex MSS. codicibus ho-
minum eo tempore viventium et hoc fieri videntium
apertissime constat. Utrumque autem fuit miraculo
proximum; fluvium in morte B. Joannis Nepomu-
ceni excrescere et tumescere insolitis fluctibus, at-
que iterum in morte alterius Joannis Suffraganei
(quem Joannkonem veteres memoriæ appellant) su-
bito

a Canonici
defertur in
adem S.
Crucis,

k

l

B

ubi frequen-
tatum a
populo,

m

n
in præpara-
tum ad S.
Viti sepul-
crum infer-
tur,

o

postea addi-
tur epita-
phium.

A. BOH.
BALBINO

A bito decrescere et quasi amitti. At bonus Dubravius duos Joannes in unum confudisse videtur, uti ostendimus in nostra Epitome rerum Bohemicarum lib. 4, cap. I. *Joanahonis mors attingitur in Phosphoro poj. 586, et dicitur peracta XIX Aprilis; ad quem diem totam historiam illam accurate descripsit Crugerius, et secutas Wenceslaum pœnas exponit, qui bis captus et Imperio quoque exutus, demum furibundus expiravit, regnum Hussitis vastandum relinquens.*

k *De his egimus 4 Maji, ad Vitam B. Michaelis Guelnovi ex eodem Ordine, in veste candida rubram supra scapulare Crucem præferente. Est autem hæc ecclesia longe infra pontem post flexum fluminis; unde colligas impetu aquarum ablutum corpus illic hæsisse, ubi illud inveniri disposuerat Deus.*

l *Ceteri scriptores, compendio usi, temporariæ hujus depositianis non meminerunt.*

m *Aut, si tribus diebus in flumine corpus latuit, Dominica ipsam consequens, eademque tunc sanctæ Crucis festum, per se illuc invitans frequentiam, utpote titolare loci.*

n *Addit Hagecius, Rex iis cognitis in Zebrack se recepit: quod est oppidum Praga distans 6 circiter mill. Germ.*

B o *Addit idem, Ante altare Beatissimæ Virginis Mariæ.*

p *In Calendario historico, ut notatur in margine. Hagecius annum sequentem posuerat. Crugerius in saceris memoriis regni Bohemiæ ad Kalendas Januarii hanc mortem tacitus præterit: forte quia opud Crantzium legerat, Regnam sibi ipsi mortem conscivisse, quod impuram mariti vitam ferre amplius non posset: sed nihil tale scribentibus antiquis, merito Balbinus censet, hoc ad ceteras fabulosas Crantzii narrationes addi debere.*

CAPUT III.

De veneratione et cultu, qui Joanni, velut Beato et Martyri, ab omni memoria tribuitur.

Joannis
inter Patronos
Bohemiæ a sli-
mati, tumulus

C Non erit abs re forsitan, priusquam ad miracula B. Joannis percensenda veniamus, pauca quædam de publico ejus apud nos cultu præmittere. Sciendum in primis est, etsi B. Joannis memoria nullo neque sacrificio neque divino Officio honoretur in templis (quod sine sanctæ Sedis Auctoritate fieri non solet) reliqua tamen omnia, quibus Divorum nomina consecrantur, ad sacrum ejus tumulum adhiberi. Itaque quoties ad salutandos sanctos Bohemiæ Patronos, Vitum, Wenceslaum, Sigismundum, Adalbertum, eorumque tumulos in Metropolitana ecclesia honorandos, Proceres, Nobiles, Sacerdotes, Prælati, Canonici, Religiosi, Matronæ, verbo, minimi maximique conveniunt, B. Joannis tumulum nunquam omitti videas, Hic provoluti in genua supplicant, preces ad eum fundunt, ejus opem implorant. Suspensa est ad tumulum tabella, Latino, Bohemico, et Germanico idioma, in qua Oratio majusculis litteris ad B. Joannem Nepomucenum descripta est: eam recitare populus consuevit. Pendent hinc inde cerea lumina, et varia anathemata; tum B. Joannis imago radiata. Tumulus cratibus ferreis duplici ordine præmunitur: laminis depictis, in quibus Joannis nomen legitur, additur vox Martyris et Beati: lampas ab omni memoria tumulo imminet, ardetque: alias faces cereas fere quotidiana piorum hominum devotio accendit: earum quædam humani corporis magnitudinem æquant: his facibus consumptis, novæ aliæ liberaliter apponuntur, ab iis præsertim, qui se ad B. Joannis tumulum cœleste aliquod beneficium accepisse lætantur. Serenissimus Leopoldus, Austriæ Archidux, candelabrum perelegans (de quo postea

etiam a
Cæsaribus
visitur:

D sermo recurret) huic Divo statuit, et in eo B. Joannis effigiem æream cum ceteris Bohemiæ Patronis afflabre fieri fecit. Reges ac Principes nostri B. Joannem coluere semper: Ferdinandus I Imperator, quoties Pragensem adiret ecclesiam, ante hunc tumulum genua ponebat; idem actitasse pium Principem Ferdinandum II atque etiam III multi meminerunt. Hic postremus, a Cardinale Archiepiscopo Pragensi Ernesto II in consilium vocato, sæpius de publico B. Joannis cultu, deque ejus ab Apostolica Sede petendo canonismo (ut vocant) egisse narratur: sed piam optimi Cæsaris mentem priusquam bella, deinde mors abruptit.

18 Jam vero imagines B. Joannis æri incisæ habentur in manibus: in his et Beati titulus Joanni apponitur, et capitis apex ardens cœlesti lumine ac circumfusus radiis spectatur. Neque honores isti nuper inventi, novique dici possunt: sed jam ab ipsa statim morte, et ab omni memoria hodie viventium hominum, et ab omnibus impensi. In sacrario ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis ara quædam est: super eam (ut fieri solet) depictæ in pariete antiqua manu Sanctorum Bohemiæ Patronorum, Viti, Wenceslai, Adalberti, ac ceterorum visuntur imagines: pictura (quod appositi indicant numeri annorum, et pingendi ipsa ratio seculis nostris ignota) centum et octoginta annos superat antiquitate. Has ergo inter imagines Divorum Joannes Nepomucenus palmam sustinet manibus, radiato capite undique illustris. Neve dubitare possis, quem cogitarit artifex, et quem Canonici depingi jusserint, trabalibus litteris titulus legitur; S. Joannes Nepomucenus. Paucis passibus a B. Joannis tumulo in ecclesia Metropolitana Pragensi capella seu sacrarium est, pretiosis imaginibus ab arte, et mausoleo Berkorum Baronum Bohemiæ antiquorum spectabile: in eo Sacrario, sub marmore porphyretico alte educto, conditus jacet Joannes Wlassimius, secundus ab Ernesto I Archiepiscopus Pragensis. In capellæ altari venustissimo certis diebus Sacra faciunt Sacerdotes: altaris titulus, manu propria Gaspari Arsenii, sacræ Theologiæ Doctoris et ecclesiæ Metropolitanæ Decani scriptus, hæc habet: Anno MDCXXI, XXVI Julii per Illustrissimum et Reverendissimum DD. Joannem ejus nominis tertium, Archiepiscopum Pragensem, consecratum est altare in capella e regione sepulcri B. Joannis de Nepomuk, Confessarii, in honorem Visitationis Beatissimæ Mariæ Virginis, ac sanctarum Virginum et Martyrum Luciæ et d Otiliæ, nec non S. Clementis Papæ et Martyris, et B. Joannis Nepomuceni, in quo inclusæ sunt istæ Reliquiæ etc. Hanc tabellam Arsenii a se descriptam, nuper mihi dedit in manum Reverendissimus D. Thomas Joannes de Czechorod Metropolitanæ ejusdem Ecclesiæ Decanus, Archidioceseos Pragensis Officialis etc. vir officio, libris editis e, aliisque meritis clarus, eumque titulum in hanc historiam jussit imponi.

19 Jam et scriptorum nostrorum omnium, in asserendo B. Joannis martyrio et sanctimonia, consentit auctoritas. Videatur Dubravius Olomucensis Episcopus, Hagecius Ecclesiæ Collegiæ Boleslaviensis Præpositus, pluresque alii. Simon Fagellus, ecclesiæ Collegiæ omnium Sanctorum in castræ Pragensi Decanus, qui ante centum et quod excurrit annos de sanctis Bohemiæ Patronis Hymnos scripsit f typisque vulgavit, Hymnum unum cum titulo ad B. Joannem Nepomucenum concinnavit, versu pro ætate illa non plane invenusio. Georgius Bartholdus Pontanus g, Metropolitanæ Pragensis Ecclesiæ Præpositus, Joannem Nepomucenum Beatum Martyrem appellat. Eandem appellationem tribuunt ceteri superiorum ætatum, atque etiam hujus nostræ scriptores; ut venerabilis Pater Albertus Chanowsky, h, vir

pingitur
passim cum
radiis, palma
et titulo Beati.

E

b

c

Allare sub
ejus no mine
consecratur
an. 1621

F

d

e

A scriptoribus
appellatur
Martyr,

f

g

h

A vir Apostolicus (qualem Vita ejus nuper ab amicis-
simo viro R. P. Joanne Tanner edita satis ostendit) tum Georgius Ferus i ejusdem Societatis, pluresque alii.

domus natalis in sacellum vertitur,

20 Pridem narraveram B. Joannem Nepomuci in Bohemia ortum esse. Ex ea igitur domo, in qua Joannes primum vite lucem aspexit, oppidanorum pietas sacellum B. Joannis honori statim ab ejus morte extruxit : traduntque veteres memorie, neminem in ea domo nocturnam quietem capere potuisse, omnesque insomniis fatigatos semper coactos abscedere, donec ea in Sacrarium versa fuisset. Nostra ætate Illustrissimus Baro Franciscus de Sternberg, Nepomuci Dominus, R. P. Georgio Fero incitante, sacellum hoc, vetustate paulatim cunctidens, totum dirui jussit : novamque et formosam ecclesiam B. Joannis Nepomucensis honori magnis sumptibus extruxit. Benedici ecclesiam illam Ernestus Archiepiscopus Pragensis et Cardinalis per alios voluit, cum ipsemet per invaletudinem adesse et consecrare non posset. In summa novi hujusce templi ara B. Joannis imago radiata conspicitur, atque in veneratione habetur. Per hanc recens extructi templi causam idem R. P. Georgius Ferus anno

ubi nunc nova ejus ecclesia,

1637 libellum edidit, quem Famam postumam B. Joannis Nepomuceni inscripsit : in quo venustis imaginibus, summo pictore Carolo Sereta Bohemo operam commodante, vitam et mortem B. Joannis brevissimis titulis triplici idiomate Latino, Bohemico et Germanico comprehendit. Aditur B. Joannis ecclesia multis supplicationibus : parochia multis passuum millibus ad certam diem ab operibus vacuam, Dominicis inter Pascha et Pentecosten, populum adducunt : idque agitur a tempore immemorabili. Sacra de B. Joanne non leguntur quidem, sed de sanctissima Trinitate : concio tamen ad populum de B. Joannis virtutibus habetur. Appensa visuntur ad ejus aram anathemata plurima, fatenturque diversi ejus se meritis varia beneficia cœlitus impetrasse. Pro comperto est, si campi siccitate laborent, supplicatione una alterare ad hanc ecclesiam publice ducta, pluviam impetrari celeriter. Cantio quædam pervetusta de B. Joanne per hanc viciniam circumfertur, quam plebs rustica modulatur libenter, B. Joanni pecudes suas et jumenta cetera commendare solita, opemque sentire. In peste, quæ Bohemiam anno 1637 pervagata gravissime afflixit, omnes qui sese Nepomuci B. Joanni commendarant, periculo sunt erepti.

cultu Joannis et miraculis celebris,

æque ac tumulus Pragæ.

21 Pragæ quoque B. Joannis tumulus, ut ante dixeram, in summo habetur honore : et quamvis imperiti quidam et in religione nimium cauti timidique, ipsius religionis prætextu, in B. Joannis veneratione obturbare aliquid tentarint ; populus tamen ceterique omnes de constantia justæ pietatis dimoveri non potuit, rediitque semper sua B. Joanni gloria, quidquid unus et alter timidi conarentur. De ejusmodi vetusta religione et cultu Beatorum antiquo, optime dixit vir eruditissimus, et in gestis Divorum describendis et illustrandis diligentissimus, rerumque istarum peritissimus, Godefridus Henschenius : Venerationi Divorum, inquit, a tempore memoriam unius seculi excedente, Urbanus VIII, Pont. Max. nihil voluit derogatum, quominus perpetua deinceps esset. Jam B. Joannis cultu ab iniquitate probato, ad miracula, ad ejus sacrum tumulum patrata, faciamus gradum : simul illud patebit, quam merito tantus eidem a populo cultus habeatur.

ANNOTATA.

a Ernestus Adalbertus ab Harrach, Cardinalis Creatus ab Urbano VIII an. 1623, Ferdinandi II an-

no 3 : huic autem 20 anno Imperii morienti Ferdinandus III successit an. 1637, supervicitque Ernestus usque ad 1667.

b Berkanæ familiæ origines, merita, laudes pluribus locis explicat Balbinus in tribus primis suæ Epitomes libris.

c Ernestus I obiit anno 1364, 30 Junii. Insignes sanctissimi viri memorios collegit Crugerius ad istum diem : ejus Martiale a Collegio nostro Pragensi editum est anno 1661, eique præponitur Vita ex veteri MS. fideliter descripta.

d SS. Lucia et Ottilia coluntur simul 13 Decembris.

e His accessit Phosphorus septicornis, sive Pragensis ecclesiæ majestas et gloria, tertio post hanc Vitam conscriptam anno editus, nobisque ab ipsomet dono missus ; uti et Mars Moravicus ab eodem jam Episcopo Samandriensi vulgatus an. 1677. Ipse vero, pro sua singulari humanitate, non desinit, quotiescumque rogatur, submittere notitias de Sanctis, quorum Reliquiis dives est Pragensis ecclesia, ex archivio sua manu descriptas.

f Simonis Fagelli meminit Gesnerus in Bibliotheca ; ejusque Opuscula (inter quæ Hymnorum liber 1) ait esse excusa Lipsiæ an. 1538.

g Ex serie Decanorum, ab anno 1090 usque ad præsens tempus deducta in præfata Phosphoro pag. 608, intelligitur Georgium Decanatum gessisse usque ad an. 1394, quando ad Præpositi dignitatem ascendit : scripsit autem Bohemiam piam.

h Obiit Albertus hic 16 Aprilis an. 1613, ejus breve Elogium vide sis in nova Bibliotheca Scriptorum Societatis nostræ per Nathanaelem Sotnellum. Scripsit is Vestigium Bohemiæ piæ (quod hic allegatur in margine) idque idem qui Vita auctor Tannernus notis suis illustratum vulgavit an. 1639 : annis autem ante mortem viginti elidit Bohemice Vitæ Christi, Beatæ Virginis, et Sanctorum in menses 12 digestorum, inchoatas prius a P. Jacobo Boscovio.

i In eadem Bibliotheca enumerantur plurima Feri opera et opuscula (quorum pars bona de Vitæ Sanctorum variorum) Bohemice edita primum, aut ex Latino reducta : in quibus ea, quæ hic citatur in margine, Fama postuma B. Joannis Nepomuceni, sub simplici istarum in 12 vulgatarum titulo, videtur.

CAPUT IV.

Mira quædam ad B. Joannis tumulum patrata, et beneficia cœlestia omnis generis.

Tot ac tanta B. Joannis interventu beneficia cœlitus impetrata fuisse tradunt manuscriptæ memorie, ut ex iis justum librum majores nostri confecerint, qui in sacrario Pragensis ecclesiæ servabatur. Citat eum librum a Wolfgungus Chanowsky de Longavilla, ecclesiæ Metropolitanae Canonicus, vir illustris, qui anno 1633 moriens, ejus Beati amore, non procul ab ejus sacro tumulo, ut conderetur, impetravit. Scribit is, in illo miraculorum libro, B. Joannem Nepomucenum Thaumaturgum Bohemiæ appellari : cæcum ad ejus tumulum recepisse visum, alios præsentissimum opem sensisse, alios in vitæ mortisque confinio stantes, quosdam etiam ad supplicia mortis Judicium sententiis damnatos, beati viri, quem invocabant, auxilio, mirabiliter evasisse mortem. Addit, plura se non describere, quod liber sit obvis, quem tamen una necum ecclesiæ Ministri omnes invenire non possumus, et subtractum ex oculis, ob hæresim nuper regnantem, dolemus.

23 Illud permirum, neque minus certum et per-
vulgatum : quicumque B. Joannis tumulum calcant,

D
A. BOH.
BALBINO

E

F

a
Periit liber
olim de mi-
raculis scri-
ptus.

A rint, praesertim si contempserint, eos ipsa die infamiam incurere, et vitare non posse; id omnium Catholicorum Pragensium nostrae et superioris aetatis consensu, atque exemplis plurimis constat. Anno MDLXXXVIII, cum Radzivilus Princeps, Regis et Poloniae Reipublice nomine, Legationem apud Rudolphum II Casarem obiret, accesserat Pragae Magnificus D. Christophorus Sluska Palatinus Vindobonensis (Catholicus ne an haereticus a Theophilo Cristeeco, Collegii S. J. ad S. Clementem Rectore id temporis, cujus chirographum eodem anno conscriptum habeo, non traditur) sed vir hac dignitate clarus, Metropolitanam Pragensem ecclesiam aliquando ingressus, alius ecclesiae monumentis curiose lustratis, ad sepulchrum B. Joannis adducitur. Narrat Palatino qui decebat Cimonius, mirabilem hunc esse tumulum; nam si quis calcasset, eo die poenam non elugere. Risit Palatinus, et confestim pede tumulum pressit; glori sum existimans (ut ingenia sunt) quae ceteri timerent, calcare. At ecce e vestigio, quasi percussam frontem et turbam mentem sentit; turbationemque persentiscens templo egreditur. Equum et currum Domino adduxerant famuli (numero enim satellitio vir inter suos admodum potens cingebatur) equum primo nominat; sistitur. At ecce, quasi intemperis ageretur, a dextra equi parte tentat ad-censum: ascendit denique et evadit in equum. Equus neque hortatu nullo neque stimulo moveri se loco passus est. Ergo descendere equo cogitur, currumque conscendit: sed nulla iterum vi, quidquid agerent aurigae, vel passum promoveri poterant. Tandem pulvere confusus Palatinus, spectante et vidente Cewaris aula ex Arce, toto illo et impedito itinere pedibus confecto, multum admirans, et quid actum esset sermone versans, ad hospitium in urbe reversus est.

24 In Vita venerabilis et Apostolici viri Alberti Chanowsky Societatis Jesu aliud exemplum legitur, quod verbis ipsius nostri scriptoris audire placebit. Dum Pragae Albertus Grammatica daret operam, essetque annorum quatuordecim, pater ejus Joannes Chanowsky Pragae advenit, cumque eo Sanctorum ac praecipue Bohemae Patronorum Corpora venerationis ergo visitavit. Accidit vero, ut etiam ad B. Joannis Nepomuceni monumentum venirent: ubi referente patre didicit, quanta locus esset venerationis, quanta martyris illius honor Deo curae, quam certa eorum poena qui terram illam proterve conculeare audent: adeo ut virgini cuidam sacrum illud sepulchrum pede protervo calcare impudenter ausa, dum maximam inter populi frequentiam per pontem Pragensem domum rediret, exorta repente vehementi vento, quasi quodam turbine involuta vestis seu toga, in altum sit ab imo elevata cum inere libili virginis pudore e. Ad haec cogitare coepi (juvat P. Albertum haec de se scribentem audire) facile id contingere potuisse femine, sed viro aut puero qua ratione aliquid simile contingere posset? Quare experiendi gratia, cum eo tempore adhuc claustra circa sepulchrum Sancti essent rara et demissa, pedem eo data opera imposui, ita ut sepulchrum calcarem. Accidit autem, cum ad antiquam urbem per parvum pontem redirem, ambulando sequebar parentem: et ecce incidi in latentem quandam fossam usque ad genua, quae Pragae solent esse in plateis hieme ex congesta glacie et nivibus; et fere illic calcem reliqui, atque irridente me omni populo, pudore insigni fui suffusus. Et veniens ad pontem Pragensem, prope imaginem Crucifixi, illic recidi, et in luto circumquaque in pallio meo obvolutus fui; et quasi tum interius hanc vocem audivi: In hoc loco ille Sanctus de ponte in aquam fuit praecipitatus et submersus. Summo autem pudore affe-

ctes sui, mirantibus et ridentibus hominibus, quid et cur et quomodo hoc mihi accidisset. Haec venerabilis Pater Albertus Chanowsky manu propria.

25 Alia eaque longe gravior poena secuta est Calvinianum hominem, Wenceslanum Wilhelmum de Raupowa Baronem, rebellionis quae in Bohemia ab exteris fere hominibus Comite Turriano et Hohenloo, item Felsio aliisque novis Bohemis incolis, fœdo incepto, ac fœdiore exitu meta est, baud postremum inventorem. Hic cum aliquando in ecclesia Metropolitana S. Viti, velut in profana domo, cum sociis otiosus inambularet anno MDLXXXIX, in B. Joannis tumulum forte incidit. Recurrit homini vetus de eo sepulchro traditio; quare multum Catholicorum stultitiam, ut putabat, demirans et deridens, qui rebus tam vanis tenerentur; tumulum B. Joannis calcavit, et quasi nihil egisset, cetera idololatriae Catholicae, ut ipsi appellant, monumenta perlustrat, neque multo post templo egreditur. In ipso templi limine famulus anhelans cum tristi nuntio occurrit ad Dominum; filium, quem Raupowa habebat unicum, hoc momento inopinate exspirasse. Nimirum eodem temporis articulo Deus contemptum servi sui B. Joannis morte unici filii vindicavit. Discite justitiam moniti et non temere Divos. Atque utinam hunc finem vindictae, divina habuisset ira! Constat inter omnes, post annos plurimos Raupowam haereticum actum in rabiem, dum homines stricto ferro insectatur, misere Litomericii periisse. De hac Raupowae scelerata temeritate, ne dicam magis, deque poena irrogata, est inter manus meas Testificatio legitime confecta, annulo familiae illustrissimae signata, chirographo firmata, quam Illustrissimus Comes Zdenko Wratislaw de Mitrovicz, Vilemoyii, Zerofinii Dominus, et Slanensis districtus Praefectus, anno MDCLXVIII confecit: qui et familiariter Raupowam novisse, et haec omnia sibi constare per animi sui conscientiam testatur.

26 Venio nunc ad narrandum exemplum, quo tristius ad B. Joannis tumulum accidit nullum. Ac nescio sane quid illud esse oporteat, quod tanto semper odio in B. Joannis memoriam et sepulchrum haeretici ferantur. In illo, de quo modo dixeram, haereticorum in Bohemia regno, post annum MDLXXXVIII, cum Calviniani Pragense ecclesiae Metropolitanae dimidium, partem scilicet posteriorem, occupassent, suaque profana et umbratili Cœna contaminassent; habebant illi sine dubio praeculis sanctorum Patronorum Viti, Sigismundi, et aliorum Divorum corpora, ac ferebant placide; unius tantum B. Joannis Nepomuceni humilem tumulum videre non sustinebant. Neque modo crates circa tumulum evellere, sed ipsum beati Martyris corpus (facinus profecto etiam in quocumque humano corpore indignum!) exhumare et in communem locum abjicere statuerunt. Sed B. Joannes locum egregie tutatus est. Mittentur ad certam diem valentissimi et confidentissimi satellites, quibus id datum erat negotium. Vix sacrilegium tentarant, et crates ferreas lignibus convellere coeperant; cum ecce duo, quasi o caelo percussi, repente in terram concidunt: alter omnino exanimis nunquam vitam recepit; alter operi praefectus, Anglus homo, epheborum Friderici Palatini (qui sese Regem Bohemiae ferebat) praepceptor, semivivus ac aegre spirans e templo inter manus elatus, paulo post et ipse miseram animam efflavit: ceteri periculo et damno suorum admoniti, una tantum sepulchri parte crateribus dejectis, opus imperfectum reliquere. Res est tragica, sed eorum testificationibus firmata qui adfuere: quos inter vivit hodieque senex, campanis in ecclesia S. Viti praefectus, rei gestae olim spectator: historiaeque haec tota ante B. Joannis Nepomuceni sepulchrum, tessellato

A. BOH.
BALDINO
A. 1588
tumulum
contemptum
calcans Pa-
latinus,

equo et
currum uti
negulens,
pedester re-
dire cogi-
tur,

idem ten-
tans partem
regni pudor
afficitur,

et duar
gemino;

Baro Cal-
vinianus

morte uni-
geniti puni-
tur,

E

et misere
perit:

d
17
ubi dæmo-
nii crates
aggressi ut
corpus e-
xhumarent,

duo morte
percutuntur,

A lato opere pereleganter in ligno expressa, cum admiratione peregrinorum spectatur. Recenset hoc etiam triste miraculum Germanicus liber, cui titulus est Veridici, Augustæ anno mdcxxx typis editus pag. 89 et seqq. ac primum Angli illius Calviniani, sepulcro insultantis sacrilegas voces, tum cœlestem ultionem humi alliso corpore, demum eadem nocte inter horribilas vociferationes ac ejulatus, quasi ab igne aliquo ureretur, infelicissimam mortem multis verbis describit *e*. Adjicitur in eodem libro; paulo ante decretoriam in Albo-monte pugnam, qua hæreticorum res conciderunt, cum anno mdcxx nocte quadam hæretici satellites, in eadem ecclesia, in Christi Crucifixi statu aliisque Divorum imaginibus deiciendis strenue laborarent; a Catholico pioque homine, qui tum aderat et dolenter quæ gerebantur spectabat, visos tres viros humana forma angustiores e sepulcris prodire: primum cultu Regio, alterum Episcopali habitu conspicuum, tertium sacro quidem in habitu, sed ignoto. Hos convenisse una, ac stantes, quasi de futuro rerum statu capita conferrent, postea amissos ex oculis; nihil dubitari a Catholicis S. Wenceslaum Regem, et S. Adalbertum Episcopum primos duos fuisse, tertium omnes suspicari B. Joannem Nepomucenum, quem tantopere odissent hæretici, quemque exhumare etiam voluissent. Ita liber ille. In re tam recenti fides sit penes *f* auctorem: ad tumultum B. Joannis redeamus.

27 Ob hanc igitur causam, et sæva in calcantes exempla edita, cum jam pridem ferrei clathri ad unius fere ulnæ altitudinem prætentis essent, Canonici novis aliis cratibus sepulcrum cinxerunt: qui clathri facile tres ulnas altitudine æquant, ut nisi ægerrime vix esse cuiquam improbo et injurio liceat. Porro Calviniani, tam male a B. Joanne accepti, quamdiu Pragensi ecclesia sunt usi, tumultum ipsam totum, præstigias in eo latere vociferantes, asseribus et tabulis quibusdam clausere, ne ullo modo adiri, imo ne spectari posset. Obturbare illos, dum ad cœnam in templo sederent, B. Joannes videbatur; et velut mortualis umbra, nimium odiosus et non vocatus, intervenire conviviis. Jam vero hanc ipsam ecclesiæ Metropolitanæ profanationem, et stantem in loco sancto abominationem ex sacro suo tumultu B. Joannes significavit. Siquidem imminente illa ab hæreticis calamitate, sæpius nocte gemitus et lacrymosæ quædam voces ab imo templi audiebantur: Custodes autem templi, studiose gemitus illos secuti, animadverterunt non semel, ex B. Joannis tumultu exire. Nimirum dolebat beato viro (quantum Beati dolere possunt) dilectam Pragensem ecclesiam tot brevi sacrilegiis profanandam, quæ nunquam ante, ex quo a S. Wenceslao fundata erat, ne quidem Hussii aut postea Rokyczanæ temporibus, hæreticorum impuris sacris profanata fuisset. Sed plures sacri illius tumuli prærogativæ possent adferri: nam aliis quoque temporibus ecclesiæ S. Viti exhibitores, ad indicandam fortasse beati viri sanctimoniam et in cœlo gloriam, analili quadam luce sepulchrum illud cingi, et radiis coruscare viderunt. Neque id mirum: pro thesauro est Pragensi ecclesiæ B. Joannes, ubi vero thesauri lateant, aiunt ignes emergere.

28 Præcipuus B. Joannes Nepomucenus Patronus et Tutor eorum habetur, quibus infamiæ periculum aliquod imminet, quique ne admissum scelus factumve emanet in publicum, pertimescunt: occurrit enim mirabiliter periculis, et factum abscondit. Exemplum in eam rem publica dare nec possum, nec audeo: quia ut silerem, atque etiam nescirem, ipse Beatus Joannes, qui textit, effecit: sed res est inter omnes contestata: solentque eos, qui afflicti, quo se

vertant nesciunt, ad Beati sepulcrum mittere, ut timores suos exponant et commendent. Hujus festinati et toties perspecti auxilii argumento, edita typis pridem Oratio est, quæ sub B. Joannis effigie legitur hisce verbis concepta: Præsta quæsumus, omnipotens Deus, precibus nostris, quas in B. Joannis Confessoris veneratione deferimus, pium benignus auditum; ut ejus meritis et intercessione suffulti, ab infamia et confusione temporali liberati, ante mortem reatus nostros sincera Confessione expiare, salutari pœnitentia delere, et portum æternæ salutis contingere feliciter valeamus. Per D. N. Jesum Christum filium tuum. His quoque fert opem B. Joannes, qui exitiali verecundia crimina sua in sacro tribunali aperire reformidant: nam ad ejus tumultum supplicantes, audaciam quamdam ad proferenda omnia addi sibi senserunt, idque aperte Sacerdotibus sunt testati. Anathemata ad B. Joannis tumultum plurima olim pependisse meminerunt senes: hæresis Calviniana anno mdcxix laceravit omnia, aut flammis corruptit. Nostra memoria matres aliquot, ad partum gravissime laborantes; alii hydrope, alii febribus diuturnis crudelissime vexati, fuis ad B. Joannem precibus, convalescere, ut anathemata hodierna testantur. Quibusdam ipsa fides et in B. Joannem amor opem attulisse videtur: nam cum alia deessent, pulverem, ex ejus lapide sepulchrali modice abrasum, ad varios morbos valuisse senserunt.

29 Matrona Illustris (quam nominare nihil attinet) cum aliquando de Sanctis in Metropolitana ecclesia conditis mentio fieret, et nescio quæ ex domesticis puellis B. Joannem Nepomucenum inter eos numerasset; illa supercilio sublato, Quem tu, inquit, Joannem nominas? nihil de illo Roma scit: colitur ille a rudibus perperam, neque forsitan hanc venerationem meretur: nam si Sanctus esset, pridem eum Pontifices in Divorum numerum retulissent. Post aliquot dies cum eadem matrona, nihil jam de B. Joanne cogitans, oraret in templo; reperit in libello precum Beati effigiem capite radiato in habitu Canoniorum venustissimam, quam ante nunquam viderat. Paulo post eum domi in seriniolo suo aliud quærit, alia item ejusdem Beati effigies quasi sponte venit in manum. Ea res improvisa a tenerum matronæ animum vulneravit, ut confestim in lacrymas soluta, B. Joannem Nepomucensem in-clamarit. Dieque altero ad ecclesiam Metropolitanam profecta, Confessione peccatorum præmissa, divinam Eucharistiam sumpsit; et sepulchro beati Martyris advolta, audacie veniam postulavit. Nec omit-tenda est religiosi cujusdam viri temeritas, divinitus ut videtur castigata. Hic in disceptatione cum socio sui Ordinis inita, negabat rite fieri, quod B. Joannes a populo coleretur; addebatque cum stomacho, male agere eos, qui cum facile impedire possent, cultum hominis sum ignoti tolerarent. Nondum abierat dies, en tibi gravem aegritudinem: nulla data causa tremore artuum insolito concutitur; ac ne mali originem ignoraret, simul ultro succurrit cogitatio B. Joannem de se vindictam sumere. Neque aliud fuit: nam neque tremor neque dolor posuit, donec æger B. Joannem voto honorasset, ac veniam postulasset. Rem vero, ut secum gesta erat, ipse religiosus vir ad perpetuam memoriam scripto consignavit. Ardet ad B. Joannis tumultum suspensa lampas, ut ante dixi. Ex ea lampade Servus-capellæ (ita templi Custodem appellant) oleum orane effuderat, oleique loco aquam puram infuderat, ut socium suum (cui commissa et nutrienda lampas erat) vexaret. Accedit rerum omnium ignarus socius, alter videlicet Aeditimus, priore illo procul observante, et benignam sibi socii irridendi materiam oblatam gaudente.

83 Accenditur

e
et apparent
Sancti quasi
de ultione
consultantes:

D
A BOH.
BALBINO
et ad con-
fessionem
pudibundus,

honoratur
votivis ana-
thematis:

B
cultum ejus
improbantes
miraculo
corrumpunt.

C
ceteri ex-
emplis ter-
ribi locum
legunt.

unde antea
masti gemitus
crue-
rant.

C
Patrocina-
tur Beatus
infamiam
publicam
mutuentibus,

F
Aqua lampadi
infusa ardet:

A Accenditur lampas, aqua sine omni elementorum pugna exardescit, lampas nitidissime lucet. Territus rei novitate ocularis ille Servus, fatetur quid egisset : uterque agnoscit miraculum : plures ecclesiae Ministri advocantur : rem ita se habere deprehendunt, Deum in servo suo B. Joanne glorificantes.

A. BOH.
BALBINO

ex candelabro
ipsi dicato
statuiculam
furati,

30 Stat super B. Joannis Tumulum candelabrum ex orichaleo ingens, cujus pedem artificiosissimis status puerorum undique ludentium, aliisque imaginibus aereis distinctum, inter cetera spolia, excisa urbe Mediolanensi a Friderico Barbarossa Caesare, Wladislaus Bohemiae Rex belli ejus socius, ante annos facile quingentos; quod ex Salomonis templo fuisse diceretur, Pragam attulerat, et ecclesiae S. Viti donarat. *g* Eum pedem, adjecta nova mole, jam ab annis centum octaginta, antiquitas in candelabri formam eleganter aptavit, et sepulchro B. Joannis imposuit; quod in manuscriptis templi codicibus non aliter, quam Candelabrum B. Joannis appellatur. Id candelabrum nostra memoria ornandum sibi sumpsit Serenissimus Archidux Leopoldus, Ferdinandi III Caesaris frater, et statuas omnium Sanctorum Bohemiae Patronorum, suo quemque in

B habitu (quos inter B. Joannes noster spectatur) itidem ex orichaleo apponi jussit, superne in orbem quasi in corona stantium gratiosissimo spectaculo effictas a bonis artificibus, ut erat Princeps artium ejusmodi amantissimus et aestimator peritissimus. Hoc opus novum, cum sacrilegis oculis quidam fuissent intuiti, et aurum esse crederent; cupiditate victi, defractam B. Joannis statuam, quae ceteris videbatur formosior, rapuere. Magnam illis sacrilegum attulit curam, quipe diu noctuque laniabatur intemperis mens, ut nec somnum nec quietem ullam capere possent. Adacti igitur a monitore et tortore assiduo, quem habebant intus, retulere statuam: et ad tumulum B. Joannis, mox ad sacrum Poenitentiae tribunal advulsi, rem omnem Sacerdotibus aperuere.

coquantur eam
restituere.

31 Hactenus de B. Joannis Nepomuceni Vita et Miraculis concinnata Narratio. Porro ne quem sua laude defraudem, praecipuam mihi materiam suppeditavit Perillustris et Reverendissimus Dominus Joannes Ignatius Dauhovesky de Longavilla, Protonotarius Apostolicus, sanctae Metropolitanæ Pragensis, nec non exemptae Wissehradensis, et Collegiatae Veteroboleslaviensis ecclesiarum Canonicus: cujus verbis, ex ejus ad me litteris, hanc narrationem concludam: Mitto, quae de B. Joanne Nepomuceno invenire potui; eaque ex variis fidesimis et indubiis manuscriptis collecta, sub fide Sacerdotali communico: faxit Deus, ut quæ honorem in terris, ejus consortio perfruamur in caelis. Amen.

Cujus opera
ad hæc complenda
usus
auctor?

ORATIO AD B. JOANNEM NEPOMUC.

Quam tribus linguis, Bohemice, Germanice et Latine scriptam, et in tabellis ante ejus tumulum appensam, populus pie recitare consuevit, ad verbum descripta.

B. Joannes, Martyr ac Patrone, Nepomuci in regno Bohemiae oriunde, templi S. Viti in arce Pragensi Canonice; eo quod ad instantiam Wenceslai IV regis, ulcisci se de conjuge, sæpe illum de vita corrigenda monente, volentis, ante et post torturam, Confessionem Augustae propalare recusasti, in flumen Muldavam ex Ponte præcipitatus, a luminibus, noctu supra flumen ubi corpus tuum jacuit apparentibus, certissimis tuæ innocentiae et sanctitatis testibus ostensus, soleanniter ab universo Clero ac populo ad Cathedrale templum deportatus fuisti; ubi usque hodie, qui tuum sepulcrum exhonorat,

vulgi infamiam effugere non solet. Tu enim admirandam, inauditam, ac sempiternam memoriam secreti exomologeseos tuendi post te reliquisti. Per hæc tua merita et dona divinitus tibi concessa, precamur suppliciter ac fiducialiter, apud omnipotentem Deum eam impetra nobis gratiam, ut ira ejus conquiescat, peccatorum poenas, uti pestem, bellum, famem, aliasque tam corporis quam animæ plagas clementer avertat; et ut nos autem obitum confiteri, pro peccatis satisfacere, omne periculum et seculi dedecus, hominumque scandalum effugere, Deo placere et adhærere, vitam laudabiliter concludere, et ad vitam æternam pervenire possimus. Per Jesum Christum Dominum ac Salvatorem Nostrum. Amen.

ANNOTATA.

a *In Margine citatur MS. Wolfgangi Dauhoveskii.*

b *Hagecius, Crucem incisam in lapide sepulchrali; Phosphori vero auctor ait pag. 583 tot exemplis, recentioribus juxta ac vetustis, ostendere se id posse, ut facile justum volumen conficerent.*

c *Testis hujus rei in margine laudatur Hagecius, qui nihil tale eo loco ubi B. Joannis martyrium narrat; an autem alibi simile quid habeat, non vacat scrutari, satis est Crugerium audire, de muliere idem ausa (nisi eadem etiam sit) similiterque punita, sic loquentem: Ubi, inquit, ex arce descendit, atque per pontem Pragam veterem redibat, turbata divinitus phantasia quasi naufragium pateretur, opem undique subvenientium implorabat: quoque facilius evaderet periculum, vestem propriam supra caput elevabat; unde propudiose, quæ natura et pudor celanda jusserant, cum aspicientium exprobratione evulgabat. Neque ante intemperie cessaverunt, quam Crucem, locum olim supplicii Nepomuceni, transgrederetur.*

d *Plenam occupationis hujus historiam, eamque prægressa et secuta prodigia, ac poenas ab auctoribus tot sacrilegiorum diversimodi sumptus, legere qui volet, habet Phosphorum, a pag. 634 ad 673 ista prosequentem, potissimum ex MSS. Arsenii Decani, de quibus pag. 664 ita loquitur: Est mihi præ manibus chirographum præmemorati Decani et Officialis, viri undequaque clarissimi et fidei integra, in quo scribit hæc omnia se habere a testibus oculatis, cum per se tum per alios diligenter examinatis, præsentibus Brosio Præposito, Macario et Cotwa Canonicis, Adolpho item Emerico I. V. Licentiate et Consistorii Archiepiscopalis Secretario Notarioque publico Apostolico et Cæsareo, ac Joanne Anticola tum quoque Universitatis Pragensis Notario: qui Notarialis officii sui causa ad hoc specialiter vocati fuerant. Qui testes mirabilia ista se vidisse et audivisse testati sunt, idque etiam jurejurando confirmarunt.*

Arsenii
Decani MSS.
quanta fidei,

Deinde post explicatum modum, quo, præ aliis scriptorum monumentis, servatis sunt libri Ereccionum, grandia volumina quatuordecim; facti auctorem laudat Joannem Hrdy, qui, tunc ecclesie S. Viti minister, Cursor postea Archiepiscopalis Consistorii fuit, et primos ætatis suæ annos ut plurimum apud Prælatos ecclesie Metropolitanæ, potissimum Decanos Arsenium et Macarium, in servitiis traduxit, ante annos solum quinque defunctus est, inquit auctor Phosphori anno 1673 editi, ideoque multa ex his, quæ jam recensimus memoria ipse tenebat, eaque sic omnino accidisse, non semel referendo, mihi per conscientiam testabatur. Hunc vero locum ad longum hic transcribere placuit, quo certior fides constet mirabilibus iis, quæ, quia B. Joannem singularius spectant, ex eodem Phosphoro consequenter hic proferimus.

In iis quæ
circa tumulum
cantigere
narrandis

A *e Prolixiore hanc narrationem, non ex illo Germanico libro, nec dum nobis viso, sed ex Phosphori auctore, Arsenii prædicti MSS. allegante pag. 649, hic dare placet. Sic ergo is prosequitur, post narratam vindictam sumptum de Sculteti nepote, S. Viti sepulcrum violare aggresso, ejusque sociis duobus: Vix sacrilegus iste fuerat exportatus, ecce tibi epheborum Palatini Præfectus, aliud in templo aggressurus facinus, cursorem ad Scultetum mittit, intronitti in templum flagitans: moxque ei aperta est meridionalis, qua palatium Regium ascenditur et quam ille voluit, porta. Erat hic natione Anglus, homo ab infantia hæresibus innutritus, et ut Calviniani dogmatis tenacissimus, in Catholicorum sacris infensissimus: qui pridie deambulans in templo cum Berberstorffio, cum ad B. Joannis Nepomuceni sepulcrum, duplicibus ferreis cratibus, et primis quidem altioribus affabreque elaboratis circumdatum, venisset: et sciscitatus quisnam isto in loco requiesceret, ab eodem Berberstorffio intellexisset, Papistam quemdam templi hujus Canonicum istuc sepultum esse, et haberi locum a Catholicis pro sacrosancto, credique ab iis firmiter, siquis tumulum hunc calcare præsumat, eum ipsa die infamiam aliquam incurrere neque pœnam vitare posse; quam maxime indignari, atque ore blasphemus multis probris et convitiis sanctum Martyrem præscindere cœpit; Catholicorum credulitatem deridens, atque id sæpius cum stomacho repetens: Debetne Papista iste tantum hic occupare locum? et quasi Rex aut Princeps esset, tam opereose septum habere sepulcrum? Dicebat quoque se mirari plurimum, quod illi, quibus expurgandi ab idololatria Papistica templi negotium jussu Regis fuerat commissum, ejectis et toto templo eliminatis aliis Catholicorum superstitionibus et commentis, hoc tam diu intactum relinquunt; et tamquam sibi hoc insigne facinus superstes deberetur, illud quam primum et consulto aggredi constituit. Die itaque sequenti, cum in prandio, lautius quam alias epulatus, vino usque ad temulentiam pœne se ingurgitasset, una cum Berberstorffio et aliis familiarioribus (quo majores forsitan, ad patrandum tantum facinus indueret spiritus) in templum, uti diximus, venit, satellitio perditissimorum quorumque stipatus: rectaque ad sepulcrum B. Joannis contendens, ubi illud accessit, cancellos primo pedibus impetiit; deinde ad circumstantes conversus, Debemus, inquit, prius sepes istas disjicere, si volumus hic saltare. Inter alios, quos ad hoc facinus conduxerant, erant duo fabri serarii, ignari qua causa vocarentur, juberenturque adesse cum malleis. Jussi itaque ut decuterent crates, unus ex illis, Hussita licet, religioni sibi duxit tale quidquam tentare; fama agens publica ferri, tumulum hunc esse mirabilem, ideoque nolle se id experiri gravi aliquo, quod mox sequatur, malo suo; sed velle potius domum redire ad laborem, a quo importune abstractus esset: hocque dicto e turba ceterorum illico sese proripuit, et cum indignatione abscessit. Alter vero, Saxo natione et religione Lutheranus, ad audendum quidquid juberetur promptior, sine ulla tergiversatione dicto paruit; et ab altero quodam, qui cum fuste adstabat, adjutus, unam cancellorum partem iteratis mallei ictibus decussit, tanto facilius quod jam antea esset nonnihil concussa, haud dubie sub præterita imaginum atque altarium strage. Quo facto Anglus, presentis nequitie caput, non expectans ut reliquum etiam deturbaretur, fieretque hoc modo tumulus undique pervius; sed quasi jam de concepto facinore triumphans risuque gestiens, et in Catholicos diversa probra jactans, transgresso ab ea parte altero, sed rudiori ac demissiori sepimento, tumulum Beati au-*

Anglus Calvinista

post blasphemias contra Beati tumulum,

et ipsius crates defectas,

eandem calcans miraculose excutitur:

daissime insiliit. At vix terram passu attigit, repente corruit; et ita quidem ut de tumulo, quem calcare præsumperat, foras summa vi ejectus videretur. Sic igitur divinitus, ut credi par est, prostratus; et toto corpore, ipso etiam blasphemus ore, humo allisus; terribili ejulatu clamabat, ita ut perhorridum de se spectaculum omnibus qui aderant exhiberet: aliud tamen ab eo nihil percipi potuit, nisi quod sibi arderent pedes. Paulo post vero surgere volens et iterum corruens, elevata ac intelligibili voce: Jam, inquit, totus ardeo, jam totus comburor. Sed neque Saxoni cratium decussori patratum facinus impune stetit: qui eodem puncto temporis factus fere exanimis, toto corpore tremuit, ac veluti gelu obrigit; nec amplius consistere valens, gravi quoque casu pronus in terram concidit. Quo viso ceteri, maximo horrore perfosi et attonitis similes, veritique ne simili corripentur plaga, celerrime diffugere omnes: diuque nullus infelices istos homines, tam prodigiöse ad tumulum Beati prostratos, accedere ausus fuit. Re tandem ubique per arcem divulgata, audaciores aliqui e satellitio Palatini accurrerunt, et Anglum festine levatum extulerunt: qui eadem die sub vesperam, sine intermissione ejulans, et interdum etiam blasphemans, seque a teterrimis umbris nescio quo trahi et abstracti horrenda voce inelamans, intorto ore et oculis flammaram instar lucentibus, expiravit. Alter, modicum sibi redditus culpamque agnoscens suam, et magnis vocibus Dei misericordiam inelamans, pristinae valetudini sensim restitui visus est; ita ut pedibus iterum valens, licet tremebundis adhuc, ad manus educi potuerit. An deinde religioni Catholicæ, hoc miraculo motus, accesserit (siquidem opifices hujusmodi, quasi volatici, fortunam ubicumque invenerint amant) mihi non constat: cautiorem tamen imposterum fuisse, et de sacris Catholicorum meliora sensisse, dubium non est. *Hactenus auctor Phosphori: qui mox domestici scriptoris Arsenii dicta, externorum quoque testimoniis succinctius eadem attingentibus confirmat, imprimis Carafe Nuntii Apostolici in Commentariis de Germania restaurata parte 1; et Joannis Adlzreiter de Tetenweir, secretioris consilii quondam apud Maximilianum Baviaræ Ducem ac Electorem Cancellarii parte 3 Annalium lib. 5, §. 71: ac denique Joannis Tanageri in Vita P. Alberti Chanowski. Postmodum cum narrasset, quomodo Sculteti uxor ignem ex frustis confractarum imaginum luculentius accendens, sibi mentiam, domui propriae conflagrationem inducisset: sic prosequitur: die sequenti, quo Christi Dei atque hominis nativitatem Ecclesia Catholica annua devotione recolit, novo iterum exemplo divina ultio injuriam, B. Joanni Martyri illatam, insigniter castigatam ostendit. Cum enim post peractam more Calvinistico cœnam, Magistra (ut communiter vocant) aulae uxoris Palatini; femina effrons et Catholico nomini usque ad insignem linguæ petulantiam infesta, stans in templo infra regium oratorium (Palatino jam cum uxore et aulae suæ familiaribus in regiam reverso) a circumstantibus studiose perquisisset, an non hic ille tumulus esset, sepulcrum beati Martyris manu ostendens, apud quem ante biduum casus tam miserabilis cum epheborum Præfecto accidit; cognitoque hunc ipsum esse, in multas execrationes et maledicta, quæ proximas columnas rumpere potuissent, impudentissimo ore prorupisset, id semel atque iterum repetens (horret calamus scribere) nihil melius esse quam ut magus iste effodiatur et comburatur: ecce subito ventus ingens atque ita vehemens fuit exortus, ut ab his qui aderant ruiturum templum crederetur. Hinc perterrefacti omnes, qua data porta, prorumpabant ex templo, ipsa ante alios mulier sibi metuens: quæ tamen pœnam,*

D
A. BOH.
BALBINO

punitoque etiam sacrilegii ministro,

E

desperabundus obit uri sibi risus:

eandem tumulum calcare ausa mulier similis

F

ab ingruente turbine

quam

A quam justo Deo vindice promeruerat, vitare non potuit. Jam portæ proxima fuit egredi festinans, cum idem ventus in turbinem versus, in eam, veluti destinatum sibi scopum, validissimo cum impetu irrumpit; deprehensamque in limine templi vi magna prostravit; et quod amplius erat et incredibili cum ipsius dedecore, elevata veste, non tantum exteriori sed etiam interula, nudam a tergo palam spectandam exhibuit. Tametsi vero ancillæ pedissequæ, sine mora accurrentes, eam obtegere summo studio, et (ut aiunt) manibus pedibusque contenderint; frustra tamen omnis labor fuit, vestibus ita firmiter capiti undique versum involuto adhærentibus, ut nulla humana vi aut industria deponi potuerint. Sic igitur denudata, et ab ancillis non sine magno labore de terra sublevata, domum ducta fuit pedetentim ad regium palatium, ubi primo cessante turbine vestis demitti et loco suo restitui potuit. Movit tandem res hæc Palatium, ut totum illum ambitum, qui est circa sanctuarium et D. Viti tumulum, ne deinceps cuique promiscue pateret eo accessus, ab utraque parte, hinc a porta templi sub oratorio regio, illinc a D. Annæ sacello, mox die sequenti lignis et asseribus sepiari claudique jussit.

B *Hoc quoque ex Arsenii Decani manuscriptis, in Phosphoro pag. 668 sic narratur certius et distinctius.* Die VIII Novembris, singulari divini Numinis ope celebris illa ad Pragæ mœnia in Albo monte victoria obtenta est, qua Religionis causa tamquam optima triumphavit; et quam in templo D. Viti hoc ostensum, veluti prodromus quidam, noctu accessit. Cum enim post undecimam horam noctis templum ingenti lumine effulsisset, ita ut ardere intus omnia crederentur; facile res hæc impulit milites, qui ad portam meridiei obversam excubabant, ut per rimam ejusdem portæ, quam aliquot diebus ante de industria latius exciderant, introspicerent, experturi quid ibi fieret. Et viderunt primum tres viros, unum, regio in habitu et supra humanam statura angustiore; coronam capite auro et lapidibus undique fulgidam, sceptrum sinistra manu gestantem; alterum, senem quemdam longa talari veste, et supra Sacerdotali (ut vocant) superpellicco et stola indutum, sinistra librum tenentem; tertium, juvenem, facie pulcherrimum, Angelo magis quam homini similem, chlamyde purpurea ornatum; in medio templi e diametro portæ, ad gradus quibus ad altare summum ascenditur, stantes: et paulo post alios tres; unum regio quoque more vestitum, et corona, minori tamen, conspicuum; alterum in Pontificali apparatu; tertium cataphractum totum,

hastam præaltam et superne instar radii solis fulgidam dextra tenentem, primis tribus accedentes, unaque stantes, et, quasi de præsentis statu consilia conferrent, mutuo colloquentes. Qui visionem hanc spectabant, quinque erant: tres milites, et quidam nomine Joannes de Blumenstein cum famulo, casu illac sub id tempus noctis transiens: qui deinde tanto horrore subito correpti sunt, ut finem rei præstolari nullo modo potuerint; sed, sicut nimio metu perterritis accidere solet, quo quis poterat diffugerint. Creditum est Divorum, qui in eadem ecclesia pie quiescunt, manes fuisse: S. Wenceslai, qui viri cataphracti (sic enim passim pingitur) S. Adalberti, qui Pontificis; S. Viti, qui juvenis purpura induti; S. Sigismundi, qui Regis; et B. Joannis Nepomuceni, qui Sacerdotis, superpellicio et stola induti personam, referebant. Et quia duo apparuerunt cultu Regio conspicui; unus ex iis habitus est pro Carolo IV, ibidem gloriose quoque tumulato, et a Deo non paucis miraculis nec non revelationibus in vita post mortem vero incorruptione sui corporis diuturna clarificato, ejusdemque ecclesiæ amatore quondam summo et benefactore omnium maxima. *Obierat autem hic Carolus anno 1378 die 29 Novembris, extatque Vita ejus MS. per Benesium de Weismil. Can. Pragensem coævum (qui et Chronicon Pragense reliquit) sæpius citata in Phosphoro, cujus Vitæ exemplar nancisci optamus.*

g *De Candelabro quando aut quomodo Mediolanum sit advectum, nihil reperio: Wenceslaum, adhuc Bohemix Ducem constat, occupato triumphali arcu seu turri, præcipuo urbis munimento, promeritum an. 1138 ut e Duce Rex diceretur: qui deinde pacis mediator optatus, eadem conclusa reversurus in patriam (sicuti in monumentis Ambrosianæ Basilicæ pag. 719 et 755 ostendit Puricellus) non vero post renovatum anno 1160 bellum et urbem captam (uti credidit Dubravius Hist. Bohem. lib. 22) ex D. Ambrosii templo Candelabrum affabre factum, quod Salomonis fuisse fertur, largitione Mediolanensium, cum decies præterea mille nummis aureis Pragam ad ædem S. Viti asportavit. Hæc sunt ipsa Dubravii verba, in quibus dum largitioni Mediolanensium donum imputat, ipsemet ostendit ea a se relata tempore non suo; cum ejusmodi largitio civitati pacatæ, non vi captæ spoliatæque conveniat. Meninit ejusdem Candelabri, Mediolano Pragam advecti, Æneas Silvius, Laurentianæ basilicæ Mediolani aliquando Præpositus, in Historia Bohem. cap. 22 ad an. 1158; et Joannes Nauclerus 2 Volum. Chronographiæ, Generatione 39 versus finem, teste prædicto Puricello pag. 757.*

SS. Wenceslaus, Adalbertus, Sigismundus, Joannes et Carolus IV.

A. BOR.
BALBINO

in ipsa templi
porta nudatur
turpiter.

Nocte Palati-
ni cladem
præcedente

elsi conventre
in templo

E

F

APPENDIX

SIVE ADDENDA AUT EMENDANDA

AD TERTIUM TOMUM MAJI.

AD DIEM XII.

Pag. 4 col. 2 post lin. 15 addatur.

NOT. 1

B. Nonius Alvarez Pereira, ex Comestabili Lusitaniae magnoque Principe, humilis Donatus in Ordine B. Mariae Virg. de monte Carmeli, ad hunc diem, quo obiit anno 1432, refertur a R. P. Daniele in parte 4 Speculi Carmelitani, cum Vitu, ex Lusitano Hagiologio Georgii Cardosi desumpta. Sed quia aequè hic atque alii scriptores Hispani et Lusitani, ipsique Carmelitani abstinebant a titulo Beati, non valde curiose quærivimus, nam illem Georgius referret aliquid, unde posset huic, quem Sanctum Comitum vulgus nominat, competere locus in hoc opere. Nunc autem viso Speculo, dignum quidem iudicamus: sed quia allegatur de ejus vita ac rebus gestis vetus et integrum Chronicon, octoginta capitibus absolutum, bis idiomate vernaculo Portugalliae, semel Hispanice cusum (ut ait Cardosus) sive (ut appellat P. Daniel) liber miraculorum, qui in archivio cœnobii Olisipponensis manu scriptus servatur; expectamus donec vel excusum vel transcriptum accipiamus, quod per angustias temporis modo non licuit curare; idque eo meliori jure, quod omnis, qui eidem anniversarie defertur cultus, spectet ad diem, quo et in Acie bene ordinatu differtur, 1 Novembris.

NOT. 2

Pag. 6 col. 2 post num. 8 ad le: Gonsalvus Davila tomo 4 Theatri sui Ecclesiastici, ubi de Ecclesia Oromensi pag. 41, enumerans Reliquias Cathedrales istius, nominat Caput S. Domitillae Virg. et Mart. et Capita SS. Nerei et Achillei Martyrum, de quibus libenter plura discemus.

DE S. PANCRATIO M.

NOT. 3

C Pag. 19 post num. 8 hæc adde. In Collegiata et Parochiali ecclesia Dominae nostrae de Principali Avenione, celebratur festum S. Pancratii Officio duplici, cum Indulgentia plenaria concursuque civitatis ingenti, occasione Confraternitatis ibi sub nominis istius titulo institutæ, conservantisque duos ejusdem Sancti digitos, frequentium miraculorum operatione ibidem clarescentium nobiles. Simile festum in eadem civitate celebratur in ecclesia S. Agricoli, aequè Collegiata et Parochiali, occasione brachii S. Pancratii, quod quidam illius ecclesiae Canonicus ab annis non multis Roma attulit, ibidemque honorandum collocavit: sed ipsum esse de corpore ejus, qui hodie coronatus est, quis possit cum fundamento asseverare? Celebris denique in S. Pancratii honorem undequaque instituitur peregrinatio, etiam decem leucis procul habitantium fidelium, ad locum dimidia leuca sejunctum a civitate Insulensi in Comitatu Vindascino, tribus autem leucis Avenione. Est enim ibi capella ipsi Sancto dicata, in qua singulis annis miraculapropemodum infinita patrantur, in aëgris, qui illuc undique afferuntur, praesertim membro aliquo manci vel debiles, sanique revertuntur: unde fit ut non solum ex agris fre-

quentes illuc ducantur processiones, sed etiam ex ipsa Insulensi civitate, quæ idem festum quotannis celebrat, procedens Capitulum Canonicorum ad eandem capellam, quamvis media, ut dixi leuca, distantem, egrediatur ad cantandum ibi solemne Sacrum. Ita D. Josephus Richardus de Cambis, Dominus de Fargues in Commentariolo MS. suo de Sanctis, Avenione et in diœcesi Avenionensi specialiter colitis.

DE S. EPIPHANIO EP.

E

Pag. 44 in fine Capituli 4 adde.

Joannes Baptista Cottelerius, Societatis Sorbonicæ Theologus, cæpit hisce annis utilissimò labore colligere varie dispersa in Bibliothecarum MSS. Græcis Ecclesiae Græcæ monumenta, eaque Latinitati donare, ac notis illustrare. Horum primus Tomus editus Parisiis an. 1677 a pag. 368 exhibet quemdam librum, de exercitatione seu disciplina monastica beatorum Patrum: quem ipse, sumpto ex re nomine, Apophthegmata vocavit. Pagina autem 426 inchoantur puncta XVII, attributa S. Epiphanio Cypri Episcopo. Varias ea virtutes commendant; eleemosynam ultimam: extremum specimini omnium sumendo satis erit XVII. Homo ab homine vel ob paupertatem, vel ob usum abundantie fœnus accipiens et reddens, gratias quidem habet, verum pulcore affectus reddit clam. Dominus vero Deus e contrario; clam mutuo accipiens, coram Angelis, Archangelis et justis hominibus, retribuit.

NOT. 4

Apophthegmata S. Epiphanii.

DE S. GERMANO PATR. CP.

Pag. 154 post num. 5 adde.

Plura scire desiderans scripsi ad Claromontani nostri in Arvernia Collegii Rectorem (erat is R. P. Joannes Courboulez) per quem ex ipso loco huc responsi accepi. Horum duorum Sanctorum Reliquias indistinctas habemus in armario, intra parietem ecclesiae excavato, juxta aram principem ad cornu Evaogelii; scilicet præcipua quæque corporum ossa, id est crania, maxillas, fistulas tiliarum ac brachiorum, eaque mensuræ solito longioris. Estque ad eosdem Sanctos devotio populi perquam magna, crebris in quacumque necessitate successibus miraculosis probata; unde eos etiam habemus pro loci nostri Patronis, qui honor ante S. Antonio Abbati deferebatur. Quin et triduum totum, a die VI Julii inchoandum, habemus eorum honori solenniter dedicatum, instituta ipso primo die processione sub mediam noctem, eadem qua prima translatio facta creditur hora, cum magno numero faularum ardentium, et Presbyterorum etiam ex vicinia convenientium, quorum numerum auget insignis Confraternitas, in aede Divæ Monserratis erecta. Processio ab una extremitate oppidi transit ad extremos fines suburbii, ubi est sacellum Virgini Consolatrici sacrum, excipiturque a civibus ad stata intervalla militariter distributis. Postera die, simili ordine, eadem instauratur processio

F NOT. 5

Una cum ossibus Remedil Vapincen.

Processio cum iisdem 7 Julii.

cessio

A ccessio; in qua Presbyteri duo Sacerdotaliter vestiti ipsam sacram sanctorum ossium capsam, argenteis bracteis eleganter ornatam, humeris deferunt. *addit Recto predictus, velut testis de visu, duo ex predictis ossibus esse spectabilia præ ceteris, utpote longitudinis ut minimum sesquipedalis et candoris eximi: de modo vero Translationis eodem factæ hoc solum ibi scriptum inveniri, ex traditione ut apparet, et a tempore non valde antiquo.*

Dominus Deus, cujus admirabile nomen est in omni terra, sibi complacuit in urbe Borrensi, eique sacra Sanctorum Germani et Remedii præsidia providit. Cum enim civitas Constantinopolis, ingentium facinorum atrocitate et longi schismatis impietate, divinam vindictam provocaret; eidem Domino, in cujus conspectu pretiosa est mors Sanctorum ejus, placuit ut de profana urbe Sanctorum lipsaoa et cælestes Reliquiarum thesauri in regionem sanctiorem transferrentur.* Igitur de urbe, brevi a Turcis diripienda, deque Judæa universa, nutu divino, multa Sanctorum corpora in Franciam traducta sunt. Post recuperatam enim a Francis singulari fortitudine et generosi sanguinis impendio Terram sanctam, quam Dominus Jesus sua præsentia et sanguine olim consecravit; cum etiam de suis Principibus Balduinum Imperatorem Constantinopoli constituissent, quasi digna suæ militiæ stipendia et præmia, Deo volente, Sanctorum Reliquias elegerunt, et tam dignis exuviis onusti, triumphantes in patriam gloriose sunt reversi; et demum tam præclaris suæ pietatis et beatitudinis serverum Dei trophæis plurima loca selecta exornarunt.* Divus Germanus, Constantinopolis olim Patriarcha Sanctissimus sacrarum Imaginum defensor egregius, beatissimæ Deiparæ cultor præcipuus, dum in Galliam traducitur, nobilis viri pietate studioque laudabili, ipsi sancto Patriarchæ divino consilio Divus Remedius, olim Wapingi in Delfinatu Præsul eximie sanctitatis, in transitu comes adjungitur. Cumque veneranda tam Sanctorum Antistitum ossa, per Bortensem urbem trajicerentur (benedictio Deo cæli et Sanctis ejus) ecclesia Bortensis Basilicæ præ ceteris in sacrarium SS. Germani et Remedii et domicilium delecta est in sempiternum.* Pernocaverat apud Bortenses ductor Reliquiarum BB. Germani et Remedii, et jam prima luce ultra pontem ad aliquot stadia sacrum onus traduxerat; ecce, fausto Bortensibus prodigio, hæere jumentum Reliquiis onustum. Hic ductor urget, sed vano conatu: quis enim divinæ resistat voluntati? Exoneratur jumentum, inque saxo, præsentem ad miraculi famam nobilitate, Reliquiarum arca deponitur. Nihil tamen secius in eodem immoto vestigio hæret animal.

C Denique ductori, precibus Numen sollicitanti, divinæ revelationis lucet radius, Deum scilicet velle ut in templo Bortensi, ritu Christiano, colendæ Sanctorum Germani et Remedii Reliquiæ deponantur.* Mæstus hic quidem et sollicitus impense Reliquiarum jactura ductor, se tamen divinæ voluntatis indicio consolans, mittit ex illis qui monasterii Bortensis Priorem moneat prodigii. Prior accurrit: et presentis miraculi specie obstupescens, Deum in suis Sanctis mirabilem adorat: abique protinus in templum, cum pompa Christianæ supplicationis et magno devoti populi clerique comitatu rediturus, ut Reliquiæ cum cantibus et dignis honoribus deferantur*. Reversus igitur ad Reliquias Prior, cum magno Christianorum cœtu, quem fama late dissipata exciverat, post preces sanctum Reliquiarum onus de saxo facillime sublevat; jumentum autem, paulo ante immobile, priorem repente ingrediendi facultatem recipit, ipso mirante lætoque ductore. Religiosa vero pompa pioque triumpho elatæ BB.

Germani et Remedii Reliquiæ, ad maximum altare deponuntur: et precibus, votis, muneribusque oblati cultæ, plurima vicissim refundunt in suos cultores beneficia: crebrisque constat miraculis, quod hæc domus Dei est, et porta cæli. Atque deinceps hujus Translationis memoria semper anniversaria solennitate celebrata est.

Hæc qui misit, oppidi Bortensis Curatus, D. Joannes Noellus, indicavit etiam in sex lectiones fuisse partita, quas** distinximus: ipsasque et totum reliquum officium proprium, quod olim forte in usu fuerit, haberi significaret apud quemdam Bortensem Presbyterum, una cum enumeratione multorum miraculorum, prout omnia simul conscribenda curavit R. P. Martin, ex Societate Jesu, in Collegio Aurehacensi tunc degens. Quæ miracula, novis haud dubie accessionibus augenda, si aliquando nanciscamur, libenter dabimus in supplemento. S. Remedius colitur III Februarii, ex solis fere Martyrologiis notus, æque ac Coepiscopus ejus S. Tigrides, de quibus plura discere cuperemus. Interim Bortensibus considerandum relinquo, utrum prægaudia illa duo ossa habeant proportionem cum aliis, nec forte sint alicujus tertii innominati Sancti.

AD DIEM XIII.

DE S. JOANNE SILENTIARIO.

Pag. 231 col. 1 in fine adde.

Quod ad collationem Latinæ versionis cum Græco contextu attinet: fuerat ea cepto, ut vides ex initio Notatorum ad Caput 1. Sed infortunio quodam evanuit egraphum, neque comparuit hactenus: quamvis autem aliud Roma petitum esset, contigit prius absoldi impressionem Latinæ versionis, quam illud afferretur, ergo correctionem ex collatione promissam hic accipe.

Pag. 232 num. 4 lin. 6 a fine. Gerocomio, adde, quod sub B. Eudocia fuit constructum. Et in Annot. 1 adde. De aedificiis autem Eudociæ in Palæstina, in Vita S. Euthymii 20 Januarii legitur, quod quam plurima templa Deo, gerontocomiaque et ptochotrophia tot construxit, quot nec facile quidem numerari possunt.

Pag. 234 num. 13 lin. 6 postquam capta fuerat Amine, lege, Amida et Annot. e sic muta. Amida metropolis Mesopotamiæ, quam a situs opportunitate et indissolubili murorum firmitate laudat Theophanes, reddita fuerat Imperatoris Anastasii copiis, Persidem infestantibus, a Cabade Persarum Rege pacis obtinendæ causa an. 506, et hactenus Christianis remanserat. Veterem errorem, quo Zinnus legerat Amine, etiam notavit et correxit Baronius, ad an. 509 num. 7.

Pag. 234 col. 2 num. 17 in imis ambonis subselliis, lege, in Narthece, vel in atrio, trifariam enim dividuntur Græcorum templa, qua de re atque in primis de Narthece (quæ Protemplum Latine dici posset) videndum insigne opus Leonis Allatiis de templis Græcorum recentioribus et Narthece ecclesiæ veteris, curante Bartoldo Nihusio, sicut et alia plura Allatiana, impressum Amsterdami an. 1645, octennio scilicet ante impressa Συμμυζή. In Narthece autem collocabantur corpora defunctorum, interim dum pro iis officium fionebre absolvebatur in templo, antequam esserentur tumulanda ad cæmeterium. Atque istud ad hunc locum facit.

Pag. 236 post hæc verba, sciat eas quoque fuisse opus orationis B. Sabæ, sequentia sic redde: Qui ibi et terram profundam invenerat, et abundantiam pluvialium ex torrente aquarum. Sane cum cæpissent multi secundum torrentem plantare arbores, ubi profundior terra erat, easque tota hieme sedulo rigassent, vix ad unum annum potuerunt plantatas conservare. Quod autem in Græco dicitur

ὄμβρομαξίων

Reliquiæ
S. Germani,

post captam
a Latinis
Constanti-
nopolim,

translatæ in
Franciam,

immobiles
hærent pro-
pe Bortum,

D
ubi et mira-
culis clarent.

Ex his de-
scripta quæ
sunt petun-
tur.

E

NOT. 6

NOT. 7

NOT. 8

F

NOT. 9

NOT. 10

A ὁμῆρομίζιον ὁδῶτων, nescio an non melius legeretur ὁμῆρομίων : nam ὁμῆρομίζιον nusquam legi.

NOT. 11

Num. 28 Corrige totum chronotaxim, secundum textum Græci veritatem, quæ ad numerum annorum 104 vere nos ducit. Sic ergo lege : vigesimo octavo suæ ætatis anno Episcopus ordinatus, sicut supra dixi, absolvit in Episcopatu annos novem : deinde in laura mansit prima vice annis duodecim, quorum sex impendit ministerio Fratrum, sex vero quieti silentii : mansit deinde in eremo Ruba annis sex, ac denique vixit reclusus in cella, in qua usque hodie quiescit, annis juvante Deo quadraginta septem. Annos sex in Ruba vel non invenit, vel inobservatos præterit Zinus aut quisquis descripsit Græca, quæ ille secutus est : quare ut ad annos 104 perveniat ipse, annos 28 ante Episcopatum extendit ad 38 ; et primæ in laura commorationis annos 12 contrahit ad annos 9.

AD DIEM XIV.

NOT. 12

B Pag. 264 col. 1 lin. ult. post, Mediolani passis hoc die : adde : et sic in libro, qui Cónes dicitur a Baluzio, editus deuno post Capitularia, notatur, u Idus Maji Natale S. Cyriaci Martyris et ccccv, qui cum eo passi sunt Mediolani.

DE S. PONTIO M.

NOT. 13

Pag. 272 col. 1 lin. 24 post Hæc Sirmundus, adde : ipsa, quæ olim civitas fuit Cemelion Plinio, et in Notitia veteri Cemela ac Cemelanensium civitas dicitur, itemque Cemeneleum et Cimeneleo, qua nomine utitur Petrus Jofredus in sua Nicæa, in qua et Episcoporum Cemelio-Niciensium, et Abbatum Monasterii S. Pontii successionem textit. Ferrarius in Lexico addit, vulgo Cimies dici.

NOT. 13

Col. 2 lin. antepenult. post ad nos transmissio, adde. Stephanus Baluzius in notis ad eadem S. Pontii Acta, tom. 2 Miscellaneorum edita ex duplici Codice Bibliothecæ Colbertinæ, indicat Puteaum MS. hodie extare in Bibliotheca Regia, miraturque Salmasium, qui hoc ipso MS. usus in suo Trebellio Pollione pag. 276, auctorem facit Eutropium, cujus nulli ibi mentio. Nos Miscellanea ista serius nacti, hic porro ex eis notabimus aliqua : uti etiam ex Nicæa Petri Jofredi prælaudati ; quam licet pridem haberemus, ab ipso auctore nobis missam, serius tamen quam oportuisset ejus sumus recordati. Hic vero auctor etiam habuit eadem vetustissima Acta ex MSS. ecclesiæ S. Pontii Lantuscæ, ab Honorato Martelli S. Pontii Abbate ad se missa, ex quibus novam ipse vitam novo stylo composuit.

NOT. 14.
Tumulus S.
Pontii :

Pag. 273 Lin. 9 post xxiii Maji, adde, Jofredus S. Syagrium appellat, et in Annotationibus ad vitam S. Pontii pag. 82 asserit, quod tumulus S. Pontii extat in media ecclesia, in modum cryptæ efformatus. in quo præter sacra ejus ossa, creduntur etiam SS. Syagrii et Anselmi lipsana tumulata. Hunc vero Anselmum putat ipse, ex Lerinensi Abbate, ad xviii Maji recolendo, factum Episcopum Cimeliensem. De tumulo autem jam dicto ait, marmoreum esse, supraque hujus modi inscriptionem. DOMINO. KAROLO. REGE. FRANCORUM. ET. LANGOBARDORUM. PATRICIUS. ROMANORUM. DOMINO. SANCTO. PONTIO. MARTYRI. TEMPORIBUS. IMPERATOR. . . . ADVOCATUS EP. IS. . . . INSTAURAV. . . . reliqua, inquit, æque male castigata ac barbaricis signata notis, recto sensu divinare non licuit. Ait etiam, in dicto S. Pontii monasterio haberi totum ejus Officium, ex quo antiquitatis gratia excerptur.

ANTIPHONA AD MAGNIFICAT.

D

O Martyr insignis, Beatissime Ponti, qui prædicatione divina Romanorum Principes, ad veritatis perduxisti viam, et tyrannorum superato tormento, felici victoria laureatus exultas in gloria ; nostra precamur tua intercessione lava facinora, quo tecum valeamus in æternum decantare Alleluia.

Vetus de eo
officium

AD BENEDICTUS

Athleta Martyr Pontius, bellator invictissimus, Dira ferens supplicia transvectus est in gloria. Ense truncato capite, renitens diademate, Olim consultor patriæ, jamjam senator gloriæ : Lava nostra peccamina optata prece sedula, Quo tecum laudes perpetas canamus inter Cœlites.

ORATIO IN DIE FESTO.

Deus, qui nobis venerabilem Martyris tui B. Pontii passionem annua concedis celebritate venerari ; quæsumus, ut sicut ille, constanter pro nominis tui confessione agonizans, æternæ beatitudinis gloriam percipere meruit, ita ejus patrocinii ad immortalium triumphum mereamur pervenire. Per Dominum etc.

E

ALIA PER ANNUM.

Propitiare quæsumus, Domine, nobis famulis tuis, per hujus sancti Martyris tui Pontii et aliorum Sanctorum tuorum, qui requiescunt in præsentiecclesia, merita gloriosa, ut eorum pia intercessione ab omnibus protegatur adversis. Per Dominum etc.

Pag. 274 col. 1 post lin. 4 adde. Jofredus ; Ad littora Colobrerix in Provincia delatum esse caput ait, unde successu temporis ad monasterium S. Victoris Massiliense translatum fertur. Littora Colobrerix ubi sunt nescio : Colobrius oppidum Provinciæ est, sed mediterraneum in consinio Delphinatus. De istis ergo aliisque similibus certiora et distinctiora monumenta requirimus. Nunc variantes Colbertini codicis lectiones, quæ quidem notatu digniores videntur, breviter accipe.

NOT. 15

Num. 2 lin. 21 in prope positam domum Baluz. in propriam domum.

Num. 3 lin. 17 inquit, lege, inquirens.

Num. 5 lin. 22 ut hi qui in domo nostra sunt. Bal. quod ii.

F

Num. 6 lin. 3 erat enim annorum viginti, Colbertinus Codex unus et Jofredus, duodeviginti : quod autem in Curiam perductus dicitur, idem Jofredus amplificat et immutat dicens, quod ibi fuit, ea qua pater Romanæ Præfecturæ dignitate insignitus, sed hoc Acta non habent de alterutro, nec de filio omnino est credibile.

Lin. 8 diversa plebs : ita omnia MSS. excepto uno, unde Baluzus legit, Romana plebs.

Num. 7 lin. 6 Ipse est millesimus annus. Bal. expleto millesimo anno.

Num. 8 lin. 13 post expulsus est, addit Colbert. unus a Jano. . . . hospitio est receptus.

Pag. 277 col. 1 post Annot. d adde. Nobiscum hic facit Baluzius, neque putat animadversione dignum esse, quod punctum hoc desit in Mombratio, utpote mutilata solum Acta representanti.

Ibid. col. 2 num. 10 lin. 11 Cimelia, Baluzio Cymelia est.

Lin. 28 piorum Principum, eidem priorum Principum.

Ibid. num. 11 lin. 18 Diis ceremoniari. Notat Baluzius ex Passione S. Cypriani eandem omnino phrasim, quam

A quam et S. Augustinus transcripsit, explicat autem alii ejusdem Passionis vetus lectio, Diis sacrificare

Pag. 277 num. 12 lin. 3 lardum, Jofredus et Baluzius cardum, MS. S. Maximini Carduus : et hos ferreos cruciatui faciendo idoneos novimus : lardum autem sive arvinam porcinam æque ac picem liquefactam vel resinam Martyrum capitibus aut membris infundi.

Num. 13 lin. 9 cum taureis nervis. Bal. et nervicis, sic lib. Judicum 16, 7 nervicis funes nominantur, ex nervis animalium terti, sicut Taureæ ex cruda tauri pelle sciuntur. Jofredus videtur in suo MS. legisse cum tauris, quando dicit quod ursi in sanctum immisi sint, quasi tauris suppetias allaturi : quod sensum nullum facit, sciticis autem incitori oil cursum et rubrum feras, notum est.

Col. 2 lin. 15 elusit : plura MSS. elusit.

Pag. 278 Num. 15 lin. 6 a fine in saxo quod rivulo imminet decollate. Jofredus legit, quod multum eminet, deinde hæc addit. Est id saxum imminens (ut discrete habet Vincentius Belluacen.) Pauloni, inferius de currenti ex superiori parte monasterii, extra antiqua urbis Cemenelensis mœnia, eoque loci forsitan extremum damnati supplicio penas daturi ducebantur. Ibi visuntur antiqui sacelli, eidem Pontio Martyri dicati vestigia : e cujus regione aliud sacellum temporis incuria lapsum, Divo Aygulfo Martyri et Abbati Lerinensi quondam sacrum conspicitur.

DE S. PACHOMIO AB.

not. 16

Pag. 289 col. 1 post, ipso in loco Presbyter ; dele sequentia, et hæc substitue. Libellum ejus, Marco et Livie Centurioni dedicatum, impressumque Genævæ anno MDCLXV, misit ad nos R. P. Joannes Stephanus Fliscus, Genuensis Collegii superioribus his annis Rector : ubi hæc ad calcem relata, quæ Latine reddo. Post longa temporum spatia, Deo, cui venti et mare obedunt, ordinante, navis quædam tempestate jactata pessimeque habita applicuit ad Portum-Veneris; vel potius ejusdem jam contractæ trabs grandior, quæ hodieque supra Fontem Baptismalem servatur, ad gratam beneficii ea mediante accepti memoriã testandam, licet a tate marcida et cariõsa. Excavatus in trabe locus continebat insignes Reliquias, pluribus fasciis involutas partim, partim eburneis veteris operis et variarum formarum pyxidibus inclusas, bene multas, distinctas quasque nominibus suis in pergamento descriptis, quæ pio furto subtractæ manibus infidelium, civitatem Cæsaream obtinentium, destinabantur in Italiam : quarum hunc catalogum accepi ex Registro Eminentissimi Domini Stephani S. R. E. Cardinalis Durratii, Archiepiscopi nostri, anno MDCXLIV die II Novembris diocesium lustrantis.

Inprimis tres partes palmares de vero ligno Dominicæ Crucis, quarum una, cruci auræ inclusa, ex inscriptione intelligebatur fuisse ea, quam Constantinus Magnus secum deferre solebat ad prælia : aliæ duæ crucibus clandeabantur argenteis, devotaque imagine Crucifixi ac variis gemmis et unionibus ornabantur.

Corpus integrum S. Pachonii Abbatis, in capsâ argentea satis grandi compositum, excepto capite.

Maxilla cum tribus dentibus, in capsâ argentea minori, sed pulchra, quæ notabatur esse de corpore S. Simeonis justi senis.

Pars notabilis de capite S. Proto martyris Stephani, in busto argenteo.

Digitus S. Andreae Apostoli, intra manum argenteam.

Quinque capsellæ eburneæ, operis musivi in triginta loculos varii artificii formæque argento interlucente distinctæ, in quibus continebantur Reliquiæ sequentes.

Intra fragmen navis allatum Casarea

cum variis Reliquiis,

De Spongia Dominica pars nonnulla.

Deus unus S. Joannis Baptistæ.

Ossa integra unum ex humero S. Petri, alterum S. Bernardi, tertium S. Laurentii : ex costis S. Lucie et Catharinæ Virginum Martyrum partes notabiles ; os item integrum et supra mensuram communem grande S. Christophori Martyris.

Partes notabiles ex corporibus SS. Petri, Pauli, Bartholomæi et Jacobi Apostolorum. Item SS. Martyrum Dionysii Areopagitæ, Sebastiani, Januarii, Restituti, Marcellini, Luciani, Lauriani, Boni Presbyteri Romani, Crumatii, Theopbili, et unius ex quatuor Fratribus Minoribus, martyrizatis in India, atque aliorum.

De sanctis Confessoribus Hieronymo, Nicolao Episcopo, Eusebio, Gaudentio, Episcopo, Benedicto, Francisco, et aliis.

De sanctis Virginibus Clara, Martina, Barbara, Elisabetha Candida, Christina, undecim Millibus, de sanguine S. Margarete et lacte quod vice sanguinis ex collo S. Catharinæ profluxit.

Hactenus notitia illa, explicans quo in statu et qualitate hodieque sint Reliquiæ in Portu Veneris ; sed nihil distinguens inter eas, quæ cum corpore S. Pachonii sunt adjectæ, et alias aliunde acceptas plures, quas vel ex ipsis nominibus intelligimus de transmariis partibus non advenisse. Est etiam inter eas capsula Reliquiarum, anno MCL Hierosolymis ablatarum a Ferrondo de Lamoratis, uno ex majoribus Juliani ; qui deinde addit : Eductæ ex concava trabe Reliquiæ, aliquanto tempore asservatæ fuerunt in arca ferrea, firmiter clausa, quoad littoribus nostris pax serena fulsit, victricibus Genuensium armis acquisita ; ædificataque est capella marmorea, quæ hodie admirationi est advenis accolisque, ad cœlestem istum thesaurum honorandum devote accurrentibus, non sine fructu multiplicium gratiarum a Sanctis relatarum. Hactenus Julianus, nullum ut facile videre est antiquum scriptum nactus, nude distinctior notitia haberetur de tempore et modo, quo trabs prædicta illuc appulit, nisi quam tradita per manus incolarum memoria conservabat.

Pag. 319 col. 1 quam servitutem miseram possumus appellare ; in egrapho Græco scriptum erat δολία pro δολία, quo correcto, corrigenda est etiam interpretatio hoc modo, quæ fraudulenta est.

Pag. 337 num. 15 lin. 23 Quadraginta : Græce μ', mallem tamen Octoginta (ut respondeat numeris ei, quem respondens Pachomius exprimit) vel pag. sequ. col. 2 lin. 4 pro Octoginta. Græce π', legi quadraginta.

Pag. 338 num. 17 lin. 31 Intellexit quippe ista quæ descripsimus etc. mallem conformius ad Græcum textum sic legi. Et ista quidem solum erunt figura eorum, quorum hæc scribentes jam videmus initia, quomodo scilicet futurum sit, ut qui mali sunt promoveantur ad Fratrum regimen, et imperiti disciplinæ obtingant potestatem in monasteriis et pro prælatione decertent, ac deteriores persequantur bonos, ita ut hi nequeant fidenter consistere in cœnobio, divinaque (ut sic loquar) vertantur in humana.

Pap. 339 Annot. b adde : supplevimus tamen ex MS. Florentino loca duo, [] diverso caractere inclusa. Quoad Græcum hujus versionis contextum, consequens erat, ut is ex eodem MS. Romano daretur, idque factum volumus : sed intercurrente mora temporis, defluxit memoria curandæ mutationis, et Florentinum egraphum prosecutus est typhotheta : quare hic necessarium ducimus Romani contextus, quem Latina versio exprimit, diversum a Florentino lectionem hic consequenter subjungere.

Pag. 36* col. 2 lin. 14 post ἐθίζατε adde. Ὁ δὲ Παχόμιος

D

quibus sacellum marmoreum extractum. E

not. 17

not. 18 F

not. 19

not. 20

not. 21

A χούμιος ταῦτα ἀκούσας ἀπέβλεψεν εἰς τὸν νεανίσκον καὶ εἶπεν.

lin. 20, post οὐκ ἐκλείπει. sic progredere : ἀλλ' ἕως συντελείας τοῦ αἰῶνος τούτου διατηρηθῆσεται ἐπὶ τῆς γῆς· πλὴν οἱ μέλλοντες ὀλίγοι σώξονται ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς ἀπὸ τῆς πολλῆς ὀμίχλης ὑπὲρ τοὺς ἄκρως νῦν τὴν ἀρετὴν ἐξασκούντας ἐυρεθίσονται· διότι οἱ νῦν ἔχοντές σε ὡς φωστῆρα πρὸ ὀφθαλμῶν αὐτῶν εὐχερώς τὴν ἀρετὴν κατορθοῦν δύνανται· οἱ δὲ μεταγενέστεροι ἐν ἀγχορηεῖ τιμὴν εὐρεσκόμενοι καιρῷ, ἐν τῷ μηδένᾳ καθιγεῖσθαι αὐτῶν τῶν ἐπὶ τὸ φῶς τῆς ἀληθείας ὀδηγούντων, δυσχέρειαν οὐ μικρὰν πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ ἐργασίαν ἔξουσιν. Ἐάν οὖν οἱ τοιοῦτοι, προαιρέσει οἰκείᾳ ἀποκηδίσαντες τοῦ γνώφου τῆς δικαιοσύνης ἀγαπήσωσιν, καὶ τούτῳ ἐμειωτέωσιν, ἀμὴν λέγω σοι, μετὰ τῶν πάντων ἄκρως νῦν τὴν κατὰ τὴν ἀρετὴν πολιτείαν μετερχόμενοι στήσονται, ὁμοίως τούτοις τοὺς αἰῶνίου ζωῆς ἀξιούμενοι, καὶ τῶν οὐρανίων ἀπολαύοντες ἀγαθῶν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν εὐθέως ἀνῆλθεν εἰς τὸν οὐρανόν, ἀνεωθέντος αὐτοῦ αὐτῷ, καὶ τοῦ ἀέρος φωτισθέντος φωτὶ, οὗ τὴν δόξαν ἀδύνατον ἀνθρωπικῶς ἐκφρασθῆναι λόγῳ. Θαυμάζοντες δὲ τοῦ γέροντος ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἀποκαλυφθεῖσιν αὐτῷ, οὕτω τε τῆς τῶν φανερωθέντων αὐτῷ καταπλήξεως ἀπαλλαγέντος, ἀνέστησαν οἱ Ἄδελφοί μοι τὰς νυκτερινὰς λειτουργίας ἐπιτελέσαντες· οἷς συμπαρασμένους ὁ Μακάριος μετὰ τὴν εἰθισμένον αὐτοῖς λειτουργίῳ· ἑωρακῶς τε μετὰ ταῦτα καθεσθέντας αὐτοὺς, καὶ ἐλθερομένους παρ' αὐτοῦ διδασκαλίας λόγον, ἀνάϊξας τὸ στόμα αὐτοῦ λέγει αὐτοῖς.

B Ἄδελφοί μου, ἕως ἂν ἔχωμεν τὴν πνοὴν ἡμῶν ἐν ταῖς ῥήσιν, ἀγωνισώμεθα ὑπὲρ τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ἵνα ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς ἀνάγκης μὴ ἐυρεθῶμεν μεταμελώμενοι ἀνώνητα· ἐργασώμεθα προθύμως τὴν ἀρετὴν ἀγαπητοί, φύγωμεν

ἀπὸ παντὸς εἶδους ἁμαρτίας, καὶ πάσῃ δυνάμει τὸ ἀγαθὸν διώξομεν, ὅπως τῶν ἐπαγγελθέντων τοῖς ἀγίοις ἀγαθῶν καταξιώθωμεν.

Pag. 342 col. 1 post alia Annotato, adde cum respectu ad num. 29 et nonem Jonæ. Jonas hic, ex Liromano innotuit Boronio, dignusque est visus, cui (nullius veteris scripturæ exemplo præeune) locum daret in hodierno Romano, diem ad id legens xi Februarii, ubi de ipso egimus.

DE S. APRUNCULO.

Pag. 369 col. 2 post num. 5 adde *Gregorius Turonensis lib. 2 cap. 36 successorem ejus designat S. Eufrasium Episcopum, qui quondam Aprunculo Divionensi successerat. Et clarius utriusque Episcopi tempus Sedis ita indicat lib. 3 cap. 2. Apud Arvernos, post obitum B. Aprunculi, S. Eufrasius duodecimus Episcopus habetur. Hic quatuor annos post Chlodovei obitum vixit, vicesimo quinto Episcopatus sui anno transiens. Ostendimus olibi Chlodoveum vita functum esse xxvii Novembris anni dix : unde inferimus S. Aprunculum ad æternam vitam migrasse circa annum cccclxxxviii aut sequentem. In tractatu de Sanctis Ecclesiis et monasteriis Claromontii, ab auctore Anonymo circa annum ccccl scripto, et a Joanne Savarone edito lib. 1 cap. 13 de sepultura ejusdem sancti ista traduntur : In ecclesia S. Stephani, altare S. Stephani, ubi S. Namacius, et S. Quintianus, et S. Aprunculus, et S. Felix, et alia Sanctorum corpora, quorum nomina nescimus, quiescunt.*

NOT. 23
Tempus
Sedis.

Corpus sub
altari.
E

GRÆCA TOMI TERTII

ΔΙΗΓΗΣΙΣ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΑ ΘΑΥΜΑΤΑ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ Π. Η. ΦΙΛΙΠΠΟΥ

ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΚΑΙ ΠΝΕΥΜΑΤΟΔΙΩΚΤΟΥ.

Ex MS. Codice Bibliothecæ Vaticanæ XII Maji.

VIDE PAG. 26

CAPIT I

Parentibus
divitibus et
Christianis

B

post filios
tres sub-
mersos,

Κατά τούς καιρούς Ἀρκαδίου τοῦ Βασιλέως, ἐγένετό τις ἀνὴρ ὀνόματι Θεοδοσίος ἐν τῇ τῶν Θρακῶν ἐπαρχίᾳ, γένους μὲν τυγγάνων ἐκ τῆς τῶν Σύρων διαλέκτου· λαβὼν δὲ γυναῖκα ἐδαίσιμόν τινα, κληυμένην Αὐγίαν, ὄρωμένην τε καὶ αὐτὴν ἐκ τῆς τῶν Ρωμαίων μεγαλοπόλειος. Ἦσαν δὲ ἐν εὐπορίᾳ πολλῇ, ἐν τε ὑπηρεσίᾳ οἴκου, καὶ εἰς τὰ λοιπὰ αὐτῶν ἅπαντα κτήματα· Ἦσαν δὲ φοβούμενοι τὸν Θεόν, καὶ φυλάσσοντες τὰς ἐντολάς αὐτοῦ ἐν πάσιν.

2 Ὑπῆρχον δὲ αὐτοῖς υἱοὶ τρεῖς, οἱ τινες τὰ προσόντα αὐτοῖς γράματα ἐδιδίκουσαν ἐν ἀγορασίᾳ κτηνῶν παντοίων, ἐν τε Γαλατία, Καππαδοσίᾳ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἀσίᾳ, καὶ τὸν ἅπαντα χρόνον διατελοῦντες ἐν τῇ πραγματείᾳ. Τῇ ἡμέρᾳ τῆς ὑψώσεως τοῦ τιμίου σταυροῦ οὖν εἰσῆρχοντο, μετὰ καὶ τῆς προσούσης αὐτῆς ἀγορᾶς, ἐν τῇ πόλει Κωνσταντινου, ὡς ὕψων ἐκεῖσε καὶ τῶν αὐτῶν γονέων, ἐπιτελοῦντες ἅμα τὴν ἑορτήν. Ἐν μιᾷ δὲ τοῦ ἔτους μηνὶ Σεπτεμβρίῳ συνακαταλαμβάνουσας τῆς ἑορτῆς τοῦ τιμίου ξύλου τοῦ σταυροῦ, ἐρχομένων αὐτῶν ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν καλούμενον Σάγαριν, τοῦ διαπεράσαι τὰ τῆς πράσεως αὐτῶν θέρματα, αἰφνιδίως κατελθὼν ρευματώδης ὁ ποταμὸς σφόδρα, ἀφῆρπασεν αὐτοὺς ἅμα τῶν θραυμάτων. Ἀπογγελλέν δὲ τὸ συμβεβηκὸς αὐτοῖς τῷ πατρὶ αὐτῶν καὶ τῇ μητρὶ, ἐλυπήθησαν λίαν, καὶ κνυχαρίστησαν τῷ Θεῷ κατὰ τὸν μεγαλόψυχον Ἰωβ, λέγοντες οὕτως, Εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. Τῆς δὲ λύπης τὸ κέντρον δεξιμένη ἡ μήτηρ αὐτῶν, ἀνυπομόνητος ἦν νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἐσκέπτετο δὲ καὶ λαθρέως τοῦ ἑαυτῆς ἀνδρὸς ἀποδράσαι, καὶ ἐπανακάμψαι ἐπὶ τὰ γονιὰ αὐτῆς ὄρια, ἵγουν εἰς τὰ τῆς Ρωμαϊκῆς ἐπαρχίης. Ὁ δὲ αὐτῆς ἀνὴρ Θεοδοσίος οὐκ ἐπαύετο, νυκτὸς καὶ ἡμέρας συναΐξει περὶ αὐτῶν ποιῶν, καὶ εὐποιίας πλείστας.

3 Ἰδὼν οὖν ὁ Κτίστης καὶ Διαιουργὸς τὸν θερμὸν αὐτοῦ πρὸς Θεὸν πόθον, παραμυθῆται νυκτὸς κατ' ὄναρ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Αὐγίαν, ὡς ἐν σχήματι γεραιαίου ἀνδρὸς γενομένου, καὶ λέγοντος αὐτῇ· Ἰνα τί οὕτως ἀμετάθετως κύπτεισαι περὶ τῶν τέκνων σου; ἢ οὐκ ἐπίστασαι ὅτι ὁ ἐπὶ νεκρῶ ἀνυχαρίτως πενθῶν, τὸν Θεὸν παροργίζειται; Καὶ πάλιν λέγει οὕτως, ὅτι Εἰ προσήλθες Κυρίῳ δουλεύειν, ἐτήμασον τὴν καρδίαν σου εἰς πειρασμόν· Καὶ πάλιν γέγραπται, Εἰ ποιεῖς ἀγαθόν, δέχου καὶ τὸν εἰς τοῦτου πειρασμόν, ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, καὶ παιδεύει. Ἰδοὺ οὖν περιέλεε τὴν θρηνώδη σου στολὴν, καὶ διανασταῖα, ἀλειψὼν σου τὴν κεφαλὴν ἐν ἐλέφ, καὶ ἐν ἰλαρώτητι καρδίας σου νῆψαι σου τὴν ἄψιν, καὶ περιβαλοῦ τὰ στόλιά σου τὰ ἐν Ἐκκλησίᾳ, καὶ φύρασον τρεῖς ἄρτους ἀπὸ σερμηδάλεως, καὶ πρόσφερε τῷ Θεῷ τὰ δῶρά σου ἐν χαρμονῇ, καὶ σύνελθε τῷ ἀνδρὶ σου, καὶ παραμύθησον αὐτόν, καὶ ἰδοὺ ἐστισάν σοι τὰ δῶρα εἰς ὀλοκάρπωσιν θυμιάματος. Καὶ ἀναστάσα ἡ ἀληθῶς ἐκνυχασμένη τῷ θεῷ Π. εὐματι, πεποιήκειν οὕτως, καὶ περιῆλεν τὸν χειτόνα αὐτῆς τὸν θρηνώδη, καὶ ἐνεδύσατο τὰ στόλια ἑαυτῆς τὰ ἐν Ἐκκλησίᾳ, καὶ ἤλειψεν τὴν ἑαυτῆς κεφαλὴν, καὶ ἐνήψατο τὴν ἑαυτῆς ἄψιν, καὶ ἐφύρασον τρεῖς ἄρτους ἀπὸ σερμηδάλεως, καὶ προσέφερεν τὰ δῶρα αὐτῆς τῷ Θεῷ, ἅμα τῷ ἑαυτῆς ἀνδρὶ λέγουσα οὕτως· Ζῆ Κύριος, ἀπὸ τοῦ παρόντος οὐκ ἔσται ἐν ἐμοὶ θλίψις περὶ τῶν τελευτη-

κόντων μου τέκνων· ἀλλ' ἐσόμεθα, Κύριέ μου Θεοδοσίε, ὡς ἐν τῇ νεκρᾷ γλίχῃ ἡμῶν, λατρεύοντες τῷ Κυρίῳ, καὶ τὰς ἐντολάς αὐτοῦ διατηροῦντες πλείονος· καὶ δυνατός ἐστιν ὁ Θεὸς δωρησασθαι ἡμῖν πρὸς παραμυθίαν ἐν τέκνων ἀντὶ τῶν τελευτησάντων ἡμῶν τριῶν τέκνων· ἐν τινι καταλύψωμεν τὸ διατηρεῖν ἀντὶ ἡμῶν τὰς ἐντολάς αὐτοῦ, καὶ ποιεῖν τὰ θελήματα αὐτοῦ, τοῦτο γὰρ ἐστὶ πληρεῖν τοὺς φοβούμενους αὐτόν.

4 Καὶ ἰνίκα ἔργω πάλιν Θεοδοσίος τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ἡ συλλαβοῦσα ἔτεκεν ἄρρεν, καὶ ἐπωνόμασεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ Φίλιππον. Τοῦ δὲ παιδὸς ἀπογαλακτισθέντος καὶ γενομένου ἑπταετούς χρόνου, πρήσκοπεν ἐν τῇ διατριβῇ, ἐν τε παιδείᾳ καὶ σοφίᾳ καὶ γνώσει. Ἦν δὲ τὸ παιδίον συνετόν σφόδρα, καὶ ἀποκείρασα αὐτόν ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐκλήρωσεν αὐτόν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Καὶ δὴ γενοῦτος αὐτοῦ εἰκοσι καὶ ἑνὸς χρόνου, κληροδοτεῖ αὐτόν Διάκονον· ἦν δὲ τῇ ἡσυχίᾳ καὶ τῇ γνώσει προκόπτων, ἀγρυπνος διαυγάζων νύκτα τὴν ὄλην ἐν τῇ Συριακῇ διαλέκτῳ, ἀδιαλύπτως τῇ ἐκκλησιαστικῇ παιδευόμενος ἐπιστήμῃ. Πολλαχῶς δὲ ἔλεγεν αὐτῷ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, Τέκνον ἐμὸν γλυκύτατον, εἰ ἦν σοι δυνατόν ἀπελθεῖν ἐπὶ Ρώμην, ἔυθα ἅπαν μου τὸ συγγενές ἐστίν, ἵν' ἔχει ἰδέσθαι τοὺς ἐκεῖσε ναοὺς μεγίστους, καὶ καταστάσεις ἱερέων, καὶ μοναστῶν συντάξιν, σύνεσιν ἀσκητῶν, ἐγκράτειον καὶ ἀγρυπνίαν καὶ διαθέσειν λαϊκῶν, ἐν φόβῳ προσερχομένους τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ φρικτῶς παρισταμένους τῷ βίματι τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, ὡς ἐπὶ βίματος Θεοῦ, οὕτως συγκλίνοντας τὰς ἑαυτῶν κεφαλὰς κάτω. Ἐκεῖσε οὐκ ἔστιν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ μωμιότης τινα εἰσελθεῖν, ἢ ψευδισμὸς τινος ἢ γέλωτος ἀψασθαι· ἀλλὰ πάντα ἐν συνέσει καὶ φόβῳ Θεοῦ παρισταμένους, ὡς πρειρηκῆς, ὡς αὐτῷ τῷ βίματι τῷ φρικτῷ τοῦ Θεοῦ παρισταμένους.

5 Ὁ δὲ θεῖω ἔρωτι πυρωθεὶς, ἐπιτρούσκετο αὐτοῦ ἡ καρδιά, καὶ οὐκ ἐν ὅλοις εἶλκετο πόθῳ πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ πάλιν συνεστέλλετο τῷ πόθῳ διὰ τὸ μὴ λυπῆσαι τοὺς ἑαυτοῦ γονεῖς, εἶχον γὰρ αὐτόν παραμυθίαν πολλὴν ἀντὶ τῶν τελευτησάντων τριῶν τέκνων. Ὁ δὲ καθήμενος πολ- λάκις μετὰ τῶν ἑαυτοῦ γονέων, σχετικῶς ἔλεγεν, Εἴθέ με ἀπελθεῖν ἐν Ρώμῃ, καὶ ἰδέσθαι τὴν συντάξιν Πέτρου τοῦ ἀποστολικοῦ Πατριάρχου, καὶ ἀξιώθηναι τῆς αὐτοῦ θείας μεταδόσεως, καὶ εἰ δυνατόν παραπὰ τελευτηῆσαι. Ἦν δὲ ὁ Φίλιππος ἐν ἀθυμίᾳ πολλῇ περὶ τοῦτου, καὶ ἀποστέλλει τῷ πατρὶ αὐτοῦ τινὰς ἐκ τῶν γειτνιαζόντων αὐτῷ φίλων, ποράλλησκον ποιούμενος τοῦ ἀποσταλῆναι πρὸς αὐτόν ἐν Ρώμῃ· καὶ εἶθ' οὕτως, μετὰ τὸ ἀξιώθηναι αὐτόν τῆς ἀποστολικῆς προσκυνήσεως καὶ συντάξεως, αὐτίκα ἐπανακάμπτειν εἰς τοὺς ἑαυτοῦ γονεῖς. Ὁ δὲ Θεοδοσίος, ἰδὼν τὸν πρὸς Θεὸν ἀμετάθετον πόθον τοῦ παιδὸς, κρατήσας αὐτόν τῆς χειρὸς, καὶ εἰζάμενος αὐτῷ τῇ Συριακῇ διαλέκτῳ, βλέπων κατὰ αὐτολάς, ἐφθέγγετο οὕτως· Ὁ Θεὸς τοῦ Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, εἰς τὰς ἀγίσεις σου χεῖρας παρατίθιμι τὸν δούλον σου, ὡς βούλει αὐτὸς ὡς ἀγαθὸς μετέτω σοι περὶ τοῦτου. Καὶ ἀσπασάμενος αὐτόν, ἀπέστειλεν αὐτόν λαθρέως τῆς αὐτοῦ μητρὸς, μὴ θάρρησας αὐτῇ τι περὶ τοῦτου.

6 Ὁ δὲ τῇ βουλῇ τοῦ Θεοῦ ἀποπλεύσας, φθάνει τὰ μέρη Ἰταλίας· καὶ ἐπανιστάται αὐτοῖς κλύδων τρικυμίας θαλάσσης. Καὶ σπᾶς ὁ Φίλιππος, λέγει· Κύριε ὁ Θεός,

E

21 annum
agens ffit
Diaconus :

edoctus a
matre pi-
tatem Ro-
manorum,

F

ejusque
coram vi-
dende mo-
tus deside-
rio,

dimittitur
a patre :

tempestate
jactatur :

AUCTORE
EUSEBIO
EX MS.

apparente
S. Petro
Romam
pervectus

a Pontifice
ad legendum
accersitur :

ab eoque
benedictus
legit, et si
ignarus
lingua :

estque
linguam
assecutus

a
Sacerdos
creatur :

b

c

A εἰς τὰς ἀγίας σου χειρὰς με παρέδωκεν ὁ ἐμὸς γεννήτωρ, μὴ συναπολέσθαι με τῇ ἀνυποστάτῳ ὕδατι τούτῳ, καθὼς, καὶ οἱ ἀδελφοί μου ἐτελεύτησαν ἐν τῷ ὕδατι τοῦ χειμάρρου· ἀλλὰ, εἰ καὶ θέλημα σὸν ἐστίν, πρῶτον τύχω τῆς ἐπιθυμίας μου, καὶ εἴθ' οὕτως γενέσθω ὡς σὺ κελεύεις· καὶ μὴ διὰ τὰς ἀμαρτίας τελευτήσωσιν οἱ σὺν μοι ἄνδρες ἐν τῷ πλοίῳ τὸν ἀριθμὸν ὡσεὶ τρεῖς καὶ δέκα. Καὶ παρατυκίᾳ πάντες ἐτράπησαν ὡς ἐν ὕπνῳ, καὶ ἐπιταίνεται αὐτοῖς ὁ Ἀπόστολος ὡς ἐν στήματι τοῦ Πάπα, λέγων τῷ ναυκλήρῳ, Θωμαῶ· Σπεύσον, ναυκλήρε, καταλαθεῖν τὴν Ρώμην, φέρων μετὰ σου καὶ Φίλιππον τὸν Διάκονον, ἐπειδὴ χρεῖαν αὐτοῦ ποιῶμαι. Καὶ παρατυκῶς ἐγένετο γαλήνη μεγάλη, καὶ διεσώθημεν πάντες τῇ πρεσβείᾳ τοῦ Ἀποστόλου.

7 Καὶ δὴ μετ' ἡμέρας τρεῖς καταλαθόντων ἡμῶν τὴν Ρώμην ἡμέρᾳ Κυριακῇ, ἐξελθὼν Φίλιππος ἅμα Εὐσεβίῳ τῷ μοναχῷ, ἐρχονται ὁμοθυμαδὸν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Καὶ στάυτων ἀμφοτέρων ἐπὶ τὰ εὐνόυμα τοῦ ναοῦ, ἔνθα τὸ τέμπλον τῆς Ἐκκλησίας ἐστίν, αὐθις κατὰ θείαν οἰκονομίαν ἀποκαλύπτεται τῷ Πάπα· καὶ ἀποστείλας ἕνα τῶν Διακόνων, λέγει αὐτῷ, Ἀπέλθε ἐπὶ τὰ εὐνόυμα τοῦ ναοῦ, καὶ εὐρήσεις Διάκονον φοροῦντα φελόνιον σὺν ἑτέρῳ μοναχῷ, κάλεσον αὐτὸν λέγων, Σύνελθε ἡμῖν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ συλλειτουργήσου. Ὁ δὲ τὸ διαταχθὲν αὐτῷ πληρώσας, κρατήσας σῦτον τῆς χειρὸς, ἤγαγεν αὐτὸν πρὸ τοῦ ἁβωδῶνος· οὐκ ἦν δὲ ἐπιστάμενος τῇ ῥωμαϊκῇ διαλέκτῳ λέξαι ῥῆμα, ἀλλ' Εὐσεβίος ὁ μοναχὸς τὰ διαλεγόμενα αὐτῷ καθηρμύενεν τῇ Συριακῇ διαλέκτῳ, ἦν γὰρ ἐπιστάμενος καὶ Συριακῶ· Ὁ δὲ δηλοῖ τῷ Πάπα διὰ τοῦ Διακόνου, Συγγώρησιν ποιήσου Δέσποτα τῷ δούλῳ σου, ἐπεὶ οὐκ ἐπισταμαι τῇ Ῥωμαϊκῇ γλώττῃ λέξαι ῥῆμα ἐν καὶ μόνου. Ὁ δὲ Πάπας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐκτείνας, καὶ κατασφραγίσας αὐτὸν, λέγει· Ἐπὶ τῷ ὀνόματι Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀνοιξον τὸ στόμα σου, καὶ φθέγγου ἐν τῇ διακονίᾳ σου λόγους Ῥωμαϊκοῦς. Ὁ δὲ τὸ στόμα ἀνοιξάς, τὸ τὴν γλῶσσαν κινήσαι τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ, παρατυκῶς ἠύρεθη λέγων· Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεκθώμεν, καὶ τὰ ἀκόλουθα τῆς θείας λειτουργίας, τὰ πρὸς τὴν διακονίαν γινόμενα.

8 Ποίσας δὲ ἐν τοῖς ἐκεῖσε μῆνας τρεῖς, καὶ ἡμέρας δέκα δύο, ἦν ἐν ἀθυμίᾳ, ὅτι ἐν τῇ διακονίᾳ τῆς Ἐκκλησίας ῥήμασι Ῥωμαϊκοῖς φθέγγεται, καὶ τὰ πρὸς ἑτερόν τι πράγμα φθέγγασθαι ῥῆμα οὐκ ἐξισχύει. Βουλὴν οὖν καθ' ἑαυτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ποιούμενος τοῦ προελθεῖν τοῖς ποσίν τοῦ Πάπα, αἴτησιν παρ' αὐτοῦ γενέσθαι τοῦ ὁλοκλήρως τὴν γλῶτταν αὐτοῦ τρανωθῆναι, τοῦ διαλέγεσθαι τῇ Ῥωμαϊκῇ διαλέκτῳ. Ἦνοιξεν δ' εὐθὺς ὁ Πάπας τὸ μελετώμενον, λέγει αὐτῷ, Εἰσελθε ἐν τῇ ἀναγνώσει. Ὁ δὲ ἀφωγὸς διέμευεν, μηδαμῶς τῇ συλλογῇ τῆς γνώσεως συστρόφας ποιήσασθαι Ῥωμαϊκῇ διαλέκτῳ δυνάμενος. Ὁ δὲ Πάπας λέγει αὐτῷ, λάλησον καὶ αὐτὸς Διάκονε Φίλιππε, ὡς καὶ ἡμεῖς λαλοῦμεν. Καὶ παρατυκῶς πῦρ ἐξελθὼν ἐκ τῆς γλώττης τοῦ Πατριάρχου, ἤφατό μου ἅ τῶν χειλέων, καὶ ἐφάνην τοῖς πᾶσιν συνυγχαίνων Ῥωμαϊκοῖς ῥήμασιν. Ὁ δὲ λαθὼν αὐτὸν, χειροτονεῖ αὐτὸν Πρεσβύτερον, ἐπιδεδωκῶς αὐτῷ καὶ τόμον ἐπιγεγραμμένον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ λέγων, Ὁρον b Ἀποστολικὸν παράλαβε σήμερον, καὶ ἐν τῷ ἐκπορευεσθαί σε ἐν τῇ ὑποστροφῇ σου πρὸς τὰ νοτιέα μέρη τῆς Σικελίων ἐπαρχίας ἐν τοῖς ὅροις τοῖς ἐκεῖσε, τόπος ἐπίκειται, οὗ τὸ ὄνομα ἐπιναλεῖται Ἀργυρίου, ἐν ᾧ πνευμάτων ἀκαθάρτων τοπικὴ μετάθεσις γέγονεν, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μετὰ τὴν αἰγματοσίαν τῆς πόλεως, ἐπεισελθόντος τοῦ Ναδουχοδονόσου ἐν τῇ πόλει, καὶ καταρράξαντων τὰς πύλας τοῦ ναοῦ, εὐρώσαν αὐτοὺς ἐν σκευῆσιν χαλκοῖς ἀποκεκλεισμένους· ὑπολαθόντες δὲ ὅτι χρήματά εἰσιν, ἦνοιξαν αὐτοὺς, καὶ παρατυκῶς ἐξέδρασαν ἐκ τῶν ἐκεῖσε, καὶ κατοικοῦσιν ἐν στρογαλῆς πετρῶν ἐν προειρημένῳ τόπῳ τοῦ Ἀργυρίου, ἀντικρυς τοῦ ὄρους τοῦ ἐπιλεγόμενου Λίτνης, ἔνθα τὸ πῦρ τὴν αἰμαίαν ἐκπέμπει, καὶ τὴν διαρτυτον φλόγαν, ἐν ᾗ μέλλῃ ὁ σατανᾶς κληρονόμος γενέσθαι σὺν τοῖς αὐτοῖσι οἰκοῦσιν πνεύμασιν, καὶ σὺν πάσῃ αὐτοῦ στρατιᾷ τε καὶ δυνάμει· c τὸν δὲ ὄρον τὸν ἐπιγεγραμμένον ἐν τῷ τόμῳ τῷ ἐν τῇ χειρὶ σου κατέχω,

ὃν γέγραφαί θυνάμει τοῦ ἀγίου Πνεύματος ἐν ᾧ αὐτὸς αὐτοδουκίως, ἕως ἂν εἰς τέλος ἀφανιῆς πάντας ἕως ἐνός, ἀσυγχωρίτως ἔχεις τοῦ ἀπακακάμψαι πρὸς τοὺς σοὺς γονεῖς. Τῇ δὲ Ἀποστολικῇ διατάξει προθύμως τὸ διαταχθέν ὄρος δεξάμενος ὁ Φίλιππος, καὶ συνταξάμενος τῷ Πάπα, καὶ ποιήσας εὐχὴν, παρατυκῶς συμπαράλαβὼν Εὐσεβίον τὸν μοναχὸν μετ' ἑαυτοῦ, εἰσήλθε κελεύσει Θεοῦ ἐν πλοίῳ· καὶ ἀποπλεύσαντες κατέλαβον τὸ Ρῆγιον d τῆς Καλαβρίας, ἐταπεινώσει πολλῇ ἑαυτοὺς διατηροῦντες· καὶ τῇ βουλῇ τοῦ Θεοῦ καταλαμβάνει τὰ μέρη Μεσίνης, καὶ πεζοπορῶν φθάνει ἅμα τῷ μοναχῷ εἰς τὸν ἐπιτετραμμένον αὐτῷ τόπον τοῦ Ἀργυρίου.

